Gene. 41. cepit per Moysen. Per alias tribus signantur qui postea euangelij gratiam sunt sortiti, cū trāsis-
sent Iordanem. i. baptizati fuissent, verum tam illi qui vltra Iordanem quàm cæteri fuerunt in
numero impari non integro ac totali, quoniam sup beatissimæ trinitatis notitiam, non nisi im-
perfectam habuerūt in vita hac, tam qui sub lege q̄ qui sub euangelio extiterūt. Omnia quæ p̄ce
pisti nobis, faciemus, sic subditi boni supioribus suis in cūctis obedire debent charitatiue, prom-
pte ac reuerenter, imo & p supioribus suis debent cordialr ac instanter orare.

¶ ELVCIDATIO CAP. II. Misit ergo Iosue filius Nun de Sethim. Arti. III.

COnsequenter describit exequutio iussionis diuinæ circa ingressum ad
terram Chananæorum trans Iordanem. [Misit ergo Iosue filius Nun
de Sethim,] id est, de loco sic nuncupato existente in campestribus &
extremitatibus Moab, vbi & Moyses in monte defunctus est, vt in
Deute.34 Deuteronomio legit, [duos viros exploratores,] de quibus (vt fert)
fabulant quidam Hebræi, quod fuerunt Caleb & Phinees [in abscon
dito,] id est, sub tali apparatu & specie, vt non cognoscerent esse ex-
ploratores, neq; de populo Israel. Dicunt aliqui, quod misit eos sub si-
1. Reg.21 mulatione stultitiæ, sicut & Dauid coram Achis rege Ged simulauit se
quasi furiosum & stolidum, ne caperetur, vt primo Regum lib. habet.

Porro

A ¶ Porro Hebræi vt fertur asserunt quod fingebant se surdos & mutos, ne ex sua loquela cognoscerent. ꝙ non videt apparentiam magnam habere, sciebant enim & aliam linguam saltem Aegyptiam, præsertim si erāt Caleb & Phynees, q̄d ad minus de Caleb constat. Hinc verius puto, q̄d habitū Chananæo℞ assumpserūt, vt tanto minus putarent Hebræi, quanto habitatoribus terræ videbant similiores. Vel introierunt vt mercatores aut tale quid prætendentes. Iosephus vero dicit q̄d ciues non curabant de consideratione qua exploratores isti singula quæq; intuebant, quia putabant eos tanquàm peregrinos, inuisa libenter aspicere. Iose.lib 4 ant.iu.ca 7

¶ Circa hæc duo quærunt. Primo, cur Iosue vir sanctus misit exploratores, cum explorare videat actus iniquus & fallax. Propter q̄d Ioseph quasi reprehensorie dixit fratribus suis: Exploratores estis. Secundo, cur fecit terram & vrbem Hiericho explorari, quasi ad sciendum, qualiter posset eas acqrere cū ex ꝓmissione diuina certus esse debuerit, ꝙ eas deo auxiliante faciliter obtineret, non obstante quacūq; terræ & vrbis ac habitato℞ fortitudine. Respondendum ad primū, ꝙ sicut in iustis prælijs licet vti insidijs, vt infra dicet, ita & exploratione. Est itaq; exploratio duplex. Vna quæ venit ex zelo iustitiæ, & ordinat ad iustum triumphum & hac vsi sunt Moyses & Iosue. Alia quæ ex odio, cupiditate, ambitione, & simili procedit radice atq; ad iniustam aliorum oppressionem ordinat, de qua locutus est Ioseph. Ad aliud respondendū, ꝙ quàmuis Iosue certus fuit de veritate promissionis diuinæ. Non tamen omisit facere quod in se erat. Circa hæc quidā facit prolixum tractatū, an missi sint isti exploratores ante finē luctus Moysi, & approbat opinionem Rabbi Salomonis dicentis, ꝙ missi fuerunt anteq̄ finiebant triginta dies luctus deflentium Moysen. Sed huius oppositū magis approbatū est primo articulo. Probatio quoq; Rabbi Sa- Gene.42 Iosue.3.14 Num.13.21 Gene.42 Rab. Salomon

B lomonis procedit ex incerto, quoniam dies obitus Moysi ignorat, & quàmuis à principio fuisset descriptus in annalibus Iudæorum. Illa tamen descriptio vt probabile est, postea fuit deleta, præsertim tempore Babylonicæ captiuitatis, vel in alijs cladibus Hebræo℞, in quibus libri eo℞ ab infidelibus fuerunt combusti. Iosue.4

¶ Deniq; vt Rabbi Paulus fatet, & facile est pensare. Rabbi Salomon fuit nouitatū confictor, & de vana curiositate notat, sed quia de ista re parua vis est, transeo. ⌊Et dixit eis: Ite & considerate terram vrbemq; Hiericho.⌋ Non præcepit eis totam terram illam perambulare & considerare, sed eam quæ iuxta Hiericho erat, an scilicet fertilis esset seu populosa. An etiam Hiericho eēt vrbs populosa atq; munita. ⌊Qui pergentes ingressi sunt domū mulieris meretricis⌋ in Hiericho habitantis ⌊nomine Rahab, & quieuerūt apud eam,⌋ id est, se repausabant & recūbebant fortassis post laborem itineris considerationemq; vrbis. Communiter dicūt expositores (& sancti) ꝙ Rahab hæc extitit. Meretrix saltem ad tempus, cuius oppositū tenet Lyra, eo q̄d Salomō filius Naasson principis tribus Iudæ, duxit eam vxorem. Sed quia septuaginta transtulerūt meretricem & scriptura canonica eam sic nominat, vt patet in canonica sancti apostoli Iacobi, asserentis Rahab meretrix nónne ex opibus iustificata est. Hinc potius reor q̄d meretrix fuit, non tamen opinari oportet q̄d penitus publica, sed eo modo q̄ in scripturis fœminę incontinentes, & quæ pro notabili pretio possunt acquiri, meretrices vocant. Ad obiectū vero dici potest, ꝙ post suam conuersionem ad iudaismū facta sit valde proba. Idcirco ob eius probitatem, virtuositatem, & propter fidelitatem quam exploratoribus exhibebat, Salomon eam honorauit, ac duxit in cōiugem, & forte aliūde fuit mulier apta, vtpote speciosa, prudens, & opulenta. De isto super Matthæū plenius R. Paul⁹ Rab. Salomon nos ad rerum cōfictos Iaco.2

C scripsi. Verūtñ vt probabiliter dr̄ translatio Chaldaica habet, ingressi sunt domū mulieris hospitalariæ, & dictio Hebraica ad designandū meretricem & venditricem victualiū, est æquoca, vnde dicūt Hebræi nonnulli ꝙ meretrix fuit, & hospiciū tenens, propter q̄d exploratores diuerterūt ad domū eius, non ad fornicandū, sed qm̄ dom⁹ eius fuit cōis, sic minus obseruabant introeūtes in eam. ⌊Nūtiatumq; est regi Hiericho⌋ hora cœnæ, ⌊& dictū: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem⌋ i. tempore vespertino in ipso crepusculo qn̄ intrantes minus inspiciunt ⌊de filijs Israel vt explorarent terram⌋ forte ꝙ aliq existentes in domo Rahab coniecerūt & nūtiauerūt hoc regi, vel custodes porta℞ q diligenter considerabant intrantes per portas. ⌊Misitq; rex ad Rahab meretricem, dicens: Educ viros q ingressi sunt domū tuā⌋ i. duos illos Hebræos ꝓpala & fac exire ⌊Exploratores quippe sunt, & oēm terrā⌋ hui⁹ regionis ⌊cōsiderare venerūt⌋ hoc suspicabat rex Hiericho. Porro scdm Iosephū rex voluit per tormenta extorqre à viris illis cur venissent. ⌊Tollensq; mulier viros abscōdit⌋ hoc fecit anteq̄ nūtij regis venerūt ad eam, vel in loco secretiori posuerat eos. Estq; ꝓbabile ꝙ exploratores cōsiderauerūt vel timuerūt se eē notatos, & ideo petierūt abscōdi. Nec enī Rahab abscōdit eos, nisi ad ipso℞ petitionē, nisi forte dicat ꝙ añ aduentū nūtio℞ regis, ipsa q̄q; pēsauit ꝙ erāt de filijs Isrl', & ideo auisauerit eos atq; suggessit ꝙ pmitterent se abscōdi ⌊& ait⌋ nūtijs regis ⌊fateor venerūt ad me, sed nesciebā vñ eēnt. Cūq; porta clauderet in tenebris & illi pariter exierūt, nescio q̄ abierūt, ꝓsequimini cito & cōphēdetis eos.⌋ hoc fuit mendaciū officiosum ꝓ pia cā prolatum, vtq; pro ereptione explorato℞ & sui ipsius ac suo℞ à morte, ideo modicæ fuit culpæ. ⌊Ipsa aūt fecit ascēdere viros in solariū dom⁹ suæ⌋ ꝙ fecit, vel ad viro℞ petitionem, vel ex propria suggestione vt tactum est, vel secundum Iosephum vt ibi cœnarent. Iose.lib.5 ant.iu.ca.1

⌊Operuitq; eos lini stipula quæ ibi erat.⌋ Alia litera habet stuppa, & secundum magistrum in hi- D
Mer. Lo. storijs stipulam illam super murum siccauit. ⌊Hi autem qui missi erant,⌋ videlicet nuntij regis,
hist. lib. Io ⌊secuti sunt eos.⌋ Non quod veraciter secuti sint exploratores qui adhuc erant in ciuitate, sed
sue ca. 2 secundum suam æstimationem sequebant eos, quos putabant ante currere, ⌊per viam quæ du-
cit ad vada,⌋ hoc est, aquas ⌊Iordanis. Illisq;⌋ nuntijs regis ⌊egressis⌋ vrbem, ⌊statim por-
ta⌋ ciuitatis, p quam exibant, ⌊clausa est,⌋ ne exploratores aut alij aduersarij vrbem de nocte
intrarent. Quidam tamen exponunt quod nuntijs egressis domũ Rahab, statim porta seu ianua
domus Rahab sit clausa ab ea, quatenus conuenientius absconderet exploratores, nullo ingredi-
ente in domũ eius, sed prima expositio aptior est. ⌊Necdum obdormierant qui latebant.⌋ Ho-
mines nanq; in timore atq; periculo constituti, non cito obdormiunt præ inquietudine cordis,
Dañ. 2 & imaginationis. Vnde & Nabuchodonosor pterritus, somnus (inquit) recessit à me. ⌊Et ecce
Acto 10 mulier ascendit ad eos, & ait: Noui q̃d dominus tradiderit vobis terram⌋ id est, certa sum q̃ de-
Origenes us vester qui est omnium dominus dare decreuit, & ꝓtinus dabit vobis vniuersam hanc terram
Chanaan. Secundum Origenem meretrix ista facta est ꝓphetissa. Non q̃ vere spiritum habuit
ꝓphetiæ, sed quoniam instar ꝓphetaꝝ de futuro p modum præteriti est locuta propter certitu-
dinem rei. Illud autem sciuit futuꝝ præcipue ex duobus. Primo ex deiectione cordis Chananæo
rum, qui enim sic timent, vinci consueuerunt. Secundo, ex mirabilibus quæ deum Hebræorum
fecisse audiuit, hoc est quod subdit: ⌊Etenim irruit in nos terror vester,⌋ id est, formido de vo-
bis concepta impetuose incidit cordibus nr̃is, ⌊& elanguerũt⌋ id est, mente infirmati sunt, ⌊oẽs
Exo. 14 habitatores terræ⌋ istius, quoniam robur & animũ spemq; ꝓualendi amiserũt. ⌊Audiuimus q̃d
siccauerit dominus aquas maris rubri ad introitũ vr̃m.⌋ Esse humidum inseparabile est ab aqua.
Ideo aqua ꝓprie non siccat. Itaq; sensus est, q̃d dominus siccauit fundum maris rubri, remouendo E
aquam ab eo ad spaciũ certũ. ⌊Dñs eñi deus vester ipse est deus in cœlo sursum & in terra deor-
sum⌋ id est, cœlestiũ, atq; terrestriũ, immo & vniuersoꝝ, hoc mulier ista ꝑpendit ex supnaturali-
32 q. 4. In bus dei effectibus, & quoniam dij Aegyptioꝝ & Amorrhæoꝝ non potuerunt suis subuenire cul
tegritas § toribus, nec deo resistere Hebræoꝝ. ⌊Nunc ergo iurate mihi p dominum, vt quomodo ego fe
Cum ergo ci vobiscũ misericordiam⌋ id est, pietatis effectũ, ⌊ita & vos faciatis misericordiam cũ domo pr̃is
mei⌋ id est, cũ parentibus meis & posteritate seu cognatione ipsoꝝ, ⌊detisq; mihi signũ veꝝ⌋
veritate rei, puta reale, & certũ indiciũ, vt saluetis⌋ id est, de hoc q̃d saluabitis ⌊pr̃em meũ & ma-
trem, fr̃es ac sorores meas, & omnia quæ illoꝝ sunt, & eruat animas nr̃as⌋ id est, nosipsos seu vi-
tam nr̃am animalem corpoream ⌊de morte violenta⌋ videlicet de interfectione qua Hebræi oc
cident ppl̃m huius vrbis ac regionis. ⌊Qui responderũt: Anima nr̃a sit ꝓ vobis in mortem⌋ .i.
nosipsi occidamur, nisi eripuerimus vos de morte. Istud fuit æquiualenter iuramentum p execra-
2. Cor. 1 tionem, quemadmodũ illud Apostoli: Ego testem inuoco deũ in animam meam. Itaq; anima
nũc sumit pro toto composito, cuius ipsa est pars principalis, vel ꝓ vita animali, quam diffundit
in corpus. Rationalis etenim anima immortalis est quantũ ad suam essentiam. ⌊Cumq; tradide
rit nobis dñs terram, faciemus in te m̃iam⌋ sicut petisti, ⌊& veritatem,⌋ id est, iuramenti huius
verificationem seu adimpletionem. ⌊Dimisit ergo⌋ id est, deposuit ⌊eos p funem de fenestra⌋
sui solarij. ⌊Domus enim eius hærebat muro⌋ Circa hoc refert Lyra. Hebræi qui dicunt Rahab
fuisse meretricem, affirmant q̃ p funem illũ consueuit suos recipere atq; dimittere amatores. Sed
non videt, q̃d rectores ciuitatis hoc pmisissent, p̃sertim nocturnis tpibus. Ad meretrices quoq; F
fit patens non talis furtiuus & latens ingressus. ⌊Dixitq; ad eos: Ad montana conscendite.⌋ Di-
uertendo à recto itinere, ⌊ne forte occurrant vobis reuertentes⌋ nuntij regis. ⌊Ibiq; latitate die
bus tribus loquendo de diebus naturalibus q noctem includũt, ⌊donec redeant & sic ibitis p vi-
am vr̃am. Qui dixerunt ad eam: Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos⌋ id est, ad id
non erimus obligati, nec eius transgressio imputabit nobis ad culpam, ⌊si ingredientibus nobis
terram⌋ quando videlicet omnes simul cũ Iosue principe nr̃o intrabimus terram hanc ⌊signum
non fuerit funiculus iste coccineus⌋ .i. rubeus p quem deponis nos ⌊& ligaueris eam in fenestra
p quem dimisisti nos⌋ vt funem istũ aspiciẽdo cognoscamus domũ tuam hoc signo, ⌊pr̃em tuũ
ac mr̃em fr̃esq; & omnem cognationem tuam congregaueris in domũ tuam. Qui ostiũ domus
tuæ egressus fuerit⌋ die quo vrbem istam vastabimus ⌊reus erit. Sanguis ipsius erit in caput eius⌋
id est, effusio sanguinis sui seu interfectio eius iuste imputabit ei ⌊& nos erimus alieni⌋ ab eius in-
teritu, ita q̃ in culpa non erimus. ⌊Illi vero⌋ scilicet exploratores isti qui & gr̃as retulerunt Ra-
Iose. lib 5 hab meretrici. Secundum Iosephũ, ⌊ambulantes puenerunt ad montana & manserunt ibi,⌋ vi-
an uid ca. 1 delicet in montanis ⌊p tres dies donec reuerterent qui fuerant psecuti⌋ Ex quo apparet q̃ nun-
tij regis Hiericho p tres dies quærebant exploratores pscrutando eos hincinde p diuersa diuerti-
cula atq; latibula. Vt fert, Hebræi dicunt quod reuelatum fuit huic Rahab quod tantum tardarent
sed non videt quod deus hoc magis reuelauerit Rahab q̃ exploratoribus ipsis. Idcirco apparet q̃
Rahab ex humana prudentia & coniectura suggessit exploratoribus latitare triduo in montanis,
quoniam non putauit nuntios regis vltra tres dies extra oppidum tardaturos.

⌊Quibus

A Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt & descenderunt exploratores de monte in cuius se latibulis absconderunt, & † transito Iordane forsan nauigio venerunt ad Iosue, narraueruntq́ʒ ei omnia quæ acciderant sibi. Non soli Iosue, sed & alijs saltem principalioribus illa narrabant. Deinde relata sunt pp̄lo toti, sed Iosue tanq̄ principalis exprimit, atqʒ dixerunt: Tradidit dñs in manus nr̄as omnem terram hanc. Pp̄ter certitudinem & euidentiam rei futuræ loquebant de ea quasi de re gesta, & timore pstrati sunt cuncti habitatores eius. ita q̄ passio timoris carnalis ac mundani, & etiam naturalis deiecit corda eoꝵ, nec p virtutem fortitudinis, aut p iudicium rationis timorem illum queunt abijcere ac frenare. *alo, transitu*

¶ De mystico huius secundi capituli sensu.

¶ Articulus quartus.

PER Iosue iuxta præhabita intelligit Christus mundi saluator qui misit duos exploratores in abscondito, p quos possunt intelligi angeli sancti inuisibiliter missi in mundum & item sancti p̄dicatores, duo quoqʒ testamenta quibus præcepit: Ite & considerate terram vrbemq́ʒ Hiericho, id est, habitatores terræ, & eos qui sibi in seculo isto loca construxerunt munita. Angeli nanqʒ ad homines missi sunt ad intuendum ac subleuandum eoꝵ calamitates, atqʒ ad illuminandum ac dirigendum corda eoꝵ. Similiter p̄dicatores misit Chr̄us in mundū ad explorandū salubriter mores ac vitia hominū non principaliter ad sciendum, sed ad conuertendum, ac saluandum secularium mentes quod factum est p prædicationem, ac doctrinam vtriusqʒ testamenti. Qui ingressi sunt domum meretricis nomine Rahab, & quieuerūt apud eam. Per Rahab quæ interp̄tat latitudo designat gentilitas, quæ erat p totum mundum diffusa. Ad Gentiles ergo tam angeli quàm Apostoli ac reliqui p̄dicatores quamplurimi accesserunt pro informatione, conuersione, & saluatione ipsoꝵ, multoq́ʒ tempore apud ipsos manserunt. Vnde

B & Chr̄us ascensurus in cœlum, dixit discipulis: Euntes docete omnes gentes, Paulus quoqʒ & Barnabas ingratis incredulisq́ʒ dixerunt Iudæis: Vobis oportebat primū loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, ecce conuertimur ad Gentes. Nuntiatumq́ʒ est regi Hiericho, p regem Hiericho intelligit princeps tenebraꝵ quem saluator principem mundi appellat. Cui angeli satanæ retulerunt quanta bona, quantumq́ʒ fructum, & quantam salutem tam angeli sancti quàm Chr̄i discipuli fecerūt tempore euangelicæ legis, præsertim in exordio primitiuæ ecclesiæ vbiqʒ terraꝵ in Gentibus, quòd princeps caliginis impatientissime ferens, p suos satellites suggessit ex gentilitate conuersis, vt educerent viros qui introirēt ad eos, id est, nec angelicis inspirationibus nec Apostolicis prædicationibus consentirent, sed repellerent nuntios veritatis & angelos lucis à se qui venerunt regnum mundi auferre diabolo, & addere Christi regno. *Matt. 28* *Marci. 16* *Acto. 13* *Ephe. 6* *Iohan. 12* *14. 16*

¶ Deniqʒ p regem Hiericho, etiam infideles principes, seculares tyranni, atqʒ hæretici figurantur, qui consentientes diabolo, multipliciter nisi sunt euangelicæ legis prædicationem, & fidem Gentilium, aut catholicam veritatem ac dogmata impedire. Tollensq́ʒ mulier viros, abscondit. Per Rahab iam conuersam, merito designat ecclesia ex Gentibus adunata, quæ olim spiritualiter cū idolis ac dæmonibus, carnaliter quoqʒ cum carnalibus fornicabat, quæ & per fornicariam ab Osee sumptam exprimit, hæc sic conuersa abscondit viros, quia doctores ac prædicatores sanctos intra se fideliter conseruauit. Immo & à tyrannoꝵ persecutionibus occultauit frequenter, & ait: fateor venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. Gentiles quippe ante euangelicæ legis disseminationem, tam angelorum quàm Apostolorum originem, proprietatem, obsequia ignorabant. Cumq́ʒ porta clauderetur in tenebris & illi pariter exierunt. Porta in tenebris clauditur, *Osee. 1*

C dum mens humana ignorantiæ & infidelitatis caligine inuoluta, angelicis inspirationibus, prædicationibus quoqʒ sacris aditum & introitum negat. Ita quod tunc ab indurato animo angeli & prædicatores interdum recedunt saltem ad tempus. Nescio quo abierunt. Pergunt enim quo eos dirigit dominus, sed quo, homines sæpe latet.

Persequimini cito, hoc ironice accipi potest. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ. Solarium domus ecclesiæ est mens deuota, seu mysticus intellectus scripturæ, vel ecclesiastica dignitas, contemplationisve gratia. Ad hoc solarium rogauit ecclesia prædicatores sanctos ascendere & in secretis deo intendere ac pro alijs exorare, præsertim tempore persecutionis. Operuitq́ʒ eos lini stipula. Induxit enim eos ad hoc quod pro reconciliatione & conuersione Gentilium exercuerunt opera rigorosa, & humiliauerunt se valde prostrati in terram, propriæ mortalitatis & fragilitatis considerationibus, quasi stipulis se cooperientes. Quibus in orationibus, abstinentijs, disciplinis adhuc vigilantibus conuersa gentilitas est locuta. *Eccl. 7*

Noui quod tradiderit dominus vobis terram. Ex prædicatione nanque Apostolorum cognouit quod iuxta Prophetarum oracula, totus mundus fuit per Apostolos & coadiutores eorum conuertendus ad Christum, qui iam tot & tanta peregit prodigia. Vnde & timor iudicij exercendi per Christum penetrauit corda multorum. Nec ausi fuerunt resistere. Itaque qui sic conuersi fuerunt pro aliorum, præsertim domesticorum suorum conuersione & salute fuerunt soliciti, & orauerunt Christi discipulos vt opem & salutem procurarent eisdem.

Quibus

Quibus responderunt discipuli q; vniuersi in domum ecclesiæ conuenientes & conuersis consen D
tientes essent saluandi, qua pactione adepta pmiserunt, qui iam ad fidem venerunt sanctos pdi-
catores ad alia transmigrare. Immo rogabant vt tyrannorum psecutiones declinarent ad tempus.
Vnde quemadmodum extra domum Rahab nullus in Hiericho mortem euasit, sic extra ecclesi-
am nemo potest saluari. Per funem autem coccineum crux Chri quæ est signum salutis, expri-
mit. ¶Postremo, quod Rahab viros dimisit in sporta de suo solatio, hoc designat, quod de al-
titudine contemplationis ad labores actionis pmisit ecclesia suos transire doctores, quibus & ad-
minicula impendit humana.

¶ELVCIDATIO LITERALIS CAPITVLI TERTII.

Igit Iosue de nocte consurgens. Art. V.

Jonæ.2 IN FINE pcedentis capituli dictum est, quemadmodum explorato-
res reuersi dixerunt: Tradidit dominus in manus nras omnem terram
Josue.2 hanc. Quo audito Iosue animatus fecit, quod in isto recitatur capitulo.
⌊Igit Iosue de nocte⌋ id ē, valde mane ⌊consurgens:⌋ sicut pcedenti ca-
pitulo scriptū est, q; exploratores ingressi sunt vrbem Hiericho nocte,
id est, de vespere. Cum enim vespera & aurora sint diei ac noctis confi-
nia, vtroq; exprimunt extremo. ⌊Mouit castra⌋ i. populum excitauit
ad pgendum. ⌊Egredientesq; de Sethym⌋ videlicet loco in campestri-
bus Moab sito ⌊venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israel & mo-
rati sunt ibi p tres dies.⌋ Circa hoc scribit quidam. Dicunt expositores
nostri q; causa huius moræ fuit, quoniam aqua Iordanis excreuerat, ideo ibi steterunt quousq; ali- E
quantisper decreuit. Sed q; consequenter reprobat, quia (vt ait) in Hebræo habet: Et Iordanis imple-
uerat sup omnes ripas suas in omnibus diebus messis qui dies durant p duos menses secundū He-
bræos, si ergo causa moræ fuisset, ex crescentia aquæ, stetissent ibi satis plus quàm p dies tres. Ideo
aliter dici potest, quoniam Iosue expectauit reuelationem de modo transeundi quæ facta fuit ei
Ner. Co. bist. lib. Josue ca.5 vltima illarum trium dierum, & tunc in crastino transierunt Iordanem. ¶Circa hæc dico verum esse,
quod magister in historijs & alij quidam affirmant aquas Iordanis tunc excreuisse ex niuium quæ
in montibus erant resolutione, atq; ex imbre serotino tunc nouiter dato, qd etiam tangit Glos-
sa. Nec tamen magister in historijs, nec Glossa, nec alij expositores communiter assignant hoc
pro causa moræ præfatæ. Ideo dato quod aliqui assignent hoc pro causa, non tamen ob hoc di-
cendum est absolute quod doctores nostri hoc dicant quasi omnes aut communiter dicant, hoc
Jose. lib. 5 an tiqui ca. 1 Iosephus quoq; tangit, quod ppter magnitudinem aquæ Iosue timuit transitum fluminis, sed
infra duos dies deus minuit aquā & pdixit, ipsi Iosue, quod fluuium illum faceret ei, & suis transi-
Idem re. ¶Insuper quod dicit præallegatus, ipsi Iosue factam reuelationem de modo transeundi Ior-
danem tertio die, incertum est. Quàmuis nanq; dicat in textu. Dixit Iosue ad populum: Sancti-
ficamini. Cras enim facit dominus inter vos mirabilia, ex hoc tamen non sequit quod tertio die
illo & non ante dominus reuelauerit ei mirabilia illa, seu modum transeundi p fluuium. Hinc di-
cendum videt, quod ex dispositione diuina quieuerunt circa Iordanem tam diu, quatenus tanto
tempore considerando, quàm impossibile eis esset p naturam ptransire Iordanem, postea ma- F
gis commendarent supnaturalem Iordanis desiccationem ac transitum.
⌊Quibus euolutis transierunt præcones p castrorum medium & clamare cœperunt.⌋ Istud fece-
runt præcones tertio die. Ideo non est intelligendum, quod tribus illis diebus ex toto euolutis
hæc fecerint, sed duo dies erant omnino finiti, & tertius partim. Sicq; p synechdochen dicuntur
Exo.34 tres dies euoluti. ⌊Quando videritis arcam fœderis domini dei vestri⌋ id est, arcam testamen-
ti, in qua erant tabulæ testamenti siue decalogi, ⌊& sacerdotes Leuiticæ stirpis,⌋ quia de stirpe
Leui erant per Amram & Aaron ⌊portantes eam, vos quoq; consurgite⌋ id est, in actum pro-
ficiscendi vosipsos extendite, ⌊& sequimini præcedentes,⌋ videlicet sacerdotes arcam portan-
tes. ⌊Sitq; inter vos & arcam spatium cubitorum duum milium⌋ id est, interuallum duorum mi-
lium cubitorum, ⌊vt procul magis videre possitis,⌋ Arcam inuolutam seu eam portantes. Non
autem licuit eis videre arcam non coopertam, ⌊& nosse p quam viam ingrediamini, quia prius
Aug. li. Josue quæst.3 non ambulastis p eam.⌋ Nempe vt loquit Augustinus in tanto agmine non potuisset arca à cun-
ctis videri, si iuxta eam transissent, nec viam directam omnes vidissent, si iuxta sacerdotes perre-
xissent quidam eorum. Circa hoc scribit quidam. Ex hoc patet q; alio ordine arca tunc portabat
q̄ ante in castrorum motionibus p desertum, quia in illis motionibus sex tribus præcedebant arcam
Numeri.2 & sex sequebant. Cui dicto contrariari videt, quod in Numeris describit, quemadmodum in mo-
tionibus castrorum tres tribus præcedebant, & primo egrediebant ad orientem, deinde tres ad pla-
gam meridianam. Tres quoq; ad aquilonem, & tres vltimæ ad occidentem. Verum est tamen q;
Numeri.4 arca nunc portabatur ab alijs quàm tunc, quia vt in Numerorum libro habetur, tunc portabatur
inuoluta à Leuitis filijs Chahat, nunc vero à sacerdotibus.

¶Præte-

A ¶ Præterea, ex prædictis elicit Augustinus ꝙ ducatus nubis seu præcessio columnæ nubis defecit Aug. libr.
iam. Alias non fuisset necesse sacerdotes per tãtũ interuallũ, sic sequi. ¶ Præterea, de quantita- Iosue q.3
te hoꝝ cubitoꝝ est duplex opinio. Vna dicentiũ quòd singuli continebant longitudinem pedis
ac medij. Alia quod duoꝝ longitudinem pedũ continebant. ⌊ Et cauete ne appropinquetis ad
arcam. ⌋ Vltra terminũ iam prædictum, quia hoc esset contra præceptũ & impeditiuũ notitiæ
recti itineris. ⌊ Dixitq́ꝫ Iosue ad populũ: Sanctificamini ⌋ id ẽ, deuote disponite vos ad videndũ
mirabilia dei cras, ab amplexibus abstinendo, orationibusq́ꝫ vacando. ⌊ Cras enim faciet domi-
nus inter vos mirabilia ⌋ quæ paulo post in isto continent caplo. Et quia miraculosi illi effectus
fiebant pro Hebræoꝝ multiplici vtilitate, debebant deo grati cõsistere, & ei in suis operibus de-
center occurrere. ⌊ Et ait ad sacerdotes ⌋ secundũ ꝙ Thomas declarat in libro de regimine Regũ.
Non solũ apud Gentiles, sed etiam inter Hebræos, principes, seculares, seu reges, erant sacerdoti-
bus & pontificibus superiores, quoniam illoꝝ sacerdotium fuit carnale magis quàm spirituale.
Carnalia enim sacrificia immolabant, sed longe aliter est in euangelica lege. Hinc Iosue sacerdo-
tibus præcipere potuit, & præcepit: ⌊ Tollite arcam fœderis ⌋ domini, eam portando, quæ qua- Exo. 25
liter fuit portanda in Exodo partim describit, & vt apparet, portabat à quatuor, ⌊ & præcedite Iosue. 1
populũ. Qui iussa complentes tulerũt & ambulauerũt ante eos. Dixitq́ꝫ dominus ad Iosue: hodie Nume. 25
incipiã exaltare te corã omni Israel vt sciant ꝙ sicut fui cũ Moyse, ita & tecũ sim ⌋ qđ qualiter ve- Deuter. 31
rum sit in primo articulo diffuse expositũ est. Sed his obijci potest. Dominus enim incepit Io-
sue exaltare, quando Moysi reuelauit ꝙ ipse Iosue succederet ei in principatu. Deinde exaltauit
B eũ per Moysen, quando Moyses hoc ipsum populo recitauit, & tertio magis quando post mor-
tem Moysi præfecit eũ populo Israel vniuerso. Quomodo ergo nũc cœpit eum exaltare? Et re-
spondendũ, ꝙ istud intelligendũ est de exaltatione facta, per signũ exterius miraculosum, sensi-
bile, atq́ꝫ de manifestatione exaltationis prælaticæ prius collatæ, sicut & Christus post suam re- Matt. 28
surrectionem locutus est: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, quæ tamen iam ante
ei fuit donata. De Samaritanis quoq́ꝫ in Actibus fert, ꝙ spũs sanctus nondũ venit in quenquàm Acto. 8.
illoꝝ, puta p signũ sensibile. Inuisibiliter tamen venit ante in eos, quando à Philippo diacono
baptizabant. ⌊ Tu aũt præcipe sacerdotibus q portant arcam fœderis, & dic eis: Cũ ingressi fue-
ritis partem aquæ Iordanis, state in ea. ⌋ Circa hoc scribit Lyra: Dicũt Hebræi, ꝙ sacerdotes ste-
terũt in Iordane prope ripam, p quam ingrediebant, quousq́ꝫ totus populus ptransfuit, qđ repro-
bat Lyra, quoniam infra habet, ꝙ stabant in medio Iordanis. Verũtamen qcqd de veritate sit hu-
ius dicti, hæc reprobatio non conuincit. Dicit enim aliqd esse in medio, non solũ, quoniam æque Ezech. 26
distat ab vtroq́ꝫ extremo, sed etiam quoniam inter duo extrema consistit, quemadmodũ in Eze- Esa. 23
chiele fert de Tyro: siccatio sagenaꝝ erit in medio maris. Ipsaq́ꝫ Tyrus in corde & in medio ma- Hiere. 25.
ris sita fuisse in pphetis describit. Immo talis modus loquendi frequens est in scripturis. Ezech. 2?
¶ Præterea, ꝙ sacerdotes steterũt cũ arca non longe à ripa, videt ex eo quod paulo post legitur: 27. 35
Cum posuerint sacerdotes vestigia pedum suoꝝ in aquis Iordanis, aquæ inferiores decurrent at-
q́ꝫ deficient. Item q́ꝫ: Ingressis eis Iordanem pedibus eoꝝ in parte aquæ tinctis steterũt aquæ &c.
⌊ Dixitq́ꝫ Iosue ad filios Israel: Accedite huc, & audite verbum domini dei vestri. ⌋ Dicunt qui-
dam quod Iosue dixit verba ista principibus populi, non populo toti, quoniam totus populus
non potuisset verba eius audire. Sed istud non videt textui consonare, quoniam euidenter affir-
C mat quod dixit ista generaliter ad filios Israel, quos & ideo conuocauit, vt omnes quantum fieri
potuit eum audirent, quemadmodum autem Aaron frequenter loquebat ad populum vniuer-
sum, ita & Iosue omnibus poterat loqui, multiq́ꝫ dum congregant in satis paruo stant loco. Im-
mo & dominus vocem Iosue potuit consortare. ⌊ In hoc inquit scietis quod dominus viuens, ⌋
qui essentialiter viuens est, & ipsa pura & actualissima vita ⌊ in medio vestri est ⌋ id ẽ, in cordibus
vestris p grãm, seu paratus est vobis assistere, ⌊ & dispdet in conspectu vr̃o Chananæum, & Ethe-
um, & Heuæum, & Pheresæum, Gergesæum quoq́ꝫ & Iebusæum, & Amorrhæum, ⌋ tradendo
eos in manus vestras, aut aliter occidendo, vt infra in textu habet: ⌊ Ecce arca fœderis domini an-
tecedet vos p Iordanem. ⌋ hoc est, p hoc opus supnaturale scietis quod dico, secundum quod cau-
sa p effectum suum cognoscit. ⌊ Parate duodecim viros de duodecim tribus Israel singulos p sin-
gulas tribus, ⌋ id ẽ, de qualibet tribu Israel eligite vnum viꝝ, ⌊ vt ⌋ duodecim viri illi tollant de
medio Iordanis desiccati duodecim saxa, vt in sequenti recitat caplo. ⌊ Et cum posuerint vesti- Iosue. 4
gia pedum suoꝝ sacerdotes qui portant arcam fœderis domini dei vniuersæ terræ in aquis Ior-
danis, aquæ quæ inferiores sunt ⌋ hoc est, quæ infra eorum pedes extiterunt, ⌊ decurrent ⌋ inferi- Decr. di. 2
us, more solito, ⌊ atq́ꝫ deficient ⌋ id est, vltra non operient fundum Iordanis per spacium compe- ca. Reuere
tens, ⌊ quæ autem desuper veniunt, in vna mole consistent. ⌋
Ascendendo in altum, vt infra habetur. ⌊ Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis im-
pleuerat, ⌋ hoc est, vsque ad ripas fuit aquis impletus, vt moris est ei tempore messis triti-
ciæ. Circa quod dicit quidam: Non potest intelligi, quod tunc grana communiter collige-
bant, quia decima die mensis primi transierunt Iordanem. Sed contra hoc videtur, ꝙ ait glossa, ꝙ
tunc mes

tunc messis fuit, incredibile videtur regionibus nostris. Ibi autem vt perhibet qui nouerunt in D
Aug. li. Io principio veris est tritici messis, & ista Glossa ex verbis Augustini videtur sumpta. ¶Porro φ
sue quæst. 3 Iordanis tunc redundet, impleaturq́; aquis, patet per illud q̃d in Ecclesiastico fertur de Salomo-
Eccl. 24 ne: Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis, ⌊steterũt aquæ Iordanis⌋ vel quæ venerũt à loco & situ altiori, loco in quo sacerdotes steterũt, ⌊descendẽtes in loco vno, & instar montis intumescẽtes apparebãt, pcul ab vrbe quę vocat Edom vsq; ad locũ Sarthan. Quæ aũt inferiores erant in mare solitudinis q̃d nũc vocat mortuũ descenderũt.⌋ Lacus ille vocat mare iuxta proprietatem linguæ Hebrææ, qua quæcũq; grandis aquarũ collectio mare vocat. Vocat quoq; mare solitudinis rõne situs, cũ sit iuxta desertũ Syn. Vocat insup mare mortuũ, qm̃ propter spissitudinẽ & immũditiã aquarũ suarũ pisces in ea viuere nequeũt. Est item maxime amarũ, & salsum; propter q̃d mare salsissimũ appellat, sed & vestes in eo magis macularent, q̃ purgarent. De hoc
Genes. 14 mari in Genesi dictũ est, de quo & Philosophus secũdo Metheororũ locutus est, per quã lacũ currit Iordanis. Aquæ autem inferiores decurrebant, ⌊quousq; omnino deficerent⌋ ab intuitu atq; præsentiæ populi Israel. ⌊Populus autem incedebat contra Iordanem.⌋ Ambulabant enim filij Israel in medio fundi Iordanis, per latitudinem eius. Sicq́; à latere fuit eis aqua Iordanis ele-
Pet. Comest. li. Iosue ca. 3 uata in altum & ex opposito eis ad latus. ¶Deniq; secundũ Magistrũ in historijs: Mulieres ac paruuli pergebant in medio inter viros, quia secundũ Iosephũ metuebant, ne vim in flumine pa-
Iose. lib. 5 ant. iu. ca. 1 terent. Leuitæ quoq; sequebant sacerdotes, & portabant tabernaculum ac vasa ipsius, & filij Ruben ac Gad & media tribus Manasses omnes alios præcesserũt armati secundũ φ Moysi promiserunt. Postremo, & hoc fuit mirabile φ fundus Iordanis fuit repente ita siccatus φ durus ac per- E
meabilis non lutosus tũc fuit. ¶Circa hæc quæri potest: Cur supersapientissimus deus aliter di-
Exo. 14 Esa. 40 uisit mare rubrũ, aliterq́; Iordanẽ. Siqdem mare rubrũ, ita diuisit, φ aquæ erant pergentibus per
Roman. 11 fundum siccatũ quasi muri ab vtraq; parte. Ad hoc aliquis dicere posset. Quis consiliarius eius fuit. Attamen ad literam dici posset, quod deus omnipotens & excelsus voluit omnipotentiam suã in aquis diuersimode demonstrare. Potest & mystica ratio dari quæ sequenti tangetur articulo.

¶De spirituali huius tertij capli sensu. Art. VI.

IGitur Iosue de nocte consurgens mouit castra, id est dominus & saluator: humanã naturã assumens, & incarnatus in publicum veniens, dum nox ignorantiæ & peccati in mundo
Matth. 4 præualuit, sua prædicatione suisq́; miraculis virtutibus & exemplis corda hominum ad pœnitentiam excitauit, dicendo: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorũ. Egredientesq́; de Sethim venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israel. Sethim interpretatur spina. Propter q̃d remorsus conscientiæ & vitiorũ punctura signatur. Christus itaq; sibi oẽs obtẽperantes à conscientia praua, & vitiorum mordacitate ad humilitatis descensum gratiamq́; baptismi quæ per Iordanem significant, perduxit. & morati sunt ibi per tres dies. Docuit enim dominus Iesus vniuersos se comitãtes contritioni cordis, confessioni oris, & operibus satisfactionis insistere, atq; de statu incipiẽtium ad statum proficientium. De statu quoq; proficientium ad statum ascendere perfectorũ. Quibus euolutis transierunt præcones per castrorũ medium, & cla-
Matt. 10 mare cœperunt. Isti præcones fuerunt duodecim Apostoli, & septuaginta discipuli à Christo ad
Luc. 10 prædicandũ directi, qui per populos Iudæorũ ac Paganorũ pergentes euangelizarũt. Quando videritis arcam fœderis domini dei vestri, & sacerdotes portantes eam, consurgite, & sequimini præcedentes. Per arcam fœderis dei intelligitur humanitas Christi, per quam mundus recon- F
Roman. 5 ciliatus est deo, quam sacerdotes & prædicatores in cordibus suis per fidem & charitatem, atq; p pdicatiões obsequiũ obtulerũt longe ac late ad alios, sicut de Paulo aplo dixit Saluator: Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meũ coram regibus & gentibus, & filijs Israel. Præcepe-
Acto. 9 runt ergo Apostoli vt vulgares ac subditi imitarent doctrinam, virtuososq́; actus sacerdotum, & superiorũ suorum. Sitq; inter arcam & vos spacium cubitorũ duum miliũ. Necesse est enim vt vniuersi credentes, præsertim inferiores ac laici fateant se à Christi hominis perfectione tam contemplatiua quàm actiua remotissime distare atq; deficere. Nec eius incarnationis mysteriũ
Matth. 7 præsumant discutere vt procul per humilem fidem aspiciãt Christũ, & vi salutis agnoscant, de
Matt. 19 qua ipse testatur. Arta est via quæ ducit ad vitam. Et: Si vis intrare ad vitam, serua mandata.
Ioh. 14 Itẽq;: Ego sum via, veritas & vita. Et: Qui mihi ministrat, me sequat. Et ne appropinq̃tis ad ar-
Ioh. 12 Exo. 19 cam, hoc ẽ, Christi mysteria, & incomprehensibilia fidei suæ testimonia, præsertim, deitatem
Heb. 12 ipsius non præsumatis irreuerenter scrutari, aut in hac vita comprehendere velle. Nam si bestia
2. Regũ. 6 tetigerit montem, lapidari præcipitur. Oza quoq; qui tetigit arcam, percussus est. Immo Beth-
1. Regũ. 6 samitæ qui eam viderunt, cæsi sunt plaga magna vehementer, vt primo libro Regum describitur. Dixitq́; Iosue ad populum: sanctificamini. Hoc Christus om̃ibus prædicauit quando per se & suos Apostolos inuitauit homines ad sui baptismi susceptionem. Cras enim faciet dominus inter vos mirabilia, vere mirabilia fecit deus trinitas in vniuersis credentibus quando per Christi baptismũ cõtulit eis oĩm remissionẽ peccaminũ. Quod & sublimiter fecit qñ post Christi ascensionem misit deus pater in signo visibili spiritum sanctum in baptizatos. & ait ad sacerdotes:

Tollite

A Tollite arcam & præcedite populum. Christus quippe suis iussit discipulis vt suæ humanitatis
mysteria euangelicam sapientiam & crucis vexillum omnibus annunciarent & viam salutis do-
cendo ac conuersando, immo & mortē pro fidei veritate fortissime sustinendo monstrarēt, q to Matt. 16
tum hoc fidelissime impleuerunt. Dixitq́ꝫ dominus ad Iosue: Hodie incipiam te exaltare coram
omni populo Israel. Deus pater ab exordio incarnationis & natiuitatis Christi eum multiplici-
ter exaltauit, prout Euangelistæ testantur. Verum post resurrectionem in die pentecostes eum Acto. 2
præcipue exaltauit, mittendo spiritum sanctum in igneis linguis super apostolos, cæterosq́ꝫ exi-
stentes cum eis, quos & omnium linguarum ac scripturarum impleuit notitia, omniq́ꝫ dono spi Ibidē.
ritus sancti & excellentissima gratia, per quos & eodem die diuersa peregit magnalia, ita quod Acto. 3. 4
multa millia filiorum Israel veraciter cognouerunt deum fuisse cum Iesu, sicut fuit cum Moyse,
immo incomparabiliter excellentius. Vnde & crediderunt in eum quem paulo ante crucifixe-
runt, secundum quod eis ante passionem suam prædixit: Cum exaltaueritis, id est, in cruce suspē
deritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Tu autem præcipe sacerdotibus: Cum Iohā. 8
ingressi fueritis partem aquæ Iordanis, state in ea, id est, cum virtutem, gratiamq́ꝫ baptismi p̄- Matt. 10
dicare cœperitis, stabiliter in hac perseuerate doctrina, non formidantes eos qui corpus occi-
dunt. In hoc, inquit, scietis quod dominus deus in medio vestri est & disperdet in conspectu ve-
stro Chananæum, Euæum & Ethæum, &c. quia per hanc baptismatis gratiam fideliter scimus
quàm gratiose nobiscum egerit deus, & quod in medio ecclesiæ commoretur, quod item inuisi-
biles hostes animarum nostrarum & acies vitiorum euidenter deiiciat & expellat à nobis. Ecce
B arca fœderis domini antecedet vos per Iordanem. Christus equidem propter nos baptizari di- Matth. 3
gnatus est in Iordanem, tactu suæ sanctissimæ carnis consecrans, regeneratiuamq́ꝫ vim tribuens Marc. 1
aquis, exemplum quoqꝫ suscipiendi baptisma relinquens. Et cum posuerint vestigia pedum su-
orum sacerdotes in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atqꝫ deficient. Per illam
Iordanis diuisionem signatum est, quod aqua baptismatis omnibus patet, & omnes intra se sus
cipit. Quod autem deus Iordanem ita diuisit, vt dictum est, videlicet quod aquæ eius desuper ve
nientes congregabantur in vnam molem, quæ instar altissimæ turris intumescebant. Inferiores
vero aquæ omnino defluxerunt, hoc præfigurauit quòd quidam baptizatorum à gratia in ba-
ptismo data deficiunt atqꝫ pereffluunt & in vitiorum amaritudinem conuertūtur ac corpori in-
corporantur diaboli. Electi vero collatam custodiūt gratiam, & per charitatem vnum sunt my-
sticum corpus Christi, sed & per contemplationis gratiam eleuantur ad summū. Sacerdotes au- 1. Cor. 3. 6
tem stabant super siccam humum, id est, Christo omnium saluatore & eius immaculatissimæ car
ni tanquam fundamento firmissimo innitebantur. Christus enim est qui sacramētum baptismi
instituit, principaliterq́ꝫ baptizat.

¶EXPLANATIO LITERALIS CAP. IIII. Quibus transgressis dixit dominus. Arti. VII.

NVNC magis determinate describitur, qualiter populus Israel per-
transiuit & exiuit Iordanem. ⌊Quibus transgressis⌋ .i. cum populares
C pertransissent Iordanem, ⌊dixit dominus ad Iosue: Elige duodecim alʼs, p singu
viros, singulos * de singulis tribubus, ⌋ id est, de qualibet tribu vnum. los tribus
Præcedenti autem capitulo Iosue ait ad filios Israel: Parate duodecim Iosue 3
viros de tribubus Israel singulos per singulas tribus. Ex quo habetur,
quod dedit populo commissionem, vt quælibet tribus vnum eligeret
ex se. Quod ergo nunc dicitur, Iosue viros duodecim elegisse, intelli-
gendum est, ideo dictum, quoniam electionem factam ab aliis, ac-
ceptauit, vel quia eius authoritate ac iussione à populo sunt electi, ⌊&
præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum duodecim du-
rissimos lapides, ⌋ q duo possint durare in memoriam huius miraculi, ⌊quos ponetis in loco ca-
strorum⌋ .i. cuneorum vestrorum, ⌊vbi fixeritis hac nocte tentoria⌋ .i. vbi nocte hanc diem se-
quente quiescetis. ⌊Vocauitq́ꝫ Iosue duodecim viros quos elegerat de filiis Israel, ⌋ vel vt aliqui
libri habent, elegerant. Illos enim elegit Iosue quos iam elegerant duodecim tribus, ⌊singulos de
singulis tribubus, & ait ad eos: Ite ante arcam domini dei vestri, ⌋ id est, vsqꝫ ad locum vbi stat ar
ca, accedite ⌊ad Iordanis medium, ⌋ id est, ad locū illum Iordanis, qui est inter eius extrema seu
inter ripas ipsius, ⌊& portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris iuxta numerum fi-
liorum Israel, ⌋ id est, quilibet vestrum portet inde lapidem vnum, vt sint in toto duodecim la-
pides iuxta numerum duodecim patriarcharum filiorum Iacob, qui alio nomine dictus est Israel Genes. 35
⌊vt sit signum inter vos, ⌋ id est, vt lapides isti reponantur & seruentur pro memoriali & si-
gno rememoratiuo rei præteritæ, scilicet miraculi huius in Iordane iam facti, ideo subditur. ⌊Et
quando interrogauerint vos filij vestri, cras⌋ .i. tempore futuro, ⌊dicentes, Quid sibi volunt isti

lapides, id est, quid designant ex institutione humana & quare sic & hic positi sunt? Respondebitis eis: Defecerunt aquæ Iordanis, id est, naturali ac solito more fluere cessauerunt ad tempus, & inferiores aquæ Iordanis descenderunt quousque ab aspectu filiorum Israel sunt ablatæ ante arcam fœderis domini, i. in præsentia eius, cum transiret eum, i. dum arca à sacerdotibus portabatur per fundũ Iordanis siccati. Idcirco positi sunt lapides isti in monimentũ filiorum Israel, id est, pro memoriali eorum per quod admoneantur reminisci beneficiorum dei, vsque in æternũ, i. per æuum seu vsque in seculum. Aeternum nanque frequenter pro quacunque duratione longa accipitur. Vnde & primo Regum libro Achis rex dixit de Dauid: Erit mihi seruus in sempiternum. Atque vt Iosephus scribit: Ex lapidibus illis Iosue fecit altare, super quod deo sacrificauit & pascha cum populo celebrauit. Alios quoque lapides duodecim posuit Iosue in medio Iordanis alueo vbi steterunt sacerdotes qui portabant arcam fœderis domini. Hos duodecim lapides posuit Iosue in Iordane, non proprijs manibus, sed fortibus viris præcepit vt acciperent lapides illos ex aliqua parte terræ in qua iacebant & portarent eos vsque ad locũ vbi adhuc stabant sacerdotes cum arca. Erantque notabiliter magni & fiebat ex eis quasi monticulus & tumulus tantus, quòd apparuit super aquam, præsertim dum parua erat. Vnde aliqui opinantur, quod sacratissimus Iohannes Baptista demonstrau[it] lapides illos, cum dixit Iudæis: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, ex quo apparet, quod lapides illi non erant remote à ripa. Aliqui tamen dicunt, quod demonstrauit lapides quos Iosue fecit efferri, & sunt ibi vsque in præsentem diem. Hoc author libri huius retulit ad tempus quo ista conscripsit, sed an adhuc ibi sint, nescimus. Sacerdotes autem qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio donec omnia complerentur quæ præceperat dominus Iosue vt loqueretur ad populum, & dixerat ei Moyses, id est, sacerdotes illi tamdiu fixi stabant in fundo Iordanis arefacto, quod omnia implebantur quæ dominus iussit ipsi Iosue loqui ad populum de modo eundi per fundum Iordanis & de duodecim lapidum sublatione ex Iordanis fundo, aliorumque lapidũ deportatione ad fundum illum & quæ etiam Moyses adhuc viuens iusserat Iosue. Ex quo sequi videtur, quod hæc eadem vel quædam eorum, etiam Moyses prædixerat Iosue huic, atque vt quidam hic scribit, Moyses saltem de transitu Iordanis prædixit Iosue, quo concesso stare non poterit, quod idem in expositiõe præcedentis capituli dixit, ipsum Iosue & filios Israel expectasse tres dies super Iordanem, antequam iuerunt per eum, quoniam Iosue expectauit reuelationem de modo transeundi Iordanem, quæ facta fuit ei tertio die illo. Iam enim ex Moysi reuelatione præsciuit hoc, festinauitque populus & transiuit per fundum Iordanis, festinauit in eundo nõ ex timore quod aqua caderet super eos, sed ne vnus alteri tædiosam ingereret moram in pertranseundo, quoniam maximus erat exercitus, & ne sacerdotes cogerentur nimis diu stare in fundo Iordanis. Cumque transissent omnes, præter portitores arcæ, transiuit & arca domini, id est, portantes eam exierunt post alios cum arca de fundo Iordanis, vt infra plenius recitatur. Sacerdotes quoque pergebant ante populum. Nam postquam exierunt de fundo Iordanis, populum præcesserunt, sicut & ante introitum in Iordanem. Filij quoque Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse armati præcedebant filios Israel, etiam Iordane iam transito, sicut præceperat eis Moyses, vt in Numeris habetur, & quadraginta pugnatorum millia per turmas & cuneos incedebant per plana atque campestria vrbis Hiericho. Non est intelligendum, quod filij Ruben & Gad ac media tribus Manasse non fuerint nisi quadraginta millia, immo soli filij Ruben in secunda numeratione erant quadraginta tria millia septingenti triginta, vt in Numeris habetur. Est igitur sensus, quod de omnium illorum numero tot millia pugnatorum pergebant per campestria Hiericho ad incutiendum Hiericontinis pauorem. In illo die magnificauit dominus Iosue coram omni Israel vt timerent eum sicut timuerunt Moysen dum adhuc viueret, id est, per mirabilia illa facta in Iordane iuxta prænuntiationem ipsius Iosue, deus fecit ipsum Iosue honorabilem ac metuendum tanquam dei amicum & seruum eius potentem, quatenus filij Israel ei cum filiali timore obedirent, subditi nanque debent superiorem suum timere, magis tamen diligere, sed timor filialis includit dilectionem, dixitque ad eum, puta ad Iosue, Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis domini, vt ascendant de Iordane, id est, de loco quo stant, sequantur populum iam egressum vsque ad ripam per quam plebs ascendit, quæ ripa fuit altior fundo Iordanis idcirco tendendo ad eam ascendebant. Cumque ascendissent portantes arcam fœderis domini & siccam humum calcare cœpissent, id est, super ripam & terram siccam venissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut ante consueuerant, id est, moles illa aquarum cœpit descendere & per fundum suum naturali modo decurrere, populus autem ascendit de Iordane decima die mensis primi, videlicet Martij seu Aprilis, qui est primus mensis anni apud Hebræos, vt alibi plenius dictum est. Et castrametati sunt in Galgalis, id est, in loco sic dicto qui tamen paulo post ita vocatus est, vt infra dicetur. Ibi ergo proximo vespere fixerunt tentoria contra orientalem plagam vrbis Hiericho. Est enim locus ille inter Hiericho & Iordanẽ distans,

Marginalia: D (at "Respondebitis"); 1.Reg.27 (at "primo Regum libro"); Iose.lib.5 an.iu.cap.1 (at "Atque vt Iosephus scribit"); Matth.3 (at "Iohannes Baptista"); E (at "sed an adhuc"); Iosue.3 (at "expositiõe præcedentis capituli"); Nume.32 (at "in Numeris habetur"); F (at "in secunda numeratione"); Nume.26 (at "numeratione erant quadraginta tria millia").

A distans à Hiericho per stadia decem & quinquaginta stadijs à Iordane, vt in Scholastica fertur historia. In eodẽ quoq; loco posuerũt tũc duodecim lapides de Iordane sublatos. Quæ sequunt in textu, planissima sunt, in quibus docet nos scriptura, quod deus fecit mirabilia illa in Iordane atq; in mari rubro, non solum propter filios Israel, sed item vt vniuersi habitatores terræ addiscant fortissimam manum domini. i. omnipotentiam dei ex supernaturalibus eius effectibus & timeant eum. ¶ Iuxta spiritalem intelligentiam, per hoc quod Iosue post transitum Iordanis pcepit de fundo Iordanis duodecim lapides tolli & inter filios Israel collocari, præfigurabat, quod post baptismum debeant prælati & prædicatores verbi dei baptizatis proponere exempla & documenta firmissima duodecim apostolorum quæ in medio ecclesiarum sunt conseruanda. Vnde in actibus fertur apostoloꝝ, quod Paulus & Barnabas docuerunt ecclesias gentium seruare præcepta & traditiones apostoloꝝ & seniorum. Ipsis quoq; duodecim apostolis iussit Christus vt de Iordane tollerent duodecim lapides. i. de libris duodecim prophetaꝝ, vel de quinq; libris Moysi & quatuor libros prophetarum maiorum ac tribus Salomonis voluminibus acciperent apta testimonia ac doctrinas pro eruditione populi Christiani. Cumq; ineruditi & simplices interrogauerint quid sibi velint huiusmodi allegationes ac doctrinæ ex lege & prophetis sumptæ. Dicendũ est, quod patres primi nostri transierunt Iordanem. i. in Christo baptizati sunt & euangelicæ legi fidem adhibuerũt, idcirco pro confirmatione & instructione eorum in fide & moribus introducta sunt illa. Festinauitq; populus & transiuit. Circa quod loquit Origenes: Non otiose additum mihi videtur à spiritu sancto, quod dictum est, festinauitq; populus, quia vt arbitror, nobis quoq; festinãdum est vt omnia celeriter transeamus. Transire est præcepta implere Cumq; omnia ad salutem spectantia non segniter nec remisse, sed cũ omni instantia & celeritate exequuti fuerimus, hoc est, cũ festinatione transire Iordanem. Quo facto, rursus nobis diligentiæ & cautelæ cura succedit, ne improuiso aliquo lapsu effundantur gressus nostri. Non enim remissior solicitudo nobis inesse debet ad conseruandum q̃ ad acquirendum virtutes. Non putemus, quod in hæreditatem cœlestem per otium & negligentiam oscitantes & dormientes intrare

B possimus. Hæc sentẽtialiter Origenes. Amplius p filios Ruben, Gad & Manasse, qui armati & accincti filios Israel præcesserũt, intelligunt sancti prophetæ veteris testamenti, qui suis vaticinijs atq; virtutibus & doctrinis pugnant pro nobis, & roborant nos in fide, ac nostræ salutis æmulos superant & expugnant. O quàm armatus propugnator & præcinctus pugil noster est Esaias, Dauid quoq; & Daniel ac cæteri vates electi.

Marginalia: Pe. co. hist. li. Iosue ca. 3 · Exodi. 14 · Acto. 15 · Origenes

¶ DECLARATIO CAP V. Postquam ergo audierũt omnes reges Amorrhæoꝝ. Art. VIII.

Consequenter describit qualiter populus Israel aptatus est ad obtinendum terram sibi promissam per quorundam diuinoꝝ obseruantiam præceptorum, videlicet circuncisionis & paschæ. Postquam ergo audierũt omnes reges Amorrhæoꝝ qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam. Textus difficultatem non habet. Hi etenim reges, cognito qualiter deus siccasset fundũ Iordanis & mirabilia in Iordane facta audissent, dissolutum est cor eoꝝ præ timore, & non remansit in eis spiritus, id est vigor animi timentium introitum filiorum Israel, quod ait, timentium, refert ad pronomen eoꝝ. Itaque

C cor eorum ita timentium dissolutum est. Per magnum quoq; mare intelligitur hic non mare oceanum, sed mediterraneum, cuius supra iam meminimus plenius. Eo tempore ait dominus ad Iosue, scilicet post transitum Iordanis, Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo filios Israel, non proprijs manibus fecit Iosue illam circuncisionem, sicut nec cultros, sed per manus alioꝝ vtrunq;, vt reor, fieri iussit, & quod dominus ait, fac tibi, exponitur ad tuum profectum. Iosue nanq; obediendo deo in his profecit in gratia & salute.

¶ Circa hæc quærit, an cultri illi fuerunt veri lapidei, quod sic probat ex textu. Oppositum videtur, quia vt in scholastica fert historia, Hebræus habet, pro cultris lapideis, nouaculas acutas. Lyra asserit, Hebræi dicunt, nouaculas acutas. Ad istud respondeo, quod res ista facit me admirari. Non enim capere valeo, quod sanctus Hieronymus in passu isto tam ponderoso ab Hebraica veritate recesserit, aut aliter quàm Hebraica veritas habet transtulerit. Ideo credo quod cultelli illi fuerunt reuera lapidei. Nam & translatio Septuaginta sic habet, fac tibi ipsi cultros de petra. Origenes quoq; & Augustinus sic tenent. Sed & magister sententiarum ex verbis sanctorum libro quarto distinctione prima breuiter tangit mysticam causam, cur circuncisio ista facta sub Iosue per cultellos lapideos sit peracta, videlicet quia significat circuncisionem illam consummatam qua electi in resurrectione finali per petram Christum ab omni imperfectione & superfluitate eripientur. Denique Thomas, Albertus & cuncti doctores scholastici, super quartum sic te-

Marginalia: Exo. 12 · Iosue. 4 · Iosue. 5 · Pe. co. hist. li. Iosue c. 4 · Origenes Aug. li. Iosue. q̃st. 6

nent, immo & ecclesia q̃ non errat. Hoc interea penso, quod nec author scholasticæ historiæ, ne D
q; Lyra dicit Hebraicam veritatem habere, nouaculas acutas, sed quod Hebræi sic dicunt, vel ha
bent, quamuis hoc forte videatur redire in idem. An ergo diuersitas ista ex æquiuocatione di-
ctionum, an ex corruptione textus per posteriores Iudæos facta, aut alia contigerit causa, igno-
ro. ¶ Rursus circa hæc quæri potest, an cultellus lapideus fuit de necessitate circuncisionis? Ad
hoc sanctus doctor super quartum distinctione prima respondet, Sacramẽtum quod est signũ
& causa, efficit quod figurat, ideo illa significatio est de necessitate sacramenti quæ ad effectũ sa-
cramenti refert, non autem illa quæ refert ad causam principalem effect⁹, sed est de bene esse ipsi-
us. Cultellus vero lapideus non est de necessitate incisionis, per quam significat circuncisio suum
effectum, scilicet purgationem originalis peccati. Sed habet aliquam similitudinem ad causam
principalem meritoriam remissionis originalis culpæ, scilicet Christũ, idcirco culter lapideus nõ
fuit de necessitate circuncisionis, nec quantum ad obligationem præcepti, nec quantum ad effi-
caciam sacramenti, quod ritus Iudæorum vsq; hodie ostendit, quia videlicet in circuncisione non
vtunt cultello ferreo, sed in principalibus circũcisionibus, quibus Christũ significari oportebat,
Genes. 17 tale instrumentum adhibitum est. Hæc Thomas. Quibus addi potest, quod in Genesi (vbi circũ
cisio legit instituta) nulla sit mentio de cultello lapideo. Porro per principales circuncisiones,
quibus significatus est Christus, intelligit Thomas istam sub Iosue factam, & eam de qua in Ex-
Exo. 4 odo habet, qua circumcisus est Moysi filius. ⌊Et circuncide secundo filios Israel.⌋ Circa hoc lo-
Origenes quit Origenes: Vellem percunctari Iudæos, quomodo possit quis secundo circuncidi circumci- E
sione carnali? Veruntamen ad istud possent respondere Iudæi, quia hæc quæstio videt ex inep-
to intellectu scripturæ huius procedere. Non enim sensus est, quod deus iussit eosdem numero
circũcidi secundo seu altera vice, sed quod filios Israel iussit circũcidi secundo eosdem in specie,
vt ad diuersos numero referat duplex circuncisio illa. Sæpe etenim scriptura loquit de diuersis,
Psal. 77 quasi de eisdem, quoniam in eodem numero continent diuersa supposita. Vnde est illud: Cum
Aug. li. Io occideret eos, quærebant eum & reuertebant & diluculo veniebant ad eum. Nempe qui occide-
sue, q̃st. 6 bant, non veniebant ad deum diluculo. Hinc asserit Augustinus: Vnus & idem homo bis circun
cidendus non erat, sed quoniam vnus populus erat in quibusdam circũcisus, ideo dictum est, vt
iterum circuncideret non homo, sed populus. Præterea alia difficultas occurrit, Constat enim q;
Genes. 17 ante hanc circuncisionem multæ factæ sint circũcisiones in populo Hebræorum à tempore Abra
Exodi. 12 hæ, cur ergo nunc dicit, circuncide filios Israel secundo? Respondet, quod nunc sermo est de cir-
Leui. 12 cuncisione solenni, vel solum de populo qui exijt de Aegypto, posterisq; eorum qui erant sub Io
sue. Et si intelligat de circuncisione solenni, oritur quæstio, respectu cuius circuncisionis præce-
dentis, solennis ista dicatur secunda. Quo circa recitat Lyra, opinionem Hebræorum dicentiũ,
Exodi. 12 quod ista vocat secunda, respectu circuncisionis factæ in Aegypto ea nocte qua deus primoge-
nita Aegyptiorum percussit, in qua nocte dicunt multos Hebræorum circumcisos fuisse, quam opini-
onem reprobat Lyra, quoniam ex scriptura authoritatem non habet, & quoniam circuncisio il-
la fecisset filios Israel ineptos & impotentes ad egrediendum de terra Aegypti propter circun-
cisionis recentem dolorem. Eadem enim nocte exierunt Aegyptũ, vt in Exodo legit. Hinc Ly-
Ibidẽ ra affirmat q; circũcisio ista nominat secunda, respectu eius quam Abraham fecit, seipsum & om F
Genes. 17 nes suos domesticos circũcidens, vt in Genesi recitat. Idem dicunt quidam expositores. Verun
tamen istud non videt textui consonare, nec dictis sanctorum. Nam dominus ait in textu ad Io-
Aug. li. Io sue: Circũcide filios Israel secundo. Abraham autem non circũcidit filios Israel, immo in illa cir-
sue, q̃st. 6 cuncisione, de qua in Genesi fert, q; circuncidit se & suos domesticos, Isaac nondum extitit na-
tus. Præterea (sicut nunc tactũ est) beatus Augustinus testat hanc duplicem circuncisionem ad
eundem populum referendã. Populus autem Iudæorum non fuit circuncisus ab Abraham, idcirco
iuxta ea q̃ infra in isto habent capitulo. Respondẽdũ, q; circuncisio hæc vocat secunda respectu
Exodi. 12 eius quæ facta est in Aegypto. Non tamen in nocte qua primogenita sunt pcussa, sed ante. Con
stat enim q; Hebræi in Aegypto fuerunt negligentes in obseruantia pcepti circuncisionis. Vn-
de cum Moyses eis iussisset tollere agnum paschalem decima die mensis primi, & eundem come
dere quartadecima die mensis eiusdem ad vesperã, hoc quoq; iussisset, vt nemo nisi circũcisus ad
esum agni illius admitteret. Valde probabile est q; Iudæi nondum circuncisi circuncidebant, &
hoc fiebat per dies satis multos ante eorum exitum de Aegypto, sicq; respectu illius circuncisionis
ista vocat secunda, q̃d & R. Paulus affirmat, immo circuncisio ista potest dici secunda, respectu
totius circuncisionis omnium ex Aegypto eductorum & ante in ea circuncisorum. Præterea quẽ-
Aug. li. Io admodum tangit Augustinus, quidam hæretici dicebant, baptizatos semel, rebaptizandos, argu
sue, q̃st. 6 mentum sumentes ex hoc loco, q; dominus iussit filios Israel circuncidi secundo, cum tamen nõ
sit hoc de eisdem numero intelligendum. Sic itaq; Iosue circuncidit eos secundo, ⌊in colle præ-
putiorum⌋ .i. in colle quodam & circa collem qui ratione huius circuncisionis ibi factæ vocat⁹
est collis præputiorum, quæ scilicet ibi abscisa sunt. ⌊Hæc autem est causa secũdæ circuncisionis.⌋

quæ

A quæ sub Iosue facta est. ⌊Omnis populus qui egressus est ex Aegypto generis masculini,⌋ vide
licet ⌊vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto ꝑ longissimos viæ circuitus,⌋ prout in li- Numer. 14.
bro Numerorum & Deuteronomio patet, quod intelligendū est de viris, puta de his q in prima nu 14.16.25
meratione sunt numerati, demptis tamen Caleb & Iosue atq; Leuitis, qui non erant numerati à Deu. 8
vicesimo anno, sed ab vno mense, vt in Numeris dictum est, ⌊qui omnes circuncisi erant⌋ in Nume. 26
Aegypto. ⌊Populus autem q natus est in deserto ꝑ quadraginta annos⌋ in itinere latissimæ so- Nume. 14
litudinis, ⌊incircuncisus fuit donec consumerent⌋ .i. in solitudine morerent. ⌊Qui non audie- Exodi. 16
rant vocem domini⌋ .i. promissionibus dei non crediderūt, sed post reditū duodecim explora- Numer. 13
torum dixerunt: Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram hanc, ne cadam' gla Nume. 14
dio. Et rursus: Constituamus nobis ducem, & redeamus in Aegyptum. ⌊Et quibus ante iuraue
rat vt ostenderet eis terram lacte & melle manantem.⌋ Illis enim ante per Moysen promisit
cum iuramento, quod daret eis terram promissionis, quæ promissio fuit intelligenda cum condi
tione implicita, vtpote nisi demererent, ⌊horum filij in locum successerunt patrum & circunci-
si sunt à Iosue, quia sicut nati fuerant, in præputio erant.⌋ Dicunt autem doctores communiter,
quod ex diuina dispensatione circuncisi non sunt in deserto propter incertitudinem motus ca-
strorum seu progressionis. Nam iuxta motum nubis progrediebantur & fuit eis incertum quan
do columna nubis procederet, ideo fuisset periculosum circūcidi, quoniam nouiter circūcisi, in-
epti & impotentes fuissent ad procedendum. Damascenus autem libro quarto & multi docto- Damasce.
B res super quartū, aliam causam assignant, dicentes ꝙ circūcisio data fuit in signū distinctiuū Isra-
elis à gentibus, & quoniam filij Israel in solitudine satis distincti erant & separati à cæteris natio
nibus, non oportuit eos circūcidi ibidem. Porro hæc ratio esset conueniens, si circuncisio data fu
isset Hebræis solum in distinctionem & non etiam in purgationem ab originali. Veruntamē Au
gustinus testatur ꝙ quidam ex filijs Israel manserunt in deserto incircuncisi ex contemptu suorum De co bis.
parentum, quia inobedientes fuerunt legi dei. In Scholastica vero historia legit, quidam manse Iosue c. 4
runt ibi incircuncisi ex mandato dei, alij ex parentum suorum negligentia, alij ex parentum cau
tela, ne forte eis circuncisis, attolleretur mox nubes, & necesse haberent progredi & sic periclita
rentur paruuli circuncisi. ⌊Postquam autem circuncisi sunt, omnes manserunt in eodem castro 25. q. 2 ca
rum⌋ .i. tentoriorum & cuneorum suorum ⌊loco, donec sanarentur⌋ à vulnere & dolore circū Sed z illo
cisionis. ⌊Dixitq; dominus ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis,⌋ per oppro
brium Aegypti intelligi potest ipsa præputij caro, quam Hebræi reputabant ipsis Aegyptijs, &
cæteris incircuncisis opprobriosam quos & tanquam incircuncisos spernebant, quemadmodū
Christiani iuste despiciunt non baptizatos vt tales. Circa hæc scribit quidam, Locus iste dupli-
citer exponitur ab expositoribus nostris. Primo, vt accipiatur opprobrium Aegypti passiue, ꝙ
scilicet sustinuerunt Aegyptij ab Hebræis exprobrantibus, quod erant incircuncisi, quam expo
sitionem reprobat dicens, Hoc non videtur rationabiliter dictum, quoniam filij Israel in Aegy-
pto erant subiecti & in maxima seruitute, ideo non est verisimile, quod Aegyptijs exprobraret.
Ad quod dico, quod expositio ista catholicorum est bona, nec valet ista obiectio, quoniam mul-
to tempore fuerunt Hebræi in magna libertate & reuerentia apud Aegyptios, scilicet tempore
C Ioseph & postea diu, sicut in Exodo expositum est. Sufficit quoq; ad veritatem expositiōis isti- Exo. 1
us, quod filij Israel reputabant Aegyptijs præputium ignominiosum. Deinde subiungit. Alio mo
do exponunt, accipiendo opprobrium Aegypti actiue, scilicet quod Aegyptij intulerant filijs
Israel opprobrium seruitutis, à quo licet liberati fuerunt in exitu de Aegypto, tamen ista liber- Ibidē
tas fuit declarata in terra promissionis. Vnde & locus iste vocatus est Galgala, quod significat li- Iosue. 5
bertatem. Hanc quoq; expositionem reprobat dicens, Hoc non videtur bene dictum, quia ab-
latio opprobrij videt referri ad circuncisionem. Nec illa interpretatio Galgalæ vera est, quia nec
Remigius neq; Hieronymus sic interpretant hoc nomē. Ad hæc dico, quod hæc quoq; exposi-
tio vera & apta est, quoniam filij Israel suscipiendo ex diuino præcepto circuncisionem, merue-
runt maiori libertate & adoptione honorari & acceptari à deo, & ita oblatio opprobrij vere re
fertur ad circuncisionem, tanquam ad meritoriam causam, nec sequitur, Hieronymus & Remi-
gius non ponunt illam Galgalæ interpretationem, ergo non est ponenda. Catholici quoq; qui
eam ponunt, non eam finxerunt, sed ab Hebræis potius acceperunt. Deinde ponit expositionē
Hebræorum, dicendo: Aliter exponitur secundum Hebræos, videlicet quod Aegyptij obseruā Exo. 1
tes constellationes, dixerunt Hebræis petentibus à Pharaone egrediendi licentiam, miseri quo
vultis ire, Ecce constellatio ostendit effusionem sanguinis vestri, si recedatis. Cum ergo in cir-
cuncisione facta per Iosue, fusus sit sanguis Hebræorum non in opprobrium eorum, sed in hono
rem, in ea ablatum est opprobrium illud Aegypti. Ista expositio videt inepta & ficta, nec ad ꝓ-
positum pertinens. Nam dato quod Aegyptij astrologi dixissent Hebræis verba præfata, tamē
illi Hebræi iam in solitudine obierunt, & circuncisi sub Iosue in solitudine, non in Aegypto sunt Exodi. 32
nati, sicut iam patuit. Deniq; multa millia Hebræorum de Aegypto egressorum, gladio, igne, & Nume. 26
alijs modis in deserto occisa sunt, sicq; in illis fuisset opprobrium Aegypti impletum. Amplius,

D dato ꝙ Aegyptij illa dixiſſent, non tamen illorum intentio fuit loqui de tali ſpontanea ſanguinis effuſione cito curabili, ſed de effuſione ſanguinis letali ac violẽta, ſicq́ illud opprobrium abſtuliſſet deus à filijs Iſrael, præſeruando eos ab omni læſione & trucidatione, ⌊vocatum'q́ eſt nomen loci illius Galgala vſq; in pſentem diem.⌋ Galgala ſecundum Hieronymum interpretatur ſancti reuelatio, & ſecũdum alios quoſdam libertas. Ibi enim manifeſtata eſt & aucta Hebræorum libertas à ſeruitute Aegyptiorũ ac vitiorum & illuminati ſunt ibi ac ſanctificati. ⌊Manſeruntq́ filij Iſrael in Galgalis⌋.i. in loco præfato, Galgala autem quandoq; indeclinabiliter ſumitur, interdum declinat, ibi ergo manſerunt vſq; ad circunciſorum curationem, ⌊& fecerũt phaſe⌋.i. ſolennitatem paſchalem, offerendo & manducando agnum paſchalem debito ritu, ⌊quartadecima die menſis primi⌋.ſ. Martij ſeu Aprilis ſecundũ quoſdam, qui menſis eſt primus menſis anni ſecundum Hebræos, ⌊in campeſtribus Hiericho,⌋ ſicut fecerunt primo phaſe in Aegypto, egreſſu eorũ inſtante circa Rameſſe, vt in Exodo legit. Secundo ad radices montis Sinai anno ſecundo egreſſionis ex Aegypto, vt in Numeris habet, ⌊& comederunt de frugibus terræ⌋ Chanaan ⌊die altero & azymos panes⌋.i. panes non fermentatos, confectos ex fructibus terræ promiſſionis, nam talibus panibus tenebant veſci durãte feſtiuitate paſchali, vt in Exodo fertur, ⌊& polentam eiuſdem anni,⌋ ſecũdum magiſtrum in hiſtorijs, polenta eſt grana toſta & manibus confricata ad modum granophili pilo tunſi, & dicit polenta quaſi pilenta. Aliqui tamẽ dicunt polentam eſſe pultes de farina purgatiſſima factas & dictam polentam quaſi pollentam, à polline, quod eſt purgatiſſima farina. Porro in ſolennitate paſchali fiebat oblatio de granis no- E uis de manipulo excuſſis. ⌊Defecitq́ manna⌋.i. vltra non pluit, ⌊poſtquam comederũt de frugibus terræ⌋ Chanaan, quia vltra non indiguerunt manna vt ante, ſed abundabant fructib⁹ terræ promiſſæ. ⌊Cum autem eſſet Ioſue in agro vrbis Hiericho,⌋ ad explorandũ & conſiderandum qualiter vrbs illa aptius caperet, ⌊leuauit oculos & vidit virũ⌋.i. angelum in forma & ſpecie viri, ⌊ſtantem contra ſe⌋.i. ex oppoſito ſui quantũ ad ſitum, & ⌊euaginatum tenentem gladium,⌋ tanquam paratũ ad auxiliandum Hebræis, ⌊perrexitq́ ad eum & ait: Noſter es an aduerſariorum?⌋.i. fautor & collega noſter, an Chananæorũ? Putauit autem Ioſue ꝙ homo eſſet. Nec angelus iſte apparuit in tam terribili ſpecie ſicut apparuit Danieli angelus dei, ex cuius viſione Daniel fuit tam vehementer perterritus. ⌊Qui reſpondit: Nequaquam⌋ quod quidam ſic gloſſant, ſupple ſum aduerſarius. Alij vero exponunt, Nequaquã.i. nec veſter ſum, nec aduerſariorum, quaſi de natura veſtræ ſpeciei exiſtens, quaſi dicat, Non ſum homo, ⌊ſed ſum princeps exercitus dñi⌋.i. angelica virtus ſum & de choro ac ordine principatuum, pſidens toti populo Hebræorũ, qui nũc per modũ exercitus ordinate collectus eſt ſub te principe ſuo terreſtri q eiuſdem es ſpeciei cũ eis, & vocat exercitus dei. Tum q a p electionẽ & gratiã ſpecialiter ptinebat ad deum, tũ quia electus fuit à deo ad expugnandũ aduerſarios dei Chananæos ac alios, ⌊& nũc venio.⌋ Cecidit Ioſue pronus in terrã,⌋ qm̃ aduertit ꝙ angelus eſſet, & forte cognouit quis erat ex vniuerſitate supernorũ ſpirituũ. Dicunt autem doctores catholici & Hebræi ꝙ Michael fuit, q princeps extitit ſynagogæ, ſecũdum quod Gabriel loquutus eſt Danieli: Nemo (inquiens) eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter, & nũc venio.i. pſto iam ſum ad dandũ tibi conſilium atq; auxilium. Vnde & tũc docuit ipſum Ioſue de modo capiendi ciuitatem Hie- F richo, & vt eam in toto faceret anathema, prout ſequenti fert capitulo, ⌊& adorans ait,⌋ adorauit angelũ adoratione duliæ, atq; p gratiam diſcretionis ſpirituũ ac inſtinctu diuino cognouit ꝙ angelus bonus erat, nõ ſpũs fallax, aliàs fuiſſet incautũ ꝙ tam cito crediediſſet verbis apparentis. ⌊Quid dñs meus loquit ad ſeruũ ſuũ,⌋ fuit eñi Michael etiã princeps ipſius Ioſue, ⌊ſolue inquit calciamentũ de pedibus tuis⌋.i. ambos pedes tuos diſcalcia & denuda propter reuerentiam loci immo ad dei honorẽ in loco ſuo, ideo ſubdit, ⌊Locus eñi in quo ſtas, ſanctus eſt⌋.i. deputatus de cætero ad opera ſancta, vt in eo cõmorent veri dei cultores, & locus iſte q hactenus extitit inquinatus p idololatrias atq; facinora Chananæorũ, nũc ſanctificatus eſt p angelicã iſtã pſentiã & alloquutionẽ, immo p pſentiã dei in angelo ſuo, ſimile huic pcepit angelus Moyſi circa rubũ, ⌊feciq́ Ioſue vt ſibi fuerat imperatũ⌋ ab angelo. Poſtremo, qua hora facta ſit apparitio iſta & an ſolus Ioſue angelũ iſtũ vidit, atq; in quali habitu apparuerit angelus iſte, textus non exprimit, ſed ex circumſtantia eius apparet ꝙ in die, & certum ꝙ eo vigilante.

Margin: Exo. 12 · Nume. 9 · Exodi. 12 · Exodi. 29 · Danie. 10 · Danie. 4 · Iosue. 6 · Exo. 3

¶ Spiritalis explanatio eiuſdem cap. V. Arti. IX.

Ephe. 6 POſtquam audierũt omnes reges Amorrhæorũ, &c. Per reges Amorrhæorũ & Chananæorũ intelligunt principes tenebrarũ qui habitãt trans Iordanẽ.i. in vitio elationis qd eſt extremũ, humilitati cõtrariũ. Humilitas quippe p Iordanẽ, q interpretat deſcenſus, ſignat, & q poſſidebant magno mari loca propinqua. Per magnũ mare exprimit amaritudo ac fluxus, inquietudoq́ vitiorũ. Loca vero propinqua huic mari, ſunt corda inſtabilia, p̄na ad vanitates & iniquitates ſeculi huius, hæc loca poſſident dæmones, ſed poſtquam principes tenebrarum nouerunt ꝙ dominus ſiccaſſet fluenta Iordanis coram filijs Iſrael, donec tranſirẽt id eſt, fontem & aquas baptiſmi aperuiſſet vniuerſis hominibus, præſertim ad fidem electis,

quouſq;

A quousq; per baptismatis gratiam introirent ecclesiam, incorporarenturq; Christo, dissolutum est cor eorũ, tunc nanq; principes tenebrarũ vehementer pterriti sunt, videntes se quotidie à vasis suis expelli, nec posse gratiæ dei quæ vbiq; terrarũ diffundebaẽ resistere. Eo tempore ait dominus ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, & circũcide filios Israel secũdo, sic deus pater dixit ad Christum inter homines conuersantem ac prædicantem, vt filios Israel semel corporaliter circumcisos, circumcideret spiritualiter altera vice cultro lapideo, id est, acutissimo verbo suæ prædicationis & iustæ correptionis. Vnde verbum dei gladius spũs appellaẽ, sicq; Christus circumcidit electos ex iudaismo, non in vno dũtaxat membro, nec solum ab originali pctõ, sed in toto corpore & cunctis viribus animæ, docens eos oĩa membra sua exhibere arma iustitiæ deo, viresq; animæ à vitijs cunctis purgare, atq; virtutibus decorare. Nam dixit. Si oculus tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Idem de manu iussit ac pede, Et iterum: Nisi pœniam (inquit) egeritis, omnes simul peribitis. De hac circumcisione ait & Hieremias: Circumcidite præputia cordium vestrorũ. ¶Deniq; Christus semel circumcisos in baptismo, circumcidit secundo In pœnitentiæ sacramento, quoniam omnia in confessione lauanẽ. Prælatus quoq; filios Israel, id est, fideles sibi commissos circũcidere debet secundo, videlicet post recidiuationem eorũ, eosdem arguendo increpando, obsecrãdo, instruendo & castigando. Postq̃ aũt circũcisi sunt oẽs manserũt in eodẽ loco, donec sanarenẽ. Dum adulti baptismũ suscipiũt, aut confitenẽ & pœnitenẽ, spũaliter circũcidunẽ à vitijs, non tñ mox sananẽ ex toto, qm̃ manent in eis reliquiæ vitiorũ, pnitas ad peccandũ infirmitas resistendi pctõ. Boni ergo fideles dũ baptismi aut pœiæ gratiam sunt sortiti. Manent in gratia illa, virtutibusq; infusis proficiendo in eis, donec à vitiorum curentur reliquijs, &

Ephe. 6 · Roma. 6 · Matth. 5 · Luc. 13 · Hierem. 4

B corroborenẽ in bonis. Tunc quoq; aufert deus ab eis Aegypti obprobriũ, id est, aspernabilem vanitatẽ, & impietatem hoĩm mundanorũ, caliginem vitiorũ, & causam confusionis æternæ, ita q carẽt his quæ exprobrari & iproperari pñt Aegyptijs, puta mundanis hoĩbus, nec ipsi Aegyptij possent eis rationabiliter exprobrare. Vnde orauit vir sanctus: Aufer à me obprobrium & contemptum. Et fecerunt phase quemadmodum filij Israel circumcisi, corporaliterq; curati celebrauerunt pascha, & agnum comederunt paschalem, sic Christifideles post baptismi emũdationem & curationem à reliquijs vitiorũ apti sunt ad Eucharistiæ sumptionem. ¶Deniq; p triplex pascha ab Hebræis corpaliter obseruatũ, potest intelligi triplex pascha spũaliter exhibendum. Pascha etẽm transitus interptaẽ. Itaq; p pascha Iudæorum in Aegypto exhibitum, potest intelligi transitus fideliũ à vitijs ad virtutes & ad incipientiũ statum. Per pascha aũt circa montem Synai celebratum, transitus Christianorũ de statu incipientiũ ad statum proficientiũ de virtute in virtutem, de bono in melius. ¶Porro, p pascha factum in terra pmissionis intelligiẽ transitus de statu pficientium ad statum & gradum pfectorũ, vt iugiter quæramus & apphendamus meliora & viciniora saluti. Transitus quoq; de via ad patriã. Et comederũt de frugibus terræ die altero azymos panes. Azymi panes sunt spũales refectiones & actiones virtutũ omni simulatione & dolo carentes, sicut ait ac monet Apostolus: Epulemur non fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis syncernitatis & veritatis, qui panes conficiunẽ de frugibus terræ, quoniam ex habitu gr̃æ gra-

Psalm. 118 · Exo. 12 · Leui. 23 · Nume. 14 · Psalm. 83 · Deut. 4 · 1. Petr. 2 · 1. Cor. 5

C tum facientis, & semine verbi cœlestis pcedunt huiusmodi actiones, q tamen immediate nascunẽ ex virtuosis infusis habitibus. Et polentam eiusdem anni, p polentam hanc spũalis consolatio anni gratiæ designaẽ. Defecitq; manna, id est, typicus cibus Eucharistiæ cessat in euangelica lege. Per hoc tamen q manna defecit, dum filij Israel de fructibus & panibus terræ Chanaan comederunt, signatum est, q diuinam & spũalem consolationem mereret homo amittere dum ad exteriora solatia, vanaq; gaudia se effundit. Cumq; aũt esset Iosue in agro &c. p apparitionem illam angeli sancti gladiũ in manu habentis significaẽ, q parata sunt nobis angelorũ præsidia ad expugnandũ inuisibiles hostes. Dicuntq; nobis angeli gloriosi p inspirationem internã, vt tollamus calciamenta de pedibus nr̃is. i. opa mortua & terrena auferamus à cordium nostrorũ affectibus, quoniam locus in quo stamus, terra est sancta. Ecclesia militans locus est in qua stamus, in qua p fidem manemus, in qua est sanctificatio copiosa & sanctitas vera. Non ergo inhonoremus, nec inquinemus hunc locum. ¶Postremo, p triplicem cibũ quo vsi sunt filij Israel, triplex spũalis alimonia figuraẽ. Tulerũt nanq; secũ ex Aegypto farinã conspersam ex qua panes fecerũt, qbus ad tempus modicũ parce refecti sunt, p quem cibũ refectio literalis intelligentiæ aut acquisitæ sciæ seu scholasticæ ac philosophiæ sapiæ ad diuina relatæ daẽ intelligi. Secundo, sustentati sunt mãna in solitudine, per quod allegoricus seu tropologicus sensus scripturæ, & eius refectio denotanẽ. Tertio sunt refecti fructibus terræ promissionis, per quod anagogici sensus refectio, domini sapientię cõtemplatio & futuræ prælibatio felicitatis intelliguntur. His ergo dignissimis refectionibus sustẽtari, impugnari, ac confirmari conemur.

Exo. 12 · Exo. 16 · Numeri. 11

¶ELVCIDATIO LITERALIS CAPITVLI SEXTI.

Hiericho autem clausa erat atq; munita.

¶Articulus decimus.

EXORDIVM captionis & euersionis vrbium Chanaan trans Iordanem, cap'lo isto describit, videlicet, qualiter Hiericho quæ filiis Israel transgressis Iordanem, directo itinere inter vrbes primo occurrit. D Describit aūt demolitio vrbiū, non villarum, cū tamē fortassis multæ villæ añ vrbiū deuastationē deiectæ sint. Hiericho aūt clausa erat atq; munita. plus solito, prout vrbes obsessæ solent muniri. timore filiorum Israel & nullus ciuiū eius egredi audebat. ciuitatem ad fugiendū vel ad faciendū cōmoda sua ne inciderent manus filiorum Israel, q in circuitu erant aut ingredi. ad succurrendū habitatoribus Hiericho eadē ex causa.

31. q. 1. cafi. fin. §. Per scienter

Dixit dñs ꝑ angelū ad Iosue: Ecce dedi in manus tuas Hiericho, & regem eius omnesq; fortes viros. habitantes in vrbe. i. iam decreui eos tradere manibus tuis. Hocq; tam certū est quasi iam actualiter factū esset. Circuite vrbem cūcti bellatores semel ꝑ diē. ex hoc elicit ꝙ mulieres & pueri q fuerūt infra vicesimū annū, nō circuierūt vrbem. sic facietis sex diebus. circūeundo q̄tidie semel cū silentio, & redierūt in castra seu tentoria sua. Atq; vt aliq dicūt, prima circuitio fuit primo azymorum die, de quo ꝓcedēti ē dictū cap'lo, & aliæ circuitiones cōsequenter aliis azymorum diebus. Septimo aūt die sacerdotes tollent septē buccinas, quarum vsus ē in Iubilæo. Septem eñi sacerdotes acceperūt septē hmōi buccinas. s. qlibet vnā, habebāt aūt sacerdotes pacificas buccinas in solennitatibus, & bellicas in expeditionibus, qbus etiā vtebant & buccinabāt in Iubilęo. De buccinis his legit in Numeris & in Deuteronomio atq; in Psalmo: Buc E cinate in neomenia tuba in die solennitatis vr̄æ. & ꝓcedant arcā fœderis dñi, iuxta eā eundo in ante septies circuibitis ciuitatem septimo die, & sacerdotes septem clangent buccinis bellicis septem, vt dictū est. Cœperūt aūt diluculo circuire ac clangere. Hinc in Numer dñs iussit, si exieritis ad bellū contra hostes, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vr̄i corā dño deo vr̄o vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Cumq; insonuerit vox tubæ longior atq; concisior. i. magis confractus & interpolatus, & in auribus vr̄is increpuerit, cōclamamabit omnis populus vociferatione maxima, ex quo patet ꝙ etiā forsitā mulieres & paruuli in suis locis clamabant. Clamabāt aūt non irrationabiliter & cōfuse, sed deuote ad dñm, eum laudando & inuocando. & muri funditus corruent ciuitatis. Non ex virtute clamoris, sed ex oīpotentia dei, per meritū vr̄æ deuotionis, & hoc in septimo circuitu factū est. Deinde describit, qualiter Iosue denūtiauit sacerdotibus ac populo ista iam tacta, sibi insinuata ab angelo, & planus est textus ex introductis. Ad populum quoq; ait: puta ad viros: Ite & circuite ciuitatē armati ꝓcedentes arcam dñi. Hebræi (vt fert) exponūt istud de filiis Ruben & Gad ac mediæ tribus Manasse, sed nō est putandū, ꝙ illi soli ꝓcedebant arcam armati, cū infra dicat, ꝙ omnis populus armatus ꝓcessit arcam, sed illi ꝓcesserunt cæteras tribus quæ ante arcam iuerūt. Promiserant eñi duæ tribus illæ ac media Moysi. Nos ipsi armati ꝓcedemus filios Israel. Cumq; Iosue verba finisset & septem sacerdotes buccinis clangerent, omnisq; populus præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebat. Dicūt qdam ꝙ vniuersi viri armati ante arcam transibant, & alii lassi seu impotentes ad ꝑlium, aut non armati retro arcā venerūt, & hoc litera videt prætendere. ¶ Porro alii dicūt, ꝙ tribus Dan cū duabus tribubus sibi adiunctis, q & in motione castrorum ibāt post arcā, vltimo loco ad occidentalē plagā, etiā nūc arcā sequebant, ꝙ item cæteri minus apti seu lassi, & im- F potentes associabāt se eis, ac buccinis oīa concrepabāt. q a acutus & intēsus ille septem tubarum sonitus aggregatus, ac ꝑmixtus sic oīm Hebræorum aures impleuit, ac si oīa elementa ac cætera sonitum emisissent tubarum. Præcepit aūt Iosue populo, dicens: Non clamabitis nec audiet vox vestra, nec vllus sermo egrediet ex ore vr̄o, donec veniat dies in quo dicā vobis. i. cū omni silentio circuibitis, quousq; vobis iubebo: Clamate. corde ꝑ feruentē ad deū amorē ac deuotionem, & vociferamini. ore dñm inuocando & collaudando. Iussit itaq; Iosue vt cum ꝑfecto circuirēt silentio, quatenus maiorem ad deū haberēt deuotionē, & cū omni reuerentia, ordinatione, atq; modestia arcā circūferentes corā deo incederent. & innotescit q̄ reprehensibiles sint Christiani q processiones & sacrorum deportationes faciūt indeuote, fabulatiōibus, insolentiis, aut etiā comessationibus potationibusq; vacādo. Circuiuit ergo. i. circūferebat arca dñi ciuitatem semel ꝑ diē. Vulgus aūt reliquū arcā sequebat & buccinis ꝑsonabat. Exterioribus & materialibus buccinis clāgere, officium extitit sacerdotū, quomodo ergo reliquum vulgus buccinis ꝑsonabat? nisi vel buccinantibus sacerdotibus congaudendo, aut buccinarum sonitum ꝑcipiendo, quia (vt dictū est) oīa buccinis concrepabant, vel cordialiter iubilando ac concinnendo. Cumq; septimo circuitu clāgerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini. Circa hoc scribit quidam: Non est verisimile quòd tantus exercitus posset vocē Iosue audire, maxime, qm̄ sacerdotes clangebant tubis, idcirco videtur, quòd dicere sumitur hic pro denuntiare aliquo signo sensibili, puta eleuatione vexilli, vel aliquo tali quod à toto exercitu poterat videri. Istud apparentiam posset habere, si Iosue solum dixisset: vociferamini, sed quia huic verbo longum adiunxit sermonem, vt patet in textu, quem non poterat aliquo exteriori huiusmodi signo populo indicare, non vi-

Iosue. 5
Numer. 10
Deute. 20
Psal. 80
Numer. 10
Nume. 31
Numer. 10

A Non videtur expositio illa vera, subdit enim in textu immediate post hoc verbum vociferamini
⌊ tradidit dominus enim vobis ciuitatem, sitq; ciuitas hæc anathema & omnia quæ in ea sunt do-
mino ⌋ id est, ad dei honorem, atq; ad diuinæ commendationem iustitiæ, tota hæc vrbs & omnia
in ea viuentia sint, quod prohibitum & maledictum, ita vt destruantur, & nemo inde aliquid accipiat
sibi, ⌊ sola autem Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt ⌋ hoc speciali priuile-
gio, deo inspirante, & Iosue dispensante concessum est, tam Rahab quam domesticis eius, propter be- Iosue 2
neficia quæ cum periculo suæ vitæ exhibuit exploratoribus Israel, & quia iam credere cœpit in deum ve- Deuter. 10
rum. Nec hoc fuit contra formalem intentionem præcepti dati à deo de omnium interfectione
Chananæorum. ⌊ Abscondit enim nuntios quos direximus. Vos autem cauete, ne de his quæ præcepta
sunt vobis quippiam contingatis ⌋ .i. ne aliquid vobisipsis vsurpetis de his quæ præcepi vobis non vsur
pare ad commoda vestra, ⌊ & sitis præuaricationis rei ⌋ transgrediendi diuinum præceptum, ⌊ & omnia
castra Israel sub peccato sint atq; turbentur ⌋ .i. vniuersi particulares cœtus seu tribus ac populi Israel in-
cidant pœnam & inquietudinem pro huiusmodi culpa vnius siue paucorum. ¶ Porro, qualiter
istud non deroget, sed concordet diuinæ iustitiæ, quod pro excessu vnius aut paucorum tota communi-
tas perturbetur & plurimi puniantur, infra dicetur vbi comminatio hæc legitur adimpleta. ⌊ Quicquid autem Iosue 7
auri & argenti fuerit & vasorum æneorum ac ferri domino consecretur ⌋ .i. ad ea quæ sunt necessaria di-
uino cultui applicetur, nec in humanos deueniant vsus, ⌊ repositum in thesauris eius ⌋ id est, inter di
uitias sanctuarii seu tabernaculi reseruatum. Quia enim hæc ciuitas prima capta & euersa est in-
ter vrbes quæ trans Iordanem destructæ sunt, decuit diuitias eius istas inanimatas non prædatio
B ni pugnantium, sed domino qui speciali miraculo vrbem deiecit deputari. Itaq; omne aurum, argen-
tum, æs & ferrum, ac cætera metalla, vt plumbum, stannum, &c. Vasa quoq; & ornamenta, seu
vtensilia facta ex illis, atq; nummismata Hiericho consecrata sunt domino, & ex eis facta sunt va
sa seu instrumenta cultus diuini. Omnia verba ista locutus est Iosue ad omnem Israel, & merito
quæritur, qualiter in tanta processione & multitudine poterat ab vniuersis audiri. Ad quod poterit re
sponderi, quod vel diuina virtute hoc factum est, vel per seipsum dixit aliquibus, & illi consequenter re-
tulerunt & aliis. Potuit quoq; disponere, quod durante sua locutione cessauit clangor tubarum. Estq; pro-
babile, quod retulit ista principalioribus populi, & duodecim principibus tribuum, quorum vnusquisq; vl
tra denuntiauit hæc tribui suæ. ⌊ Igitur omni vociferante populo ⌋ iuxta sensum præctum, ⌊ & clan
gentibus tubis, muri Hiericho corruerunt ⌋ diuina virtute, quæ ministerio angelorum siue bonorum si-
ue malorum hoc fecit, vt creditur, quamuis solo imperio potuerit facere, ⌊ & ascendit vnusquisq; ⌋ Hebræo
rum ⌊ per locum qui contra se erat ⌋ ex hoc elicitur quod ciuitas erat in loco alto constructa. ⌊ Cœperuntq; Deute 20
ciuitatem ⌋ Non in arcu & gladio suo, sed à deo traditam intrauerunt ⌊ & interfecerunt omnia quæ erant
in ea à viro vsq; ad mulierem ⌋ inclusiue ⌊ ab infante vsq; ad senes, boues quoq; oues & asinos, ⌋
immo & cætera pecora. s. equos, capras, camelos &c. ⌊ In ore gladii percusserunt ⌋ Veruntamen si-
cut in huius libri calce legitur: Viri Hiericho pugnauerunt contra filios Israel. Nam stabant in mu- Iosue 24
ris ac turribus ad repugnandum, sed muris ruentibus sunt oppressi, nec cæteri resistere voluerunt.
¶ Deniq; strages illa fuit mirabiliter magna, tam hominum quàm brutorum, quia de toto territo-
rio plurimi confluxerunt in Hiericho pro vrbis defensione & de victualibus sibi prouiderunt in lon-
gum, quoniam fuit vrbs regalis, & primo occurrens ingressui Hebræorum. Vnde infra fertur: Transi- Ibidem
stis Iordanem & venistis Hiericho. Pugnaueruntq; contra vos viri ciuitatis, Amorrhæus & Phe
C rezæus & Chananæus & Ethæus & Gergesæus & Heuæus & Iebusæus. Veruntamen crudele for 2. Cor. 1
tasse videri potest, quod deus misericordiarum dominus, iussit etiam infantes & mulieres ac adole-
scentulas atq; iumenta occidi. Et respondendum, quod deus iusto iudicio fecit hoc. Omnes enim
adultæ ætatis ibidem non solum temporalem, sed etiam infernalem mortem meruerunt & incur
rerunt, quia per temporalia illa flagella non pœnituerunt. Cum paruulis autem nondum ratione vten
tibus misericorditer actum est, quod occisi sunt antequam peccare potuerunt, qui si ad ætatem venissent ad-
ultam, peccassent grauiter & periissent. Iumenta vero in detestationem facinorum hominum sunt occi-
sa. ¶ Præterea, quoniam vrbs illa tam specialiter se armauit contra filios Israel, meruit tam spe-
cialiter destrui & occidi. Voluit quoq; deus in destructione vrbis illius primo vastitate rigorem suæ
iustitiæ, tam specialiter demonstrare ad aliorum perterritionem Chananæorum vt pœniterent & conuerte
rentur, pensantes se deo Hebræorum, qui tot & tanta egit mirabilia, resistere non valere. Verumtamen præ nimia ex
cæcatione & obstinatione hoc non aduerterunt, paucis, vt infra habetur, exceptis. Hinc demum vt puto de
us fecit filios Israel per septem dies ipsam Hiericho circuire, quatenus existentes in ea, interim pœ- Iosue 6
niterent considerando ea quæ Rahab considerauit. ⌊ Duobus autem viris qui exploratores missi fue-
rant, dixit Iosue: Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite illam, & omnia quæ illius sunt,
sicut illi iuramento firmastis. ⌋ Istud Iosue iussit, & exploratores fecerunt ante interfectionem eo-
rum qui erant in Hiericho. Sed mirum quod domus Rahab quæ muro ciuitatis hærebat, non ceci
dit, nec oppressa est ex muri ruina. Verum perfacile fuit omnipotenti domino illam à tali præ-
seruare deiectione. ⌊ Ingressiq; iuuenes eduxerunt Rahab, & parentes eius, fratres quoq; & cun- Iosue 6
ctam supellectilem & cognationem illius. ⌋

Ex hoc

Ex hoc videt falsa esse opinio Hebræorum dicentium, quod vnus exploratorum illorum fuit Caleb, quoni- D
am Caleb iam erat octogenarius. Vnde & infra: Octogintaquinque (inquit) annorum sum hodie.
Iosue.14 Ad hoc quidā respondent, quod exploratores isti iuuenes nuncupantur non ratiōe ætatis, sed roboris
& magnanimitatis. Aptius tamen dici (ni fallor) posset, quod quidam iuuenes simul cū exploratoribus
Iosue.2 domū Rahab ingressi sint pro maiori tuitiōe & subuētiōe existentiū ibi, & extra castra Israel ma-
nere fecerūt, id est, Rahab & cognationem ipsius fecerūt filij Israel seorsum morari, quoniam viri
qui erant in illa cognatione necdū fuerāt circūcisi. Nec erat congregatio illa adhuc satis purgata
ab idololatria. Nec ad iudaismū plene conuersa. Postmodū vero eis conuersis & incorporatis po
pulo Israel inter Hebræos habitauerūt, propter quod subdit: Rahab & domū patris eius, & omnia
quæ habebat videlicet sobolem seu cognatos ac pecora, fecit Iosue viuere, id ē, ab occisione
eripuit, & habitauerūt in medio Israel immo filij Israel honorauerūt ipsam Rahab muneribus
& tpe procedente ob suā probitatem & alias eminentias eius Salmon filius Naason duxit vxorē,
sic ergo habitauerūt vsque in præsentem diem hoc refert ad tempus quo author libri huius hæc
scripsit. Iosue quoque retulit grates Rahab pro conseruatione exploratorum, & magnis eam dotauit
diuitijs. In tpe illo imprecatus est Iosue, i. maledixit seu malum pœnæ optauit, & inuocauit vr-
bi Hiericho ex zelo iustitiæ, dicens: Maledictus vir supple erit, coram dño saltē quoad tē
poralem aduersitatem, & propter transgressionem præcepti erit culpabilis, qui suscitauerit, i. recu-
perare inceperit, & ædificauerit ciuitatem Hiericho eandem in specie seu quantā ad sitū & no
men. Optabat equidem Iosue vt vrbs illa tam miraculose subuersa non repararetur in commenda- E
tionem diuini prodigij & in commemorationem iustitiæ dei. In primogenito suo fundamēta
illius iaciat, s. dū fundamenta eius posuerit aut ponere cœperit, moriatur primogenitus eius, quate
nus pater puniatur in filio, & in nouissimo liberorum ponat portas eius, i. si vel dū portas eius posuerit
moriatur vltimus filiorum ipsius, vel absolute vltimus, itaque aliū vltra non gignat, vel vltimus quem pro
3. Regū 18 tunc habuerit. Qualiter imprecatio ista postmodū sit impleta, patet tertio libro Regū quo habetur
In diebus eius, s. Achab ædificauit Ahiel de Bethel Hiericho, in Abyrā primogenito suo funda-
uit eā, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbū dñi quod locutus fuerat in manu Io
sue filij Nun, quo constat quod deo inspirāte imprecatus ē Iosue ista. ¶ Quocirca quæri potest, cur pro
peccato patris imprecata est mors filijs eius. De hoc in sequentis expositione capituli erit sermo
Iosue.7 ¶ Postremo circa illud: Die āt septimo diluculo cōsurgētes. Lyra allegat & approbat Hebræos
dicentes quod Hiericho capta sit & destructa in sabbato, quia hic dicitur septimo die, & addit quod ex dispē
satione dei istud in sabbato factum sit. Verum hoc stare non potest iuxta præhabita, in quibus dictū
est, quod primo die azymorum primo circuierunt. Prima enim dies azymorum fuit in vespera feriæ quin-
tæ luna. 14. & ita septima dies circuitus non extitit sabbatum. Nec valet argumentū sumptum ex
eo quod dicitur hic septimo die. Nam septima dies vocatur non respectu primæ diei hebdomadæ se-
cundum computum Hebræorum, sed respectu primæ diei azymorum.

¶ De spirituali huius sexti capli sensu. Art. XI.

Iob 8.1 Hiericho clausa erat atque munita timore filiorum Israel, per Hiericho, quæ luna interpre
tatur, mundus iste in maligno positus, eiusque vanitas, instabilitas, & superstitio designātur
& præsertim gentilitas idololatriæ, ac diuersis superstitionibus atque carnalitatibus dedi-
ta, quæ contra Christum & eius Apostolos seu euangelicam fidem ac legem multipliciter
se muniuit, per philosophica argumēta, per secularium principum potestates, per tyrannorum perse- F
cutiones, per Magorum fallacias, per commenta augurum atque aruspicum, per blanda & prospe
ra, per adulationes & cōminationes, per deceptoria signa, quibus omnibus non obstantibus vi-
Mar.3 cta est & deleta, per euangelicæ legis prædicationes tubales, per sermocinationem altisonam
Christi discipulorumque eius, quorum duos videlicet Iacobum & Iohannem vocauit filios toni-
trui, per gloriosissima quoque & innumerabilia miracula eorundem, per veteris testamenti scriptu
ras & allegationes, per vitam etiam virtuosissimam primitiuæ ecclesiæ, cuius tanta exemplaritas
Acto.2.3.6 fuit, quod multi infidelium ipsa virtutum euidentia superati, fassi sunt sanctam esse euangelij theori-
am & crediderunt in Christum, immo tandem ita præualuit religio Christiana, quod nullus perfido
rum ac secularium audebat molestare fideles. In exordio quoque post Pentecosten misso spiritu
Actorum.2.8 sancto cum Apostoli prædicationibus miraculisque fulgerent & multa milia in Hierusalem crede
Acto.6 rent ac varijs ac euidentissimis diuinorum charismatum gratijs choruscarent, ingēs metus erat in
omnibus cæteris & nemo aliorum audebat se coniungere illis, sed beatificabat eos populus, vt in
Acto.6 Actis scriptura veritatis testatur. Dixit itaque dominus ad Iosue: Ecce dedi in manus tuas Hiericho
& regem eius, omnesque viros fortes, sic pater Christo promisit principatum mundi, eiectionem
Psalm.2 diaboli & conuersionem multorum magnatum. Postula (inquit) à me & dabo tibi gentes hære-
Dan.7 ditatem tuam, & possessionem tuā terminos terræ. Vnde & in Daniele scriptum est: Dedit ei po
testatem & honorem & regnum & omnes populi tribus & linguæ seruient ei. Deinde Christus
præcepit septem sacerdotibus sumere septem tubas, id est vniuersis prædicatoribus euangelicæ le
gis assumere totam sacram scripturam, septenario quippe vniuersitas designatur.

Vnde &

A Vnde & Raphael angelus: Ego(ait)sum vnus de septem q astamus ante deum. Misit ergo Chrus Tob.12
pcepit frequenter & ordinate circuire loca Gentilium, Immo & Iudæorum incredulorum. Deinde pdicare Matt.10
eisdem & pdicando eos deuincere, vitiorumque regnũ & aciem in ipsis destruere, sicque ad ipsos 28
victoriose intrare qd factũ est omni populo altissime vociferante, id est, vniuersis fidelibus p in- Marci 16
fidelium conuersione affectuosissime exorantibus. Per circũportationem vero arcæ pfigurata est Acto.13.17
deportatio sacramenti Eucharistiæ, reliquiarum & aliorum sacrorum in pcessionibus populi Christia-
ni. Itemque quòd prædicatores sancti Christum in suis cordibus vndique circũferebant.

¶ Insup per hoc quod Iosue populo iussit non vociferari quousque diceret eis, insinuat q omnia
ex diuino instinctu & motione spũs sancti à fidelibus fieri debent, & vt nemo sibi assumat hono- Hebr.5
rem, nisi qui vocat à deo. Sitque ciuitas hæc anathema. Infidelium namque collectio anathema est,
quantum ad esse suæ perfidiæ ac vitiorum, & quantum ad eos qui credere renuunt. Sola autem Ra-
hab meretrix, ⌊viuat cum vniuersis qui in domo eius sunt.⌋ Secundum Ambrosium sup Lucam. Ambros.
Non caret grandi mysterio, quod nemo in Hiericho à morte eripit, nisi quem meretrix saluat.
Nempe p Rahab hanc figurat ecclesia ex Gentibus conuersa, quæ prius cũ idolis fornicabat, sed Ezech.16
auditis mirabilibus dei, recepit exploratores, id est, Chri pdicatores & oẽm suã cognationem, id
est, cunctos electos ex Gentibus natos, ex deo p semen grãæ eius congregat secũ. Propter qd ne-
mo saluat, nisi qui continet in domo ipsius. Cauete ne de his quæ pcepta sunt vobis quippiam cõ- Roma.1
tingatis, id est, ea quæ deo sunt asscribenda, vobis non asscribatis. Nec mũdana ac vana p consen-
sum & affectũ tangatis, nec ea commisceatis diuinis, nec insta ecclesiam deferatis. Quicqd autem

B auri & argenti fuerit p aurum naturalis sapientia, p argentũ eloquentia, seu scientia de creatis, p va-
sa ænea virtutes acquisitæ, p ferrum corpalis fortitudo seu secularis potentia designant, quæ omnia
consecranda sunt deo, id est, supnaturalibus grãæ donis subijcienda, atque in dei obsequiũ conuer-
tenda. In illo tpe imprecatus est Iosue. Maledictus vir qui suscitauerit & ædificauerit Hiericho, sic Matth.11
& Chrus incredulis vrbibus maledixit: Væ (inquiens) tibi Caphernaum. Væ tibi Chorosaym, Luc.10
omnibus quoque maledixit, q gentilitatem cũ suis sceleribus innouare conant. Ista iuxta allegoriam
sint dicta. ¶ Porro secundum tropologiam p Hiericho intelligit vnaquæque praua & vitiosa so-
cietas quæ increpari & corrigi dedignat, & contra pdicatores ac platos virtuosos se armant va-
rijs modis, quam tamen Chrus frequenter p sanctas pdicatiões deijcit & conuertit, animasque spi-
ritualiter fornicarias efficit suas spõsas. Docemur item ex isto capitulo, quàm reuerenter ac deuo-
tissime fieri debeant pcessiones ecclesiæ cũ orõnibus internis, & laudibus dei spũalique gaudio omni
carnalitate atque lasciuia & clamore exclusis. ¶ Postremo sicut in deportatione arcæ pcessit po-
pulus armatus. Deinde secuti sunt sacerdotes cũ buccinis. Tertio loco arca, quarto reliquũ vulgus
sic in processionibus ecclesiæ præcedunt fideles vexillis crucibusque armati, deinde clerici & pres-
byteri cantantes, tertio, platus sacra ferens, & quarto laici reliqui. At vero qui Hiericho suscitat,
atque ædificat, id est, vitia seculi renouat, & mũdanas societates impie fouet maledictioni subijcit.
Ita q in primogenito suo hoc incipit, quoniã talia inchoando à primitiuo fructu gratiæ sibi in
baptismo aut contritione collatæ euacuatur, & in nouissimo liberorum suorum illud complet, quia fi-
liali conuersione per hoc priuari meretur.

¶ DECLARATIO LITERALIS CAPITVLI SEPTIMI

Filij aũt Israel præuaricati sunt. Art. XII.

C QVID, euersionem Hiericho consecutũ est, consequẽter describit: ⌊Fi-
lij autem Israel præuaricati sunt⌋ mandatum præcedenti capitulo scri-
ptum, quo dominus prohibuit eis vsurpare aliquid de anathemate seu
rebus domino consecrandis, ⌊& vsurpauerunt de anathemate.⌋ Quis
autem vnus solus hoc fecit, tamen pluraliter dicit, filij Israel, eo loquen-
di genere quo communitati vel societati asscribit, q ab vno vel paucis
ex ea cõmittit, vel forte filij huius viri cooperati sunt, vel consenserunt
ei in furto isto. ⌊Nã Achan filius Carmi, filij Zabdi, filij Saræ de tribu
Iuda, tulit aliqd⌋ immo multa ptiosa clenodia ⌊de anathemate⌋ quæ
infra exprimunt. ⌊Iratusque est dñs cõtra filios Israel,⌋ immo vt infra
habet, grauiter eos puniuit pro scelere isto, q qualiter iustũ deũ decuerit, paulopost exprimetur
⌊Cumque mitteret Iosue de Hiericho⌋ .i. de loco vbi pauloante steterat vrbs illa quæ iam fuit cõ-
busta ⌊viros cõtra Hai⌋ .i. vrbẽ sic appellatã, ⌊quæ ẽ iuxta Bethauẽ ad orientalẽ plagã oppidi Be-
thel⌋ Eadẽ vrbs scdm expositores vocat hic Bethauẽ & Bethel, q a binomia erat, & à diuersis vt
dr, sortita est duo noĩa illa. Est aũt hæc Bethel alia ab illa quã Iacob ita vocauit, quæ antea dicta est
Luza, sicut in Genesi habetur. Nam illa fuit in regno duarum tribuum, & alio nomine Hierusalem Genes.28
appellat. ¶ Porro hæc Bethel fuit in regno decem tribuũ, in quo & Hieroboam posuit vnũ de 3.Reg.12.
aureis vitulis suis. Dicit vero hic quidã, q vocata sit Bethel eo qd Abraham ædificauit altare inter Gen.12
Bethel & Hai, qd nõ videt idonee dictũ, quoniã in Genesi legitur, quòd Abraham ascendens de Gen.13

Aegypto

Aegypto reuersus est in Bethel, nec ibi exprimitur quod ipse vocauit ita hanc vrbem. Nec expo D
sitores dicunt hoc ibi, sed magis videt ꝙ iam ante Abraham ita sit nuncupata. ⌊ Dixit eis: Ascen
dite & explorate terram ⌋ id est, vrbes territorij huius specialiter Haij. An sit vrbs fortis & ma-
Iose. lib. 5 gna. ⌊ Qui præcepta complentes explorauerũt Haij. Et reuersi dixerũt: Non ascendat omnis
antiq. ca. 1 populus ⌋ Israel, ⌊ sed duo vel tria milia viroꝝ pergant ⌋ Secundũ Iosephũ dixerunt triginta mi
lia ascendãt, ⌊ & deleant ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabit contra hostes paucissi
mos Ascenderunt ergo tria milia pugnatoꝝ. Qui statim terga vertentes, ⌋ id est, ex timore fu-
gientes ⌊ ꝑcussi sunt ⌋ non omnes, sed pauci ex eis ⌊ à viris Hai, & corruerũt ex eis triginta & sex
homines. Persecutiq; sunt eos ⌋ puta Hebræos ⌊ aduersarij de porta ⌋ Haij ad quam audacter
primo accesserunt filij Israel, sed visis hostibus expauerunt ⌊ vsq; ad Sabarim, ⌋ id locum sic no-
minatum, vel vt fert secundum Hebræos Sabarim est nomen commune significans confractio
nem vt sit sensus, quod ꝑsecuti sunt filios Israel vsq; ad dissipationem & occisionem, quorundam
Israelitaꝝ, vel vsq; ad ꝓpriam fatigationem ⌊ & ceciderũt ꝑ prona fugientes. Pertimuitq; cor po
puli ⌋ Israel visis fugientibus de ꝑlio, ⌊ & ad instar aquæ liquefactũ est. ⌋ Formidantes se omnes
à Chananæis occidendos. Ignorabant enim cãm fugæ istius, videlicet ꝙ ꝓpter pctm̃ Acham de
us subtraxisset fugientibus robur atq; audaciam, timebant quoq; occulta dei iudicia, & videbant
se naturalibus viribus non posse resistere Chananæis, qui eis multo plures ac fortiores fuerunt.
¶ Præterea ꝙ ait cor populi instar aquæ liquefactũ timore, potest tam de corꝑali corde, q̃d, scd̃m
philosophũ, est primũ viuens & vltimũ moriens in animali, q̃ de spũali corde, vcʒ volũtate seu ra-
tione intelligi. Passio nanq; timoris corꝑalem transmutationẽ facit in toto corꝑe, ꝑsertim in cor-
de corporeo, quæ etiã passio dũ vehemens est, redũdat in partem intellectiuam & causat ibidem E
spũalem liquefactionem seu vigoris atq; constantiæ defluxionem. ⌊ Iosue vero scidit vestimen-
ta sua ⌋ præ mœrore, etiam ex timore imminentis periculi, & qm̃ causa spũaliter tetigit eũ tanquã
communem omniũ ducem ac p̃rem, & q a præ cæteris ardentissime plebem illam sibi cõmissam
dilexit, ⌊ & cecidit ꝓnus in terram ⌋ quatenus se maxime humiliando atq; humillime deꝑcando
citius ac plenius exaudiret à domino ⌊ coram arca domini ⌋ .s. in tabernaculo in q̃ erat arca, poti
us tamen se ꝓstrauit coram deo, quem exorauit. Nec ante arcam ꝓstrauit se nisi ꝓpter dei maie-
Exo. 25 statẽ, ꝑsentiã & honorẽ, quẽ ibidem specialiter ac gratiose ꝑsentem esse cognouit. Nam sup arcã
fuit ꝓpitiatoriũ q̃d dei sedes erat, ibi ergo ꝓstrauit se, ⌊ vsq; ad vesperam ⌋ In q̃ patet orõnis suæ
instantia, immo quousq; exaudiebat, mansit sic orans, & nisi ad vesperam exauditus fuisset, man
sisset in oratione & prostratione diuti⁹, estq; ꝓbabile quòd ieiunijs orauerit tã diu, sic ergo orauit
⌊ tam ipse quàm omnes senes Israel ⌋ potissime superiores & officiati, & qui sapientia ac virtuti-
bus præminebant. ⌊ Miseruntq; puluerem sup capita sua, ⌋ in signum maioris humiliationis,
Dec. Co- ac pœnitentiæ. In scholastica quoq; historia addit quod & facciserant indut. Nec dubium quin
bit lib. Io & reliquus populus, immo mulieres quoq; & paruuli ac puellæ ætatis adultæ, dominũ feruide in-
sue ca. 6 uocabant. Istud autem videlicet tempore ꝑcipui mœroris & grandis aduersitatis scindere vesti
menta, & puluerem sup capita spargere consuetudo fuit. Non apud Hebræos dũtaxat, sed etiam
Iob. 1 apud quosdam gentiles vni⁹ dei cultores. Sic enim in Iob legitur: Ipse Iob vestimenta sua scidisse.
Iob. 2 De eius item amicis legitur, quod viso Iob in tantis doloribus cõstituto, scissis vestibus sparserũt
puluerem sup caput suum. ⌊ Et dixit Iosue ⌋ Per modum humiliter & dolorose, immo & fami-
liariter conquærentis, non increpantis. ⌊ Heu domine deus: Quid ⌋ id est, ad quod seu quare
⌊ voluisti populum istum transducere Iordanem vt traderes nos in manu Amorrhæi, & perde-
res ⌋ id est, occidi ꝑmitteres, hoc ait admirando & inquirendo magis quàm asserendo. Et quod
ait, vt traderes, intelligendum est consecutiue non causaliter. Non enim ideo deus transduxit eos F
Iordanem, vt traderet Amorrhæis, sed transductionem illam consecuta est illa traditio, ⌊ vtinam
vt cœpimus, mansissemus trãs Iordanem ⌋ videlicet in regionibus Seon & Og, quas acq̃suimus
ibi. Quidã dicũt, ꝙ Iosue culpabiliter dixit hoc ex passione tristitiæ, sed vt arbitror, melius dici p̃t,
ꝙ protulit verba illa non optando absolute, sed cũ implicita conditiõe, vcʒ nisi ipse deus miseri-
corditer subueniret. ⌊ Mi dñe deus ⌋ Ecce quàm amorosum familiareq; verbũ dñm deũ vniuer
soꝝ vocare ꝓpriũ deũ. Nec ꝓprie competit sic loq ad deũ nisi ꝑfectis q deũ tam ꝑcipue amant
& colũt, quasi deus oĩm sit solũ, aut maxime deus eoꝝ quoꝝ etiã corda deus valde specialiter dili-
git, visitat, & adimplet. Itaq; dñe deus, quem tam singulariter ac feruentissime amo & colo, ⌊ quid
dicã videns Israelẽ hostibus suis terga vertentẽ ⌋ Q. d. de hoc summe admiror, cũ tu ipse q men-
tiri non potes, ꝓmiseris nobis triumphũ, dicendo: Nullus poterit stare contra vos, ꝑsequet vnus
ex vobis centũ alienos, & centũ ex vobis decem milia. ⌊ Audient Chananæi & omnes habitatores
terræ ⌋ Israelem fugisse, ⌊ & pariter conglobati ⌋ .i. adunati, solet aũt globus ꝓ exercitu accipi, vñ
4. Regũ. 9 speculator viso exercitu Iehu, dixit ad Ioram, video ego globũ, ⌊ circũdabũt nos & delebunt no-
men nr̃m de terra ⌋ id est totaliter nos occident, quod nec memoria nr̃a inter homines ꝑmanebit,
hoc Iosue dixit non simpliciter affirmando, sed formidolose suspicando & nisi deus succurreret.
⌊ Et quid facies magno nomini tuo ⌋ .i. qualiter ꝓpriam famam defendes, qua tam vndiq; omni-

potens,

A potens & deus deorũ es reputatus, nisi nos feceris triumphare, quasi dicat, Deiectio nostra erit
monstratio honorificẽtiæ tuæ, & aduersarij nostri dicent q̃ dij eorũ cõtra te præualuerũt. Hoc di-
cens Iosue, ostendit se zelari pro dño, ꝑ quod oratio eius exaudibilio ccedebat. ⌊ Dixitq; dñs ⌋
ꝑ angelũ ⌊ ad Iosue: Surge ⌋ ad audiendũ diuinũ oraculũ & ad exequendũ q̃ tibi mãdabo, sic ad Ezech. 2
Ezechielẽ ac Danielẽ dñs seu angelus ait: Sta supra pedes tuos & loquar tibi. ⌊ Cur iaces pronus Danie. 10
in terra. ⌋ Non reprehendit dñs ipm Iosue, q̃ in terra prostrauit se, nec ꝑ verba hæc innuit q̃ Io-
sue irrationabiliter fecit hoc, sed dixit dominus verba hæc, ad insinuandum q̃ non oportebat ip
sum Iosue cũ tali pusillanimitate atq; formidine in terra iacere, quasi dicat, Paratus sum tibi con-
silium, auxiliumq; impẽdere. ⌊ Peccauit Israel & præuaricatus est pactũ ⌋ .i. præceptũ ⌊ meũ. Tu-
leruntq; de anathemate & furati sunt atq; mentiti & absconderunt inter vasa sua. ⌋ Istud gene-
raliter ascribit populo Israel, eo q̃ vnus ex ipso id egit, vt dictum est. ⌊ Nec poterit Israel stare
ante hostes suos, eosq; fugiet, ⌋ nisi vindicatum fuerit hoc peccatum. ideo subdit. ⌊ Non ero vl-
tra vobiscũ, ⌋ per collationem victoriæ, tamen ꝑ dona gratiæ gratũ facientis fuit adhuc cũ iustis
⌊ donec conteratis eũ, qui huius sceleris reus est, ⌋ itaq; ꝑsonaliter illud cõmisit, ⌊ surge, ⌋ ex hoc
apparet, q̃ Iosue iacuit adhuc prostratus & verba præfata sic iacens, audiuit loquutione interna
seu exteriori, vel si corporaliter iam surrexit, sensus est, ⌊ surge ⌋ .i. erige mentẽ ad ea quæ dico,
seu in actũ procede, vel forte surgere cœpit, & quasi in genibus se erexit, iuxta quod in Daniele Ibidẽ
legit: Ecce manus tetigit me & erexit me sup genua mea & sup articulos manuũ mearũ, ⌊ sancti-
fica populũ ⌋ .i. præcipe filijs Israel, vt per deuotionem & orationẽ se præparent ad hoc, quod eis
diuinitus ostendat, quis crimen istud commiserit, ⌊ & * dices eis: Sanctificamini in crastinũ ⌋ .i. alr. dic eis
B præfato modo purificate & præparate vos ab hac hora vsq; in crastinũ, vt eras veritas ostendatur, &
forte sanctificatio ista fiebat etiam ꝑ ieiuniũ aut ꝑ continentiam ab amplexu. ⌊ Hæc enim dicit dñs
deus Israel: Anathema in medio tui est Israel ⌋ .i. ô popule Israel, res prohibita tangi à te, ꝑ furtũ
vsurpata est ab vno ex te. ⌊ Accedetisq; mane ⌋ in crastinũ, ⌊ singuli ꝑ tribus vestras ⌋ .i. quilibet
in sua tribu veniet ad me, ⌊ & quamcũq; tribũ ⌋ ex duodecim tribubus Israel ⌊ sors inuenerit ⌋ non
à casu, sed iuxta infallibilem diuinæ prouidentiæ directionẽ ⌊ accedet ꝑ cognationes ⌋ .i. familias
⌊ suas, & cognatio ꝑ domos ⌋ .i. quælibet illius trib⁹ familia accedet ꝑ domos seu prosapias suas
⌊ domusq; ꝑ viros. ⌋ Nẽpe in vnaquaq; tribu erãt multæ seu plures familiæ saltẽ cõiter vel in
successu tpis, q̃ dico ꝓpter tribũ Dan, in qua primo nõ erat nisi vna familia, qm̃ vnum solũ filium
Dan habebat. In qualibet q̃q; familia erãt plures domus, atq; in qualibet domo plures viri seu ca Nume. 26
pita, de hac familiarũ & domorũ distinctione diffuse habet in codice Numer. Itaq; ꝑ sortis missio Genes. 46
nẽ primo capta est tribus, ad quã reus huius criminis ꝑtinebat, qua sic deprehensa, diuisa est per
suas familias & ꝑ sortem deprehensa est certa familia, quæ tũc diuisa est ꝑ domos & inter eas ꝓie- Nume. 26
cta est sors, per quam deprehẽsa est domus determinata, qua per viros diuisa, missa est sors inter
viros illos, sicq; tandem captus est sorte vir reus. ⌊ Et quicunq; in hoc facinore fuerit deprehen-
sus, comburetur igni cum omni substantia sua, quoniam præuaricatus est pactũ dñi. Surgẽs itaq; Io
sue mane, applicuit Israel ꝑ tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quæ cũ esset oblata, inuenta ẽ
familia Zaræ. Illamq; offerẽs, repperi Zabdi, Cuius domũ diuidens, inuenit Achan de tribu Iu-
da. Et ait Iosue ad Achan, ⌋ cũ per sortẽ deꝓhensus fuisset, ⌊ Fili mi. ⌋ Sanctus Iosue vir discretus
ac mãsuetus, nõ turbulẽter, sed pie ac mite primo alloquit reũ, ne ex dura alloquutione pterritus
aut exacerbatus vel induratus, non acquiescat veram dare responsionem, ⌊ da gloriam deo ⌋ .i. ꝑ
C culpæ tuæ recognitionẽ & expssionem in speciali, deũ honora, quatenus ex tua confessione inno
tescat euidentius, q̃ deus iuste puniuit nos, ideo quasi expositorie subdit, ⌊ & confitere ⌋ .i. reco-
gnosce, ⌊ atq; indica mihi quid feceris, ⌋ quis enim ex diuina reuelatione & sortis missione, iam pa-
tuit, q̃ Achan iste crimen cõmisit & de anathemate vsurpauit, nondũ tñ indiuidualiter & circũ-
stãtionalr patuit factũ ⌊ Et ait Achã: Vere ego peccaui dño deo Israel ⌋ .i. ad irreuerentiã dei seu
cõtra eius præceptũ. ⌊ Vidi enim inter spolia, palliũ coccineũ valde bonũ ⌋ .i. rubeũ & valde prioſum
seu vt Iosephus scribit, chlamydẽ auro cõtextã, ⌊ habẽtẽ auri massam ⌋ .i. siclos ducẽtos ⌊ & ducẽ
tos siclos argẽti, regulãq; aureã quinquaginta siclorũ & cõcupiscens ⌋ ea ꝑ auaritiã, ⌊ abstuli, ⌋ ꝑ Iose. lib. 5
furtũ sacrilegũ, vsurpãdo q̃ deo fuerũt deputata, ⌊ & abscondi in terra cõtra mediũ tabernaculi ⌋ ane. iu. ca.
.i. directe ex opposito tẽtorij ⌊ mei, argentũq; fossa humo operui. ⌋ Porro q̃d ait, inter spolia,
nõ est intelligendũ q̃ illa metalla ac vasa redacta sint in prædã pugnantiũ, sed q̃ erãt talia qualia so-
lent eẽ spolia pugnatorũ vincẽtiũ. ⌊ Misit ergo Iosue ministros q̃ attulerũt ⌋ furata, ⌊ ꝓiecerũtq;
ante dñm ⌋ .i. ea corã deo oĩa intuente posuerunt, recognoscendo pctm̃ eius q̃ abstulit ea & tan
quam parati tantũ crimen vlcisci. ⌊ Tollens itaq; Iosue Achan, argentumq; & pallium & aureã
regulam, &c. filiosq; eius & filias, ipsumq; tabernaculum ⌋ .i. tentoriũ ⌊ eius ⌋ portatile, ⌊ & oĩs
Israel cũ eo ⌋ .i. cæteri filij Israel cũ Iosue assistẽtes ei in isto, ⌊ duxerũt eos ad vallẽ Achor. ⌋ Qui-
dã dicunt q̃ fur iste vocatus est Achan & Achor. Hieronymus vero dicit q̃ solũ vocatus est A-
chan nõ Achor. Nec in Hebræo vocat Achor, ideo vallis ista vocata est vallis Achor, nõ à viro Esa. 65
isto in ea occiso, nec Achor est hic nomẽ ꝓpriũ, sed cõmune & interꝑtat turbatio. itaq; locus ille

appellatus est vallis turbatiõis, vbi Iosue dixit ad Achan iam occidẽdũ. Quia turbasti nos, D
.i. ꝑ tuum furtũ sacrilegũ meruisti ꝙ tã grauiter fuimus ꝑturbati & quidã ex nostris occisi ac mul
ti fugati, exturbet te dñs in die hac. .i. violẽtę morti te tradet & ꝑ eã ex nobis te auferet. At ve-
ro aurea regula secundũ quosdã fuit aurea linea seu aurea lamina, habens speciem linguæ seu in si
militudinem linguæ formata. Vnde (vt fert) in Hebræo habet, auream linguã. lapidauitq; eum
omnis populus Israel & cuncta q̃ illius erant, igne cõsumpta sunt. Circa hoc est quæstio duplex
Primo enĩ quærendũ est, Cur pplus vir hunc lapidauit, quẽ (vt paulo ante iã patuit) dñs iussit
Aug. li. Iosue, q̃st. 9 igne cõburi. Secũdo quærendũ, An filij eius ac filiæ simul cũ eo occisi sint. Ad primũ beatus Au-
gust. rñdet, ꝙ noĩe cõbustionis seu ignis, scriptura frequenter designat quãcunq; pœnã, ꝑcipue
grauem, quẽadmodum filij Israel sæpe legunt de ferrea Aegypti fornace educti. Sed contra hoc
obijcit quidã dicẽs, ꝙ non videt textui cõsonum, qa iam dictũ est, ꝙ dñs iussit eum cũ omni sub-
stãtia sua cõburi, cũ ergo substãtia eius cõbusta sit, videt idẽ de ipso dicendũ. Sed aduertẽdũ ꝙ Au-
gustinus valde cõuenienter circa hæc scribit: Nõ est, inquiẽs, credẽdũ, Iesum .i. Iosue aliud fecisse,
q̃ ꝙ dñs iussit. Nã ad intelligendũ verba dñi, qs potuit esse sapiẽtior vel ad faciẽda obediẽtior Ie
Ibidẽ. su q ea intellexit vt propheta. Insup loquit August. Duæ mihi causæ occurrunt, propter quarũ
alterã Iosue nõ cõbussit hunc Achã. Aut enĩ vere pœnituit, & ita dignus nõ erat igne gehẽnæ, id-
circo nec igne voluit eum Iesus cõburere, aut nõ pœnituit vere, & ita fuit æterno igne torquen-
dus, ideo illã pœnã ignis reseruauit Iosue dño, & ipse aliã pœnã .s. lapidationẽ inflixit. Præterea E
Lyra dicit, ꝙ Achan peccauit dupliciter .s. sabbatũ violando, qa in sabbato cõmisit hoc scelus,
& pro hoc extitit lapidatus, & rẽ deo consecratã furando, propter q̃d fuit combustus. Sed sicut in
expositione ꝑcedentis cap. est probatũ. Probabilius est ꝙ Hiericho nõ est capta in sabbato, & ita
nec furtũ illud in sabbato est cõmissum. Deniq; in fine huius cap. legit, ꝙ cõgregauerunt sup A-
chã lapidatũ, aceruum magnũ lapidũ. Vel ergo primo est lapidatus, vel primo cõbustus, si primo
lapidatus nõ fuit post cõbustus, qa in textu habet, ꝙ aceruus illi lapidũ sup eum ꝑmanet vsq; in
ꝑsentẽ diẽ. Si autẽ primo cõbustus est, cõstat ꝙ mortuum nõ lapidarũt. Quod autẽ oĩs Israel eũ
dicit lapidasse, intelligẽdum est ꝙ quidã ex oĩbus hoc fecerunt & alij cõsenserũt. Ad aliã q̃stionẽ
dicunt (vt Lyra refert) Hebræi, ꝙ filij & filiæ Achan nõ fuerunt cũ eo occisi, sed ducti fuerunt cũ
eo vt eius punitionẽ videndo à similibus cohiberent. Alij dicunt, q̃d fuerunt cum eo occisi, sed an
lapidati, an cõbusti, adhuc posset inquiri, & ideo dicunt istud, qm̃ pctm̃ Achan ꝑmisit deus trigin
ta sex viros occidi, aliosq; fugari. Magis ergo videt quod in detestationem facinoris eius, occisi
sint filij eius & filiæ. Recitationi autem Lyræ videt contrariari quod magister in historijs narrat
dicendo: Putant Hebræi dominum præcepisse vt Achan lapidaretur, & omnia eius quæ lapidi-
bus obrui possent, cætera esse cremanda. Ex quo sequeret, quod filij eius & filiæ ac iumenta fuis-
sent lapidibus interfecti. Pro hoꝝ concordia dici potest, quod de isto sint duæ inter Hebræos
Ibidem. opiniones. ¶ Amplius quæri potest, an Achan vere pœnituit: Circa hoc loquit Augustinus du-
bitatiue, vt ex verbis eius patet iam allegatis. Aliqui vero dicunt quod non pœnituit vere, vide-
licet ex displicentia culpæ, sed ex formidine pœnæ. Sed huius oppositum alij probabilius dicunt,
quia vt textus testat, Cum Iosue dixisset ad eum: Fili mi, da gloriam deo. Ipse respondit: Vere
ego peccaui dño deo Israel, quæ vident verba humilis compunctionis & veræ contritionis. cõ- F
gregauerunt quoq; sup eum aceruum magnũ lapidum, vt aceruus ille esset memoriale signum
ꝑteriti criminis ad alioꝝ terrorem & cautionem. Et auersus est furor dñi ab eis .i. rigor diui-
næ iustitiæ cessauit à filijs Israel, ita quod ꝑ facinus Achan nõ abstraxit eis vltra ꝑsidium contra
Esa. 65 hostes. & vocatũ est nomẽ loci illius vallis Achor .i. turbationis ꝑpter causam expressam, de q̃
Osee. 2 valle scriptũ est in Esaia: Erit vallis Achor in cubile armẽtoꝝ. Et in Osea: Dabo vallẽ Achor ad
aperiendã spem. ¶ Circa ꝑdicta duæ occurrũt quæstiones. Prima, qualiter diuinæ iustitiæ con-
gruebat, propter pctm̃ vnius hoĩs sic irasci populo vniuerso. Secũda, an licuit Iosue vti sorte. Ad
primã hanc August. rñdet: Quæri, inquiẽs solet, qũo pctm̃ vnius iuste vindicet in alio, cũ lex di-
Aug. li. Iosue, q̃st. 8 Ezech. 18 cat, patres nõ esse puniẽdos pro iniquitatibus filioꝝ, nec ecõuerso. An lex ista hoĩes iudicãtes cõ
cernit, vt .s. nõ puniãt vnũ pro alterius culpa, sed talia nõ sunt iudicia dei, q alto & incõprehẽsibi
li iudicio nouit q̃tũ extẽdat tpalẽ hoĩm pœnã, salubrẽq; terrorẽ. Non enĩ duꝝ aliqd q̃tũ attinet
ad vniuersi mũdi administrationẽ cõtingit mortalibus cũ moriunt, aliqñ morituri, & tñ apud e-
os q talia metuunt disciplina sancitur vt vnusquisq; in pplo nõ solũ curet seipsum, sed hoĩes sibi
inuicẽ adhibeãt diligentiã, & tanq̃ vnius corporis mẽbra alia pro alijs sint solicita. Nec tñ credẽ
dũ est vnũ pro alio posse puniri his pœnis quæ irrogant post mortẽ, sed infligi pœnã huiusmo-
di tantũ in his rebus quæ sinẽ fuerant habituræ, etiam si non fuissent hoc modo ꝑ id quod osten
ditur q̃tũ in populi potestate ipsa vniuersitas sit connexa, vt nõ solũ in seipsis singuli, sed tanquã
partes existiment in toto. Per vnius ergo pctm̃ & ꝑ mortẽ paucoꝝ admonitus est pplus vniuer
sus, tanq̃ in corpore vniuerso q̃rere q̃d cõmissum erat, si aũt aliqs inuenisset ipm̃ Achan in furto,
& adduxisset eũ ad Iesum seu Iosue, nõ est putandũ q̃d Iesus puniuisset aliũ simul cũ illo q nõ com
municasset ei i crimine, sed longe secretiori iudicio iudicat deus q etiã post mortẽ potest liberare

& p-

A & perdere. Visibiles ergo afflictiones & mortes, quæ possunt obesse & prodesse his qbus ingerũtur, nouit dominus in occulto prouidentiæ suæ qualiter quibusq; dispenset seu irroget, etiam cũ alios pro alioꝝ peccatis videt vlcisci siue punire. Inuisibiles aũt pœnas quæ nocent nec prosunt non infligit vni pro culpa alterius. Ex his sapientissimi Augustini verbis patet plena huius quæstionis solutio. In qbus etiam virtualiter continetur responsio quam Thomas, aliiq; doctores scholastici ad hanc quæstionem assignant, quam alibi in diuersis locis induxi. Elucescit quippe ex his, ꝙ dum deus punit vnũ pro culpa alterius pœna temporali & corporali, ordinat hoc in maius bonũ illius quem taliter punit, estq; talis punitio eius purgatio seu futuræ minoratio pœnæ, seu etiam via ac dispositio ad grãm ac salutem, earumve incremẽtum. Ideo nõ præiudicat ei quem ita punit. Potissimũ quoq; facit hoc in illis qui sunt quodãmodo vnũ, quemadmodũ in exercitu vnus est quasi compars & cõmembrũ alterius, & filius est aliquid suoꝝ parentum quãtum ad corpus, & serui sunt res quædam dominoꝝ suoꝝ. Ordinat etiam de⁹ hoc ipsum in bonũ commune. Ad secundũ dicendũ, ꝙ sortes vocant, dum quædam gerunt, ex quoꝝ euentu occulsum aliquid innotescat, sicq; sortibus vti est ex vario euentu aut dispositione rei sensibilis propositæ determinare quotcunq; incertũ aut dubiũ, sicut ex tractu longioris aut breuioris festuc. Est aũt sors triplex, videlicet diuisoria, consultoria ac diuinatoria. Diuisoria dicit, quando p missionẽ seu euentum rei sensibilis quærit, quid sit aliquibus exhibendũ de re possessa, vel de honore, dignitate aut pœna, videlicet vt sciatur, qd quis aut quantũ accipiat. Sors vero cõsultoria nuncupat, dum ita inquirit, qd sit agendũ vel omittendũ. Quod si quærat, qd sit futuꝝ, vocat sors diuinatoria. Cũ ergo actus humani non sint cœlestiũ corpoꝝ influentiis subditi, qm̃ sapiens dominabit

B astris, non licet euentum, ostensionemq; sortiũ à cœlestibus corporibus aut syderibus expectare & multo minus à dæmonibus, qbus causis remotis necesse est talem euentũ præstolãri à fortuna, vel à substantia intellectuali superiori directiua actuũ humanoꝝ, & bona, hoc est à deo vel angelis. A fortuna aũt expectari non potest nisi in sorte diuisoria, sicut dũ aliqui nequeunt rem concorditer diuidere, ideo ex cõmuni consensu mittũt sortes, totũ euentum cõmittentes fortunæ, & tunc nõ est pctm̃, tñ causa motiua potest esse culpabilis, vt dũ ex cupiditate vel cõtentione aliter diuidere nequeunt, vel ex affectu lucrandi sic faciũt. Interdũ quoq; in hoc contingit vitiũ vanitatis. Porro si euentus atq; iudiciũ sortis expectet à deo vel angelis, non est in se pctm̃, secundum quod asserit Augustinus. Sed potest in hoc quadrupliciter culpa incidere. Primo, si fiat absq; necessitate, sic em̃ ad tentationem pertinet dei. Secũdo, si etiam in necessitute fiat absq; debita deuotione & reuerentia. Vnde cũ apostoli missuri erant sortes inter Mathiam & Barsabam, fecerunt hoc cœtu fructu collecto, atq; oratione p̃missa. Tertio, qñ diuina oracula ad negotia cõuertunt terrena. Quarto, si sortibus quis vtat in ecclesiasticis electionibus, quæ ex inspiratione diuina fieri debent. Propter qd Beda testatur, Mathiam sorte factũ apostolum, quando spũs sanctus nondũ fuerat datus, sed in eo misso, septem diaconi non sorte, sed fratrũ electione sunt ordinati. De hac re plenius scribit Thomas in secũda secũdæ. In veteri aũt testamẽto frequens extitit sortium vsus, quando deus volebat hoc modo ostẽdere se omniũ prouidentiam, notitiamq; perfe-

Aug. li. Je sue. qst.

Acto 1

C ctam habere. Propter qd in prouerbiis scriptũ est: Sortes mittunt in sinum, sed à dño temperãtur. Necnon & in Numeris iussit dominus terram promissionis sorte diuidi, sicut & infra in isto libro legit adimpletum. Vltimo quæri potest circa p̃habita, cur Iosue duxit Achan & ea quę erãt ipsius ad vallem vt occideret ibidem. Ad qd ad literam dici potest, ꝙ ideo, ne aliqui Chananæorũ ex eminentioribus locis suis cõspicerent, ꝙ filii Israel aliquẽ ex seipsis ita tractarent. Vnde in Scholastica fertur historia, ꝙ fuit vallis profunda.

Pro. 16

Nume. 34

Pe. co. bis. li. Josu. c. 9

¶ De spirituali sensu huius cap. VII. Arti. XIII.

Filii aũt Israel præuaricati sunt pactũ & vsurpauerunt de anathemate. Per filios Israel intelligendi sunt Christiani, quibus præcipitur: Nolite conformari huic seculo & nolite diligere mundum neq; ea quæ in mundo sunt. Hi ergo dum timore dei neglecto efficiuntur mente mundani, & mores seculares, ac vitia, excusationesq; friuolas ad ecclesiam aut in claustrum comportant, & per talia inficiunt alios, vsurpant de anathemate Hiericho. Circa hoc loquitur Origenes: Qui de astroꝝ cursibus vitas hominum & gesta perquirũt, qui auiũ volatus & similia, quæ in seculo didicerunt, obseruant, de anathemate Hiericho inferunt in ecclesiã dei & vinci faciunt populũ eius. Iratusq; dominus contra filios Israel. Circa hoc loquit Origenes, quo nullus doctorum melius dicit in his in qbus catholice dixit. Non otiose transcurrendũ, ꝙ vno peccante ira super omnem populum venit, hoc accidit quando sacerdotes, qui populo p̃sunt, erga delinquentes benigni volũt videri, & verẽtes peccantiũ linguas, ne forte de eis male loquant, & sacerdotalis sæueritatis immemores non implent, qd scriptũ est, Peccantẽ corã oĩbus argue, vt cæteri timorẽ habeant. Quæ ista bonitas, q̃ ista misericordia est vni parcere & oẽs in discrimen adducere. Polluit em̃ ex vno peccatore populus, sicut ex vna oue morbida grex vniuersus inficit. Ideo obseruemus nos inuicem & vniuscuiusq; conuersatio nota sit, maxime superioribus & p̃latis, nec putet se quisq̃ recte dicere. Quid ad me spectat, si alius male agit, vnũ corpus

Origenes

1. Timo 5

Roma. 12 omnes sumus in Christo. Tu qui præsides, oculus es corporis huius, vt omnia circumspicias & D emendes & futura præuideas. Pastor es & ouiculas dei ignoras periclitari, vides ad pcipitia ferri & ad prærupta pendere, & non occurris, nec reuocas, nec correptionis clamore deterres. Hæc non ideo diximus, vt pro leui culpa quis abscidat, sed si forte commonitus quis & correptus pro delicto semel & iterum ac tertio nihil emendationis ostenderit, vtamur medici disciplina, si oleo perunximus, si emplastris mitigauimus, si malagmate molliuimus, nec tamen cedit tumoris duritia, tunc solū superest resecandi remediū, sicut & dominus ait: Si dextera manus tua scandalizauerit te, abscinde eam & proijce abs te. Nunquid de manu corporis dicit hoc, sed hoc est quod dicit, vt ego qui videor tibi esse manus dextera & presbyter nominor, & prædico verbum dei, si aliquid contra ecclesiasticam disciplinam & euangelij regulam gessero, ita vt scandalum tibi & ecclesiæ faciam, vniuersa ecclesia in vno consensu conspirans abscindat me dexteram suam & proijciat à se. Expedit enī tibi & ecclesiæ absq; me manu sua male agente & scandalizante introire in regnum cœlorū, q̄ mecum mitti in gehennam. Hæc Origenes. Insuper sicut filij Israel missi ad expugnandū vrbem Hai, ab infidelibus illis sunt victi, sic sæpe contingit q̄ sacerdotes & prædicatores qui diriguntur vt seculares conuertant, peruertunt ab illis ex propria prauitate ad malum. Iosue vero scidit vestimenta sua & cecidit pronus in terram tam ipse q̄ seniores. Sic prælati & prædicatores & sapientiores ac seniores in populo, dum inferiorum & pusillorū atq; vulgarium peccata & deformationem agnoscunt, debent vehementissime contristari, flere, seq; coram deo cū omni cōpunctione prosternere atq; indesinenter pro lapsis & victis ab inuisibilibus hostibus deprecari. Proprias quoq; scindere vestes. i. propria opera increpare & formidare, q̄ E ex sua negligentia atq; demeritis illi ita deiecti sint. Debent etiam suas scindere vestes. i. sua corpora pro illo, reconciliatione, conuersione & salute castigare, macerare & flagellis atterere. Nēpe si Iosue & seniores Israel tot & tanta fecerunt propter temporalem fugam & læsionem à visibilibus inimicis, quanto magis ista agenda sunt propter fidelium fugam & læsionem ab inuisibilibus atrocissimis æmulis. Præterea cū prælatus aliquem cognouerit excessisse, dicat ei quod Iosue dixit ad Achan. Fili mi, da gloriam deo & confitere ac indica mihi quid feceris. Oportet enī in sacramentali cōfessione recognoscere culpam, In exteriori quoq; foro, si ratio exigit, fateri eandem, quando videlicet publica est, vel publice punienda. Per hoc vero quod Iosue dixit, fili mi, patet q̄ charitatiue & cōpassiue non ex ira aut odio, increpatio & exhortatio fieri debeat. Ex eadem docemur, quod propriæ culpæ confessio fit dei laudatio. Qui enī se peccasse fatetur, deū esse iustum & sanctum, contra cuius mandatum quid egit aut omisit testatur. Amplius sicut Achan mox humiliter acquieuit & suum facinus distincte ac euidenter aperuit, sic quilibet reus à suo superiore iussus siue admonitus facere debet, immo periculosissimū est propriam culpam negare, aut nimium extenuare, præsertim cū & reus pro suo crimine occidendus peccet mortaliter quādo à iudice iubetur illud manifestare, nec acquiescit. Vidi inter spolia pallium coccineum valde Origenes bonum, &c. Circa hoc ait Glossa ex Origene, In sermonibus rhetorum & philosophorū q sunt de ciuitate Hiericho. i. de mundo, multa est pulchritudo, si ergo inueneris apud philosophos peruersa dogmata, luculēti sermonis assertionibus decorata, aurea lingua seu regula est, sed vide ne te decipiat sermonis aurei pulchritudo, si poetam legeris modulatatis versibus atq; præfulgido carmine deos deasq; texentem seu describentem, vide ne delecteris eloquentiæ suauitate, quoniam aurea lingua est, si enī sustuleris & posueris eam in tabernaculo tuo, si in cor tuum introdu- F xeris per cōsensum quæ asserunt ab illis, polluis ecclesiam dei, Hoc fecit infelix Valentinus & Basilides, hoc fecit & Marcion hæreticus, furati sunt istas aureas linguas de Hiericho & philosophorum sectas non tectas in ecclesiam dei introducere & omnem populū polluere sunt conati, sed nos præcedentium patrum sequamur exemplum & abijciamus malū de nobis. Nam & in nostris disputationibus moris est dicere, quia Christum non purū hominem dicimus, sed deum & hominem confitemur. Hæc Origenes. Per pallium autem coccineum valde bonum, potest intelligi secularis ornatus exterior seu apparatus pompaticus à carnalibus hominibus reputatus. Esa. 1 Vnde loquitur Esaias: Si fuerint pctā vestra quasi coccinum. Atq; in Apocalypsi: Vidi mulie- Apo. 17 rem sedentem super bestiam coccineam. Per siclos vero argenteos, copia mundanæ prudentię & nitor eloquentiæ designantur, hæc furātur de Hiericho, qui post conuersionem suam rursus secularem & carnalem vitam assumit, & ex humana prudentia atq; facundia se extollit, talis in valle Achor lapidatur. i. in bassitudine suæ turbulentiæ proprijs actibus duris opprimitur ac diabolicarum tentationum ponderibus trucidatur. Non ergo gloriemur in talibus, sed in hoc vnusquisq; se prudentem putet & eloquentem, si proprias defectuositates, culpas & calamitates humiliter recognoscat, clare confiteatur & condigne emendet.

¶EXPLANATIO LITERALIS CAP. VIII. Dixit autē dominus ad Iosue: Ne timeas, Arti. XIIII.

Ostēso

A Ostenso capitulo præcedenti qualiter diuina iustitia pc̄tis offensa, filios Israel dereliquit, nunc docetur qualiter dignis pœnis placata eosdem adiuuit. ⌊Dixit aūt dn̄s ad Iosue: Ne timeas⌋ corde ⌊neq; formides⌋ per redundantiam timoris in corpore, q̄ redūdantia proprie dicit̄ tremor. Itaq; nō timeas inordinato carnali timore, quasi dicat, iam recōciliatus sum pplo tuo. ⌊Tolle tecū omnē multitudinē pugnatorū & cō surgens ascēde in oppidū Hai⌋ .i. ad vrbē sic dictā. ⌊Ecce tradidi ī manu tua regē eius & pplm, vrbēq; & terrā⌋ circūiacētē cū villis suis, ⌊faciesq; vrbi Hai & regi eius sicut fecisti Hiericho & regi eius⌋ .i. vrbem illā cōbures & ppl̄m vrbis occides, ac regē eius affiges patibulo p manus populi tui, ⌊Prædā vero⌋ .i. diuitias vrbis, ⌊& oīa animātia⌋ vobis accōmoda ⌊diripietis vobis⌋ .i. rapietis, & inter vos diuidetis, ⌊pone insidias vrbi post eā,⌋ qualr aūt liceat vti in bello insidijs, infra dicet. ⌊Surrexitq; Iosue & oīs exercitus bellatorū cū eo. Et electa triginta millia virorū fortiū, misit Iosue nocte, pcepitq; eis dicēs: Ponite insidias post ciuitatē⌋ Aliqui dicūt q̄ ista triginta millia posuerūt se tota in insidijs post vrbē, & q̄d in alio loco q̄ in textu exprimit̄, posuit Iosue alia quinq; millia in insidijs. Alij dicūt, q̄ ibi nō fuerūt insidiæ positæ, nisi in vno loco in q̄ dicūt fuisse quinq; millia, & q̄ erāt de nūero illorū triginta milliū, itaq; vigintiquinq; millia ex illis triginta millibus ad exercitū redierūt. ⌊Abijt ergo Iosue & stetit in vallis medio⌋ cū suo exercitu, ⌊q̄d cū vidisset rex Hai, festinauit mane & egressus est cū omni exercitu ciuitatis. Direxitq; aciē

B cōtra desertū,⌋ q̄m Iosue cū suo exercitu fuit in ea parte q̄ solitudinē respiciebat, ⌊ignorans q̄ post tergū,⌋ videlicet ab alia & opposita vrbis pte, ⌊laterēt insidiæ⌋ .s. inter Bethel seu Bethauē & Hai. ⌊Iosue vero & oīs Israel cesserūt loco⌋ .i. recedētes ab eo q̄si ex timore fugā ineuntes, ⌊simulātes metū & fugiētes p solitudinis viā. At illi vociferātes pariter⌋ .i. habitatores Hai ac Bethauē cū clamore & mutua cohortatiōe insequētes filios Israel, ⌊& ne vnus quidē in vrbe Hai & Bethauē remāsisset,⌋ loquit̄ do de his q̄ ætatē & robur habuerūt ad insequēdū, ⌊sicut eruperāt,⌋ instar fluuij rapidi cū impetu exeūdo, ⌊apta oppida relinquētes,⌋ q̄si pdā illicò reportaturi, vel vt celerius possent regredi si fugerēt, ⌊dixit dn̄s ad Iosue: Leua clipeū q̄ in manu tua ē cōtra vrbem Hai. Cūq; leuasset clipeū, insidiæ q̄ latebāt surrexerūt cōfestim, & pgētes ad ciuitatē cæperūt & succēderūt eā,⌋ ex hoc elicit̄, q̄ eleuationē clipei dedit eis Iosue pro signo, vt ⌊surgerēt de insidijs, vrbēq; ingrederent̄ atq; incēderēt, clipeo viso. Sed q̄ri pt, qualr à loco tā remoto poterāt clipeū cernere. Ad q̄d aliqui dicūt, q̄ eleuauit eū in hasta seu lancea, Imò Hebræi dicūt q̄ hastā pro signo leuauit. ⌊Viri aūt q̄ psequebant̄ Iosue respiciētes & vidētes fumū vrbis Hai ad cœlū vsq; cōscēdere⌋ .i. valde alte in cœlū aereū, ⌊nō potuerūt huc illucq; diffugere. Itaq; filij Israel succēderūt vrbē & fecerūt eā tumulū sempiternū⌋ .i. penitus destruxerūt, quasi nunq̄ reædificandam q̄d fuit eorū propositū, quēadmodū & de Hiericho intenderūt. Postea tn̄ vtraq; vrbs fuit reædificata. Regē q̄q; eius suspēdit⌋ Iosue ⌊in patibulo vsq; ad vesperā & solis occasum, pcepitq;⌋ Iosue socijs .i. pugnatoribus suis, ⌊& deposuerūt cadauer eius de cruce post solis occasum⌋ quia in Deutero. iussum fuit, ne post solis occasum remaneret cadauer suspensi in cruce. Qui adiudicatus morti suspensus fuerit in patibulo, non pmanebit cadauer eius in ligno, sed eodē die sepelietur, q̄a maledictus à deo est q̄ pendet in ligno, hoc est, sufficit ei pro pœna ignominiosa crucifixio sua, Deut. 21

⌊proieceruntq; in ipso introitu ciuitatis, congesto sup eū magno aceruo lapidum⌋ & hoc fuit

C sepelitio eius. Ideo aūt proiecerunt & taliter sepelierūt eum in ipso vrbis suæ ingressu, vt esset alijs in exemplum & memoriale diuinæ iustitiæ ac iustæ vindictæ. ⌊Tunc ædificauit Iosue altare domino deo Israel,⌋ p manus ministrorū siue artificū, ⌊in monte Hebal,⌋ constituto in campo ⌊sicut pceperat Moyses famulus dn̄i filijs Israel.⌋ Vnde in Deut. scriptū est, pcepit Moyses populo, dicēs: Cū trāsieris Iordanē, eriges ingētes lapides & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere oīa verba legis huius in monte Hebal & ædificabis ibi altare domino ⌊de lapidibus⌋ non tetigit, & de saxis informibus ⌊impolitis,⌋ cuius literalis ratio fuit ad discernendū Israelem à gētibus, q̄ de lapidibus ptiosis politis construxerūt altaria idolis suis, ⌊& * immolauit sup eō holocausta dn̄o⌋ .i. p manus sacerdotū offerri iussit, ⌊immolauitq; pacificas victimas⌋ p manus (vt tactū est) sacerdotū, & forte pro qualibet tribu offerebant̄ speciale holocaustū, specialis quoq; pacifica hostia. Dicebaturq; holocaustū, q̄d ad diuinæ reuerentiā maiestatis totaliter comburebat̄, in signū, q̄ homo se totum debet deo, eiusq; cultui se totaliter offerre. Porro hostia pacifica vocabatur, q̄ pro salute seu recōciliatione offerebat̄. Hæc tn̄ filij Isrl̄ offerebāt hac vice, etiā pro gratiarū actione de victorijs sibi datis, ⌊& scripsit sup lapides Deuteronomiū legis Moysi.⌋ Deuteronomium pro lege seu norma accipi solet. Vnde q̄d dicit̄, Deuteronomium legis huius, est intransitiua cōstructio, sicut cum dicit̄, virtus dei, & cum ait apostolus in expoliatione corporis carnis Veruntamen Deuteronomiū proprie dicitur lex secūda, ἀπὸ τοῦ Δευτέρου, q̄d est secundū, & νόμος, quod est lex. Itaq; scripsit Iosue p manus scriptorū in lapidibus illis p sculpturam Deuteron. normā seu cōtinentiā, vel tenorē legis Moysi, ⌊q̄d illi digesserat corā filijs Israel.⌋ Moyses

23 q̄st. 8 Dn̄s nō

Deut. 27

als, obtulit

Deu. 5 quippe adhuc viuens filijs Israel proposuit, exposuit & in scriptis redegit Deuteronomium legis D
Moysi, sicut & Deute. primo innuitur. ¶Circa hoc aliqui dicunt quod Iosue nõ scripsit in illis lapidi-
bus, nisi decem pcepta, prout in Deuteronomio habent. ¶Quibus obuiare videt, quia (vt allegatũ
Deute. 27 est) Moyses in Deute. loquit: Eriges ingentes lapides vt possis in eis scribere omnia verba legis
Iose lib. 5 huius. ¶Iosephus quoq; asserit ibi scripta fuisse multo plura q̃ decem præcepta, videlicet benedi-
ant iu ca. 1 ctiones & maledictiones, de quibus in isto capitulo infra habet. ¶Augustinus etiam quærit, quõ
Au li. Jo potuit tantũ scribere in illis lapidibus. Veruntamen qm̃ litera apertissime dicit, quod erant ingentia
sue q. 10. saxa leuigata, poterant multo plura q̃ decem pcepta exarari in eis. ⌊Omnis autẽ⌋ populus ⌊Is-
rael,⌋ videlicet plebs cõmunis, ⌊& maiores natu, ducesq;,⌋ puta principes tribuũ, ⌊& iudices⌋
.s. tribuni, centuriões, quinquagenarij, & decani, de qbus in Exodo habet, ⌊stabãt ex vtraq; par
Exo. 18 te arcæ in cõspectu sacerdotũ q portabãt arcã dñi⌋ .i. vna ac media pars pdictorum stabat ex vno
latere arcæ, alia vero medietas ex alio latere, ideo subdit. ⌊Media pars eorum iuxta montẽ Gari-
Deute. 27 zim & media iuxta montẽ Hebal, sicut pceperat Moyses⌋ in Deute. ⌊famulus dñi.⌋ Hi enĩ duo
mõtes parum distabãt ab inuicẽ, inter qs fuit cãpus seu vallis, in qua stabant sacerdotes cũ arca. ⌊Et
primũ quidẽ bñdixit⌋ Iosue ⌊ppl'o Israel⌋ .i. imprecatus ẽ eis bona tanq̃ eorum princeps & rector,
3. Regũ 8 queadmodũ tertio Reg. habet: Stetit Salomon & bñdixit omni ecclesiæ Israel. Bñdictio tamẽ ma-
2. Par. 5. 6 gis proprie ptinebat ad sacerdotũ officiũ, sicut & cõsimilia spiritalia opa. ⌊Post hæc legit⌋ Iosue
⌊oia verba bñdictionis & maledictiõis, & cũcta q̃ scripta erãt in legis volumine.⌋ Hoc in Deu
Deute. 27 teronomio euidẽter pceptũ fuit, vt Leuitæ .i. sacerdotes hæc legerẽt. Idcirco dicendũ quod Iosue E
ista legit .i. legi fecit p Leuitas. ¶Quod aũt subiunctum est, & cũcta q̃ scripta erãt in legis volum
ne, intelligendũ est de cũctis q̃ præfato cap. & deinceps pceperat Moyses legi in loco isto. ¶At ve
Ibidẽ. ro q̃ fuerint verba illa maledictionis & bñdictionis, aperit ibidem, cũ habet, Pronuntiabũt Le-
uitæ, dicẽtq; ad oẽs viros Israel excelsa voce: Maledictus q fecit sculptile, & respondebit ois po-
pulus, amen. Maledictus homo q nõ honorat patrẽ suũ & matrẽ, & dicet ois populus, amen. ¶In
eodẽ quoq; cap. dñs exprimit quæ tribus debebant stare in vno horum montiũ ad benedicendum
& q̃ ad maledicendũ. ¶Nec repugnat, quod ibi dicunt stare supra montes hos, hic vero iuxta eos qa
stabant in medijs montiũ locis ac paruibus & aliqui stabãt altius, aliqui bassius. ¶Dicit aũt in textu,
vt aduena, ita & indigena .i. vna pars aduenarum stabit cũ vna medietate ex filijs Israel in vno mon
te, & alia pars aduenarum stabit in alio monte cum alia parte Israelitarum. ¶Quod si quærat, qui fue-
rint aduenæ illi. Dici potest, quod vel quidã ex gentilitate conuersi vel ministrantes filijs Israel ex na
tionibus aut reliquiæ Aegyptiorum egressorum cum patribus Israelitarum. ⌊Nihil ex his quæ Moyses
iusserat credi aut fieri, ⌊reliquit⌋ Iosue ⌊intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitu
dine Israel⌋ instruendo & hortando eos ad fidem & obedientiam omnium pceptorum documen
torum altissimi, nec spreuit inferiores, quia subiungit, ⌊mulieribus ac paruulis & aduenis qui in-
ter vos morabantur,⌋ in quo etiam innotescit fidelitas eius & diligentia sui officij. ¶Præterea ad-
uertendũ q̃d aliqui dicunt istã historiam de ædificatione altaris, oblatione & benedictiõe ac ma
ledictiõe hic recitari per anticipationem & post illam victoriã quæ infra enarrat esse impletam.
Hinc magister in historijs scribit, hic præoccupat historia de altari facto inter Garizim & Hebal,
Iosue. 11 &c. ¶Circa phabita tria quærunt. Primũ est, an liceat insidijs vti in bellis. Secũdum, quæ requirã F
De co. off. tur ad hoc quod bellũ sit iustũ. Tertiũ, an liceat hoibus maledicere. ¶Ad primũ istorum respondet san-
li. Jos. ca. 7 ctus doctor in secũda secũdæ, qst. 40. Insidiæ ordinant ad hostiũ deceptionẽ. Potest aũt vnus al
terum fallere dicto aut facto dupl'r. Primo, falsum dicẽdo aut promissa nõ obseruãdo, q̃d extat illi
citũ, qa secundũ Ambrosium libro de officijs etiã inter hostes seruanda sunt pacta. ¶Secundo, pro
positum seu conceptũ suũ ei nõ manifestando, q̃d licitũ est. Nã sicut in doctrina sidei q̃dã secreti-
Matth. 7 ora hostibus fidei occultant, ne sanctũ canibus det, ita in documẽtis rei militaris pcipuũ est, ne cõ
silia hostibus reuelent, vt patet p Vegetiũ libro de re militari Et idẽ Tullius ait. Hinc. 2. Mach.
2. Mac. 13 narrat: Reuelauit aũt mysteria hostibus Rodicus qdã, q requisitus, cõclusus ẽ. ¶Sicq; in bellis iustis
nõ in bellis iniustis licet pugnatoribus vti insidijs. Propterea August. ait circa hũc passum: Cum
Aug. li. Jo q iustũ bellũ accepit, nihil ad iustitiã interest, an aperta congressione, an insidijs vincat. ¶Ad se-
sue, q. 10 cundũ eadẽ quæstione Thomas rñdet: Tria exigunt ad hoc, quod bellũ sit iustũ. Primũ est, authori
tas principis, qa psonis priuatis nõ licet bellũ mouere, cũ possint ius suum in superioris sui iudicio
prosequi. Hinc in libro cõtra Manichæũ asserit Augustinus: Ille accipit gladiũ qui sine legitima
Ibidẽ. & superiori potestate hoc agit. Cum ergo principibus cõmissa sit cura reipub. compescere ha-
bent hostes intestinos atq; extraneos. Secũdum est, iusta causa. Tertium recta bellantium inten
tio, quia nocendi cupiditas, vindicãdi crudelitas, implacabilis animus, dominãdi libido, repugnã
di atrocitas, iuste culpantur. ¶Hinc circa hunc locum dicit Augustinus: Non omnibus phas est pu
gnare. Iusta autem bella dici solent quæ vlciscuntur iniurias, si gens aut ciuitas quæ bello est im-
petenda, emendare negligit, quæ à se aut à suis improbe facta sunt, vel reddere quod iniuriose ab
latũ est, sed hoc belli genus iustum est, quod imperat deus, in quo nõ est iniquitas, & q nouit qd
cuiq; fieri debeat, in q̃ bello nõ tã actor belli q̃ minister iudicãdus ẽ princeps exercitus vel ppl'us
eius.

A eius. Ad tertiū breuiter respōdendendū, q̄ non licet alicui maledicere alteri ex rācore aut zelo iniusto, neq̄ ex ira, aut impatiētia, sed īterdū id licet ex charitate & zelo iustitiæ. Maledicere nāq̄ ē alicui malū dicere vel optare, q̄d p̄fato modo est licitū, ita vt malū illud alteri optet, vel inquātum est ei expediēs ad salutē, vel inquātum est malū pœnæ, q̄n q̄ etiā fiūt hm̄oi maledictiones à viris iustis p modū propheticæ prænūtiationis. ¶ Postremo, in consideratione historiæ huius capli admiratio orit, q̄ in isto caplo non sit mentio de vastatione & p̄cussione vrbis Bethauē, cum & eius habitatores, vrbe suā aperta relicta, sequebant filios Israel, insecuti cum habitatoribus Hai, nisi forte ex dispositione vnius alterum detur intelligi.

¶ De huius capli septimi sensu mystico. Art. XV.

Dixit dn̄s ad Iosue, ne timeas, neq̄ formides. Sic & Chr̄us in Euangelio: Nolite (inq̄t) timere eos q̄ corpus occidūt, sed eū timete q̄ potest corpus & aīam p̄dere in gehennā. *Matthei* Denique vnicuiq̄ virtuoso p̄lato, pro subditoꝶ suoꝶ ruina afflicto ac flenti, dn̄s p̄stat consolationem atq̄ fiduciā, admonens ne immoderate propter p̄terita vereat, sed spe sua in deo fixa viriliter se opponat inuisibilibus inimicis, atq̄ cū toto commissi sibi gregis exercitu opponat se aciei vitioꝶ ac dæmonū, q̄d est in oppidū Hai ascendere, q̄m Hai interp̄tat chaos, per quod obtenebratoꝶ spirituū malignoꝶ cōgregatio designat seu locus. Ad quoꝶ debellationem plurimū valet concors connectio, mutuumq̄ subsidiū & generalis instātia circa virtutes seruoꝶ cōmilitonumq̄ dei, cū dicat saluator: Vbi fuerint duo vel tres in nōie meo congregati, ibi in medio sum eoꝶ. *Matth. 18* Et rursus testat scriptura: Frater qui adiuuat à fratre, quasi ciuitas munita, immo in *Prouer. 18*

B tali cōflictu valet potissime ardēs diligētia p̄sidentis pro sibi commissis fortiter contra peccata ac dæmones prælantes. Insup per Iosue intelligit Chr̄us, quē deus pater cōfortauit ac misit ad expugnandū aereas potestates, quas cū rege eaꝶ principe tenebraꝶ Chr̄s subiecit plenissime. *Ephes. 6* Pone insidias ciuitati. Isidias ciuitati diaboli ponimus, cū per secreta virtutū exercitia, superogationisq̄ opa, immo p occultissimas & soli deo cognitas mentis cogitationes puras ac humiles, atq̄ p affectiones sanctas ac feruidas, tentatiōes, ac laqueos dæmonū superamus, & talē conflictū aduersus eos Chr̄us & eius vicarius sæpe edocēt subditos suos. Porro saluator aperte cōgressus est cōtra eos cū suis discipulis. Verūtamē quasi fugā dissimulauit, dū deitatis suæ oīpotentiā illis abscondit, seq̄ à mēbris & satellitibus dæmonū in Aegyptū fugari, irrideri, ac multipl'r tribulari p̄misit. Cūq̄ lōgius protraxisset eos post se. Ita q̄ vsq̄ ad crucis patibulū īsecuti sunt eū, tūc statim post resurrectionē & sp̄us sancti missionē p̄ suos Ap̄los aliosq̄ discipulos p̄strauit eos oīno, in multis suoꝶ milibus electoꝶ, propter q̄d passione instāte p̄fessus est. Nunc princeps huius mundi eijciet foras. *Iohan. 12* Et: Ego si exaltatus fuero à terra, oīa traham ad meipsum. *Ibidē* Hinc pater pollicitus ei est p Esaiam: Dispertiam ei plurimos & fortium diuidet spolia, pro eo q̄ tradidit in mortem animam suam. *Esa. 53* Iosue aūt nocte illa in medio mansit populi. Sic prælatus tempore tentationis & aduersitatis inseparabiliter debet assistere suo gregi, & vnicuiq̄ quantū potest. Et ascēdit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatoꝶ. Hoc plane ad omnē spectat pastorē, vt in cūctis se præbeat exemplarem & sibi cōmissos in oīni præcedat virtute, atq̄ in tentationū cōflictu, formā resistendi ac triūphandi exhibeat semetip̄m. Vallet quoq̄ auxilio pugnatoꝶ, i. virtuosoꝶ fratrū militū dei orationibus & meritis, immo vicissim & exhortatiōibus & exemplis iuuet, quia Aaron ac Hur manus Moysi sustentabāt. *Exo. 17* Abijt ergo Iosue nocte illa & stetit in vallis medio.

C Sic p̄latus immo & oīs Chr̄i fidelis debet à suggestiōe iniqua p mētis dissensum recedere, & stare in humilitate quæ inter præsumptionē seu elationē & pusillanimitatē est media. Nā quāto quis maior est, tāto p̄fundius humiliare se debet, immo quo p̄sidens p̄ alijs donis grāe eget maioribus, & gratiosiori directiōe sp̄us sancti, eo p̄fectior humilitas sibi est necessaria. Quōd cū vidisset rex Hai, festinauit mane, & egressus ē cū oīni exercitu suo. Per regē Hai, vt dictū est, princeps accipitur tenebraꝶ, q̄uis aūt primus ille apostata sit generalis oīm malignoꝶ princeps spirituū, sub eo tñ est inter impios illos multiplex ordo superioritatis. Quo aūt p̄lati ecclesiæ & fideles ardētius ad virtutes se applicāt, viribusq̄ se opponūt tentationibus & peccatis, eo dæmones & aliq̄ inter eos eminētiores acrius & celerius illos ipugnare ac deijcere moliunt. Direxitq̄ aciē cōtra desertū. Qa iniquus ille apostata eos grauius insectat, q̄ relicto seculo ad heremiticā vitā seu monasticā cōuersationē cōfugiūt, cōtra quos p̄liat, quasi manu ad manū, p̄pter q̄d solitaria vita periculosa censet & ardua. Iosue vero & oīs multitudo Israel cesserūt loco, simulātes metū, & fugiētes p viā solitudinis. Sic multi electi fideles, videntes se inter seculares hōies vix posse saluari, ad secreta & solitaria atq̄ monastica properant loca, in quibus non habent tanta peccandi incitamenta, nec tam fortia concupiscentiarum obiecta, & quoniam metuunt inter mundanos homines supplantari, & cū peruersis p̄uerti, ad vitam abstractam nituntur pertingere. Dixitq̄ dn̄s ad Iosue: Leua clypeum qui in manu tua est contra vrbem Hai. Sic dominus præfatis dimicatoribus suis, præsertim superiori eorum iubet, vt clypeum quem tenet in manu, id est, fidem quam habent in suis operibus, leuent ad dominum, considerando quàm paratus sit omnipotens eis auxiliari, & quantæ mercedis ac gloriæ sit contra vitioꝶ ac dæmonū aciem præualere, sicq̄ potēter & infatigabilr̄ p̄lient.

Ephe. 6 Hinc Paulus: In omnibus (inquit) sumentes scutũ fidei, in quo possitis omĩa tela nequissimi ignea D
extinguere. Iohãnes quoq; in sua prima canonica, Hæc est (ait) victoria quæ vincit mundũ, fides nostra, im
1. Iohan. 5 mo Christo testante: Omnia possibilia sunt credenti. Cũ ergo fideles cũ suis prælatis, ita concordi-
Matt. 11 ter resistũt diabolo & angelis eius, ipsi maligni spũs vndiq; prosternunt, & eorum dissipat collectio,
Mar. 9 incenduntur quoq; & grauissime affliguntur feruore charitatis, flamma deuotionis, igne feruentis ora
Psal. 90 tionis seruorum dei, sicq; impletur quod ait scriptura: Cadẽt à latere tuo mille & decem milia à dextris
tuis. ⌊Regem quoq; Hai apprehenderũt viuentem, & obtulerũt Iosue.⌋ Hoc spũaliter adimpletur,
Iob. 41 dum virtuosi & humiles subditi exponunt humiliter suo superiori, quomodo tentationibus eius
præualuerũt qui est rex super omnes filios superbiæ. Iosue vero suspendit regem illum in patibulo, i.
subditos docet vt victoriam suam asscribant virtuti crucis Chri, & meritis suæ saluificæ passionis.
Col. 2 ¶Deniq; Chrs moriẽdo in cruce diabolũ spũaliter crucifixit, dicente Apostolo ad Colossenses:
alias, de- Chrs delens quod aduersus nos erat, chyrographũ peccati, quod erat contrariũ nobis; & ipm tulit
creti. de medio, affigens illud cruci, expoliãs potestates & principatus traduxit confidenter. Palam triũ
Origenes phans illos in semetipso, vel vt in Græco habetur, secundum Origenem in ligno crucis. ⌊Iosue aũt non
contraxit manũ donec interficerent omnes habitatores Hai.⌋ Sic spũalis pugnator cessare non
debet ab oratione & fidei eleuatione, exercitijsq; virtutum, quousq; vniuersas vicerit tentatiões.
⌊Tũc ædificauit Iosue altare dño.⌋ Sic Chri fideles cũ in tentatione præualuerint, sacrificiũ laudis de
bent deo offerre & omnem triũphũ suũ eius pietati auxilioq; asscribere. ¶Deniq; Chrus post
suã passionem & resurrectionem ædificauit templũ, atq; altare deo prĩ ex impolitis lapidibus,
quoniam ex hoĩbus simplicibus & ante carentibus omni decore virtutũ congregauit ecclesiã, in quorum
cordibus scripsit per grãm spũs sancti documenta, & præcepta euangelicæ legis. Sacerdotes quoq; i. E
Acto. 8 Apostoli obedientibus Chro benedictiones, inobediẽtibus vero maledictiões seu excõicationes
1. Cor. 5 pronũtiauerũt aut etiã inflixerũt. Nam & princeps Aplorum Simoni Mago maledixit: Pecunia (in-
quiẽs) tua sit tecũ in perditionem. Paulus quoq; Corinthiũ incestuosum tradi decreuit satanæ in inte-
ritum carnis, attñ reus ille per pœnitentiam suã excõicationis illius executionem præuenit.

¶EXPLANAATIO CAPITVI NONI.

Quibus auditis &c. Art. XVI.

QVID, duarum vrbiũ præfatarum combustionem secutũ sit, subdit: ⌊Qui bus auditis.⌋ Qualiter. s. Hiericho & Hai sint vastatæ ⌊cũcti reges trãs Iordanem⌋ trans quem etiã filij Israel nũc fuerũt, ⌊q versabant⌋ id ẽ, morabant in montanis &⌋ in ⌊campestribus in maritimis⌋, i. locis & vrbibus circa mare Zenereth & mare mortuum, ⌊à littore maris ma gni⌋ puta mediterranei, de quibus marib9, & cur ita nominentur dictũ ẽ in superiorum explanatiõe. ⌊Hi quoq; q habitabãt iuxta Lybanũ⌋ i. mõtẽ
Iosue. 1 Lybani. s. ⌊Ethæ9, & Amorrhæ9, Chananæ9, Pherezæ9 & Heuæus & Iebusæ9⌋ i. gẽtes sic appellatæ ⌊congregati sunt pariter vt pugnarẽt cõtra Iosue & Israel vno aĩo eadẽq; sniã.⌋ Cõcordauerũt namq; in malo tanquam excæcati & indurati fuerũt, quod ex tot mirabilibus iam præscriptis non fuerũt ad fidẽ & timorẽ dei Israel moti. Præterea illis ita se congregãtibus gestũ est, quod subdit. ⌊At hi q habitabãt in Gabaon audientes cũcta quæ fecerat Iosue Hiericho & Hai.⌋ Vnde videt quod quosdã miserũt oc culte ad explorandũ quid filij Israel agerẽt, & qualiter præualerẽt, ⌊callide⌋ i. sagaciter quidem, prætñ aliqualiter dolose, quantũ ad Hebræos ⌊cogitantes⌋ & inter se cõferentes, qualiter imminẽs pe riculũ possent euadere. Nec solũ Gabaonitæ sed & habitatores triũ vrbiũ eis subiectarum quæ infra F
exprimuntur, istud cogitauerũt, secundum quod infra in textu habet. Vnde elicit, quod venerũt ad Gabaon tanquam ad suã metropolim, ad habendũ cõsiliũ de ista materia ⌊tulerũt sibi cibaria, saccos veteres⌋ in quibus panes positi erãt, ⌊asinis imponẽtes⌋ i. supponẽtes ad portandũ in via quasi primo acce pissent tã multos panes ob longitudinẽ viæ, quod eos personaliter portare nõ potuissent, ⌊& vtres vi narios scissos atq; consutos,⌋ qui de corio facti erãt, & quasi repetiati, ⌊calceamentaq; perantiqua quæ ad indiciũ vetustatis pitaceis cõsuta erãt⌋ i. paruis frustis corij reparata, ⌊induti veteribus ve stimentis, panes quoq; quos portabãt ob viaticũ, duri erãt, & in frusta cõminuti. Perrexerũtq; ad Io sue q tũc morabat in castris Galgalæ, & dixerũt ei: De terra longinqua venimus.⌋ Hoc fuit men daciũ officiosum & veniale pctm ⌊pacẽ vobiscũ facere cupiẽtes⌋ Hoc verũ erat. ⌊Rñderũt viri Israeli, atq; dixerũt⌋ s. superiores. ⌊Ne forte in terra quæ nobis sorte debet, habitetis⌋ i. viden dum est, atque inquirimus, an ne sitis de territorio nobis promisso à domino deo nostro, ⌊& non possimus,⌋ sine pctõ, ⌊fœdus⌋ i. pacis & amicitiæ conuentionem, ⌊inire vobiscũ.⌋ In Deuteronomio nanq; frequenter eis prohibitum fuit, cum habitatoribus terræ Chanaan trans
22 q. 4. ca. Iordanem fœdus inire, & hoc propter nimiam Chananæorum illorum malignitatem & ne in-
Inter cæ- ter filios Israel habitando, allicerent eos ad suorum culturam deorum. ⌊At illi ad Iosue⌋ Tan-
tera ibi. 6. quàm ad principem ⌊serui inquiunt tui sumus⌋ id est, nosipsos sponte subijcimus tuo dominio.
13 cum his

⌊Quibus

L Quibus Iosue dixit: Qui nã estis vos, aut vnde venistis? Rñderũt: de terra lõginqua valde vene
rũt serui tui in noĩe dñi dei tui J .i. in fide ipsi⁹, & ad eius honorẽ, q̃uis cũ timor seruilis iduxit eos
A ad hæc tñ iã aliquã cœperũt fidẽ, saltẽ suasam hře in deo ex mirabilibus eius, vt infra in lra cõtinet.
Nã subdit: L Audiuim⁹ ẽm famã potẽtiæ eius J .i. rumorẽ de eius oĩpotẽtia, L & cuncta q̃ fecit in
Aegypto J ꝓ vobis L & duob⁹ regib⁹ Amorrhæoꝝ Seon regi Hesebon, & Og regi Basan, dixe-
rũtq́; nobis seniores terrę nrę: Tollite in manib⁹ vrĩs cibaria ob lõgissimã viã, & occurrite eis, & di
C valle⌋ .i. Seon rex dominatus est mediæ partis in valle ꝓfata, cuius alia pars fuit Og regis, secundũ Glossam. ⌊Dimidiæq; Galaad⌋ .i. dimidiæ terræ Galaad ⌊vsq; ad torrentem Ieboch,⌋ de q̃ in Genesi narrat, ꝙ Iacob transiuit vadũ Ieboch, & nõ longe ab illa luctabat cũ angelo, ⌊qui est terminus filioꝝ Ammon⌋ .i. regno Ammonitaꝝ ab vna pte finit iuxta torrentẽ illũ, ⌊& à solitudine⌋ iam ꝓdicta q̃ fuit vnus terminus territorij sui, ⌊vsq; ad mare Ceneroth contra orientẽ⌋ .i. ex opposito plagæ oriẽtalis, ⌊& vsq; ad mare deserti, q̃d ẽ mare salsissimũ,⌋ de q̃ supra fertur: Quæ inferiores erãt in mare solitudinis, q̃d nũc vocat mortuũ, descẽderũt, q̃d ibi expositum est, ⌊ad orientalẽ plagã, ꝑ viam quæ ducit Beth Iesimoth⌋ .i. ad locũ sic dictũ, dominatus est quoq; ⌊ab australi parte q̃ subiacet Haseroth,⌋ puta huiusmodi loco qui forte altior fuit situ, respectu ꝑtis australis regni illius ⌊vsq; Phasga⌋ .i. vsq; ad montẽ sic dictũ, qui erat in terra Moab. Vnde in Nume. scriptũ est: Cũq; duxisset eũ sup verticẽ montis Phasga. ¶Consequenter describit magnitudo regni Og. ⌊Terminus Og regis Basan de reliquijs Rapham⌋ .i. qui Og fuit de posteritate gigantum, iuxta illud Deute. Solus Og restiterat de stirpe gigantum, ⌊qui habitauit in Astaroth & Edrai⌋ .i. vrbibus, locis seu terris sic appellatis, ⌊& dominatus est in monte Hermon⌋ .i. in populo q circa montẽ hunc morabat, ⌊& in Salacha⌋ .i. terra sic dicta, ⌊atq; in vniuersa⌋ terra ⌊Basan vsq; ad terminos Gessuri & Machati,⌋ q̃ erãt aliæ regiones & vsq; ad eas ꝑtingebat regio huius Og, dominatus est q̃q; ⌊& dimidiæ ptis Galaad,⌋ q a terra Galaad ꝑ media pte fuit sub eius ditione, ⌊& terminũ Seon regis Hesebon,⌋ q a medietas illa fuit finis regni Seon ex vna parte. Nam vna pars Galaad fuit ipsius Seon, alia huius Og. ⌊Moyses famulus dñi & filij Israel ꝑcusserũt eos, tradiditq; terram eoꝝ Moyses in possessionẽ Rubenitis & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse.⌋ ¶Consequẽter exprimunt & noiant reges à filijs Israel interfecti in terra promissionis sub Iosue. ⌊Hi sunt reges terræ quos percussit Iosue & filij Israel trans

Genes.32 Iosue.3 Numer.23 Deut.3

Iordanē ad occidentalē plagā⌋.i. versus occidentē respectu præfatarum regionum quæ erat ab alia parte Iordanis,⌊à Baalgad⌋.i. loco sic dicto,⌊in campo Lybani,⌋.i. in quo mons Lybani D
situs fert,⌊vsque ad montē Lybani, cuius pars ascēdit in Seyr⌋.i. vsque in Idumæa, ita quod mōs ille tam remote protēditur.⌊Tradiditque eam Iosua in possessionē tribubus Israel, singulis partes suas tā in montanis, quā in planis, atque campestribus. In Aseroth⌋.i. loco sic dicto,⌊& in solitudine ac meridie, Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebusæus⌋.i. locis quibusdā deserti terræ istius, vel circa ea & in parte eius meridiana cōmorabātur Hethæi, Amorrhæi, Chananæi, &c.⌊Rex Hiericho vnus⌋.i. rex ciuitatis Hiericho fuit vnus regū illorum ⌊Rex Hai⌋id est, ciuitatis sic dictæ,⌊quæ est ex latere Bethel vnus. Rex Hierusalē vnus. Rex Hebron vnus. Rex Ierimoth vnus. Rex Lachis vnus. Rex Eglon vnus. Rex Gazer vnus. Rex Dabir vnus. Rex Gader vnus. Rex Herma vnus. Rex Hereth vnus. Rex Lebna vnus. Rex Odollam vnus. Rex Maceda vnus. Rex Bethel vnus. Rex Taphua vnus. Rex Hefer vnus. Rex Aphec vnus. Rex Saron vnus. Rex Madan vnus. Rex Hasor vnus. Rex Someron vnus. Rex Achsaph vnus. Rex Tenach vnus. Rex Mageddo vnus. Rex Cedes vnus. Rex Iacganen Carmeli vnus⌋ Cognominātur aūt hi oēs reges, vnusquisque eorum à ciuitate regni sui principali & ciuitatibus illis principalibus erāt adiunctæ aliquæ vrbes & villæ regi principalis vrbis subiectæ. Et vt videt ex textu elici posse nominant hic, nō secundum ordinē dignitatis, qa rex Hasor inter omnes hos reges gessit primatū, vt patuit capitulo præcedēti, sed potius secundū ordinē
Iosue.11 suæ percussionis à filijs Israel saltē pro parte.⌊Rex Dor & prouinciæ Dor vnus.⌋ Ex hoc videt, quod ipse præfuit vrbibus multis, & quod vrbs sua principalis vocata sit Dor, quod itē Dor fuit nomen suæ E
prouinciæ, sicut in multis terris idem est nomen vnius oppidi, totiusque patriæ.⌊Rex gentium Galgal vnus.⌋ Iste fuit rex gentium habitantium in Galgal. Vnde vocatur rex gentium propter multitudinē populi sibi subiecti habitātis ibidē, ita quod Galgal fuit vrbs populosa, vel propter diuersitatem gentium commorantium ibi.⌊Rex Tersa vnus. Omnes reges⌋ iam præfati & percussi in terra promissionis,⌊triginta & vnus⌋ fuerunt, præter duos prædictos, scilicet Seon & Og. Veruntamē reges isti triginta vnus non fuerūt tam magni reges, vt Seon & Og, excepto fortassis rege Hasor, qui inter omnia regna ista primatum tenebat antiquitus.

¶EXPLANATIO CAP. XIII. Iosue senex, prouectæque ætatis erat. Art. XXI.

Nunc de terræ diuisione fit mentio.⌊Iosue senex, prouectæque ætatis erat.⌋ Non est superfluitas in his verbis, quāuis esse senē & esse prouectæ ætatis soleat accipi pro eodem. Fuit igitur senex prolixitate suæ durationis in vita hac. Fuit quoque prouectæ ætatis quātum ad morum maturitatem & profectum virtutū, in quibus nō obstante inquietudine tanta pugnarum profecit quotidie,⌊& dixit dñs ad eum,⌋ per angelū,⌊senuisti & longæuus es⌋ quasi dicat, tēpus est vt impleas quod tibi præcepi de terræ diuisione ac distributiōe filijs Israel faciēda,⌊terraque latissima derelicta est, quæ nondū est sorte diuisa⌋ tribubus Israel,⌊omnis videlicet Galilæa Philisthijm⌋.i. terra Philistinorum,⌊& vniuersa Gessuri,⌋.i. regio F
sic vocata,⌊à fluuio turbido qui rigat Aegyptū⌋.i. à Nilo rigante terrā Aegyptiorum, qui fluuius ex terræ admixtione hincinde fit turbidus,⌊vsque ad terminos Accaron⌋ciuitatis Philistinorum inclusiue,⌊contra aquilonē⌋.i. versus partē aquilonarē respectu terræ promissæ,⌊terra Chanaan quæ in quinque regulos Philisthijm diuidit⌋.i. in quinque partes & vrbes principales pertinētes ad quinque regulos seu satrapas Philistinorum spectātes. Itaque Philistæa vocat terra Chanaan, quoniam ptinebat ad terrā filijs Israel repromissam, & posteri Cham habitauerūt in ea,⌊Gazeos⌋.i. in regulos seu populos habitātes in Gaza vrbe Philisthijm,⌊& Azotios⌋ qui habitabāt in Azoto,⌊Ascolonitas⌋ qui habitabāt in Ascolone⌊Getheos⌋ qui morabātur in Geth,⌊& Accharonitas⌋ qui manebāt in Accaron. Istæ fuerūt quinque vrbes Philistinorum præcipue.⌊Ad meridiem vero sunt Heuæi⌋ qui in parte meridionali degebāt.⌊Omnis terra Chanaan⌋.i. residuum totius terræ huius nondū obtentū, cuius iam magna pars fuit filijs Israel subiugata,⌊& Maara⌋.i. terra seu regio,⌊Sydoniorum⌋sic appellata,⌊vsque Apheca⌋.i. vsque ad locū sic dictū,⌊& vsque ad terminos Amorrhæi, eiusque cōfinia⌋ quæ erāt ab alia parte Iordanis, & data iā erāt tribubus Ruben & Gad.⌊Lybani quoque regio cōtra oriētē à Baalgad sub mōte Hermon donec ingrediaris Hemath⌋.i. exiēta & durās vsque iter vel introitū Antiochiæ.⌊Omniū qui habitabāt in mōte à Lybano vsque ad aquas Masserephoth, vniuersique Sydonij. Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel⌋.i. oēs has nationes & gētes filijs Israel subijciā, aut per eos occidam, seu de terra eorum expellam. Veruntamē in toto veteris testamēti tpe nō fuerūt gētes istæ in toto deletæ à terris iam dictis. Nec aūt tpa Dauid & Salomonis fuerūt vnino subiectæ filijs Israel. Cur aūt oipotens
Iudic.3 deus nō statim ac simul expulit & deleuit eas, præhabitū est, & in Iudicū libro tāgitur.⌊Veniat ergo in

go in partē hæreditatis Israel sicut pcepi tibi.⌋.i.terra ista nōdū adepta diuidat tribub⁹ Israel,
A ac si nūc eēt obtēta, vt & filij Israel sic studeāt se habere, ꝙ me auxiliāte eā acqrāt. ⌊Et nūc di-
uide terrā istā⌋ Chanaan, q̃ partim acqsita est, & partim acqrēda, ⌊in possessionē nouē tribu
bus, & dimidiæ tribui Manasse, cū qua⌋.i.cū cuius tribus altera medietate. ⌊Ruben & Gad⌋
.i.tribus Ruben & tribus Gad, ⌊possederūt terrā quā tradidit eis Moyses, &c. Ipse fuit de re- Iosue.13 Deuter.3
liquijs Raphaim⌋.i.Og rex fuit de posteris gigātū, vt dictū est in expositiōe pcedētis cap. qa
solus restiterat de stirpe gigantū, nō ꝙ nulli supererāt præter eū gigātes, immo adhuc erāt ali-
qui gigātes in Hebron & Azoto ac Gaza, sed solus supererat de giganteis reliquijs Raphaim
cōmorātibus in Asteroth & Edrai, ⌊pcussitq; eos Moyses atq; deleuit, noluerūtq; disperdere
filij Israel gessuri & Machati⌋.i.gētes ī terris illis cōmorātes, nō ociderūt Israelitæ in toto, &
in hoc peccauerūt, nec fuit pietas vera, qa cōtra pceptū dei, ⌊& habitauerūt in medio Israel,⌋
.i.in terra & populo duarū tribuū, ⌊vsq; in psentē diē. Tribui autē Leui non dedit possessio-
nē⌋.s. Moyses nō dedit Leuitis hæreditariā portionē, quēadmodū alijs tribubus, nec etiā Io-
sue, attamē dederūt eis vrbes ad habitādū & suburbana earū ad pecora sustentāda, ⌊sed sacrifi-
cia & victimæ dñi dei Israel⌋.i.q̃ deo offerebātur ab alijs tribubus, ⌊ipsa ē eius hæreditas, sicut
loquutus est illi.⌋ Decuit eñ vt ea q̃ deo offerebātur, venirēt in sustētationē & vsum ministrā
tium ei in tēplo. ¶ Cōsequēter in speciali describit, qualiter Moyses diuisit regna duorū regū tri-
B bubus Ruben & Gad, atq; dimidiæ tribui Manasse, & primo, quātū & quas vrbes, villas ac vicu
los dederit tribui Ruben, scdm ꝙ in textu exprimit, vbi inter cætera dicit, ⌊vniuersaq; regna
Seon regis⌋ qa videlicet aliqua regna sibi subiecit. ¶ Porro de diuisione facta mediæ tribui Ma-
nasse fertur in textu. ⌊Dedit & dimidiæ tribui Manasse, filijsq; ei⁹ possessionē, cuius hoc prin
cipiū est Amahanaim⌋.i.locus sic dictus, ⌊& vniuersam Basan⌋.i.regionē sic nominatā, ⌊&
cūcta regna Og regis Basan⌋ Ex q̃ videt, ꝙ vltra principale regnū Og regis, ipse adhuc vi plij
obtinuerat aliqua regna minora, vel regna dicūtur partes regni diuersæ. ¶ Interdū etiā ponit plu-
rale pro singulari, sicut & ecōuerso. ¶ In descriptiōe quoq; hæreditatis collatæ tribui Gad, inter alia
dicit, ꝙ Moyses dedit eis dimidiā partē terræ filiorū Ammon. ¶ cōtra qd obijci pōt, qd in Deu-
teronomio dñs ait ad Moysen: Accedes ad vicina filiorū Ammon. Caue ne pugnes cōtra eos, Deuter.2.
nec mouearis ad plium. Nō eñ dabo tibi de terra eorū. ¶ In Iudicum quoq; libro legit: Misit Iepte
nūtios ad regē filiorū Ammon dicēs: Quid mihi & tibi est, qa venisti cōtra me. Quibus ille res- Iudicū.11
pondit, quia tulit Israel terrā meā qñ ascēdit de Aegypto. Ad qd Iepte: Nō tulit Israel terram
filiorū Ammon. ¶ Ad istud patet respōsio ex scriptura. Legit nāq; in Nūeris, ꝙ Seon rex Hese- Numer.21
bon pugnauit cōtra regē Moab, & tulit oēm terrā illius vsq; ad Arnon. ¶ Hinc probabiliter di-
cit, ꝙ etiā partē regni Ammonitarū vastauit & terra illa ab eo obtēta, q̃ ante ptinebat ad filios
Ammon, nūc appellat media pars terræ filiorū Ammon, quā filij Israel obtinuerūt ipso Seon
occiso ab eis. ⌊Tribui aūt Leui non dedit⌋ Moyses, ⌊possessionē, qm̄ dñs deus Israel ipse est
possessio eius⌋.i.sacrificia dei data & reputata sunt Leuitis pro hæreditaria possessione, ⌊vt
loquutus est illi⌋ qa frequēter p Moysen dixit: Ego possessio eorū. ¶ Iuxta mysticū sensum, per Deuter.10
C Iosue senē & ætate prouectū intelligit Chr̄s, cuius numerus annorū secūdū deitatē est inæsti-
mabilis, dicente aplo: Iesus heri & hodie ipse est in secula, q teståt: Antequā Abrahā fieret, ego Heb.13
sum. ¶ Deniq; senectus venerabilis est, nō annorū numero cōputata. Cani eñ sunt sensus homi Iohan. 8 Sapie.4
nis & senectus mētis vita immaculata. ¶ Hic verus Iesus & summus saluator in primo suo aduē-
tu partē Iudææ obtinuit, Iudæorū aliqs cōuertēdo, sed latior pars Iudææ māsit incredula quā
postea p sanctos aplos, aliosq; discipulos totā cōuertit. ¶ Veruntamē nondū totus orbis terrarū
fidē accepit catholicā, sed ante finē seculi hoe credit adimplēdū, præsertim Antichristo occiso
cuius tñ qdā satellites in obstinatiōe sua psistēt. Quibus cū dixerint, pax & securitas, repētin⁹
supueniet interitus, & sic Chr̄s veris Israelitis totū cōcedet orbē in hæreditaē. ¶ Porro prima 1.Thess.5
& minor diuisio facta p Moysen duabus tribub⁹ ac mediæ, designat primā illā mūdi conuer-
sionē ad dñm incōpletā. Secūda aūt & maior diuisio facta p Iosue, pfigurauit finalē totius mū
di ad Chr̄m cōuersionē, seu etiā vniuersorū sub pedibus eius subiectionē, ꝙ fiet pcipue in se-
cūdo eius aduētu & gñali iudicio. ¶ At vero p Leuitas, qbus nō est data terrena possessio, sed dñs
deus eorū fuit hæreditas, psignabātur religiosi & viri pfecti in euāgelica lege, despiciūt tran-
sitoria & caduca, & oīa propter deū relinquūt, sequētes saluatorē in vera pauptate, sancta obe-
dientia atq; oīmoda puritate, & q studio sapiētiæ ac virtutū, verboq; pdicatiōis tota mētis di-
ligentia sunt intenti, quorum tota affectio est recollecta in deo, cuius cōtēplationi & actuali di
lectioni tam feruide atq; assidue vacāt, vt ex sentētia dicere queant. Dominus pars hæreditatis Psal.15
mei & calicis mei. Itemq;: Pars mea dominus dixit anima mea. Et denuo: Deus cordis mei & Threno.3
pars mea dominus in æternum. ¶ Isti comparatione aliorum sunt pauci, & frequenter sustētā- Psal.72
tur fidelium eleemosynis de oblatis, sicut eis prædixit: Statuit enim dominus, vt qui altari de-
seruiunt, de altario viuant, & seminātibus spiritualia, vult temporalia ministrari. ¶ Per hoc quo- 1. Cor.9 Ibidē
que quod Leuitis nō est possessio data, dominus designauit, ꝙ sacerdotes & clerici euāgelicæ

 legis

legis nequaq̃ debent auaritiæ locũ dare, nec beneficia ecclesiastica sibi vitiosissime multiplicare, D
sed simplici victu ac vestitu esse contenti, quatenus terrã ꝑuipẽdendo ostendat veraciter se ama
re cœlestia ac futuram inquirere vitam, sicq; ædificent populum.

¶DECLARATIO CAPITVLI DECIMIQVARTI.

Hoc est q̊d posséderũt filij Israel. Art. XXII.

QVALITER ET PER quos facta sit diuisio terræ ꝑmissionis
tribubus nouem atq; dimidiæ nunc refert. ⌊Hoc est q̊d possederũt filij
Israel in terra Chanaan,⌋ id est, territoriũ, q̊d in sequentibus capitulis
recitat diuisum possederunt tribus ꝑfatæ in terra ꝑmissionis quæ Cha-
naan nominat, ⌊quam dederũt⌋ id est, à deo datam assignauerũt ⌊eis⌋
ꝑ sortiũ missionem ⌊Eleazar sacerdos⌋ qui p̃ri suo Aaron in pontifi-
catu successit, ⌊& Iosue filius Nun & principes familiarũ ꝑ tribus Isr̃l⌋,
id est, aliq principales in suis familijs, & in qualibet tribu fuit vnus hu-
iusmodi princeps ⌊sorte oĩa⌋ territoria illa particularia ⌊diuidentes si
cut ꝑceperat dñs in manu Moysi⌋, i. ꝑ ministeriũ atq; eloquiũ Moysi.
Nume. 34 Vnde in lib. Numerorũ habet, & ait dñs ad Moysen: Hæc sunt nomina virorũ qui terram vobis
diuident Eleazar sacerdos & Iosue & singuli principes de singulis tribubus, ꝙ exponit de decem
tribubus quibus terra Chanaan fuerat diuidenda, puta de principibus nouem tribuum atq; dimi
diæ, sed & principes isti alij erant ab illis quos Moyses deo iubente constituit principes tribuum E
32. q. 4. ca. Israel. Immo illi iam erant mortui in deserto. ⌊Duabus enim tribubus & dimidiæ tribui dederat
Recurrat Moyses trans Iordanem possessionem absq; Leuitis.⌋ Ista est impropria expositio, q̃a Leuitæ
non erant de numero duarũ tribuũ ac mediæ tribus. Ideo sensus est ꝙ Moyses dedit illis tribubus
ꝑfatam possessionem, sic tamen ꝙ Leuitis non dedit hæreditariam portionem, ⌊qui nihil terræ
acceperũt inter frẽs suos⌋ hoc est, inter cæteros filios Israel non sunt hæreditatem sortiti, ⌊sed in
eorũ successerũt locũ filij Ioseph in duabus tribubus diuisi⌋, i. filij Ioseph in duas trib⁹ diuisi videli
cet ⌊Manasses & Ephraim⌋ à q̃bus ortæ & nominatæ sunt duæ tribus, successerũt in locũ filiorũ
Leui quantũ ad hoc q̊d compleuerũt duodenariũ numerũ tribuũ Israeliticarũ. Nempe Iacob p̃tri
archa duodecim filios habuit, à quibus natæ ac appellatæ sunt duodecim tribus Israel, à quibus
deus subtraxit tribũ Leui applicans eam cultui suo in templo, & ꝓhibens eã numerari ac dota-
ri inter cæteras Israel trib⁹, & ita remanserãt solũ vndecim trib⁹ dotandæ in terra illa. Vt ergo duo-
denarius tribuũ numerus compleret, diuisa est tribus Ioseph in duas, duplicemq; funiculũ ac por
tionem accepit, & quantũ ad hoc successit ipsi Ruben & tribui eius in iure primogenituræ, quia in
tp̃e illo primogeniti habuerunt duplicem rerũ omnium portionem. ¶Porro tribus Iuda suc-
cessit tribui Ruben in iure primogenituræ quantũ ad superioritatem, quia ad eam est deuoluta re
gia dignitas. Hoc etenim ius primogenituræ Ruben amisit ob suum incestum, ꝓpter quod Ia-
Genes. 49 cob dixit ad eum in Genesi: Non crescas quia ascendisti cubile p̃ris tui. Hinc quoq; scriptum est
1. Para. 5 primo Paralipomenon: Ruben fuit primogenitus Israel, sed cum violasset thorum p̃ris sui, data
sunt primogenita filijs Ioseph. De stirpe autem Iudæ principes generati sunt. ⌊Accesserũt itaq;
filij Iuda ad Iosue in Galgala. Locutusq; est ad eum Caleph filius Iephone Cenezæus.⌋ Caleph
iste fuit vnus eorũ qui terram diuiserunt cum Iosue, eratq; magnus in tribu Iuda, ideo maiores de F
tribu illa accesserunt cum eo ad Iosue. Dicit autem Cenezæus à Cenez, quem aliqui dicunt acce-
pisse m̃rem ipsius Caleph in coniugem, p̃re Caleph defuncto, quia sequenti habet capitulo, q̊d
Othoniel frater Caleph iunior filius Cenez accepit Axam filiam Caleph vxorem, sicq; Caleph
vocatus est Cenezæus, quia post mortem sui p̃ris Cenez ab illo nutritus est. Alij opinant quod
Cenez fuit frater ipsius Caleph, senior eo, & quod curam habuit huius Caleph, & ideo vel ob ali-
1. Para. 2 quid tale Cenez eius vocatus sit, sicut in nouo testamento Iudas apostolus frater Iacobi minoris,
Iudas Iacobi nuncupat. ¶Sciendum ꝑterea quod Caleph iste primo Paralipomenon dicit filius
Effrem. Ideo credit quod pater eius fuit binominis. ⌊Nosti quid locutus sit domin⁹ ad Moysen
Numeri. 13 hominem dei de me & te in Cades Barne.⌋ Ab illo equidem loco misit Moyses duodecim explo
ratores ad considerandum terram Chanaan, qui ad eundem locũ regressi sunt. Cumq; decem ex
eis subuerterent corda filiorũ Israel, dicendo, ꝙ terram illam obtinere non possent ꝓpter fortitu-
dinem ciuitatũ & habitatorũ ipsius, Iosue & Caleph conati sunt filios Israel animare & confortare
in domino. Propter quod dominus dixit ad Moysen, quod, cæteris ꝑeuntibus, Iosue & Caleph,
Numer. 14 ingressuri & possessuri essent terram quam explorauerunt. Hoc est quod tangit hunc in textu.
Deutero. 1 ⌊Quadraginta annorum eram quando me misit Moyses famulus domini dei de Caddes Bar-
ne, vt considerarem terram, nuntiauique ei quod mihi verum videbatur. Fratres autem mei,⌋
Hoc est, alij exploratores qui dicuntur fratres ipsius Celeph, quoniam ad eundem Israeli-
ticum populum pertinebant, & eiusdem erant religionis, atque ex eodem Iacob patriarcha
exorti, ⌊qui ascenderãt mecum, dissoluerunt cor populi⌋ Incutiendo eis timorem inordinatum

vt dictum

vt tactũ eſt. ⌊Nihilominus ego ſecutus ſum dñm deũ meũ⌋.i.diuinæ mẽtis iudicio me cõfor-
A maui,& credẽdo in deũ,ſperando in eo,diligendoq; ipſum adhæſi ei. ⌊Iurauitq; Moyſes⌋.i. Nume.14.
firmiter aſſeruit,vel etiã iuramẽto firmauit,ꝙ tamẽ in libro Numeroꝝ nõ legitur,vbi hæc re-
citatur hiſtoria. Attamen credendũ eſt propter hæc verba,ꝙ Moyſes iſtud iurauit,qa nec oĩa
ſcripta ſunt, ⌊in die illo dicens: Terra quã calcauit pes tuus,erit poſſeſſio tua,& filioꝝ tuoꝝ in
æternũ,quia ſecutus es dñm deũ tuũ.⌋ Aliqui dicunt,ꝙ Caleph cõſiderãs decem exploratores Numer.13
diffidentes de dei ſubſidio,declinauit ad tẽpus ab eis,& iuit ſolus in Hebron, atq; ibidẽ ad ſe-
pulchrum patriarchaꝝ orauit,ne & ipſe ſubuerteret̃ ab exploratoribus vitioſis. Ideoq; domi-
nus promiſerit ei dare hunc locũ. Sed videtur iſtud incertum,nec ad ſaluandũ veritatem huius
hiſtoriæ,hoc dicere eſt neceſſe,qm̃ dicere poſſumus,iſtud p Synecdochen eſſe intelligendũ,qa
dñs promiſit ei partẽ terræ illius,pſertim partem quã fuerat electurus & petiturus. Porro ꝙ ait
erit poſſeſſio tua in æternũ,ſub cõditione intelligẽdum erat,videlicet niſi poſteri Caleph pec-
cando mererentur terra illa priuari. Vel,æternũ ſumitur hic pro ſeculo ſeu tpe longo. ⌊Con-
ceſſit ergo dñs vitã mihi,ſicut pollicitus eſt vſq; in pſentem diẽ.⌋ Ex hoc ſeqtur,ꝙ homo vir-
tuoſe agendo,meretur etiã ſæpe tẽporalem proſperitatẽ,prolongationemq; vitæ,q̃uis hoc nõ
ſit præmium principale,atq; in veteri teſtamẽto hoc magis habuit locũ,qa in illo tẽporalia erãt
promiſſa,& nondum aperta tunc fuit ianua regni cœleſtis. De hac aũt dñi pollicitatione,& de
iſta materia ſcribitur in Numeris. ⌊Quadraginta & quinq; anni ſunt,ex quo loquutus eſt dñs Numer.13
verbum iſtud ad Moyſen,quando ambulabat Iſrael p ſolitudinẽ.⌋ Exploratores nãq; miſſi
fuerant à Moyſe anno ſecundo egreſſionis Iſrael ex Aegypto,& poſt dies quadraginta redie- Ibidẽ
B runt,tuncq; dicta ſunt verba hæc. Filij quoq; Iſrael in deſerto quadraginta annis morati ſunt,
deinde in terrã Chanaan ſex annis præliati ſunt contra Chananæos,ſicq; quadraginta quinq;
fluxerunt anni à tpe illius promiſſionis ad Caleph factæ, ⌊hodie octogintaquinq; annoꝝ ſum,
ſic valẽs vt eo valebam tẽpore,quando ad explorandum miſſus ſum,illius,in me temporis for-
titudo vſq; hodie perſeuerat,tam ad bellandum q̃ ad gradiendum.⌋ Hoc ſupnaturale videtur
fuiſſe. Homines tamen tunc communiter vixerũt diutius q̃ nunc,idcirco nec erat tunc ita mi-
rabile,ſicut nũc eſſet in homine octogintaquinq; annorum tanta fortitudine eſſe,quãta erat in
eo quadragenario. ⌊Da ergo mihi montẽ iſtum quẽ pollicitus eſt dñs,te quoq; audiẽte.⌋ Qui-
dam p montem intelligunt vrbem nomine Hebron,cui expoſitioni non videtur conſonare,
quod ſubditur, ⌊in quo Enachim ſunt & vrbes magnæ atq; munitæ.⌋ In Hebron quippe nõ
erant huiuſmodi vrbes,petit ergo ſibi dari montem.i.locum illum montanum, quantum ad
partem,in qua ſiterat Hebron. Veruntamẽ in libro Numeroꝝ nõ legitur,q̃d dominus pro-
miſit ipſi Caleph hunc montem aut Hebron diſtincte,ſed in gñali dixit ad eum per Moyſen: Nume.14.
Terra quã calcauit pes tuus,erit poſſeſſio tua,p q̃d dñs innuebat,ꝙ daret̃ ei terra,locus ſeu pars
terræ quàm magis eligeret. Vel ſi facta eſt ei in ſpeciali promiſſio iſta, dicẽdũ eſt,ꝙ Caleph in
C ſua exploratione perambulauit hunc locum. Non tamen dicendum eſt,ſicut qdam ait, ſolum
Caleph veniſſe in Hebron,nec in hoc credẽdum eſt Rabbi Salomoni, quoniam Numerorum R. Salo.
decimotertio de duodecim exploratoribus gñaliter legitur: Aſcẽderunt meridiem & venerũt
in Hebron. Porro,in monte hoc erant Enachim.i.gigantes nati de ſtirpe Enach, ⌊ſi forte ſit
dñs mecũ & potuero delere eos,ſicut promiſit mihi,⌋ Si dñs iſtud promiſerat huic Caleph,cur
ait,ſi forte,quaſi de veritate dubitans diuini promiſſi. Reſpondetur ꝙ ait,ſi forte ad inſinuan-
dum flexibilitatem liberi arbitrij,per q̃d obicem ponere poterat impletioni promiſſionis di-
uinæ,& item ad innuẽdum ꝙ deus oĩa libere operatur,& eius occulta iudicia homines lateant;
Recte etiam dixit, ⌊ſi forte dominus ſit mecum⌋.i. ſupnaturaliter iuuet me,quoniam viros il-
los gigantes naturali virtute nequibant deuincere. Habitabant quoq; gigantes in mõte hoc.i.
in vrbibus & fortalitijs ſitis in monte iſto, ⌊benedixitq; ei Ioſue⌋.i.commendauit hunc Ca-
leph,& bona imprecatus eſt ei,quia vir erat magnæ gratiæ ac virtutis & fuit eis ambobus grã-
dis ratio amandi ſeinuicem familiari, præcipuoq; amore,tum propter virtutũ ſimilitudinem;
tum quia de tot milibus hominum pariter numeratis ipſi duo dũtaxat ſuperſtites erant, ⌊& tra-
didit ei Hebron in poſſeſſionem.⌋ Veruntamen iuxta præhabita,Hebron tunc fuit deſtructa
per Ioſue,quãuis aliqui dicant,ꝙ non in toto, ⌊atq; ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephonne
Cenezæo vſq; in præſentem diem,quia ſecutus dominũ deũ Iſrael. Nomẽ Hebron antea vo-
cabat̃ Cariath Arbe⌋ q̃d interpretat̃ ciuitas,quatuor,eo ꝙ ibi in ſpelũca duplici,in agro pro-
pe vrbẽ Hebron,ſepulti ſint quatuor patriarchæ cũ ſuis vxoribus,q̃d de tribus patriarchis, vez Geneſ.23
Abrahã,Iſaac & Iacob,vxoribuſq; eoꝝ Sara, Rebecca & Lya dubitationẽ nõ habet, cũ in Ge- Geneſ.25
neſi hoc legat̃. De primo aũt,puta de Adã & Eua,q̃d ſentiendũ ſit,mox tangetur. Quidã vero Geneſ.35
affirmãt,q̃d dicta ſit ita,eo ꝙ ibi gigãtes quatuor ſint ſepulti,vez Tholmai, Syſai,& Achymai, Gene.49.
eorũq; pater Enach,de qbus in Numeris legitur. Sunt qui opinẽtur,ꝙ vocata ſit Cariath Ar- Numer.13
be.i.ciuitas Arbe,qui fuit gigas & principatum geſſit ibidem. Vnde ſequenti fertur capitulo: 14.q.2 cap.
Cariath Arbe patris Enach,quaſi dicat ciuitas Arbe,qui fuit pater Enach gigantis. vnaqueq;.
§. econtra

⌊Adam Adam.

⌊Adam maximus ibi inter Enachym situs est.⌋ Per Adam communiter intelligunt exposito-
res hoc loco hominem ꝓthoplastum qui maximus fuit in sapientia, atq; virtutibus, præsertim D
ante suam in paradiso transgressionem, postmodum quoq; sancte vixit, fuitq; valde magnus au-
thoritate apud posteros suos, potissime apud bonos quos docuit, fuit & maximus paterna fœ-
cunditate & prima ac generali ꝓpagatione. Hic igit̃ fuit spelunca illa sepultus quod etiam inde
apparentiam sumit, quia circa locum hunc post suam à paradiso expulsionem dicit̃ habitasse in-
Origenes terdum, quàmuis de hoc parua sit certitudo. Origenes tamen dixit Adam in monte Caluariæ fu-
isse sepultum, atq; ab osse capitis eius locum illum vocatum montem Caluariæ, quod Hierony-
Hiero. mus reprobat ex eo ꝙ dicit̃: Hic Adam maximus &c. ¶ Deniq; Lyra refert, ꝙ secundum He-
bræos Adam sit hic nomen commune significans hominem, & ꝙ p Adam maximũ intelligat̃ hic
Athanas. Abraham qui fuit ꝓcipuus p̃riarcha. At vero magnus ille theologus & sanctus pater noster Atha-
Luc. 23 nasius refert magistros Iudæoꝝ asserere, quod Adam sepultus sit in monte Caluariæ, & sanctus
Augu. Thomas hoc recitat sup Lucam. Augustinus etiam in Homilia dicit, ꝙ Adam in monte Calua-
riæ sit sepultus. Quidam aũt dixerunt, ꝙ Adam hic sumit̃ ꝓ homine illo gigante nomine Tarbe,
Hiero. sed non reor quod illius sepulturam scriptura ista hic curauit describere, & cum Hieronymo po-
tius arbitror, quod p Adam iam intelligat̃ primus ille parens & ꝓthoplastus. ⌊Et cessauit terra à p̃-
lijs.⌋ hoc idem in fine vndecimi capituli scriptum est & ibi expositum. Dicit̃ aũt terra cessasse à p̃-
lijs, quoniam habitantes in terra à prælijs cessauerunt.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI DECIMIQVINTI.

Igit̃ sors filioꝝ Iuda p cognatiões suas ista fuit. Art. XXIII. E

SORS SEV distributio terræ concessa tribui Iudę nunc recitat̃. ⌊Igit̃
sors filioꝝ Iuda p cognationes suas⌋ id ẽ, terra posteritate atq; familijs
Iudæ patriarchæ p missionem sortis concessa, ⌊ista fuit. A termino E-
dom vsq; ad desertum Syn,⌋ id est, à finibus terræ Idumæoꝝ ex vna
parte incepit & tendebat vsq; desertum quod est inter terram ꝓmissio-
nis & Aegyptũ, q̊d ꝓ vna pte sua vocat̃ desertũ Syn, qa in aduersis pti-
bus suis diuersa sortit̃ vocabula, vt plenius in expositione Exodi scripsi
⌊contra meridiem⌋ id est, versus plagam meridianam ꝓtendit̃ quoq;
⌊& vsq; ad extremam partem australis plagæ⌋ qa portio seu funiculus
tribus Iudę fuit in plaga australi seu meridionali terræ ꝓmissionis versus
Aegyptum. Primo autẽ describit̃ distributio tribus Iudæ, quoniam principalior fuit & numero
maior atq; audacior. Idcirco in vna extremitate terrę ꝓmissionis est collocata & versus Aegypti-
os, quoꝝ impugnationẽ filij Israel potuerũt timere, quatenus ipsa tribus esset munimen totius
terræ ꝓmissæ, & tanq̃ belicosior reprimeret insurgentes contra filios Israel hostes. ⌊Initiũ eius à
summitate maris salsissimi⌋ .i. maris mortui, de quo iam dictũ est sępe, à quo ex vna parte fuit ex-
ordium terræ Iuda, ⌊& à lingua eius⌋ vc3 maris salsissimi, ⌊quæ respicit meridiem⌋ .i. plagam
australem. Erat aũt hoc mare in loco latus australe & orientale iungente, ⌊egredit̃q; contra ascẽ-
sum scorpionis⌋ p scorpionem intelligit̃ hic mons qdã, in quo scorpiones plurimũ abundabãt
& vsq; ad montis illius ꝓtendebat̃ linea descriptionis terræ tribus istius, ⌊& ptransit in Syna⌋ .i.
vsq; in partem deserti in quo est mons Synai, & hoc est idem cũ deserto Syn, ⌊ascẽditq; in Cad-
des Berne & puenit in Hebron, ascendens Adaram, & circũiens Carcara, atq; inde ptransiens in
Asemona, & pueniens ad torrentem Aegypti⌋ puta ad Nilum scd̃m quosdam quantũ ad aliquã
Nili partem. Potius tamen p hunc torrentem puto intelligendũ quendam riuũ q erat in parte au- F
strali terræ ꝓmissæ, qui vocat̃ riuocorula, vocat̃q; riuus Aegypti, vel quia inde scaturiens, aut quo-
niam illuc currens siue respiciens. ⌊Eruntq; termini eius mare magnum⌋ hoc non est intelligẽ-
dum de mari oceano, sed mediterraneo terram ꝓmissionis terminãte ab occidẽte q̊d respectu q̃-
rundã particulariũ fluuioꝝ q iuxta Hebręę linguæ ꝓprietatẽ maria nuncupant̃, mare magnũ vo-
cat̃. ⌊Hic erit finis meridianæ plagæ⌋ .i. mare hoc erit terminus sortis Iudæ quantũ ad plagam
australem. ⌊Ab oriente vero erit initium mare salsissimũ⌋ .i. ex parte orientali inchoabit̃ sors tri-
bus Iudæ à mari mortuo iam ꝑfato, ⌊vsq; ad extrema Iordanis⌋ vbi vc3 Iordanis intrat mortu-
um mare ⌊&⌋ ad ⌊ea quę respiciunt⌋ .i. sita sunt ⌊ad aquilonem à lingua maris⌋ forsan salsissi-
mi, ⌊vsq; ad eundem Iordanem. Ascẽditq; terminus in Bethagla⌋ .i. sors ista ꝓtendit̃ in locũ sic
dictũ, ⌊ascẽdens ab aqlone in Betharaba, ascendẽs ad lapidẽ Bohen filij Ruben,⌋ q ad quendã
de tribu Rubẽ natũ ptinuit ⌊& tẽdẽs vsq; ad terminos Debora de valle Achor cõtra aqlonẽ respi-
ciẽs Galgala, q̃ ex aduerso ascẽsionis Adoraim australi parte torrentis trãsitq; ad aquas q̃ vocant̃
fons solis⌋ q̃ aquę fons erãt, & vocatę sunt, ita rõne alicui' ꝓprietatis siue effect' aut similitudinis aut
3. Reg. 1 sit' siue originis ⌊& erũt exit' ei' ad fontẽ Rogel⌋ q ẽ ꝓpe Hierl̃m vt dr̃. 3. Re. vbi Adonias obtulit
Hierem. 7 hostias. ⌊Ascẽditq; p cõuallẽ filij Ennõ⌋ q̃ vallis etiã iuxta Hierl̃m erat vt patet ĩ Hier. & 4. Re.
4. Reg. 23 ideo subdit̃ ⌊ex latere Iebusęi ad meridiẽ hęc ẽ Hierl̃m⌋ .i. ciuitas ibi situata, in q̃ Iebusęi cõmora-
bant̃

bãtur Hierusalē nuncupatur,⌊& inde se erigēs ad verticē mōtis q est contra Geennon,&c.⌋
A Multa nomina vrbiū & locoꝝ,fontiū & montiū in isto,sequētibusq; ponūtur capitulis,in q-
bus non est difficultas in se, nec magna vis, quamuis res significate, per nomina ista pro parte
nos lateant,idcirco ab expositoribus transiliuntur. ⌊Inclinaturq; in Baala quæ est Cariath ia-
rim.i.vrbs siluaꝝ.⌋ forsan sic dicta à siluis circūiacentibus,tamē ꝙ dicitur.i. vrbs siluaꝝ trās-
lator appofuit.Cariath quippe interpretatur ciuitas Iarim siluæ,⌊& circuit de Bala cōtra oc-
cidentem vsq; ad montem Seir⌋.i. Edom,ita ꝙ vsq; pedē montis illius aut circiter tenditur,
⌊transitq; iuxta latus montis Iarim ad aquilonē in Chesalum,& descēdit in Bethsames.Tran-
sitq; in Thamna⌋ vrbē Philistinoꝝ,⌊& puenit cōtra aquilonē partis Accaron⌋quæ etiā fuit
vrbs Palestinoꝝ,⌊inclinaturq; Secrona,& trāsit montē Baala,puenitq; Iabneel,& maris ma
gni cōtra occidentē fine concluditur⌋.i. terminatur extremitate mediterranei maris.⌊Hi sunt
termini filioꝝ p circūitum in cognatiōibus suis. Caleph vero⌋.i.ipsi Caleph,⌊filio Iephon- Iosue.14
ne dedit⌋ ipse Iosue,⌊partē in medio filioꝝ Iuda,⌋ qa & Caleph erat de tribu Iuda,& ꝙ hic
dicitur pcedēti cap. cōtinetur atq; ibidē expositū est.⌊Atq; inde⌋ puta de Hebron,⌊cōscēdēs⌋
ipse Caleph,⌊venit ad habitatores Dabir⌋.i.vrbis sic nominatæ,⌊quæ prius vocabatur Cari-
athsepher⌋ ꝙ quid interpretetur seu signet translator exposuit,addēs,⌊.i.ciuitas literaꝝ,⌋ quæ
forte sic dicebatur,eo ꝙ fuerūt ibidē aliqui specialiter literati aut sapiētes secundū legē eoꝝ,vel
B ꝙ literæ qbus vtebātur populi Chananæoꝝ erāt ibi excogitatæ, aut ꝙ studiū sciētiaꝝ viguit
ibi,vel vt in Scholastica habetur historia,qm̄ ciues eius erāt scriptores,⌊dixitq; Caleph:Qui p- Pet. Co
cusserit Cariathsepher & ceperit eā,dabo ei Axam filiā meā vxorē.Cepitq; eā⌋.s.vrbē illā mestor.his
⌊Othoniel⌋qui post mortē Iosue fuit primus Iudicū Israel,⌊filius Cenez⌋.i.viri sic appel- to.lib. Io
lati,de q in præcedēti est dictū articulo,⌊frater Caleph iunior. Deditq; ei Axam filiā suā vxo sue.cap.
rem.⌋ ¶Circa qd oritur quæstio,qūo Caleph vir iustus dedit filiā suā vxorē fratri suo auun-
culo filiæ suæ.Ad qd in fine articuli huius responsio erit.⌊Qui cum pgeret simul,⌋.i. cū patre
suo & marito iter faceret,nō pedestris,sed sup asinā sedēs,⌊suasa est à viro suo⌋ secrete,⌊vt
peteret à patre suo agrum⌋.i.terram fertilem cultui aptam,vltra ea quæ pater suus ei iam assi-
gnauit pro dote & hæreditate.⌊Suspirauitq; vt sedebat in asino⌋.i.sup asinum,ideo aūt inge
muit,vt quasi ex vehemētia desiderij videretur multū affligēda,nisi obtineret intētum,⌊cui Ca-
leph:Quid habes inqt. At illa respondit:Da mihi bñdictionem⌋.i. bñficium seu donum qd
peto.⌊Terrā australē & arentē⌋.i.infœcundam propter aquaꝝ defectū, ⌊dedisti mihi, iun-
ge & irriguā⌋ quæ.s.aquis irrigetur.⌊Dedit itaq; ei Caleph irriguū superius & irriguū infe-
rius⌋.i.agros sic situatos,ꝙ tā in superioribus suis partibus, quàm in inferioribus irrigabantur
sufficiēter vel agros irriguos circa ciuitatē ab oriēte & occidente. ¶Quocirca oritur quæstio,
qm̄ in Deuteronomio legit: Terra ad quam ingrederis.s.terra promissionis, nō est sicut terra Deuter.11
Aegypti,vbi iacto semine aquę ducuntur irriguæ,sed montosa est & cāpestris de cœlo expe-
C ctans pluuiā,ex q apparet,ꝙ agri, de qbus nūc sermo, irrigabātur aquis pluuiaꝝ,non fluuioꝝ
aut fontiū. Pluuia aūt agris riuidē territorij est cōmunis.Respondetur ꝙ qūis gñaliter ita fuit,
attamē aliqui agri terræ promissionis etiā aquis fluminū aut fontiū poterāt irrigari,quēadmo
dum & in Aegypto aliquādo pluit.Cōsequēter ciuitates trib⁹ Iudæ nominātur in textu. Hic
tamē sciēdum,ꝙ eædē ciuitates interdum in diuersaꝝ tribuū sortibus nominantur, qa & si pri-
mo deputatæ fuerunt ad vnā tribū,postea tamē ex aliqua causa sunt alteri tribui assignatæ,&
forte diuersæ ciuitates quādoq; idē nomē sortitæ sunt,sicut & aliquæ vrbes plura habuerunt
vocabula,vnde infra habetur.⌊Cariathbaal,hæc est Cariathiarim vrbs siluaꝝ⌋ quæ vocata
est Cariathbaal,quoniam habitatores eius coluerunt idolum noīe Baal. Enumerantur q̄q; in
sorte tribus Iudæ ciuitates & villæ Philistinoꝝ,videlicet Accaron,Azotus & Gaza, multæq;
aliæ vrbes quas tūc nondū obtinuerūt.⌊Iebusæū aūt habitatorē Hierusalē nō potuerūt filij Iu
da delere,habitauitq; Iebusæus cū filijs Iuda in Hierusalē vsq; in psentē diē.⌋ Circa hoc dubi
tationes occurrūt. Prima est,qa vt infra habetur,Hierusalē ptinebat ad tribū,sortēq; Beniamin
quomodo ergo filij Iuda in Hierusalem commanserūt,& quare nō potius ait scriptura, ꝙ filij
Beniamin non potuerunt Iebusæum illum delere? Secūda est,quomodo verum sit istud,quē-
admodum enim filij Iuda alias plures vrbes cum suis habitatoribus deleuerunt,non proprijs
viribus,sed supnaturali & gratioso dei auxilio,ita & Iebusæū vincere potuerūt. Ad primum
quidā respondēt,ꝙ Hierusalē pro parte fuit pertinens ad tribum Iuda,& pro parte ad Benia-
min tribū,ita ꝙ pars in qua postea constructū est tēplum,fuit in funiculo Beniamin. Porro,
magister in historijs ita concordat prædicta ad inuicem,ꝙ Hierusalem pertinebat ad tribum
Iuda,quantum ad cōcessionem.Ad Beniamin vero quantum ad traditionē factam p sortem.
Hinc filij Iuda dicuntur non potuisse Iebusæum deijcere. Ad secundum dicūt expositores ca-
tholici,ꝙ p Iebusæum nunc intelligantur populus Iebusæoꝝ,& ꝙ filij Iuda nō potuerūt eos de
lere ex quodam fortalitio,quod in vrbe Hierusalem tenuerunt,non ex defectu omnipoten-
tiæ dei, sed quia fortassis non impugnauerunt fortalitium illud cum tanta fide & spe in
deo

deo quòd præualere meruerint, vel ex alia causa occulta deus non contulit eis triumphum illum, D
sicut nec Philistæos deleuit ex causis prætactis. Vel vt refert Lyra. Hebræi dicũt, ꝙ Iebusæi isti
non erant de stirpe Iebusæorum, sed dicti sunt Iebusæi quoniam habitabant in Hierusalem quæ
Genes. 20 alio nomine Iebus vocata est, & ꝙ erant de stirpe Abimelech regis Jeraræ, cũ quo Abraham fœ
dus percussit & iuramento firmauit & quod durauit hoc fœdus ad certũ tempus, quod tempore
Iosue nondũ effluxerat. Propter q̃d iuramento illo obstante non potuerũt filij Iuda Iebusæos il-
los licite ĩpugnare. Postea vero Dauid expugnauit Iebusæos, eo ꝙ tp̃s dicti fœderis tũc effluxit.
Gene. 13 Nũc soluẽda est q̃stio supius mota, qũo licuit ipsi Caleph tradere filiã suã Othonieli frĩ suo in cõ
2. Reg. 20 iugẽ. Ad q̃d aliq dicũt ꝙ Othoniel dr̃ fr̃ ipsius Caleph, eo mõ q̃ Abrahã vocauit Loth frẽm suũ,
Det. Co & Ioab dixit ad Amasam: Salue mi frater, q̃a cõsanguinei erãt. Et isti dicũt, ꝙ Cenes fuit frater ipsi
bitt. lib. 3 us Caleph. In Scholastica aũt historia fert, ꝙ Caleph & Othoniel fuerũt fratres vterini tantũ. i.
dicũ ca. 5 ex matre dũtaxat, quoniam Caleph fuit filius Iephonæ. Othoniel vero filius fuit Cenes, nisi for
te pater eorũ binomius fuerit, & addit ibi Caleph maluit seruare votũ suũ quã legem quæ interdi
cit matrimoniũ cũ filia fratris, nisi forte lex intelligat de filia fratris ex patre. Hæc ibi. At vero Ly
Leui. 20 ra respondet: probabiliter põt dici, ꝙ licet Othoniel fr̃ esset Caleph, non tamen peccauit accipi
endo neptem suam. Non enim hoc erat contra legem naturæ quoniam Abraham accepit Sarã
Gene. 11 filiam fratris sui, nec contra legem Moysi, circa quod dici potest, ꝙ non sit explicite contra ea
quæ de personis à mutua contractione coniugali in Leuitico prohibitis describunt. Aliqui tamẽ
dicũt ꝙ implicite extet prohibitum, sicut ibidem plenius habet expositũ. Quàmuis aũt tale matri
moniũ non sit contra immediata præcepta legis naturæ, tñ cõtra secundaria eius præcepta quæ E
ex primis illis principijs tanq̃ conclusiones deducunt esse censet à multis. Iuxta mysticũ sensum
per sortem & tribũ Iuda quæ primo hæreditatem accepit latiorem & ditiorem, intelligunt san-
Romanorum 8 cti Apostoli electissimi discipuli Christi, de tribu Iuda exorti, qui primitias sancti spiritus accepe-
runt, & pluribus per totum mundũ præfecti sunt, latiusq̃ spiritualr̃ dominati, qui & in regno cœ
lesti præclariores sortiti sunt mansiones. ¶ Insuper per Caleph æque robustũ in iuuentute sua
ac senio potest intelligi deus pater, cuius est fortitudo inuariabilis & æterna. Per filiam Caleph
quæcũq; anima fidelis deuota, quæ sup asinũ sedet, dũ propriæ carnis cõcupiscentijs passionumq;
motibus dominat. Per Othoniel Christus, cui talis anima desponsat, dũ per fidem & charitatem
ei vnit, hanc sponsam suam Chr̃us hortat, vt à patre cœlesti agrum. i. spũalem fœcunditatem, cõ
solationem internam, fontem lachrymarũ, sapiẽ flumen, gratiarũ fluenta, charismatũ affluentiam
Romanorum 7 supernorũ, cũ prostratione ac gemitu petat, dicens: Terram arẽtem id ẽ, fragilem carnem, in
Sap. 9 qua non habitat bonũ & quæ aggrauat animam de disti mihi. Rursus terra hæc arida est con-
uersatio bona tamen in carne & in terra ista exhibita, iunge & irriguam .i. da corpus ratio-
Philip. 4 nis iudicio per omnia prompte subiectum, concede conuersationem in hac terra cœlestem. Do-
num lachrymarũ impende, virtuosæ fertilitatis exuberantiam elargire. Cũ itaq; anima istud po-
stulauerit incessabiliter & feruenter, dat ei pater æternus irriguũ superius. i. gratiam compũctio
nis & affluentiam fletus, vbertatemq; mentis ex desiderio regni cœlestis, ex suauissima complacẽ
tia creatoris, ex compassione dominicæ passionis, ex plenitudine deuotionis, ex ardore fruendi F
dilecto plenarie. Dat quoq; irriguũ inferius. i. spiritũ contritionis & fletus ex consideratione pro-
priarũ & alienarũ culparũ, ex timore diuini iudicij, ex imaginatione infernalis supplicij, ex atten-
tione multiplicis miseriæ huius vitæ, imperfectionis defectuositatisq; propriæ, & quia non prius
quod spirituale, sed quod animale, idcirco per irriguũ istud inferius perducitur anima ad irri-
guum istud superius.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI DECIMISEXTI.

Cecidit sors filiorũ Ioseph. Arti. XXIIII.

PARS terræ filijs Ioseph distributa nunc recitatur: Cecidit quoque
sors filiorum Ioseph id ẽ, tribuum Ephraim & Manasse, non quod tri
bus illæ habuerint sortem vnam aut duas sortes confuse permixtas, nec
istud intelligendũ est de integra tribu Manasse, sed de media eius par-
te, q̃ a pars alia ab altera parte Iordanis suam iam sumpserat sortẽ. Itaq;
ꝙ ait: Cecidit quoq; sors filiorũ Ioseph, dr̃ hic in generali & indetermi-
nate. Postea aũt in speciali describit. Cecidit ergo ab Iordane contra
Hiericho quia ab vna ripa Iordanis incepit ex opposito vrbis Hieri-
4. Reg. 2 cho & ad aquas eius Vnde quarto Regũ legit Helisæus sanasse aq̃s
Hiericho mittendo in eas sal. Ab oriente solitudo à plaga orientali
als montē fuit seu cœpit hæc sors à solitudine quæ ascendit de Hiericho ad † montana Bethel .i. loca mõ
Luce. 10 Matt. 4 tosa q̃ sunt circa oppidũ Bethel. Hinc in Euã. legit, ꝙ hõ descẽdens de Hierlm Hiericho, icidit in
Mar. 1 latrones qui. s. erant in solitudine illa, in qua & Christus ieiunauit atq; tentatus est & egredit de
Luce. 4 Bethel Luzam, plures fuerunt vrbes in terra sancta vocatæ Bethel & Luza. Aliqui tamen di-
cunt ꝙ

A cunt ꝙ Bethel & Luza accipiant nunc pro vrbe Hierusalem, ꝙ item sors iſta dicat egreſſa de Bethel in Luza propter diuerſas partes vrbis eiuſdē, ita ꝙ ciuitas illa totalis Hieruſalē, cōtinebat in ſe hæc duo oppidula, ſicut & nūc ſunt aliquæ magnæ vrbes habentes & cōtinētes plura oppida paruataꝗ̃ proprias partes, ⌞ tranſitq́ꝫ terminū Archi Atharoth, & deſcendit ad occidentē iuxta terminū Ieſleti vſqꝫ ad terminos Betheron inferioris, ⌟ fuit aūt vrbs Betheron duplex, vna ſuperior & inferior alia, vt patet tertio lib. Reg. ⌞ & Gazer ⌟.i. oppidi ſic vocati, de q̃ legiť infra, 3. Regū. 9 ⌞ finiunťq́ꝫ regiones eius mari magno ⌟.i. mediterraneo ⌞ poſſederūtq́ꝫ filij Ioſeph Manaſſes & Iosue. 11 Ephraim ⌟.i. tribus natæ ex Manaſſe & Ephraim. Porro ꝑ regiones intelligēdæ ſunt diuerſæ vrbes quas poſſederūt, q̃ & ante ad diuerſa particularia regna ſpectabāt. Occiderunt nāqꝫ filij Iſrael in terra promiſſionis reges trigintaunū, ſicut iam patuit. ¶ Conſequēter in ſpeciali deſcribiť ſors Iosue. 12 & hæreditas Ephraim. ⌞ Et factus eſt terminus filioꝝ Ephraim ꝑ cognationes ſuas, & poſſeſſio eoꝝ ad orientē Atharoth Adar vſqꝫ Betheron ſuperiorē, egrediūturq́ꝫ cōfinia in mare, ⌟ q a hæ vrbes aſſignatæ ſunt tribui Ephraim. ⌞ Machmatah vero ⌟.i. locus ſic dictus, ⌞ aquilonē reſpicit, & circumit terminos cōtra orientē in Thaanathſilo, & ꝑtranſit à torrente Ianohe, deſcēditq́ꝫ de Ianohe in Atharoth & Naaratha, & ꝑuenit ĩ Iericho, egrediťq́ꝫ ad Iordanē de Thaphua. Per

B tranſitq́ꝫ cōtra mare in vallē Arundineti, ⌟ q̃ vallis forſan ſic appellať propter arundines in ea abundanter creſcentes, ⌞ ſuntq́ꝫ egreſſus eius in mare ſalſiſſimū ⌟.i. in mare mortuū, de quo dictum eſt ſæpe. ⌞ Hæc eſt poſſeſſio tribus filioꝝ Ephraim, vrbesq́ꝫ ſeparatæ ſunt ⌟.i. ſpecialiter & ſeorſum deputatæ, ⌞ filijs Ephraim in medio poſſeſſionis filioꝝ Manaſſe & villæ eaꝝ, ⌟ quāuis eñ quælibet tribus habuit propriā partē & ſortē, tamen interdū vrbes quædā vnius tribus quantū ad aliquē ſitū interlocatæ erant infra terminos alterius ſortis, q a & linea ꝑ quam fiebat terræ, ſortiumq́ꝫ diuiſio, nō poterat ſemꝑ protrahi in directū, ſed interdū hincinde flectebať propter interpoſita loca impertranſibilia. ⌞ Et nō interfecerūt filij Ephraim Chananæū ⌟.i. populū Chananæorū, ⌞ q habitabat in Gazer ⌟.i. in vrbe ſic nominata, de q̃ legiť tertio Reg. ꝙ Pharao rex 3. Regū. 9 Aegypti aſcendit & ꝑcuſſit Chananæos q habitabant in Gazer & vrbē ſuccendit, deditq́ꝫ eā in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis, & tunc Salomon vrbē illā reædificauit, ⌞ habitauitq́ꝫ Chananæus in medio Ephraim tributarius, ⌟ ex hoc apparet ꝙ Ephratæi habuerūt facultatē interficiēdi illos, ſed ex ambitione & cupiditate ad quas erant procliues, ꝑmiſerūt viuere illos cōtra dei ꝓceptū, à quo eis erat ꝓceptū, vt Chananæos oīno delerent, vt Numeroꝝ liber clare monſtrat. Nume. 33 Veruntamen iſtud non videť omnibus Ephratæis, ſed eis qui vrbem Gazer obtinuerant, imputandum, qui & grauiter ac multipliciter peccauerunt in iſto.

¶EXPOSITIO CAP. XVII. Cecidit autem ſors tribui Manaſſe. Arti. XXV.

DEſcribiť nunc diſtributio terræ facta filijs Manaſſe, & primo repetitur ſors diſtributa mediæ parti tribui eius, cū diciť. ⌞ Cecidit aūt ſors tribui Manaſſe. Ipſe eñ Manaſſes eſt primogenitus Ioſeph, ⌟ ſecundū ordinē Genes. 41 tēporis, prout in Geneſi habeť. Attamen Iacob patriarcha benedicēdo filijs Ioſeph, ꝓtulit Ephraim ipſi Manaſſe, quēadmodū Geneſeos codex Gene. 48 narrat, ⌞ Machir primogenito Manaſſe ⌟.i. ſors illa primo venit ac data eſt ipſi Machir primogenito Manaſſe, hoc eſt poſteritati atqꝫ familijs natis ex Machir, q obijt in Aegypto, ⌞ patri Galaad, ⌟ habuit eñ filium noīe Galaad, ⌞ q fuit vir pugnator. ⌟ Quod ait, qui, videť poſſe referri, ſiue ad Machir, ſiue ad Galaad, ſed ad Machir referendū cenſetur,

C quia & alibi legiť idē de ipſo. Diciť quoqꝫ, vir pugnator, nō ꝙ fuerit bellator iniuſtus aut contentioſus rixator, ſed qm̃ fortis & ſtrennuus pugnando pro cauſis iuſtis, & ita ſonat in laudē ꝙ diciť, vir pugnator, ⌞ habuitq́ꝫ poſſeſſionē Galaad & Baſan ⌟.i. poſteritas Machir partim poſſedit terram Galaad, terrāq́ꝫ Baſan. Vnde cōſtat ꝙ Galaad qñqꝫ ſit nomen viri, qñqꝫ patriæ, ⌞ & reliquis filioꝝ Manaſſe filijs iuxta familias ſuas ⌟ cecidiť ſors, quemadmodū filijs Machir, videlicet ⌞ filijs Abiezer & filijs Helec, & filijs Ariel, & filijs Sichem, & filijs Hepher, & filijs Semida. Iſti ſunt filij Manaſſe filij Ioſeph ꝑ cognationes ſuas. ⌟ Iſta diſtributio à Moyſe facta eſt eis in cāpeſtrib⁹ Hiericho, ſup & circa Iordanē, quemadmodū in Nume. & in Deut. legiť. ¶ Conſequēter deſcri- Nume. 32 biť diſtributio facta mediæ tribui Manaſſe in terra ꝓmiſſionis à Ioſue. ⌞ Salphaad vero filio He- Deut. 3 pher, &c. non fuerūt filij, ſed ſolæ filiæ ⌟ quinqꝫ, quaꝝ noīa exprimunť in lr̃a, ⌞ venerūtq́ꝫ in conſpectu Eleazari ſacerdotis, ⌟ q fuit ſummus ſacerdos ſeu pontifex poſt Aaron patrem ſuū, ⌞ & Ioſue & principū, dicentes: Dñs ꝓcepit ꝑ manū Moyſi, vt dareť nobis poſſeſſio in medio fratrū *ſuoꝝ ⌟.i. cognatoꝝ qui de Manaſſe exorti ſunt. De hac re legiť in Nume. Acceſſerūt filiæ Sal- *alis, ſuoꝝ Nume. 27 phaad, ſteterūtq́ꝫ coram Moyſe atqꝫ dixerūt: Pater noſter nō habuit mares filios. Cur tolliť nomen illius de familia ſua, quia nō habuit filiū. Date nobis poſſeſſionem inter cognatos patris noſtri. Retulitq́ꝫ Moyſes cauſam eaꝝ ad iudicium dñi, qui dixit: Iuſtā rem poſtulāt filiæ Salphaad.

E Da eis

Abrahã & Loth, ex Chaldæa venit in Mesopotamiam, obijtq́ ibidem. Itaq; verba ista dupliciter possunt exponi. Primo sic: Trans fluuiũ, id est, vltra Euphraten q̃ inter Chaldæos & terram promissionis decurrit, habitauerũt p̃res vestri. Secũdo sic: Trans fluuiũ qui inter terram Chanaan & inter Mesopotamiam fluit, habitauerũt p̃res vestri, ibi tamen non habitauerũt ab initio, nec ibi moratus legit, Nachor pater Tare, nec Abraham alienis dijs seruiuit, sed Nachor pater eius & Thare vt dicunt Hebræi saltem ad tempus. ⌊Tuli ergo⌋ .i. exire feci & exeundi voluntatem
Gene. 16 infudi. Tuli inquam ⌊Abraham p̃rem ṽrm de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram
Gene. 15 Chanaan⌋ vt eam darem posteris eius. ⌊Multiplicauiq́ semen eius⌋ quia ex Agar genuit Ismae
Gene. 21 lem, & alios ex Cethura quæ fert fuisse Agar, ⌊& dedi ei Isaac⌋ sup̃naturaliter fœcũdando Saram
Gene. 25 non obstante duplici causa suæ sterilitatis, videlicet senectute & naturali infœcũditate eius etiã in iuuentute. ⌊Illi⌋ videlicet Isaac ⌊rursum dedi Iacob & Esau⌋ ex Rebecca quæ naturaliter extitit infœcũda. ¶Porro q̃ ait rursum, referendũ ad verbũ dedi, non ad Isaac qui vno concubitu
Gene. 32 genuit ambos filios suos. ⌊E quibus Esau dedi montem Seyr ad possidendũ⌋ .i. terram Idumæo
Genes. 28 rũ montosam donaui Esau & posteris eius. ⌊Iacob vero & filij eius descenderũt in Aegyptũ,⌋
Genes. 46 Necessitate famis coacti & amore Ioseph &c. ⌊Clamauerũt aũt filij Israel ad dominũ⌋ ex timo-
Gene. 47 re, cũ post exitũ de Aegypto, vidissent Aegyptios se insequentes, ⌊qui posuit tenebras inter vos
Exo 14 & Aegyptios⌋ Nam angelus posuit nubem densam & tenebrosam ex vna parte inter Aegypti
Ibidẽ os & Hebræos, ita quod Aegyptij tota nocte nequibant Hebræos accedere, vt in Exodo legit. ⌊& adduxit super eos mare & operuit eos. Viderũt oculi vestri cũcta quæ in Aegypto fecerim⌋
Exo. 13 Non q̃ omnes quibus Iosue ista locutus est, viderit mirabilia dei in Aegypto, sed Eleazar, Iosue E
Caleph & multi de tribu Leui, & qui in pueritia sua exierũt Aegyptũ, ita q̃ in prima numeratione populi numerati non erant, tamen in exitu suo rationis compotes erant. Sed quomodo poterant isti omnia illa signa & plagas Aegyptiorũ videre, cũ habitarent seorsum in terra Iessen? Ad quod aliqui dicerẽt, q̃ etiam in terra Iessen habitauerũt multi Aegyptij ibi plagati. Potest etiam dici q̃ interiori visu ea viderũt ⌊& habitastis in solitudine multo tempore, & induxi vos in terrã Amorrhæi qui habitabat trans Iordanem⌋ .i. in regiones Seon regis Amorrhæorũ, & Og regis Basan. ⌊Cumq́ pugnarent contra vos tradidi eos in manus ṽras, hoc ipsum aptum monstrat in
Numeri. 21 libro Numerorũ. Surrexit aũt Balach filius Sephor rex Moab & pugnauit contra Iraelem.⌋ Nõ
Numer. 22 legit alibi, q̃ Balach inijt pugnam corporalem contra filios Israel, sed insidiatus est eis, ac restitit in
Nume 25 ducendo eos ad magna facinora ex suggestione Balaam, ex cuius cõsilio misit ad filios Israel spe
Nu. 22. 32 ciosas puellas. Hinc subdit ⌊Misitq́ & vocauit Balaã filiũ Beor vt malediceret vobis⌋ mala vobis imprecando p̃ incantationes suas & carmina ac maleficia seu magicas artes, ex quibus deo p̃mittẽte fiũt alterationes & obstupefactiones ac debilitationes in hominibus ⌊& ego nolui audire eũ⌋ id est, à maledictione & eius effectu prohibui immutando cor eius, ideo subdit: ⌊sed econtrario
Numer. 22 per illũ benedixi vobis⌋ tribus vicibus, prout in Numerorũ historia enarrat. Omnipotens etenĩ
23. 24 deus ad libitũ suũ immutat hominũ mentes, & quocũq; voluerit, vertit eorũ voluntates, intentiones, proposita, ac verba disponit. ⌊Transistisq́ Iordanem & venistis ad Hiericho, pugnaueruntq́ contra vos viri ciuitatis eius⌋ Hiericho ⌊Amorrhæus & Pheresæus &c.⌋ qui confluxe-
Iosue. 6 rant in vrbem illam ad succurrendũ eis aduersum vos, sicut in expositione supradicta patuit ple F
nius. ⌊Misitq́ ante vos crabrones⌋ .i. huiusmodi muscas pungitiuas seu anxietatũ & solicitudinum ac timorũ puncturas, vt supra expositũ est: ⌊& eieci eos &c. Nunc ergo timete dominũ⌋ timore casto & filiali, vel saltem initiali, ⌊& seruite ei corde p̃fecto atq; verissimo⌋ Multiplex est p̃fectio, vna absoluta & extra ac supra om̃e genus, q̃ soli competit deo. Alia in genere q̃ etiam multiplex est, vna qua mens creata fert in deũ per cognitionem & dilectionem sc̃d̃m extremũ posse suũ indefinenter seu semp̃ in actu, & hæc competit sanctis in p̃ria. Alia qua deo adhæret p̃ virtutes heroicas in hac vita quæ conuenit p̃sonis in virtutibus consummatis. Alia qua deo adhæret per euangelicorũ obseruationem consiliorũ. Alia quæ omnia illa vitat, quæ charitati contrariant diuinæ, obseruando cuncta præcepta, & hæc est p̃fectio sufficientię, de qua verbum istud potest exponi. ¶Porro cor verissimũ est, in quo absq; admixtione falsitatis, vanitatis & iniquitatis est veritas vitæ, veritas iustitiæ, veritasq́ doctrinæ, ⌊& auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto⌋ Non est verisimile q̃ filij Israel quibus Iosue loquebat, habuerunt idola ad colendũ, qui iam tot & tanta in dei virtute prælia victoriose egerũt, & si forte aliqua idola reseruauerunt sibi occulte, potuit esse propter p̃tiositatem materiæ. Idcirco quod ait auferte, potest exponi, nolite admittere, neq; recipere, & si quæ habetis abijcite, sic & Iacob conuoca-
Gen. 35 tã, omni domo sua. Auferte (inquit) deos alienos. Verũtamen quidam hic scribit. Potest dici, q̃
Aug. lib. 2 aliqui eorũ habuerũt idola, quæ apportata fuerant de Aegypto. Sed beatus Augustinus hoc re-
Iosue q. 29 probat, dicens: Non habebant adhuc simulachra gentiũ, cum supra, obedientiam eorũ commendauerit Iosue, & si post tantas legis comminationes ea habuissent, non essent consecuti tot p̃spera, ⌊si autem malum vobis videt vt domino seruiatis⌋ p̃pter difficultatem viæ salutis, & arduitatem

A tatem ac multitudinẽ ꝓceptoꝝ ipsius, seu propter expensas sacrificioꝝ. Quibusdam vero malũ
aut inutile seu etiam stultũ atq; superfluum, visum est deo seruire, quia non crediderunt eum ha-
bere cognitionem & prouidentiã inferioꝝ & actuum humanoꝝ. Vel qa viderũt ꝙ iustis & ser-
uientibus deo, frequẽter cõtingunt aduersa, & impijs prospera. Vnde ꝑ Malachiã loquit̃ dñs ta- Malac.3
libus: Inualuerũt sup me verba vestra, & dixistis: Vanus est qui seruit domino, & ꝙ emolumen-
tum, quia custodiuimus præcepta eius, de quibus in psalmo: Dixerunt, quomodo scit deus, et si est
scientia in excelso. Atq; in libro Iob: Dixerunt, quis est omnipotẽs vt seruiamus ei. Sed hi quibus Iob.21
Iosue loquebat̃, tot & tanta dei mirabilia cõspexerunt, & ex eius cultu tot prospera fuerũt conse
quuti ꝙ de eius prouidẽtia & remuneratione nõ dubitauerunt. Itaq; si malũ vobis videtur deo
vero seruire, optio vobis datur, i. libera electio. Eligite vobis hodie q̃d placet, cui seruire
potissimũ debeatis, vtrũ dijs quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an dijs Amorrhę
orũ, in quoꝝ terra habitatis. Istud sanctus Iosue profert quasi ironice, quasi dicat, quicquid ho-
rum eligeritis, stolidũ erit atq; peribitis id agendo. Vel ideo ait, optio vobis datur, qa non cogit
deus hominẽ ad suũ obsequiũ, sed propriæ libertati eũ relinquit, nõ vt liceret agat quicquid volu
erit, sed vt libere agẽdo mereat̃ aut demereat̃, iuxta illud Eccli: Deus ab initio cõstituit hoiem &
reliquit eũ in manu cõsilij sui. Adiecit, ꝓcepta sua, ad q̃d volueris porrige manũ tuã. Ego aũt & Eccli.15
domus mea, i. domestici mei seruiemus dño, quasi dicat, In hoc merito me principẽ vestrũ
B sequi debetis. Rñditq; populus & ait: Absit à nobis, vt relinquamus dñm, q eiecit vniuersas gen
tes, i. hostes quoꝝ terras iã possidemus, pro maxima parte deleuit, seu quosdã, imò & multos
de oĩbus illis occidit. seruiemus ergo dño, qa ipse deus noster, i. creator & gubernator noster
altissimus. Hæc est sufficiens, copiosaq; ratio seruiendi dño ꝑ latriæ cultũ, qa creauit nos & sum-
mus rector atq; prouisor est noster. Dixitq; Iosue ad pplm: Nõ poteritis seruire dño, hoc nõ
dixit, insinuando absolutã impossibilitatẽ, sed difficultatẽ seruiẽdi altissimo ꝑseuerãter vsq; in fi-
nẽ, tũ propter pronitatẽ istoꝝ ad mala, tũ propter diuinoꝝ arduitatẽ & multitudinẽ ꝓceptoꝝ,
tũ propter rigorem iustitiæ. Vnde subiungit: Deus enĩ sanctus & fortis æmulator est, i. deus
essentialiter sanctus atq; omnipotẽs est detestator peccati, amator virtutũ, oditor peccantium.
Nec ignoscet sceleribus vestris atq; peccatis, si incideritis ea, nisi pœnitentiã verã egeritis. Nõ
enĩ dimittit pctã inulta. Possunt aũt per scelera intelligi peccata in deũ, ꝓsertim idololatria, super-
stitio & species eius, per peccata vero culpæ in proximũ, vt furtũ, rapina, &c. si dimiseritis do-
minũ per inobedientiã, & seruieritis dijs alienis, q à vera deitate deficiũt & distant in infini
tũ, cõuertet se, nõ per aliquã mutationẽ sui ipsius, sed ꝑ effectũ, qa à pietatis & liberalitatis suæ
affluentia & dulcore ad rigorem procedet iustitiæ, & affliget eos atq; subuertet. Dixitq; po-
pulus ad Iosue: Nequaq̃ ita vt loqueris erit, sed dño seruiemus. Ex hoc videt̃, ꝙ vel Iosue vel po
pulus sit mentitus. Et respondendũ, ꝙ ea q̃ Iosue dixit, intelligẽda sunt ꝑ modũ cuiusdã exerci-
tationis & aussationis ac cõminationis. Nempe & id quod ait: Nõ poteritis seruire dño, ꝓter expo
sitionẽ ꝓtactã, potest adhuc dupliciter accipi. Primo sic, Nõ poteritis proprijs viribus, & sine au
xilio grãe dei, deo seruire meritoria seruitute. Secũdo sic, Nõ poteritis deo seruire, seruitute tã ma
gna ac reuerẽtiali, vt dignus est ipse q immẽsæ est maiestatis atq; ob hoc infinita reuerẽtia dign⁹
Sic ergo nõ erit vt loqueris. i. secundũ ꝙ verba tua vident̃ sonare, & vt minaris & exercitando
nos facis, sic religiosi eos q instãt pro ordine exercere ac ꝓbare solẽt, dicẽdo: Nõ poteritis religi-
onis huius seruare rigorẽ, nec ꝑseuerare in eo, & Iosue ad pplm: Testes inqt vos estis, qa ipsi ele
geritis vobis dñm vt seruiatis ei. Responderũt, testes sumus huius rei, sed quõ ijdẽ poterant esse
C authores & testes? Rñdẽdũ ꝙ testificatio ista nõ fuit nisi iterata ꝓfessio aut recognitio ꝓprij act⁹
& testimoniũ cõtra seipsos, si verba ꝓpria nõ implerẽt. Ex hoc Iosue infert. Nunc ergo ait: Au
ferte, i. per anticipationẽ cauete ne suscipiatis deos alienos de medio vestri, & inclinate corda
vestra ad dñm deũ Israel, i. humiliter ea subijcite deo, & ad grãæ eius susceptionẽ ac incremẽtum
ea parare & applicate, sicut ait Psalmista: Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas in Psalm.118.
æternũ. Vnde in prouer. legit̃: Hominis est animũ pparare. Itẽq;: Cor hoĩs disponit viã suã. Ve- Pro.16
runtamen hoc ipm efficere, est aliquo modo à deo & donũ ipsius, q hominẽ ab impedimẽto huius Ibidẽ
inclinationis ac pparationis. i. à proposito peccãdi ac vitijs retrahit & auertit. Propter q̃d. 3. Re-
gũ Salomon depcat̃: Dñs inclinet cor nostrũ post se. Et ꝓpheta in psalmo: Inclina cor meũ in te
stimonia tua. Dixitq; pplus: Dño deo nr̃o seruiem⁹ & erimus obediẽtes ꝓceptis ei⁹, si hoc di- 3.Reg.8
xerũt innitẽdo grãæ dei & de eius auxilio cõfidẽtes, bona fuit rñsio, si aũt ꝓsumẽdo de viribus suis, Psalm.118
incauta & ꝓsumptuosa fuit loquutio, sicq; incepit in eis illud aplĩ: Ignorãtes dei iustitiã & suã vo
lẽtes statuere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti, magis tñ oportet ꝙ scdm primũ sensum locuti sint hoc. Roma.10
Percussit ergo Iosue i die illo fœdus, i. de nouo obligauit pplm ad dei obsequiũ, fecitq; pactũ
inter deũ & pplm, vt pplus deo seruiret. Vnde Septuaginta trãstulerũt, Disposuit Iesus testamẽ
tũ ad pplm, q̃ dispositio fuit testamẽti iã dati repetitio, & ꝓposuit pplo ꝓcepta atq; iudicia, i.
ꝓcepta dei moralia, ceremonialia ac iudicialia pplo cõmemorauit & obseruãda admonuit, i Si
chẽ, scripsitq; oĩa verba hæc in volumine legis dñi, i. in libro hoc in q̃ lex dei cõmemorat̃. Vel

in volumine legis dei.i.in scriptura canonica, quæ tota est quasi vnum diuinæ legis volumē, ad D
quod ptinet liber iste, quēadmodum pars ad totum. Et tulit lapidē prægrande .i. valde ma
gnum quē ab alijs accipi fecit, vel cum aliorū adiutorio sumpsit, posuitq; eū subter quercū,
videlicet sub ramis & frondibus quercus, quæ erat in sanctuario dñi. Circa hoc occurrūt du
bia duo. Primum, quomodo in sanctuario dñi potuit eē quercus aut aliqua arbor, cū in Deute
Deute.16. ronomio dñs dixerit: Nō plantabis lucum & omnē arborem iuxta altare dñi dei tui. Secundū
quomodo dicat Iosue posuisse hunc lapidē subter quercū quæ erat in sanctuario dei, cū ex te-
xtus serie & tenore videatur ista fecisse in Sichē, vbi pcussit fœdus pfatum, in cuius memoria
erexit hoc saxum. Sanctuarium autē dñi fuit in Silo vrbe multum à Sichem distante. Ad pri-
mum posset qs respondere, q Iosue seu populus Israel non plantauit hanc quercum iuxta dei
sanctuarium seu altare, sed plantatam repperit ibi. Quod si obijciatur, nō licuisse vt arbor plā-
tata relinqueret ibidē, quia ad hac datum fuit à deo illud preceptum, ne filij Israel assimilarē-
tur idololatris, qui iuxta suorum templa deorū habebant lucos & arbores ad exercēdam libidi-
nem. Dici pōt, q arbor ista sic sita fuit, q ratio præcepti illius non habebat locum in ea, q non
erat ad incitamentum libidinis, fuitq; ante sanctuarium. Veruntamē quidam dicūt in Hebræo
haberi, subter limen, eo q verbū illud Hebraicū extet equiuocū. Aliqui quoq; fatentur p san-
ctuarium hic intelligi, non tabernaculum Moysi, sed synagogam, in qua habitatores Sichem
conuenerūt ad audiendum verbum dei, atq; ad dñm exorandum. Et iuxta hoc pateret ad secū- E
dum solutio. Alij vero dicūt, q postq̄ Iosue pcussit fœdus, ac populo iudicia & pcepta in Si-
chem proposuit, ascēdit cum populo ipso in Silo, vt simul coram dño starēt, & tunc ibi in ta-
bernaculo posuit lapidē pro signo horū in futurum, sicut & transito Iordane fecit duodecim
saxa tolli de fundo Iordanis, & poni in tabernaculo pro memoriali miraculose desiccationis
Deuter.4 fundi Iordanis, vt dictum est. Porro septuaginta sic transtulerūt. Disposuit Iesus testamētum
ad populum in die illo, & dedit illi legem & iudicium in Silo coram tabernaculo dei Israel. Vñ
ex hac translatiōe mōstratur, q per sanctuariū intelligendū sit hic, non synagoga pfata, sed ta
bernaculum Moysi. Et dixit Iosue ad omnē populum Israel ibi astantem. En lapis iste erit
vobis in testimonium .i. materiale signum suo modo testificatiuum, quēadmodum in agro-
rum & prouintiarū confinio lapides statuuntur in signū & testimonium terminationis ac di-
stinctionis illorū. Ne forte postea negare velitis audiuisse vos verba dei, & q dñm elegistis
in deum, atq; ad eius cultū vos astrinxistis, & mētiri dño deo vro, .i. ad iniuriam & irreue-
Pe.co.hist rētiam dei, qd in vestrā pniciem cederet. At vero in scholastica fertur historia: In signū fœde
Jos ca.16 ris memorati effudit Iosue etiam aquam sup terrā. Mos erat gētilibus in signum & robur initi
fœderis sanguinē suillum effundere quasi dicerēt, sic effundet sanguis illius q violauerit fœdus
istud. Hebræi vero aquam effundētes, atrociorem pœnā violatori signabāt. Alij nāq; liquores
nō ita funduntur ex vase, quin aliqd sui vestigiū in eo relinquāt, solus aquæ liquor prorsus effun
ditur, qd faciebāt Hebræi in fœdere inito cū dño, quasi dicerēt. Nō solū violator fœderis hu9
peribit, sicut in alijs cōtingit fœderibus, sed tota progenies eius peribit cū illo, vt nullū vestigiū F
eius appareat sup terrā. Solebāt qq; veteres dura & diu durabilia. s. lapides in signū eligere, vt
Judicū.17 sua diuturnitate initū fœdus posteris ad memoriā reuocarēt, hæc ibi. Dimisitq; populū, sin-
gulos in possessionē suam. Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus dñi centū decē an-
norū. Circa qd magister in historijs protestat: Quadraginta quatuor annorū erat cū accessit
ad Moysen & quatuor annis seruiuit ei in deserto. Ex q colligit, q viginti sex annis rexit po-
pulum post trāsitū Iordanis. Sepelierūtq; eū in finibus possessionis suæ in Tamnath Sare .i.
vrbe sic dicta, vel in agro aut aliq loco prope vrbē, vt moris tūc erat. Seruiuitq; Israel domi-
no cūctis diebus Iosue ita q sub eius regimine idola nō colebāt, nec ipse hoc tolerasset, & se
niorum q longo vixerūt tpe post Iosue, & q nouerāt oia opa dñi q fecerat in Israel, .i. bñfi-
cia, signa, prodigia, victorias ac varia grā dona q Israeliticæ plebi exhibuit in Aegypto, in hæ
remo, & in terra promissionis, quæ aliqua proprijs oculis cōspexerūt, alia didicerūt relatu. Ve-
runtamē istud nō est vniuersaliter intelligēdū de omibus filijs ac tribubus Israel, immo vt in-
fra in libro Iudicū scriptū est: Viuēte adhuc Phinees filio Eleazari & Othoniele marito filiæ
Caleph tribus Dan coluit idolū Michæ, & habitatores Gabaa cōmiserūt grauissimū scelus in
vxorē Leuitæ, immo & in ipsum viri impia volūtate. Sed intelligēdū est, q pro maiori parte
18.qu e ra. dño seruierūt, tamē & aliæ tribus in aliquibus, etiā viuēte Iosue peccauerūt, quēadmodū de tri
Hebron. e bu Ephraim ac tribu Manasse phabitū est, q cupiditate ducti fecerūt Chananæos tributari-
vnaquæque os, nec iuxta dei pceptū eos interfecerūt. Ossa qq; Ioseph q tulerant filij Israel de Aegypto
§ loros et secūdum qd in Exodo legitur: sepelierūt in Sichem .i. in terra sic dicta, quem emerat Ia-
§ econtra. cob à filijs Hemor patris Sichem. Nam Sichem qñq; ponit pro territorio illo, quādoq; pro
Exodi 13. vrbe, interdum pro viro sic appellato. Scriptum est aūt Genesis vltimo, quēadmodū Ioseph
Gene 49. in extremis positus, iussit vt filij Israel in exitu suo de Aegypto ossa sua secū deferrēt, ac in pte
agri quē emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem, Nam Hemor habuit filium noie Sichem,
qui vio-

A qui violauit Dinam filiam Iacob,⌊centũ nouellis ouibus,⌋ſecundũ Lyrã,in Hebræo habeť,cen
tum obulis,ſed potius reor in Hebræo haberi,ſicut Hieronymus tranſtulit,& forte dictio illa He
braica extat æquiuoca. Antiqui quippe pecoribus pro pecunia vtebantur. Vnde & pecunia ab Ar. de dd. Chriſt.
hoc nõie pecus nomen ſortiť,quemadmodũ in Decreto ex verbis inducit Auguſtini,qualiter au 1. q̃ſt 1. ca. Tolũ q̃ſ
tem Iacob emit agrũ illum,in Geneſi recitať. Attamẽ ibi habeť ꝙ emit eũ à filiis Hemor. Facta ẽ quid.
eñ emptio illa ex cõmuni conſenſu Hemor. filiorumq́ꝫ eius. Idcirco ab vtriſq́ꝫ legiť emptus ager
ille,& agrũ illum contulit Iacob filio ſuo Ioſeph,prout in Geneſi deſcribiť. Veruntamen ibi ha- Geneſ. 33
betur,ꝙ tulit agrũ illum de manu Amorrhæi in arcu & gladio ſuo,q̃a videlicet aliquã eius partẽ
emit,& aliam ac maiorẽ eius partem iure belli obtinuiſſe aſſeriť,prout in Geneſi plenius oĩa iſta Gene. 48
expoſui,⌊& fuit in poſſeſſione filiorũ Ioſeph⌋.i.in ſorte & hæreditate tribus Ephraim contine-
batur hic ager. Ioſue nanq́ꝫ dedit tribui Ephraim agrũ illum. Refert aũt Hieronymus ſe vidiſſe in
Sichem,ſepulchra aliorũ vndecim patriarcharũ. Nã quælibet tribus Aegyptũ egrediens,ſert oſ-
ſa ſui patriarchæ ſecum tuliſſe. Atq́ꝫ vt in Scholaſt. enarrať hiſtoria, credibile eſt ꝙ poſtea vna- De eo. hiſt. li. Ioſ. c. vlt.
quæq́ꝫ tribus,ſuum patriarcham in ſuam retulerit ſortẽ.i.in ſua hæreditate ac funiculo ſepeliuit.
⌊Eleazar quoq́ꝫ filius Aaron mortuus eſt,⌋cuius non deſcribiť ætas,⌊& ſepelierunt eũ in Ga-
baath⌋.i.vrbe ſic dicta.⌊Phinees & filii eius⌋.i.Phinees filius Eleazari & filii ipſius Phinees,
⌊quæ⌋vrbs⌊data eſt ei⌋.ſ.Eleazaro,ad habitandũ⌊in monte Ephraim.⌋Aliqui textus habẽt
Et ſepeliuit eũ in Gabaath Phinees filius eius,q̃a videlicet Phinees primogenitus Eleazari fuit
B principalis in patris ſui ſepelitione. Circa q̃d ſcribit quidã,ꝙ Phinees ſucceſſit in hæreditate pa
tris ſui. Q̃d non videť idonee dictũ,eo ꝙ ſacerdotes & Leuitæ ſcribanť hæreditatẽ non habuiſſe Aug. li. Io
ſed dñs & ſacrificia eius fuerunt eorũ hæreditas. Circa p̃habita Auguſtinus diligenter inquirit. ſue, q̃ſt. 30
Cur Ioſue ſaltẽ in extremis ſuis nõ corripuit tribus Ephraim & Manaſſe,eo ꝙ Chananæos non
occiderunt,cũ ſup eos confortati fuerunt,ſed tributarios ſtatuerunt. Quocirca loquiť Auguſtin⁹
Mirũ ꝙ ſaltem in nouiſſimis verbis q̃bus alloquutus eſt populũ,non eos obiurgauit,ꝙ his gen-
tibus pepercerunt,quas dñs omnino eſſe perterrendas p̃cepit. Ad q̃d Auguſt. rñdet: An forte cre
dendũ ſit filios Iſrael timuiſſe,ſi Chananæos eis obedire paratos pſequerenť, cõpellerent illos ex
deſperatione acrius repugnare,ſicq́ꝫ illos ſuperare non poſſent,& ita in his filiis Iſrael fuit timor
humanus,& fidei quædã defectio,q̃m ſi in eis fuiſſet fides pſecta,cõſequuti eſſent triumphos q̃s
Ioſue. Quia vero in eis nõ fuit tanta fides ,etiã cum p̃ualuiſſent,auſi non ſunt pugnare vſq́ꝫ ad ini-
micorũ internitionẽ,non de malitia vel de ſuperbia,nec de cõtemptu diuini p̃cepti,ſed de infir-
mitate animi. Hæc Auguſtinus. ¶Inſuper quæri poſſet ,cum Ioſue ſit æditor huius libri,quis ali-
ud cõpilauit & ſcripſit finẽ huius capituli,ſcilicet, Et poſt hæc mortuus eſt Ioſue , vſq́ꝫ ad termi
num libri. Ad quod quidã rñdet, ꝙ Eſdras appoſuit hoc. Veruntamen circa iſtud eſſet diligen-
tius inquirendum, an ne hoc fuit appoſitum ante Eſdram. Forſan enim in bibliis Hebręorum Deute. 34
in fine huius libri adiecta erant hæc verba ante Babylonicam captiuitatem. Vnde quemadmo-
dũ in fine Deute. ipſe Ioſue addidit & conſcripſit,qualiter defunctus & ſepultus ſit Moyſes. Ita
probabile puto ꝙ cito poſt mortẽ Ioſue aliquis vir ſanctus aut vates,adiecit in libro eius verba p̃-
C tacta,& forſan ille q librũ Iudicũ,dirigente ſpũ ſancto,conſcripſit. ¶Poſtremo,ex iſto cap. in-
ſtruunť qui p̃ſunt & p̃dicant,qualiter plebẽ dei debeant informare,exhortari & auiſare, recitan-
do eis vniuerſa beneficia dei & dñi Ieſu Chriſti,q̃,quanta & qualia pro noſtra aſſumpſit, fecit,p-
tulitq́ꝫ ſalute. Q̃bus verbis adiicere debent vt timeant dñm indeſineter ſancto & filiali timore,&
iugiter ſeruiant ei corde pfecto atq́ꝫ veriſſimo,quatenus ſicut totũ quod ſunt,poſſunt & habent,
à deo ſortiti ſunt,ita ad eius reuerentiã,cultũ,amorem,totũ quod ſunt,q̃d poſſunt, q̃d habẽt,or
dinent,cõuertant,expendãt,omni ſimulatione,duplicitate,carnalitate,torpore excluſis. Propo
nere etiam populo debent q̃ arcta ſit via ſalutis,q̃ metuendus & ingens ſit rigor diuinæ iuſtitiæ,
& q̃ta damnatorũ ſupplicia. Per lapidẽ aũt magnum à Ioſue erectũ,intelligit Chriſtus altiſſim⁹,
q angularis eſt lapis in teſtimonium poſitus,& in ſignũ cui contradictũ eſt à multis, q nunc vſq́ꝫ 1. Pet. 2
eſt lapis offenſionis & petra ſcandali incredulis ac peruerſis & cunctis q dño mentiunť,de q̃bus ait Ephe. 2
ſcriptura: Inimici dñi mentiti ſunt ei. Per quercũ,quæ eſt arbor fortis & duratiua ac nutritiua Luc. 2
porcorũ,deſignať crux Chriſti fortiſſima,omniũ hoſtiũ triumphatrix,perpetue durans, cuius fru 1. Pet. 2
ctus peccatores nutrit & reficit. Septuaginta aũt pro quercu tranſtulerunt , therebinthus, cuius Pſalm. 80
reſina eſt medicinalis. Idcirco p eam quoq́ꝫ ſignificať crux ſaluatoris,p quam curata ſunt vulne-
ra animarũ,& ſanitas æternæ ſalutis recuperata. Ad laudem & gloriam omnipotentis,qui eſt ſu-
per omnia deus ſublimis & benedictus. Amen.

Finis libri Ioſue.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIB. IVDICVM, HEBRAICE SOpthim, Enarratio.

¶Agitur in eo de Iudicibus, principibus, defensioneq́ populi Israel, & de victorijs ac triumphis habitis contra aduersarios.

¶PROOEMIVM.

Eccl. 46
Roma. 13.

IVdices singuli suo nomine, quorum nõ est corruptum cor, qui non sunt auersi à domino, vt sit memoria illorum in benedictione, sicut ait D
scriptura: Omnis potestas à domino deo est, qui iuxta profundissimam sapiẽtiæ suæ cẽsuram, vniuersa decẽter gubernat, atq; suauiter & generaliter cuncta disponit, ipse suprema inter creata per seipsum immediate est regẽs, & inferiora p superiora ad proprios dirigit fines. ¶Deniq; iuxta diuersitatẽ & congruentiam tẽporum, diuersimode regit genus humanum, & populum ipsum Israeliticum sibi olim peculiare, durante veteris testamẽti decursu. Tripliciter legitur gubernasse. Primo per iudices. Secundo p reges. Tertio p pontifices, prout cõmuniter dici solet, potest tamẽ addi & quartus modus. Primo etenim si rite pensetur, rexit populum illum per legislatorem, q præfuit toti populo illi, tanq̃ prælatus & princeps ac legifer. Iudices aũt secundum doctores non præerãt, vt veri principes aut prælati plebis illius, aut p modũ alicuius dominij, sed p modum exhortationis atq; consilij, vt infra magis tangetur. Moysi vero successit Iosue in principatu, & iure dominij. Post Iosue aũt dati sunt iudices secundũ ordinẽ in hoc libro descriptum. Primus itaq; modus regiminis Israelitici populi, fuit principatus monarchicus, quo vnus toti multitudini præsidebat, non tamen vt rex, sed vt E
princeps & dux, sicq; Moyses & Iosue fuerunt. Secundus deinde regiminis modus fuit per modũ cõsiliatis directioris, & ita iudices gubernabant, & durauit vsq; Saulem. Extunc vsq; ad trãsmigrationẽ plebis illius in Babylonẽ, durauit in ea regale dominiũ. Post reditũ vero à captiuitate illa pro maiori tẽporis parte p põtifices rectus est populus ille. Nã & Iohãnes Hircanus filius Simonis fratris Iudæ Machabæi, pontifex fuit, quamuis tandẽ imposuerit suo capiti regium diadema ipse aut filius eius. Veruntamẽ infra in isto describit libro, q Abimelech filius Gedeonis fuit rex Sichimorum, sed ipse indignus est iudex Israeliticæ plebis vocari & habuit principatum vsurpatum tyrannicũ, nec præfuit toti territorio Hebræorum. Porro, iudices Israel fuerũt viri virtutũ ac iusti, & si qui eorum aliquãdo peccauerũt, pœnituerũt tamẽ atq; saluati sunt. Vnde in themate præinducto quadrupliciter cõmẽdantur. Primo à nominatione propria in libro vitæ cõscripta, qua per approbationẽ à deo sunt cogniti, cũ dicit: Iudices singuli suo nomine supple vocati sunt. Secundo ab interiori integritate, cũ addit. Quorum non est corruptũ cor, hæc demum integritas est virtuositas ipsa interna, quæ est immunitas à læsione peccati, & sanitas gratiæ ac virtutũ, sicq; includit virtutũ congeriẽ. Tertio commẽdant ex cõ- F
stantia perseuerãtiæ cultus diuini, qd quis in præfata cõprehẽdantur integritate, specialiter tamen exprimitur, ad designandum qd cæteris ad idololatriã corruẽtibus, iudices deo stabiliter adhæserũt. Vnde subiunctũ est, q non sunt auersi à deo. Quarto à suo cõmẽdabili fine, exemplariq; fama, q a sic huius vitæ curriculum finierũt, q in exẽplum posteris sunt relicti, & facti sunt æternam memoria digni, magnisq; laudibus extollẽdi. De quorum gestis tractat liber nunc exponendus, immo potius tractat de deo & eius donis atq; effectibus circa populum illũ per iudices, seu eorum temporibus, vt iam in processu patebit

¶EXPOSITIO LITERALIS CAP. I. Post mortẽ Iosue cõsuluerũt filij Israel dominum. Art. I.

August.

LIber Iudicum est cõtinuatio & prosecutio historiæ libri Iosue, quia vt asserit Augustinus historia libri Iosue porrigitur vsq; ad tempora, quibus filij Israel ad idololatriam labi cœperũt, quod qualiter factum sit, in isto volumine recitatur. Vnde in isto capitulo aliqua per recapitulationẽ dicuntur. Itaq; ⌊Post mortẽ Iosue consuluerũt filij Israel dominum dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum⌋ id est, populum Chananæorum in hac terra superstitẽ, ⌊& erit dux belli:⌋ Consuluerunt aũt dñm per Phinees sacerdotẽ, qui patri suo Eleazaro in põtificatu successit, ideo sicut Iosue & filij Israel tẽpore suo dñm per Eleazarum consuluerunt, sic isti p Phinees.

Fiebat

phinees sacerdos successit in pontificatu patri suo Eleazaro, et Eleazar successerat patri suo Aaron

A ¶Fiebat quoq; consultio ista per hoc quòd summus sacerdos scilicet Phinees per orationes & sacrificium petebat reuelationē à deo de agendis aut omittendis. ¶Circa hæc scribit quidam, Filij Israel experti fuerūt male eis cōtigisse, dū Iosue misit exercitū ad debellandū oppidū Hai, dño inconsulto, ideo isti dñm consuluerūt, quasi tunc male ipsis euenerit, qm̄ domino inconsulto, à Iosue missi fuerunt, aut quasi non euenisset eis male, si tunc dominū super hoc consuluissent. ¶Veruntamen infra, in isto narratur libro, q̄ filij Israel bis processerunt ad pugnam, contra filios Beniamin, deo consulto & annuente, & nihilominus multo peius accidit eis quàm dū contra Hai profecti sunt. ⌊Dixitq; dominus.⌋ .i. angelus ex parte dei respondit sacerdoti dominum consulenti. ⌊Iudas ascendet. Ecce tradidi terram in manu eius.⌋ Quæritur, an hoc sit intelligendū de certa & particulari persona, an de tribu Iuda, videtur quod de persona, quoniam personæ non tribui, esse competit ducem belli. Deniq; in exercitu necessarium fuit habere principem bellatorum, quem oportebat esse determinatam personam. ¶Oppositum huius probatur, quia expositores per Iudam intelligunt communiter tribum Iuda, quod etiam Augustinus probat per hoc quod scriptura non solet nominare ducem populi Israel, nisi exprimat eius originem seu tribū, de qua ortus sit, non autem nunc exprimit de quo ortus sit Iudas hic, ideirco per Iudam intelligitur loco hoc tribus Iuda. Infra quoq; habetur, quòd Othoniel filius Cenes fuit primus dux seu iudex populi Israel post Iosue. ¶Ad argumenta in oppositum Augustinus respondet, quod dominus dixit tribum Iuda debere esse ducem belli, ad innuendum se velle q̄ totus populus Iuda cōtra Chananæos pugnaret. ¶Habito autem isto responso, potuerunt filij Israel inter se communi

B consensu ordinare exercitum suum, & aliquem in eo constituere principalem. ¶Porro in Scholastica fertur historia. Creditur Caleph post Iosue populo præfuisse, sed propter temporis breuitatem quo præfuit, nec rectoribus neq; iudicibus annumeratur. ¶Insuper circa hæc scribit Lyra, Iudas ascendet. i. tribus Iuda, hoc cōmuniter exponitur sic, q̄ Iudas instituebat dux in bellis filiorum Israel generaliter. ¶Sed hoc non bene cōsonat sequentibus, qm̄ Aioth & Barach, Iepthe & Gedeon fuerūt duces in magnis prælijs, & tamen nō erant de tribu Iuda. ¶Ideo aliter exponūt Hebræi dicētes p verba illa, Iudas ascendet, intelligi, q̄ tribus Iuda prima expugnaret aduersarios in sorte sua, propter quod subdit, Et ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascende mecū in sortem meā. Hęc Lyra. ¶Circa hæc dico, q̄ nec Augustinus, nec Glossa, nec magister in historijs, nec aliquis expositor notabilis quem legerim dicit q̄ Iudas seu aliquis de tribu Iuda instituebatur generaliter dux in bellis filiorum Israel, eo scilicet tempore quo iudices plebem illā regebant. ¶Augustinus quoq; satis innuit, quod ille refert Hebræos asserere. Ait equidem Augustinus: A tribu Iuda voluit dominus incipere conteri Chananæos. Ideo expositores catholici non erant ita notandi, nec eis sic erant præferendi Hebræi. ⌊Et ait Iudas⌋ .i. tribus Iuda ⌊Simeoni fratri suo⌋ .i. tribui Simeonis quam nominat fratrem, quia de toto populo tribus illius loquit collectiue, quasi de homine vno & omnes erant de semine Iacob, quemadmodū in Numeris leguntur filij Israel dixisse per nuntios regi Edom. Hæc mandat frater tuus Israel. ⌊Ascende mecum in sortem meam⌋ .i. in terram quæ per sortis missionem data est mihi, ⌊& pugna contra Chananæum,⌋ id est assiste & adiuua me ad expugnandum residuos chananæos, quos nondum deuici. Nondum enim obtinuerunt filij Israel oīa oppida & fortalitia eis per Iosue distributa, propter diuersas causas in expositione libri Iosue introductas, ⌊vt & ego pergam tecum in sortem tuam,⌋ ad debellandum ibi aduersarios tuos, ⌊& abijt cum eo Simeon.⌋ Cur Iudas potius postulauit auxilium Simeonis q̄ tribuum aliarum, quarum aliquæ numero & robore excesserunt progeniem Simeonis? ¶Responde- Pe.co.bis. li.Iosu.c.1. Nume. 20

C tur, q̄ ideo, quia (vt dictum est) per Iosue hæreditas seu sors filiorum Simeonis fuit in medio filiorum Iuda, ideo congruebat vt inuicem se iuuarent. ⌊Ascenditq; Iudas,⌋ fultus auxilio Simeonis, ⌊& tradidit dominus Chananæum & Pheresæum in manus eorum,⌋ ¶ante iam dictum est q̄ filij Israel consuluerunt dominum, quis ascenderet contra Chananæum, & item q̄ Iudas dixit ad Simeonem: Pugna mecum contra Chananæum, Nūc autem dicitur dominus tradidisse in manus ipsorum, non Chananæum dumtaxat, sed etiam Pheresæum, id est quosdam de residuis Chananæis ac Pheresæis. ¶Superius ergo per Chananęum designati sunt etiam cæteræ gentes de tribu Cham habitantes ibidem, ⌊& percusserunt in Bezech⌋ .i. in oppido sic dicto, aut prope, ⌊decem millia virorum⌋ Chananæorum. ⌊Inueneruntq; Adonibezech in Bezech.⌋ Adonibezech interpretatur dominus Bezech, & præerat loco illi. Adonai quippe interpretatur dominus ⌊& pugnauerunt contra eum ac percusserūt. Fugit autem Adonibezech,⌋ multis de eius exercitu cæsis, & quibusdam fugientibus secum, ⌊quē psequuti comprehenderūt in via, ⌊cæsis summitatibus⌋ .i. extremis partibus, ⌊manuū eius ac pedū⌋ .s. digitis vel potius pollicibus, secūdum quod in Hebræo fertur haberi. Ideo aūt absciderunt ei sic pollices, vt amplius esset ad bella ineptus, & forte ad irrisionem ipsius, quia fortassis audierunt eum alijs sic fecisse. Deo tamen sic ordināte id factū est, ppter q̄d subditur. ⌊Dixitq; Adonibezech, septuaginta reges amputatis manuum ac pedū summitatibus, colligebāt sub mensa mea ciborum reliquias.⌋ Ex hoc patet q̄ fuit magnæ potentiæ, imò & prosperitatis terrenæ. ¶Attamen reges illi non fuerūt tam magni vt mo- Iosue. 19

 do sunt

Iosue.12. do sunt reges communiter. Vnde in Iosue habitum est, ꝙ filij Israel pcusserunt in terra Cha- D
naan triginta vnum reges. Ex isto etiam constat, ꝙ Adonibezech fuit crudelis & arrogans q
ad potestatis suæ ostētationem, ita tractauit tot reges, nec æstimare oportet, ꝙ eodē tempore
tot reges sub mēsa eius comederūt ciborum fragmēta, sed forsitan successiue, ⌊sicut feci⌋ alijs,
⌊ita reddidit mihi dominus.⌋ Itaq; recognouit iusto dei iudicio, se ita plagatum, & filios Isra-
el diuina virtute sibi præualuisse. Iam enim ex tot mirabilib⁹ dei quæ vidit aut percepit, habuit
aliqualem veri & summi dei notitiam. Quòd si suam temporalem punitionem pro suis pecca-
tis æquanimiter tolerauit, atq; in deum Israel credendo pœnituit, prout verba eius aliqualiter
Sapiæ.11. sonare videntur, non esset damnatus. Est ergo impletum in eo, quod in libro Sapiētiæ legitur:
Abacuc.2. Per quæ quis peccat, per hæc punitur. Abacuc quoq;: Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabūt
te reliqui. ⌊Adduxeruntq; eum in Hierusalem & ibi mortuus est.⌋ Hoc dicitur hic per antici-
pationem, nam subditur. ⌊Oppugnantes ergo filij Iuda Hierusalem, cœperunt eam⌋ quo fa-
cto introduxerunt illuc Adonibezech regē. Non tamen ex sola illa abscisione summitatū pe-
De co hist. dum eius ac manuum. In scholastica autē historia dicitur, ꝙ reliquerunt eum ibidem, & ita su-
lib. Iu c.2. peruixit ad tempus. Præterea scriptum est in Iosue, quemadmodum Adonibezech rex Hieru-
Iosue. 10 salem cum alijs regibus oppugnauit Gabaon, quia transfugerunt Gabaonitę ad filios Israel &
Iosue.12. illum Adonibezech cum cæteris regibus sibi adiunctis, filij Israel occiderunt. Hic ergo Ado- E
nibezech fuit alter ab illo. Nec constat an fuerit eius successor ac filius. ⌊Et percusserunt in ore
gladij⌋ .i. habitantes in Hierusalē occiderant filij Iuda, ⌊tradētes cunctam incēdio ciuitatē⌋
.i. vrbē pro maiori ipsius parte combusserunt, ita ꝙ istud p Synecdochen atq; Hyperbolen
intelligēdum est. Fuit enī in quadam parte Hierusalē quoddam fortissimum fortalitiū, in quo
2. Regū. 5 aliqui Iebusæi manebant, & vsq; ad tēpus Dauid mansit inuictum, vt secundo regum habet:
Iosue 15 Vnde & in Iosue legitur, Iebusæum habitatorē Hierusalē non potuerunt filij Iuda delere. Ex
quo apparet, ꝙ Iosue viuēte, filij Iuda obtinuerunt Hierusalē præter fortalitium illud. Propter
quod quidam dixerunt totum quod dicitur hic, dici p recapitulationē vsq; ibi, surrexerunt alij
qui non nouerunt dominum. ⌊Et postea descendētes filij Iuda pugnauerunt contra Chana-
næum qui habitabat in montanis, & ad meridiē, & in campestribus.⌋ Terra etenim sortis Iu-
dæ, fuit magna præ cæteris sortibus, & erant in ea quædam loca montana, in quibus oppida e-
rant sita, itemq; loca campestria, quorum habitatores expugnauerunt filij Iuda, sicut & eos qui
ad meridianam plagam suæ sortis manebant. ⌊Pergēsq; Iudas contra Chananæum qui habi-
tabat in Hebron⌋ Totum quod dicitur hic, quasi de verbo ad verbum in Iosue continetur, &
ibi expositum est vsq; ibi. Filij aūt Cinæi. Vnde q̄d dicitur hic. Pergēsq; Iudas, intelligendum
Iosue. 15 est de Caleph & adiutoribus eius ex tribu Iuda progenitis. Sicq; passus iste p recapitulationē
August. hoc loco inducitur, vt aliqui opinantur. Veruntamē Augustinus probabilius reputat ista post
mortē Iosue eē gesta, eo ordine q̄ hic narrātur, atq; in libro Iosue ea eē descripta p Prolepsim
id est, anticipationē siue præoccupationē. ⌊Filij autē Cinæi cognati Moysi⌋ Per Cinæū qui-
dam intelligunt Obab filium Ietro sacerdotis Madian, quem Obab dicunt alio nomine Cyn F
vocatum, qui sicut Moyses exorauit, mansit & intrauit cum filijs Israel terram promissionis,
fuitq; cognatus Moysi .i. affinis, quia frater coniugis Moysi. Alij per Cinæum intelligunt ip̄m
Ietro. Qui fuit cognatus, id est, socer Moysi. Vnde vt dicitur, in Hebræo habetur. Filij Cinæi
soceri Moysi. Sed sensus redit in idem. Isti nanq; fuerunt posteri ipsius Ietro ac filij eius ad Iu-
daismum conuersi, ⌊ascenderunt de ciuitate palmarum,⌋ hoc est, vrbe nomine Engaddi, vel
vt alij dicunt de Hiericho, quę interdum vocatur vrbs palmarum, quæ tamē tunc erat omnino
Iosue.18 destructa nec reædificata, nisi post tempora Dauid diu, vt legitur tertio Regum. Si ergo ascē-
derunt de Hiericho, intelligēdum est ꝙ ascēderunt de locis vicinis vrbi præfatæ. Vnde magi-
ster in historijs ait: Forte de campestribus Hiericho vbi erant cum filijs Beniamin transtule-
runt se ad tribum Iuda. Hiericho autem ad tribum Beniamin pertinebat, vt in Iosue libro ha-
betur. ⌊Ascenderunt ergo cum filijs Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiē Arath.⌋
In sorte etenim Iudæ, fuit quoddam desertum ad plagam meridianam respectu loci aut oppi-
di nomine Arath. ⌊Et habitauerunt cum eo⌋ .i. inter filios Iudæ, quos cæteris principaliores
& fortiores viderunt, atq; vt fertur, Hebræi dicunt, ꝙ ideo illuc profecti sunt ac demorati, vt
addiscerent legem ab Othoniel, quem dicunt fuisse peritum in lege. Veruntamen à Leuitis
poterant legem addiscere, præsertim à Phinees. Consequenter narratur qualiter tribus Iuda
reddidit vicem tribui Symeonis, eam iuuando. ⌊Abijt autem Iudas cum Symeone fratre suo
& percusserūt simul Chananæum qui habitabat in Sephat⌋ .i. Chananæos in oppido seu ter-
ritorio illo ad sortē Symeonis spectante morantes, ⌊& interfecerunt eum, vocatumq; est no-
men⌋ vrbis, ⌊illius horma .i. anathema⌋ quia funditus fuit destructa, ⌊cœpitq; Iudas Gazam
Iudicū. 3. cum finibus suis, & Ascalonem, atq; Accaron cum terminis suis⌋ infra legitur: Hæ sunt gentes
quas dominus dereliquit vt erudiret in eis Israelem quinq; satrapas Philistinorum. Porro Ga
za, Ascalon & Accaron erant vrbes Satraparum illorum. Ex quo videtur, ꝙ vrbes ille māse-
rant sub

runt sub illorum dominio Satraparum. Quomodo ergo tribus Iuda cœpit eas, nisi forte dica-
A tur, quod post rursus eas amisit, vel cœpit eas non perfecte ex toto, aut permixtim habitauerunt n.q.3.c.nos lite.
in eis cum Philistæis. Vnde & postea contra se inuicem pugnauerunt. Fuitque dominus cum
Iuda & montana possedit. i. dei auxilio assistente loca montosa & oppida ibi sita in suo funi-
culo, iure & vi belli obtinuit, nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abun-
dabant. Currus falcati sunt ferrei currus instar falcis scindentes, seu ferreos vncos quasi falcea
habêtes. Hinc & in Iosue libro, filij Ioseph dixisse leguntur: Non poterimus ad montana con- Iosue.17.
scendere, cum ferreis curribus vtantur Chananæi qui habitant in terra campestri, veruntamê
sicut filij Israel diuina virtute obtinuerunt montana, ita & habitatores vallis ac campi potuis-
sent eadem superare virtute, si tantam habuissent fidem, quod ex difficultate negotij pee natu-
ram non hæsitassent de supernaturali adiutorio dei, prout super Iosue dictum est plenius. De-
deruntque Caleb Hebron sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios Enach. Iebusæum
autem habitatorem Hierusalem non deleuerunt filij Beniamin, habitauitque Iebusæus cum filijs
Beniamin in Hierusalem vsque in præsentem diem. Nam dictum est quod filij Iuda cœperunt &
combusserunt Hierusalem, habitatoresque eius in ore gladij percusserunt. Quomodo ergo filij
Beniamin nunc dicuntur habitasse in vrbe illa, nec deleuisse eos qui habitabât ibidem. Ad hoc Augu lib.
beatus Augustinus respondet, quod duæ tribus, scilicet tribus Iuda & cognatio Beniamin habue- Iudic.q.71.
runt vrbem Hierusalem sibi communem. De hoc dictum est plenius sup Iosue qualiter tribus
B Iuda habuit vrbes dupliciter, scilicet per concessionem & sortium diuisionê, tribui vero Ben-
iamin deputata est Hierusalem solum per sortem, & ita habitauerunt in ea aliqualiter separata
nec vniuersi Chananæi habitatores Hierusalem fuerunt occisi à filijs Iuda, quia nec illi qui in
fortalitio erant, nec illi qui fugerant, nec qui tempore deuastationis Hierusalê extra eam fue-
runt, nec omnea hos potuit tribus Beniamin superare, & forsan ex cupiditate permisit quos-
dam illorum viuere quos potuissent perimere. Facientes in hoc contra dei præceptum, vt in
expositione Iosue magis expressum est. Domus quoque Ioseph. Ex Ioseph ortæ & compu-
tatæ sunt duæ tribus, videlicet Ephraim & Manasse. Sicque p domum seu familiam Ioseph pôt
intelligi vtraque tribus, vel tribus Ephraim quæ principalior fuit. Itaque domus .i. filij ac posteri Io
seph, ascenderunt in Bethel quæ fuit vrbs alia à Hierusalem, quæ etiam appellata est Bethel,
quamuis & ista Bethel alio nomine vocata sit Luza, quemadmodum & Hierusalem, fuitque
dominus cum eis, nam cum obsiderêt vrbem quæ prius Luza vocabatur, viderunt hominem
egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum: Ostêde nobis introitum ciuitatis & faciemus te-
cum misericordiam. Si viderunt virum illum exeuntem de Bethel, quare non consideraurût
qua via aut porta exieeat. Respondetur quod viderunt eum veniêtem de vrbe, non tamê locû quo
exijt, immo viderunt quod non exierat per aliquam vrbis publicam portam. Ex quo coniecerût
quod per occultum egressus fuerat locum. Dicuntque aliqui, quod ciuitas illa habuit subterraneum lo-
cum ad exeundum atque intrandum. Qui cum ostêdisset eis secretum introitum, percusse-
runt vrbem in ore gladij. Hominem autem illum & omnem cognationem eius dimiserunt.
C Propter beniuolentiam & beneficentiam eius in ipsos, sicut & Iosue ac filij Israel eripuerunt
Raab & eius cognationem à morte. Qui dimissus abijt in terram Ethim, & ædificauit ibi ci-
uitatem. Cognatio eius profecta est secum & habuit eum vt principem, quoniam per eum
euaserunt interitum, & eorum subsidio vrbem construxit, vocauitque eam Luzan, quæ ita ap
pellatur vsque in præsentem diem. Consequenter in textu describitur, qualiter quinque tribus
Israel, puta Manasse, Ephraim, Zabulon, Aser & Nepthalim non deleuerunt ex vrbibus suis
Chananæos, sed sub tributo permiserunt eos inter se commorari côtra præceptum dei, ideoque
paulopost inciderunt in incômoda multa, secundum quod dominus eis per Moysen prænuntiauit.
Textus aût est planus, atque in libro Iosue pro magna parte habitus atque expositus, ita quod ista di
cûtur, vel hic p recapitulationê, vel ibi p anticipationê. Artauitque Amorrhæus filios Dan in
môte nec dedit eis locû vt ad planiora descêderêt, habitauitque in monte Hares qd interpreta-
tur testatio in Hailon & Salabim id est, Amorrhæi sic inualuerunt, quod non permiserunt Dâ-
nitas ad campestria suam habitationê diffundere, sed in vrbibus suis in locis sublimibus com-
pulit eos manere, quod Dânitæ pati meruerunt per sua peccata. Et aggrauata est manus domus
Ioseph, factusque est ei tributarius. Hoc potest exponi, vel quod familia nata ex Ioseph aggraua-
ta, id est, oppressa est ab Amorrhæis, ita quod tandem facta est tributaria illis aduersarijs suis. Vel
quod manus seu potestas filiorum Ioseph aggrauata est super Amorrhæos, & fecit eos sibi tribu-
tarios, quod magis verum existimo, quia & hoc de alijs tribubus Israel tunc legitur factum.
Fuit autê terminus Amorrhæi id est, habitatio Amorrhæorum illorum superstitum, Ab
ascensu scorpionis id est, môntis sic appellati, in quo abundauerant scorpiones, vt super Io-
sue dictum est, petra id est, locus sic dictus à lapide quodam vel euentu qui contigit ibi, &
superiora loca circa petram eandem sita.

¶ Solutio quæstionum duarum, & de spûali huius capituli intellectu. Art. II.

D QVęritur quis sit author libri istius. Respondetur ꝙ cum liber iste sit pars scripturæ canonicæ, author ipsius principalis est vtiq; spiritus sanctus, cuius inspiratiõe & directione volumen istud est æditũ. Porro de authore & cõscriptore eius ministeriali, executiuo, & immediato nõ habet certitudo. Sed aliqui opinant, ꝙ vnusquisq; iudicũ cronice propria gesta & ea quæ in populo Israel suo tpe contigerũt, conscripserit. Et tandem à Samuele vel Esdra, aut aliquo ꝓphetarũ, oĩa illa in vnũ hunc codicem sint redacta. [Pet. Co. hist. lib. Iudicũ. ca. 1] Magister vero in historijs dicit. Verisimilius videt, ꝙ Ezechias q & parabolas Salomonis & libros Regũ in vnũ redegit, etiã istũ cõpegerit librũ. Sed dictũ hoc satis ambiguũ cũ suis particulis, ꝑsertim ꝙ dicit libros Regũ ab Ezechia in vnũ cõpositos. Puto quoq; q̊d liber iste diu ante Esdram, immo & ante Ezechiam fuerit apud Hebræos, præsertim cũ ante duos illos fuerint tot docti & sancti viri spũ prophetiæ fulgentes inter Iudæos tpe Samuelis, Dauid, & Salomonis. [1. Regũ 2] [3. Regũ. 12] [3. Reg. 13] A qbus aliqd poterat cõpilari. Est aũt hic liber ornate & cõpendiosissime scriptus.

¶Queritur itẽ, an iudices habuerũt ꝑlaticã potestatẽ seu iurisdictionẽ, iusq; dominij sup populũ Israel. Et apparet, ꝙ immo. Iudex nãq; iudiciariam habet potestatẽ & cohercivã sup eos, quorũ est iudex. Insup multitudo carẽs principe & rectore, est inordinata, & quasi oues sine pastore. Propter quod Moyses morti propinquans, locutus est: Prouideat dñs hoĩem q sit sup multitudinẽ hanc, ne sit populus dñi, sicut oues sine pastore. Si ergo nõ erant principes plebis, fuit plebs illa inordinata & velut oues pastore carentes. [Iudi. 18] Amplius infra habet: In diebus illis, nõ erat rex in Israel. Sed vnusquisq; quod sibi bonum & rectũ videbat, hoc faciebat, q̊d intelligendũ videt de tpe quo nec iudex erat in pplo illo. [Ruth. 1] Rursus in principio libri Ruth habet: In diebus vnius iudicis, qñ iudices præerant. Sed q præsunt **E** [Iudic. 11] prælationem & iurisdictionẽ habent in eos qbus præsunt. Præterea infra legit, quẽadmodum Galaaditæ dixerũt ad Iepte: Veni & esto princeps noster & pugna contra filios Amon. Quibus Iepte respõdit: Si vere venistis ad me vt pugnem pro vobis, & tradiderit eos dñs in manus meas, ero princeps vester. Gedeon quoq; legit populo pręfuisse. Deniq; Samuel iudex erat [Gregor.] & de ipso ait Gregorius, ꝙ ex principatu eiectus est. Adhuc aũt iudices erant vicarij dei in directione atq; regimine ppli, & medij inter deũ & populũ. In oppositũ est doctorũ authoritas, quorum verba in proœmio sunt inducta. Ad hanc quæstionẽ cõiter rñdet, ꝙ deus oĩpotens reseruauit sibi specialiter dñatiuũ regimen plebis illius, ita ꝙ iudices ꝑerãt solũ tanq̃ directores & consiliarij qbus pplus sponte obtemperauit. Sicq; inter deũ & plebẽ medij erant, vñde cũ ad Gedeonẽ dixissent: [Iud 8] Dominare nostri tu & filius tuus. Respondit: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis dominus deus vester. [1. Regũ. 8] Legitur q̊q; primo Re. quẽadmodum Samuel dixit filijs Israel, cum sibi regem dari petissent. Vos hodie proiecistis dominum deũ vr̃m, qui solus saluauit vos de vniuersis tribulationibus vestris. Sed & dominus dixit ad Samuelem: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Ad argumenta breuiter dici potest, ꝙ potestatem & authoritatem iudiciariam, principatum, ac præsidentiam, iudices habuerunt extente loquendo, ratione prudentiæ, gratiæ & virtutũ sibi desup præstitarũ. Per quas deus fecit eos ad iudicandũ, consulendũ ac succurrendũ idoneos. Et maxime quoniam dñs suscitauit eos in iudices. At vero iuxta mysticũ sensum, sicut p Iosue intelligit Christus, ita p iudices designant sancti Apostoli, q Chr̃o eis in ascensione, quantũ ad præsentiã corꝑalem ablato, cœperũt in oĩbus assidue consulere dñm, eius directionem & illustrationem p orõnes atq; ieiunia deuotissime implorando. [Acto. 2] [Ioh. 14] Qui in die sacratissimæ Pentecostes misit eis spm̃ sanctũ, à quo deinceps in oĩbus sunt directi, sicut eis ꝓdixit saluator: Spũs sanctus quem mittet pater in noĩe meo, ille vos docebit oĩa, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. **F**

¶Insuper sicut Iosue mortuo, filij Israel contra Chananæos, Gentesq; alias pugnauerunt, Iudam ducem belli habentes, sic Christo in cœlum assumpto, gloriosissimi Apostoli contra infideles Iudæos ac Gẽtiles idololatras ꝑliari cœperũt spũalibus armis, vcz p scripturas atq; miracula. Per virtuosissimã vitã ac diuersa supnaturalia spũs sancti charismata. Per quæ innumerabilia milia saluberrime conuicerũt, conuerterũt & ad spũalem ac viuificã mortificationem traxerũt. Et dixit Iudas Symeoni fratri suo: Ascende mecũ in sortem meam. Post missionem spũs sancti, duodecim apostolis diuisa est terra, vt vnusquisq; in territorijs sibi deputatis sermocinaret. Verũtamen adiuuerunt se mutuo, & frequenter qdam eorũ in eisdẽ locis ꝑdicauerũt, sicut & Paulus in Italia ac Asia legit prædicasse. Sicq; vnus ascendit in sortem alterius, & econtra. Oppugnãtes ergo filij Iuda Hierl̃m, cœperũt eam, & percusserunt in ore gladij, sic benedicti Apostoli ipsam Hierl̃m pro maxima parte conuerterũt ad Chr̃m per [Ephe. 6] gladiũ spũs sancti, quod est verbũ dei, quam & spũaliter accenderunt igne diuini amoris. Sed fortalicium obtinere nequibant. i. principes sacerdotum Annam & Caipham, Iohannem & Alexãdrum non valuerunt, propter illorum obdurationem conuertere.

¶EXPOSITIO CAPITVLI SECVNDI.

Ascenditq; angelus domini de Galgalis &c.

Articulus Tertius.

Præuarica

A PRæuaricatio filiorum Israel in fine præcedētis capituli recitata, nunc interpretatur. Ascenditq́ angelus domini de Galgala ad locum flentium. Angelus ille in similitudine corporis humani visibiliter apparebat, & primo in loco qui dicitur Galgala, in quo filij Israel erant sub Iosue circūcisi. Cūq; filij Israel concurrissent ad eum ibidem, quia vel vnus alteri nuntiauit eius apparitionē. Vel prænuntiata fuit ab aliquo viro sancto, tunc angelus transtulit se inde ad alium locum, qui appellatus est locus flentium ex euentu vt infra habetur, sed tunc ita non vocabatur. Attamē quando author huius libri ista descripsit, sortitus fuit hoc nomen. Insecuti sunt aūt filij Israel angelum. Cūq; plures conuenissent ad eum in illo loco, ait loquens ex dei persona, à quo missus fuit ad populum increpandum, vt saltem ex angelica visione & increpatione se emēdarēt, qui verbis Moysi ac Iosue non obedierunt. Eduxi vos de Aegypto. Iā pro maxima parte obierunt ex Aegypto educti, immo omnes pene qui primo numerati fuerunt, sed bñficia patribus exhibita, filijs quodā modo erant impensa, qui in patribus suis fuerunt de Aegypto educti, & introduxi vos in terram pro qua iuraui patribus vestris. Abrahæ. s. Isaac & Iacob, & pollicitus sum vt non facerē irritum pactum meum vobiscum in sempiternum. i. fœdus fidelitatis & amicitiæ ac familiaritatis quod inij cum patribus vestris, quibus promisi, ꝙ semē eoꝝ extollerē, defensarem, saluarem, per omne tempus veteris testamenti, ita dūtaxat, i. sub hac conditione, & sic ꝙ hoc tantum exegi ac iussi, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, i. con-

B fœderationē pacis & periculosæ concordiæ non iniretis cum Chananæis, quos iusto iudicio occidi præcepi. Et aras eorum subuerteretis. i. phana atq; altaria, in q̄bus sua idola coluerūt hoc in libro Numerorum & Deuteronomio sæpius iusserat dominus. Et noluistis audire interiori & obediētiali auditu, vocē meā. Ex his apparet, ꝙ angelus iste fuit q̄ Moysi legem ac præcepta dei (iubēte dño) reuelauit. Vel, q̄ columnam nubis ante filios Israel mouit. Verūtamē in datione legis & Hebræoꝝ eductiōe, deductione & inductione, multi angeli ministeriū exhibuerunt, cū & in Actibus aploꝝ beatissimus Stephanus dicat Iudæis: Accepistis legē in dispositiōe angeloꝝ. Et forte angelus iste ex parte illoꝝ oīm loqtur angeloꝝ. Secūdū ꝙ vnus fatur ex parte cōmunitatis aut pluriū. Cur hoc fecistis? quasi dicat, p̄ inobediētiā & ingratitudinē grauiter peccastis. Quamobrē nolui delere eos à facie vr̄a. i. residuos Chananæos, Philistæos ac alios, quoꝝ terrā vobis promisi, nō abstuli, nec virtutē præualēdi illis totaliter cōtuli vobis, vt habeatis hostes à quibus iusto dei iudicio affligamini. Et dij eoꝝ sint vobis in ruinā. i. paulatim ex cōsortio Chananæoꝝ, ad eoꝝ idololatriā corruatis, & pœnas incidatis cō dignas, veruntñ istud malū culpæ deus nō fecit, nisi p̄missiue, seu gratiā vitādi vitia subtrahēdo. Nā vnū p̄ctm̄ est cā alterius, estq; culpa & pœna culpæ, sicq; q̄d ait: vt, tenet cōcomitanter, non directe causaliter, iuxta quē modū Esaias loqtur deo: Indurasti cor nr̄m ne timeremus te. Cūq; loqueret angelus verba hæc ad oēs filios Israel ibi p̄sentes, vel ad oēs. i. q̄sdā de oībus, eleuauerūt vocē suā & fleuerūt. Erāt eñ corda eoꝝ grādi cōpunctione cōcussa & alterata, ideo in singultū & vlulatū subito proruperūt. Et vocatū est nomē loci illius, locus flentiū siue lachrymaꝝ. i. terra seu statio illa, vocata est locus flentiū siue lachrymaꝝ ex illo euētu, &

C propter abundātiā tāti ploratus. Queadmodū locus in q̄ Ioseph cū suis patrē suū deplanxit in Chanaan. Vocatus est planctus Aegypti, vt dicit Genesis vltimo: Sicut & Galgala, collis p̄putioꝝ. Immolauerūtq; ibi hostias dño. s. angelo disparēte. Sciebāt q̄ppe angelū in dei p̄sona eē loquutū, ideo nō angelo, sed deo & dño angeloꝝ, sacrificia obtulerunt, videlicet hostiam p̄ peccatō vt eis ignosceret, & hostiā pro gratiaꝝ actione, propter bñficia dei eis ab angelo cōmemorata. ¶Sed quæri pōt, qualiter licuit eis alibi q̄ in tabernaculo dñi, sacrificia immolare? Respōdetur ꝙ ex dispēsatiōe diuina, q̄ eis p̄ reuelationē illā angelicā satis innotuit. Obtulerunt aūt hostias per manus sacerdotū, & forte Phinees pontifex fuit ibi & obtulit, nec eñ putandū est, ꝙ vniuersi filij Israel fuerit in prædictis culpabiles, sed plures ex eis. Refert Lyra, quod Hebræi dicunt ipsum Phinees fuisse hūc angelum. Et item ꝙ Phinees fuit angelus in corpore humano assumpto, apparens. Quod quàm fatuum sit, patet ex introductis. Non enim Phinees eduxit eos de terra Aegypti, nec competebat ei sic loqui ex p̄sona dei. Scriptura quoq; clarissime docet, ꝙ fuit verus homo, Eleazari filius, eiusdem speciei cum alijs & naturali ordine nat⁹. Dimisit ergo Iosue populum. Hoc sonat quasi Iosue interfuisset increpationi præfatæ angelicæ, & ea facta, immolatisq; hostijs populum Israel licentiasset. Et quomodo dicitur nunc populum dimisisse, qui in exordio huius libri defunctus asseritur? Et respondendum quod passus iste apertissime per recapitulationem inseritur, ad continuandam ac prosequendam historiæ seriem, videlicet qualiter filij Israel ad tempus domino seruierunt. Deinde ad idololatriam sunt prolapsi. Porro quod ait: Dimisit ergo Iosue populum, non est intelligendum quod populum dimisit propter verba & facta iam immediate descripta, sed sensus est, ꝙ populū dimisit, propter ea

Numeri.

Exodi. 19

Exodi. 20

Acto. 7

Esa. 63

Gene. 50

Propterea quæ suo loco sunt recitata, vtpote in Iosue li. vbi narrat, qualiter fœdus inter deū ac ppl'm D
Iosue.23 renouauit. Quo facto ppl'm fecit abire quod fuit p tp̄s notabile ante apparitionem & increpatio
Angeli nunc inductam. Quæ autem sequunt vsq; ad id. Omnisq; illa generatio, habent Iosue vl
timo, & ibi exposita sunt. Verum vbi nostra translatio continet, quod Iosue sepultus est in Thā
natsare, refert Lyra in Hebræo haberi tale nomen, quod interp̄tat Thānathsolis. Quoniam dicūt
Hebræi sup sepulchrum Iosue positam fuisse silitudinem solis p memoriali, q̄ ad eius imperium
sol stetit tam diu immobilis. ⌊Omnisq; illa generatio congregata est ad p̄res suos⌋ id est, defun
cta, sicut & patres eorū & animæ horū, qui boni fuerunt aggregati fuerunt tempore opportuno
animabus patrum electorū. Veruntamen quidam illorū adhuc vixerunt p tempus magnum post
ea quæ consequenter narrant, puta Othoniel primus iudex & Phynees ac alij quidam, qui tamen
comparatione aliorū paucissimi erant, idcirco in tanta pluralitate non computant, nec scriptu-
ra solet curare aut explicare numeri temporisq; minutias. Deinde reditur ad historiæ ordinem.
⌊Et surrexerunt⌋ id est, nati sunt & creuerunt, ⌊alij qui non nouerant dominum,⌋ p fidem for
matam, & actualem scientiam, ⌊& opa quæ fecit cum Israel⌋ id est, magnalia quæ eis exhibuit in
Aegypto, in mari rubro, in deserto, in terra Amorrhæorū & Chananæorū, ⌊feceruntq; filij Israel
malū in conspectu dn̄i, & seruierunt, Baalim † & Astaroth⌋ .i. simulachris & dijs idololatrarū, vi
delicet Baal & deæ quæ Astaroth appellat. Glossa autem p Baalim intelligit Iouē. Per Astaroth
seu vt septuaginta transtulerunt Astarte, Iunonem quæ fuit soror & vxor incestuosi atq; adulteri,
qui & proprium patrem expulit regno, ac trucidare conatus est, ⌊ac dimiserunt dn̄m deum pa- E
trum suorū, qui eduxerat eos de terra Aegypti, & secuti sunt deos alienos, deosquoq; populorū,
qui habitabāt in circuitu eorū & adorauerunt eos. Et ad iracundiam concitauerunt dominum,⌋
id est, suis peccatis promeruerunt, q inuariabilis, dulcis & supertranquillissimus deus rigorem iu-
stitiæ in eis exercuit. Nec enim incommutabilis deus ad passionem aliquam potest moueri, qui p
Hierem.7 Hieremiam fatet: Nunqd me ad iracundiam prouocant, nonne semetipsos in confusionem vul-
tus sui, ⌊dimittentes eum & seruientes Baal & Astaroth. Iratusq; dominus⌋ Per silitudinem effe
ctus non p commotionem affectus, id est, iustam vltionem exercens. ⌊Tradidit eos in manus di
ripientium⌋ .i. gentilium, qui bona Israelitarū rapuerunt, eosq; pro parte interfecerunt, ⌊qui cœ
perunt eos, & vendiderunt hostibus, qui habitabant p gyrum, nec potuerunt resistere aduersarijs
suis, sed quocūq; pergere voluissent, manus dn̄i sup eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis, & vehe
menter afflicti sunt.⌋ Deniq; in isto cap'lo summarie, & in communi breuiter recitat, quod in
sequentibus cap'lis in speciali prosequitur. ⌊Suscitauitq; dn̄s iudices, q liberarent eos de vastantiū
manibus⌋ .i. aliquibus viris electis grām, sapiam & virtutem fortitudinemq; concessit ad exhor-
tandū, dirigendū, ac eripiendū errantes, afflictos & captos. ⌊Sed nec illos audire voluerūt⌋ Ve-
runtamen vt in pcessu patebit interdū qdam, immo multi Hebræorū obtemperauerūt iudicibus,
multi vero non obtemperauerunt, de qbus subiungit. ⌊Fornicantes cū dijs alienis⌋ .i. p mentis
auersionem idololatriam exercentes. & quis omne mortale peccatū sit fornicatio spūalis, hoc est
auersio mentis creatæ à sponso cœlesti, & constupratio eius interior à diabolo. Spūaliter tamen
Osee.4 & maxime idololatria, iuxta illud Ozee: Fornicati sunt à deo suo, atq; Psal. Perdidisti (inquit)
Psalm.72 omnes qui fornicant abs te, ⌊& adorantes eos. Cito deseruerūt viam p quam ingressi fuerant pa-
tres eorū⌋ .i. obseruantiam legis diuinæ p quam patres eorū tendebant ad finem fœlicem. ⌊Et au-
dientes mandata dn̄i, omnia fecerunt contraria⌋ & ita non habuerūt excusationem de ignorātia,
sed peccauerunt ex deliberatione & certa scientia. Vnde probat, q & tūc fuerūt inter eos aliq bo F
ni pponentes eis verbū salutis ac diuina p̄cepta. ⌊Cumq; dn̄s suscitaret iudices in diebus eorū fle
ctebat misericordia⌋ .i. ex ppria & connaturali sibi pietate post effectus suę rigorosæ iustitiæ im
pendebat pœnitētibus effectus & opa suæ clemētiæ, immo & non pœnitentes, frequenter gra-
tiose puenit, & pœnitentes effecit. Quos tn̄ cōiter p aduersa reduxit ad cor, & p vexationē eis tri-
buit intellectū, ideo subdit: ⌊Et audiebat afflictorū gemitus⌋ eis misericorditer ignoscēdo ac pie
subueniendo. Propterea sequit, ⌊& liberabit eos de cæde vastantiū⌋ .i. de læsione & oppssione
aduersariorū suorū. ⌊Postquā aūt mortuus esset iudex reuertebant⌋ ad pristina vitia, ⌊& multo
faciebāt maiora⌋ .i. peiora ⌊q̄ fecerāt p̄res eorū, sequētes deos alienos, seruiētesq; eis & adorātes
eos.⌋ Ista nō sunt intelligēda p oīa de eisdē numero. Loquit em̄ scriptura de toto pp'le illo, quasi
de vno seu eisdē. Sed diuersa ad diuersos sunt referēda. Nec om̄es fecerūt hmōi mala, sed multi.
⌊Non dimiserūt adinuētiōes suas⌋ .i. excogitatas malitias, ⌊& viā durissimā⌋ .i. obstinatā praui
tatē, p̄sertim idololatriā, quæ ad æternā ducit amaritudinē, ⌊p quā ambulare cōsueuerāt⌋ Vn
Hierem.2 de dulcis Hieremias ait: Vide inquiēs qa malū & amarū est te reliquisse dn̄m deū tuū, & nō esse ti
morem eius apud te. In cultu etiā idolorū sunt aliqui actus laboriosi & duri. ⌊Iratusq; est furor do
mini in Israel. Et ait⌋ dominus: ⌊Quia irritum fecit gens ista pactū meū⌋ id est fœdus amicitiæ
violauit, ⌊quod pepigi cum patribus eorum, & vocem meam contempsit audire.⌋ & legem me
Psal.11 am transgressus est. Loquitur autem dominus de impijs illis aspernāter, dicendo: Gens ista ex ze
lo iustitiæ, iuxta illud: Spreuisti omnes discedentes à iustitijs tuis.

Marginal note: † Baalim al's, nō habet & Astaroth.

⌊Et ego

Et ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, .i. nõ subijciam eas filijs Israel vitiosis, nec de
A terra ista eas omnino expellam, vt in ipsis experiar Israel .i. per infideles hos, faciã alios ex-
periri ac noscere de Israelitica plebe, vtrum custodiant viam dñi & ambulẽt in ea, .i. legẽ
meam obseruẽt. Et loqtur deus de seipso quasi de alio, sicut custodierũt patres eorũ, an nõ
Nempe per hoc ꝙ filij Israel auerterũt se à familiaritate ac vitijs & idololatria illorũ gẽtilium
atq; ex cõsequẽte eis præualuerunt ac dominabantur, per experientiam innotuit cunctis, ꝙ in
vis dei ambulauerunt & deo fideles erant, per hoc aũt ꝙ communicauerunt infidelibus illis in
idololatria, cõnubijs, societate ac vitijs, & ex cõsequẽti superabantur ab illis, experimẽtaliter
paruit, ꝙ circa deum verum male & infideliter se habebant. Dimisit ergo dñs oẽs has natio-
nes .i. quosdam ex oñibus illis, puta ex Chananæis, Pherezæis, Iebusæis, Philistæis, &c. Et
cito subuertere noluit eas in toto, nec tradidit in manus Iosue propter causam prætactã,
cuius rei & aliæ causæ fuerũt, vt in expositione Iosue dictũ est, & infra tangetur.

¶ De spirituali eiusdẽ secundi capituli intelligẽtia. Art. IIII.

IVxta mysticum sensum, multa ex præsenti edocemur capitulo. Siquidẽ ex eius exordio
innotescit, ꝙ vnus actuum angelorum sanctorum circa homines, præsertim circa sibi cõ-
missos, fit eosdẽ pie & charitatiue, siue forinsecus siue interius increpare, & beneficia dei
eis ad memoriam reuocare, ea quoq; improperare ingratis, & ipsos sic ad contritionẽ, fle
tum & emẽdationem inducere, inobedientibus etiam comminari. Rursus constat ex his, quòd
B homines angelicis inspirationibus non acquiescẽdo, merẽtur eorũ directione priuari, sicq; ab
ipsis relicti grauius ruunt. Non tamẽ ex toto relinquũtur ab ipsis durante hac vita. Iterum elu-
cescit ex introductis, ꝙ optimus modus prouocandi aliquẽ ad meliora, sit ei diuina beneficia
commemorare, & suam ingratitudinẽ demõstrare, atq; futura & imminẽtia cõminari aduersa
præsertim æterna illa Acherontis tormẽta. Studeamus ergo angelicis ac virtuosis inspiratio-
nibus obedire. Vereamur angelos sanctos, animarum nostrarum custodes offendere. Benefi-
cia nobis p Christum exhibita assidue recolamus. Qualiter de Aegypto .i. vitiorum caligine,
& de præsenti seculo nequam nos eduxit, atq; in terram & regnum, immo in cœlum militãtis
ecclesiæ introduxit. Regnum quoq; promisit triumphantis ecclesiæ, ita duntaxat, vt non fe-
riamus fœdus cum habitatoribus terræ .i. carnalibus & iniquis non consentiamus hominibus
in rebus illicitis. Et aras eorum subuertamus .i. eorum sacrilegia, abusiones & superstitiones vi
temus. Soli domino fideliter seruientes. ¶ Insuper exẽplo filiorũ Israel ex increpationibus an-
gelorum ac prælatorum, immo quorumlibet deuotorũ, intime compungamur, pœniteamus,
inflammemur, ita vt eleuata voce abundanter, salubriterq; ploremus. Et hostias domino im- Psalm. 50
molemus, cui spiritus contribulatus est sacrificium gratum, hostiã inquã satisfactionis & obser
uantiam præceptorũ, quia sacrificium salutare est attẽdere in mãdatis. Hostiã quoq; laudis & Roma. 12.
gratiarũ actionis, sed & corpa nostra sic castigemus, vt iuxta apostolica documenta, exhibea- Philip. 4.
mus ea deo hostiã viuam, sanctã ac placitã. Seruierũtq; filij Israel dño cũctis diebus Iosue, id est Heb. 13
quamdiu præfuit eis. Sic & discipuli Christi quã diu cũ eis fuit dñs Iesus, dño seruierũt. Propter
C quod dixit in Iohanne: Cum essem ego seruabam eos. & seniorum qui longo post eũ vixerũt Johan. 17.
tpe, per seniores illos intelliguntur sancti Apostoli & eorũ cooperatores primi illi discipu-
li ac apostolici viri, q post Christi ascẽsionem, longo tẽpore in seculo isto vixerũt. Sub quorũ
regimine Christiani, veri Israelitæ deo seruẽtissime seruierunt. Ex quibus probatur quàm fru-
ctuosus, necessariusq; cõsistat subditis bonus prælatus, quia secundum iudicem populi, sic & Eccl. 10
eius ministri. Et qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitãtes in ea. Omnisq; generatio illa cõ-
gregata est ad patres suos, quoniã sanctis patriarchis ac prophetis in cœlesti sunt throno cõ-
iuncti. Et surrexerunt alij qui non nouerunt dominum & opera quæ fecit cũ Israel, fecerũtq;
malũ in conspectu domini. Hi alij sunt hæretici, schismatici, & oẽs ingrati ac reprobi Chri-
stiani qui deum incarnatum & eius beneficia non agnoscunt vera & salutari notitia, quia & si
dicant se ea cognoscere, attamen factis negant, tam vitiose agẽtes in conspectu altissimi, quasi Titum. 1.
deus non sit inspector & iudex actuum humanorum.

¶ Denique seruiunt dijs alienis .i. idolis & simulachris suis, putantes aurum robur suum & obri-
so dicentes fiducia mea. Etenim ea quæ maxime diligunt, quærunt, colunt, exercẽt, hæc sunt dij
eorum. Superborum nanq; & ambitiosorum deus est, honor, prælatio, dignitas, & quicqd hu- Job. 31
iusmodi est. Cupidorum deus est, nummus. luxuriosorum caro immunda seu fœda voluptas
gulosorumq; venter. Sic sanctis prælatis & virtuosis rectoribus sublatis, cœpit ecclesia tepe-
re, deformari, corruere, & tam inuisibilibus quàm visibilibus hostibus Turcis, Sarracenis, Tar
taris, ac alijs frequenter est tradita, nunquam tamen in toto à domino derelicta, immo frequẽ-
ter suscitauit ei iudices virtuosos, præsules sanctos, reges & imperatores vere fideles ac stren-
nuos. Et alios viros egregios, per quos sæpe subuenit & reformauit ecclesiam & hostes eius
deiecit. Nihilominus postea denuo redierunt multotiens Christiani ad pristina, immo & gra
uiora facinora, qui cursus sua vicissitudine durauit vsq; in præsens.

¶ Postre-

¶Postremo, quemadmodum deus in infidelibus illis experiebatur Israelem, an viam domini ve D
raciter custodiret. Ita in nouo testamento pmisit esse hæreticos, Sarracenos, aliosq́ infideles, vt
1. Cor. 11 in eis experiat populum Chrianum, an vere sit Chrifidelis. Efficaciter dissentiendo aut etiam re
pugnando illis iniquis vsq; ad sanguinem. Propter quod ait Apostolus: Oportet hæreses esse, vt
Gregor. & qui probati sunt, manifestati fiant in vobis. Hinc dixit Gregorius Abel esse renuit, quē Cain
malitia non exercet.

¶ELVCIDATIO LITERLIS CAPITVLI TERTII.

Hæ sunt gentes quas dñs dereliquit. Art. V.

NVNC IN speciali incipit author describere tribulationes, seruitutes
& oppressiones filiorũ Israel ab aduersarijs suis. Quæ septem fuerunt,
Iudic. 2 quarũ iam prima describit. Aliqua tamen præmittunt continuando &
declarando materiam. Dictum est nanq; in fine præcedentis capituli.
Quòd dñs non deleuerit aduersarios Hebræorũ ex toto, propter ipsorũ
Hebræorũ demerita. Nunc ergo exprimunt aduersarij illi in speciali.
Et plures causæ addunt, cur dñs eos dimisit. ⌊Hæ sunt gentes⌋ quę pau
lo post nominabunt. ⌊Quas dñs dereliquit⌋ supstites in terra Israelitis
promissa, ⌊vt erudiret in eis⌋ .i. p eas seu p earũ impugnationes & repu
gnationes ⌊Israelem⌋ .i. Iraeliticam plebem tunc existentes, eorumq́
posteros de quibus subiungitur: ⌊Et omnes qui non nouerant bella Chananæorum⌋ qui erant
Deutero. 7 acres & periti in arte pugnandi. Vnde in Deuteronomio legit, quod nullus antea poterat eis resi E
stere. ⌊vt postea discerent filij eorũ certare cũ hostibus, & habere consuetudinem præliandi⌋ .i.
tam ipsi q̃ eorũ posteritas fierent exercitati, prompti, ac docti ad pugnam, in qua ars maxime va
let, & armorũ peritia plus q̃ corporũ fortitudo, cum libro de re militari dicat Vegetius, ꝙ multitu
do imperita in arte bellica, nec bene disposita, non sit, nisi hostium victima. De qua re plenius scri
Eccle. 9 bit Egidius libro de regimine principum. Vnde & scriptum est: Melior est sapientia q̃ vires. Ve
Augus. runtamen sicut hic loquit Augustinus: Bellum non ē p se appetibile, sed pax, ad quam ordinādũ
est bellum. Sed quoniam tempore illo cultus dei non vigebat communiter, nisi in vno Israelitico
populo, in medio Gentilium commorante, quem nouerat dominus à Gentilibus assidue & acri-
ter impugnandum, voluit dñs, vt populus suus exercitarent ad pugnam, non tamen ad crudelita
Augus. tem. Vnde sup illud: Vt discerent filij eorũ certare cum hostibus, Augustinus disseruit .i. vt tanta
pietate & obediētia legis pugnarent, quanta patres eorũ qui & bellando placuerant deo, non ꝙ
optandum sit bellum, sed quia pietas laudabilis est in bello. Hæc est alia causa, cur dñs gentes illas
dimisit, q̃ illa quæ in fine præcedentis capituli tacta est. ⌊Quinq; satrapas Philistinorũ⌋ non so-
lum reliquit satrapas illos, sed & Philistæos eis subiectos. ¶Porro, Satrapa dicit quasi satis ra-
piens. Vel quasi satis paratus, & erant hi satrapæ quasi parui reges seu reguli & principes quinq;
principalium ciuitatum Philistijm, puta Azoti, Gazæ, Aschalonis, Geth, & Acharon. ⌊Oēmq́
33. q. 5. ca. Chananæum & Sidonum atq; Euæum⌋ In quibus verbis ponit singulare pro plurali. ⌊Qui ha-
Remittan bitabat in monte Lybano⌋ .i. locis & oppidis illis montanis, ⌊de monte Bahal, Hermon, vsque
tur. §. Per introitum Emath⌋ id est Antiochiæ. ⌊Diuisitq́ eos vt in ipsis experiret Israelem, vtrum audiret
hiautes Augu. mandata dñi, quæ præceperat patribus eorũ p manum Moysi, an non⌋ Ista est alia causa, & istud
in fine præcedentis capituli est elucidatum. Augustinus quoq; & Glossa sup hoc verbum, experi F
ret, dicunt. Non vt deus omnium cognitor etiam futurorũ, agnosceret, sed vt ipsimet scitent, &
ppria conscientia glorificarent aut conuincerent. ¶ Insuper fuit & alia causa, cur deus non eiecit
nec deleuit Gentes illas totaliter & repente, ne .s. terra illa pro magna parte maneret diu non ha-
Deutero. 7 bitata, sicq́ in solitudinem redigeret & bestiæ crescerent contra filios Israel. Hinc in Deuterono
mio dixerat dñs: Paulatim eijciā eos, ne crescant contra te bestiæ &c. Non enim erat tanta filiorũ
Israel multitudo, ꝙ poterat in principio sui ingressus tātam terrā satis populari & occupare ac co
lere, nec deus vult omnia supnaturaliter operari. ⌊Itaq; filij Israel habitauerunt in medio Cha-
nanæi, Ethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, & duxerunt vxores filias eorum,
ipsiq́⌋ filij Israel ⌊filias suas filijs eorũ⌋ .s. Chananæorũ ⌊tradiderunt⌋ vxores simul miscentes
cōnubia. Quod fuit filijs Israel in lege frequenter prohibitum, nec inter illos videt mr̃imoniũ verũ
fuisse cum dispar cultus impediat matrimonium contrahendum, dirimiatq́; contractum. Pro-
pter quod tempore Esdræ abinuicem separabant taliter coniugati, nisi forte dicat, ꝙ isti Israelitę
fuerunt idololatræ, sicut & Chananæi. Nam subdit. ⌊Et seruierunt dijs eorũ.⌋ Erant eqdem ad
idololatriam valde proni. Fœmineæ quoq; blanditiæ alliciebant animos maritorũ, nolentium su-
as contristare delitias. Sed & conuictus ille & familiaritas tanta, mutuaq́ conuiuia, eos faciliter ad
idololatriam ptrahebant. Idcirco deus p Moysen prohibuit filijs Israel cum Chananæis inire cō
iugia, eis quoq; pdixit. Quòd p connubia talia ad idololatriam labarent. Nam & Salomon tali
erat occasione veneratus idola, ⌊Feceruntq́ malum in conspectu dñi. Et obliti sunt dñi dei sui.⌋

Vnde &

A Vnde & Iosephus: Conuerterũt se (inquit) ad agriculturã & ad diuitias dando se. Per epulas atq; libidinẽ imbelles effecti, in cõuersatione legis integri non fuerũt, seruientes Bahalim & Astharoth. Iratusq; dñs contra Israelẽ, tradidit eos in manus Cusan Rasathaim regis Mesopotamiæ .i. ab illo rege ꝑmisit eos impugnari ac superari. Quẽadmodũ autẽ Aquilegia dicitur quasi aquis ligata, quia in medio iacet aquarũ, sic Mesopotamia dicit̃ à μέσος, quod est mediũ, & ποταμός, quod est fluuius, quia in medio duorũ sita est fluminum. Est autem Mesopotamia pars Syriæ, seruierũtq; ei octo annis, dando tributa, seu exhibendo dura obsequia. Et clamauerunt ad dominũ, vexatione dante eis intellectum, ꝙ pro suis excessibus talia paterent̃. Qui suscitauit .i. gratiose concessit eis saluatorem & liberauit eos Othoniel, videlicet filium Cenes fratrẽ Caleb minorem, qui & Axam filiam Caleph habuit cõthoralem. De isto Othoniel dictum est plenius in Iosue libro. Hinc etiam cõstat, ꝙ filij Israel nimis cito ad idololatriam sunt prolapsi, cũ & Othoniel terram promissionis ingressus sit. Fuit autem Othoniel saluator & liberator Israelis solum ministerialis, & à tribulatione tẽporali, immo & à malis culpæ eos retraxit, ac in via legis direxit. Propterea subditur. Fuitq; in eo spũs domini .i. authoritas, virtus & gratia spũs sancti, & iudicauit Israel, dirigendo, hortando ac discernendo. Hinc Othonielem Iosephus vocat Cenes, quasi æquiuocum suo patri .i. eodem nomine æquiuoce nuncupatũ. Egressusq; est pugnam cum aliquibus de populo Israel, contra regem præfatũ. Et quoniam erat de tribu

[margin: Iose. lib. 5 antiq. ca. 7] *[margin: De poe. di. 1. ca. Vide]* *[margin: Esa. 28]* *[margin: Iosue. 15]* *[margin: Iose. lib. 5 antiq. ca. 7]*

B Iuda sicut & Caleph, probabile est, ꝙ filij Iuda pedauerũt secum ad ꝑlium. Et tradidit dominus in manus eius Chusan Rasatthaim regẽ Syriæ .i. Mesopotamiæ, in quo patet magnitudo pietatis diuinæ, ꝙ tã cito subuenit filijs Israel, qui tam enormiter excesserũt, & oppressit eũ. Quieuitq; terra quadraginta annis .i. filij Israel in terra sua de cætero tamdiu pacifice habitauerunt, & bene vixisse credunt̃ sub iudice illo. Et in hoc quoq; innotescit dulcedo diuinæ clemẽtiæ, quia post tam breuem inquietudinẽ contulit ꝑ vnũ virum iustũ toti populo tam longã quietem. Videtur interea Glossa sentire, ꝙ tanto tempore seruierũt Baalim & Astharoth, quanto tẽpore seruierũt regi Mesopotamiæ .s. octo annis, Itaq; dñs cõtemperauit & adæquauit in hoc pœnã culpæ, quantũ ad tẽpus. Et sumpsit hoc Glossa ex Origene. Immo trãslatio Septuaginta interpretũ cõtinet sic. Quãto, inquiẽs, tpe seruierũt Baalim, tãto tpe seruierũt Cusarasathaim. Postremo, in hoc tpe quietis, q̃ dicit̃ octoginta annis durasse, includunt̃ octo anni seruitutis, q̃d simil̃r intelligẽdũ est in sequẽtibus, vbi numerus annorũ quietis taxat̃, in quo anni seruitutis cõprehẽdunt̃, secundũ expositores. Et idẽ in Scholast. habet̃ hist. Nec aliter posset saluari historia ista, eo ꝙ .3. Reg. determinet̃, q̃to tpe ab exitu Israel de Aegypto cœperit Salomon tẽplũ ædificare .s. q̃dringentesimo octogesimo anno, q anni cõputant̃ pro magna parte ꝑ tẽpora Iudicũ, & multo plures anni fuissent, nisi (vt tactũ est) anni seruitutis sub annis quietis includerent̃. Et mortuus est Othoniel filius Cenez ætate grandæuus atq; virtutibus plenus. Circa quod tẽpus Dionysius Liber, pater vnus deorũ gentiliũ natus est ex filia regis, q regnauit in Thebis.

[margin: De co. bis. li. Iud. c. 6 3. Regũ. 6]

¶ De intelligentia huius cap. III. spiritali. Arti. VI.

C OMnia in ppl'o illo Israelitico figural'r gesta sunt, idcirco ꝙ deus reliquit in terra promissionis gẽtes idololatras vt erudiret in eis Israelẽ, quatenus disceret bella Chananæorũ cõsuetudinẽq; haberet pugnãdi, quid aliud figurauit, nisi ꝙ ppl'm Christianũ vult eẽ exercitatũ, peritũ & promptũ ad spiritalia cõtra inuisibiles hostes certamina, & contra aciem vitiorũ, immo & cõtra hostes fidei Christianę visibiles, & cõtra reip. inimicos, q̃s oẽs inter Chr̃ifideles venire ꝑmittit vt in eis erudiat Chr̃ianos ad hmõi ꝑlia virtuosa. Indigẽt igit̃ Chr̃iani gr̃a discretionis spirituum, fortitudinis donoq; & omni armorũ spirituali apparatu, quemadmodum ad Ephesios hortat̃ apl'us: Accipite armaturã dei vt possitis resistere in die malo & in oĩbus ꝑfecti stare. State ergo succincti lumbos in veritate & induti loricã iustitiæ. In oĩbus sumẽtes scutũ fidei & galeam salutis assumite, & gladium spũs, q̃d est verbũ dei. Orantes omni tẽpore in spũ. Ecce q̃d ad vnũquẽq; nostrũ ꝑtineat, q̃liter debeam' iugiter supra custodiã nostrã stare, & contra aduersarios nostræ salutis pugnare. Qui ꝑ satrapas Philistinorũ & cæteras gentes incredulas designant̃. Possunt quoq; per quinq; satrapas intelligi quinq; sensus exteriores, q satis rapiũt oblectamẽti in suis obiectis contra imperium rõnis, & mentis dominari conant̃. Contra quorũ abusum pugnare tenemur, quia per hoc dominus experit̃ ꝙ mãdata eius obedienter audimus. Insuper sicut filij Israel ex societate & cõuictu Chananæorũ ad prophana cõnubia, deinde ad idololatriã sunt dilapsi, ac deum verum obliti, & ingratissimi facti, Sic religiosi claustra sua egrediendo & inter seculares manendo, vescendo ac conuersando ad diuersa ac grauia vitia deuoluuntur, mente infrigidant̃, nec solũ spiritales, sed & carnales interdũ fornicationes noscunt̃ sceleratissime nimis incidere. Vitanda ergo sunt eis oĩa ista quantũ fieri p̃t, in cuius rei figuram deus prohibuit Israeliticæ plebi societatẽ & cõuictũ Chananæorũ. Amplius, sicut filij Israel cõtra deũ superbi erecti, à rege Syriæ sunt oppressi humilitati & vili seruituti subiecti, ita q se in cornibus extollunt superbiæ & de seculari aut spiritali præsidentia intumescunt, relinquuntur à domino, & ei qui est rex super omnes superbiæ filios, mox subduntur, atq; vilissimæ seruitutis iugo

[margin: Eph. 6] *[margin: Abacuc. 1]* *[margin: Iob. 41]*

Iob.41 præmũtur. Interdum quoq; humiliant in vita præsenti à visibilibus inimicis, aut certe viris iu- D
Eccl.10 stis. Siqdẽ sedes ducum supborum destruxit deus & sedere fecit mites pro eis, qui deponit po
Luc.1. tẽtes de sede, humilesq; exaltat. Et clamauerũt ad dominũ, sic & nos in omni necessitate, tribulatiõe, angustia, non cessemus toto affectu clamare ad dominũ, vt succurrat, eripiat & conseruet nos, immo & antequam iuste affligamur, pro nostris piaculis pœnitere, & veniam obtinere nitamur. Discamus quoq; exẽplo filiorum Israel dñm efficaciter exorare vt iudicẽ suscitet nobis. i. prælatum nobis donet idoneum & prædicatorẽ cõdignum, cuius directioni, increpatiõi iudicio cum omni gratiarum actione iugiter acquiescamus. Præterea sicut Othoniel processit ad pugnam contra aduersarios populi cui præerat ipse, sic om̃is qui præest, satagat pro grege sibi commisso efficaciter præliari, orando, exẽplariter conuersando, docẽdo, & omni modo sibi possibili, subditorum procurando salutẽ. ¶Postremo, p Othoniel intelligi põt Chrs verus saluator, quẽ pater misit in redẽptionẽ Israelitarum & gẽtium vniuersarum, de q Esaias
Esa.11 prædixit: Requiescet sup eũ spiritus domini. Et iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æqtate pro mansuetis terræ. Rursus, p Othoniel põt bonus prælatus seu quicunq; iustus iudex ac princeps signari, qui bonum reipublicæ toto exquirit corde & illud tuetur, ac pro ereptione
Origenes plebis sibi commissæ omni qua potest virtute laborat. Origenes demũ, per Othoniel intelligit triumphantis ecclesiæ angelũ sanctũ, ad custodiam & subuẽtionẽ hominum desup missum & sup illud. Mortuus est Othoniel, ait: quare defunctus est. Quia iam dignus erat populus habere iudicẽ talẽ. i. tam bonum, Nam & eo defuncto, vt subdit scriptura, adiecerunt filij Israel E
facere malum. Sup illud quoq;. Quãto tẽpore seruierunt Baalim qd in septuaginta habetur, differuit. Disce ô tu qui peccasti, tanto tẽpore te humiliare, pœnitere & satisfacere coram deo, quanto tẽpore te errasse & peccasse cognoscis, non expectes vt humiliet te aduersarius, & necessitas pœnitẽtiam inito extorqueat, sed pœnitẽdo præueni manus illius, quia si te tu ipse correxeris. Pius est dominus qui vindictam suam tẽperet ei, qui pœnitẽdo illam præuenit, tu ergo in confessione præoccupa faciẽ iudicis summi & veniam consequeris.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI IIII. Addiderũt aũt filij Israel facere malum in conspectu domini. Art. VII.

Modo describitur secũda filiorum Israel oppressio gñalis in terra pro-
Biblia plerаque alia hic cõtinuant ca tertium. missionis. Addiderũt aũt filij Israel facere malum in conspectu domini omnia intuentis, in quo patet magna eorum pronitas ad peccandum, quoniam Othoniel mortuo, statim redierunt ad solita crimina. Porro malũ quod facere præsumpserũt, fuit præcipue idololatria. Et ponitur hic malum pro malorũ. i. culparũ congerie, quoniam multa atq; enormia patrabant facinora. Qui confortauit aduersus eos Eglon regẽ Moab, quia fecerũt malũ in conspectu eius. Circa quod loqtur Origenes, nostris vitijs vires hostiũ augẽtur ac nutriuntur. i. vi- F
Origenes tiorum nostrorũ demeritis, deus auxiliũ suũ abstrahit nobis & hostes confortat, præualereq; sinit, immo & facit. Et copulauit ei filios Ammon & Amelech. i. pmisit, aut etiam instigauit Ammonitas ac Amelichitas ad auxiliandum Moabitis. Amalechitæ autẽ erant valde atroces Israel hostes. Ab eo tẽpore quo sub Moyse cæsi fuerũt à Iosue. ¶Circa hoc quæri posset, si deus cõfortauit Moabitas contra Hebræos & Ammonitas, Amalechitasq; instigauit, vt ferrẽt auxiliũ regi Moab, ergo nõ peccauerũt, Israelẽ vastãdo. Et respondẽdum, q potestas hostiũ fuit à deo, nõ aũt potestatis abusio. Deus qdq; cõfortauit & instigauit illos ad inuadẽdũ Hebræos ad puniẽdũ Hebræorũ pctã, inquãtũ illa punitio fiebat iusto iudicio. Sed illi nõ prosequebãtur cõfortationẽ, instigationẽq; illã ea intẽtione nec iusto iudicio, sed ex crudelitate, cupiditate & odio. Sic p Hieremiã & Ezechielẽ deus frequẽter testatus est se cõuocare & cõfortare regẽ Babylonis aduersus Hierusalem ac cæteras nationes, sicut de hoc sup prophetas plenius scripsi. Abijtq; Eglon cũ auxiliarijs suis, recedẽdo de terra sua ad terrã Israelitarũ. Et pcussit Israel occidẽdo multos Hebræos, & possedit vrbẽ palmarũ. i. Hiericho, q tñ vt patuit, nondũ fuit reædificata. Sed vt in ecclesiastica fertur hist. Fecit sibi
Euse. domũ in loco q antea Hiericho stetit, qd vt reor, fecit in contẽptũ Israel, eo q post trãsitũ Iordanis filij Israel primo vrbẽ illã obtinuerũt ac destruxerũt, & terrã circumiacẽtẽ possedit rex Eglon. Seruierũtq; filij Israel Eglon regi Moab decẽ & octo annis, soluẽdo tributa & ex-
Origenes hibẽdo dura obsequia, vt moris est victis. Et videt Origenes sentire, q tot annis seruierũt vitijs iam pfatis, idcirco tot annis pœnã luerũt, nã ait: Certũ est secũdum modũ peccati, cõuersionisq; dilationẽ, castigatiõis tpa terminari seu diffiniri. Et postea clamauerunt ad dñm. i. de suis peccatis pœnitẽtes, veniã & auxiliũ petierũt à deo, vidẽtes sibi idolorũ cultũ obesse nõ prodesse. Et mirũ q infra tot annos nõ clamauerũt ad dñm, sed post eos, quo cõstat, quam excæcati erãt & indurati, propter qd acertima disciplina indiguerũt, qui suscitauit eis saluatorem voca-

A bulo Ahud filiũ Gera filij Gemini, ⌋ p Gemini qdã ĩtelligũt Bẽiamin, qdã aliquẽ vilẽ & malitio
sum de Beniamin tribu. ¶ Vñ mgr̃ in historijs scribit, Gemini qdã dicũt fuisse quẽdã vilẽ de Benia- 1. Regũ.18
min q posteris suis legit ob ignominiã suã sæpe improperatus. Vnde primo Reg. habet: Audite
me filij Gemini. ¶ Hebræi vero tradũt hunc fuisse Beniamin, & p aphœresim. i. talẽ figurã, vbi nos
ponimus, Iemini, ponũt iamin, q̃d sonat dextrariũ vel dextralẽ. Beniamin aũt filius dexteræ in-
terpretat. ⌊ Qui vtraq; manu pro dextera vtebat, ⌋ q a tã prõpte ac potẽter vtebat sinistra vt de
xtera, imò & fortius, secũdũ Hebræos, ppter q̃d dicũt q fuit debilis dextera manu, nõ simplr̃, sed
cõparatiue, Etenĩ tales solẽt in sinistræ vsu eẽ potẽtiores. ¶ Septuaginta tñ, ambidextery transtule
rũt. ⌊ Miserũtq; filij Israel p illũ munera ⌋. i. tributa, aut etiã q̃dã iocalia aut encænia ad ĩpetrãdũ
clemẽtiã ⌊ regi Moab. Qui Ahud fecit sibi gladiũ ancipitẽ ⌋. i. ensem ab vtraq; pte acutũ fecit si-
bi parari, ⌊ habẽtẽ in medio capulũ ⌋. i. manubriũ ⌊ lõgitudinis palmæ manus, ⌋ vc; breue, vt mi
nus cõsideraret, ⌊ & accinctus ẽ eo subter sagũ ⌋. i. infra palliũ militare formæ q̃dratæ, ⌊ in dexte
ro fœmore, ⌋ q a sic sibi magis cõueniebat, si erat fortior in sinistra, quẽadmodũ fortiores ĩ dexte-
ra suspẽdũt ensem suũ in sinistro latere. ¶ Porro si ĩ vsu vtriusq; manus fuit æque robustus, dici pt
q ideo gladiũ in dextero posuit fœmore, vt minus notaret ense accinctus & eũ ĩprouisius posset
extrahere. Sic & scd̃o Reg. legit, Ioab vestitus tunica stricta & desup accinctus gladio depẽdẽte 2. Regũ.10
vsq; ad ilia &c. ¶ Ex his apparet q Ahud intẽdebat si posset mittere manũ in Eglon. ⌊ Obtulitq;
munera Eglon regi ⌋. i. psentauit & dedit ei ex pte filiorũ Israel. ⌊ Erat aũt Eglon crassus nimis. ⌋
¶ Septuaginta trãstulerũt, Erat Eglon exilis valde, q̃d scd̃m Augu. intelligẽdũ est à cõtrario sensu, Augu lib. Iudi q.21.
B seu p antiphrasin, secũdũ q̃d mons dicit à mouẽdo, & lucus à lucẽdo. Et q̃rto Reg. Bñdixit Na-
both deo & regi. i. maledixit. ⌊ Cũq; obtulisset regi munera, prosequutus ẽ socios q cũ eo vene-
rãt ⌋. i. cũ socijs sui itineris Israelitis redijt vsq; ad Galgalã, ⌊ & reuersus de Galgalis vbi erãt ido
la. ⌋ Eglon quippe posuerat deos suos seu eorũ simulachra in Galgalis, in cõtẽptũ & irrisionẽ filio
rũ Israel, q locũ illũ reputabãt specialr̃ sanctũ, qm̃ trãsito Iordane, fixeruut ibi tabernaculũ dei cũ Iosue.5
arca, celebrauerũtq; pascha & circũcisi fuerũt ibidẽ. ¶ Quẽadmodũ Adrianus imperator in Chri-
stianæ religionis cõtemptũ statuit simulachra Veneris atq; Adonidis in loco vbi natus est Chr̃s,
¶ Antiochus q̃q; statuam Iouis in templo dei in Hierosolymis, vt primo Machabæorũ libro de- 1. Mach.1
scribit. ¶ Itaq; Ahud viso tanto sacri loci cõtemptu, zelo dei accensus, ad Eglon mox redijt, ⌊ & di
xit ad regẽ: Verbũ secretũ habeo ad te ô rex ⌋. i. occultũ & mysteriale q̃d habeo tibi insinuare
sermone aut facto. ¶ Dicuntq; aliqui q verbũ accipit hic pro facto, secundũ q̃d quarto Regũ loqui 4. Reg.20
tur Ezechias: Non fuit verbũ in domo mea q̃d non ostenderim eis. ⌊ Et ille ⌋. s. rex ⌊ imperauit
silentiũ, ⌋ & vt esset maior opportunitas audiendi verbũ secretũ, iussit assistẽtes exire, ideo subdit.
⌊ Egressisq; oĩbus q circa eũ erãt, ingressus ẽ Ahud ad eũ, ⌋ propius accedẽdo. ⌊ Sedebat autẽ in
æstiuo cœnaculo solus, ⌋ post aliorũ egressum. ⌊ Dixitq; Ahud, Verbũ * dñi habeo ad te. ⌋ Et su als, dei
mit hic verbũ pro somnio seu visione, scd̃m Petrũ Comestorẽ, vt sit sensus, reuelationẽ ex par- Pe.co.hi. li. Jud.c.4
te dei tibi habeo indicare, quo audito, rex q̃si ad reuerentiã reuelãtis dei surrexit, sicut subiungit.
⌊ Qui statim surrexit de throno ⌋. i. sede regali. ¶ Aliqui dicũt, q nõ oporteat in his excusare ipm
Ahud de mendacio, psertim q a mendaciũ istud fuit officiosum. s. ad liberationẽ filiorũ Israel or-
dinatũ, nec Ahud cõmendat de isto mẽdacio, sed de zelo dei & pietate ad pplm suũ. Quẽadmo- Iud.15.16
C dũ Iudith & obstetrices non de suis mendacijs, sed de pietate & solicitudine pro populi & infan
tũ Israel liberatione laudant. ¶ Augustinus vero & Glossa ac alij multi dicunt q Ahud non men- Exod.1.2
tiebat in his, q a secretum opus & occultum sermonẽ habebat ad regẽ, qm̃ ex diuina inspiratio- Aug.li.Iu di qst.20
ne dixit & fecit ista, imo secundũ Augustinum, deus pcepit ei hæc facere, quẽ populo suo suscitã
uit in saluatorẽ, Et istud melius sonat. ⌊ Extenditq; Ahud sinistrã manũ & tulit ⌋. i. extraxit ⌊ si
cam de dextero fœmore suo. ⌋ Sica vocatur gladius breuis. Vnde in actibus apostolorum im- Act.21
ponitur Paulo q eduxerit in desertum quatuor milia virorum sicariorum, qui scilicet talibus gla
dijs vtebantur, ⌊ infixitq; eam in ventrem eius tam valide vt capulus ⌋. i. manubrium ferreum,
⌊ sequeretur in vulnere, ⌋ sicq; & capulus videt ventrẽ intrasse, ⌊ atq; pinguissimo adipe stringe
retur, nec eduxit gladium, sed ita vt percusserat, reliquit in corpore, ⌋ qm̃ pperauit recedere, at-
q; vt ministri regis, viso tam horribili genere mortis proprij regis, grauius terrerentur. ¶ licuit autẽ
huic Ahud, ita circũuenire & occidere regem tanquam publicum plebis dei tyrannũ, & sicut li-
cuit in prælijs iustis vti insidijs. ⌊ Statimq; per secreta naturæ alui stercora proruperunt, ⌋ sicut
in mortibus tam violentis & repentinis fieri solet, Vt & in suspensis vrinam emittẽtibus cernit,
⌊ Ahud autẽ clausis diligentissime ostijs cœnaculi & obfirmatis cera, ⌋ ne serui subito introeun
tes viderent q̃d esset actũ, ⌊ p posticũ ⌋. i. secretũ locũ & exitũ ⌊ egressus ẽ, ⌋ ne q̃s eũ conspiceret
exeuntẽ. ¶ Tamẽ vt quidã ait, in Hebræo habet, p porticũ, sed credibilius videt q p secretũ exierit
locũ. ¶ Et forte dictio illa Hebraica ẽ ad vtrũq; æquiuoca, ⌊ Seruiq; regis igressi, ⌋ forte aliquã do-
mũ aut camerã stantẽ an̄ cœnaculũ, ⌊ viderũt clausas fores ⌋. i. ianuas ⌊ cœnaculi, expectantesq;
diu donec erubescerẽt, ⌋ q rex tãdiu occuparet purgãdo aluũ, vt ipsi suspicabant. ⌊ & videntes q Aug.li.Iu di qst.23
nullus aperiret, tulerunt clauẽ. ⌋ Circa hoc loquit Augustinus, Quomodo serui claue aperuerunt

q̃d Ahud claue nõ clauserat, aut si Ahud claue clauserat, quõ eã secũ nõ asportauit. Ad q̃d rñdet, quia alia clauis allata est, aut tale fuit genus clausure, ꝙ sine claue poterat claudi, non tamen sine claue aperiri, vt videmus in ianuis q̃ impulsione claudũtur. Et aperiẽtes inuenerũt dñm suum in terra iacẽtẽ mortuũ. q̃ viso turbati ac territi sunt, quẽadmodũ serui Holofernis cũ audissent ꝙ occisus eẽt à Iudith. Ahud aũt dũ illi turbarẽtur, effugit & ptrãsiit locũ idoloꝝ, vcꝫ Galgalam, vbi rex sua posuerat idola, vñ reuersus fuerat, venitq; in Seirath, .i. in vrbẽ sic dictã in tribu & mõte Ephraim sitã, statimq; insonuit buccina in mõte Ephraim tanq̃ iã victor, aut de victoria certus. Descẽderũtq; cũ eo filij Israel q̃bus p nũtios aut & proprio ore significauit qualiter regẽ occiderit, ideo aĩati descẽderũt cũ eo de mõte, ipso in frõte .i. principio exercitus, gradiẽte tanq̃ audace ac strẽnuo duce ad pugnãdũ in primis parato. Quẽadmodũ de Iuda legit Machabæo & Ionatha eius fratre. Qui dixit ad eos: Sequimini me, tradidit enim dñs inimicos nr̃os Moabitas in manus nr̃as. Descẽderũtq; post eum & occupauerũt vada Iordanis, q̃ trãsmittũt in Moab .i. circa aquas Iordanis se posuerũt vbi poterat Moabitis esse regressus ad terrã suã. Et non* pmiserunt trãsire quenq̃ de Moabitis qui ita erãt turbati ex inopinato regis sui interitu, ꝙ mẽs atq; cõsiliũ fugit ab eis, sed pcusserũt Moabitas tp̃e illo circiter decem milia, oẽsq; robustos & fortes viros. Nullus eoꝝ euadere potuit, humiliatusq; est Moab in die illo sub manu Israel. Et quieuit terra octoginta annis, in q̃bus cõprehẽdunt decem & octo anni seruitutis, vt dictum est, à pl̃ns. Post hunc fuit Samgar filius Anath .i. post Ahud p̃fuit Iudex noĩe Samgar, de q̃ nõ exprimit de q̃ tribu extiterit, q̃ pcussit de Philistæis sexcẽtos viros vomere quia Philistæi isti voluerũt terrã Israel introire & impugnare. Aliqui aũt dicũt nõ eẽ verisimile, ꝙ solus pcussit tot viros, scũ tñ deo auxiliãte id fecerit. David q̃q; legit octingẽtos viros occidisse ĩpetu vno, & Sãpson mille mãdibula asini. In scholast. aũt fertur hist. ꝙ Sãgar eodẽ obijt anno, ideo tp̃s p̃sidẽtiæ suę nõ cõputat. Et ipse q̃q; defendit Israel ab ĩpugnatiõe hostili. Et videt fuisse rusticanus agricola, sicut & Glossa ex verbis innuit Origenis. Deinde describit tertia Israelitaꝝ tribulatio g̃nalis. *Addiderũtq; filij Israel facere malũ p᷑ mortẽ Ahud q̃re nõ ait p᷑ mortẽ Sãgar, q̃a vt dictũ est valde modico tp̃e p̃fuit, & tradidit illos ĩ manu Iabin regis Chanaan. Ex hoc elicit, ꝙ Chananæi desierãt iã eẽ tributarij Israelis, & regẽ sibi fecerũt, q̃ regnauit in Asor q̃ fuit vrbs Metropolis, de qua in Iosue libro legit: Quæ antiquitus primatũ tenebat inter oĩa regna illa. Legit q̃q; ibi, ꝙ Iosue eã cõbussit, s; interim fertur à Chananæis reædificata. Vel dicit Iabin iste regnasse in Asor, .i. in territorio, in quo Asor antea stetit, quẽadmodũ Eglon asserit possedisse vrbẽ palmaꝝ. Deniq; Iosue scribit, ꝙ Iabin rex Asor misit ad Iobab, sed ille alius fuit ab isto. Estq; probabile, ꝙ iste de illius semine fuit. Propter q̃d rursus sibi vsurpauit regnũ terræ illius, habuitq; ducẽ exercitus sui noĩe Sisarã. Ipse aũt Iabin, habitauit in Aroseth gẽtiũ .i. in vrbe sic dicta, vel propter multitudinẽ habitatoꝝ suoꝝ, vel q̃m diuersaꝝ linguaꝝ aut nationum gẽtes morabant in ea. Erat aũt Debora prophetis vxor Lapidoth .i. viri sic dicti q̃ infra vocat Barac, vt cõiter dicunt expositores. Et q̃d cõtra hoc obijci posset, infra tãgetur. Deniq;, vt asserit Origenes, de nullo Iudicum ait scriptura, ꝙ fuit propheta, sed de sola Debora hoc testat, ne eã q̃s ob sexus fragilitatẽ cõtẽneret tanq̃ ad iudicãdi officiũ minus idoneã, quæ iudicabat populũ in illo tp̃e quamuis scd̃m cõem legẽ deceat fœminas regi & iudicari à viris, oĩpotẽs tñ deus q̃ supra oẽm est legem aliter põt disponere. Est eq̃dẽ sexus fœmineus sexus subiectiõis nõ suppositiõis, & fœminæ cõiter sunt debilis rõnis. Sed creator oĩpotẽs p dona g̃ræ põt eas viris virtuosiores & sapiẽtiores efficere, & forte ad humiliãdũ supbos ac rebelles Israelitas, fœminã eis p̃fecit in iudicem. Et sedebat sub palma q̃ illius noĩe vocabatur vcꝫ palma Debore, inter Rama & Bethel in mõte Ephraim ibi inquã sedebat tp̃e opportuno, vt vnicuiq; indigẽti cõsilio aut iudicio pateret ad eã accessus, propter q̃d subdit. Ascẽdebãtq; ad eam filij Israel. Sedit eñ in monte Ephraim, in oĩne iudiciũ .i. pro obtinẽdo iusto iudicio seu sano cõsilio in causa quacunq;. Quæ misit & vocauit p nuntiũ ad se, Barac filium Abinoam de Cedes Nephthalim. Ex hoc argui posset, ꝙ nõ erat idẽ vir Lapidoth & Barac, vel ꝙ nõ fuit Debore hui᷑ marit᷑, q̃a tã remote ab inuicẽ habitabãt, & in terra tribuũ diuersaꝝ. Cedes eteñ fuit vrbs tribus Nephthalim. Debora vero in terra tribus Ephraim morabat. Hinc vt refert Lyra. Quidã Hebræi dicũt, ꝙ Lapidoth sit nomẽ cõe significãs Lichimariã, ideo dicãt eã sic appellatã, q̃m prolucernis in tabernaculo dñi lucẽtibus, Lichimia faciebat. At vero q̃ dicũt Lapidoth & Barac fuisse viꝝ eundẽ Binomiũ. Probãt hoc, q̃a vtrũq; nomẽ eãdẽ habet interpretationẽ, q̃a vtrũq; choruscatio interpretat, & hi dicere possunt, ꝙ Barac forte pro tunc, q̃ñ sic vocabat ex aliqua causa ad tp̃s erat in Cedes Nephthalim, quamuis alias habitaret cũ Debora, dixitq; ad eũ: Præcepit tibi dñs deus Israel .i. mihi reuelauit se velle & eius p̃ceptũ mihi iã notificatũ tibi denũtio, vcꝫ vade, descẽde & educ exercitũ in mõtẽ Thabor in q̃ Chrũs corã tribus ap̃lis fuit trãsfiguratus, estq; mõs ille in Galilæa, tollesq; tecũ decẽ milia pugnatoꝝ de filijs Nephthalim, & de filijs Zabulon insinuãdo eis qualiter tibi reuelaui p̃ceptũ dei de his agẽdis, vt sint de victoria

Marginal notes: Iudith.14 — 1. Mac. 3. 4.5.10.11 — al's, dimiserunt. — 1. Regũ 23 — Iudicũ.15 — Origenes — Biblia alia hic suũ exordiũtur c. quartum — Iosue.11 — Ibidẽ — Origenes — Matt.17. — Section letters: D, E, F

A ctoria certi. Ego aũt adducam ad te, hoc dicit ex persona dei, non Deboræ. Vt sit sensus, egò
dominus adducam ad te, in loco torrentis Cison. Sisaram principẽ exercitus Tabin & currus
eius & omnẽ multitudinẽ eius. i. sic disponam ꝙ veniet contra te ad pugnandũ in loco torren-
tis Cison, hoc est, permittam vt ex instigatione angelorũ malorum atq; ex propria animositate
tibi occurrant, & tradam eos in manu tua. Dixitq; ad eam Barac: Si venis mecum, vadam
quo dominus iussit. Si nolueris venire mecum, non pergam, tanquam dicat, indigeo tua præ-
sentia, vt per te, quæ prophetissa es, dominus mihi reuelet qd agere debeam. Videtur Barac ali-
qualiter pusillanimis extitisse, aut non satis de adiutorio dei sperasse, vel ex humilitate hæc dxit:
Et præceptũ dei putauit sic posse intelligi. Si autem culpabilis fuit, postea inde pœnituit. Vel for
sitan æstimauit ꝙ filij Israel verbis suis non crederent, nisi Debora secum veniret. Quæ dixit
ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac vice tibi victoria non deputabitur, quia in manu mulieris
tradetur Sisara. i. à fœmina occidetur, non à te, secũdum quod infra narrat. Quod factum vide-
tur propter imperfectionem ipsius Barac in spe, qui tamẽ postea creuit in virum sanctũ, cum in
epistola ad Hebræos inter sanctos ab apostolo numeretur. Surrexit itaq; Debora & perrexit
cũ Barach in Cedes. i. oppidum illud, ex quo apparet, ꝙ Barach habitauit ibidẽ. Qui accitis
Zabulon & Nephthalim. i. Zabulonitis & Nephthalinitis ad se cõuocatis, ascendit cũ decẽ
millibus, q̃ erant de duabus his tribubus, habẽs Deborã in comitatu suo, vt sanctæ fœminæ
meritis, ꝓcibus, cõsilio, reuelatiõe adiuuaret. Aber aũt Cynęus. i. vir ille sic dictus, qm̃ erat de
B semine Iethro, qui & Cyn nominat, recesserat quondã à cæteris Cynęis fratribus. i. consan-
guineis suis, q habitabãt inter filios Iuda, vt dictũ est, filijs Obab cognati Moysi, quia fuerunt
posteri ipsius Obab, qui fuit filius Iethro & frater Sephoræ vxoris Moysi, sicq; cognatus hic su
mitur pro affine. Aliqui tamen dicunt ꝙ ipsemet Iethro vocatus sit Obab, & tetenderat taber-
nacula vsq; ad cõuallem q̃ vocabat Sennim, & erat iuxta Cedes. Fuit quippe vir diues & peco
ra multa habens, ꝓpter q̃d tabernacula sua late tetendit in locis pascualibus extra oppidũ Cedes
Nuntiatũq; est Sisaræ ꝙ ascendisset Barach filius Abinoam in montẽ Thabor cũ Debora, & cõ
gregauit nongentos currus falcatos, q instar falcis cedebãt. Et omnẽ exercitũ ad torrentem
Cison, sicut Debora prophetauit. Dixitq; Debora ad Barach: Surge, hæc est enĩ dies in q̃ tra-
didit. i. dare decreuit & nũc tradet dñs Sisarã in manus tuas. Itaq; more ꝓphetico loquitur
de futuro ꝑ modũ ꝓteriti propter certitudinẽ ꝓphetiæ. Sed q̃liter ait nũc Debora, tradidit dñs Si
sarã in manus tuas, cũ paulo añ loquuta sit, Tibi nõ reputabit victoria, qa in manus fœiæ tradet
Sisara? Rñdet, ꝙ finalr datus fuit in manus mulieris, vt interficeret ab ea. Datus est q̊q; in manus
Barach, ita ꝙ eũ fugauit & exercitũ eius prostrauit. Descẽdit itaq; Barach de mõte Thabor, de
cẽq; millia cũ eo, ꝑterruitq; dñs Sisarã & oẽs currus eius. i. existẽtes in currib⁹, & vniuersam
multitudinẽ. s. totũ exercitũ in ore gladij ad aspectũ gladiorũ ipsius Barach & sui exerci-
tus. Perterruit aũt dñs Sisarã & eius exercitũ intus & extra, nã corda eorũ immutauit ab audacia
ad pauorem, eaq; stupida & imbecillia fecit. Hoc etenĩ cõpetit creatori omnipotenti ad omne
libitũ suum alterare, afficere atq; disponere cor omne creatũ. Vnde & Augustinus hic ait: Ecce q̃-
modo cõmendat scriptura deũ agere in cordibus hominũ, vt det exitum quem decreuit. Pauere
etenĩ fecerat Sisaram, vt aduersario traderet eũ. Insup perterruit illos ab extra, quia vt Iosephus
C scribit: Ventus & maximus grando ac imber sup eorũ facies irruebant, arcus & fundæ fiebãt in-
utiles, multi de equis suis, curribusq; excussi, cõterebant, in tantum vt Sisara de curru desiliens,
pedibus fugeret, & Barac ꝑsequeret fugientes currus & exercitum vsq; ad Aroseth gentium. Et
omnis hostium multitudo ad internitionem caderet, vel occisi ab exercitu Barac, vel modo ꝓ-
tacto. Recitat Iosephus, ꝙ in exercitu Sisaræ erant trecenta millia armatorũ, & decem millia e-
quitum, & vltra nongentos currus falcatos, & adhuc duo millia & centum. Sisara aũt fugiens,
peruenit ad tentorium Iahel vxoris Aber Cynęi. Erat enim pax inter Iabin regem Azor & do
mum Aber Cynęi. i. ipsum Aber & eius domesticos. Forte enim rex ille non ita odiuit Cynę-
os sicut Hebræos, quia non erant ex semine filiorum Israel quos maxime odiebat. Egressa er-
go Iahel in occursum Sisaræ, quem audiuit venisse. Dixitq; ad eam: Intra ad me. i. in domũ
meam intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio. Septuaginta
transtulerunt, pellibus. Fuit enĩ lassatus & volebat quiescere. Dixit, da mihi obsecro paululum
aquæ, ꝑ aquã solet scriptura quẽcunq; potũ significare, sicut ꝑ panẽ quẽlibet cibũ, qa valde
sitio. Quæ aperuit vtrẽ lactis & dedit ei bibere. Lactis enĩ potatio somnũ profundũ & grauia
somnia inducit ac grauat, & operuit illum. Dixitq; Sisara ad eam: Sta ante ostiũ tabernaculi, &
cũ venerit aliquis interrogans te & dicens: Nunquid hic est aliquis? Rñdebis: Nullus est. Tulit
itaq; Iahel vxor Aber clauum tabernaculi. s. grandẽ clauũ quo in tabernaculo suo aliqñ vteba
tur, assumens pariter & malleũ. Et egressa abscõse, vel ab ostio tabnaculi, vel à camera in q̃ Si
sara iacuit, quã forte rursus intrauit ad cõsiderãdũ, an fortiter iã dormiret. Posuit supra tempus
capitis eius clauum ꝑcussumq; malleo defixit in cerebrũ vsq; ad terram. i. valde profunde vt sit
hyperbolicus sermo. Vel, vsq; ad terram. i. tam valide ꝙ Sisara in terram de lecto prolapsus est,

Aug. li. 3a. dicũ. qst. 27

Iose. lib. 5. an. iu. ca. 6

vt patet sequēti capitulo. Tēpus aūt pars capitis est, pro q̄ septuaginta trāstulerūt γνάθον .i. maxillā, [q soporē morti sociās defecit & mortuus ē.] Circa q̄d qdā dicit, ꝙ inter soporē & mortē Sisarę nō fuit tpis internallū. Quod nō videt. Sisara nāq; ex pcussione euigilauit, q̄uis magnitudine pene oppressus loq & reniti nequerit, nec sine actuali dolore ac pene pceptiōe, aīam exalauit. [Et ecce Barac sequēs Sisarā] quē adhuc viuere existimauit, ideo scd̄m suā reputationē eū insequebat, [veniebat] residuū huius cap. planū est. ¶ Sed q̄ri pōt, an Iahel bn̄ egit interficiēdo sic Sisarā, & ꝙ immo, manifeste habet sequenti cap. Oppositū vero probat, qm̄ afflicto nō est addēda afflictio. Itē fallaciter ac simulatorie se habebat ad Sisarā dicēs: Intra dn̄e ne timeas, crudelissimum q̄q; videt hoiem in somno occidere. Insup pax fuit inter regē Sisarę, & p cōsequēs etiā inter Sisarā & inter maritū Iahel ac eius domesticos. Et ita videt Iahel fœdus pacis & amicitiæ violasse. Et rn̄dendū ꝙ scd̄m legē cōem loquēdo, Iahel in facto isto fuisset reprehēsibilis in qbusdā tā in verbis q̄ in signis & facto, sed diuino instinctu ex speciali moderatiōe deicre dit sic fecisse, saltem q̄tū ad principale q̄ eū occidit. Vn̄ Debora prophetauit, ꝙ Sisara in manū fœminę erat tradēdus, haud dubiū quin à deo q̄ supbissimū principē illū voluit, ita p fœminā humiliare, sicut & Holofernē arrogātissimū iusto iudicio deiecit p Iudith. Nō tn̄ oportet hāc Iahel excusare in toto, nā & opi virtuoso frequēter venialia miscent pctā. Præterea dato ꝙ inter Iabin & Aber Cinęū, eiusq; domū fuisset amicitiæ, pacisq; fędus, illud tn̄ nō fuit obseruādū in derogationē & detrimētū boni cōis, cuius hostis fuit hic Sisara. Tres q̄q; sunt cōitates iuramēti ac voti seu fœderis, idcirco dum obseruatio hoꝝ eēt cōtra discretionē, iustitiam aut veritatē nō esset laudabilis. Quidā vero hic scribit, ꝙ q̄uis inter Iabin & Aber fuisset fœdus sub iuramēto, tn̄ Iahel nō tenebat hoc obseruare, qa in talibus fœderibus fœminæ nō vocātur. Sed huic dicto obuiare videt, q̄d ait Glossa: Mulier ista prius amicitiæ fœdus habebat cū Sisara. Deniq; textus fatet, ꝙ pax erat inter Iabin & domū Aber Cinæi. Vir autē & vxor sunt duo in carne vna, nec licet vxori nocere ei, cui marit⁹ suus est pacificatus. ¶ Amplius quęri pōt, an liceat vnicuiq; occidere publicū hostē reipublicę ac tyrānū. De hac re loqtur S. Thomas in scripto suo sup scd̄m Sētētiaꝝ, dist. 24. vbi inter cętera allegat Tullium, q̄ in libro de officiis eos cōmēdat, q occiderunt Iuliū Cæsarē, q̄uis suū amicū & familiarē, qm̄ quasi tyrānus ius vsurpauit imperii. & addit Thomas ibidē, Tullius loqtur in casu q̄ aliqs p violētiā surripit sibi dominium noletibus subditis. Vel etiā ad consensum coactis, & qn̄ recursus haberi nō pōt ad superiorē, per quē de inuasore queat iudiciū fieri. Tunc eñ q ad liberationē patriæ tyrānū occidit, laudat & pmium accipit, Hæc Thomas ibidē. Porro in libro de regimine regū diffusius de hac ipsa scribit materia, inter reliqua loquēs, si nō fuerit excessus tyrānidis, vtilius est remissam tyrānidē tolerare ad tps q̄ cōtra tyrānum agēdo multis implicari periculis. Quæ sunt ipsa tyrānide grauiora. Si vero sit intolerabilis excessus tyrānidis, visum fuit qbusdā ad virtutē viroꝝ fortium ptinere tyrānū perimere, seq; pro cōitatis liberatiōe exponere mortis periculis, quēadmodū Ahud legit Eglon regē Moab necasse. Sed hoc aplicæ doctrinę nō cōgruit. Docet eñ nos S. Petrus, nō solū bonis & modestis, sed etiā discolis dominis reuerēter subdi debere. Hęc est inquiēs grā si propter cōsciētiā dei sustineat qs tristitias patiēs iniuste. Vn̄ cū multi Romanoꝝ impatores fidē Chr̄i psequerent tyrānice, & magna multitudo tā nobiliū q̄ populi esset ad fidē cōuersa, nō resistēdo, sed mortē patiēter & ardēter sustinēdo laudabiles facti sunt. Eēt q̄q; hoc multitudini & eius rectoribus periculosum, si priuata psumptiōe aliqui attētarent psidentium necem etiam tyrannoꝝ. Plerūq; eñ hm̄oi periculis magis exponunt se mali q̄ boni. Malis autē graue solet esse dominium regum, nō minus q̄ tyrānoꝝ, quia scd̄m Sentētiā Salomonis. Dissipat impios rex sapiens, magis ergo ex hm̄oi præsumptiōe immineret periculum multitudini de boni regis amissione q̄ remedium de tyrāni subtractione, ideo cōtra tyrannoꝝ sæuitiam procedēdum videtur publica authoritate non præsumptione aliquoꝝ priuata. Hæc Thomas qui in libro præallegato conscribit & alia multa de ista materia.

Iudith 14. 15.

Thomas 2. sniaꝝ. di. 24

Cicero

1. Petri. 2.

Prouer. 20

D E F

¶ De sensu eiusdē quarti capituli mystico. Art. VIII.

SIcut præhabitum est Iudaicus populus figura fuit populi Christiani, & quicqd in filiis Israel corpaliter ac literaliter gestum est, in Chr̄ianis spiritaliter, immo & sæpe corpaliter adimplet, & qa p septenariū vniuersitas designat, possunt p septē illas Israeliticæ plebis oppressiones & seruitutes, intelligi vniuersæ psecutiones q̄ Christianis propter eoꝝ pctā illatæ sunt, inferūtur aut infligentur. Præterea, sicut filii Israel ab vna tribulatoria & hostili seruitute erepti, paulopost recidiuauerunt, ita in Chr̄ianis multotiens actū est. Quēadmodum etiā populus ille, post ruinam & deformationē sæpe est reformata, sic dn̄s & saluator suam frequēter reformauit ecclesiā. Amplius, qm̄ iudices illi erāt viri mirabiles virtuosi, prudētes, in salutē plebis Israel suscitati à dn̄o, idcirco p vnūquēq; eoꝝ pōt allegorice Chr̄us intelligi secundū aliquā proprietatē, virtutē & actionē quæ in singulis illis fuit ac fulsit virtutibus, nam quicqd pfectionis & eminētiæ erat in illis diuisim & incōplete, totū simul & pfectæ fuit in Chr̄o. Pōt q̄q; p vnūquēq; illoꝝ Iudicū, angelicus aliquis spūs designari in ministeriū missus

corum,

A eorum q̄ hæreditatē fortiūtur æternæ salutis, similiter virtuosi, p̄lati ac principes, prudentes & strennui, immo & cæteri boni Chr̄ifideles, q̄ semetipsos efficaciter iudicāt, examināt & castigāt cōtra inuisibiles hostes, vitiorūq; aciē pugnāri idonee. ¶Deniq;, p Eglon pīguissimū regē Moabitaꝝ, cui dn̄s Ammonitas & Amelechitas adiūxit, rite accipit carnalissim⁹ atq; turpissim⁹ ille impius Mahumet⁹ legifer, vel poti⁹ fecifer & seductor Sarracænoꝝ, p quē oīpotēs deus occulto ac impscrutabili iudicio, varias gētes falli pmisit, q̄ carnaliū voluptatū immoderatissimus extitit doctor, amator & executor, immo instar Epicuri, in illis felicitatem constituit, qui quindecim simul habebat vxores, duasq; cōcubinas, nec hia cōtētus finxit sibi à deo pmissum etiam alioꝝ vxores cognoscere, cognatas q̄q; & quascūq; propinquas, sicq; incęstuosus fuit & adulter nequissimus. ¶Porro, p Ahud ambidextrū intelligit Chr̄s, in q̄ nil erat sinistrū, obliquū peruersum, & oīa q̄cūq; fecit ac ptulit, prosperata noscunt, qui in om̄i euētu māsit aīo cōstans. Hic gladio oris sui in die iudicij dānatum iā Mahumetum in aīa, amplius condēnabit in corpe simul & aīa. ¶Deinde p Iabin regē Chanaan designat princeps terrenus iniquus, iustos infestās. ¶Per Sisaram vero principem militiæ, Iabin, quicūq; minister p̄cipuus dn̄o suo in malitia se cōformans, quia vt Salomon cōtestat: Rex iniustus om̄es ministros habet iniquos. ¶Per Deborā vero prophetissam, & p Iahel intelligitur, vel ipsa ecclesia cœlesti sponso vnita, in qua plurimi spiritu claruerunt prophetico, vel ipsa sacratissima virgo Maria vnigeniti filij dei mater, sin- Deb. 4. Prouer. 29

B gularisq; sponsa p̄ cūctis gratia prophetię ornata. ¶Ecclesia ergo q̄cunq; de filijs suis fidelem & strennuum principē frequēter admonuit, & nunc vsq; hortatur, vt inimicis fidei Christianæ viriliter reluctet, cui & diuinū promittit auxilium, sed ille respondet se hoc aggredi nō audere, nisi ecclesia pergat secū, i. orōnibus & sanctis suis suffragijs rū prosequat ac tueatur, cui libenter ecclesia annuit, attamē ei prænūtiat, q̄ victoria nō deputabit ei, q̄a in manus fœminæ tradetur Sisara talis. Precibus nāq; & meritis ecclesiæ, & p̄sertim virginis gloriosæ cōfertur cōtra infideles triumphus. ¶Quēadmodū etiā deus perterruit Sisaram & omnē eius exercitū ad occursum Barac, ita frequēter p apparitiones cœlestes & angelicas opes, exterruit & deiecit Sarracænos contra fideles prælia ineuntes. ¶Rursus per Sisaram designatur diabolus, cui dn̄s ait: Inimicitias ponam inter te & mulierē. i. Christiferam virginē, ipsa conteret caput tuum. Hæc etenī clauo & malleo. i. acutissima sua humilitate cœlos penetrante, ac verbi cœlestis virtute prorsus deuicit diabolum. ¶Deniq; deus ex virgine volēs suo tēpore incarnari, sexum honorauit fœmineū, dans Deboræ gratiam prophetiæ & iudicandi prudētiam, & ipsi Iahel tradēs Sisaram occidēdum, vt & fœmine non diffidant se ad diuinorum posse pertingere pfectionē charismatum. ¶Amplius exēplo Ahud studeamus zelo boni cōmunis feruere, & contra hostes ecclesiæ continuis, affectuosisq; precibus cōpugnare, sed & ambidextri eē conemur, quatenus tam in prosperis q̄ aduersis maneamus cōstantes. Tēporalia q̄q; ad spiritalia efficaciter ordinemus. Quēadmodū eñi prospera & spiritalia p dexterā, sic tēporalia & aduersa p sinistrā signantur. Gene. 3

¶DECLARATIO CAPITVLI V. Cecinerūtq; Debora & Barach filius Abinoam. Art. IX.

C Consuetudo fuit sanctis hominibus vtriusq; sexus, post beneficia magna deo deuotissime regratiari, quod vtiq; oēs fecerunt corde & ore deum laudando & eius beneficia recolendo, sed quædam psonæ, sup hoc specialia cantica ediderunt, & ea reliquerunt in scriptis, sicut & Debora ista prophetes. ⌊Cecinerūtq;⌋ .i. deum intime laudauerūt ⌊Debora & Barach filius Abinoam in die illo dicētes⌋ Debora sola ex tactu spiritus sancti, creditur canticum istud composuisse. Barach vero cecinit illud cum ea. ¶Sic & apostolus Paulus in quarundam suarum epistolarum exordijs, sibi annumerat Thimotheum atq; Siluanum, cum tamē ipse solus epistolas illas dictauerit. ⌊Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum,⌋ id est, ô vos viri de numero tribuum Israel, qui voluntarie, non coacte, venistis ad bellum contra Sisaram, quod erat secundum humanum iudicium, & quantum ad causas naturales, ac ea quæ forinsecus apparebant, valde periculosum, quia paucissimi erant Israelitæ respectu illorum Chananęorum tam fortiter armatorum, totq; falcatos currus habentium, vt dictum est præcedenti capitulo. ⌊Benedicite domino⌋ gratias referendo, non in vobisipsis inaniter gloriando, quia non vestris viribus præualuistis. Et hoc ipsum extitit donum dei, quod tam confidenter venistis ad prælium istud. ¶Veruntamen, quoniam Debora prænuntiauit & promisit eis ex parte dei victoriam, non erat filijs Israel in illo congressu periculum per respectum ad causas supernaturales, videlicet habendo respectum ad certitudinē propheticæ promissionis ac diuini auxilij. ¶Deniq;, duplex est benedictio, vna consecrationis & authoritatiue est collationis, sicq; superior bn̄dicet inferiori, & creator creaturæ, dicēte apl̄o: Sine vlla cōtradictiōe q̄d minus est à meliore bn̄dicet. ¶Alia est bn̄dictio grãꝝ 1. Thess. 1. 2. Thess. 1. Deb. 7.

actionis & laudis. Sicq; inferior benedicit superiori, & homo deo. ¶Porro, per animas intelligi possunt ipsimet homines secundum q totum significat per partem, pręsertim p partem principalem, vel animalis vita illorum quæ corpori & animæ est communis. ⌊Audite reges, auribus percipite principes.⌋ i. O vniuersi magnates tam maiores q̃ inferiores, audite hæc verba dei, vt discatis omnipotentiam eius, cui nullus potest resistere. Et sciatis, non in multitudine bellatorum, sed in adiutorio altissimi, vim bellorum consistere. ⌊Ego sum, ego sum quæ dño canã, psallã dño deo Israel.⌋ D
Repetitio est confirmatio dicti & seriositatis ac deuotionis indicium, & congrue ait: Ego sum, quasi dicat, tanto amplius ac specialius habeo deum pro isto miraculoso laudare triumpho, quanto plus cæteris reuelatio mihi facta est de exitu huius belli, & quanto mihi confisibilius extitisset, si aduersum qd contigisset pplo meo, & quanto plus plebem hanc diligo, cuius mater & iudex, ac directrix sum constituta à dño. Itaq; canam dño ore, psallam ei & mente. ⌊Domine cum exires de Seyr, & ptransires p regiones Edom, terra mota est.⌋ Istud consonat ei, quod in Deuteronomio Moyses loquit: Dominus de Syna venit, & de Seyr ortus est nobis. Apparuit in monte Pharan. Sic circa quod recitat Lyra. Dicunt Hebræi quòd dominus primo obtulit legem filijs Esau habitantibus in monte Seyr, sed ipsi noluerunt eam recipere, & tunc dedit eam filijs Israel in mõte Synai. Sicq; exponunt literam istam. Cum exires de Seyr, eo quòd recusassent legem sibi oblatam. ¶Magister quoq; in historijs narrat. Tradunt Hebræi quod dominus misit angelos suos ad Idumæos in Seyr & ad Ismaelitas in Pharan, & obtulit eis legem, quam cum nollent accipere, venit ad Iudæos in Synai cum multis milibus angelorum & legem contulit ibi Hebræis. ¶Istud secundum Lyram videt esse fictitium, quia secundum veteris testamenti scripturas pplus Hebræorum fuit specialiter à deo electus, vt Christus nasceret ex eo. Propter quod specialis sanctitate debebat pollere. Vnde à cæteris sunt segregati p fidem & cultum vnius dei. Deinde p circumcisionem & legis susceptionem. ¶Hinc expositores catholici sic exponunt: Domine cum exires de Seyr, Idumæos in suis erroribus ac idololatrijs iuste derelinquendo. Veruntamen præfato dicto Hebræorum consonare videt quod ait Glossa: Exisse dicit dominus de Seyr, & transisse per regiones Edom, quoniam Idumæis legem recipere nolentibus, dedit eam Iudæis in monte Synai. Cur autem dicunt Idumæi eam recipere noluisse, nisi quia eis offerebat? Hoc quoq; videt Lyra ista ptendere, dicendo: Et transires per regiones Edom. Siquidem ppter præfatam relictionem, non apparet quod diceret transisse p regiones Edom. ¶Itaq; probabiliter dici potest, quod deus ex sua pietate p merita sanctorum patriarcharum Abrahæ & Isaac, obtulit Idumæis & Ismaelitis legem saltem p inspirationes angelicas & diuinos instinctus, exhortando illos interius ad fidem & cultum vnius veri dei. Propter quod dicit transisse p regiones Edom, taliter visitando corda habitantium ibi, sed quia non erant electi vt filij Israel, non dedit eis gratiam recipiendi legem iam sanctam, nihilominus fecit quod fuit in se. ¶Porro, Seyr quandoq; est nomen montis in terra Idumæorum, quandoq; pro terra illa accipit. Edom quoq; est proprium Esau nomen, interdum pro Idumæa suscipit, & quãmuis Idumæa fuit regio vna, nunc tamen pluraliter dicit per regiones. Vel propter diuersas regni illius partes, vel quia plurale pro singulari est positum. ¶Tunc itaq; terra mota est, iuxta illud in Psalmo: A facie domini mota est terra. Cũm e quidem dominus legem erat daturus, totus mons Synai fuit igne opertus & nubes densissima operuit illum. Ex qua clangor buccinæ, fulgura atq; tonitrua pcedebant, ex quibus mons Syon contremuit, vel secundum apparentiam aut vere realiter. Sed & filij Israel in circuitu eius stantes, vehementer contremuerunt, sicq; de eis potest intelligi quod terra dicit mota. ⌊cœliq; ac nubes stillauerunt aquas.⌋ quia ex nube illa densissima diffundebat, tunc aqua qua cœli aerei, id est, partes aeris ibi madebant. Vel ideo ait, cœli, quoniam ad generationem nubis illius, influentia cœlestis forsan cooperabat, immo cœli, id est, angeli sancti habitantes in cœlis, nubẽ illã pduxisse credunt, sicut & cætera mira, quę ibi fiebant. ⌊Montes fluxerunt à facie domini.⌋ i. ex psentia maiestatis diuinæ montes in quibus deus mirabilia fecit, & p suos effectus apparuit, quasi defecisse à sua naturali vi ac dispositione videnf, prout de monte Pharan & Seyr pdictum est. Interdum etiam deo iubente transla ti & comminuti ac complanati sunt montes, iuxta illud Iob: Qui transtulit montes de locis suis. Et in Numerorum libro scopuli torrentium inclinati sunt. ⌊Et Synai à domini dei Israel,⌋ id est, mons Synai in legislatione, specialiter fluxit modo iam dicto, & aliqua pars eius forte consumebatur ex actione ignis & pluuiæ. ¶Sic igitur fluxit à facie dei, qui super montem illum descendit per subiectam creaturam, puta per angelos sanctos ac metuendos effectus, ita quòd mons ille maximo igne atq; densissima nube opertus vix apparebat. Propter quod fluxisse asseritur. Sed quod spiritualiter creatura deum subtiliter contemplando, dum per raptum in ipsum demergitur deficere, vt quasi in nihilum redigi phibetur. Non quòd fit totus in puluerem resolutus. Secundum quod impijssimus & stolidissimus Mahometus in suo recitat Alchorano, quòd Moyse in montem Synai ascendẽte, mons ipse totus in puluerẽ est redactus, ita q Moyses cecidit quasi mortuus, atq; in terra iacẽs, lesus clamauit: O dñe ego sum primus credẽtiũ in te. ⌊In diebus Sãgar filij Anath⌋ q post Ahud fuit iudex Isrl̃ tpe modico, vt supra patuit. ⌊In dieb' Iahel⌋ vxoris Aber Cynęi ⌊ quieuerunt semi-

Margin notes: Deuter. 33 · Petr. Co. · Psal. 113 · Exod. 19 · Iob. 9 · Numer. 21 · Iudic. 4 · E · F

rũt semitæ⌟ q̃d dupliciter põt exponi. Primo q̃d hostes quieuerũt à semitis Israel, eas nõ ingre
A diẽdo ad impugnãdũ vt ante, p̃sertim postq̃ Samgar pcussit de Philistæis sexcẽtos viros vo-
mere vno. Et postq̃ Iahel Sisarã interfecit, tpe aũt intermedio intrauerũt & p̃ualuerũt. Secun-
do q̃ in diebus Sãgar & Iahel quieuerũt semitæ, ita q̃ filij Israel nõ audebãt secure trãsire p cõ
sueta suæ terræ itinera timore Philistinoꝝ & Chananæoꝝ terrã Israel depredãtiũ, latrocinã-
tiũq̃ in ea. Nec em̃ Samgar potuit Philistæos plene cõpescere, & vsq̃ ad tps q̃ Iahel Sisarã in-
teremit. Filij Israel fuerũt multis annis à Chananæis oppressi, vt p̃cedẽti narrat̃ cap. ⌞Et q in- Iudicũ. 4
grediebãtur p eas ambulauerũt p calles deuios⌟ quia aduersarioꝝ timore declinabãt ab itine-
ribus rectis ne inciderẽt hostiũ manus. Vel sensus est, q̃ aduersarij filioꝝ Israel iã p̃fati diuer
terũt frequẽter à callibus rectis, vt maius, secretiusq̃ nocerẽt, vt latrunculis atq̃ p̃donibus mo-
ris ẽ. ⌞Cessauerũt fortes in Israel⌟ .i. p decẽ & octo annos, q̃bus filij Israel seruierunt Iabin regi
Chanaan. Pauci aut nulli viri virtutũ ac fortes fuerũt in pp̃lo Israel, nec aduersarijs suis aude-
bãt resistere, ideo subdit̃, ⌞& quieuert⌟ à p̃lijs. Sed erãt formidolosi & corde infirmi, ⌞donec
surgeret Debora, surgeret mr̃ in Israel⌟ .i. q̃usq̃ deus p Deboram prophetissam, iudicẽ ac ma
trẽ spiritalẽ Israeliticæ plebis hortaret̃ & cõfortaret filios Israel. ⌞Noua bella elegit dñs, ⌟ .i. in
solito mõ deuicit hostes, q̃a p fœminas triũphauit, Nã Deborã suscitauit ad vocãdũ & cõfortã-
dũ Barac ac alios filios Israel, atq̃ in man⁹ Iahel tradidit Sisarã. ⌞Et portas hostiũ ipse subuer-
tit⌟ .i. filijs Israel dedit ptãtẽ vastãdi vrbes eoꝝ, à q̃bus pauloañ opprimebant̃, cũ tñ filij Israel
eẽnt inermes. Vñ subiũgit̃ ⌞Clipeus & hasta si apparuerũt in q̃dragintamilib⁹ Israel⌟ .i. nec
B clipeus nec hasta inuẽti sunt in exercitu Israel, in q̃ primo erãt decẽ milia. Deinde cũ p̃ualere cœ
pissent multi ex tribub⁹ Israel accurrerũt, ita q̃ vsq̃ ad q̃draginta milia aut circiter excreuerũt.
Quẽadmodũ vero Glossa testat̃: Iabin rex Chanaan abstulit filijs Israel arma, sicut & Phili-
stæi primo Regũ eis fecisse legunt̃. ⌞Cor meũ diligit principes Israel⌟ Hoc scd̃m Glossam ex
psona dei inducit̃, q fideles, duces ac iudices Israel diligebat, p̃sertim p̃destinatos. Põt tñ ex pso
na Deborę accipi, q̃a & ipsa spiritalr̃ ac cordialr̃ seu intime diligebat principales hui⁹ exercit⁹,
⌞q ppria volũtate obtulistis vos discrimini⌟ .i. piculo corpali. ⌞Bñdicite dño⌟ sicut expositũ
est. Porro, spiritali discrimini, puta periculo peccati mortalis null⁹ debet se exponere seu offer
re, immo hoc eẽt pctm̃ mortale. ⌞Qui ascẽditis sup nitẽtes *asinas⌟ .i. ȯ vos filij Israel q super aso, asinos
pulchras & validas asinas, de p̃da hostiũ acq̃sitas ascenditis, ⌞& sedetis in iudicio⌟ .i. alijs p̃estis
ad iudicãdũ, ⌞& ambulatis in via⌟ Quãuis em̃ Debora & alij fuerint iudices pricipales, tñ sub
eis minores aliq̃ iudices erãt. In Hebrœo, vt ait Glossa, habet̃: Sedẽtes sup iudiciũ & ambulatis
in via .i. q nũc secure pgitis p itinera terræ Israel, p q̃ pauloañ nõ audebatis trãsire p̃ aduersario
rũ formidine, ⌞loq̃mini⌟ .i. sequẽtia verba proferte, ⌞vbi collisi sunt curr⁹ & hostiũ est suffo-
catus exercit⁹⌟ .i. in terra hac Israel, in q̃ diuina virtute cõfracti sunt miraculose curr⁹ Chana- Iudicũ. 4.
næoꝝ, & ipsi Chananæi miraculose occisi sunt scd̃m modũ in p̃cedẽtis cap. expositiõe inductũ,
⌞ibi narrent̃ iustitię dñi⌟ .i. iusta iudicia dei, & iusti effect⁹ suę iustitię, q̃bus hostes Israel truci
dauit, q̃a tyrãnice & praua intẽtiõe filios Israel cõculcabãt, ⌞& *clemẽtiæ i fortes Israel⌟ .i. mise aſo, demẽ
C ratiões & bñficia dei q̃ impẽdit Israelitis, q̃ꝝ pctis ignouit, & eos insup fecit triumphatores, tia.
⌞tũc descẽdit pp̃lus dñi ad portas⌟ .i. pp̃lus Israel accessit vrbes aduersarioꝝ ⌞& obtinuit pri-
cipatũ⌟ sup eosdẽ. ⌞Surge surge Debora, surge surge & loquere cãticũ⌟ His verbis sancta mu
lier p̃ abũdãtia spiritalis lætitię de exaltatiõe diuinæ iustitiæ & pia sui populi ereptiõe, seipsam
hortat̃ ad laudãdũ & regratiãdũ dño deo. Itaq̃ surge .i. mẽte ad deũ te erige, atq̃ ad ei⁹ honorẽ
erecto sta corpe, ⌞& loquere cãticũ. Verũtñ in Hebrœo nõ habet̃: Surge surge Debora, vt asse-
rit Glossa, sed expgiscere spũ .s. prophetię. ⌞Surge Barac & apprehẽde captiuos tuos fili Abi-
noam⌟ .i. eos q̃ in bello occisi nõ sunt, cape ac tene, ⌞saluatæ sunt reliq̃æ pp̃li, ⌟ .i. residui ex Is-
rael p̃ualuerũt in p̃lio. ⌞Dñs in fortib⁹ dimicauit⌟ .i. p fortes Israel viros cõtra Chananæos pu
gnauit, vel dimicauit in fortib⁹ .i. cõtra robustos aduersarios nr̃os. In Hebrœo scd̃m Glossam ha
bet̃. Dñs ppter me i fortib⁹ dimicauit, & ẽ vox totius pp̃li Israel, deo gr̃as referẽtis, ⌞ex Ephra
im deleuit eos i Amelech⌟ .i. p Iosue Effratæũ dñs debellauit fortes filioꝝ Israel iimicos i Ame
lechitis, ita q̃ aduersarij illi fuerũt ip̃imet Amelechitę, quẽadmodũ em̃ in Exo. legit̃, Iosue fuga Exodi. 17.
uit Amelech & pp̃lm eius i ore gladij, deinde Debora p̃phetauit de expugnatiõe Amelechita-
rũ tũc futura p Saul, ⌞& p⁹ eũ ex Bẽiamin i pp̃los tuos ȯ Amelech⌟ .i. ȯ tu priceps seu popule
Amelechitaꝝ de⁹ dimicauit cõtra pp̃los tuos ex Bẽiamin .i. p Saul regẽ ortũ ex Bẽiamin tribu
post Iosue Effraitã. ⌞De Machir pricipes descẽderũt & de Zabulon q exercitũ ducerẽt ad bel
lãdũ⌟ .i. duces hui⁹ nr̃i exercit⁹, ptim nati fuerũt de stirpe Machir filij Manasse, & ptim de tri
bu Zabulõ, ⌞duces Isachar fuerũt cũ Debora⌟ .i. aliq̃ alioꝝ ductores nati ex tribu Isachar asso-
ciauert̃ se Deborę, ⌞& Barac vestigia sunt secuti⌟ .i. cũ eo p̃cessert̃ ad pugnã, circa q̃d ait glossa
q̃dã pars illoꝝ mãsit cũ Debora ad laudãdũ deũ ac dep̃cãdũ. Pars ãt alia ẽ secuta Barac ad pp̃lm
Israel exhortãdũ, & ad Sisarã debellãdũ, ⌞q⌟ Barac ⌞q̃si in p̃ceps⌟ & baratꝝ, ⌞se discrimini de
dit⌟ .i. scd̃m hũanũ iudiciũ & apparẽtiã exteriorẽ aptissimo & igẽti piculo se cõmisit cũ paucis
(inermibus

mibus eūdo ad pugnā cōtra tm̄ Chananæoꝝ exercitū, vł dedit se discrimini, q̄si in p̄ceps & bara- D
trū.i.aduersarios insecutus est p loca aspera in q̄bus p̄cipitia erāt & valles ꝓfundæ ac foueæ.imo
scd̄m glossam, p̄cipitauit se in torrētē Cyson aduersarios p̄seq̄ndo. Itaq̧ cōmēdatis Israeliticis q
venerūt ad pugnā increpant q nō venerūt. L Diuiso cōtra se Rubē J.i.tribu Ruben separāte se ab
his q trāsierūt ad pugnā, vł pot⁹ tribu illa inter se p intestinā dissentionē, discordiā q̧ diuisa, q̄m
q̄dā in ea hortabant ire ad p̄liū, alij dehortabant L magnanimoꝝ repta cōtētio est J.i.q vere ma
gnanimes erāt in tribu illa, & parati ad pugnā cōtra imparatos ac timidos cōtēderūt. L Quare ha
bitas inter J duos L terminos vt audias sibulos gregū J.i.cur tu tribus Rubē cōmoraris circa Ior
danē inter filios Isrł, q̄ in terra ꝓmissiōis morant & inter tribū Gad mediā q̧ tribū Manassen trās
Iordanē manētes, vt intēdas vociferatiōib⁹ iumētoꝝ tuoꝝ, q.d.tm̄ desideras pecora tua seruare,
ac mł'tiplicate atq̧ in eoꝝ balatu, sic gł'iaris, q̄ negligis cū alijs tribub⁹ ire ad p̄liū iuxta dei p̄ceptū.
L † Gad trās Iordanē q̄escebat J.i.trib⁹ Gad trās Iordanē à labore subueniēdi se subtrahebat, L &
alias, Galaad. Dan vacabat nauib⁹ J.i.trib⁹ Dan erat circa mercimonias suas & lucra q̄ p exercitiū nauiū acq̄rū
tur, tā occupata q̄ nō curauit succurrere. L Azer habitabat ī littore maris & in portub⁹ morabat J
.i.trib⁹ Azer degebat circa litt⁹ mediterranei maris & in locis portuū maris eiusdē, in cuius littore
morabat & trib⁹ Dan. Sic q̧ sił'is cā, retraxit has trib⁹ ab auxilio fratrū. L Zabulon vero & Neph-
thalim obtulerūt aīas suas morti J.i.arduis mortis p̄iculis. Nā.10.milia q̄ primo sibi collegit Ba-
Iudicū. 4 rach erāt de tribub⁹ Zabulō ac Nephthalim, ꝓut p̄cedēti habet ca. L ī regiōe Meromę J.i.excelsi
ve, in territorio illo, in q̄ erat mōs Thabor, in quē Barach duxit suū exercitū, vt p̄cedēti ca.cōtine
tur. L Venerūt reges J subiecti Iabin regi aut ei cōfœderati L & pugnauerūt J cōtra Isrł. L Pugna
uerūt reges Chanaan J.i.Chananæoꝝ inter q̄s Iabin rex Azor tenebat primatū, ꝓut in li. Iosue
Iosue 11 legit L ī Taanach iuxta aq̄s Mageddo J.i.in ꝓuīcia in q̄ erat torrēs Cyson q̄ p̄terfluit Mageddo
Pet. Co. hist lib. Iudicū cap. 7 Hebræus scd̄m Petrū Comestorē habet in Ramazache, q̄d significat altitudinē cāpi, & denotat E
q̄ in cāpo vbi p̄liatū est, filij Isrł facti sunt superiores. L Et tn̄ nihil tulere p̄dātes J subsannatio ē ad-
uersarioꝝ, q.d.frustra cōtra Isrł pugnauerūt, q̄a pugnādo nil ꝓfecerīt, p̄dādo aut p̄ualēdo, immo
vita sua priuati sunt. L De cœlo dimicatū est cōtra eos J.i.de⁹ creator supnaturał'r restitit eis, cor
da ipsoꝝ terrēdo, atq̧ p vētū, ībrē, choruscatiōes, tonitrua eos deijciēdo. L Stellæ manētes in or
dine & cursu suo cōtra Sysarā pugnauerūt J hoc primo intelligi p̄t de corpib⁹ cœlestib⁹, inq̄ntū ad
generationē imp̄ssionū p̄tactaꝝ forsitā aliq̄ mō cooperabant, q̄ tn̄ p̄ter cursum naturæ pot⁹ gene
rate cēsent. Glossa p stellas in suo cursu & ordine p̄manētes intelligit angelos sctōs ordinate dis-
positos & sua ministeria exercētes q filios Isrł adiuuerūt saltē orādo. Pōt rursus de stellis & plane
tis ītelligi, q̄ cōtra Sysarā pugnasse dicunt in suo cursu ac ordīe p̄manēdo.i.solitū cursum ac dispo
sitionē suā naturalē seruādo, inquātū diē causando seu naturale obsequiū exhibēdo aut aliquā īflu
Sap 5 entiā imprimēdo cooꝑati sunt filijs ad triūphū, iuxta q̄d in li. Sapiæ scriptū ē: Pugnabit ꝓ deo or
bis terraꝝ cōtra īsensatos. Sic q̧ p verba ista inuit drīa hui⁹ victoriæ ab ea q̄ sub Iosue desup ē cō-
Iosue.10 Pe.co hist lib. Iu.c.7. cessa. Per hoc q̄d sol & luna steterūt in cœlo imobiles, spatio vni⁹ diei, vt legit in Iosue lib. Itaq̧ sic
mgr̄ in hist. loq̄tur, q̄ ait stellæ pugnauerīt cōtra Sysarā, neq̄ est mathematice ītelligēdū, q̄si fata
li cōstellatiōe hoc gestū sit, sed q̄m choruscatiōes & fulgura de sublimi sic ferebant in hostes, q̄si si-
dera laberent. Est q̧ hypbolic⁹ sermo: L Torrēs Cyson traxit cadauera eoꝝ J ve, Chananæoꝝ oc
cisoꝝ seu in illo torrēte mersoꝝ aut ꝓiectoꝝ. L torrēs Cadumim, torrēs Cyson J.i.torrēs ille Cy
Exo 14 son assimilatus ē torrēti Cadumim.i.mari rubro, q̄m sicut mare rubrū traxit cadauera Aegyptio
rū in se mersoꝝ, sic torrēs Cyson cadauera Chananæoꝝ. Cadumim āt interp̄tat antiq̄rū, & sumit F
p mari rubro, in q̄ sub Moyse antiq̄ miracola sunt pacta, istud vero bellū factū ē iuxta torrentē
Cyson. L Cōculca aīa mea robustos. J hoc p̄t eē vox ppł'i cohortātis se ad cōculcādū hostiū colla
Iosue.10 scd̄m q̄d Iosue iussit pricipib⁹ Isrł ponere pedes suos sup colla regū Chananæoꝝ. Vel Debora ait
hoc in sua p̄sona, vt sit sensus: Cōculca aīa mea robustos.i.zelo iustitiæ, vilipēde hos Chananæos
olī fortes. L Vngulæ eq̄rū ceciderīt, fugiētib⁹ impetu, & p p̄ceps ruētib⁹ fortissimis hostiū J.i.dū po
tētiores in exercitu Sysaræ festinātissime fugerēt, fugiēdo q̧ p̄cipitāter corruerēt, etiā vngulæ eq̄-
rū ipsoꝝ cōtritæ sunt ictib⁹ grādinis choruscatiōe & aspitate locoꝝ, q.d. q̄d in tāta tēpestate putas
eq̄tib⁹ accidisse. L Maledicite terræ Meroz, dixit angelus dn̄i, J Meroz vt in Schoł. ferł hist. fuit
Pet. Co. hist. lib. Iudicum ca.7 vn⁹ de pricipib⁹ Chanaan. Et interp̄tat Meroz arcanū. Sic q̧ p Meroz glossa & alij multi ītelligūt
aduersariā ptātē q̄ p̄erat Chananæis, & eos cōtra filios Isrł incitauit. Per angelū vero q̄dā intelli-
gūt Deborā ꝓphetissam, vel Barach missum à deo ꝓ liberatiōe Israelis. Alij Michaelē q p̄erat sy
nagogæ. & potius puto p angelū eē intelligēdū spm̄ illū angelicū, p quē fiebāt Deboræ reuelatio
nes ꝓpheticæ. Itaq̧ angelus iussit p Deborā maledici diabolo, q p̄erat Chananæis, cæteris q̧ apo-
statis angelis q erāt cū illo, vnde subiūgit: L Maledicite habitatorib⁹ eius J.i.angelis malis pricipi
suo cohærētib⁹ in ip̄o, q̄si in terra manētibus, L q̄a nō venerūt ad auxiliū dn̄i J.i.ad auxiliādū ꝑplo
dei in adiutoriū L fortissimoꝝ ei⁹ J.i.ad subueniēdū ducib⁹ Isrł, s; magis ad resistēdū. Verūtn̄ ī rali⁹
dici p̄t, q̄ angelus iussit maledici p̄fato viro potēti noīe Meroz, & terræ ac subditis eius, q̄a suc
currere noluerūt filij Israel. L Bn̄dicta inter mulieres Iahel vxor Aber Cinæi J.i.laude digna
& virtuo-

A & virtuosa quasi vna laudabiliũ fœminarũ, nõ tñ oĩbus alijs sanctior, queãdmodũ Christifera virgo dicit bñdicta inter mulieres. Et bñdicatur in tabernaculo suo .i. à suis domesticis, ma ioriq́; grã impleat à dño, qm̃ hostẽ populi dei occidit. Aquã petẽti lac dedit, .i. Sysare postulanti sibi dari aquã ad potãdũ, dedit lac bibere vt fortius obdormiret, vt dictũ est in expositione p̃cedẽtis capituli, & in phiala principũ obtulit ei butyrũ .i. in tali repositorio quo principes vti solẽt, obtulit ei pinguedinẽ lactis forte ad comedẽdũ, vt sup cibũ adhuc potaret de lacte, q̃d nõ fuit p̃cedenti expressum capitulo, sinistrã manũ misit ad clauũ, & dexterã ad fabrorũ malleos. Percussitq́; Sisarã, quærẽs in capite vulneri locũ & tẽpus valide pforãs, inter pedes eius ruit. Cũ em̃ clauũ eius capiti infigeret p̃ræ dolore expgefactus est, & primo impetu nondũ victa natura, eiecit se de lecto in terrã, defecit & mortuus est. Et tunc, ante pedes eius voluebat quousq; aĩam exalauit, & iacebat exanimis & miserabilis .i. corpus eius extinctũ iacuit vt cadauer, p fenestrã respiciẽs vlulabat mater eius solicita pro filio suo, eo q vltra cõstitutũ tardaret reuerti, idcirco ptimuit q euenisset ei, queãdmodũ nouerat & alijs cõtra filios Israel p̃liantibus euenisse. Nouerat qppe vetula illa q̃liter deus filiorũ Israel frequẽter pugnasset pro eis, & forsan vidit aut pcepit tempestates illas in aere subito factas. Propter q̃d formidauit filiũ suũ cũ suis eo esse pcussum aut aliter interisse, & de cœnaculo loquebat, cur moratur regredi, curr⁹ eius q̃re tardauerunt pedes quadrigarũ illius? Vna sapiẽtior cæteris vxorib⁹ eius. Deinde recitat, qualiter nurus sua .s. vna vxorũ Sisaræ socrui suæ cõsolatoria verba rñdit, & plana est litera. Lucæ.1 Iudicū.4.

B Postremo Delbora cõuertit sermonẽ suũ ad dñm & cãticum suũ deuote cõcludit, sic pereãt inimici tui dñe .i. indurati tyrãni & psecutores plebis tuæ fideles, q̃d zelo iustitiæ & ex amore boni cõis profert, nõ ex rancore, immo potius ex spũali amore, quatenus .s. impij in vita hac puniant, ne in futuro grauius condẽnẽtur, & ne viuẽdo diutius, grauius peccẽt, atq; dãnationẽ mereant maiorẽ. Qui aũt diligũt te spũali & infusa dilectione, sicut sol in ortu suo splẽdet ita rutilẽt .i. donis grẽ in p̃senti copiose clarificent, & in patria beatorũ donis gloriæ p̃clarissime decorẽtur, immo glorificẽtur in corpe & aĩa. Et fulgeant sicut sol in regno patris cœlestis. Vnde vt fertur, in Hebræo habet, sicut sol in fortitudine sua .i. tã clare vt sol, quãdo lux solis erit septẽpliciter .i. septies maior q̃ nunc est, vt Esaias ait: Quod in futura mundi innouatione complebitur. Quieuitq́; terra p quadraginta annos. Matt.13. Esa.30

¶ Mystica eiusdẽ cantici expositio. Art. X.

Debora designat ecclesiã, seu vnã quãq; animã vere deuotã. Barach vere virtuosum principẽ seu p̃latũ. Ecclesia ergo cũ filijs suis cõtẽplans bñficia saluatoris, & qualiter visibilib⁹ ac inuisibilibus hostibus sæpe diuina virtute p̃ualuit, assidue & grata ac deuotissima mẽte dñm laudat, & fideles q vere sunt milites Chri hortat, Qui sponte obtulistis de Israel animas vr̃as ad periculũ, bñdicite dño .i. vos Christifideles, veri Israelitæ p

C cõtẽplationẽ, q spiritalẽ militiã volũtarie assumpsistis, & cõtra aduersarios fidei seu inuisibiles aduersarios fortiter dimicatis aut dimicastis, deo grates repẽdite, & om̃e bonũ ei ascribite, qm̃ datũ est vobis à deo, nõ solũ vt credatis in Chr̃m, verũetiã vt patiamini pro illo. Audite reges, auribus pcipite prĩcipes .i. vniuersi maiores atq; minores, q efficaciter vos ip̃os aut alios gubernatis, q estis gen⁹ electũ, regale sacerdotiũ. Ego sum ego sum q canam dño, psallã deo Israel. Ecclesia nãq; ẽ spõsa dei charissima, cui potissime cõpetit deo cãtare ac psallere, sed & vnaq̃q; deuota psona deo iugiter psallat, iuxta illud Psalmi: Bñdicam dñm in om̃i tpe, laus eius in ore meo. Vñ aplus exhortat: Cãtãtes & psallẽtes ĩ cordib⁹ vr̃is dño. Quocirca loq̃tur Origenes: Beati q possunt cãtare cãticũ dño, quis putas ita canorę vocis ẽ, & ita syncere mẽtis, vt cãtilena eius diuinũ possit oblectare auditũ. Ille pfecto q nullũ in se habet raucũ peccati sonum, q nihil offensiõis in lingua, nihil crassitudinis .i. carnalis affectiõis in spũ gerit. Dñe cũ exires de Seir, dña & saluatorũ suorũ misit aplos atq; discipulos vbiq; terrarũ, & euãgelicã legẽ sine psonarũ exceptiõe obtulit vniuersis, quã multi in primis suscipere rẽnuerũt, & tandẽ pene ab oĩbus ẽ recepta. Tũc terra mota ẽ .i. habitãtes ĩ terra, visis mirabilib⁹ q̃ p Chri discipulos gerebant. Et qdã tũc moti sunt ad credẽdũ. Alij ad psequẽdũ credẽtes, estq́; impletũ q̃d p̃dixit psal. Turbabunt gẽtes & timebũt q habitãt terminos à signis tuis. Cęliq́; & nubes stillauerunt aqs .i. sancti apli & eorũ cooperatores, de qbus p̃dictũ ẽ: Cęli enarrãt gloriã dei. Et: Qui sunt isti q vt nubes volãt aquã sapiæ salutaris audiẽtiũ cordibus infuderũt. Mõtes fluxerũt à facie dñi. Per mõtes interdũ intelligunt supbi, q instar mõtiũ magni & alti sunt in oculis suis, q̃nq; virtuosi q vere sunt magni & alti p gloriosa charismata spũs sancti. Aliq̃n vero principes & p̃lati ppter p̃sidẽtię dignitatẽ & altitudinẽ sui officij. Quidam aũt supbi ad Chr̃m se cõuertẽdo, pristinam altitudinẽ humiliter abiecerunt, alij in sua arrogantia perierunt. In diebus Sangar quieuerunt semitæ. Frequẽter in ecclesia semitæ seu obseruantiæ mandatorũ cessauerunt in multis. Et loca sacra in solitudinẽ sunt redacta, & Christiani vehemẽter oppressi sunt ab Hunis, Vvãdalis, Gothis, Turcis, & Sarracænis, alijsq́; tyrãnis, Donec surgeret Debora .i. dusq; ecclesia desup reformata, rursus p̃ualuit. Noua bella elegit dñs, vere noua & inaudita bella elegit in nouo dñs testamento. Philip.2 1.Petr.2 Psal.33 Origenes Psal.67 Psal.18 Esa.60. Ecci.1

Qui

Qui per paucos, ſimplices inopesq́ Apoſtolos mundum ſidei Chriſtianæ ſubiecit, idololatriam D
diſſipauit, Romanum ſibi imperium ſubdidit non armorum potentia, non magica arte, quàm ve-
ri Chriſtiani ſumme abhorrent, non dialectica ſubtilitate, nec eloquentia Tulliana, neq; per blandi
menta carnalia, ſed per ſupnaturalia, ſoliq́ deo poſſibilia infinita miracula. Per allegationes ſcri-
pturæ, per exemplariſſimam & virtuoſiſſimam vitam, per apparitiones angelicas & reuelationes
cœleſtes, immo vſq; in præſens fidem catholicam per eadem conſeruauit in eſſe, non obſtante,
quòd Iudæi, hæretici, philoſophi, tyranni toties & tam acriter eam extinguere ſint conati. Hinc
ſubdit: Clypeus & haſta ſi apparuerint in quadraginta milibus in Iſrael. In ſanctis nempe marty
ribus q per fidem & patientiam contra perſecutores conſtantiſſime pugnauerunt, nulla extitit ar
matura corporea, nulla reſiſtentia bellica. Et tñ præfatis modis intantum præualuerunt, quòd
quanto plus tyranni nitebanť fidem extinguere, tanto plus creuit & ipſa pſecutio tandem ceſſa-
uit. Cor meum diligit principes Iſrael. Vere valde nobis amandi ſunt ſcti Apli, doctores, patres,
& principes noſtri. De qbus prædictũ eſt: Conſtitues eos principes ſup omnẽ terram. Qui aſcẽ
ditis ſup nitentes aſinos .i. corpora veſtra in ſe irrationabilia, pigra & ſtolida habetis in ſeruitu-
tem mentis redacta. Et ſpiritui pulchre ſubiecta. Et ſedetis ſuper in iudicio .i. alijs præeſtis & am
bulatis, in via virtutũ loquimini. Vbi colliſi ſunt currus & hoſtiũ ſuffocatus exercitus ẽ .i. in terris
Pro. 12 olim infidelium, vbi infideles conuerſi ſunt. Et ſaluberrime defecerunt, iuxta illud: Verte impios
Romañ 9 & non erunt. Ibi narrenť iuſtitiæ domini .i. beneficia dei. Et opera ſuæ iuſtitiæ in vaſis iræ oſtẽſa.
Actus quoq; ſuæ clementiæ vaſis miſericordiæ exhibiti. Hoc vbiq; terrarum impletum eſt. Tunc
deſcendit populus ad portas .i. virtutum executiones quæ ſunt portæ intrandi regnum cœlorum, E
Matth. 7 quemadmodum vitia portæ ſunt inferi. Vnde dixit Saluator: Quàm anguſta porta quæ ducit ad
vitam, & obtinuit principatum promerendo paradiſum cœleſtem. In præſenti quoq; conuerſi
ad Chriſtum, dominium multiplex ſunt ſortiti. Surge Barach apprehẽde captiuos tuos .i. tu ꝓpla
2. Cor. 10 te eos cuſtodi, quos iugo Chriſti iam ſubdidiſti, & quorum intellectum in captiuitatem redegiſti,
in obſequium dei. Dominus in fortibus dimicauit, quia per fortiſſimos Chriſti Apoſtolos & ali-
os virtuoſos Chriſti diſcipulos robuſtiſſimas infidelium nationes conuertit, & contra earum reges
ac principes victorioſe pugnauit. ¶ Præterea, per tribus & pſonas Iſrael quæ contra Syſaram
aſcenderunt ad pugnam, deſignati ſunt electi Iudæi qui crediderunt in Chriſtum. Et contra dæ-
monum aciem præliati ſunt inclytè. Electi quoq; Chriſtiani ex paganiſmo conuerſi. Qui con-
tra hoſtes humanæ ſalutis ac perfidos digne luctanť. Sed & quidam Apoſtoli & primi diſcipuli
Pſal. 67 Chriſti ex diuerſis tribubus Iſrael erant nati, de qbus cantamus: Ibi Beniamin adóleſcentulus in
mentis exceſſu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephthalim.
¶ Porro, per tribus Iſrael ignaras ſeu contra ſeinuicem diuerſas intelligunť obſtinati Iudæi qui ad
Chriſtum noluerunt conuerti. Et item vitioſi Chriſtiani qui contra aduerſarios dei ac fidei negli
gunt præliari, & ſuis commodis, honoribus, contentionibusve intenti ſunt, ita ꝙ malunt ſeinuicẽ
deuaſtare quàm aduerſus perfidos ac tyrannos vitiorumq́ turbas concorditer dimicare. ¶ Po
ſtremo, qualiter contra inimicos Chriſtianę religionis dimicatum ſit vbertim de cœlo, ita ꝙ per-
fidi diffugerunt, qualiter etiam per Iahel benedictiſſima virgo dei mater Maria, per Syſaram au-
tem diabolus deſignenť, præhabitũ eſt. Angelus quoq; Michael princeps eccleſiæ præcipit ma-
ledici zelo æquitatis multitudini principum ac gentium diſcredentium, aduerſantium ac reluctan F
tium proſpero ſtatui ac ſaluti militantis eccleſiæ, niſi reſipiſcant.

¶ EXPLANATIO LITERALIS CAPITVLI SEXTI.

Fecerũt aũt filij Iſrael malũ in cõſpectu dñi. Art. XI.

IVXTA ordinem rei geſtæ nunc recitať quarta Iſraelitarum oppreſſio
generalis. Fecerunt autem filij Iſrael malum in conſpectu domini.
Pro. 24 Quotidie omnes peccamus atq; in dei præſentia facimus mala, cum &
iuſtus ſepties cadat, ſed dum filij Iſrael dicunť malum feciſſe, & ob hoc
hoſtibus traditi, intelligendũ eſt pręſertim de maximo illo malo, vide-
licet idololatria ac multis criminibus ei annexis. Qui tradidit eos
in manus Madian .i. Madianitarum qui nati fuerunt ex filio Abrahæ ac
Gene. 25 Cethuræ, nomine Madian, vt patet in Geneſi, ſeptem annis & op-
preſſi ſunt valde ab eis, feceruntq́ ſibi antra & ſpelũcas in montibus
vt ibi laterent, ne occideterť aut caperenť, hoc impotentiores & timi-
diores fecerunt. Audaciores vero & fortiores fecerunt quod ſubdit: & munitiſſima ad repugnã
dum loca .i. fortalitia, ex qbus repugnarent, ſi obſiderenť. Cumq́ ſeuiſſet Iſrael, id eſt, agros
ſeminaſſet, aſcendebat Madian & Amelech .i. Amelechitæ, cæteriq́ orientalium nationum
& apud eos figentes tentoria, ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant. Siquidem tempore veris,
& deinceps, terræ naſcentia conſumebant, & iumenta filiorum Iſrael diripiebanť ſiue mactabant,
vſq; ad introitũ Gazæ, nihilq́ oino ad vitã pertinens relinquebãt in Iſrael, nõ oues, non boues,
non aſi-

A non asirios. Ipse eñ & vniuersi greges eoꝝ veniebant cũ tabernaculis suis, & instar locustarum
vniuersa cõplebant innumera multitudo hominũ & cameloꝝ quicquid tetigerant deuastantes:
Humiliatusq; est Israel valde in cõspectu Madian. Et clamauit populus Israel ad dñm,⌋ nõ ta-
mẽ synceriter neq; oẽs, vt ex sequẽtibus innotescit, qui misit ad eos viꝝ prophetam, postulans
auxiliũ contra Madianitas,⌋ quẽ Hebræi dicunt fuisse Phinees, nõ ꝙ adhuc viueret à tẽpore Io-
sue, immo & Moysi, sed ꝙ in alio apparuerit corpore. Etem̃ asserunt angelũ eũ fuisse, q̃d totum
est falsum, ⌊& loquutus est. Hæc dicit dñs deus Israel: Ego vos feci cõscendere de Aegypto, &
eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de manu Aegyptioꝝ & omnium inimicoꝝ qui affligebant vos, &c. & tradidi vobis terram eoꝝ & dixi: Ego dñs deus vester, ne timeatis deos Amor-
rhæorum.⌋ Itaq; deus ꝑ virum illũ exprobrauit ingratis illis bñficia sua, ⌊Venit aũt angelus do
mini,⌋ Glossa & scholastica historia, multiq; alij dicunt, angelũ istũ fuisse virum q iam ante fertur
missus à deo ad populũ increpandũ. Angeli etenim in scripturis sæpe viri vocant, ꝑsertim qa ap
parent in forma virili. Sed huic dicto obijciunt alij, ꝙ vir iste vocaẽ propheta. Angeli vero nõ cõ
sueuerũt in scripturis prophetæ vocari. Deniq; scriptura ista loquiẽ de angelo isto & de illo, tanq̃ de distinctis personis. Veruntamen Augustinus hic ait, Cur non exprimaẽ nomen huius ꝓphe- Aug. lib. Iudi q. 31.
tæ, occulta est causa, sed quia post verba prophetæ statim subiungitur, Et venit angelus, non ab-
surde intelligiẽ angelus iste nomine viri significatus. Nomine em̃ viroꝝ sæpe dicunẽ angeli, sed
angelos prophetas dici non occurrit, quãuis em̃ qui propheta est, occurrat angelũ appellari, Sed
B si angeloꝝ dicta prophetica nota fiunt his quibus futura ꝑnuntiant, cur nõ potest dici angelus &
propheta. Hæc Augustinus. Attamẽ potius reor, ꝙ vir ille propheta, fuerit verus homo. Venit
ergo angelus ⌊& sedit sub quercu,⌋ apparuit em̃ in forma humana, ⌊q̃ erat in Ephra⌋.i. vrbe
sic dicta, vel in agro vicino, ⌊& ꝑtinebat⌋ quercus illa & ager ac lapis suꝑ quẽ angelus sedit ⌊ad
Ioas patrẽ familiæ Ezri⌋.i. honorabiliorẽ in illa familia, ita ꝙ diciẽ pater eius non gñatione, sed
potentatu & honorabilitate. ⌊Cũq; Gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumẽta in tor-
culari⌋ ꝑ suos ministros, nã multos habuit seruos. Ideo aũt excussit blada, qa fugere intendebat.
Et frumẽta secũ in aliquo loco munito reponere pro necessario victu in longũ. Excussit aũt ⌊in
torculari, vt fugeret Madian.⌋ Sed quare nõ magis in horreo? Forte qa secretius fiebat in torcu- Iose. lib. 6 ant. ca. 10
lari. Circa hoc Iosephus ait, Hoc fuit maxime propitiatiõis diuinæ indiciũ, quod vtebaẽ torcu-
lari pro area, qa futuꝝ erat ꝑ eũ vt areæ implerenẽ ac torcularia. ⌊Apparuit ei angelus dñi, eum
salutãs, & ait: Dñs tecũ viroꝝ fortissime.⌋ Ecce q̃ solennis salutatio, imo & laus. Nec recolo ali-
quẽ in veteri test. tã solenniter desuꝑ salutatũ, Sed qũo fuit viroꝝ fortissimus, q fugere dispone-
bat? Dicunt quidã, ꝙ taliter salutabaẽ ac laudabaẽ propter gesta eius futura. Attamẽ dici potest,
ꝙ sic cæteri iudices erãt viri in virtute ꝑclari qñ mittebanẽ ad ppl'm liberandũ, ita & Gedeon. Et
ꝙ fugere voluit, prudẽtiæ fuit, nõ vitij, qa conspexit se nõ posse viribus suis resistere hostib⁹, nec
fuit ad idololatriã lapsus, sed & corporali fortitudine ꝑpollebat. ⌊Dixitq; ei Gedeon: Obsecro
dñe mi.⌋ Gedeon angelum nominat dñm, q̃uis nondũ cognouerit ꝙ angelus esset, qa in specie
honorabilis atq; authentici viri angelus apparuit sibi. ⌊Si dñs nobiscũ est.⌋ Angelus dixerat, do
minus tecũ, nõ aũt, dñs vobiscũ, Gedeon vero sic repetit, imo & replicat, Si dñs nobiscũ est. Erat
C quippe Gedeon vir humilis, ideo sibi videbaẽ, ꝙ si dñs esset secũ, esset q̃q; cũ alijs Israelitis q̃s re-
putauit se meliores. Itaq; quasi cõtra verba illa arguens, dicit: Si dñs nobiscũ est, ⌊cur ergo appre
henderunt nos oĩa ista⌋.i. tot & tãta aduersa, quasi dicat, nõ apparet ꝙ dñs sit nobiscum. ⌊Vbi
sunt mirabilia eius, q̃ narrauerunt patres nr̃i atq; dixerũt: De Aegypto eduxit nos dñs. Nũc autẽ
dereliquit nos dñs & tradidit in manu Madian,⌋ tanq̃ dicat, in tantũ reliquit nos modo, ac si nõ
fecisset tot & tanta mirabilia pro liberatione patrum nostroꝝ. Vel vbi sunt mirabilia eius, q̃si di-
cat, vtinã & modo ageret talia pro nostra ereptione. ⌊Respexitq; ad eum dñs⌋.i. angelus in dei
ꝑsona apparens ac loquẽs ad eũ quasi cõpatiens ei & approbãs eũ. Deus q̃q; respexit eum suæ in
tuitu pietatis & interiora eius cõfortauit ꝑ grãm, ⌊& ait: Vade in hac fortitudine tua⌋.i. in hac fi
de & gr̃a tibi cõcessa. ⌊Et liberabis Israel de manu Madian, Scito ꝙ miserim te,⌋ & de hac visi-
one & ꝑnuntiatione nõ ambigas. ⌊Qui ait: Obsecro mi dñe, in quo⌋.i. qua virtute atq; manerie
⌊liberabo Israel⌋ de Madianitis me potẽtioribus? Deinde suã inidoneitatẽ probat, adijciendo,
⌊Ecce familia mea infima est in Manasse⌋.i. in tribu Manasse, familia de qua sum est valde par-
ua & vna de minimis. ⌊Et ego minimus⌋.i. valde modicus sum ⌊in domo patris mei.⌋ Ex hu
militate hæc dicit ad excellẽtiores se cõparans. Quẽadmodũ Saul adhuc bonus cũ audisset quædã 1 Regũ 9.
verba à Samuele, Respondit: Nunq̃d nõ filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cogna-
tio mea nouissima inter oẽs familias de tribu Beniamin, vt legiẽ primo lib. Reg. Quemadmodũ
aũt super Iosue dictum est, Tribus Israel diuidebanẽ in familias, familiæ in domos, domus in ca-
pita viroꝝ. ⌊Dixitq; ei dñs: Ego ero tecũ⌋ per opẽ & assistentiã gratiosam. ⌊Et percuties Ma-
dian quasi vnũ viꝝ⌋.i. faciliter me auxiliante ꝑualebis, quasi vnũ dumtaxat hominẽ impugna-
res. Deniq; ex his verbis Gedeon cœpit pẽsare, ꝙ angelus esset q sibi colloquebaẽ, præsertim ex
tam magnifica promissione. Veruntamẽ nondum fuit certus de hoc, nec volebat incauta facili-

tate credere apparitioni, vnde subiungitur, ⌊ & ille. Si inueni inq̃t gratiam corã te, da mihi signũ D
q̃ tu sis q̃ loquaris ad me ⌋ .i. q̃ tu vere sis missus à deo seu angelus sanctus quasi iã implẽs, quod
1 Iohan. 4 docet Iohãnes apostolus: Nolite omni spũi credere, sed probate spũs an ex deo sint. Hinc loquit̃
Origenes, Gedeon vir eruditus habẽs exemplũ Iosue ꝓcessoris sui, cautius agit, Sciebat eñ ange
2 Cor. 11 los tenebrarũ posse transfigurare se in angelos lucis, ideo examinat spiritũ si à deo sit. Quẽadmo
dũ Iosue cũ principẽ militiæ cœlestis vidisset, inquirit: Noster es, an aduersariorũ. Hinc Gedeon
Iosue. 5 discutit angelicã visionẽ diuersitate & admiratione signorũ. ⌊ Nec recedas hinc, donec reuertar
ad te portans sacrificiũ & offerẽs tibi, ⌋ non tanq̃ deo, cui soli sacrificiũ immolat̃, sed offerens ti-
bi .i. corã te, illud ꝑsentans, quatenus tu offeras illud deo, & per aliquod signũ in ista sacrificatiõe
Aug. li. Iu fiendũ intelligere queam certius. ⌊ Quod tu sis missus ⌋ à deo seu angelus eius. Hinc Augustinus
dicũ. q̃st. 31 intelligendũ est non eũ angelo, sed per angelũ sacrificiũ obtulisse. ⌊ Qui respondit: Ego ꝑstola-
bor aduentũ tuũ. Ingressus est itaq; Gedeon & coxit hœdũ & de farinæ modio azymos panes ⌋
non fermẽtatos, nã panes deo offerendi azymi erant, secundũ legẽ, ⌊ carnesq; ponẽs in canistro
& ius carniũ mittens in ollã, tulit omnia sub quercũ & obtulit ei, ⌋ videlicet angelo, iuxta sensum
1 q̃st. 2 ca. nũc introductũ, non quasi sacrificãs creaturæ. ⌊ Cui dixit angelus dñi: Tolle carnes ⌋ hœdi ⌊ &
cũ scriptu azymos panes & pone supra petrã illã, & ius desup funde. Cũq; fecisset ita, extendit angelus sum
mitatẽ virgæ quã tenebat in manu, ⌋ in signũ authoritatis diuinæ sibi cõmissæ. ⌊ Et tetigit carnes
& azymos panes, ⌋ quasi sacrificans ea deo. ⌊ Ascenditq; ignis de petra. ⌋ Quẽ ignem angelus
supernaturaliter fecit de petra exire. Vel naturali virtute hoc egit, cũ & nos excutiamus ignem
saxo & calibe. Et p hoc angelus se ostẽdit nõ hoĩem esse, q̃a si homo fuisset, ligna & ignẽ sacrifi-
cio supposuisset. ⌊ Et carnes, azymosq; panes cõsumpsit. ⌋ Sicq; sacrificiũ illud factũ est holo-
caustũ. Circa quærit Glossa, Quõ Gedeon ausus est sacrificiũ offerri alibi q̃ in tabernaculo dñi? E
Et rñdet, q̃ Gedeon primo putauit illũ esse prophetã & de sacrificio offerẽdo consuluit ipm &
eius responsionẽ sequutus est. ⌊ Angelus aũt dñi euanuit ex oculis eius, ⌋ corpus assumptũ subito
deponẽdo, vel illud inuisibile alijs faciendo, aut etiã euolando. ⌊ Vidensq; Gedeon q̃ angelus
dñi esset, ⌋ q̃d ex tot & tantis mirabilibus satis aduertit. ⌊ Dixit: Heu mi dñe deus, q̃a vidi angelũ
dñi facie ad faciẽ ⌋ .i. clare ad oculũ. Cur viso angelo nõ potius est gauisus q̃ ita perterritus? Res-
pondet̃, q̃a vt ex verbis q̃ sequunt̃ elicit̃, Formidauit se protinus moriturũ, quia ad Moysen dix-
erat dñs: Nõ videbit me homo & viuet. Et angelus iste in dei ꝑsona erat loquutus. Vnde & Ma
Exo. 33 nue viso angelo est loquutus: Morte moriemur, q̃a vidimus dñm. ⌊ Dixitq; ei dñs: ⌋ An idẽ an-
gelus statim apparuerit ei rursus ad oculũ, & ista loquutus sit ei. An p interiorẽ alloquutionẽ di-
A vigorosissimum ac vtilissimũ producens liquorem. Vel dicitur vinũ lætificare deũ, quoniam ministros templi sui exhilarat. Potest aũt per vitem Gedeon designari, qui instar vitis fructificauit in prole, & lætificauit filios Israel suo triumpho, atq; ex contemplatione dei & apparitionibus angeli sancti repletus est gaudio. Hi omnes, sicut & cæteri iudices boni, noluerũt sibi dominiũ super filios Israel vsurpare, sed per modũ prudentialis directionis humiliter præfuerũt. Dixeruntq; omnia ligna ad Rãnum: Veni & impera super nos. Per omnia ligna hæc designant Sychimitæ pdicti. per Ramnũ vero Abimelech. Ramnus est genus rubi primo mollis, deinde spinosum, qđ inter ligna habet naturã producendi ignẽ ex se, dum vento agitatur, vt Iosephus contestatur. Iose lib. 6 an.ti.ca.8 Qui respondit: Si vere me cõstituitis regẽ vobis, venite & sub mea vmbra requiescite, sic & Abimelech exegit, vt Sychimitæ sub sua manerẽt protectione. Si aũt non vultis sub mea requiescere vmbra, egrediatur ignis de Ramno & deuoret cedros Libani. i. principales ex vobis incendant & occidãtur à me, secundũ ꝙ infra in isto cap. legitur factũ. Nunc ergo si recte .i. iuste, & absq; peccato cõstituistis super vos regẽ Abimelech & bene egistis cum Ierobahal & cũ domo eius, qui quamuis iam mortuus erat, tamẽ in suis filijs est punitus & ingratanter tractatus, & reddidistis vicẽ beneficijs eius qui pugnauit pro vobis, & animã suam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian. Quãuis etenim Gedeon ab angelo fuit de victoria assecuratus, tamen secundũ humanum inditiũ, magnis se exponebat periculis, pergendo cũ paucis ad pugnam cõtra centum viginti millia hominũ. Qui nunc surrexistis contra domũ .i. posteros seu filios patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros, vno tamẽ excepto, quia scriptura minutias numeroꝝ & tempoꝝ non curat nec cõputat, super vnũ lapidem. ex hoc etiã patet, ꝙ adiutores Abimelech fuerũt ex populo Sychimoꝝ, qui Ephratęi fuerunt, & constituistis regem Abimelech filiũ ancillæ eius, videlicet Gedeonis, eo ꝙ frater vester sit. Si ergo recte & absq; vitio egistis cũ Ierobaham & domo eius, hodie lætamini in Abimelech, de eius promotione, & ille lætetur in vobis. Sin aũt peruerse egistis in his, egrediat ignis ex eo & cõsumat habitatores Sychem & oppidũ Mello. Egrediaturq; ignis de viris Sychem & Mello oppido & deuoret Abimelech, &c. Per ignem intelligitur quæcũq; punitio seu persequutio grauis, sicq; maledictio ista, post tres annos fuit impleta, qm̃ rebellantibus Sychimitis, ipse Abimelech multos eoꝝ igne occidit, alios gladio, protinusq; fuit peremptus ab ipsis. Quæ cũ dixisset, fugit & abijt in Pera, habitauitq; ibi ob metũ Abimelech fratris sui. Circa hæc oritur quæstio. Dictũ est enĩ, ꝙ propter peccatũ Gedeonis in vsu Ephot, deleta sit domus eius, Ergo Sichimitæ iuste occiderũt filios eius, & erant in hoc instrumentũ diuinæ iustitiæ? Respondetur, ꝙ quãuis deus iusto iudicio permisit hoc fieri, Sychimitę tamẽ ex impijs causis ad hoc faciendũ sunt moti, nec ipsi fuerũt à Gedeone iniuriam passi, sed beneficia multa & magna sortiti, ideo ingratissimi ei effecti sunt. Regnauit itaq; Abimelech super Israel tribus annis. Misitq; dñs spm̃ pessimum inter Abimelech & habitatores Sychem. Secundũ Augustinũ, Istud intelligi potest factum à domino permissiue & imperatiue, vt sit sensus, ꝙ deus iusto iudicio voluit & permisit Sychimitas aduersus Abimelech concitari & tentari à pessimo dæmone, imò à multis dæmonibus sub suo principe agentibus, ad perturbandũ ac dissipandũ prauam illoꝝ concordiam. Augu lib. Iud q 49 Peruersitas tamen intentionis dæmonũ in talibus nõ est imperatiue à deo, qui non iubet peccata cõmitti, qui cœperunt eũ detestari, tanq̃ crudelissimũ fratricidã, ambitiosissimumq; tyrannũ, & scelus interfectionis septuaginta filioꝝ Ierobahal, & effusionem sanguinis eoꝝ, videlicet filioꝝ Gedeonis,
C cõferre .i. retorquere in Abimelech fratrẽ suũ, & inter cæteros Sychimoꝝ principes, qui eũ adiuuerãt. Superius dictũ est, ꝙ Abimelech cõduxit viros vagos & inopes, qui eũ iuuerũt, quõ ergo nunc dicunt, eũ iuuisse principes Sychimoꝝ? Ad qđ dicendũ videt, ꝙ Abimelech in regem promotus, illos auxiliatores suos in officijs magnis cõstituit. Posuerũtq; insidias aduersum eum in summitate montiũ. Et dũ illius præstolarent aduentũ, quatenus eũ improuise occiderẽt, qa & insidias aduersus eũ posuerũt in montiũ summitate. Exercebant latrocinia, agentes pdas de ptereuntibus, quos spoliauerũt aut etiã occiderũt, psertim si erant de parte Abimelech. Nunciatũq; est Abimelech. Venit aũt Gahal filius Obed cũ fratribus suis, & transiuit .i. ingressus est Sychimã, .i. territoriũ illud. Ad cuius aduẽtum erecti .i. animati & roborati habitatores Sychem, egressi sunt in agros, vastãtes vineas, q̃ ad Abimelech vel eius auxiliatios pertinebant, vuasq; vineaꝝ illaꝝ calcantes, in aspernationẽ Abimelech, & factis cantantiũ choris .i. choræis, ingressi sunt phanũ dei sui, & inter epulas & pocula maledicebãt Abimelech, clamãte Gahal filio Obed, viro potẽte & ambitioso, qui cupiebat, occiso Abimelech, psidere populo illi. Quis est iste Abimelech? quasi dicat, vilis & impius est, & nobis pesse indignus. Et q̃ est Sychem, vt seruiamus ei? tanq̃ dicat, pclara & vetus vrbs est, in qua non decet tã vilẽ regnare. Nunquid nõ est iste filius Ierobahal .i. filius est Gedeonis nati ex tribu Manasse, cuius filius nõ habet ius regnãdi in terra hac tribus Ephraim. Et cõstituit Zebul seruũ suũ principẽ. i. balliuũ aut pfectũ sup viros Hemor patris Sychẽ .i. sup nobiles habitatores oppidi huius, in quo olim Hemor, qui fuit tẽpore Abrahæ princeps & pater vrbis istius, qui & filiũ habuit noĩe Sychẽ, vt in Genes.34

Qui per paucos, simplices inopesq; Apostolos, mundum fidei Christianæ subiecit, idololatriam D
dissipauit, Romanum sibi imperium subdidit, non armorum potentia, non magica arte, quàm ve-
ri Christiani summe abhorrent, non dialectica subtilitate, nec eloquentia Tulliana, neq; per blandi
menta carnalia, sed per supnaturalia, soliq; deo possibilia infinita miracula. Per allegationes scri-
pturæ, per exemplarissimam & virtuosissimam vitam, per apparitiones angelicas & releuationes
cœlestes, immo vsq; in præsens fidem catholicam per eadem conseruauit in esse, non obstante,
quòd Iudæi, hæretici, philosophi, tyranni toties & tam acriter eam extinguere sint conati. ¶Hinc
subdit: Clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta milibus in Israel. In sanctis nempe marty
ribus q per fidem & patientiam, contra persecutores constantissime pugnauerunt, nulla extitit ar
matura corporea, nulla resistentia bellica. Et tñ præfatis modis intantum præualuerunt, quòd
quanto plus tyranni nitebant fidem extinguere, tanto plus creuit & ipsa psecutio tandem cessa-
uit. ¶Cor meum diligit principes Israel. Vere valde nobis amandi sunt sc̃ti Apl̃i, doctores, patres,
& principes nostri. De qbus prædictũ est: Constitues eos principes sup omnẽ terram. ¶Qui ascẽ
ditis sup nitentes asinos.i. corpora vestra in se irrationabilia, pigra & stolida habetis in seruitu-
tem mentis redacta. Et spiritui pulchre subiecta. ¶Et sedetis super in iudicio.i. aliis præestis & am
bulatis, in via virtutũ loquimini. Vbi collisi sunt currus & hostiũ suffocatus exercitus ẽ.i. in terris
Pro. 12 olim infidelium, vbi infideles conuersi sunt. Et saluberrime defecerunt, iuxta illud: Verte impios
Romañ 9 & non erunt. ¶Ibi narrent iustitiæ domini.i. beneficia dei. Et opera suæ iustitiæ in vasis iræ ostẽsa.
Actus quoq; suæ clementiæ vasis misericordiæ exhibiti. Hoc vbiq; terrarum impletum est. ¶Tunc
descendit populus ad portas.i. virtutum executiones quæ sunt portæ intrandi regnum cœlorum, E
Matth. 7 quemadmodum vitia portæ sunt inferi. Vnde dixit Saluator: Quàm angusta porta quæ ducit ad
vitam, & obtinuit principatum promerendo paradisum cœlestem. In præsenti quoq; conuersi
ad Christum, dominium multiplex sunt sortiti. ¶Surge Barach apprehẽde captiuos tuos.i. tu pla
2. Cor. 10 te eos custodi, quos iugo Christi iam subdidisti, & quorum intellectum in captiuitatem redegisti,
in obsequium dei. ¶Dominus in fortibus dimicauit, quia per fortissimos Christi Apostolos & ali-
os virtuosos Christi discipulos, robustissimas infidelium nationes conuertit, & contra earum reges
ac principes victoriose pugnauit. ¶Præterea, per tribus & psonas Israel, quæ contra Sysaram
ascenderunt ad pugnam, designati sunt electi Iudæi qui crediderunt in Christum. Et contra dæ-
monum aciem præliati sunt inclytè. Electi quoq; Christiani ex paganismo conuersi. Qui con-
tra hostes humanæ salutis ac perfidos digne luctant. ¶Sed & quidam Apostoli & primi discipuli
Psal. 67 Christi ex diuersis tribubus Israel erant nati, de qbus cantamus: Ibi Beniamin adolescentulus in
mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephthalim.
¶Porro, per tribus Israel ignaras seu contra seinuicem diuersas intelligunt obstinati Iudæi qui ad
Christum noluerunt conuerti. Et item vitiosi Christiani qui contra aduersarios dei ac fidei negli
gunt preliari, & suis commodis, honoribus, contentionibusve intenti sunt, ita q malunt seinuicẽ
deuastare quàm aduersus perfidos ac tyrannos, vitiorumq; turbas concorditer dimicare. ¶Po
stremo, qualiter contra inimicos Christianæ religionis dimicatum sit vbertim de cœlo, ita q per-
fidi diffugerunt, qualiter etiam per Iahel benedictissima virgo dei mater Maria, per Sysaram au-
tem diabolus designent, præhabitũ est. ¶Angelus quoq; Michael princeps ecclesiæ præcipit ma-
ledici zelo æquitatis multitudini principum ac gentium discredentium, aduersantium ac reluctan F
tium prospero statui ac saluti militantis ecclesiæ, nisi resipiscant.

¶EXPLANATIO LITERALIS CAPITVLI SEXTI.

Fecerũt aũt filii Israel malũ in cõspectu dñi. Art. XI.

IVXTA ordinem rei gestæ nunc recitat quarta Israelitarum oppressio
generalis. ⌞Fecerunt autem filii Israel malum in conspectu domini.⌟
Pro. 24 Quotidie omnes peccamus atq; in dei præsentia facimus mala, cum &
iustus septies cadat, sed dum filii Israel dicunt malum fecisse, & ob hoc
hostibus traditi, intelligendũ est præsertim de maximo illo malo, vide-
licet idololatria ac multis criminibus ei annexis. ⌞Qui tradidit eos
in manus Madian⌟.i. Madianitarum qui nati fuerunt ex filio Abrahæ ac
Gene. 25 Cethuræ, nomine Madian, vt patet in Genesi, ⌞septem annis & op-
pressi sunt valde ab eis, feceruntq; sibi antra & spelũcas in montibus⌟
vt ibi laterent, ne occiderent aut caperent, hoc impotentiores & timi-
diores fecerunt. Audaciores vero & fortiores fecerunt quod subdit: ⌞& munitissima ad repugnã
dum loca⌟.i. fortalitia, ex qbus repugnarent, si obsiderent. ⌞Cumq; seuisset Israel,⌟ id est, agros
seminasset, ⌞ascendebat Madian & Amelech⌟.i. Amelechitæ, ⌞cæteriq; orientalium nationum
& apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant.⌟ Siquidem tempore veris,
& deinceps, terræ nascentia consumebant, & iumenta filiorum Israel diripiebant siue mactabant,
⌞vsq; ad introitũ Gazæ, nihilq; oino ad vitã pertinens relinquebãt in Israel, nõ oues, non boues,
non asi-

A non asinos. Ipse em̃ & vniuersi greges eorũ veniebant cũ tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa cõplebant innumera multitudo hominũ & camelorũ quicquid tetigerant deuastantes. Humiliatusq; est Israel valde in cõspectu Madian. Et clamauit populus Israel ad dñm,] nõ tamẽ synceriter neq; oẽs, vt ex sequẽtibus innotescit, qui misit ad eos virũ prophetam, postulans auxiliũ contra Madianitas,] quẽ Hebræi dicunt fuisse Phinees, nõ φ adhuc viueret à tẽpore Iosue, immo & Moysi, sed φ in alio apparuerit corpore. Et tem̃ asserunt angelũ eũ fuisse, qđ totum est falsum, L & loquutus est. Hæc dicit dñs deus Israel: Ego vos feci cõscendere de Aegypto, & eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de manu Aegyptiorũ & omnium inimicorũ qui affligebant vos, &c. & tradidi vobis terram eorũ & dixi: Ego dñs deus vester, ne timeatis deos Amorrhæorum.] Itaq; deus p virum illũ exprobrauit ingratis illis bñficia sua, L Venit aũt angelus domini,] Glossa & scholastica historia, multiq; alij dicunt, angelũ istũ fuisse virum q iam ante fertur missus à deo ad populũ increpandũ. Angeli etenim in scripturis sæpe viri vocant, pſertim qa apparent in forma virili. Sed huic dicto obijciunt alij, φ vir iste vocat propheta. Angeli vero nõ cõsueuerũt in scripturis prophetæ vocari. Deniq; scriptura ista loquit de angelo isto & de illo, tanq̃ de distinctis personis. Veruntamen Augustinus hic ait, Cur non exprimat nomen huius pphetæ, occulta est causa, sed quia post verba prophetæ statim subiungitur, Et venit angelus, non absurde intelligit angelus iste nomine viri significatus. Nomine em̃ virorũ sæpe dicunt angeli, sed angelos prophetas dici non occurrit, quãuis em̃ qui propheta est, occurrat angelũ appellari, Sed B si angelorũ dicta prophetica nota fiunt his quibus futura pnuntiant, cur nõ potest dici angelus & propheta. Hæc Augustinus. Attamẽ potius reor, φ vir ille propheta, fuerit verus homo. Venit ergo angelus L & sedit sub quercu,] apparuit em̃ in forma humana, L q̃ erat in Ephra] .i. vrbe sic dicta, vel in agro vicino, L & ptinebat] quercus illa & ager ac lapis sup quẽ angelus sedit L ad Ioas patrẽ familiæ Ezri] .i. honorabiliorẽ in illa familia, ita φ dicit pater eius non gñatione, sed potentatu & honorabilitate. L Cũq; Gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumẽta in torculari] p suos ministros, nã multos habuit seruos. Ideo aũt excussit blada, qa fugere intendebat. Et frumẽta secũ in aliquo loco munito reponere pro necessario victu in longũ. Excussit aũt L in torculari, vt fugeret Madian.] Sed quare nõ magis in horreo? Forte qa secretius fiebat in torculari. Circa hoc Iosephus ait, Hoc fuit maxime propitiatiõis diuinæ indiciũ, quod vtebat torculari pro area, qa futurũ erat p eũ vt areæ implerent ac torcularia. L Apparuit ei angelus dñi, eum salutãs, & ait: Dñs tecũ virorũ fortissime.] Ecce q̃ solennis salutatio, imo & laus. Nec recolo aliquẽ in veteri test. tã solenniter desup salutatũ, Sed quõ fuit virorũ fortissimus, q fugere disponebat? Dicunt quidã, φ taliter salutabat ac laudabat propter gesta eius futura. Attamẽ dici potest, φ sic cæteri iudices erãt viri in virtute pclari qñ mittebant ad pplm liberandũ, ita & Gedeon. Et φ fugere voluit, prudẽtiæ fuit, nõ vitij, qa conspexit se nõ posse viribus suis resistere hostib', nec fuit ad idololatriã lapsus, sed & corporali fortitudine ppollebat. L Dixitq; ei Gedeon: Obsecro dñe mi.] Gedeon angelum nominat dñm, q̃uis nondũ cognouerit φ angelus esset, qa in specie honorabilis atq; authentici viri angelus apparuit sibi. L Si dñs nobiscũ est.] Angelus dixerat, dominus tecũ, nõ aũt, dñs vobiscũ, Gedeon vero sic repetit, imo & replicat, Si dñs nobiscũ est. Erat C quippe Gedeon vir humilis, ideo sibi videbat, φ si dñs esset secũ, esset q̃q; cũ alijs Israelitis q̃s reputauit se meliores. Itaq; quasi cõtra verba illa arguens, dicit: Si dñs nobiscũ est, L cur ergo apprehenderunt nos oĩa ista] .i. tot & tãta aduersa, quasi dicat, nõ apparet φ dñs sit nobiscum. L Vbi sunt mirabilia eius, q̃ narrauerunt patres nři atq; dixerũt: De Aegypto eduxit nos dñs. Nũc autẽ dereliquit nos dñs & tradidit in manu Madian,] tanq̃ dicat, in tantũ reliquit nos modo, ac si nõ fecisset tot & tanta mirabilia pro liberatione patrum nostrorũ. Vel vbi sunt mirabilia eius, q̃si dicat, vtinã & modo ageret talia pro nostra ereptione. L Respexitq; ad eum dñs] .i. angelus in dei psona apparens ac loquẽs ad eũ quasi cõpariens ei & approbãs eũ. Deus q̃q; respexit eum suæ intuitu pietatis & interiora eius cõfortauit p grãm, L & ait: Vade in hac fortitudine tua] .i. in hac fide & grã tibi cõcessa. L Et liberabis Israel de manu Madian, Scito φ miserim te,] & de hac visione & pnuntiatione nõ ambigas. L Qui ait: Obsecro mi dñe, in quo] .i. qua virtute atq; manerie L liberabo Israel] de Madianitis me potẽtioribus? Deinde suã inidoneitatẽ probat, adijciendo. L Ecce familia mea infima est in Manasse] .i. in tribu Manasse, familia de qua sum, est valde parua & vna de minimis. L Et ego minimus] .i. valde modicus sum L in domo patris mei.] Ex humilitate hæc dicit, ad excellẽtiores se cõparans. Quẽadmodũ Saul adhuc bonus, cũ audisset quædã verba à Samuele, Respondit: Nunqd nõ filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter oẽs familias de tribu Beniamin, vt legit primo lib. Reg. Quemadmodũ aũt super Iosue dictum est, Tribus Israel diuidebant in familias, familiæ in domos, domus in capita virorũ. L Dixitq; ei dñs: Ego ero tecũ] per opẽ & assistentiã gratiosam. L Et percuties Madian quasi vnũ virũ] .i. faciliter me auxiliante pualebis, quasi vnũ duntaxat hominẽ impugnares. Deniq; ex his verbis Gedeon cœpit pẽsare, φ angelus esset q sibi colloquebat, præsertim ex tam magnifica promissione. Veruntamẽ nondum fuit certus de hoc, nec volebat incauta facili-

Augu. lib. Iudi q. 31.

Iose. lib. 6 ant. ca. 10

1. Regũ. 9.

tate credere apparitioni, vnde subiungitur, ⌊ & ille. Si inueni inq̃t gratiam corã te, da mihi signũ D
ꝙ tu sis q̃ loquaris ad me ⌋ .i. ꝙ tu vere sis missus à deo seu angelus sanctus quasi iã implẽs, quod
1 Iohan. 3 docet Iohãnes apostolus: Nolite omni spũi credere, sed probate spũs an ex deo sint. Hinc loquit
Origenes, Gedeon vir eruditus habẽs exemplũ Iosue ꝓcessoris sui, cautius agit, Sciebat enĩ ange
2 Cor. 11 los tenebrarũ posse transfigurare se in angelos lucis, ideo examinat spiritũ si à deo sit. Quẽadmo
dũ Iosue cũ principẽ militiæ cœlestis vidisset, inquirit: Noster es, an aduersariorũ. Hinc Gedeon
Iosue 5 discutit angelicã visionẽ diuersitate & admiratione signorũ. ⌊ Nec recedas hinc, donec reuertar
ad te portans sacrificiũ & offerẽs tibi, ⌋ non tanq̃ deo, cui soli sacrificiũ immolat, sed offerens ti-
bi .i. corã te, illud ꝓsentans, quatenus tu offeras illud deo, & per aliquod signũ in ista sacrificatiõe
Aug. li. Iu fiendũ intelligere queam certiue. ⌊ Quod tu sis missus ⌋ à deo seu angelus eius. Hinc Augustinus
dicu. q̃st. 37 intelligendũ est non eũ angelo, sed per angelũ sacrificiũ obtulisse. ⌊ Qui respondit: Ego ꝓstola-
bor aduentũ tuũ. Ingressus est itaq; Gedeon & coxit hœdũ & de farinæ modio azymos panes ⌋
non fermẽtatos, nã panes deo offerendi azymi erant, secundũ legẽ, ⌊ carnesq; ponẽs in canistro
& ius carniũ mittens in ollã, tulit omnia sub quercũ & obtulit ei, ⌋ videlicet angelo, iuxta sensum
1. q̃st. 1. ca. nũc introductũ, non quasi sacrificãs creaturæ. ⌊ Cui dixit angelus dñi: Tolle carnes ⌋ hœdi ⌊ &
cũ scriptu azymos panes & pone supra petrã illã, & ius desup funde. Cũq; fecisset ita, extendit angelus sum
mitatẽ virgæ quã tenebat in manu, ⌋ in signũ authoritatis diuinæ sibi cõmissæ. ⌊ Et tetigit carnes
& azymos panes, ⌋ quasi sacrificans ea deo. ⌊ Ascenditq; ignis de petra. ⌋ Quẽ ignem angelus
supernaturaliter fecit de petra exire. Vel naturali virtute hoc egit, cũ & nos excutiamus ignem
saxo & calibe. Et p hoc angelus se ostẽdit nõ hoĩem esse, qa si homo fuisset, ligna & ignẽ sacrifi-
cio supposuisset. ⌊ Et carnes, azymosq; panes cõsumpsit. ⌋ Sicq; sacrificiũ illud factũ est holo-
caustũ. Circa quærit Glossa, Q̃uo Gedeon ausus est sacrificiũ offerri alibi q̃ in tabernaculo dñi: E
Et rñdet, ꝙ Gedeon primo putauit illũ esse prophetã & de sacrificio offerẽdo consuluit ipm &
eius responsionẽ sequutus est. ⌊ Angelus aũt dñi euanuit ex oculis eius, ⌋ corpus assumptũ subito
deponẽdo, vel illud inuisibile alijs faciendo, aut etiã euolando. ⌊ Vidensq; Gedeon ꝙ angelus
dñi esset, ⌋ q̃d ex tot & tantis mirabilibus satis aduertit. ⌊ Dixit: Heu mi dñe deus, qa vidi angelũ
dñi facie ad faciẽ ⌋ .i. clare ad oculũ. Cur viso angelo nõ potius est gauisus q̃ ita perterritus: Res-
pondet, qa vt ex verbis q̃ sequunt elicit, Formidauit se protinus moriturũ, quia ad Moysen dix-
erat dñs: Nõ videbit me homo & viuet. Et angelus iste in dei ꝑsona erat loquutus. Vnde & Ma
Exo. 33 nue viso angelo est loquutus: Morte moriemur, qa vidimus dñm. ⌊ Dixitq; ei dñs: ⌋ An idẽ an-
gelus statim apparuerit ei rursus ad oculũ, & ista loquutus sit ei. An p interiorẽ alloquutionẽ di-
Iudic. 13 xerit ei hæc, potest esse ambiguũ, sed potius arbitror ꝙ p angelũ. ⌊ Pax tecũ, ne timeas ⌋ inordina
te, ⌊ nõ morieris ⌋ nũc vt formidas. ⌊ Aedificauit ergo Gedeon altare dño ⌋ ex deuotione. In-
fra tñ habet qua authoritate hoc fecit. Vnde & istud nunc dicit p anticipationẽ. ⌊ Vocauitq; il-
lud, dñi pax, ⌋ quia angelus dixit ad eũ, Pax tecũ. Et ibi ꝓnuntiauit ei liberationẽ filiorũ Israel de
Madianitis. Hebræis aũt consuetudo fuit imponere noĩa rebus ab euentu seu aliqua proprieta-
te vel actione &c. ⌊ Cumq; adhuc esset in Ephra, q̃ est familia Ezri ⌋ .i. in loco seu oppido illo ad
illã familiã ptinẽte, ⌊ nocte illa dixit dñs ad eũ ⌋ per angelũ, siue in somno siue in vigilia. ⌊ Tolle
taurũ patris tui ⌋ .i. taurũ quẽ pater tuus Ioas intendit idolo Baal sacrificare, amoue & occide, ne
idolo immolet. Et aliũ taurũ annorũ septẽ ⌋ etiã tolle. Illũ aliũ taurũ ciues vrbis illius impinguarũt
De eo hi. vt sacrificaret Baal, vt in Scholast. fert historia, ideo dñs iussit vt taurũ inde auferret. ⌊ Destruesq;
li. Iu. ca. 8 aram Baal, q̃ est patris tui, ⌋ quo cõstat, ꝙ pater Gedeonis fuit ad idololatriã lapsus. ⌊ Et nemus, F
q̃d circa arã est ⌋ .s. arbores ibi cõsitas ⌊ succide ⌋ in contemptũ idololatriæ, & zelo cultus diuini
atq; in signũ ꝙ per te idololatria destruet in pplo Israel. ⌊ Et ædificabis altare dño deo tuo in sum
mitate petræ huius ⌋ .i. magni saxi, ⌊ sup quã ante sacrificiũ posuisti. ⌋ Ex cõcessione enĩ, appa-
ritione & sacrificatione angeli ibi factis, consecratus fuit locus ille vt in eo cõstrueret altare. ⌊ Tol
lesq; taurũ secundũ, ⌋ puta taurũ illũ septennẽ, ⌊ & offeres ⌋ deo ⌊ holocaustũ sup struem ⌋ .i. cõ-
positionẽ, materiamq; ⌊ lignorũ, quæ de nemore ⌋ quod est circa aram Baal ⌊ succideris, ⌋ vt sic
in dei obsequiũ conuertant, quæ erãt idololatriæ deputata, ad ampliorẽ idolorũ & idololatrarũ
cõfusionem. ¶ Deinde in textu describit q̃aliter Gedeon exequutus est ista, Et plana est litera.
Porro, altare extra tabernaculũ dei cõstruere & in illo sacrificare, nõ licuit nisi ex dispẽsatione di-
uina. Nec Gedeoni aliter licuisset sacrificare, qa nõ erat Leuita, si tñ p se & nõ potius p manus sa
cerdotis sacrificauit. ⌊ Cũq; surrexissent viri oppidi eius mane, viderũt destructã aram Bahal, lu-
cũq; succisum & taurũ alterũ impositũ sup altare q̃d tunc ædificatũ erat. Dixeruntq; ad inuicem:
Quis hoc fecit: Cũq; perquirerẽt authorẽ facti, dictũ est. Gedeon filius Ioas fecit hæc oĩa. Et di-
xerũt ⌋ viri ciuitatis illius ⌊ ad Ioas: Produc filiũ tuũ huc vt moriat ⌋ .i. Gedeonẽ da nobis ad oc-
cidendũ, ⌊ qa destruxit arã Bahal & succidit nemus. ⌋ Itaq; cõstat ꝙ nondũ oẽs filij Israel de sua
idololatria recesserũt, nec omnes clamauerũt ad dñm ex vera cõtritione. ⌊ Quibus ille ⌋ .s. Ioas
⌊ rñdit: Nunq̃d vltores estis Baal vt pugnetis pro eo, ⌋ q̃si dicat, si Baal est deus, ꝑt ꝑsonalr suã vl
cisci iniuriã. ⌊ Qui aduersarius eius est, moriat anteq̃ lux crastina veniat. ⌊ Si deus est, vindicet se.

A de eo q suffodit arã eius.i.hodie occidat ab ipso Baal,nõ à vobis. Hinc patet q Ioas nõ tãtum erat cultui Baal deditus,q propter cõtemptũ Baal voluerit suũ filiũ trucidari,& forte iã aliqualiter nouerat ex Gedeonis relatu qualiter ex diuina cõmissione talia fecit,cũ probabile sit q super hoc interrogauerit Ioas suũ filiũ Gedeonẽ. Ex illo die vocatus ẽ Gedeon Ierobaal.i.fortitudo Baal,q̃si fortis cõtra Baal,q nõ vindicauit se de Gedeone,eo q Ioas pater Gedeonis dixisset:Si Baal deus est,vindicet se,&c. Spũs aũt dñi induit Gedeon.i.grã spũs sancti implectus ẽ ad prosequendũ ea q̃ sibi erãt desup iussa,ita q spũs dñi,spũs sanctus,seu dei volũtas induit Gedeonẽ,assumẽdo eũ quasi instrumẽtũ atq; ministrũ,vt prosequeret p eũ rigorẽ suæ iustitiæ in aduersarios Israelis,& suæ pietatis effectũ in ipso Israelitico pplo. Qui clangẽs buccina, cõuocauit domũ Abiezer.i.progeniẽ viri sic dicti,de qua domo fuit & Gedeon, ideo tanq cognatos vocauit eos In primis, vt sequerẽt se. Misitq nũtios in vniuersum Manassen.i.ad tribum Manasse, q & ipse sequutus est eũ & alios nũtios in Azer,& Zabulon & Nephthalim q occurrerunt ei ad auxiliandũ. Insinuauerat em̃ illis q̃ manifestata & cõmissa sibi erãt à dño. Dixitq Gedeon ad dñm, ipm orãdo. Si saluũ facies p manũ meã Israel,sicut loquutus es,ponã vellus hoc lane.i.laneũ vellus in area.i.horreo. Si ros in solo vellere fuerit.i.vellus dũtaxat sue rit rore cõplutũ seu madefactũ hac nocte. Et in omni terra siccitas.i.p totã areæ terrã circũposita siccitas mãserit. Sciam p hoc signũ q p manũ meã,sicut loquutus es,liberabis Israel. Et factũ est ita. Et de nocte cõsurgens.i.valde mane,qa solicitus fuit in isto negotio, expresso vellere cõcham rore impleuit. Qui in signũ veritatis ac signi & pro declaratiõe diuinæ pietatis ac oĩpotentiæ,eius rorẽ ex vellere extorsit,& currere fecit in vasculũ. Dixitq rursus ad dñm:Ne

B irascat furor tuus.i.rigor tuæ iustitiæ cõtra me. Si adhuc semel tentauero.i.experiri q̃siero veritatẽ tuæ pmissionis, q̃rens signũ In vellere. aliud à pdicto,& q̃si contrariũ illi signo. Oro vt solũ vellus siccũ sit.i.hac nocte in area maneat siccũ, & oĩs terra rore madẽs.i.totũ spaciũ areæ humectet rore. Fecitq dñs nocte illa vt postulauerat,& fuit siccitas in solo vellere,& ros in omni terra. In q̃ patet benignitas & dignatio ac cõdescẽdẽtia dei. ¶ Circa hoc quærit,an Gedeon peccauit,hæc signa q̃rendo: Videt q immo,qa dubitasse videt de veritate pmissionis diuinæ & pro maiori certificatiõe signa petisse,vt patet ex suo mõ loquẽdi. Nã ait,si saluũ facies,&c. Et rursus,si hoc feceris,sciã. Ad istud Origenes rñdet in homil. & idẽ habet in Glossa,q nõ peccauit in isto,q̃d exitus rei pbauit,nã exauditus fuit à dño. Nec exaudisset eũ dñs in his signis,si ea cõtra mandatũ legis petisset. Isidorus q̃q testat,q nõ quasi incredulus postulauit hæc signa,sed propter mysteria q̃ sciuit futura,hoc est,ex Instinctu spũs sancti,ad pfigurandũ quędã mysteria,de q̃bus in sequẽti erit articulo sermo. Hinc alij dicũt,q petijt signa nõ ex diffidẽtia, sed ex familiaritate diuina & desiderio diuini honoris,quatenus. deus in signis illis magis glorificaret. Veruntamẽ S. Thomas in secũda secũdæ,q̃st.97.ait:Gedeon ex debilitate fidei signũ petisse videt, vnde nec excusat sic,nec Zacharias pater beatissimi Iohã. Bap. Et istud videt magis cõsonũ superficiei literæ huius. Vnde pro cõcordãtia aliquantula dici posset,q in hac petitione nõ mortalr,sed venialiter fuit culpabilis,nec ex incredulitate,sed fidei aliquali debilitate petiuit hæc signa, qa fortassis aliqualiter verebat,ne propter pctã populi Israel,quẽ sciuit adhuc pro magna parte esse idololatrã,diuina promissio non sortiret effectũ. Gedeon quoq videt timuisse,ne offenderet deum,signũ secundũ petendo propter quod dixit:Ne irascat furor tuus,&c.

Origenes

Isidorus

Luce.

C

¶De spirituali eiusdem cap. VI. intellectu. Arti. XII.

Quemadmodũ Origenes testat:Quiescit terra dũ quiescit pctm̃.i.habitatores terræ ab infestationibus & impugnatiõibus cõquiescũt,dũ cessant peccare. Moueri aũt dr terra.i.habitãtes in ea,qñ aĩas hoim mouere cœperint ac pturbare pctã. Veruntñ istud intelligẽdũ est de ea hoim tribulatiõe,psecutiõe & pœna,q eis ppter eoꝝ demerita infligit & cõtingit. Sunt aũt & aliæ causæ diuersæ,propter q̃s etiã iusti interdũ in vita hac affligunt,vt.exerceant & alijs in exemplũ proponant virtutũ,& gloriosius coronent, nũcq pbatiores fiant & crescãt in omni virtute ac grã. Sic etem̃ passi sunt martyres sancti & Chri ecclesia à Roma. imperatoribus,alijsq tyrãnis gñales & acerbissimas psequutiões frequẽter ppessa est. De niq electi i hac vita pro suis pctis affligi,sicq purgari cõsueuerũt. Reprobi vero etiã in pessimis actibus multoties prosperant,nec sup eos cst virga dei. Insup sicut filij Israel pro suis excessibus in manus Madianitaꝝ, Amelechitaꝝ & aliaꝝ orientaliũ nationũ sunt traditi & vehemẽter ab illis afflicti:sic Chrifideles q sunt Israel dei,pro suis culpis interdũ ab inuisibilib' hostib' impugnari ac superari sinunt. Et q̃ amplius deũ offendũt,eo maiorẽ sup eos potestatẽ accipiunt hostes nequissimi,ita q eos vincũt facilius atq ad plura ac enormiora trahũt pctã. Specialr q̃q p oriẽtales istos psequutores intelligunt hæretici,q Chri noie gloriant,& catholicos q̃si pfidos psequunt. Præterea sicut pfati filioꝝ Israel inimici terrã promissionis ingrediebant,dũ Israelitæ seminauerunt & terra fructificare incœpit,tũc q oĩa terræ nascẽtia vorauerũt,nec aliqd ad vitã ptinens in Israel relinquebãt:sic atrocissimi ac callidiss. nostraꝝ aduersarij animaꝝ,tũc potissimũ nos impugnant dũ viderint nos p verã cõtritionẽ seu religionis ingressum cõuerti ad dñm,& fructũ pro

Origenes

Iob 1a

ferre virtutū,terrāq; corporis nostri vomere scindere disciplinæ,vt spūi fiat subiecta, & semen D
suscipiat vitæ,q̄d fit dū de cætero nō exhibemus mēbra nr̄a,arma iniquitatis pc̄tō,sed arma iusti
tiæ deo. Tunc itaq; summe conant bona inchoata à fructuoso processu & felici cōsummatiōe to
taliter impedire.Veruntā p transgressores illos Iudæos,quoꝝ fructū aduersarij cōsumpserunt,
Galat. 6 / Ephes. 4 proprie designant Christiani indigni,q(iuxta apl̄m)semināt in carne,& ideo de carne metunt
corruptionē,quoꝝ fructus & opa à dæmonibus possident. Qui aūt metunt in spū,nō vincuntur
ab illis,nisi p propriā negligentiā cœperint locū dare diabolo. Porro sicut filij Israel fecerūt sibi
antra & speluncas in montibus,munitissima q̄q; loca ad repugnandū,ita & nos spiritalr faciam⁹.
Montes quippe sunt sancti,& Chr̄s ipse est mons montiū,m q̄ antra,in qbus salubertime abscō
damur,telaq; hostiū euadamus,sunt sacratissima vulnera eius. Rursus,speluncę istæ & antra sunt
corda sanctoꝝ & occultæ ac piæ affectiones eoꝝ ad nos,p quas & in quibus nos recipere ac pro-
tegere sunt parati,dūmodo tota mēte humiliter cōfugiamus ad eos,& eoꝝ virtutes vtcunq; se-
ctari nitamur. Munitissima demū ad repugnandū loca sunt sanctæ virtutes,fides,timor,humili-
tas,sed & exempla sanctoꝝ ac religiosa cœnobia & cōgregationes deuotæ,sacramētaq; Chri,
& in primis cōtritio,cōfessio & satisfactio pseuerans,cōsideratio dn̄icæ passionis intēta,medita-
tio nouissimoꝝ. Ad hæc igit & cōsimilia loca,remedia,cōfugia,in omni tentatione,tribulatione
& aduersitate mox cōfugiamus. Amplius,Gedeon in aliqbus verbis & actibus suis figura ē Chri
Quēadmodū eñ Gedeon in torculari excussit & purgauit frumēta,sic Chr̄s in primo suo aduē-
tu inter reprobos & electos discreuit,q̄s vita & merito ab inuicē separauit,sicut palea separat à
tritico. Vnde & quosdā ex synagoga in apl̄os ac discipulos sibi assumpsit,p q̄s & alia multa Iudæ E
orū millia post suā resurrectionē & ascēsionē,misso spū sancto cōuertit. In secūdo vero suo aduē
tu pmundabit plenarie areā suā,cōgregabitq; triticū in horreū cœlestis palatij,paleas vero incē-
Matth. 3 det inextinguibili igne. Insup sicut Gedeon fugere voluit Madianitas,sic Chr̄s in sua infantia in
Iohan. 11 Aegyptū à facie Herodis trāslatus est,& tpe passionis appropinquāte à facie obstinatoꝝ Iudæo
rū diuertit,quēadmodū Euāgelista testat,dicēdo: Iesus ergo iā nō i palā ambulabat apud Iudæos
&c. Sed & salutatio Gedeoni ab angelo facta,qua dictū est: Dn̄s tecū viroꝝ fortissime,competit
excellētissime Chr̄o,q(vt princeps aplo̅ꝝ fatet)erat vir potēs in ope & sermone,de q̄ propheta
Psal. 44 pdixit: Accingere gladio tuo sup fœmur tuū potētissime. At vero sic Gedeoni Israelē liberaturo
& suā insufficientiā humilr cōfitēti,apparuit angelus eū cōfortās,cōsolans,assistētiāq; promittēs
atq; triūphū,sic Chr̄o sua sacratissima passione mundū redēpturo & sponte pauēti ac humanę na
turæ assumptæ naturalē infirmitatē monstrāti,angelus de cœlo apparuit,cōsolatoria verba ptu
lit & suæ passionis ineffabilē & incōparabilē fructū cōmemorauit. Sacrificiū q̄q; Gedeonis q car
nes & azymos obtulit panes,nōne sacrificiū Chri pfigurasse videt,eo φ Chr̄s in specie panis,no
Ephe. 5 uæ & euāgelicæ legis instituit sacramētū,& paulo post propriā carnē obtulit dr̄o patri in ara cru
cis oblationē & hostiā & odorē suauitatis. Sic q; lapis sup quē posuit suū sacrificiū Gedeon,typus
est crucis,& ignis de lapide illo egrediēs,sacrificiūq; cōsumens,pfigurant ardētissimā Chri cha-
ritatē,ex qua seipm pro humani gn̄is immolauit salute. Adhuc aūt sicut Gedeon deo iubēte ædi-
ficauit altare in summitate petræ,q̄d etiā saluatoris crucē pfigurauit,sic dn̄s noster vnigenitus pa
tris vnū & veꝝ templū æterno patri cōstruxit sup petrā,sic fatet: Sup hāc petrā ædificabo eccle
Matt. 16 siam meā. Rursus p hoc φ Gedeon arā Baal est demolitus,& tauꝝ idololatriæ cōsignatū extin- F
xit,qd psignatū censet,nisi φ Chr̄s p vniuersum orbē idololatriā dissipauit,vniuersisq; gētium
dijs potētior est inuentus. Iteꝝ p hoc φ spūs dn̄i induit Gedeonē,typice pmonstrabat,φ Chri-
Esa. 11 stū hominē spūs sanctus vndiq; pueniret,impleret,dirigeret,prout cecinit Esaias: Requiescet sup
Iohā. 3 eū spūs dn̄i. Vnde & in Euāgelio legit: Non ad mensurā dat deus spm̄ homini,vtpote Christo.
Denuo sicut Gedeon spū dei indutus,præuentus & motus conuocauit ad se clangore buccinæ at
q; per nuntios domum Abirzer,de qua extitit oriundus,Et alias quasdam Israel tribus,vt sibi ad
auxiliandum assisterēt,sic Christus sua eloquētissima ac sonorissima pdicatione ad suā imitatio-
nem ac discipulatū vocauit quosdam suæ cognationis ac tribus,puta Iacobum & Iohannem,sed
& alium Iacobū,eiusq; fratres,& ex alijs tribubus quosdā,immo & millia multa. Præterea de my
stica velleris Gedeonis significatione loquit Origenes,Quidā ex pcessoribus nostris per vellus
Origenes intellexit Israeliticam plebē,per terram reliquā,cæteras gentes,p rorē vero verbū & grām dei.
Primo etenī tēpore legis scriptæ,sermo & gratia dr̄i solis Israeliticis cōcessæ sunt,cæteris nationi
bus in sua siccitate & sterilitate relictis,sed post Chri aduentū ordo iste est variatus,qm̄ Israelitis
bona illa iuste subtracta sunt,& gentibus copiosissime superinfusa,quod secundū Gedeonis sig-
num euidenter ostēdit,quia in illo terra areæ rore est madefacta,& vellus inuentum est siccum.
Psal. 71 Huic expositioni applicat Origenes illud ex psalmo: Descendet sicut pluuia in vellus & sicut stil
licidia stillātia sup terrā,vbi p vellus intelligit pplm̄ synagogæ,quē Chr̄s primo pfudit rore grǣ
suæ,per terrā aūt gentilitatē,quā postmodū relictis Iudæis copiosissime omni supno charismia-
te adimpleuit. Denique p vellus Gedeonis potest intelligi pplus religionis,per aream seculares,&
sæpe contingit φ secularibus donis grǣ destitutis claustrales eiusdē abundent. Interdum quoq;
contingit

A contingit oppositū. Iterū per hoc vellus intelligit gloriosissima virgo Maria, p aream cæterarū
vniuersitas fœminarū. Itaq; virgo deifera primo p̄ cæteris impleta ē omni rore diuinorū charis-
matū, in tantū q̄ materna fœcūditas, virginalisq; puritas cōuenerūt in ea, à qua prærogatiua cæteræ
oēs fœminæ siccæ fuerūt, qbus vel materna fœcūditate, aut alijs donis gratiose pfusis, pstantissi-
ma virgo ab omni virilis seminis cōtagione, omniq; cōcupiscentiarū humore mansit siccissima.
¶ Tropologice ex isto cap. multipliciter edocemur. Primo, ne vana aut impia societate fallamur
sed sicut Gedeon in dei mãsit obsequio, cū fratrib' domesticis & cognatis suis ad idolohatriā cor-
ruentibus: ita in dei timore, cultu & via iustitiæ psistamus, quātūlibet nobis ppinqui, vicini, con
domestici, sociales aut familiares intimorate, carnalr & inique se habeāt, nosq; ad mala ptrahe-
re enitant, imò peccātibus humilr cōdoleamus & oremus pillis. Deinde ad humilitatē exemplo
Gedeonis instruimur, nēpe vir ille ab angelo tā inaudite salutatus, tāq; magnifice cōmēdatus, iu-
dex q̊q; ac liberator sui populi designatus, nequaq̄ se extulit, sed humiliauit se valde, inefficaciam
suā ppendēs, dicēsq;, Ecce familia mea infima ē in Manasse, & ego minimus in domo pris mei.
Oīs ergo abijciat ambitio, & propriā defectuositatē ac vitiositatē iugiter aspiciat vnusqsq;, sed
& in summitate petræ. i. fidei firmitate ac certitudine ædificemus deo altare. i. sanctæ charitatis
affectionē sursum tendentē, in q̄ deo oīa offeramus, nec aliter cōfidamus nos posse aduersarios
nīæ salutis deijcere. Nisi vellus aīæ nīæ. i. cor nostrū impleat rore cœlesti, hoc ē, magna & multa
virtute ac gr̄a spūs sancti, sed & p cōi bono ac profectu ecclesiæ, societatisq; ppriæ vnusquisq;
sit semper solicitus laborans & orans.

B ¶ EXPLANATIO LITERALIS CAP. VII. Igit Ierobaal,
qui & Gedeon, de nocte cōsurgens, &c. Arti. XIII.

EXequutio belli nūc recitat. Igit Ierobaal, q & Gedeon, alio noīe ap
pellat, de nocte cōsurgēs, vt cōgressus ei' magis lateret aduersarios
suos, & oīs pplus eius cū eo, videlicet triginta duo millia, venit ad
fontē, q vocat Arad. Erāt aūt castra Madian in valle ad septētrionalē
plagā collis excelsi. Dixitq; dn̄s p angelū ad Gedeon: Multus tecū
est pplus, q a tot millia, nec tradet Madian cū adiutorib' suis in
manus eius, ne gloriet contra me Israel & dicat: Meis viribus liberatus
sum. Voluit itaq; dn̄s talē cōferre victoriā q̄ nō poterat aliqua pba-
bilitate alteri ascribi q̄ sibi. Loquere ad ppl̄m & cūctis audiētibus p̄-
dica, Qui formidolosus est corde & timidus in exteriori apparatu
& signo reuertat, ne & ipse ingruente bello deficiat aut fugiat & suo exēplo alios faciat trepi-
dare. Recesserūtq; de monte Galaad & reuersa sunt ex ppl'o viginti & duo millia virorū, q se
timere senserūt, nec cōtra legis p̄ceptū audebāt ire ad p̄liū, & forte libēter exonerati fuerūt ab il-
lo cōgressu, q humano iudicio, exteriorique apparētia videbat valde periculosus, nā & pplus ille,
q̄uis multus fuisse dicat, tn̄ respectu aduersariorū extitit paucus, vt infra patebit. Reuersi sunt ita-
q; de monte Galaad, q fuit alter à monte Galaad trans Iordanē, in q̄ Laban apphēdit Iacob pa-
triarchā, prout in Genesi legit. Ad bellatores aūt specialr ptinet virtus cardinalis, q̄ fortitudo vo- Gene. 31
cat, vt ardua viriliter aggrediant, & dura æquanimiter tollerēt, immo pro iusta causa parati sint
C mori, Ideo formidolosi & timidi sunt, in qbus timor carnalis seu naturalis siue mūdanus nō est p
virtutē hāc refrenatus ac moderatus. Hinc Adamātius Origenes: Formidolosus (inqt) est q qua- Origenes
si adolescēte vitio anteq̄ videat mala, sola cogitatiōe p gelida mēbra voluēs ac monstrās formidi
nē, vt nō tā cōspectu q̄ auditu & expectatiōe periculorū soluat. Porro timidus est q primo aspe
ctu ad cōgressum trepidat, nō tn̄ toto corde terret, sed reparari & aīari denuo p̄t. Quēadmodum
aūt Gedeon iussit formidolosos reuerti, ita & alios, de qbus in Deute. deus p̄ceperat: Qui ædifica Deute. 20
uit (inquiēs) domū, & nō dedicauit eā, reuertat, similr q plantauit vineā & nōdū fecit eā cōmunē,
& q desponsauit vxorē & nō accepit eā. Deniq; sicut pugnatoribus vitādus est timor, ita auda-
cia, q a inter illa duo vitiosa extrema mediat fortitudo, magis tn̄ vitādus ē timor inmoderatus. Ve
runtamē moderatus timor vtilis est in bellis, qm̄ diligētiā parit & cauet pericula, nec fortitudini
cōtrariat. & tantū decē millia remāserūt. Dixitq; dn̄s ad Gedeon: Adhuc pplus multus est, tecū
est, q a adhuc decē millia secū māserūt. Duc eos ad aquas, forte ad fontē p̄fatū, & ibi pro
babo eos, & de q̄ dixero tibi vt tecū vadat, ipse pgat, quē ire phibuero, reuertat. i. p corporale in
ditiū tibi mōstrabo q ad p̄liū pgēt. Cūq; descēdisset ppl's ad aquas, dixit dn̄s ad Gedeon: Qui
manu & lingua lābuerint aquas. i. solo dorso curuato cū manu pijcerint aquā in os, sicut so-
lent canes lābere, nō q canes lābāt manu qua carēt, sed q canes aquā lingua arripiāt, sicut illi eā
manibus rapiebāt, Et itē qm̄ canes bibūt genu nō flexo, separabis eos seorsum, ita q stabūt si
mul separati ab alijs. Qui aūt curuatis genibus biberint, *stabūt in altera parte. Fuit itaq; nume
rus eorū q manu ad os proijciēte aquas lābuerāt. i. parce & cursim sumpserāt, tricēti viri. Oīs
aūt reliqua multitudo flexo poplite. i. genu biberat. Fuit āt potatio ista in meridiano calore, qm̄

maior est æstus & sitis, vt in Scholast. habet historia. ⌊Et ait dñs ad Gedeon: In trecentis viris⌋ D
.i. p adiutoriū hoꝝ trecentoꝝ viroꝝ, ⌊q lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradā in manu tua
Madian. Oīs aūt reliqua multitudo reuertat ad locū suum.⌋ Quærit, cur dñs illos elegit ad ꝑliū
q instar canū aquā sum pserunt genu nō flexo. Respondet, ꝙ illi erāt magis magnanimes ac for-
Iose.lib. 6 an.iu.ca.10 tiores, vt Iosephus tangit. Quod eñ noluerūt genua ad potandum curuare, sed stando potabant
paꝝ & festinanter, tanq̄ minus fatigati, minusq́ sitientes, & tanq̄ prompti ad procedendū, ma-
gnanimitatis ac fortitudinis fuit signū. Bibere vero genibus flexis, erat signū maioris fatigatiōis
ac sitis. Rursus quæritur, cur dñs similitudinem canū induxit. Ad hoc Glossa ex Augustino res-
Aug.li. Iu pondet, quia præ cæteris animalibus canes dicunt suis dominis amorem & fidelitatē seruare. Sūt
dic.qst. 37 quoq́ pugnaces, audaces, intimidi. ⌊Sumptis itaq́ pro numero cibarijs & tubis⌋ .i. tantū de ci-
bo ac tubis accipiens, q̄d trecentis viris sufficiebat, ⌊omnē reliquam multitudinem abire præce-
pit ad tabernacula sua, & ipse cum trecentis viris se certamini dedit⌋ .i. ad pugnandum processit
obediens deo in re tam inuisa & inopinata ⌊Castra aūt Madian erant subter in valle. Eadem no
cte dixit dñs ad eum: Surge & descende in castra⌋ .i. ad tentoria Madianitarum, ⌊quia tradidi
eos in manu tua. Sin autem solus ire formidas,⌋ secundū magistrum in historijs, cor Gedeonis
fuit dissolutum, ideo dominus rursus eum confortat alio modo, qui subditur. ⌊Descendat tecū
Iudic.ca. 6 Phara puer⌋ .i. minister ⌊tuus.⌋ Gedeon multos habebat ministros. Vnde præcedenti habet
capitulo, ꝙ assumpsit decē viros de seruis suis. Ideo Phara iste videt fuisse minister eius ꝑcipuus, E
audax & fortior cæteris. ⌊Et cū audieris quid loquant⌋ Madianitæ, ⌊tūc cōfortabuntur manus
tuæ⌋ .i. potentiæ tuæ operatiuæ, immo tu ipse, q a per partē intelligit totū, exprimūturq́ manus
q a sunt ꝑcipua organa operādi, ⌊& securior ad hostiū castra descendes. Descendit itaq́ in par-
tē castroꝝ, vbi erant armatoꝝ vigiliæ⌋ .i. custodes deputati ad vigilandū. ⌊Madian aūt & A-
malec & oēs orientales populi, fusi iacebant in valle vt locustaꝝ multitudo. Cameli aūt innume-
rabiles erant sicut arena q̄ in littore maris iacet. Cumq́ venisset Gedeon, narrauit aliquis somni-
um proximo suo, & in hunc modū referebat. Videbat mihi q̄si subcinericius panis ex ordeo⌋ .i.
ordeacius ⌊volui,⌋ hoc est moueri, ⌊& in castra Madian descendere. Cūq́ peruenisset ad taber
naculū⌋ .i. ad tentoria ⌊ꝑcussit illud, atq́ subuertit & terræ funditus coæquauit⌋ .i. existentes in
eis occidit. ⌊Respondit is cui loquebatur: Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis⌋ .i. nil aliud
ꝑ tuum somniū designat, nisi occisio Madianitis infligenda p Gedeonem. ⌊Tradidit eñ dñs in
manu eius Madian & omnia castra eius,⌋ secundū Iosephū, vir iste exponēs somniū, dixit: Vile
Iose.lib. 6 an.iu.ca.10 est ordeū inter grana, & populus Israel inter gentes videt abiectus. Atq́ in Israel vilis est familia
Gedeonis. Non est hoc aliud nisi gladius eius. Itaq́ ordeaceus panis, cū ex materia sua & forma
vilis, Gedeonē signauit, qui reputatione Madianitarum fuit nullius momenti & natione decli-
uis. ⌊Cumq́ audisset Gedeon somnium & interpretationem eius, adorauit⌋ dñm, gratias agēs
de tam gratiosa sui confortatione & assecuratione. Considerauit quippe ꝙ somnium illud & ex-
positio eius, non erant fortuita neq́ inania, sed diuinitus dispensata, q a per angelicam administra
tionē facta fuit ostensio illa somnialis p imaginarias formas in somno, quemadmodū serui Pha-
raonis somnia talia habuerunt in carcere. Ex angelica quoq́ illuminatione, reuelatione interna, F
alius ille intellexit somnij sensum. Huiusce modi etenim visiones & interpretationes spectant ad
dona gratiæ gratis datæ, propter quod bonis & malis communes sunt, interdū quoq́ malis ho-
minibus conceduntur propter bonos aut propter bonū cōmune. ⌊Et reuersus est ad castra Israel,
& ait⌋ trecentis viris: ⌊Surgite, tradidit eñ dominus in manus nostras castra Madian.⌋ Proba
bile quoq́ est ꝙ retulit eis somniū illud & expositionem eiusdem. ⌊Diuisitq́ trecentos viros in
tres partes,⌋ faciendo ex eis tres turmas ab inuicem congruenter distantes. ⌊Et dedit tubas ī ma
nibus eoꝝ⌋ .i. vnicuiq́ viro tubam vnam, ⌊lagenasq́ vacuas,⌋ potu seu aqua, non tamen peni
tus vacuas, cum subdatur, ⌊ac lāpades in medio lagenarum⌋ intelligendo per lampades faculas
ardentes quæ erant sic inclusæ lagenis, ꝙ non lucebant exterius, ne aduenientes ostenderent. Ha-
bebant autem tubas in dextera, lagenas cum lampadibus in sinistra. ⌊Et dixit ad eos: Quod me
facere videritis, hoc facite.⌋ Serui eñ & milites principē suum sequi & ei se conformare, obtem
perareq́ debent. ⌊Ingrediar partem castrorum, & quod fecero, sectamini. Quando personue-
rit tuba in manu mea, vos quoq́ per circuitum castrorum clangite, & conclamate dño & Gedeo
ni. Ingressusq́ est Gedeon & trecenti viri in partē castroꝝ, incipientibus vigilijs noctis mediæ⌋
q a tunc fortius dormierūt hostes, ꝑsertim quia nil suspicabant aduersi. Gedeon aūt & viri sui in-
troierunt per gyꝝ castroꝝ, per tria loca, secūdū ꝙ erant in tres cuneos separati. ⌊Et custodibꝰ⌋
al. clāgere Madianitaꝝ ⌊suscitatis⌋ ex Israelitaꝝ aduentu, ⌊cœperunt buccinis * canere & inter se lage-
nas cōplodere⌋ .i. repcutere. ⌊Cūq́ p gyꝝ castroꝝ in tribus psonarēt locis, & hydrias⌋ .i. lage
nas ⌊terreas cōfregissent,⌋ qbus cōfractis, lāpades refulgebāt, ⌊tenuerūt sinistris manibus lam-
pades, & dextris sonātes tubas, clamaueruntq́, gladius dñi⌋ dei Israel ⌊& Gedeonis,⌋ atq́ vt Io
Iose lib. 6 sephus addit, vacuas quoq́ pharetras secum tulerunt. ⌊Omnia itaq́ castra turbata sunt⌋ .i. vni
an.iu.ca.10 uersi Madianitæ cū suis repēte sunt excitati, cōfusi & territi, ⌊& vociferātes, vlulātesq́ fugerūt⌋
quia

A Quia apparuit eis q tres magni exercitus collisionem armorum facientes, irruerent sup eos. Ex buccinatiõe quoq; & hydriarum confractione & Israelitarum conclamatione horribilis sonitus causabat. Et tot facularum lumina & splendores incutiebãt terrorem. ⌊Immisitq; dñs gladiũ in oĩbus castris & mutua se cęde trũcabãt⌋ .i. sic cõfudit aduersarios, q se inuicẽ occidebãt, nec cognouerũt se inuicem. ⌊Conclamantes aũt viri Israel⌋ illi vz quos Gedeon fecit reuerti. ⌊Persecuti sunt Madian. Et dedit dñs victoriã pplo Israel in die illa. Misitq; Gedeon nuntios in oẽm montẽ Ephraim, dicens: Descẽdite in occursum Madian, & occupate aquas vsq; Bethbera atq; Iordanẽ &c.⌋ Et ita Ephratęi quoq; occurrerunt fugientibus Madianitis, nec pmiserunt eos transire Iordanem. ⌊Apphensosq; duos viros Madian⌋ .s. ⌊Oreb & Zeb⌋ q erant reges seu reguli Madianitarum ⌊interfecit pplus Ephraim. ⌊Oreb in petra Oreb & Zeb in torculari Zeb⌋ Petra illa & torcular illud sortita sunt ista agnomina ab euentu. Ex quo em̃ Ephratęi interfecerũt Oreb iuxta lapidem magnum, aut sup illum, vocatus est lapis ille petra Oreb, quæ petra alia est ab illa. De qua Moyses aquam pduxit. Differunt quoq; nomia duo hæc Oreb in modico apice seu lr̃is, forsan etiam interptatiõe. Torcular vero in quo occisus est Zeb, ab eo cognominatũ est torcular Zeb .i. torcular in quo occisus est Zeb. ⌊Et psecuti sunt⌋ Ephratæi ⌊Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trãs fluenta Iordanis⌋ Sequẽti caplo scribit, qualiter Gedeon transiuit Iordanem, & post transitum illum, facta est allatio ista capitum Oreb & Zeb ad Gedeonem, idcirco hic recitatur per anticipationem.

27. q. 5 cap. vlt. §. cum ergo

Iudi. 8

¶ Eiusdem capli expositio spiritalis. Art. XIIII.

B MYstice sicut phabitũ est, Gedeon Chr̃m multiplr prefigurauit, sed & nois interptatiõe psignauit eundẽ. Gedeon quippe interptat circuiens in vtero, & ita significat illum q scd̃m naturã assumptã clausus in vtero virgineæ genitricis. Scd̃m diuinitatis suæ incircũscriptibilẽ maiestatẽ, circuiuit, intra se clausit, & circũplexus est eã. Ierobo al vero interptat fortis cõtra Baal, & ita significat dñm saluatorem, oĩm aerearum potestatũ inuictissimũ debellatorem. Quod ergo Gedeon surrexit de nocte, hoc designat q Chr̃us in primo suo aduẽtu venit occulte. In secũdo quoq; sicut fur in nocte sic veniet. quẽadmodũ etiã Gedeon cũ suis venit ad fontem, sic filius dei inter cæteros venit ad Iordanis fluenta vt baptizaret. Castra aũt Madiã erãt in valle, p quod insinuat, q oẽs iniqui & iustorum psecutores iacẽt in bassitudinẽ vitiorum in falsitatis caligine, & ppriis iniqtatibus sunt oppssi. Dixitq; dñs ad Gedeon: Multus tecum est pplus &c. per hoc edocemur quãtum displiceat dño vana præsumptio & stulta cõfidentia in pprijs viribus. Gloria quoq; inanis & commendatio sui pfius. Itaq; si in spũali pualemus conflictu nequaquàm dicamus, q viribus nostris pualuerimus. Quantũcunq; in resistendo laborauerimus ieiunando, orando, vigilando, plorando, aut alijs modis. Nam quàmuis talia cooperent & adiuuent ad triumphum, nõ tamen sine gratioso dei succursu sufficiũt, immo & oĩa illa sunt dei dona, qui ea p nos misericorditer opat, ideo totis pcordijs omne bonum deo iugiter ascribamus, qui p Ozee testatus est: Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium tuum. Et p seipsum: Sine me nihil potestis facere. Hinc fatet Apostolus: Quid habes quod non accepisti. Itemq; deus est qui operat in vobis velle & perficere. Cunctis audientibus prædica: Qui formidolosus est, reuertatur. Sacra scriptura vberrime nos hortatur, omnem carnalem, mundanum, inordinatum timorem abijcere. Spirituale vero filialiterq; timere, atq; in deo tota mente confidere. Nec vtilis est ad spũalia bella cõtra dæmones & peccata, nisi q exclusis vitiosis illis timoribus sperat in dño, & grãæ eius innitit. Atq; in eius indesinenti subsidio commorat, cum ppheta decantet: Dñs illuminatio mea & salus mea quem timebo. Dominus ptector vitæ meæ à quo trepidabo. Veruntamen sicut in prælio corpali, ita in pugna spũali, moderatus timor est necessarius, quatenus sicut ex dei pietate & ope spem salutarem concipimus, ita ex ppriæ fragilitatis & instabilitatis ac culpæ intuitu vereamur. Sicq; inter spem tanquàm inter molã superiorem, & inter timorẽ salubrẽ tanq̃ inter molã inferiorẽ spũaliter ac prudenter molamur, itaq oĩs duritia, psumptio incauta, securitas, stulta audacia frangant ac dissipent in nobis. Simusq; custoditi, soliciti ac timorati in oĩbus. quẽadmodũ aũt maior pars ppli Gedeonis erat formidolosa & redijt, sic maior pars ppli Chr̃iani, inordinatis succũbit timoribus, nec pseuerat cũ Chr̃o. Dixitq; dñs Gedeoni: Duc eos ad aquas, sic deus trinitas Christo homini iussit, vt ad aq̃s baptismatis per se ac suos discipulos, perduceret homines ipsum sequi volentes. Ad aquas quoq; sapientiæ salutaris, & ad pœnitentiæ lachrymas. Et ibi pbabo eos, q a qui vere obseruant, quæ in baptismo pfitentur, filij sunt salutis, & electi à deo, cæteri reprobant. Et de quo dixero tibi, vt tecum vadat, ipse pergat, quem ire prohibuero, reuertatur. Sicut & Chr̃us in Euangelio contestat: Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. Et rursus: Omne q̃d dat mihi pater ad me veniet. ¶ Prætetea, p eos q stando biberunt & manu ac lingua lambuerunt, intelligunt boni & recti corde. Qui ope & sermone seruiunt deo, agendo quod docent aut discunt. Per eos vero qui genuflexo bibebant, significant, quorum corda terrenis carnalibusq; curuantur. At vero per eos qui redierunt antequàm venirent, ad aquas sunt designati, qui aliquãdo credere in Christum proposuerunt. Sed audito, q̃ arta sit via salutis, q incomphensibilia

Matt. 23

Matth. 3
Lucæ. 3

Osee 13
Iohan. 15
1. Cor. 4
Phil. 2

Psal. 26

Iohan. 6
Iohan. 6

Matth. 7

 sint se-

sint testimonia euangelicæ legis mutant propositum. Per eos autem qui ad aquas venerunt, ca- D
thecumini exprimunt. In tricentis viris liberabo vos, p centenarium pfectio denotat, idcirco p
viros illos tricenros signant omnes viri pfecti primitiuæ ecclesiæ in summam ac sanctã trinitatẽ
credentes. Per quos aggressus est Chr̃us totius mundi idololatriam extirpare, vanitates & vitia
reprobare, & genus humanũ vero deo subijcere. Qbus Chr̃us dedit tubas in manu. i. virtutem so
Matth. 3 nore & efficacissime pdicationis. Vnde & quosdã Apostolorũ vocauit filios tonitrui, & oĩbus di-
Luce. 21 xit: Dabo vobis os & sapiam, cui nõ poterunt resistere & cõtradicere omes aduersarij vr̃i. Dedit
quoq; eisdem lãpades ardentes. i. miraculorũ choruscationem & authoritatem excõicandi rebel
les, splendidissimasq; virtutes. ¶ Insup dedit eis lagenas seu hydrias terreas. i. ppriæ fragilitatis
humilẽ recognitionẽ, ne ex tam supnaturalibus ac multiplicibus pclarissimis donis extollerent.
2. Cor. 4 Propter quod vnus eorũ in psona oĩm fassus est. Habemus (inquiens) thesaurũ istũ in vasis fictili-
bus, vt sublimitas virtutũ sit ex deo. Confregerũt quoq; has hydrias, dum eos p fide catholica va
rijs lacerationibus, tormentis, ac mortibus deuotissime ac constantissime exposuerũt. Sicq; p hæc
mundũ lrgi ac fidei Chr̃i miraculosissime subdiderũt. Nã & ipsa mundi cõuersio ad tam arduissi-
mam legem, & incomphensibilem fidem, oĩni miraculo p quod facta est, mirabilior cognoscit.
Job. 9. 10. ¶ Postremo, p hoc q Gedeon missus est ad tentoria Madian vt audiret verba loquentiũ, atq; ex
12. 13. 14. 16. somnio & interptatione ipsius cõfirmaretur in dño, præfiguratũ censet, q credentes in Chr̃m ro
17. 19. 21. 23. borant in fide, nõ solum ex vaticinijs & oraculis prophetarũ Mosaicæ legis, immo etiam vatum
24. 26. 27. 28. 29. 30. 41 gentiliũ, qui multa de Chr̃o & eius mysterijs sunt præfati, vt Iob, Balaam & Sybillæ.
Nu. 23. 24

¶ EXPOSITIO CAPITVLI OCTAVI. Dixeruntq; ad eum viri Ephraim. Art. XV.

QVID secutum sit præfatam victoriam magnã & psperitatem ingen E
tem nunc recitat: ⌊Dixeruntq; ad eũ⌋ pura ad Gedeonem viri Ephra
im ⌋. s. Ephratæi q occurrãt Madianitis, ⌊qd hoc est quod facere vo-
luisti, vt non nos vocares, cum ad pugnam pgeres contra Madian ⌋ q̃si
dicant, irrationabiliter in hoc egisti, & nostræ excellentiæ fecisti iniu-
Genes. 48 riam. Ephraitæ isti fuerũt multum supbi multis ex causis. Primo, quo-
niam Iacob patriarcha ptulit ipsum Ephraim secundo genitum san-
cti Ioseph primogenito eius Manasse. Secundo, quoniam Iacob præ-
dixit, quòd tribus Ephraim maior futura esset tribu Manasse dignitate
Numer. 27 principatus & numero psonarũ. Tertio, quoniam Iosue qui Moysi in
principatu successit, fuit Ephratæus. Quarto, quoniam in diuisione terræ pmissionis facta p Io-
sue tribus Ephraim, statim post tribũ Iuda sortem suam accepit. Duæq; tribus illæ tanquã cæteris
digniores vel bellicosiores constitutæ fuerunt in duabus extremitatibus terræ promissæ, quasi ad
tutamen tribuũ aliarũ. Et qm̃ ex arrogantia generat inuidia, Ephraitæ isti inuiderunt triumpho
& gloriæ Gedeonis. Nec tore fecit eis nõ vocando eos ad pugnam, ad quam nec tribum Iuda reli
quis præstantiorem vocauit, atq; ex rationabili causa hoc credit omisisse, & forte pp̃ter eorũ su-
Prouer. 13 perbiam, ex qua forsan dedignati fuissent eum sequi, ⌊iurgantes fortiter⌋ quia vt Salomon loq-
tur: Inter supbos semp sunt iurgia, ⌊& prope vim⌋. i. quasi violentiam ⌊inferentes⌋ duci ac iu-
Pro. 11 dici suo. s. Gedeoni, quia vt scriptum est in Prouerbijs: Vbi fuerit supbia, ibi erit & contumelia. F
⌊Quibus ille respondit: Quid enĩ tale facere potui, quale vos fecistis⌋ quasi dicat: Fortiores & vi
ctoriosiores fuistis in prælio isto q̃ ego. ⌊Nonne melior est racemus Ephraim vindemijs Abie-
zer⌋ ac si loquat: Pauci de vr̃a tribu plus valent & fortius pugnauerunt q̃ multi ex familia mea.
Vel sensus est, q paucæ psonæ videlicet duo reges occisi ab Ephraitis, magis erant reputandæ q̃
multi vulgares occisi à populo Gedeonis. Hinc subdit: ⌊In manus vestras tradidit dñs princi-
pes Madian, Oreb & Zeb. Quid tale facere potui quale vos fecistis? Quod cum locutus esset, re-
quieuit spiritus⌋. i. indignatio seu animositas ⌊eorũ qui tumebant contra eum,⌋ reputantes se
eo nobiliores. Quærebant nanq; honorem, & in hoc detulit eis. Sicq; in eo implerũ ẽ quod Salo
Pro. 15 mon pfestat: Responsio mollis frangit iram. ⌊Cumq; venisset Gedeon ad Iordanem transiuit
eum cum trecentis qui erant secum & præ lassitudine fugientes, psequi non poterant. Dixitq;⌋
Gedeon ⌊ad viros Soccoth⌋ id est ad habitatores vrbis sic dictæ, iuxta quam Iacob recedens ab
Gene. 33 Esau tabernacula sua fixit, appellauitq; nomen loci illius Soccoth ⌋. i. tabernacula, vt in Genesi le
gitur. ⌊Date obsecro panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt⌋ fame & lassitudine.
¶ Porro nomine panis designat in scripturis quicunq; cibus, ⌊vt possimus psequi Zebee & Sal-
mana reges Madian⌋ Iam dictum est, q Oreb & Zeb erant reges Madian, nunc vero adijcit q
Zebee & Salmana erant reges Madianitarũ. Quomodo ergo vnũ & idem regnũ habuit simul re
ges tã multos. Ad quod dicendũ videt, q isti fuerunt reguli & principes particulares, ita q vnus-
quisq; eorũ præfuit certe parti regionis illius, sicut in terra Philistijm erant satrapæ quinq;, & for-
te hi reges Madian, habuerunt super se vnum totius regni sui generalem principalemq; regem.

Nam &

A Nam & in Numeris legunt filij Israel occidisse quinq; reges Madian, & tamen protunc Balach fuit principalis rex Madian, secūdum q̄d in librum Numeroꝝ dicunt expositores. Nu. Nume 31 ⌊Responderunt principes Soccoth⌋ .i. rectores & superiores vrbis illius. ⌊Forsitan palmæ manuū Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes.⌋ Ista fuit superba subsannatiua & negatiua responsio, tanq̄ dicant: Tu loqueris quasi iā certus sis de triumpho, & quasi iam cœperis eos q multo potentiores te sunt. Viri isti nondū percepisse vidēt, quemadmodum Gedeon superauerat Madianitas. ⌊Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit dominus Zebee & Salmana in manus meas, & cum reuersus fuero victor in pace, conteram carnes vestras cum spinis tribulisq; deserti⌋ Secundum quod infra legit id fecisse. Fuit autem hæc vrbs in terra ꝓmissionis, Iosue 13 prope Iordanem, & habitatores eius fuerunt de populo Israel, ideo grauius peccauerunt, contra tribus suis necessaria alimenta negando, & Gedeoni tam irrisorie respondendo. ¶ Deniq; quia in isto fertur caplo, q̄ Gedeon transiuit Iordanem, post primam pugnam, elicit q̄ natus fuit ex ea media tribu Manasse quæ habitationem accepit vltra Iordanem cum tribubus nouem in terra promissionis. ⌊Et inde cōscendens, venit in Phanuel⌋ .i. ad oppidum sic vocatum, circa quod luctabat Iacob de Mesopotamia, veniens cum angelo, vt in Genesi habet. Gene. 32 ⌊Et locutus est ad viros loci illius⌋ Phanuel ⌊similia⌋ sicut ad habitatores Soccoth postulando cibaria. ⌊Cui responderunt sicut responderant viri Soccoth. Dixit eis: Cum reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc⌋ in qua tunc erant, q ei sic responderunt, fuitq; turris illa in ciuitate Phanuel nominata. ⌊Zebee autem & Salmana cum omni exercitu suo requiescebant⌋ quasi securi & nihil suspicantes aduersi ⌊cum omni exercitu suo⌋ .s. quindecim milibus. Vnde subiungit: ⌊Quindecim

B enim milia remanserant ex oībus turmis orientalium populoꝝ, cæsis centum viginti milibus bellatoꝝ. Ascendēsq; Gedeon p viam eoꝝ q in tabernaculis morabant ad orientalem partem Nobe & Iegbaa percussit castra hostium &c.⌋ .i. residuos Madianitaꝝ .s. quindecim milia ista. ⌊Fugeruntq; Zebee & Salmana, quos ꝑsequens Gedeon comꝓhendit, turbato omni exercitu eoꝝ. Reuertensq; de bello ante solis ortū⌋ .i. altero die valde mane, sicut ex textu insinuari videt, tamē (vt fert in Hebræo) habet de altitudie solis .i. añ solis occasum, sole adhuc existēte alte in cęlo ⌊appꝛehendit q; pueꝝ de viris Soccoth⌋ .i. ciuem vrbis illius extra eādem, ⌊interrogauitq; nomina principum & senioꝝ Soccoth⌋ vt eos occideret, q a aut soli aut præ cæteris erant in prædictis culpabiles, ⌊& descripsit septuaginta septem viros⌋ i. tot principaliū viroꝝ nomina scripsit aut scribi iussit Gedeon. ⌊ex ore illius pueri⌋ vel puer ille hæc scripsit. ⌊Venitq; ad Soccoth, & dixit illis: En Zebee & Salmana &c.⌋ quasi dicat, iam videtis quod dei auxilio victor factus sum hoꝝ. Et q̄ impia fuit irrisio vestra. ⌊Tulit ergo seniores⌋ .i. superiores ciuitatis, quàm potenter obtinuit, vel viso tāto triūpho nō audebāt ingressum negare, ⌊& spinas deserti ac tribulos & cōtriuit cū eis atq; cōminuit viros Soccoth⌋ .i. cū spinis illis ac tribulis fecit eoꝝ corpa lacerari. Vel p spinas illas ac tribulos traxit eos. ⌊Turremq; Phanuel subuertit⌋ cū auxilio sui exercitus ⌊occisis habitatoribus ciuitatis⌋ Phanuel, nō oībus, sed illis q sibi ex turre illa irrisorie respōderūt, seu & eoꝝ fautoribus. ⌊Dixitq; Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri q̄s occidistis in Thabor⌋ .i. in mōte illo vł circiter. ⌊Qui respōderunt, siles tui⌋ erant vcꝫ pulchri & fortes viri. ⌊Et vnus ex eis quasi filius regis⌋ .i. elegantior apparatu, forma, ac robore, quasi filius regis fuisset. ⌊Quibus ille ait: Frēs mei fuerunt filij matris meæ⌋ ex quo apparet, q̄ erant frēs Gedeonis vterini, & ex sola mr̄e vel more scripturæ p frēs intelligit cognatos. ⌊Viuit dominus⌋ quod fuit iuramentum ex rationabili causa prolatum. ⌊Quia si seruassetis⌋ .i. non occidissetis ⌊eos, non vos occiderem⌋ Sed p

C misericordia illis exhibita, facerē vobis misericordiam. ⌊Dixitq; Iether primogenito suo: Surge & interfice eos⌋ Et enī iuxta Mosaicā legem ꝓpinquus occisi tenebat occisorem tpe & loco opportuno occidere. ⌊Qui nō eduxit gladiū. Timebat enī⌋ nō timebat q̄ capti illi sibi resisterent. Sed timebat .i. adhuc præ teneritudine ætatis, & mollitiæ cordis horrebat sanguinis effusionem, atq; in principes tātos tam exornatos formidauit mittere manū. ⌊Quia adhuc puer erat⌋ .s. nōdum viginti annoꝝ, q a in numeratione ppli non computabant, nisi q ad minus erant viginti annoꝝ, q & viri vocabant, & ad bella procedere erant idonei, quātum est ex parte ætatis. ⌊Dixeruntq; Zebee & Salmana: Tu surge & irrue in nos, q a iuxta ætatem & robur † es hominis⌋ .i. viris ætatis es & fortitudinē habes hoīs bene dispositi. Viri illi animosi erubuerūt à puero perimi, metuebāt ex hoc post mortē pati diffamiā, sicut Abimelech læsus à muliere iussit se à ꝓprio occidi armigero, ne post mortē suā diceret in eius obprobriū q̄ esset à fœmina interfectus. Poterāt hoc q; citius occidi à Gedeone q̄ à puero. ⌊Surrexitq; Gedeon & interfecit Zebee & Salmana, & tulit ornamēta ac bullas qbus colla regaliū cameloꝝ decorari solent⌋ .i. illa accepit deponēdo ab his q vtebant eisdem. Bulla aūt est ornamentū regaliū pueroꝝ, equoꝝ aut cameloꝝ. Præcipue circa collū in rotunditate sic̄ bullis quæ in aquis vento inflant, quasi dicta à bullendo. Accipit quoq; alijs modis. ⌊Dixeruntq; oēs viri Israel ad Gedeon⌋ hoc est, aliqui seu principales de singulis tribubus. ⌊Dominare nostri tu & filius tuus primogenitus⌋ Seu magis idoneus, .s. quem post te præesse volueris. ⌊Et filius filij tui⌋ hoc est, vsq; ad tertiam generationem.

Vel per

Vel per hunc modum loquendi insinuabant, ꝙ de cętero semp sibi ac posteris suis præessent Ge D
deon & posteri eius, L qa liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait: Non dominabor vestri
nec dominabit in vos filius meus, sed dominabit vobis dñs. J .i. deus Israel erit dñs vester, qui sibi
reseruauit dominiũ sup vos, & iudices vult vobis præesse, non p modum dominij, sed directio-
nis atq; consilij. Quod qualiter intelligendũ sit, in expositione primi capl'i clarius est expressum.
L Vnam petitionem postulo à vobis: Date mihi inaures. J .i. aurea aurium ornamenta ex præda
vestra J .i. de spolijs occisoꝝ. L Inaures enim aureas Ismaelitæ habere J Et etiam in auribus fer-
re L cõsueuerant J ex hoc verbo apparet ꝙ Madianitæ isti fuerũt Ismaelitæ. Contra quod argui
Gen. 25 potest, quoniam Madianitæ descenderũt de Abraham per Madian filium Cethuræ, Ismalitæ au
Gene. 17 tem per Ismaelem filium Agar, sicut in Genesi patet. In oppositũ argui potest, quoniam in Ge-
Augus. lib. nesi legit Ioseph venditis Madianitis Ismaelitis. Ad istud Augustinus respondet, ꝙ vel Ismaeli-
Gen. q. 124 tæ habitãdo in terra Madian dicti sunt Madianitæ. Vel ex mutuo matrimonio. Vel Agar & Ce
thura erant, mulier vna secundũ ꝙ dicunt Hebræi. Et si hoc vltimũ diceret, consequenter vt vide
tur dicere oporteret, ꝙ vnus filioꝝ Cethuræ .s. Madian sit idem q Ismael. L Qui responderunt:
Libentissime dabimus J nec immerito, qa victoriã & maximã opulentiã erãt p Gedeonem sor-
titi, L expãdentesq; palliũ proiecerũt in eo inaures de præda, & fuit pondus inauriũ mille septin-
ãto Iolent gẽti sicli auri absq; ornamẽtis & monilibus & veste purpurea, qbus Madian reges vti † soliti erãt
Et pter torques aureas cameloꝝ. Fecitq; ex eo J puta ex pondere tãti auri seu inauriũ aureorum
L Gedeon, Ephot J .i. vestimentũ seu ornamentũ sacerdotale, immo & pontificale qd & suphu-
Pet. Co. merale vocat. L Et posuit in ciuitate sua Ephra. J Circa hoc magister in historijs ait: Per Ephot
bist. lib. Iu
di. ca. 8 qd est dignius vestimentũ pontificis, intelligit ꝙ Gedeon fecerit sibi oĩa pontificalia indumenta. E
Et fecit in Ephra tabernaculũ & altare, pter illud qd erat in Sylo. Et factus sacerdos immolauit su
per illud hostias dño. Alij quoq; fatent, ꝙ tactus qdam indiscreta deuotiõe hæc fecit, sicut & Osi
as rex thurificare psumpsit. Voluitq; Gedeon in vrbe & domo sua habere cultũ dei, sicut habebat
2. Para. 26 in Sylo. ¶ Circa hæc quęrit, qñ Gedeon fecerit ista. Ad qd Augustinus respondet, ꝙ circa finẽ vi
Aug. li. Iu tæ suæ non statim qñ inaures accepit. Vnde dicit istud de Ephot hic recitari p prolepsim .i. anti-
di. quæst. 41 cipationem, qa vt Augustinus videt innuere. Si Gedeon antea hæc fecisset, terra nõ requieuisset tot
annis, vz quadraginta sub eius regimine. Addit tñ Augustinus, ꝙ si fecit hæc ante non circa finẽ
Idem vitæ suæ, deus patienter hoc tulit vt pax pseueraret in terra, qa & si contra legẽ hæc egerit, non tñ
longe recessit à lege, quæ talia in tabernaculo fieri iussit in dei honorem. Iterũ quęrit Augustinus,
qũo de tãto auro factũ sit vnũ Ephot. Ad qd ingrendo rñdet in primis ꝙ forsitan totũ Ephot au
reũ fuit, atq; tam solidũ ex materia auri, ꝙ per se potuit stare erecte. Deinde adiũgit ꝙ forte per
Ephot tanq̃ per dignius intelligunt alia sacerdotalia ornamenta, nempe in lege erat præceptũ vt
1. Regũ. 2 fieret Ephot nõ ex auro dũtaxat, sed itẽ ex hyacincto, purpura, cocco bis tincto & bysso. Inter-
dum vero accipit Ephot pro linea veste. Vnde & mater Samuelis legit suo filio Ephot tulisse. Et
2. Regũ. 6 secundo Regum narrat, ꝙ in deportatiõe arcæ indutus sit Dauid ephot lineo. L Fornicatusq; est
omnis Israel in eo J Hoc aliqui sic exponunt, ꝙ licet Gedeon non sit vsus hoc ephot in idoloꝝ
obsequio, tñ post mortem eius filij eius fecerunt hoc. Augustinus vero exponit sic, ꝙ fornicati
Aug. li. Iu
di. quæst. 41 dicunt Israelitæ in Ephot illo. Per hoc quod consenserunt his, quæ Gedeon cotra legem fecit. Et
communicauerunt ei in culpa. Fornicatio equidem in scripturis pro quacunq; mortali accipit cul F
pa. Non solum pro carnali fornicatione & idololatria. L Et factum est Gedeoni & omni domui
eius in ruinam J quia Gedeon peccauit in his, & filij sui cõicauerunt ei in culpa hac. Propter quod
deus iusto iudicio permisit omnes filios eius legitimos (vno dempto) occidi, iuxta modum in se-
Iudi. 9 quenti capitulo scriptum. L Et humiliatus est Madian coram filijs Israel J id est, diuina virtute vi
cti sunt & deiecti p Israelitas L nec potuerunt vltra ceruices eleuare, sed quieuit terra per quadra-
ginta annos, quibus præfuit Gedeon, J Sub cuius præsidentia, nõ sunt inquinari idololatria.
L Habuitq; septuaginta filios, q egressi sunt de fœmore eius J & forte aliquas filias L eo quòd plu
res haberet vxores. Concubina autem illius genuit ei filium nomine Abimelech J
¶ Quęritur, an concubina illa fuit vxor eius legitima, an adultera. Videtur quod fuerit vxor eius,
Gene. 16 quia vir sanctus fuit, non adulter, Ergo qua ratione Abraham, Iacob, & Dauid excusantur ab ad-
Gene. 30 ulterio, quàmuis concubinas habuisse dicantur, quàmuis de concubitu tunc Barsabeæ Dauid non
2. Regũ. 11 excusetur, qui tamen concubinas habuisse leguntur, quoniam concubinæ in scripturis frequen-
ter vocantur vxores minus principales, sic excusandus videtur & Gedeon. In oppositum argui
potest, ꝙ concubina hęc Gedeonis non habitauit cum eo in Ephra, sed remote ab eo in Sychem
Pet. Co. Ad istud qdam dicunt, ꝙ fuit vxor eius secundaria, & adiũcta. Alij opinant oppositũ, sic tamen
b. st. lib. Iu ꝙ concubina illa non fuit protũc alterius vxor. Nam & in scholastica ferĩ historia, ꝙ Abimelech
di. cap. 8
Heb. 11 fuit naturalis filius Gedeonis & spurius. Sed mirum si tantus vir qui præfuit populo dei, & in-
ter sanctos ab Apostolo numeratur, fuit concubinarius & adulter: nisi forte quis putet quod ex
Iud. 14 dispensatione diuina habuerit eam secundum quod infra de Sampsone dicetur ꝙ filiam Philisti
norum duxit in coniugem. Quod secundum legem ei non non licuit, sed qa peccare humanũ est

A Si mulier illa non fuit Gedeonis vxor legitima, credendum videt q non diu mansit in illo peccato. si illicite habuit eam, quo dato certum est q vere inde pœnituit. Nam subdit: L Mortuusq; est Gedeon in senectute bona. quod de nullo præcedentium iudicum scriptum est: Ne forte de saluatione & sanctitate Gedeonis qs ambigat. Quoniam reprehensibilia quædam de eo iam scripta sunt, L & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquàm autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel mente à deo, tanquàm ingratissimi ac pessimi atq; ad omne malum pronissimi, præsertim ad idololatriam, L & fornicati sunt per idololatriæ crimen, L cum Baalim. Percusseruntq; cum Baal fœdus vt esset eis in deum. Quoniam firmiter statuerunt, promiserunt, seu iurauerunt de cætero, eius cultu perseuerare secundum quod electi Israelitæ quandoq; percusserunt fœdus cũ domino, q esset eis in deum. L Nec recordati sunt domini dei sui totiês & tam pie L q eruit eos de manibus inimicorũ suorũ omnium per circuitũ, nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal, i. beneficijs eius fuerũt ingrati circa filios eius legitimos principales, quorũ nullum assumpserunt in iudicem, nec crudelissimam eorũ occisionem mox vlti sunt. ¶ Præterea Augustino testante, & habet in Glossa post mortem Gedeonis grauius transgressi, ac fornicati sunt filij Israel, quàm ante ꝓpter Ephot pfatũ, q̃ in idololatria vsi dicunt. Sed mirũ videt, si Gedeon peccauit in vsu Ephot, atq; officio sacerdotũ, q non fuit punitus à deo, quẽadmodũ Ozias rex Israel: Qui cũ thurificare cœpisset, mox pcussus est lepra, cum tamen Ozias multominus se intromiserit de officio sacerdotali q̃ Gedeon, nec increpatus à sacerdotibus aut aliquo viro sancto aut ꝓpheta. Si autem increpatus fuit, cur non pœnituit & dimisit. Q2 si pœnituit & cessauit, cur non abstulit aut destruxit ea quæ fecit illicite. Si vero pecca- Aug. li. Iudic. q. ca. 45 · 2. Para. 27

B uit in illis contra legis pceptũ. i. mortaliter, nec inde pœnituit, non eẽt saluatus. Hinc qdam sunt opinati q nec peccauit in illis, sed ex dispensatione diuina vsus est sacerdotis officio, & p consequens Ephot, sicut & supra legit sacrificium obtulisse. Hæc tamen opinio debilis comprobat, quia vt in expositione sexti capli patuit, Gedeon non obtulit sacrificium illud deo, sed præsentauit illud ei, q sibi apparuit, vt per illum deo immolaret. In textu quoq; manifeste asserit. Quod factum est Gedeoni in ruinam. Augustinus item & Thomas, Glossa, Magister in historijs & alij viri catholici communiter tenent oppositum. Hinc demum inconuenienter qdam hic scribit, q Gedeon sacrificiũ obtulit deo ex dispensatione diuina, dum angelus sibi primo apparuit. Iudic. 6 · Ibidẽ · Augu. lib. Iudi. q. 41 · Pet. Co. hist. lib. iudicũ cap. 8

¶ Moraliter ex prædictis discamus tã sancti Gedeonis, quem Origenes in Homilia vocat sanctissimũ, humilitatem, patientiamq; sectari. Qui molli & humili responsione supborũ & iniuriantiũ iurgia, & quasi violentiam quandã tam mansuete sustinuit, tamq; humilr superauit atq; extinxit, & ante apostolica documenta vicit in bono malũ. Si tantus iudex ita ad subiectos se habuit, quãtomagis ad proximos, pares & superiores debemus nos ita habere, & supba duraq; verba vitare. Qm̃ sermo durus suscitat furorem, immo & pias mentes exasperat. Sed nec armatis pcibus conemur aliqd extorquere à proximis, potissime à psidentibus cũ & Gedeon tam humilr postularit ab inferioribus sibi aureas dari inaures. ¶ Postremo, qm̃ Gedeon ex vehementi quodã feruore & zelo diuini honoris ad præfatos excessus in factione vsuq; Ephot dilapsus est, videamus ne & nos aliqua indiscretione pcipitemur, immo quo maior est feruor, eo & maius instat periculũ, nisi discretione regat. Exemplo quoq; virorũ, Soccoth & Phanuel omnem subsannationẽ Origenes · Roma. 12 · Prouer. 15

C atq; irrisionem iniustam, præsertim superiorũ ac sapientiorũ prorsus vitemus, ne & similia eis aut certe peiora incurramus tormenta. Nam & Salomon contestat: Illusores deus illudet. Et Esaias ait: Nolite illudere ne constringantur vincula vestra. Prouerb. 3 · Esa. 28

¶ DECLARATIO LITERALIS CAPITVLI NONI.

Abijt autem Abimelech filius Ierobaal &c.

Articulus decimussextus.

OPPOSITA iuxta se posita clarius innotescunt, idcirco inseritur hic historia vnius impij præsidentis in Israel. Ex cuius malitia, aliorũ iudicum bonitas euidentius innotescit. Alij etenĩ iudices filios Isrl' liberauerunt, reformauerũt & conseruauerũt in statu bono, iste econtrario eos corrupit, vastauit, destruxit. L Abijt aũt Abimelech filius Ierobaal, in Sychẽ ad frẽs matris suæ, & locutus est ad eos & ad omnem cognationem domus patris matrisq; suæ. Sychem interdum est nomen viri, aliquando vrbis, quandoq; territorij. Nunc autem accipit pro oppido, quod fuit in tribu Ephraim. Eratq; vrbs refugij, prout in Iosue libro continetur. Vnde videtur quod concubina hæc Gedeonis fuit ex Ephraim tribu nata. Ex quo vltra elici probabiliter potest, q non erat vxor Gedeonis, cui secundum legem non licuit ex alijs tribubus ducere coniugem. L Dicens: Loqmini ad omnes viros Sychem: Quid vobis est melius vt dominent vr̃i septuaginta viri. Oẽs filij Ierobaal, an vt dñetur vobis vir vnus. quasi dicat, multo plus expedit vobis vt ego solus vobis præsim quàm tot viri, Iosue 20

Nec dũ

Nec dubium quin expedientius sit vnũ habere principem bonum q̃ multos qui præsint, cum & D
teste philosopho pluralitas principũ mala sit. Propterea principatus monarchicus amplius com
mendat, nihilominus melius est multos bonos habere rectores q̃ vnum malum, nec consequẽs
fuit ꝙ omnes illi septuaginta filij Gedeonis præfuissent simul post patrem suum, si vnus iste non
præsideret. Ipse tamen sic loquebat, quasi omnes illi optarent præesse. ¶ Deniq; iste Abimelech
fuit aperte & inuerecunde ambitiosus, non obstante ꝙ fuit de concubina, immo & ancilla, vt in-
Iudi 8 fra habet natus. Cumq; virtuosus pater eius offerentibus sibi dominium dixerit: Non domina-
bor vestri, nec dominabit in vos filius meus. Iste palam locutus est dominari se velle. Deinde per-
suasionem adiungit, quod ipsum potius debeant promouere. ⌊Simulq; considerate, quia os ve
strum & caro vestra sum.⌋ i. frater & consanguineus vester. Propter quod mihi fauorabiliores
esse debetis, & ego promotus vicem vobis rependam, & committam officia, cum tamen prin-
cipatus debeat virtuti magis q̃ carnali origini. Vnde nec alicui alteri iudici bono legit in præsidẽ
tia suus filius successisse. ⌊Locutiq; sunt fratres matris eius de eo ad viros Sychem, & inclinauerũt
cor eorũ post Abimelech, dicentes: Frater noster es. Dederuntq; ei septuaginta pondo argenti.⌋
Pondo indeclinabiliter sumptũ designat idem quod pondus vel libra. Dederunt itaq; ei tantam
pecuniam, vt moris est, nouis principibus munera dare. ⌊De phano Baalberit.⌋ Complexũ istud
Baalberith est nomen phani seu templi illius sacrilegi, in quo Sychimitæ illi percusserunt fœdus
cum Baal, ꝙ esset deus eorũ. Nam Berith interp̃tatum dicit fœdus. In Scholastica autem historia
fert: Quod iurauerunt huic Abimelech in phano Baal, ꝙ si haberent eũ pro principe, idcirco vo-
catum est phanum Baalberith, quoniam Berith coniuratio interp̃tat. ⌊Qui conduxit sibi ex eo⌋
scilicet præfato argento ⌊viros inopes & vagos, & secuti sunt eum⌋ qui putabant oportere, vn-
deq; acquirere etiam ex iniquo, nec necessaria vitæ volebant per honestos procurare labores. E
Ideo pro pecunia sanguinem innoxium effundere erant parati. ⌊Et venit in domũ patris sui in
Ephra. Et occidit fratres suos septuaginta viros⌋ auxiliantibus ei illis latrunculis, ⌊sup lapidem
vnum⌋ Vno tamen excepto. Vnde videt ꝙ primo cœpit & fecit eos teneri. Deinde successiue
occiderit aut decollauerit eos. Ecce q̃ inhumana crudelitas. Ecce ad quanta facinora trahit ambi
tio. Timuit quippe Abimelech, ꝙ frẽs sui resisterent suæ promotioni, aut ab alijs tribubus acce-
ptarent in iudices. ⌊Remansit autem Ioathan filius Hierobaal minimus⌋ i. iunior, ⌊& abscon-
ditus est.⌋ Quia seipsum abscondit, vel alij hoc fecerunt, nec cum fratribus suis ab Abimelech est
inuentus. ⌊Congregati autem omnes viri Sychem & vniuersæ familiæ vrbis Mello⌋ i. sic appel
3. Regũ 9 latæ. Mello autem tertio Regum libro pro quadam voragine sumit, ⌊abieruntq;. Constituerũt
regem Abimelech iuxta quercũ qui stabat in Sychem⌋ non quod fuerit proprie rex, nec non præ-
Gene. 23 fuit Israelitico populo, sed Sychimitis. Sicq; nomen regis extense nunc sumit, sicut in Genesi, vbi
1. Reg. 10 secundum nostram translationem dicit Abrahæ: Princeps dei es apud nos. Septuaginta transtu
lerunt. Rex dei es apud nos. ¶ Porro Saul fuit primus rex Israel, loquendo de regibus ꝓprie di
ctis qui generale habuerunt dominium. ⌊Quod cum nuntiatũ esset Ioathan⌋ iam præfato, ⌊iuit
Iosue. 8 & stetit in vertice montis Garizim⌋ de quo monte in libro Iosue habet. ⌊Eleuataq; voce clama
uit⌋ vt audiret à Sychimitis remote inferius stãtibus. ⌊Audite me viri Sychem, ita vt audiat vos
dominus⌋ i. verba & opera vestra prauissima audire & scire se pandat per debitam vltionem, q̃d
zelo iustitiæ iste Ioathan protulit: ⌊Ierunt ligna,⌋ Ioathan parabolice locutus est illis. Qui
manifestatam veritatem noluerunt audire, & ipse infra propriam parabolam pro magna parte F
exponit. Itaq; sensus huius literæ est non ille. Quem verba immediate designant, sed quem res si-
gnificatę, p verba ista significant. Ait ergo: Ierunt ligna, ⌊vt vngerent sup se regem⌋ i. filij Israel
soliciti fuerunt pro obtinendo rectore idoneo. Pro quare sæpe occupati fuerunt. ⌊Dixeruntq;
oliuæ impera nobis,⌋ per oliuam potest intelligi quæcunq; persona pietate abundans quam sibi
Iudi. 4 petierunt præesse, vt Delbora ꝓphetissa. ⌊Quæ respondit: Nunq̃d possum deserere pinguedinẽ
meam⌋ videlicet oleum, ⌊qua & dij vtunt & homines⌋ Dij vero in luminaribus templorũ & ho-
mines in p̃parationibus cibariorũ ac medicinarũ. ⌊Et venire vt inter ligna ꝓmouear⌋ i. populari
bus negotijs inquietari. Sicq; per pinguedinem oliuæ intelligunt internæ affectiones pietatis &
misericordiæ spiritalis, quæ p exteriores occupationes sæpe interrumpunt. Propter quod virtuo
sæ p̃sonæ prælationem sæpe refugiunt. ⌊Dixeruntq; ligna ad arborem ficum: Veni & sup nos re
Iud. c. 4. 5 gnum accipe.⌋ Potest p ficum intelligi Barach, qui suo triumpho maxime consolatus est filios
Israel. ⌊Quæ respondit: Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusq; suauissimos⌋ i.
exercitationes virtuosas & interiores consolationes eis annexas, ⌊Et ire vt inter cætera ligna p-
mouear⌋ secundũ sensum p̃habitum. ⌊Locuta sunt quoq; ligna ad vitem. Veni & impera nobis
Quæ respondit: Nunquid possum deserere vinum meum quod lætificat deum & homines, & in-
ter ligna cætera promoueri?⌋ non ꝙ deus in sua natura vino vtat, sed q̃a lætatur dominus in ope
ribus suis, immo potius in seipso, ꝙ talis & tantus est, vt tam præclarus & incomparabilis sit in su
Psalm. 85 is effectibus, iuxta illud: Non est similis tui in dijs dñe. Et non est secundũ opera tua. Qui & omi-
potentiam sapiam & bonitatem suam in vite excellenter declarat. De ligno tam vili ac tenui q̃

vigoro

A vigorosissimum ac vtilissimũ producens liquorem. Vel dicitur vinũ lætificare deũ, quoniam ministros templi sui exhilarat. Potest aũt per vitem Gedeon designari, qui instar vitis fructificauit in prole, & lætificauit filios Israel suo triumpho, atq; ex contemplatione dei & apparitionibus angeli sancti repletus est gaudio. Hi omnes, sicut & cæteri iudices boni, noluerũt sibi dominiũ super filios Israel vsurpare, sed per modũ prudentialis directionis humiliter præfuerũt. ⌊ Dixeruntq; omnia ligna ad Rãnum: Veni & impera super nos. ⌋ Per omnia ligna hæc designant Sychimitæ prædicti, per Ramnũ vero Abimelech. Ramnus est genus rubi primo molle, deinde spinosum, q̃d inter ligna habet naturã producendi ignẽ ex se, dum vento agitatur, vt Iosephus contestatur. Iose lib. 6 an.tu.ca.i. ⌊ Qui respondit: Si vere me cõstituitis regẽ vobis, venite & sub mea vmbra requiescite. ⌋ Sic & Abimelech exegit, vt Sychimitæ sub sua manerẽt protectione. ⌊ Si aũt non vultis ⌋ sub mea requiescere vmbra, ⌊ egrediatur ignis de Ramno & deuoret cedros Libani ⌋ .i. principales ex vobis incendant & occidãtur à me, secundũ q̃ infra in isto cap. legitur factũ. ⌊ Nunc ergo si recte ⌋ .i. iuste, ⌊ & absq; peccato cõstituistis super vos regẽ Abimelech & bene egistis cum Ierobahal & cũ domo eius, ⌋ qui quamuis iam mortuus erat, tamẽ in suis filijs est punitus & ingratanter tractatus, ⌊ & reddidistis vicẽ beneficijs eius qui pugnauit pro vobis, & animã suam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian. ⌋ Quãuis etenim Gedeon ab angelo fuit de victoria assecuratus, tamen secundũ humanum inditiũ, magnis se exponebat periculis, pergendo cũ paucis ad pugnam cõtra centum viginti millia hominũ. ⌊ Qui nunc surrexistis contra domũ ⌋ .i. posteros seu filios ⌊ patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros, ⌋ vno tamẽ excepto, quia scriptura minutias numerorũ & temporũ non curat nec cõputat, ⌊ super vnũ lapidem. ⌋ ex hoc etiã patet, q̃ adiutores Abimelech fuerũt ex populo Sychimorũ, qui Ephratæi fuerunt, ⌊ & constituistis regem Abimelech filiũ ancillæ eius, ⌋ videlicet Gedeonis, ⌊ eo q̃ frater vester sit. Si ergo recte & absq; vitio egistis cũ Ierobaham & domo eius, hodie lætamini in Abimelech, ⌋ de eius promotione, ⌊ & ille lætetur in vobis. Sin aũt peruerse ⌋ egistis in his, ⌊ egrediatur ignis ex eo & cõsumat habitatores Sychem & oppidũ Mello. Egrediaturq; ignis de viris Sychem & Mello oppido & deuoret Abimelech, &c. ⌋ Per ignem intelligitur quæcũq; punitio seu persequutio grauis, sicq; maledictio ista, post tres annos fuit impleta, q̃n rebellantibus Sychimitis, ipse Abimelech multos eorũ igne occidit, alios gladio, protinusq; fuit peremptus ab ipsis. ⌊ Quæ cũ dixisset, fugit & abijt in Pera, habitauitq; ibi ob metũ Abimelech fratris sui. ⌋ Circa hæc oritur quæstio. Dictũ est enĩ, q̃ propter peccatũ Gedeonis in vsu Ephot deleta fit domus eius, Ergo Sichimitæ iuste occiderũt filios eius, & erant in hoc instrumentũ diuinæ iustitiæ. Respondetur, q̃ quãuis deus iusto iudicio permisit hoc fieri, Sychimitæ tamẽ ex impijs causis ad hoc faciendũ sunt moti, nec ipsi fuerũt à Gedeone iniuriam passi, sed beneficia multa & magna fortiti, ideo ingratissimi ei effecti sunt. ⌊ Regnauit itaq; Abimelech super Israel tribus annis. Misitq; dñs spm̃ pessimum inter Abimelech & habitatores Sychem. ⌋ Secundũ Augustinũ, istud intelligi potest factum à domino permissiue & imperatiue, vt sit sensus, q̃ deus iusto iudicio voluit & permisit Sychimitas aduersus Abimelech concitari & tentari à pessimo dæmone, imò à multis dæmonibus sub suo principe agentibus, ad perturbandũ ac dissipandũ prauam illorũ concordiam. Peruersitas tamen intentionis dæmonũ in talibus nõ est imperatiue à deo, qui non iubet peccata cõmitti, ⌊ qui cœperunt eũ detestari, ⌋ tanq̃ crudelissimũ fratricidã, ambitiosissimumq; tyrannũ, ⌊ & scelus interfectionis septuaginta filiorũ Ierobahal, & effusionem sanguinis eorũ, ⌋ videlicet filiorũ Gedeonis, Augu lib. Iud.q 49

C ⌊ cõferre ⌋ .i. retorquere ⌊ in Abimelech fratrẽ suũ, & inter cæteros Sychimorũ principes, qui eũ adiuuerãt. ⌋ Superius dictũ est, q̃ Abimelech cõduxit viros vagos & inopes, qui eũ iuuerũt, quo ergo nunc dicunt, eũ iuuisse principes Sychimorũ? Ad q̃d dicendũ videt, q̃ Abimelech in regem promotus, illos auxiliatores suos in officijs magnis cõstituit ⌊ Posueruntq; insidias aduersum eum in summitate montiũ. Et dũ illius præstolarent aduentũ, ⌋ quatenus eũ improuise occiderẽt, qã & insidias aduersus eũ posuerũt in montiũ summitate. ⌊ Exercebant latrocinia agentes p̃das de prætereuntibus, ⌋ quos spoliauerũt aut etiã occiderũt, præsertim si erant de parte Abimelech. ⌊ Nũtiatũq; est Abimelech. Venit aũt Gahal filius Obed cũ fratribus suis, & transiuit ⌋ .i. ingressus est ⌊ Sychimã, ⌋ .i. territoriũ illud. ⌊ Ad cuius aduentum erecti ⌋ .i. animati & roborati ⌊ habitatores Sychem, egressi sunt in agros, vastãtes vineas, ⌋ q̃ ad Abimelech vel eius auxiliatios pertinebant, ⌊ vuasq; ⌋ vinearũ illarũ ⌊ calcantes, ⌋ in aspernationẽ Abimelech, ⌊ & factis cantantiũ choris ⌋ .i. choreis, ⌊ ingressi sunt phanũ dei sui, & inter epulas & pocula maledicebãt Abimelech, clamãte Gahal filio Obed, ⌋ viro potẽte & ambitioso, qui cupiebat, occiso Abimelech, p̃sidere populo illi. ⌊ Quis est iste Abimelech? ⌋ quasi dicat, vilis & impius est, & nobis p̃esse indignus. ⌊ Et q̃ est Sychem, vt seruiamus ei? ⌋ tanq̃ dicat, p̃clara & vetus vrbs est, in qua non decet tã vilẽ regnare. ⌊ Nunquid nõ est iste filius Ierobahal ⌋ .i. filius est Gedeonis nati ex tribu Manasse, cuius filius nõ habet ius regnãdi in terra hac tribus Ephraim. ⌊ Et cõstituit Zebul seruũ suũ ⌋ principẽ .i. balliuũ aut p̃fectũ ⌊ sup viros Hemor patris Sychẽ ⌋ .i. sup nobiles habitatores oppidi huius, in quo olim Hemor, qui fuit tẽpore Abrahæ princeps & pater vrbis istius, qui & filiũ habuit noĩe Sychẽ, vt in Genes.34

Genesi habet, Sicq; habitatores Sychem, quãuis Israelitæ & Ephrataei dicunt viri Hemor. i. successores eius in possidẽdo & inhabitando vrbẽ hanc ipsam, Et forte aliqui ex reliquijs antiquorũ D
illorum Amorræorum adhuc habitabãt ibidẽ, sicut & in alijs vrbibus terræ promissionis. Cur ergo seruiemus ei? quasi dicat, indigna premimur seruitute. Porro quod dictũ est, nunquid nõ est filius Ierobahal, quidã exponunt quasi ironice dictũ, acsi Gahal dicat, Abimelech nõ est filius Gedeonis legitimus, sed spurius. Vtinã daret aliquis populũ istũ sub manu mea, vt auferrẽ de medio Abimelech. Dictũq; Abimelech. i. quidã amici ipsius Abimelech suggesserũt ei: Congrega exercitus multitudinẽ. i. totũ tuum exercitũ collige, & veni. Deinde subiungit, quis ista insinuauerit ipsi Abimelech. Zebul enim audiris sermonibus Gahal filij Obed, qui dixerat: Vtinã daret quis populũ istũ sub manu mea, vt auferrẽ de medio Abimelech. i. vt ipsum occiderẽ, iratus est valde, zelans pro dño suo. Veruntamẽ dissimulauit irã suã, vt deciperet ipsum Gahal, ideo subditur. Et misit clàm ad Abimelech nuntios, dicẽs: Ecce Gahal filius Obed venit in Sychimam cũ fratribus suis & oppugnat aduersum te ciuitatẽ. i. vrbẽ Sychem conat sibi allicere, subijcere, & cõtra te prouocare. Surge itaq; cũ populo tuo qui tecum est, & latita in agro, & primo mane oriente sole irrue sup ciuitatem. Illo aũt adueniẽte aduersum te, fac ei q̃d potueris. Surrexit itaq; Abimelech cũ omni. i. toto exercitu suo nocte & tetendit insidias iuxta Sychimã in quatuor locis, ne Gahal per aliquã viam posset effugere. Egressusq; est Gahal valde mane de domo, & stetit in introitu portæ ciuitatis Sychem. Surrexit aũt Abimelech, &c. Cũq; vidisset Gahal populũ venientem cũ Abimelech, dixit ad Zebul, qui simulauit se esse fautorem Gahal: Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Vmbras montiũ vides, quasi capita hominũ, & hoc errore deciperis. Rursusq; Gahal ait: Ecce populus de vmbilico terræ descẽ E
dit. Vidit enim Gahal ex alia parte terræ inferiore, in qua capita montiũ non apparebãt, aliũ cuneum venire. Cui dixit Zebul: Vbi est nunc os tuũ, quo loquebaris: quis est Abimelech, vt seruiamus ei? Nonne hic populus est quẽ despiciebas? quasi dicat, nunc repressa est tua psumptuosa loquutio. Egredere & pugna contra eũ. Abijt ergo Gahal, expectante Sychimorum populo belli euentũ. Fuit aũt in vrbe illa intestina dissensio, quibusdã fauentibus ipsi Abimelech, alijs vero fauentibus Gahal, idcirco nec fautores Abimelech exierũt in eius auxilium, nec fautores Gahal habitantes in Sychem sequuti sunt eũ, sed omnes pstolabant exitũ pugnæ, & pugnauit contra Abimelech, qui persequutus est eũ fugientẽ Gahal, & in vrbẽ cõpulit eum fugere. Cecideruntq; ex parte eius plurimi vsq; ad portã ciuitatis, & Abimelech sedit in Rama. i. cũ exercitu suo ibi quieuit, præstolans iteratũ exitum Gahal. Zebul aũt ipsum Gahal & socios eius expulit de vrbe Sychem, nec in ea passus est cõmorari. Sequenti ergo die egressus est populus. s. Gahal cũ suis in campũ, &c. Deinde in litera recitat qualiter Abimelech cõtra eũ præualuit. Duæ aũt turmæ palantes. i. vagantes & palam currẽtes per campũ, aduersarios persequebant. Abimelech quippe in isto cõgressu diuisit populũ suum in tres turmas, quarum duæ persequebant Gahal ac socios eius. Porro Abimelech cũ tertio cuneo omni die illo oppugnabat. i. obsedit vrbẽ Sychẽ, quã cæpit, interfectis habitatoribus eius, ipsamq; destruxit, ita, vt sal in ea dispgeret, in signũ pfectæ victoriæ supra eã. Quod cũ audissent q habitabãt in turre Sychimorum, q̃ turris fuit sita seorsum, ingressi sunt phanũ dei sui Berith, &c. Qui qualiter ibi occisi sunt igne & fumo, in textu, q planus est, recitat. Abimelech aũt inde proficiscẽs, venit ad oppidũ Thebes, q̃d circũdans obsedit, cæpit & turrẽ in medio vrbis sitã, ad quã habitores vrbis cõfugerãt, nitebat succẽdere. Et ecce vna mulier fragmen molæ. i. magni saxi desup ia- F
ciẽs, illisit capiti Abimelech, & cõfregit cerebrũ eius. Secũdũ Lyrã, in Heb. habet, ceruicẽ eius, & addit, Si enim cõfregisset cerebrũ eius, statim mortuus fuisset, vt videt. Potius puto, q̃ dictio illa hebraica sit ad vtrũq; æquiuoca, nec sequit q̃ fracto cerebro subito expirasset, imò si ceruicẽ eius cõfregisset, vlterius loqui nõ potuisset infelix iste Abimelech, ideo melius trãslatũ est verbũ illud Hebræũ, in cerebrũ. Itaq; cerebrũ eius cõfregit. i. letaliter vulnerauit. Fuerũt aũt tres vrbes vocatæ hoc noĩe Thebes, vna in Aegypto, de qua fuit sacralegio Thebæorum, alia in Græcia, à qua dicunt Thebani, tertia in Iudæa, de qua fuit Helias, & inde dicunt Thebitæ. Qui vocauit cito armigerũ suũ & ait ad eũ: Euagina gladiũ tuum & percute me. i. occide me q vltra diu viuere nequeo, ne forte dicat q̃ à fœmina interfectus sim. Qui iussa pficiens, interfecit eum. Superbissimus ille humanũ opprobriũ magis q̃ dei iudiciũ formidauit, nec licuit ei mortẽ suã sic accelerare, q̃a hoc
1. Regũ. 31. æquiualenter fuit, seipsum occidere, idcirco peccauit in hoc, sicut & Saul, in propriũ gladiũ ruens. Peccauit q̃q;, quia ex causa tã vana fecit sibi mortẽ infligi celeriorẽ. Illo q̃q; mortuo, oẽs qui cũ eo erãt de Israel, reuersi sunt in sedes suas. Et reddidit deus malũ q̃d fecerat Abimelech cõtra patrẽ suũ. Sychimitis q̃q;, quod operati erãt, retributũ est. i. pro suis excessibus digne puniti sunt. Et venit sup eos maledictio Ioathan filij Ierobahal. i. imprecatio mali pœnalis q̃d eis fuerat im
Iose lib. 5 antiq. ca. 9. precatus, q̃d ex diuino instinctu pnũciasse videt. Refert Iosephus, q̃ pestẽ hãc passi sunt Ephraitæ, eo q̃ cõtra Gedeonẽ tam superbe iurgati sunt. Sed (sicut nũc patuit) nõ solũ ob hoc, sed & propter iniquitatẽ eorum in filios Gedeonis, Et quia tã sceleratissimũ fratricidã constituerũt sibi regẽ.

¶Expo

A ¶Expositio eiusdem cap. IX. spiritalis. Arti. XVII.

DOcemur in primis in isto cap. ex parentũ virtuositate aut sanctitate nequaꝗ̃ ꝓsume-
te aut inaniter nobis blandiri, quasi sufficiat nobis progenitores aut ꝓdecessores san-
ctos habere. Ecce em̃ sanctus vir Gedeon, cũ quo toties ore ad os loquutus est ange
lus, vir ꝑcipue pius & humilis, ꝗ̃ sceleratissimũ, crudelissimũ & ambitiosissimũ habuit
filiũ. Deniq; ꝑ Abimelech figurati sunt oẽs ambitiosi, qui ꝓsidente defuncto, ad principatũ aut ꝓ
latione aspirãt, imò meliores ac doctiores ꝓcedere ac impedire conãtur, q sibi ipsis sumũt hono-
rẽ ꝓsidentiæ, pericula nõ pensantes, nec ponderãtes, ꝗ̃ durissimũ fiet iudiciũ eis q præsunt. Tales
instar Abimelech interficiũt oẽs fratres suos. i. eos, qs sibi metuũt ꝓferendos, ꝑ obloquutiones in
aliorũ cordibus annihilari nitunt, vt. s. reputent pro nihilo, atq; in suũ auxiliũ cõducunt vagos &
inopes, q ad ꝓsequendũ meliores sc, sibi alliciunt hoĩes leues virtutibus destitutos. Specialr̃ quoq;
ꝑ Abimelech designant, qui ꝑ potentiã aut carnis propinquitatẽ aut nobilitatẽ, vel certe ꝑ sub-
ornationes, ꝓces, blandimẽta, seu promissa aut munera adipisci conant principatũ aut ꝓlaturam.
Per Sychimitas vero designant hi, q talẽ eligũt aut promouẽt ob propria cõmoda, vel ex carna
li amore, inter qs postea solet oriri turbatio magna, imò si modicus error ĩ principio, magnꝰ erit
in fine, ꝗ̃ maximus in principio error & excessus, ꝗ̃tũ in processu augebit, ꝗ̃q; intolerabilis in fi-
ne cõsistet. Ideo explicari nõ valet, ꝗ̃ multa & magna incidãt crimina, q taliter promouent aut
promouẽt. Totis ergo ꝓcordiis vitemus oĩa vitia ista, & subesse optemus ac obedire, nõ ꝓside re.
Nẽpe quis est, q ad ꝓlationẽ afficit, aut in ea manere lætat, nisi q diuini rigorẽ iudicii nõ veretur,
B nec insufficientiã propriã, nec sua nouissima intuet. Præterea sicut Abimelech loquutus est Sy-
chimitis: Quid vobis melius est vt dominent vobis septuaginta viri. Sic quidã ambitiosi aut inui
diosi, aliorũ promotionẽ impedire conãtes, & seipsos quærẽtes, dicere solent his, qbus ꝓficiẽdus
est aliqs: Si ille aut ille fuerit vobis ꝓlatus, faciet quicqd illi aut illi suggesserint ei, sicq; habebitis ꝓ-
latos seu dños multos. Melius igit vobis est, vt me vnũ, aut eũ quẽ vobis cõmendo habeatis in ꝓ-
sidentẽ, & vicissitudinẽ vobis reddã ac vestris cõsiliis & volũtatibus acquiescã. Itaq; talibus ꝓsi-
dentibus, eorũq; subditis clamare potest vir bonus spiritaliter renouatus, designatus ꝑ Ioathan,
stans in monte, hoc est in Chr̃o & eius doctrina. Ierunt ligna vt vngerẽt sup se regẽ. i. hoĩes Chri
stiani ꝓlatũ aut principẽ habere conati sunt, q sine rectore nulla multitudo potest subsistere. Di
xeruntq; oliuæ: Impera nobis. Quales viri ꝑ oliuã, ficũ & vitẽ sint intelligẽdi, ex ꝓcedẽti claret ar
ticulo. Viri aũt hmõi virtuosi cõtemplatiui sicut adipe & pinguedine supernis charismatibus im Psalm.44
pinguati, virtuosis actibus assidue insistẽtes, ꝓlationẽ & occupationẽ externã abhorrẽt, refugiũt,
ꝓsertim dũ eos, à qbus petunt, vident moribus suis nõ cõuenire, seu duros & indirigibiles esse. Di
xeruntq; ad Rhamnũ: Veni & impera nobis. Per Rhamnũ hoĩes seculares, carnales, passiona-
ti, mente & corpore incircũcisi signati sunt, Et tales nunc cõmuniter ad ecclesiasticas dignitates, Osee.8
principatus siue officia promouent, Dũ propter pctã populi illud cõtingit, deo in suo furore re-
gẽ donante. Et qm̃ tales fracti & reformati nõ sunt, faciliter & frequenter cõtingit, ꝙ ignis indi-
C gnationis, iræ, impatiẽtiæ, seu flãma cupiditatis ex eis egredit, & eorũ subiectos inflãmat & vastat
ita ꝙ cõtra se inuicẽ ꝓliant, & se mutuo demoliunt, queadmodũ quotidie cernimus & deflemus.
Insup per Gahal & eius fautores ꝓfigurati censent, q superioribus suis incaute rebelles sunt, eisq;
depulsis aut trucidatis, ꝓesse pro illis affectãt: sicq; cõtetiones, rebelliones, seditiones, pugnas, &
deuastationes terræ nascentiũ vrbiũ & villarũ, pauperũ quoq; & innocentiũ oppressiones indu-
cunt, & tandẽ ipsimet pessime pereunt. Heu ista videmus quotidie fieri, qm̃ pro episcopatibus &
principatibus obtinendis ista & consimilia sceleratissime fiunt.

¶EXPLANATIO CAP. X. Post Abimelech sur
rexit dux in Israel, Thola. Arti. XVIII.

PRocessus vitæ & gubernatiõis filiorũ Israel sub duobus iudicibus hic nar
ratur. Quinta quoq; eorũ tribulatio describi incipit. Post Abimelech
surrexit dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimelech, vir de Isas-
char, q habitauit in Sanir montis Ephraim. Iste fuit vir bonus, nec se
ipm ingessit, sed deo sic disponẽte, effectus est iudex, nõ sibi vsurpãs no
mẽ regis, sicut Abimelech, & iudicauit Israel viginti & tribus annis,
sub cuius regimine, deo, nõ idolis seruierũt, mortuusq; est ac sepultus
in Sanir. Sed q̃stio orit, quõ potuit Phua iste esse patruus ipsius Abi-
melech. i. frater patris eius. s. Gedeonis, cũ Gedeon fuerit de tribu Ma
nasse, & Thola de Isaschar tribu: Ad qd August. aliiq; r̃ndent, ꝙ Gede Augu. lib.
on & Phua fuerũt fr̃es ex tribu matris, q successiue duxit vnũ maritũ de Manasse, aliũ de Isachar. Iud. q. 47
Sed cõtra hoc argui pt, ꝙ vir & vxor debebãt esse de tribu eadẽ, exceptis leuitis. R̃ndet, ꝙ viri te
nebant accipere cõiuges suæ tribus, ne fieret cõfusio sortiũ seu permixtio hæreditatũ, nõ aũt ecõ-
tra, qm̃ fœminæ nõ habuerũt hæreditatẽ, nisi qñ parẽtes earũ nõ habuerũt filiũ marẽ: sicq; eadẽ

1. Regū 18 / 1. Reg. 25 / Nume. 36 — fœmina diuersarū tribuū viris poterat copulari. Vnde & Saul de tribu Beniamin, filiā suam dedit vxorē Dauid de tribu Iuda. Dauid quoq; Achinoam Israelitē sumpsit in cōiugem. Veruntamē his obiici pt, qd in Numeris dñs iubet: Oēs viri ducēt vxores de tribu & cognatione sua, & cūctæ fœminæ maritos de eadē tribu accipiant, nec sibi cōmisceant tribus, sed ita maneāt vt à dño separatæ sunt. Huic successit Iair Galaadites, i. de terra Galaad trans Iordanē, quæ ad tribū Manasse ptinuit. Et ita vir iste fuit de tribu Manasse, q iudicauit Israel p viginti & duos annos, habēs triginta filios, sedētes, i. suo tēpore equitātes, sup triginta pullos asinarū, i. mulos, vt quidam exponūt, cū tamē muli ex asino & equa gignant, ideo pt exponi de pullis asino & asina natis, Nā (Nume. 22 / Matt. 21) & Balaam sup asinā equitauit, sed & Chrs sup asinæ pullū, qui nō fuit mulus, sed asinus. Veruntamen secundū Lyrā, in Hebræo solū habet, pullos. Propter qd vt referūt doctores, Hebræi per pullos intelligūt hic, equos iuuenes & electos. qd nō videt idonee dictū: qa (secundū Origenem (Origenes) aliosq; doctores) Hebræi nunq̄ legunt equis vsi ad equitandum, cū tamē Dauid tot gesserit bella Et Absolon sup mulā sedebat, vt secūdo Reg. habet. & principes triginta ciuitatū, q̄ ex nomine eius sunt appellatæ Auothiair. i. oppida Iair. Mortuusq; est Iair ac sepultus in loco, cui est vocabulū Camon. Filij aūt Israel pctis veteribus iungētes noua, fecerūt malū in cōspectu dñi, & seruierunt dñs alienis, videlicet Baalim & Astaroth, in quo notant duæ idololatriæ. Et subiungitur de alijs quinq; idololatrijs in gñe, in qbus variæ speciales idolorū culturæ cōprehēduntur. Et dijs Syriæ ac Sidonis & Moab & filiorū Ammon & Philisthijm, dimiserūtq; dñm & nō coluerunt eū. Cōtra qs iratus dñs, nō p affectionis cōmotionē, sed p effectus similitudinē, tradidit eos in manus Philisthijm & filiorū Ammon, vt p illos punirent, quorū deos colebāt. Per qd discerēt, sibi nequaq̄ prodesse cultū deorū illorū, à quorū cultoribus specialr opprimebant, & à qbus dñs nō poterāt adiuuari. **E** Afflictiq; sunt, & oppressi vehementer p annos decem & octo, in tantum vt filij Ammon vastarēt Iudam & Beniamin & Ephraim. Afflictusq; est Israel nimis. Et clamātes ad dñm, dixerūt: Peccauimus tibi, &c. Quibus loquutus est dñs. Dicūt Hebræi, q p Phinees sacerdotē, qd videt ficticiū, quia Phinees secundū hoc fuisset circiter trecentorū annorū, sicut p tēpora Iudicū, & annos qs sub Moyse & Iosue habuit, posset probari. Verius igit creditur, q p aliū sanctū virū, & forte prophetā siue p angelū, qm̄ iste loquēs loquit in psona dei, nec pmittit nec adiungit, Hæc dicit dñs, vt moris est prophetarū. (De per di. 1. cui volu / esset. 6. De nique.) Nunqd nō Aegyptij & Amorræi, filijq; Ammon & Philisthijm, Sidonij quoq; & Amalech & Chanaan, i. Chananæi oppresserunt vos, & clamastis ad me, & erui vos de manu eorū? Sicut paulo ante expressæ sunt septem idololatriæ Israelitarū: ita nunc cōtra illos exprimunt septē gentes, à qbus afflictæ sunt & ereptæ. Et tñ reliquistis me, & coluistis deos alienos. Idcirco nō addā, vt vltra vos liberē, qd cōminatiue, nō assertiue prolatū est. Et sub cōditione fuit intelligēdū, videlicet nisi filij Israel se emēdarēt. Ite & inuocate deos qs elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiæ. derisorie atq; ironice dixit hoc dñs. Dixeruntq; filij Israel ad dñm: Peccauimus, redde tu nobis quicqd tibi placet. (2. Reg. 24) Sic & Dauid secūdo lib. Reg. ait: Melius est vt incidā in manus dñi, multæ eñi sunt misericordiæ eius, q̄ in manus hoīm. Tantū nunc libera nos, i. hoc potissimū deprecamur, vt saltē nūc parcas nobis, & ita nos emēdabimus, q nō deueniemus ad talē articulū. Quæ dicētes, oīa idola proiecerūt & seruierūt dño deo. Qui doluit sup miserijs eorū, i. p modū cōpatiētis se habuit, cito subueniendo eisdē. Itaq; filij Ammon cōclamātes in Galaad fixerūt tentoria, cōtra qs congregati filij Israel, in Maspha castrametati sunt. Dixeruntq; principes Galaad, i. principales in tribu & terra illa, singuli ad proximos suos: Qui primus ex nobis cōtra filios Ammon cœperit dimicare. Vnde videt, q magis infestabant ab Ammonitis, q̄ à Philistæis, erit dux populi Galaad, i. filiorū Israel in Galaad cōmorātiū, ita q specialiter pceit eis. Itaq; p hāc promissionē cupiebāt **F** aliquē virū idoneū animare ac puocare ad assumendū speciale bellū tā periculosum & arduū atq; ad pliandū primo in acie. ¶ Ex ista historia cōmendat nobis fragilitas, ingratitudo, puersitas hominū ineffabilr magna, infinita quoq; misericordia dei. Ideo nullus desperet, & q misericordiā dei impetrare desiderat, incessabilr clamet ad dñm, & oīa vana phantasmata & obiecta, occasiones peccādi & vitia, in qbus offenderat deū, de corde suo prorsus abijciat, confiteat, & dño obsequat.

¶ ELVCIDATIO LITERALIS CAP. XI. Fuit itaq; illo in tempore Iephthe Galaadites. Arti. XIX.

(Iudicū. 10) QVintæ tribulationis filiorū Israel historia in pcedēti cap. inchoata, nunc cōtinuat. Fuit itaq; illo in tēpore Iephthe Galaadites, qa fuit de territorio noīe Galaad & item de ciuitate sic noīata, atq; de semine viri noīe Galaad. Erat ñ Galaad quoq; est nomē terræ illius, quoq; vrbis existētis in ea, aliqn̄ viri, q habitauit ibidē, vir fortissimus corpore, postea quoq; fortissimus in aīa, qa vir sanctus, atq; pugnator ab actu ac peritia pliandi, filius mulieris* meretricis, q Iephthe natus est (56. dist. ca no. nasci de Heb. caus ponentes.) de Galaad, i. de viro sic appellato, q fuit pr̄ Iephthe. Habuit aūt Galaad, s. vir pfatus vxorē, i. legitimā cōiugē, aliā à meretrice pdicta, de qua suscepit filios, q postq̄ creuerāt in ætatē, fortitudinēq; virilē, eiecerūt Iephthe, i. cū à se ex aspernatiōe, & forte ex inuidia repulerūt, qa

A virilior ac robustior eis fuit. Nā infra ait: Nōne vos estis q̄ odistis me, ⌊dicētes: Hæres in domo
patris nr̄i esse nō poteris, qa de adultera matre natus es ⌋.i. māser seu spurius, idcirco nr̄ cohæres
nō eris. Porro nō oīs meretrix extat adultera, sed mr̄ Iephthe cōcūbēdo cū viro cōiugato, adulte
ra est effecta. Tamē (vt aliqui dicūt) in Hebræo & in libris correctis habet, de altera matre natus
es. ⌊Quos ille fugiēs atq; deuitās, habitauit in terra Thob ⌋.i. in regione sic dicta. ⌊Cōgregatiq; alo, paulis
sunt ad eū viri inopes & latrocinātes, & q̄si* ducē sequebant. ⌋Dicūt aliqui, q̄ nō exercebāt p̄das pem.
& latrocinia, nisi in aduersarios Israelita℞: quēadmodū Dauid & viri eius primo Reg. legunt p̄da
ti Amalechitas & alios quosdā gētiles, q̄d nō videt probabilitatē habere, qa & viri isti ad Iephthe 1. Regū. 8
p̄fecti, infideles fuerūt. Et Iephthe erat ibi in terra gētiliū, nec Iephthe protunc curauit Israelitas
defendere, à q̄bus eiectus fuit & despectus. In illis diebus pugnabāt filij Ammon cōtra Israel, q̄-
bus fortiter instātibus, perrexerūt maiores natu de Galaad ⌋.i. terræ seu cognationis illius, q̄ fuit
ex tribu Manasse, imò vt Num. lib. habet, Galaad fuit filius Machir filij Manasse, ⌊vt tollerēt in Numer. 29
auxiliū sui Iephthe, dixerūtq;: Veni & esto priceps ⌋.i. iudex ⌊nr̄, & pugna cōtra filios Ammō ⌋
.i. princeps belli esto aduersus illos. ⌊Quibus ille r̄ndit: Nōne vos estis q̄ odistis me & eiecistis de
domo ⌋.i. habitaculo & familia ⌊p̄ris mei. ⌋Vnde videt q̄ aliqui fratrū suo℞ inter istos fuerunt
vel frēs sui ho℞ authoritate eiecerāt eū, aut cōmunitati imputat, q̄d à quibusdā ex ea pactū. ⌊Et
nūc venitis ad me necessitate cōpulsi, ⌋q̄si dicat, nō faciliet vobis credendū est, & necessitate ista
cessante, infideles eritis mihi. ⌊Dixerūtq;: Ob hāc ergo causam nūc ad te venimus, vt proficisca-
ris nobiscū, sisq; dux omniū q̄ habitāt in Galaad, ⌋tanq̄ dicāt, quicq̄d fit de rebus p̄teritis, nūc ex
amore & bona intētione venimus ad te. ⌊Iephthe q̄q; dixit eis: Si vere, ⌋veritate rei & sermonis
B ⌊venistis ad me, ⌋pro causa p̄tacta, ⌊vt pugnē pro vobis cōtra filios Ammon, tradideritq; dn̄s
eos, ⌋videlicet Ammonitas, ⌊in man⁹ meas, ero vr̄ priceps. ⌋Si hoc dixit ex desiderio p̄sidēdi &
p̄prij honoris, vituperabile fuit, si aūt ex charitate, vt. s. sua p̄sidētia traheret eos ad dei cultū & cō
seruaret terrā in pace, laudabilr̄ dixit hæc. ⌊Q̄ r̄nderūt ei: Dn̄s q̄ hęc audit ⌋.i. cognoscit. Auris eq Sapiē. 1
dē cœli audit oīa ⌊ipse meditor ⌋.i. iter nos p̄sens ⌊& testis ē ⌋.i. autor, testis, ac iudex huius nego Hiere. 29
tij, q̄ dixit p Hiere. Ego sum iudex & testis, ⌊q̄ nr̄a p̄missa faciem⁹ ⌋.i. implebim⁹, cōstituēdo &
tuendo te principē nostrū. ⌊Abijt itaq; Iephthe cū principibus Galaad, fecitq; eū oīs pp̄lus prin
cipē sui. ⌋Iephthe venit cū Galaaditis vsq; in Maspha trans Iordanē, in q̄ loco cōuenerāt filij Is-
rael, nō solū viri de Galaad, ad tractādū, qualiter esset resistēdū filijs Ammon. Quod ergo nūc di-
citur, Oīs pp̄lus eū fecisse principē suū, intelligēdū videt de oībus ibi collectis, nō tantū de Galaa-
ditis, fecerūtq; eū principē sui ante victoriā. ⌊Loquutusq; est Iephthe oēs sermones suos corā
dn̄o in Maspha ⌋.i. primo humiliauit se corā deo, & eius inuocauit auxiliū, atq; in oīm p̄sentiare
petiuit pactionē inter se, Galaaditasq; initā pro ratificatiōe maiori. ⌊Et misit nūtios ad regē filio
rū Ammon, q̄ ex p̄sona sui dicerēt: Quid mihi & tibi est ⌋.i. quid causæ & rōnis cōtra me habes,
⌊qa venisti cōtra me, vt vastares terrā meā ⌋.i. terrā filio℞ Israel, q̄bus p̄sum, & terrā in qua cō-
stitutus sum iudex. ⌊Quibus ille r̄ndit: Quia tulit ⌋.i. iniuste & violenter abstulit & sibi subiecit
⌊Israel terrā meā, ⌋de iure, q̄uis nō de facto, ⌊q̄n ascendit de Aegypto à finibus Arnon ⌋.i. loci
sic nūcopati ⌊vsq; Ieboc ⌋.i. locū sic nominatū ⌊atq; Iordanē. Nūc ergo cū pace redde eā mihi ⌋
C Quēadmodū in Num. describit: Seon rex Amorrǽo℞ iure seu vi p̄lij abstulit regi Moabita℞ ma Numе. 21
gnā sui regni partē. Cūq; Seon rex negasset filijs Israel trāsitū regnū sui imperij, processissetq;
obuiā filijs Israel ad pugnādū. Tradidit eū dn̄s cū omni terra ac pp̄lo suo in manus Israelita℞, q̄
extūc possiderūt aliqua loca, q̄ aliq̄n erāt de regno Moabita℞, Et illa rex iste filio℞ Ammon mo
do repetijt, qa ipse etiā nūc regnauit in Moab. ⌊Per q̄s rursum mādauit Iephthe & imperauit eis
vt dicerēt regi Ammō: Hæc dicit Iephthe, Nō tulit Israel terrā Moab, nec terrā filio℞ Ammō ⌋
.i. pp̄lus Israeliticus nō abstulit Ammonitis aut Moabitis quicq̄ de regno eo℞, q̄d protūc p̄tinue
rit eis, q̄uis aliqua abstulerūt, q̄ aliq̄n p̄tinuerūt ad illos. Vnde in Deut. dn̄s ait pp̄lo Israel: Nō pu- Deut. 2
gnes cōtra Moabitas, nō eni dabo tibi quicq̄ de terra eo℞. Et rursus ibidē: Nō pugnes cōtra fi- Ibidem.
lios Ammon, Nō eni dabo tibi de terra eo℞, qa filijs Loth tradidi eam, ⌊sed q̄n ⌋ filij Israel ⌊de
Aegypto cōscenderūt, ambulauit p solitudinē vsq; ad mare rubrū, & venit ⌋ pp̄lus Israel ⌊in Ca
des ⌋Barne, vt i Deut. habet. ⌊Misitq; Israel nūtios ad regē Edom ⌋Idumæo℞, ⌊dicēs: Dimit
te vt trāseā p terrā tuā. Qui noluit acquiescere p̄cibus eius. ⌋Hinc legit in Num. Ecce in vrbe Ca Deut. 1
des positi, obsecramus, vt nobis trāsire liceat p terrā tuā. Cui r̄ndit Edom: Nō trāsibis p me, alio Nume. 20
quin armatus occurrā tibi. Veruntā his obijci p̄t, q̄d in Deut. dn̄s loquit: Transibitis p terminos
fratrū vestro℞ Esau, q̄ habitāt in Seir & timebūt vos. Ad hoc aliqui dicūt, q̄ primo negauit, vi- Deut. 2
delicet anno secūdo egressionis Israel ex Aegypto. Postea aūt vel idē rex Edom vel eius succes-
sor cōcessit filijs Israel transitū illū, anno. s. q̄dragesimo egressionis p̄fatæ. Alij dicūt, q̄ nec post cō
cessit. Et q̄ in verbis his, trāsibitis p terminos, sumit, p, pro iuxta, ita q̄ transierūt iuxta Idumæā,
nō p eā. Sed primū verius reor. ⌊Misit q̄q; ⌋Israel ⌊ad regē Moab ⌋ pro licētia trāseundi p̄ re-
gnū eius, ⌊q̄ & ipse trāsitū p̄bere cōtempsit, ⌋hoc in libris Moysi nō habet. Imo obijci p̄t, q̄d in
Deut. filij Israel legunt regi Esebon nūtiasse: Cōcedas trāsitū nobis, sicut fecerūt filij Esau & Mo Ibidem.

abitæ, Ad q̄d datur trāſio ſimilis p̄cedēti. ⌊ Manſit itaq; in Cades ⌋.i. in illa ſolitudinis parte non D
Deut. 2 multū diſtāte ab vrbe Cades, ⌊ & circuiuit ex latere terrā Edom & terrā Moab, ⌋ poſt primā il
Pet. Co. lā negationē licētiæ trāſeūdi p terras illas. Vnde in Deut. habet: Circuiuimus mōtē Seir lōgo tp̄e
bi li in c. 12 De hoc in Scholaſt. hiſt. ex Ioſepho recitat: Egrediēs Iſrl̄ de Cades, circuiuit Idumæā, incedēſq;
Joſe lib. 4 p deſertū Arabiæ, & p̄tergrediēs Atchim metropolim Arabū venit in montē Hor. ⌊ Venitq; ad
an. in. ca 12 oriētalē plagā terræ Moab, & caſtrametatus ē trās Arnon, ⌋ q ſcd̄m Ioſephū eſt fluuius de mōti
bus Arabiæ deſcēdēs, & p deſertū fluēs, erūpit in ſtagnū. ⌊ Nec voluit intrare terminos Moab ⌋
Nume. 20 Moabitis inuitis, libēter tñ intraſſet ſi annuiſſent. ⌊ Arnon q ppe cōfiniū eſt terræ Moab, ⌋ iuxta
illud Num̄. Arnō terminus ē Moab, diuidēs Moabitas & Amorræos. ⌊ Miſit itaq; Iſrl̄ nuntios
ad Seon regē Amorræoꝝ q habitabat in Heſebon, ⌋ p licētia eūdi p terrā ipſius, ⌊ & dixerūt ei:
Dimitte vt trāſeā p terrā tuā vſq; ad fluuiū. Qui & ipſe deſpiciēs Iſrl̄, nō dimiſit eū trāſire p termi
nos ſuos ⌋.i. licētiā illā negauit, tñ impedire nō potuit, qa paulo poſt fuit occiſus, ⌊ ſed infinita ⌋
.i. valde & vltra ſolitū numeroſa ⌊ multitudine cōgregata, egreſſus eſt cōtra eū ⌋.i. Iſraeliticū po
pulū, ⌊ in Iaſa ⌋.i. loco ſic nuncupato, ⌊ & fortiter reſiſtebat. Tradiditq; eū dn̄s in manus Iſrl̄ cū
omni exercitu ſuo & pcuſſit eū, & poſſedit ⌋ Iſrael ⌊ omnē terrā Amorræi, ⌋ videlicet Seon reg.
Joſe. lib. 4 Amorræoꝝ, ⌊ & vniuerſos fines eius de Arnon vſq; Ieboc, ⌋ eſtq; Ieboc (ſcd̄m Ioſephū) fluuius
an. in. c. 3. 4 quidā, ⌊ & de ſolitudine, ⌋ q̄ eſt inter Aegyptū & Chanaan, ⌊ vſq; ad Iordanē. ⌋ Hinc ſcriptū eſt
in lib. Num̄. Miſit Iſrl̄ nūtios ad Seon regē Amorræoꝝ, q cōcedere noluit vt trāſiret Iſrl̄ per ter
Nume. 21. minos ſuos, qn potius exercitu cōgregato egreſſus ē obuiā in deſertū, & pcuſſus ē in ore gladij ab
Iſrael, & poſſeſſa ē terra eius ab Arnon vſq; Ieboc & filios Ammon. Rex Seon pugnauit contra E
regē Moab & tulit omnē terrā q̄ ditionis illius erat vſq; ad Arnon. ⌊ Dn̄s ergo deus Iſrael ſubuer
tit Amorræū, pugnāte cōtra illū ⌋ ſ. cōtra regē Amorræoꝝ iā dictū, ⌊ pplo ſuo Iſrl̄. Et tu nunc
vis poſſidere terrā eius? ⌋.i. terrā illā populi Iſrl̄, quā acquiſiuit tā iure belli q̄ dono dei, cuius ſunt
oīa, & q dat terrā quamcūq; iure creatiōis ac ſummi dn̄ij cuicūq; voluerit. ⌊ Nōne ea q̄ poſſidet
Chamos deus tuus, tibi iure debent? ⌋ Hoc ſonare videt, q̄ſi Iephthe putauerit q̧ falſus Ammoni
taꝝ deus, q Chamos vocat, poſſederit terrā illā, aut eā cōtulerit regi ac pplo Ammō, vt hac rōne
Aug. li. 7 eis deberet de iure. Veꝝ, vt tāgit Auguſt. Iephthe hæc p̄tulit ſcd̄m vanā opinionē ac reputatio
q. qſt. 48 nē eius, cui hæc nūtiauit, Secūdū q̧ cōſuetudo ſcripturæ ē, negotia recitare ſcd̄m hoīm æſtimatio
nē pro tp̄e illo currentē. Quēadmodū aūt cultores veri dei, vero deo aſcribūt ea q̄ habēt ac obti
nent: ita falſoꝝ cultores deoꝝ dn̄s ſuis ſuas poſſeſſiōes victoriaſq; attribuūt. ⌊ Quæ aūt dn̄s deus
nr̄ victor obtinuit ⌋.i. potēter & iuſte incredulis, indignisq; abſtulit, & nobis largitus eſt, ⌊ in no
ſtrā cedēt poſſeſſionē, ⌋ tanq̄ dicat, arguēs p locū à minori: Si tibi debent, q̄ à deo tuo falſo te pu
tas habere, multo plus nobis debent q̄ authoritate atq; auxilio dei veri ſumus adepti, ⌊ niſi forte
melior es Balach filio Sephor, rege Moab, ⌋ q cōduxit Balaā ad maledicēdū filijs Iſrael, q̄ſi dicat,
Tu nō habes maius ius repetēdi hanc terrā, q̄ Balach, q fuit rex Moab, qñ à filijs Iſrael pcuſſus eſt
Seon rex Amorræoꝝ. Et tñ Balach nō repetijt eā, ⌊ aut docere ⌋.i. p ſcripta idonea p̄bare ⌊ po
tes q̧ iurgatus ſit cōtra Iſrl̄, & pugnauerit cōtra eū ⌋.i. q̧ p̄ſatus Balach, aut aliqs eius ſucceſſor mo
uerit litē & pugnā pro terra hac recuperanda cōtra pplm Iſrl̄, ⌊ qñ habitauit ⌋.i. toto tp̄e q̄ pplus
Iſrael cōmoratus ē ⌊ in Heſebon ⌋.i. in vrbe ſic noīata, ⌊ & viculis eius & in Aroer ⌋ vrbe, quas à
rege Amorræoꝝ iure belli obtinuit, ſicut & ille eas acqſiuit à rege Moab, ⌊ & in villis illius, vel in
cūctis ciuitatibus iuxta Iordanē ⌋ Iſraeli à deo collatis, habitauit inquā ⌊ p annos trecētos, ⌋ qui
anni numerādi ſunt à tp̄e q̄ Seon rex à filijs Iſrael victus ē vſq; ad tēpus q̄ Iephthe hęc dixit, Qui F
p verba hęc p̄bat ſibi ac pplo ſuo attinere terrā illā iure p̄ſcriptiōis, eo q̧ infra tot annos ſiue in pe
titione poſſederint eā, etiā titulo iuſto. Porro p̄ſati anni trecēti ſic cōputant, Nēpe poſt Seon oc
ciſionē, Moyſes vixit ad tēpus, ita q̧ vnus annus cōputat ſub eo. Scriptura vero nō exprimit q̄-
diu p̄fuerit Ioſue, poſtq̄ & Caleph fert aliqualr̄ p̄fuiſſe, Othoniel vero p̄fuit annis q̄draginta, A-
ioth octoginta, vel ſaltē tādiu quieuit terra p eū. Sangar anno vt df vno, Delbora & Barach p an
no. XL. Gedeon totidē, Abimelech annis tribus, Thola annis. XXIII. Iair. XXII. Si aūt ex ho
rū adunatiōe annoꝝ nō cōſurgit integre ſumma trecētoꝝ annoꝝ aut ſi ſupeſt paꝝ, Excuſat per
hoc q̧ minutias nūeroꝝ ac tp̄m ptranſit ſcriptura. ⌊ Quare tāto tp̄e nihil ſup hac repetitiōe tenta
ſti? ⌋ nō q̧ iſte rex Ammon vixerit p tot annos, ſed ſub eius pſona dant & p̄deceſſores eius intelli
gi. ⌊ Igit nō ego pecco in te, ſed tu cōtra me male agis, indicēs mihi bella nō iuſta. Iudicet dn̄s ar-
biter ⌋.i. iudex & cognitor ⌊ huius diei ⌋.i. oīm q̄ fiunt in eo, ⌊ inter filios Iſrael, & ⌋ inter ⌊ filios
Ammon, ⌋ dādo triūphū habēti cauſam iuſtā. ⌊ Noluitq; acqeſcere rex filioꝝ Ammon verbis
Iephthe, q̄ p nūtios mādauerat. Factus ē ergo ſpūs dn̄i ſup Iephthe ⌋.i. in corde ipſius facta eſt
motio atq; directio gratioſa ſpūs ſancti, magnanimitas q̄q; pugnādi pro bono cōi populi ex au-
xilij ſpe diuini, ⌊ & circuiēs Galaad & Manaſſe ⌋.i. terrā Galaad, in q̄ trans Iordanē morabat me
dia tribus Manaſſe. ⌊ Maſpha q̄q; Galaad ⌋.i. locū illū ex alia parte Iordanis, in q̄ etiā fuit alius lo
22. que. 4 cus ſeu territoriū, noīe Galaad, q̄ loca pambulauit ad cōgregandū ex eis exercitū, ⌊ & inde trāſi-
c. vnuſquiſq; ens ad filios Ammon, votū vouit dn̄o, dicēs: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicūq;

primus

A primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocaustũ offerã dño. i. quodcũq; viuũ & animatũ primo obuiauerit mihi redeunti victori, offerã illud deo in holocaustũ, quod ad diuinæ maiestatis honorẽ totalr̃ consumebat. Tamẽ scd̃m Augustinũ sensus est: Quicũq; homo primo occurrerit mihi, qm̃ Iephthe nõ dixit, quodcũq;, sed qcunq; &c. Quale fuerit votum istud, & an licite sit impletũ, in fine tractabit huius capl̃i. Transiuitq; Iephthe ad filios Ammon & pugnaret contra eos. Quos tradidit dñs in manus eius. Percussitq; ab Aroer vsq; dum venias in Memnith viginti ciuitates, & vsq; ad Abel, quæ est vineis consita plaga magna nimis. Humiliatiq; sunt filij Ammon à filijs Israel. Reuertenti autem Iephthe in Maspha domũ suam, occurrit vnigenita filia cum tympanis & choris. i. musicis instrumẽtis, & sodalium suarũ choræis, volens suo patri, quem præualuisse audiuit, congratulari. Non eñ habebat alios liberos. Qua visa, scidit vestimẽta sua, præ tristitia & dolore, & ait: Heu me, filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. Filia ista nõ decepit patrẽ suum formalr̃, q̃a nil egit ad illũ decipiẽdũ, sed aliq̃d fecit pia intẽtione, ex cuius euẽtu pater eius materialr̃ est deceptus q̃a contra suum propositũ & intẽtum victoria sua versa est ei in luctum, & filiam quàm magnifice per matrimonium exaltare sperauit, immolare coactus est seu inductus, nec posteritatẽ reliq̃t per eam, sed & votum suum quod cum gaudio æstimauit ĩplere, cum interno impleuit mœrore. Aperui eñ os meũ ad dñm promittẽdo, q̃ ei offerã mihi primitus occurrentẽ. Et aliud facere nõ potero. Cui illa r̃ndit: Pater mi, si aperuisti os tuũ ad dñm. Fac mihi quodcũq; pollicitus es, cõcessa tibi vltione atq; victoria de hostibus tuis. Quasi dicat: Plus gaudio de tua victoria, q̃ cõtrister de morte mea, & hoc propter bonũ cõe, cui p̃fero bonũ particulare. Videt mihi ista venerabilis virgo fuisse in bonitate & obediẽtia quodãmodo similis Isaac p̃riarchæ, q post patris sui informationẽ acq̃euit, vt deo in holocaustũ imolaret. Dixitq; ad patrẽ: Hoc solũ præsta mihi q̃d depcor. Differẽdo voti tui impletionẽ, q̃d sine rationabili causa nõ est differẽdum, cũ scriptũ sit in Ecclesiaste: Si q̃d vouisti deo, ne moreris reddere. Dimittere me, vt duobus mensibus circũeam montes. Terra eteñ illa est montosa, & plangã virginitatẽ meã. i. meipsam virginẽ, seu virginitatis meæ sterilitatẽ atq; opprobriũ defleã, eo q̃ semẽ in Israel non relinquo, & tua in me posteritas pereat, cũ sodalibus meis quæ ex cõpassione mecũ plorabũt, quarũ cõpassio erit ploratus mei aliquale solatiũ. Illis q̃ppe diebus obprobriosum sine sobole mori, cũ scriptũ sit: Maledictus q non reliq̃rit semẽ in Israel. Cui ille r̃ndit: Vade. Et dimisit eã duobus mẽsibus. Cũq; abijsset cũ socijs ac sodalibus suis, flebat virginitatẽ suã in montibus. Expletis duobus mẽsibus, reuersa est ad patrẽ suũ. Nequaq̃ fugiẽs mortis formidinẽ, ne pater eius quasi voti trãsgressor corã deo fieret reus. Et fecit ei sicut vouerat, in quo patet, quantũ vir ille dñm formidauit, iustusq; erat, q vnicã filiã maluit ita offerre, q̃ deo votũ non adimplere. Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata, vt post anni circulũ. i. anno vno cõpleto, cõueniãt in vnũ filij Israel & plangãt filiã Iephthe diebus quatuor. Quolibet. s. anno p̃ quatuor dies aliqua hora opportuna q̃tidie, eo q̃ passa sit istud tam innocẽter ac sponte & obediẽter occasiõe cõis victoriæ filijs Israel desup cõcõdonatæ. ¶ Circa hæc occurrit antiqua atq; difficilis quæstio de ista materia. An. s. votũ Iephthe fuit laudabile, & vtrũ voti eius impletio extitit deo accepta & licita. Quo circa Augustinus diffuse cõscripsit, cuius verba habent in glosa, & inter cætera ait: Iephthe nõ dixit: Quodcũq; exierit, sed

C quicũq; exierit, vbi hoĩem tm̃ cogitauit, nõ tñ fortasse vnicã filiã, q̃uis illã in tanta patris glĩa q̃s posset anteire, nisi forsitã eius vxor. Quẽcũq; aũt cogitauerit Iephthe in illa p̃missione, non videt filiã cogitasse: Non eñ diceret: Heu me, filia mi, impedisti me, sic eñ habet translatio septima, per q̃d indicat se impeditũ, ne illud q̃d cogitabat, impleret. Quẽ aũt potuit cogitare, q filiũ non habebat. An coniugẽ cogitauit, & vt hoc fieret, deus nõ voluit. Et vt hoc non relinqueret impunitũ ne q̃s postea illud auderet, ideo filia primo occurrit, quatenus ex magna dei prouidẽtia p̃ id q̃d contigit, magnũ ecclesiæ sacrm̃ figuraret. Ex vtroq; ergo prophetia aptata, q̃. s. volens cogitauit, & q̃ nolenti cõtigit. Si ergo vxorẽ cogitauit, coniũx Chr̃i ecclesia est. Sed q̃a huius Iephthe coniũx virgo esse non potuit, in eo q̃ filia eius primo occurrit & voti temeritas nõ mansit inulta. Et ecclesiæ virginitas figurata cõsistit. Quia ergo de hoc voto Iephthe nihil videt iudicasse scriptura, sed reliq̃sse legẽtibus iudicandũ, quatenus intellectus nr̃ iudicãdo exerceat. Possemus iam dicere, deo displicuisse hoc votũ, & ip̃m votũ esse p̃ductũ ad istã vindictã, vt vouẽti p̃ri vnica occurreret filia, nec deũ p̃hibuisse ip̃m Iephthe à voti sui impletiõe infra tot dies indutiarũ, quas cõtulit filiæ suæ, sed idcirco votũ illud sic eẽ punitũ, ne posteris relinqueret in exemplũ. Possemus (inquã) hoc dicere, nisi duo scripturæ testimonia nos retardarẽt, p̃pter q̃ ip̃m culpare veremur. Vnũ est, q̃d eũ ponit Ap̃l̃us inter sc̃tõs in ep̃l̃a ad Hebræos. Aliud, q̃d hic p̃misit scriptura: Et factus ẽ sup Iephthe sp̃ũs dñi, & votũ vouit, vt oĩa q̃ postea fecit, videant intelligẽda eẽ op̃a sp̃ũs sancti. Sed an etiã humanis sacrificijs figurari oportuit ministeria Chr̃i, merito quærit. Sed deus voluit primogenita eẽ sua nõ tñ voluit ea sacrificari, sed redimi, nõ ergo diligit, sed odit deus sacrificia talia, sed inter sc̃tõs nõ solũ Iephthe, sz & Gedeõ nũerat, q in Ephot rep̃hẽsibilr̃ fecisse fatemur, nã & in eo q̃ signũ petijt, tẽtãs in vellere, nescio an sit trãsgressus p̃ceptũ hoc: Nõ tẽtabis dñm deũ tuũ, sed eũ bene eẽ defunctum, credendum est.

Margin notes: Aug. li. Iudic qu. 49 — 22. q. 4. cap. Si nõ licet — Eccles. 5 — Deute. 25 — Aug. li. Iudic qu. 49 — Heb. 11 — Exo. 13. 34 — Heb. 11 — Iudic. 8 — Iudic. 6 — Deuter. 6 — Matth. 4

D ¶Porro Iephthe deo non iubēte neq; poscēte, & contra legitimū eius pceptum, vltro sacrificiū vouit humanū, nam ait: Quicūq; exierit de ianua domus meæ obuiā mihi, p quæ verba nō vouit aliqd pecus, qd scdm legē posset deo offerri, nec cōsuetudinis fuit, vt redeuntibus cū victoria ducibus, iumēta occurrerēt. Canes aūt solēt occurrere dn̄is, de qbus Iephthe, cū voueret, cogitare nō potuit, ne & contēptibile aīal & offerri illicitū videat vouisse. Hæc Augustinus. Rursus loquit Augustinus: Vtrū, qa dictū est: Factus est sup Iephthe spūs dn̄i, secuta sunt illa, vt & voueret & triūpharet, & votū impleret. Et attribuēda sint spū sancto, nō facile dixerim, cū nulla describat pspe ritas Gedeonis, postq̄ Ephot pduxit. Iephthe aūt post votū illud, victoriā est fortitus, sed cōside randū, q & Gedeon hostes pstrauit, postq̄ deū tētauit. Sic etem̄ scriptū est: Et dixit Gedeon ad dn̄m: Ne irascat indignatio tua in me, si adhuc semel tētauero. Iram nāq; dei metuebat, qa tentādo se peccādo sciebat. Hoc tn̄ pctm̄ secuta est euidētia magni signi, psperitasq; triūphi. Iam em̄ statuerat afflicto Israelitico pplo subuenire, & huius ducis scilicet Gedeonis, quem ad hoc opus assumpserat, vtebat aīo, nō solū fideli & pio, sed etiā deficiēte ac delinquēte ad pnuntiāda quæ volebat, & ad cōplenda quæ dixerat: Nō em̄ per istos tm̄, sed & p Saulē oīno reprobatū, multa beneficia pstitit pplo. Quis em̄ egit, nisi spūs dn̄i, vt Gedeoni tētare volēti & nō credēti qd iam dn̄s ei fuit locutus potissimū veniret in mentē de vellere prius sicco, & post cōpluto? Ecce Augustinus hic dicit: Gedeon peccauit, nec credidit. Sed de hoc plenius dictū est in expositiōe capli septimi.

Deu. 21

Aug. li. Iudic. qu. 49

¶Præterea, de ista materia scribit Lyra, Hebræi dicūt, q Iephthe filiā suam nō immolauit, sed q votū eius fuit per Phinees relaxatū. Et qdā eoꝝ affirmāt, q fuit interptatū per sapiētes, ita q votum illud nō esset implendū per mortē filiæ innocētis. Vnde & sup illud: Dimitte, vt circueam mōtes, dicit Glosa: Quędā hebraica. i. sapiētes in lege accedā, qa fortassis inuenirēt modū relaxatiōis seu interptationis voti istius. Deinde pbabilr sine incauta assertione sequit istā opinionē, dicēdo; q Iephthe obtulit eā, nō per mortē corporalē, sed ciuilē, prout religiosi cœnobiū intrādo, dicunt mori mūdo, qa à secularibus actibus sequestrati, mācipant oīno diuinis: sic filia Iephthe fuit dn̄o consecrata p virginitatis obseruatiōnē, insistēdo ieiunijs, orōnibus, ac pijs operibus. ¶Circa hæc dico satis esse credibile, q qdā doctores Hebræi id dicāt, non tn̄ oēs, psertim cū Iosephus dicat, q Iephthe eā occidēdo obtulerit. Deīde opinio illa catholicis cōtrariat doctoribus. Iā em̄ ex verbis S. Augustini patuit, q eā per corporalē obtulit mortē, secundū q deus iussit Abrahæ, vt sibi Isaac in holocaustū offerret. Vnde quēadmodū Abrahā intendebat ipm̄ Isaac primo occidere gladio, deinde igne corpus extinctū incēdere, propter qd ignē & gladiū tulit secū, ita credendū videt, q Iephthe fecerit filiæ suæ. ¶Insup B. Hieronymus protestat q Iephthe fuit indiscretus in pmittendo, & impius adīplendo. Idē Iosephus loquit, imo scdm Iosephū fuit stultus vouendo & impius psequēdo, qm̄ obtulit sacrificiū, nec legitimū, nec deo charū. Qz si canē obuiū habuisset, an eū immolasset, Thomasq; in scda scdæ quæst. 88. Quædā (inqt) in oēm euentū sunt bona, vt actus virtutū, & talia absolute pn̄t voueri, alia sunt, q̄ licet in se considerata sint bona, exitū tn̄ malū pn̄t habere, & de talibus fuit votū Iephthe, ideo votū eius fuit incautū, qa simplr vouit, qd malum potuit sortiri euētum. Veruntn̄ qm̄ supra legit, q factus est sup eū spūs dn̄i, ideo fides eius atq; deuotio, ex qbus mouebat ad vouendū, fuit à spū scto. Estq; pbabile eū pœnituisse de morte filiæ innocentis. Sed & factū eius aliqd bonū pfigurauit. ¶Amplius, opinio illa Hebræoꝝ nō cōsonat textui, in q euidēter asserit, q filiæ suæ post duos mēses ad se reuersæ fecit sicut vouerat. Intētio aūt sua in vouēdo, p corporalē occisionē deo offerre eū, q sibi redeūti victori primū occurreret, ideo hoc impleuit, & quale extitit votū, siue licitū, siue illicitū, talis & eius impletio, nec valet. Qd qdā ait, si eā occidisset, votū suū nullo mō implesset, qa emissio voti nō pt fieri, nisi de bono, nā quis votum pprie sumptū sit actus virtutis & solū de bonis, attn̄ cōsuetudo loquēdi est, vt etiā incautę seu temerariæ pmissiōes deo factæ, vocent vota, sicut & iuramēta illicita, iuramēta dicunt. Dicit qq; in textu, q ex eo tpe, q Iephthe fecit suæ filiæ sicūt pmisit, cōsuetudo in Israel ē seruata, vt filij Isrl plangāt filiā Iephthe qlibet anno q̄tuor diebus, q nō fecissent nisi fuisset occisa. ¶Postremo dicēdum videt, qa si (vt asserit Augustinus) Iephthe intēdebat deo pmittere, q immolaret ei in holocaustū hoīem sibi victori primitus obuiantē, votū eius fuit absolutè illicitū, & cōtra dei pceptum scdm legē cōem, nec fuit vere actus virtutis, nec elicitiue aut directe ex fide & deuotiōe, sed ex errore & indiscretiōe pcedēs, qa (vt loqtur Augustinus) virtute nemo male vtit. Et idem dicēdum de voti illius impletiōe. Si aūt ex occulto spūs sancti instinctu pcessit pb mysticā rōnē futuroꝝ q; typū, vtrūq; cōmendabile fuit, nec pt aliter excusari in toto aut cōmendari, sicut nec hoc, q aliquę sanctæ fœminæ seipsas pcipitauerunt, aut aliter occiderūt, ne violarent. Et q Sāpson seipm̄ cum Philistæis peremit, prout primo de ciuitate dei Augustinus testatur.

E

Hierony.

Iose. li. 6. an tiq. ca. 18

F

Au li Iudic. quę. 49

Idem

Au. li. 1. de ciui. dei c 21

¶De mystico huius vndecimi capituli sensu. Arti. XX.

IVxta allegoriā, p Iephthe liberatorē ac iudicē Israelis, intelligit Chr̄s verus saluator & iudex vniuersoꝝ, quēadmodū aūt Iephthe à fratrib⁹ suis cōtēptus ē & eiect⁹, vt spurius, sic Chr̄m cōtēpserūt & abiecerūt Iudęi, imo & credētes ei excōicauerūt, sicut Iohānes Euāgelista testat: Iam (inquiens) cōspirauerūt Iudæi: qa si qs cōfiteret eum esse Chr̄m, extra synagogā fieret.

Iohan. 9

Generis

A Generis q̃q; vilitatẽ imposuerũt filio dei, dicẽtes: Nonne hic est filius fabri? Quẽadmodũ etiam ad Iephthe cõgregati sunt viri inopes & latrocinãtes. i. p̃donesita ad Chr̃m pauperes cõuenerũt & eius discipuli sunt effecti, q desup cõfortati, deprædati sunt potestates aereas. Vasa eaɋ, vtpote pctõres, abstrahẽdo eisdẽ, & eos Chr̃o incorporãdo, q̃s & salubriter occiderũt, à pristina vita iniqua eos funditus extinguẽdo, in cuius rei figurã dictũ est beatissimo archiap̃lo: Surge Petre, occide & mãduca. De p̃fata q̃q; dep̃datione dictũ est p Esaiã de dño Iesu Chr̃o: Fortiũ diuidet spolia. Ipse eq̃dem est q forte armatũ ligauit & spolia eius diripuit. ¶Amplius, sicut Iudæi necessitate cõpulsi requisierũt Iephthe, & elegerũt eũ in principẽ, tanq̃ fortissimũ & bellicosissimũ virum: sic post Chr̃i resurrectionẽ multa Iudæoɋ milia ad Chr̃m, quẽ ante spreuerũt, cõuersa sunt, ab infernalibus hostibus formidantes occidi. Et circa finẽ seculi oẽs general'r sunt eũ requisituri, detecta p Heliã & Enoch Antichr̃i fallacia. Rursus sicut Iephthe vouit deo in holocaustũ q̃d sibi de victoria redeũti primo occurreret: sic vnigenitus p̃ris post suã victoriosissimã passionẽ de lymbo p̃rm reuertẽs & corpus suæ aiæ iteɋ vniẽs, sic'q; resurgẽs, & primo Mariæ Magdalenæ apparẽs, seu principẽ ap̃loɋ sibi primo occurrentẽ inter vicos (vt credit') habẽs, eos tã valide suo inflammauit amore, q̃ mũdo penitus obierũt & deo gratissima holocausta sunt facti. Aptius tñ p filiã Iephthe intelligit' Chr̃i caro seu assumpta humanitas, quã in ara crucis obtulit p̃ri pro totius salute mundi. Põt itẽ per Iephthe deus p̃r, per filiã Iephthe, sap̃ia p̃ris incarnata signari. Quẽadmodũ ergo Iephthe propriã obtulit filiã deo in holocaustũ: sic p̃r æternus sapiam incarnatã tradidit pro oĩbus nobis in mortẽ, prout testat' Ap̃lus: Proprio (inquiẽs) filio nõ pepcit deus, sed p nobis oĩbus tradidit illũ. Vnde & p Esaiã loquit' p̃r: Propter scelus pp̃li mei pcussi eũ. Chr̃us q̃q; ad patrẽ in Psalmo: Oẽs (ait) fluctus tuos induxisti sup me. Et itẽ: Qm̃ quẽ tu pcussisti p̃secuti sunt. Idcirco in actibus princeps Ap̃loɋ fatet': Deus q prænũtiauit p os oĩm prophetaɋ pati Chr̃m suũ impleuit sic. At vero p hoc q̃d filij Israel omi anno p quatuor dies congregati, fleuerũt filiã Iephthe, p̃figuratũ censet', q̃ Chr̃iani quolibet anno, special'r diebus sacræ hebdomadæ, cõueniũt ad audiẽdũ cũ intima cõpassione & lachrymis historiã dñicæ passionis. ¶Præterea, iuxta tropologiã docemur in isto cap̃lo: neminẽ temerarie iudicare, vota q̃q; iuramẽtaq; licita fideliter adimplere, & nequaquã de gratiosa oĩpotẽtis subuẽtione diffidere. Ecce em̃ virũ illum q princeps extitit viroɋ latrocinãtiũ, fecit misericordissimus deus iudicẽ pp̃li sui sanctũ, q adeo factus est zelator iustitiæ tanq̃ coram altissimo timoratus, q̃ vnicũ pignus suũ maluit in holocaustũ, sicut pcomiserat, immolare, q̃ voti frangere fidẽ. Quo cõstat, q̃ odibiles deo, condẽnabilesq; consistãt q promissa & iuramẽta ac vota tã male custodiũt, imo tã frequẽter ac faciliter violãt, q pro parua re iurãt atq; peierãt, in q̃bus summe culpabiles sunt. Quidã religiosi q substãtialia suæ religionis nõ seruãt, imo q̃tidie transgrediunt', sed & falsi testes, & q̃dam negotiatores ac vẽditores, in q̃bus non regnat zelus iustitiæ, sed condẽnanda cupiditas. Simus ergo exemplo Iephthe deo grati ac timorati, constãtes & iusti, bonũ honestũ, & maxime oĩs honestatis bonitatisq; fontẽ cũctis bonis vtilibus ac delectabilibus oĩ tpe cordialissime p̃ferẽtes, malẽtes propriã vitã & cũcta creata amittere, q̃ sup dignissimũ creatorem offendere, scd̃m q̃ ordo exigit charitatis, q cadit vtiq; sub p̃cepto, estq; de necessitate salutis.

The printed margin references beside this passage, in order: Matt. 13; Marc. 6; Actor. 10; Esa. 53; Luc. 11; Mar. 16; Roma. 8; Esa. 53; Psalm. 87; Psalm. 68; Actor. 3

¶EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI XII.

Ecce aũt in Ephraim orta seditio est. Art.XXI.

C Sicut p̃habitũ est, inter superbos semp iurgia. Itaq; tribus Ephraim eodẽ malignitatis spiritu q̃ triũpho Gedeonis inuidit, & cõtra virũ illũ insurgere vsurpauit, ita nunc cecitat' cõtra Iephthe insultũ fecisse ex mera supbia & rãcore. ⌞Ecce aũt in Ephraim orta seditio e.⌟ i. filij Ephraim seditionẽ cõtra Iephthe mouerũt. ⌞Nã transeũtes cõtra aquilonẽ⌟ i. trãs Iordanẽ ad terrã Galaad, q̃ respectu sortis Ephraitaɋ in plaga fert' fuisse aquilonari ⌞dixerũt ad Iephthe: Quare vadẽs ad pugnã contra filios Ammon, vocare nos noluisti?⌟ Q. dicãt, vilipẽdisti nos & nobis so[c]e fecisti, quasi solus volẽs habere famã & honorẽ victoriæ, cũ tñ simus de tribu p̃clariori, q̃ tu. De varijs causis tãtæ elationis Ephrataoɋ dictũ est in exordio expositiõis cap. 10. ⌞Igit' incendẽmus domũ tuã⌟ i. habitaculũ tuũ seu teipm̃ cũ cuis domesticis. O q̃ scelerata & ĩgrata elatio. ⌞Quib' ille r̃ndit: Disceptatio erat mihi & pp̃lo meo cõtra filios Ammon vehemẽs, vocauiq; vos vt mihi p̃beretis auxiliũ, & facere noluistis.⌟ q̃ cõstat q̃ mẽdose dixerũt: Quare vadẽs ad pugnã nos vocare noluisti. Vñ finxerũt vt occasionẽ cõtra virũ iustũ & eis amicũ haberẽt, quẽadmodũ scriptũ est in Prouerbioɋ libro. Occasiones q̃rit q vult recedere ab amico, omni tpe erit execrabilis. ⌞Quod cernẽs posui in manibus meis aĩam meã, trãsiuiq; ad filios Ammon⌟ i. manifeste piculo vitã meã exposui, pgẽdo cũ paucis cõtra fortẽ & nũerosum exercitũ Ammonitaɋ, quẽadmodũ illud q̃d iter hostes in manib' baiulat' amissiõis piculo patet. ⌞& tradidit eos dñs in manus meas. Quid cõmerui vt aduersum me cõsurgatis in p̃liũ?⌟ Q. d. iniuste insurgitis cõtra me q vobis nil forefeci. ⌞vocatis'q; ad se cũctis viris de Galaad⌟ q eũ assumpserũt in pricipẽ. Etem̃ tãdiu dederũt ei Ephratæi inducias, q̃usq; suũ colligeret pp̃lm. ⌞Pugnauit cõtra Ephraim: Percusserũtq; viri Galaad Ephraim⌟ i. Ephraitas: nã & si paucio-

The printed margin references beside this passage, in order: Prouer. 13; Prouer. 18

si pauciores erāt adiutores ipsius Iephthe, tñ deo auxiliāte, supbis, ingratis & seditiosis pualuerūt. D
ideo subditur: ⌊Quia dixerat⌋ tribus seu pplus Ephraim ⌊fugitiuus est Galaad de Ephraim⌋.i.
plebs seu familia vrbis seu viri noīe Galaad, ad quā vrbē atq; familiā ipse Iephthe ptinuit. Vilis &
impotēs est ac p modū fugitiui se habet respectu Ephrateoꝝ, q multi ac potētes & bellicosi con-
sistunt, quasi dicat: Nobis non valēt miseri illi resistere. ⌊Et habitat in medio Ephraim & Ma-
nasse⌋ In Hebræo (vt fert) non habet verbū hoc: Habitat, & sic sensus est planus, videlicet ꝙ Ga-
laad in medio Ephraim.i. inter Ephraitas est vilis, si simul accipiant, vel inuicē cōparent. ¶ Porro
scd̄m nr̄am translationē est difficultas, qualiter Galaad, de quo Iephthe, in medio Ephraim habi
tabat, cū inter eos Iordanis extiterit, nisi forsan dicat, ꝙ timore Ammonitaꝝ qdā iam ante de po
pulo Galaad fugerūt de sedibus suis, & transmisso Iordane inter filios Ephraim atq; dimidiæ tri-
bus Manasse cū Ephraim cōmorantis demorabant. Propter q̊d Ephratæi p̄fatū verbū irrisorie
protulerūt. ⌊Occupauerūtq;⌋ viri ⌊Galaaditæ vada⌋.i. aquas ⌊Iordanis⌋ se constituēdo in lo
cis supra Iordanē. ⌊Per quæ Ephraim reuersurus erat⌋.I. Ephraitæ de p̄lio fugiētes ad propria
remeassent, nisi eos p̄uenissent & impediuissent Galaaditæ. ⌊Cūq; venisset ad ea de Ephraim nu
Per. Co. mero fugiēs atq; dixisset: Obsecro vt trāsire pmittas. Dicebāt Galaaditę: Nunqd Ephratęus es⌋
hist li. Iu. Scd̄m magistrū in historijs, improprie dicti sunt Ephratæi, nati ex Ephraim, cū Ephratæus ab
cap. ix. Ephrata nūcupet, ac Ephraita ab Ephraim. ⌊Quo dicēte, non sum ⌊Ephratæus ⌊interrogabāt
eum⌋.i. requirebant. ⌊Dic ergo Schibboleth⌋ q̊d qd significet, translator apposuit, dicēs, ⌊ꝙ in-
terp̄tat spica. Qui rn̄dit: Sibboleth eadē litera spicā⌋.i. verbū illud hebræum spicā designās ⌊ex-
primere valens⌋ Quāuis etem̄ oēs essent linguæ hebrææ, tñ in proferēdo illud ideoma, scd̄m di-
uersitatē locoꝝ erant ab inuicē differētes, sicut & in theutonicis, alijs cōspicimus populis. Vnde E
Matt. 26 & Iudæi Hierosolymitæ cognouerūt Petrū ex sua lingua, ꝙ fuerit Galilæus. Itaq; Ephraitæ di-
ctionē pręfatā exprimere non valebāt, siue ex dissuetione, siue ex generali quadā proprietate, de-
fectuve linguæ. Sicut est natio quædā lr̄am. R. non valēs in dictionibus pronūtiare, ita ꝙ vbi nos
dicimus, proprie propriū, dicūt, popie popium. Quæ res in vniuersitate Parrhisiensi stantes fre-
quēter mouet ad risum. ⌊Statimq; app̄hensum, iugulabant in ipso transitu Iordanis⌋ certi ꝙ eēt
Iose. lib. 5 de Ephraim tribu. ⌊Et ceciderūt in illo tpe de Ephraim quadraginta duo milia.⌋ quā stragē se-
an ti ca. 1 cūdū Iosephū etiā ideo sunt ppessi, qm̄ cōtra Gedeonē cōsurrexerūt. Nēpe freqnter deo iuste sic
Iudic. 10 disponēte, cōtingit, ꝙ cōtumeliosi & arrogātes ab vno ęquanimiter tolerati & īpune relicti, humi
lient valde ab alio, idcirco de talibus dici solet: Bene ptinget ad suū magistrū. ⌊Iudicauit itaq; Ie-
phthe Galaadites Israel sex annis, & mortuus est ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hūc iudi-
cauit Isrl̄⌋.i. Israeliticū pplm̄ ⌊Abessan de Bethleem, q habuit triginta filios & totidē filias⌋ Hūc
(vt fert) dicūt Hebræi fuisse Booz maritū Ruth. ⌊Qui septem annis iudicauit Israel. Cui successit
Elon Zabulonites⌋.i. de Zabulon tribu, ⌊& iudicauit Israel decē annis, post hūc Abdon Phara
thonites⌋.i. de loco seu oppido suo sic nominatus ⌊q habuit quadraginta filios & triginta ex eis
nepotes⌋ ipso viuēte, tñ post mortem ipsius p̄fati filij sui plures generauerūt, ⌊ascendētes sup se-
ptuaginta pullos asinaꝝ⌋ p quos pullos non esse intelligēdos equos, dictū est in explanatiōe capi̅ti
decimi, ⌊& iudicauit Israel octo annis⌋ sub his tribus iudicibus nō sunt filij Israel ad idololatriā la
psi, nec specialia bella in eis sunt gesta. ⌊Mortuusq; est ac sepultus in Pharathon⌋.i. oppido sic
vocato ⌊terræ Ephraim⌋ Vnde Ephraita fuisse videt ⌊in monte Amalech,⌋ nō illius Amalech
q cōtra Israel dimicauit, sed alicuius Hebræi sic nūcupati, vt credit. Iuxta moralitatē discamus exē
plo deiectionis filioꝝ Ephraim, oēm arrogātiā, gloriā vanā, inuidiamq; abijcere, dissensiones vi F
tare, p̄secutiones iustoꝝ & rebellionē cōtra superiores penitus abhorrere, neminē subsannare, nec
contēdendi aut malignādi excogitare occasiones, sed humilitatē, pacē, constantiam conseruare.

¶ DECLARATIO LITERALIS CAPITVLI XIII.

Rursumq; filij Israel fecerunt malum in conspectu dn̄i. Art. XXII.

SEptima opp̄ssio gn̄alis Israelitaꝝ mō describit, q̄ qualibet præhabitaꝝ durauit diu
tius q̄draginta vz. annis. Prima aūt durauerat octo annis, scd̄a decē & octo, tertia vi
ginti, q̄rta sep̄tē, qnta decē & octo &c. ista, vt dictū ē, annis q̄dragīta. ⌊Rursumq;
filij Isrl̄ fecerūt malū in cōspectu dn̄i, q tradidit eos in manus Philistinoꝝ q̄dragin
ta annis⌋ Vñ pbabile est, ꝙ ista eoꝝ facinora fuerint p̄inductis enormiora, sicut
& diuturnior fuit pęna, nō tñ describunt hic in speciali. ⌊Erat āt vir qdā de Saraa⌋
.i. de loco seu opido sic vocato ad tribū Dan ptinēte. Vñ subiūgit ⌊de stirpe Dan⌋ nat⁹ ⌊noīe Ma
nuah hñs vxorē sterilē. Cui apparuit angelus dn̄i & dixit ad eā: Sterilis es⌋ p naturā ⌊& absq; li
beris, sed cōcipies & paries filiū⌋ quē de⁹ vult nasci de sterili, vt mirabilior sit ei⁹ natiuitas & multi-
plicent in eo mirabilia creatoꝝ, ad gloriā & honorē ipsius. Etenī virū tā supnaturali fortitudine
decorandum, decuit supnaturali potētia concipi. ⌊Caue ergo ne bibas vinum & siceram⌋ id est,
quemcunq; potum inebriatiuum, ⌊nec immundum quicquàm comedas⌋ id est, nullum cibum,
lege prohibitum, & qui sunt huiusmodi cibi describitur in Leuitico vndecimo capitulo.

⌊Quia

A ⌊Quia concipies & paries filiũ, cuius nõ tanget caput nouacula⌋.i. caput eius non radet. ⌊Et erit
enĩ Nazaræus dei⌋.i. deo consecratus, & ad eius obsequia deputatus ⌊ab infantia & ex matris vte
ro⌋.i. mox à tpe quo aĩa eius suo corpori vniet in vtero, vel à tẽpore natiuitatis seu circũcisionis.
¶Circa hoc quęrit: Primo, cur matri Sampsonis, Nazaræum cõcepturo, prohibent cibi ac potus Numeri. 6
hoc loco quæ in Numeroꝝ libro prohibent Nazaræis? Respõdendũ, vt ipsa per talẽ abstinentiã
ac obedientiã, digna efficeret tantũ concipere pueꝝ, & supernaturali fœcunditate dotari. Secũdo
quęrit, cur Nazaræoꝝ caput non radebat. Dicendũ, vt distinguerent à ministris & sacerdoti-
bus idoloꝝ, quoꝝ capita radi solebant. Et item, vt tam intẽti essent circa interiorẽ mentis decorẽ
ꝙ exteriorẽ ornatũ nequaq̃ aduerterent. Quęrit tertio, quomodo Sampson fuit Nazaręus dei ex
vtero matris? An sicut sacratissimus Iohannes Baptista ꝑ gratiã gratũ facientẽ & dona ei adiun-
cta, hoc est, an fuit sanctificatus in vtero? Ad q̃d cõiter respondet, ꝙ non, sed Nazaræus dei sic ap
pellat, tanq̃ per supernaturalẽ fortitudinẽ deputatus ad hoc, ꝙ deus per eum inciperet suũ popu
lum liberare, quod fuit donũ gratiæ gratis datæ. Videt tamen frequenter & valde præuentus do-
nis gratiæ gratum facientis, qui saltem in sua circũcisione suscepit. ⌊Et incipiet liberare Israel de
manu Philistinoꝝ⌋ Recte ait, incipiet liberare. Non enĩ liberauit ex toto, aut plene Israeliticũ po
pulũ de manu Philistijm, imo sub Samuele, Saule, & Dauid fuerũt multoties à Philistæis impu-
gnati. ⌊Quæ cũ venisset ad maritũ suũ, dixit ei: Vir dei venit ad me habens vultũ angelicũ, terribi
lis nimis⌋ Angelũ quippe in viri specie apparentẽ, putabat virũ esse, quẽ dixit habere vultum an-
gelicum.i. vltra humanũ modũ speciosum, splendidũ, atq; autenticũ, ita ꝙ in eius vultu interior
sanctitas resplendebat. Propter quod dixit eum esse virum dei.i. hoĩem virtuosum placentẽ deo
B & missum ab eo. Quem & valde terribilẽ dixit, videlicet quasi fulgureo splendore terrificũ, sicut
& Christus in templo, suaq; passione instante, perterruit intuentes. ¶Deniq; apparuit angelus iste
mulieri huic in agro, vt infra habet. In Schol. q̃q; historia legit: Mulieri isti in agro sæpe pro ste- Petr. Co. hist. lib. iud. cap. 13
rilitate amouenda oranti apparuit angelus. In eadem quoq; fertur historia, ꝙ mulier ista erat for
mosa. Propter quod vir eius erat zelotes. Cumq; ipsa angeli pulchritudinẽ commendasset, contri
status est eius maritus, atq; vt mitigaret irrationabilem viri tristitiam, consuluit ei vt ambo simul
dñm exorarent, quatenus vir ille rursus veniret, & ambos de puero informaret. ⌊Quem cũ inter-
rogassem, quis esset & vnde venisset, & quo nomine vocaret, noluit mihi dicere⌋ In oĩbus his de-
clarat eminẽtia fœminæ huius in prudentia & virtute. Sciuit enĩ non esse credendũ omni spiritui 1. Joban. 4
ideo interrogauit hæc tria, videlicet quis esset q apparebat, an. s. propheta an angelus, & vnde ve
nisset, an. s. missus esset ab aliquo, an proprio motu venisset, & an venisset missus de cœlo, & quo
nomine vocaretur. Sed cur angelus non respondit ad ista? Dicendũ, ꝙ ad duo prima paulopost
fuit responsurus per euidentiã facti, vt statim dicet. Ad tertiũ vero nec post respondit ob causam
quæ infra habebit. ⌊Sed hoc respondit: Ecce concipies & paries filiũ. Caue ne vinũ bibas nec si-
cerã⌋ Nam & talis potus, mulieribus specialiter est periculosus, cũ inebrient faciliter. Propter q̃d
& antiquoꝝ Romanoꝝ fœminæ abstinebant à vino, vt refert Valerius. ⌊& ne aliq̃d vescaris im- Valerius
mũdo. Erit enĩ puer Nazaræus dei ab infantia vsq; ad diẽ mortis suæ⌋.i. per oĩne tps vitæ suæ, si
cut & Samuel. Aliqui aũt erãt Nazaræi dei ad certũ tps, vt in Numeris describit: Qui. s. vouebant Numeri. 6
ad tempus determinatũ deo per specialem deuotionem, & orationem vacare, sicut & Augusti- Aug. li. Judic. q. 37
nus hic tangit in Glosa. ⌊Orauit itaq; Manuah dñm, & ait: Obsecro dñe vt vir dei quem misisti⌋
C Adhuc enĩ credidit hoĩem fuisse non angelũ, & iuxta morẽ Hebræi sermonis, loquit in sua oro-
ne de dño & de deo, q̃si de alio & alio, cũ idẽ sit deus & dñs ⌊veniat iterũ & doceat nos q̃d debea-
mus facere de puero q nasciturus ẽ⌋.i. qualr pueꝝ hũc nascituꝝ tractabim⁹ & alem⁹. Verũtñ hoc
ex lege potuit Manue scire, cũ in Numeroꝝ libro dicat, à q̃bus Nazaræus debeat abstinere. Sed Numeri. 6
hoc vel ignorauit aut plenius scire optauit vir iste. ⌊Exaudiuitq; dñs precantẽ Manuah. Et appa
ruit rursus angelus dñi vxori eius⌋ Vnde apparet ꝙ fœmina illa fuit marito suo deuotior, atq; ob
hoc angelica apparitione cõdignior, ⌊sedenti in agro. Manuah aũt maritus eius non erat cũ ea.⌋
Non apparuit ei angelus cũ alijs residẽti, aut more fœmineo alijs cõfabulanti, sed solitarie conse-
denti in agro, ad meditandũ atq; orandũ. Ob quã causam & Isaac frequenter egrediebat in agrũ. Gene. 24
Secreta nãq; diuina & reuelatiões ac apparationes angelicæ, non in tumultibus aut frequẽtia hoim
sed in solitarijs & secretis locis manifestari cõsueuerũt. ⌊Quæ cũ vidisset angelum, festinauit & cu
currit ad virũ suũ, nuntiauitq; ei, dicens: Ecce apparuit mihi vir quẽ ante viderã⌋ Ex his videt, ꝙ
vidit angelũ à longe venientẽ, & anteq̃ eã accessit, ipsa cucurrit ad virũ suũ. Nõ ergo improuise &
subito ante eã stetit, ne & ipsa ex hoc aduerteret angelũ esse. ⌊Qui surrexit & secutus est vxorem
suam⌋ quę feruẽti alacritate ꝑcucurrit ad angelũ. ⌊Veniensq; ad virũ⌋ puta ad angelũ ⌊dixit ei:
Tu es q locutus es mulieri?⌋.i. q vxori meæ ꝓnũtiasti de puero nascituro. Voluit enĩ Manue de
hoc plenius certificari. ⌊Et ille rñdit: Ego sum (ille) Cui Manuah: Qñ, inqt, sermo tuus fuerit ex-
plet⁹⌋.i. ope verificat⁹. ⌊Quid vis vt faciat puer⌋.i. q̃d ex pte dei iubes vt faciat puer quẽ ꝓmisi
sti ⌊aut à q̃ se obseruare debebit?⌋.i. quẽ cibũ & potũ debet cauere ⌊Dixitq; angelus dñi ad Ma
nuah: Ab oĩb⁹ q̃ locut⁹ sum vxori tuę, abstineat se⌋.i. vinũ & sicerã & oẽm cibũ lege ꝓhibitũ vitet

per omne

D per omne tempus vitæ ſuæ, cum futurus ſit Nazaræus dei vſq; ad mortem. Qui autem ad tempus certum erant Nazaræi, per tps illud ab huiuſcemodi cibis ac potibus abſtinebant. Mater quoq; Sampſonis abſtinebat à talibus vſq; ad pueri ſui natiuitatem. ⌊Et quicqd ex vinea naſcit, non comedat⌋ videlicet vuas ac vuam paſſam. Hinc in Leuitico clarius legit: Acetum ex vino, & quicqd de vua exprimitur, non bibet, videlicet nec agreſta in vuas recentes, ſiccasq; non comedet. Quicquid ex vinea eſſe poteſt ab vua paſſa vſq; ad azymũ non comedet. ⌊Et quod ei præcepi⌋ .i. qđ puero naſcituro obſeruandum præfixi ⌊impleat⌋ opere ⌊atq; cuſtodiat⌋ aſſidua recordatione ne fiat tranſgreſſor tempore procedente. ⌊Dixit itaq; Manuah: Obſecro vt acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris⌋ Per hæc verba ſcđm Auguſtinum Manue inuitauit angelum ad pariter epulandũ pro nuntio bono, vt ſit ſenſus: Faciamus tibi hœdũ de capris, .i. hœdũ de grege capraꝝ præparemus tibi ad comedendũ. ⌊Cui reſpondit angelus: Si me cogis⌋ .i. quãtumcũq; inſtanter aut importune rogaueris me, ſicut in Geneſi legit, ꝙ Loth compulit angelos oppido .i. valde inſtanter rogauit, & quaſi inſtar compellentis ſe habuit, ⌊non comedam panes tuos⌋ Manue obtulit hœdũ parare & angelus repetit panes, qa per panes quæcũq; cibaria deſignant. Sed cur angelus noluit manducare, cum interdũ manducaſſe legant? Reſpondet, quòd angelus nunc volebat manifeſtare ſe angelum eſſe, per modum qui ſubditur. ⌊Si autem vis holocauſtum facere⌋ .i. hœdũ deo in holocauſtũ offerre, ⌊offer illud dño⌋ & non mihi. Offer (inquam) dño pro gratiaꝝ actione beneficij tibi ab eo per me promiſſi. ⌊Et neſciebat Manuah ꝙ angelus dñi eſſet⌋ nec vxor eius adhuc ſciuit hoc. ⌊Dixitq; ad eũ⌋ .i. Manue ad angelum: ⌊Quod eſt tibi nomẽ, vt ſi ſermo tuus fuerit expletus, honoremus te?⌋ Si Manue iam credidit eum q ſibi apparuit eſſe miſſum à deo, ſeu eſſe prophetam, vt aliqui dicunt, cur dubitatiue locutus eſt, dicens:

Leui.6 · Gene.19 · Gene.18

E Si ſermo tuus &c. quaſi promiſſio dei poſſet nõ adimpleri? Et reſpondendũ, ꝙ hæc dictio, ſi, qñq; accipit pro non, qñq; pro quia, interdũ pro dum, & ita nũc accipi poteſt, vt ſit ſenſus: Cum ſermo tuus. Vel conditionaliter dixit: ſi ſermo tuus, non quaſi ex dubitatione de veritate diuini promiſſi, ſed qa promiſſiones diuinæ quandoq; intelliguntur cũ implicita conditione, videlicet niſi homo obicem ponat peccando, & ita ex conſideratione propriæ fragilitatis dubitatio quædam poteſt ſubeſſe, quædã tamen ſunt abſolutæ promiſſiones. ¶ Quærit quoq;, cur quæſiuit nomen angeli, vt poſſet eũ opportuno tẽpore honorare? Dici poteſt, ꝙ ideo, quatenus nomen viri exprimẽdo, poſſet abſentem facilius inuenire, & inuento, honorẽ impendere. Vel ſi eum non inueniret, in ſcriptis factum iſtud, nomenq; viri redigeret. Quocirca quæri iteꝝ poteſt, qualiter eum voluit honorare? Dicendum, ꝙ honore duliæ, non latriæ. Et forſan propoſuit ei munuſcula exhibere ſeu aliter venerari, ſecundum quòd hominem ſanctum & dei vatem condecet honorari.

Hebræi, occultum — ⌊Cui ille reſpondit: Cur quæris nomen meum, quod eſt * mirabile⌋ Quaſi dicat: Non eſt tibi rationabilis cauſa vel neceſſitas interrogandi & ſciendi nomen meum, cum non ſim homo, vt putas, & quoniam nomen meum perfecte intelligere nunc non vales, ſecundum ꝙ nomen deſignat rem, quantum ad ſuam perfectionẽ, conſiſtentiamq; completam. Ideo (Damaſceno teſtant) angeli quantum ad terminum ſeu ſpeciẽ ſuam ſpecialiſſimam, ignoti ſunt nobis. Eſt igit nomen angeli hoĩbus mirabile, nõ quaſi penitus ex ſua natura omĩ mẽti creatæ incomprehẽſibile, quod deo eſt propriũ, ſed quaſi non plene cognoſcibile viatoribus in hac vita. Circa hoc ſcribit Lyra: Nomina angeloꝝ qui mittunt in miniſterium, variant ſecundũ legationes eis commiſſas. Propter qđ angelus ad purganda Eſaiæ labia miſſus, vnus de Seraphin nuncupat, quãuis non fuerit de ordine Seraphin. Angeli autem de futuris, ad quæ deſuper mittentur, præcognitionem non habent, niſi inquantũ reuelatur eis à deo, quæ reuelatio fit ſecundũ diuinæ inditium voluntatis. Ideo angelus dixit nomen ſuum eſſe occultum (ſecundũ quod in Hebræo habet, vbi nos habemus mirabile) quoniam neſciebat, ad quid in futuro erat mittendus. Quàmuis autem hoc dictum ſecundũ ſe ſatis conſonet doctrinæ catholicoꝝ, tamen non ſufficit huic propoſito. Nam angelus iſte ſciuit ad quid tunc miſſus fuit. Ergo cognouit nomen quod ei protunc competebat. Sunt etiam aliqua fixa angeloꝝ vocabula. Ideo quoq; angelus nomen ſuum non reuelauit huic viro, quia ſecreta cœleſtia ac diuina non ſunt hominibus reuelanda, niſi ſecundũ menſuram à deo præfixam. ⌊Tulit itaq;⌋ .i. attulit ⌊Manuah hœdum de capris & libamenta⌋ videlicet materias liquidas, q̃ cũ holocauſtorum carnibus immolari ſolebant, ⌊& poſuit ſupra petram⌋ id eſt, lapidem grandem, iuxta quem angelus ex propoſito ſtetit, ⌊offerens domino, qui facit mirabilia⌋ quia omnipotens eſt, & ſupra omnem rerum naturalem curſum & ordinem poteſt ad libitum operari. Quæri poteſt: An Manue obtulit iſta deo tanquàm ſacerdos, cum non eſſet ſacerdos, an obtulit iſta angelo non vt deo, ſed vt angelus, quem adhuc hominem ſanctum aut prophetam putauit, ea ex parte ſui deo offerret? Ad quod aliqui dicunt, quòd ſicut ex commiſſione angeli & diſpenſatione diuina obtulit iſta extrà tabernaculum domini, ita & ſacerdotale expleuit officium. Alij vero dicunt, ꝙ adduxit & poſuit iſta ſupra petram, vt ille qui ſibi apparuit, ea offerret. Vnde ſecundum Lyram, in hebræo habetur, Offerens domino mirabili occulto, ad faciendum .i. ei qui ſibi apparebat, & dixit nomen ſuum eſſe mirabile, ſeu occultum, vt ipſe expleret ſeu immolaret hoc holocauſtum,

Damaſce. · Eſa.6

F

quod pro

A quod prophetis ex diuina licuit dispẽsatione. Vnde tertio lib. Regũ legitur, Helias holocaustũ dño obtulisse. Veruntamen Septuaginta transtulerunt, offerens dño mirabilia facienti. Angelus quoq; iam dixerat Manue, vt offerret illud deo. L Ipse aũt & vxor eius intuebant, J considerant do quid fieret de materia illa in holocaustum oblata, cui non erat ignis suppositus ad incendendum oblata. L Cũq; ascenderet flamma altaris in cœlũ, J per altare intelligitur petra illa, qua vice altaris vtebantur, De qua virtute diuina ignis erupit, & forte angelus tetigit eam, sicut de angelo Gedeoni apparente, dictũ est supra. Imõ ad minus tetigit eam spirituali tactu, sua virtute influendo in eam. Porro, flamma illa ascendit in cœlũ aereum, i. vsq; ad notabilem aeris altitudinẽ. Vnde & amici Iob leguntur sparsisse puluerem super capita sua in cœlũ, L Angelus dñi in flamma pariter ascendit, J per hoc ostendens se angelũ esse, qui corpus assumpsit aereum, Et illud, cum volebat, deposuit. L Quod cũ vidisset Manuah & vxor eius, proni ceciderunt in terram, & vltra eis nõ apparuit angelus dñi. Statimq; intellexit Manuah, J & etiam vxor eius, L angelũ dñi esse, J ex tam subita ascensione & disparitione, Et item ex miraculosa productione tanti ignis, p̃fatum holocaustũ repente vorantis, L & dixit ad vxorẽ suam: Morte moriemur J. i. statim expirabimus, L quia vidimus dñm. J Secundũ Augustinũ, ex quadam magna turbatione & perterritione hoc dixit, ex qua etiam tã ipse q̃ vxor ipsius corruerunt in terram, prout moris est fragilitati humanę visis cœlestibus ac diuinis vehementer terreri, & corporalibus viribus ad tempus destituti. Vnde & Daniel: Langui (inquit) post visionem per dies. Et rursus: Domine, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Præterea, quoniã dominus dixit ad Moy-

B sen: Non videbit me homo & viuet, simpliciores inter Iudæos putabant eos mox morituros, quideum aut angelum cõspexissent in forma sensibili. L Cui respondit mulier, J quę viro suo sapientior atq; virilior fuit: L Si dominus nos vellet occidere, J tanquam iniquos, vel per apparitionem istam mirabilem, tanquam ea indignos, L de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset J. i. accepta nõ habuisset, cum tamen acceptauerit ea, sicut per ignis huius mirabilem productionem & holocausti deuorationem monstrauit, quemadmodum & holocausta Abel, Aaron, Salomonis & Heliæ monstrauit sibi placere. L Sed nec ostendisset nobis hæc omnia, nec ea quæ ventura sunt J. i. futura & secreta L dixisset, J qualia non solet nisi suis charis monstrare, neq; ea quæ sunt ventura per nos, scilicet q̃ filium saluatorem Israelis habebimus. L Peperit itaq; filium, & vocault nomen eius Sampson, J qui fuit tertius in ordine eorum, quorum nomen deus legitur prænuntiasse. Primus equidem fuit, Ismael: secundus, Isaac: tertius, Sampson. L Creuitq; puer, J ætate, gratia, & fortitudine, ideo subditur, L & benedixit ei dñs, J dando & multiplicando in eo superna charismata, & specialiter fortitudinem etiam corporalem, antea nusquam visam. Fuit autem inter gentiles & Hercules, filius Iouis, vir fortissimus ante Sampsonem. Vnde in libro de ciuitate dei recitat Augustinus, q̃ Sampson putatus fuit esse Hercules in alio corpore, L cœpitq; cum eo esse spiritus domini, J à circuncisione sua fuit in eo gratia gratum faciẽs, virtutes quoq; & dona ei annexa, quæ tunc dabantur in circuncisione, Quemadmodum nunc in baptismo, nec sine illorum infusione remittebatur peccatum originale, nec infantuli ad lymbum patrum perducebantur. Veruntamen spiritus domini cœpit esse in Sampsone, statim vt ad ætatem peruenit adultã, per relucentiam fortitudinis & probitatis ac magnanimitatis, præcipue L in castris Dan J. i. in tribu & turmis seu habitaculis Dan patriarchæ, L inter Saraa & Esthaol, J quia in illis locis & intermediis morabantur filij Dan.

¶ De mystico eiusdem cap. XIII. intellectu.

Arti. XXIIII.

C Sampson euidens fuit Christi figura, pene in omnibus. Nam & Sampson interpretatur sol eorum, quod maxime competit Christo, qui est sol sapientiæ, solq; iustitiæ. De quo impij fatentur: Sol intelligentiæ non est ortus nobis. De quo & per Malachiam loquitur ipse: Orietur vobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ. Christus ergo qui solus inter omnia ex se & eminentissime lucet, de cuius plenitudine omnes accepimus, in quo & ardentissima charitas fuit. Vere est sol vniuersorum fidelium, imõ ipse secundum naturam assumptam, seu anima eius, cunctos illuminat ciues triumphantis ecclesiæ. Porro, per Philistæos, qui erant præ cæteris acerrimi ac diuturniores filiorum Israel hostes & oppressores, intelliguntur inuisibiles nostrarum æmuli animarum, à quibus Christus cœpit nos liberare in sua incarnatione. Mox enim conceptus in vtero fuit, ratione plenissime vtens, cœpitq; affici & orare pro generis humani salute, atq; extunc promeruit nobis charismata gratiæ. At vero in sua passiõe satisfecit pro nobis plenarie. Effectum autem suæ perfectæ liberationis, seu plenum fructum suæ dignissimæ passionis tribuet cunctis electis in die iudicij vniuersalis, quibus tunc consummatam tribuet felicitatem in anima & corpore, Auferetq; ab eis omnem mortalitatem & passibilitatem vtriusq;. Deniq; q̃ Sampson à matre naturaliter sterili, supernaturali auxilio concurrente, conceptus & natus est, angelo nuntiante, qđ designauit, nisi quod Christus à matre supernaturaliter fœcundata, denuntiante archangelo, est conceptus ac genitus. Rursus, q̃ Sampson ex vtero matris vsq; ad mortem

3. Regũ. 18 · Iudic. 6 · Iob. 2 · Augu. lib. Iud. q. 14 · Dani. 8 · Dani. 10 · Exo. 3 · Gene. 4 · Leui. 9 · 3. Regũ. 8 · 3. Reg. 18 · Gene. 16 · Gene. 17 · Aug. · Sap. 5 · Malac. 4 · Iohan. 1

dei extitit Nazaræus, præfigurauit φ dominus Iesus ab incarnationis exordio, consecratus est D
patri æterno, & vsq; ad mortis exitū ei plenissime adhæsit, seruiuit ac militauit, atq; ab omni im-
mundo abstinuit. Iterum Sampson incomparabili fortitudine sua ipsum præmonstrauit, qui ex-
Psal. 8 ultauit vt gigas ad currendā viam, geminæ plane gigas substantiæ. De quo Esaias prædixit: Vo-
Ambro. Esa. 9 cabitur nomē eius admirabilis, consiliarius, deus fortis. Et Psalmista: Dominus fortis & potens,
Psal. 23 dominus potēs in prælio. Itemq; Accingere gladio tuo super fœmur tuum potētissime. Deniq;
Psal. 44 Christus obtulit deo patri hœdum & libamenta in holocaustum, id est, corpus suum & sangui-
nem in ara crucis in odorem suauitatis, quod ardētissima inflammauit dilectio. Et sicut de Sam-
psone ait scriptura: Creuit itaq; puer & benedixit ei dominus, cœpitq; in eo esse spiritus domini
Luce. 2 in castris Dan, ita de Christo in Euāgelio legitur: Puer Iesus proficiebat sapiētia, ætate & gra-
Iohā 3 tia. Et rursus: Non ad mensuram dat deus spiritum homini, scilicet Christo, cuius animę capaci-
Esa. 11 tatem omnino repleuit charismatibus gratiæ, virtutum, donorum, beatitudinum & fructuū, do-
nisq; gratiæ gratis datæ. Quorum excellentia cœpit relucere in Christo, potissimum in castris
Dan. i. inter eius discipulos, q fuerūt filij Dan. i. iudicij seu discretionis quam didicerūt à Christo.
Præterea tropologice studeat vnusquisq; fidelium esse Sampson. i. sol eorum, inter quos conuer-
satur, quatenus (iuxta Christi doctrinam) luceat lux eius omnibus illis. Satagat igitur quilibet a-
lium, in omni virtute, in omni. s. humilitate, patientia, mansuetudine, prudentia, exemplaritate,
continentia, sobrietate, charitate & puritate excedere, vt his sanctis virtutibus clarificet, atq; ędi-
ficet omnes. Et imperfectorum elationem, iram, impatientiam, insipientiam, intemperantiam,
auersionem vincat, frangat, extirpet, fitq; filius Manua. i. quiescentis seu pacis. Nam Manua in-
Roma. 12. terpretatur quiescens. Et offerat hœdum ac libamenta, implendo illud Apostoli: Obsecro vos E
fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo pla
Coloss. 3 cētem. Et denuo: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Qui hoc modo satagit esse
Sampson, incipit fratres seu proximos suos de manu Philistijm liberare, imo indubitanter de po
testate dæmonum eripit plurimos viuos ac mortuos, oratione, exemplo ac meritis vitæ. Specia-
liter quoq; per Sampsonem ex vtero matris, vsq; ad obitum, dei Nazaræū, designantur religiosi
deo perpetuo consecrati, atq; in holocaustum oblati, & etiam illi qui in baptismali innocentia
vsq; in finem perseuerant, quorum est à vino & sicera. i. ab om̄i ebrietate & crapula penitus ab-
stinere. Postremo & in nouo testamento fuit quidam nomine Sampson, vir vere ac spiritaliter
fortissimus, mirabiliter deificatus, primo monachus, deinde præsul sanctissimus, qui inter cætera
sua magnalia legitur quatuor mortuos suscitasse, ad cuius imperiū maliciosissima Syluestris fœ-
mina expirauit, draco immanissimus obediuit, qui instar solis in ecclesia coruscauit. Quo adhuc
in materno vtero existente, matri eius in visu ostensum est, φ sol ex vtero suo progrediens, to-
tum illustrauerit mundum, qui beatissimus vir, antiquum illum Sampsonem in spiritali fortitu-
dine, sanctitate, miraculis vicisse videtur, quanquam & Sampson ille tam solenniter prænuntia-
tus ab angelo, miraculose quoq; conceptus, fuisse magnus sanctus credatur, qui & ab Apostolo
Heb 11 ad Hebræos inter sanctos annumeratur: Qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam,
adepti sunt repromissiones, &c.

¶EXPOSITIO CAPITVLI XIIII. Descendit ergo Sampson in Tamnatha. Art. XXIIII.

NVnc recitatur, cur & qualiter impugnare cœperit Philistæos. Descē- F
dit ergo Sampson in Tamnatha. i. ex quo tāta ei fortitudo collata fuit
à domino, vt Philistæos debellare inciperet. Hinc, deo instigante, iuit
ad oppidū Philistinorum, nomine Tamnatha, quod situ bassius fuit ter
ra, in qua Sampson demorabat, ideo dicitur descendisse. Descendit au-
tem ad intuendum quædam solennia, quæ tunc agebantur ibidem, non
ad imitandum, quoniam idololatriam abhorrebat, sed magis ad irridē-
dum, atq; vt visa infidelium abusione vesana, magis corroboraretur in
deuotione & cultu vnius dei. Videns ibi mulierem. i. puellam virgi-
nem de filiabus Philistijm. i. de numero filiarum Philistinorum, Ascē-
dit, redeundo ad domū paternā, & nuntiauit patri suo & matri suæ dicens: Vidi mulierem in
Tamnatha de filiabus Philistinorum: quam quæso vt mihi accipiatis vxorem. i. mihi consen-
tiatis & cooperemini ad hoc, vt eam accipiam coniugem, per verba de præsenti, seu iuxta formā
tunc solitam. Itaq; iam erat adultæ ætatis ac nubilis. Sampson quoq; tanquàm bonus, prudensq;
filius, noluit clam inire connubium, sed de scitu & consensu suorum parentum. Per quod docē-
tur fideles filij ac filiæ, ne clandestina matrimonia contrahant, sed suorum vtantur parentum seu
propinquorum & amicorum consilijs, nisi fortassis vellent religionem intrare aut penitus con-
tinere. Cui dixerunt pater & mater sua: Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum.
id est, in tribu Dan, sicq; cognati vocantur hic fratres, quoniam Sampson vnigenitus fuit, & in
omni

A omni populo tuo,⌋ si per omnem populum Sampsonis intelligatur sola plebs tribus Dan,istud
est quasi expositio verbi præhabiti. Si vero per omnem populum illum,intelligantur cæteræ tri
bus Israel,sensus est,quod parentes Sampsonis reputabant magis illicitum,quod acciperet con-
iugem ex filiabus Philistijm,q̃ ex alia quacunq; Israel tribu,eo quod plus distabant Philistæi ab
Israelitis,quàm vna Israelitica tribus ab alia,cum tamen vtrunq; secundum legem videretur illici-
tum,quum scriptum sit in libro Numerorum: Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatio-
ne sua. Et in Deuteronomio: Non inibis cum eis, videlicet alienigenis,coniugia. ⌊Quia vis acci- Nume. 36 Deut. 7
pere vxorem de Philistijm,qui incircuncisi sunt?⌋cum tamen dispar cultus impediat matrimo
nium contrahendum,dirimatq; contractum. ⌊Dixitq; Sampson ad patrem suum: Hanc mihi
accipe,quia placuit oculis meis.⌋ Videtur quod illa fuit irrationabilis causa,ita φ Sampson ex
libidinosa concupiscentia motus sit ad contrahendum coniugium, & cõtra illud quod scriptum
est: Ne sequatis concupiscentiam oculorum tuorum. Respondetur,φ sicut Iacob dilexit Rachel Nume. 15
propter naturalem dispositionem & decorem ipsius,non tamen sistendo ibidem,sed ad finẽ ho Eccl. 8 Genes. 29
nestum talia referendo: ita de Sampsone sentiendum videtur,præsertim,quia subiungitur. ⌊Pa
rentes autem eius nesciebant,φ res à domino fieret⌋.i.φ Sampson ex diuino moueretur instin-
ctu. Poterat tamen in illa Sampsonis complacentia ad puellam,venialis culpa alicuius concupis-
centiæ admisceri. Deniq; quia res illa fiebat à domino,qui dispensauit cum Sampsone in propria
lege,quia in generali prohibuit matrimonia cum alienigenis contrahi. Ideo Sampson excusatur
in hoc à peccato. Nam & scriptura hæc dicendo,φ parentes eius ignorabant rem illam à domi-
no agi,satis insinuare censetur,φ Sampson hoc sciuit,siue per inspirationem internam,siue per
reuelationem exterius per angelum factam, ⌊& quæreret occasiones contra Philistijm⌋.i. hoc
B quoq; nesciebant parentes Sampsonis,φ ipse quæreret aliquam iustam causam seu occasionem
impugnandi Allophilos. Quocirca quæri potest,quid necesse erat Sampsoni occasionem huius-
modi quærere,cum filij Israel à Philistæis grauiter premerentur,& terra Philistinorum esset pars
terræ Israelitis promissæ. Alij quoq; iudices statim cum potuerunt,congregato exercitu, impu-
gnauerunt hostes Israeliticæ plebis: Respondetur,φ filij Israel propter sua peccata fuerunt subie
cti Philistinorum imperio,& sub tributo eis deseruiebant,ita quod interim fuit inter eos pax q̃-
dam & compositio per iuramentum aut promissionem firmata,quæ sine noua occasione non
fuerat infringenda. Vnde per Hieremiam & Ezechielem deus frequenter prædixit se puniturum Hiere. 10
& regi Babylonis subiecturum Sedechiam regem,eo φ violauit pactum cum rege Nabuchodo Ezech. 17
nosor initum. Hinc in Ezechiele legitur: Qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Quod autem
alij iudices fecerunt,ex diuina fecerunt commissione,& forte eorum temporibus non erant hu-
iusmodi pacta inter filios Israel & hostes eorum. ⌊Eo enim tempore dominabantur Philistijm
Israeli,⌋cum abusione & fastu,ideo Sampson quæsiuit contra ipsos occasionem.
⌊Descendit itaq; Sampson cum patre suo & matre in Thamnatha, ⌊ad desponsandum puellã.
Quæritur,an parentes eius peccauerunt in hoc? Videtur φ imò,cum scriptum sit in Deuterono Deut. 7
mio: Filiam illius,videlicet alieni seu infidelis,non accipies filio tuo. Respondetur,φ crediderunt
filium suum moueri à deo: quoniam per angelum fuit prænunciatus & supernaturaliter natus,at
que (vt aliqui dicunt) Sampson insinuauit eis,sibi diuinitus notificatum,quod matrimonium il-
lud deo placeret,& quod res illa ageretur à domino. Sciebat etiam Sampson ex reuelatione in
C quodam communi, seu indistincte, quod ex illo coniugio orietur contra Philistæos occasio,
quamuis nondum cognosceret modum determinate. ⌊Cumq; venissent ad vineas oppidi,⌋
nomine Thamnatha,quæ erant extra oppidum sitæ, ⌊apparuit catulus leonis sæuus & rugiens
& occurrit ei,⌋id est,catulus ille Sampsoni, vt dilaniaret & deuoraret Sampsonem. ⌊Irruit au-
tem spiritus domini in Sampson,⌋id est,spiritus sanctus mouit,excitauit,& confortauit Sampso
nem ad inuadendum leonem, ⌊& dilacerauit leonem,quasi hœdum in frusta discerperet,nihil
omnino habens in manu,⌋ imo nec læsit manus suas hoc faciendo. Propter quod nemo suspica
batur de facto. Et in hoc patuit mira ipsius fortitudo,quam tamen ex sola complexione,natu-
ralive dispositione non videtur habuisse,vt infra tangetur.
¶ Præterea,quidam in veteri testamento leonem occidisse leguntur, vt Dauid & Banaias. Qui- 1. Reg. 17
dam quoque in nouo testamento,de quorum nullo habetur quod fecerit hoc,nihil omnino ha- 1. Para. 11.
bens in manu. ⌊Et hoc patri & matri noluit indicare.⌋ Ex hoc verbo multa eliciuntur. Primũ,
quod ad tempus pro aliqua causa à suis diuertit parentibus,& tunc ei occurrit leo. Secundo,quod
erat virtuosus,prudens & humilis,non vanus ac leuis,quoniam tantum opus celauit,neque ia-
ctauit se: sicut & Saul adhuc humilis,non indicauit patri seu patruo suo,quemadmodum à Sa- 1. Reg. 10
muele fuit vnctus in regem. Tertio,quod parentes Sampsonis considerauerunt eum notabili-
ter immutatum in facie,& aliquid peregisse, Ideo interrogauerunt quid egisset, Et tamen noluit
eis indicare,quia nondum patuit eius fortitudo in aliquo facto tam magno. Ideo secretum suum Esa. 24
tenuit sibi,iuxta illud in Esaia: Secretum meum mihi.

⌊Descenditq; ⌋ de vineis in Tamnatha, ⌊& loquutus est mulieri quæ placuerat oculis eius ⌋ quia D
cum suis parentibus tractauit cum puella & eius parentibus de conuentione connubij, & cõcor
dauerunt, ita quòd sponsalia tunc fecerunt. ⌊Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam ⌋ in
sponsam & coniugẽ, condormiretq; ei. Itaq; factis sponsalibus reuersus est cum suis parentibus
ad domum parẽtum, deinde cum eis rediit ad domum puellæ, ⌊declinauit ⌋ sicut & ante parum
ab itinere, relictis in via parentibus, ⌊vt videret cadauer leonis, ⌋ quem interfecit, non ex vani-
tate & curiositate, sed magis vt ex recenti materiæ miraculi huius aspectu incitaretur de nouo ad
gratiarum actionem & laudem pro tanto beneficio, quòd vicit volentem se deuorare. ⌊Et ecce
examen ⌋ id est, congregatio, ⌊apum in ore leonis erat, & fauus mellis, ⌋ ex apum mellificatione.
Sunt autem diuersæ species apum, quarum quædam naturaliter horrent fœtida loca, quædã vero
ignobiliores talia non abhorrent, quales istæ vidẽtur fuisse. ⌊Quem ⌋ .s. fauum mellis, ⌊cũ sum-
psisset in manibus, comedebat in via, veniẽsq; ad patrem suũ & matrem, dedit eis partem ⌋ mel-
lis, sed & sponsæ suæ tradidit partem, vt magister in historijs addit, ⌊qui & ipsi comederunt, nec
tamen eis ⌋ inquirentibus vnde mel illud collegisset, ⌊voluit indicare ꝙ mel de corpore leonis
sumpserat. Descendit itaq; pater eius ⌋ cũ eo, imo & mater sua, ⌊& fecit filio suo Sampsoni con-
uiuiũ ⌋ nuptiale in domo sponsæ. ⌊Sic enim iuuenes facere consueuerant ⌋ .i. procurare, vt eorũ
parentes facerẽt nuptiale conuiuium. ⌊Cũ ergo ciues illius loci ⌋ .s. Tamnathæi, ⌊vidissent eum
id est, considerassent, ꝙ Sampson esset iuuenis valde robustus & audax, ⌊dederũt ei sodales tri-
ginta, qui essent cum eo, ⌋ secundum expositores: Cum ciues Tamnathæi exercerent epulas nu-
ptiarum, timentes robur Sampsonis, adiunxerunt ei de suis tot iuuenes fortes, sermone & specie E
socios, & quasi ob nuptiarum honorem, sed re ipsa custodes, quatenus ei resisterent, si crescente
conuiuarum facietate, aliquid attentaret aduersus eos. ⌊Quibus loquutus est Sampson: ⌋ Propo-
nam vobis problema ⌋ hoc est, quæstionem obscuram & difficilem ad soluendum. Quærebat e-
nim occasionem contra eos, & probabiliter æstimauit ex propositione illius problematis, con-
tentionem mox orituram, vt iustam contra ipsos litem acquireret. Ideo addidit. ⌊Quod si solue-
ritis mihi infra septem dies conuiuij ⌋ nuptialis, quod per vnam durauit hebdomadam, sicut & in
Gene. 29. Genesi Laban ait ad Iacob: Imple hebdomadam dierũ copulæ huius, ⌊dabo vobis triginta syn-
dones ⌋ .i. lineas vestes, ⌊& totidem tunicas ⌋ laneas. ⌊Sin autem non potueritis soluere, vos da-
bitis mihi triginta syndones & eiusdem numeri tunicas. Respondenrunt ei, propone proble-
ma vt audiamus. ⌋ Erubuerũt enim eo inferiores apparere in sapientia. ⌊Dixitq; eis: De come-
dente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, ⌋ sensus huius problematis infra in textu expri-
Iose. lib. 5 mitur. Iosephus autem refert eum ita proposuisse: Qui cũcta deuorat, cibum genuit de se suauem,
ant. iu. c. 13 licet ipse sit insuauis. ⌊Nec potuerũt per tres dies propositionem soluere ⌋ id est, exponere, qua-
liter esset intelligenda, quamuis inter se diligẽtissime conquisissent. ⌊Cũq; adesset dies septimus,
dixerunt ad vxorem Sampson: Blandire viro tuo vt indicet tibi quid significet problema. Quod
si facere nolueris, incendemus te & domum patris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spo
liaretis? ⌋ Infra habetur, ꝙ vxor eius septem diebus conuiuij flebat coram eo, quatenus sibi expla
naret problema præfatum, quomodo ergo nũc dicitur, ꝙ cum adesset dies septimus, dixerũt tri-
Pet. Co. ginta viri illi ad eam, blandire viro tuo? Ad hoc in scholastica respondetur historia. Cum adesset F
hist. lib iu. dies septimus, .i. cum adhuc esset dies inter septem primus: Vel, cũ adesset .i. appropinquaret, ita
cap. 17 quòd quarto die venerũt ad eam. Alij compẽdiosius dicũt, ꝙ hoc loco per septimum diem intel-
ligitur sabbatum, quod erat septimus dies hebdomadæ inter illos dies occurrens, & erat quartus
dies in ordine dierum conuiuij. Sed quomodo tũc verum est, q̃d septem diebus rogauit vxor vi-
rum suum Sampsonem cum lachrymis, cum non nisi quatuor diebus hoc fecerit? Respondetur,
ꝙ ibi capitur totum pro parte maiori, vt sit sensus, ꝙ aliquibus illorum diebus, & pro maiori par-
Acto. 1. te illorum dierum sic supplicauit, quemadmodum in Actis habetur, ꝙ Iesus per dies quadragin-
ta apparuit suis, non ꝙ quolibet illorum dierum eis apparuit, sed in multis ipsorum, videlicet pri
mo & vltimo, & interdum intermedijs quoq; diebus. ⌊Quæ fundebat apud Sampson lachry-
mas, & querebatur dicens: Odis me & non diligis, idcirco problema quod proposuisti filijs po-
puli mei, non vis mihi exponere. At ille respondit: Patri meo & matri nolui dicere, & tibi indica-
re potero? Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum. Tandemq; die septimo, ⌋ qui in ordi-
ne dierum conuiuij septimus erat, ⌊cum ei molesta esset, ⌋ blandis, lachrymosis & incessantibus
precibus, fœmineisq; blanditijs etiam in lecto, ⌊exposuit ⌋ ei problema, cum spe & exactione,
ꝙ ipsa nemini reuelaret. Quod ipsa non obseruauit, nam subditur. ⌊Quæ statim indicauit ciui-
bus suis ⌋ scilicet pronubis seu sodalibus iã prædictis. ⌊Et illi dixerũt ei, ⌋ puta Sampsoni, ⌊die
septimo ante solis occubitum, ⌋ quia si distulissent diutius, obligati fuissent Sampsoni syndones
tunicasq; prædictas. ⌊Quid dulcius melle, & quid fortius leone ⌋ quasi dicant, sensus problema-
Pet. Co. tis est, ꝙ de ore leonis acceptus est cibus, & de eodem leone occiso prodijt fauus mellis, quem a-
hist. lib. iu. pes ibi fecerunt. Ad quod (vt in scholastica historia dicitur) addidit Sampson: Quid dolosius mu-
cap. 17 liere,

A liere, quasi dicat, vxor mea decepit me. Idcirco subiungitur. ⌊Qui ait ad eos: Si non arassetis in
vitula mea, non inuenissetis propositionem meam.⌋ Per vitulam intelligit suam vxorem pro-
pter fœminarum lasciuiam. Vel quia idololatriæ, insolentijs, ac vanitatibus dedita erat: aut quia
sibi fuit subiecta, vt vitula tauro. Est itaq; sensus, Si non instar arantium profundassetis inquisitio
nem vestram cum adiutorio meæ vxoris, non repperissetis ex ingenio proprio, intellectum mei
problematis. ⌊Irruit itaq; in eum spiritus domini⌋.i. inspiratio dei mouit eum ad faciendum q̃d
subditur, ideo nec culpabile fuit. ⌊Descenditq; Ascalonem⌋.i. vrbem Philistinorum sic dictã,
⌊& percussit ibi triginta viros,⌋ quia iam habuit causam contra Philistijm. Et quamuis illi erãt
innoxij ab hac causa, tamen diuino iudicio rei mortis fuerunt ob alia crimina sua. Et quia in filios
Israel sæpe ac grauiter peccauerunt, ⌊quorũ ablatas vestes,⌋ videlicet syndones & tunicas, ⌊de-
dit his qui problema soluerant. Iratusq; nimis⌋ contra suam vxorem, quæ ei tantam infidelita-
tem exhibuit, & contra sodales, qui per fraudem & vim obtinuerunt triumphum, quia per mor-
tis comminationem extorserunt à sua vxore, q̃ solutionem problematis à suo quæsiuit marito,
eisq; reuelauit, cum tamen ex seipsis debuissent illud exponere, ⌊ascendit in domum patris sui,⌋
dimittendo ad tempus vxorem ex indignatione & ira, imò ex ira per zelum, quousq; feruor iræ
suæ cessaret. ⌊Vxor autem eius maritum accepit vnum de amicis eius & pronubis⌋.i. sodalibus
qui eius astiterat nuptijs, & se esse simulauit amicum Sampsonis, aut forsitan erat. Veruntamen,
cum vinculum matrimoniale sit insolubile, viuentibus coniugatis, mulier illa non contraxit verũ
connubium cum altero illo. Porro q̃ Sampson fuit verus eius maritus, non obstante dispari cul
tu, fuit ex dispensatione diuina.

¶ De mystica intelligentia eiusdem cap. XIIII. Arti. XXV.

B PEr hoc q̃ Sampson, relictis sui populi filiabus, complacentiam habuit ad desponsan-
dum sibi alienigenam ex Philistijm natam, quoniam contra Philistæos, occasionem
quærebat, præfiguratum est, quod Christus relictis Iudæis, ex quibus secundum car-
nem duxit originem, desponsauit sibi ecclesiam ex gentibus prælectam, pro cuius con
uersione & spiritalibus nuptijs secum agendis instanter rogauit patrem æternum, quoniã con-
tra dæmones præliari optauit, quorum filij erant gentiles idololatræ, quos dæmones dominus &
saluator inuasit, & de gentilium animabus eiecit. Quemadmodum etiam Sampsonis parẽtes plu
rimum mirabantur, quod Sampson alienigenam ducere voluit, sic primi quidam ex Iudaismo
conuersi, vehementer sunt admirati, quod dominus Iesus per suos discipulos ad gentilium con-
uersionem, spiritalemq; desponsationem processit. Vnde cum beatissimus princeps apostolo-
rum introisset ad Cornelium Cẽturionem ac eius domesticos, prædicassetq; eis, disceptauerunt Actor. 10
contra eum, dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes & manducasti cum eis? vt in
actis scriptum est. Paulus quoq; de infidelibus loquens Iudæis: Deo (inquit) non placent, & om 1. Thess. 2
nibus hoibus aduersantur, prohibentes nos loqui gẽtibus verbũ dei, vt salue fiant. Veruntamẽ si
cut parentes Sampsonis, cognita dei voluntate, suo filio acquieuerunt & ei alienam puellam sum
pserunt in coniugem: sic ipsi summi discipuli Christi ex Iudæis progeniti, facti sunt ministri con
uersionis gentilium, & paranymphi fuerunt coniunctionis Christi atq; ecclesiæ ex gentilitate
assumpta. Amplius, sicut Sampson ad desponsandum alienigenam transiens, occidit leonem sæ-
uum in vineis: sic Christus per apostolos ad gentilitatis conuersionem progrediens, vicit in via
diabolum, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Inuenitq; in ore diaboli apũ
C examen.i. multitudinem animarum ab illo spiritaliter deuoratarum, qui absorbet fluuium, nec 1. Pet. 5
miratur cuius esca electa, dum sibi incorporat & deglutit animas superbenedictæ trinitatis ima-
gine insignitas. Has rapuit Christus ex ore diaboli, & fecit eas sibi cibum dulcissimum, quem sibi Job. 40
incorporauit, deoq; patri obtulit ei inuiscerandum. Deinde sicut pater Sampsonis fecit filio suo
nuptiale conuiuium septem dierum: sic pater Christo per totum tempus euangelicæ legis nupti
as facit cum militanti ecclesia, iuxta illud in Euangelio: Simile est regnum cœlorum homini re- Matt. 22
gi, qui fecit nuptias filio suo. Iterum sicut Sampson in illo conuiuio commensalibus suis proble-
ma proposuit: sic dominus Christus in Euangelio multas nobis proponit parabolas, quarum in
tellectum requirit à nobis: & si salubriter intellexerimus eas, largitur nobis pro præmio amictũ
virtutum & mentis munditiam: si quo minus, rationem exquiret à nobis negligentiæ & insipien
tiæ nostræ. Sed sicut Philistæi intellectum problematis inuenire non valentes, rogabant Sampso
nis vxorem, vt precibus à suo extorqueret marito interpretationem problematis: ita & nos ro-
gemus ecclesiam, id est, personas deuotas, quatenus illuminationem & sapientiam salutarem o-
rationibus suis ac meritis adipiscantur nobis à sponso cœlesti.

Præterea, per hoc, quod vxor Sampsonis ei infidelis effecta est, & alteri nupsit, est figuratum, q̃
ecclesia in multis ad eam pertinentibus deserit sponsum supernum, & cadit, atq; diaboli adulte-
ra redditur. Hinc saluator iratus, discedit à talibus. Et sicut Sampson in Ascalone percussit tri-
ginta viros, quorum vestes tradidit expositoribus sui problematis: sic Christus sapientes seculi

huius & recidiuantes condemnat, & sapientiam eorum naturalem, virtuosaq́ merita, quæ aliquan- D
do habuerunt, communicat & largitur suis electis; quoniam bona talia meritoria non deserit irre
munerata. Moraliter studeamus & nos alienigenam ducere, id est, animas seculares & peccatri-
ces conuertere, ac Christo vnire. Diabolū quoq; leonem sæuissimum, vincere enitamur, per hu-
militatem & charitatis feruorem, orationes & lachrymas, atq; per iugem cordis custodiam, in-
cessabilemq́ profectum. Veruntamen nequaquam emolliamur blandimentis fœmineis, nec ali-
qua superemur carnali affectione, nec omni credamus spiritui, neq; secreta nostra alicui incautè
1. Iohā 4 pandamus, imo nec ea quæ in secreto accepimus, infideliter referemus, cum in Ecclesiastico scri-
Ecci. 27 ptum sit: Qui denudat arcana amici, perdit fidem. Et rursus: Denudare amici mysteria, despera-
Ibidē tio est animæ infelicis.

EXPOSITIO CAPITVLI XV. Post Cum aliquantum autem temporis, cum dies triticeæ messis instarent. Art. XXVI.

IMPVGNATIO PHILISTINORVM A SAMPSO
ne, modo describitur. Post aliquantum autem temporis cum dies tri-
ticeæ messis instarent, venit Sampson, inuisere. i. visitare, volēs vxo-
rem suam, & attulit ei hœdum de capris. in quo patet ꝙ non erat im-
mansiuus in ira, sed cito indulgēs, quia post modicum tempus ad suam
rediit cōiugem, à qua tam grauiter fuit offensus, infideliterq́ tractatus,
nec tantum rediit, sed & munusculum attulit ei, vt & ipsa placaretur, si E
forte ex suo recessu fuisset offensa. Grauiter igitur peccant mariti, q cō-
tra suas conthorales tam leuiter indignanter, & diu ab illis se subtrahūt,
ac difficulter placantur. Cumq́ cubiculum eius solito vellet intrare
maritali affectu, ne & illa ex sua ab ea absentia caderet. Propter quod non licet viro à sua vxore
immoderate se absentare, prohibuit eum pater illius, puta vxoris, dicens: Putaui quòd odisses
eam quia reliquisti eam ad tempus, & ipsa multum offenderat te, & ideo tradidi illam amico
Iudicū 14 tuo. iuxta sensum in præcedentis expositione capituli introductum, sed hoc factum fuit nimis
cito. Et quàmuis mora multo maior interuenisset, tamen primo marito ad coniugem redeunte
magis spectat ad eum, & restituenda est ei, quàm pertineat ad secundum, cum vinculum matrimonii
consummati, inter viuentes non soluatur. Sed habet sororem quæ iunior & pulchrior illa est,
ideo amabilior videbatur, sit tibi pro ea vxor. Sed tale matrimonium modo non licet. Cui
respondit Sampson: Ab hac die non erit culpa in me contra Philistæos. i. non peccabo, mala
pœnæ infligēdo Philistæis, quia ad hoc habeo causas iustas, cum tam grauiter sim offensus ab eis,
à quibus & vxor mea mihi iam est ablata. Faciam enim vobis mala. Itaq; eos præauisauit, nec
instar latronum sine præcomminatione ipsos inuasit. Quòd si quæratur, cur ob istas iniurias
sibi à paucis Philistæis irrogatas, toti populo comminatus est ac intulit damna? Respondetur, ꝙ
diuino instinctu hoc fecit, quoniam Philistæi erant in filiis Israel generaliter rei, eratq; Sampson
diuinæ iustitiæ instrumentum ad punitionem illorum. Perrexitq; & cœpit trecentas vulpes.
Sampson iam fuit iudex populi Israel, sicut de eo Iacob prædixit: Dan iudicabit populum suum, F
Gene 49. id est, Sampson natus de stirpe Dan. Ideo habuit famulos & auxiliarios satis multos, quorum auxi-
lio per retia atq; industrias cœpit tot vulpes. Nā vulpes ibi abundant, Et forte angelico iuuabat
auxilio, qa in hoc præordinatus & natus fuit vt affligeret Philistæos, caudasq́ earum iunxit ad
caudas. hoc est, caudam vnius alligauit caudæ alterius per apta ligamina. Colligauit autem duas
vulpes ad inuicem, & faces ligauit in medio, i. inter quodlibet par vulpium sic colligatarum
vnam ligauit facem, eam innectendo illi ligamini quo vulpes fuerāt colligatæ, quod ligamen fuit
satis ad hoc longum, quas faces, igne succendens, dimisit vulpes quas tenebat instar canū
vinculatas in rure iuxta blada, vt huc illucq; discurrerent. Erantq; faces illæ difficulter extin-
guibiles, & non incendebant vulpes. Quæ statim perrexerunt in segetes Philistinorum. Vul-
pes quippe visis flammis quæ erumpebant ex facibus, erāt turbatæ ac territæ, nec more solito se-
stinabāt ad syluas, speluncas, latibula, nec prompte currere quibant, ideo introierunt loca eis vi-
ciniora, videlicet segetes, in quibus forte paulatim comburebantur & ipsæ. Quibus, segetibus
succensis per faces ardentes, quoniam segetes iam fuerunt maturæ & siccæ, & comportatæ
iam fruges id est, in agris collectis, seu in aceruos grandes redactæ, & adhuc stantes in stipula
concrematæ sunt, intantum, vt vineas quoq; & olíueta flamma consumeret, in diuersis cāpis, in
quibus diuisim dimiserat vulpes per se & per auxiliarios suos. Non enim verisimile est, ꝙ solus
hæc omnia fecerit. Dixerūtq; Philisthijm: Quis fecit hanc rem? Quibus dictū est ab aliquo He-
bræo aut Philistæo, Sampson gener Tamnathæi. i. maritus filiæ viri de Tamnatha, qa tulit
vxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntq; Philisthijm, & combusserūt tam
mulie-

A mulierem quàm patrem eius. Quibus ait Sampson: Licet hæc feceritis⌋ i. fœminã illã & patrem
eius combusseritis, in quãtum fuerũt occasio incendij rerum vestrarum, ⌊tamen adhuc ex vobis
expetam vltionem,⌋ propter alias vestras iniquitates, quarum flagellum sum ex commissione di-
uina, ⌊& tunc quiescam.⌋ Qui enim iratus est, dum se ad libitum vlcus est, conquiescit & dele-
ctatur. Vnde & passiones irascibiles dicuntur in passionibus concupiscibilis terminari. Hæc itaq;
dixit eis per internuntium siue oretenus quibusdã illorum, in quo patet magnanimitas eius. ⌊Per-
cussitq; eos ingenti plaga⌋ quæ non exprimitur hic determinate, & qualiter facta sit, ⌊ita vt stu-
pentes⌋ i. de tã inopinato euentu & miro effectu vehementer mirantes, præsertim q̃ in vno vi-
ro tãta consisteret fortitudo, Et q̃d Hebræi, q eis fuerũt tot annis subiecti, talia perpetrarent, ⌊su-
ram fœmori imponerent⌋ i. vnũ crus superponerẽt alteri, vt moris est eis, qui cura grãdi grauã-
tur atq; sollicite meditãtur de his quæ eis acciderũt, aut futura verentur, quid item in talibus sint
acturi, sic mœsti ponere solent maxillã super manũ. Sura est tibia. Hinc septuaginta transtulerũt:
Percussit Sampson alienigenas ad tibiã super fœmur. i. tã mirabiliter, vt præ stupore tibiã vnius
pedis super fœmur alterius ponerent, non illi qui iã erãt percussi, sed alij. Sic Augustinus & Glo- August. li.
sa exponũt. Porro, vt Lyra refert, in Hebræo habetur: Percussit eos plaga magna tibiã super crus iud. qu. 53.
suum. Quod exponũt Hebræi de percussione peditũ cũ equitibus, quoniã pedites in bello magis
innituntur tibijs, equites cruribus. Quidã hic scribit: Sura est posterior pars cruris, fœmur ante-
rior, quod non videtur idonee dictũ, cum sura sit tibia, & fœmur pars cruris posterior. Vnde & Gene. 24.
Abraham dixit: Pone manum tuam subter fœmur meũ. Magister quoq; in historijs: Tibijs (in- Pet. Co.
quit) incedimus, super fœmur sedemus. At vero, secũdum Rabbi Paulum, ista est litera: Percussit hist. lib. iu.
B eos sura super fœmur plaga magna, quod secundum eum antiqui Hebræorum exponũt, dicentes, cap. 17
q̃ sine armis & adiuncto extrinsico percussit eos calcitrãdo. Sicut homo cum calcaneo suo con- R. Paul.
iuncto suræ percutit fœmur alterius, & si percussio est valida, cadit percussus. Sicq; ad ostendẽ-
dum eminentiam fortitudinis Sampsonis, exprimitur modus iste percutiendi extraneus atq; in-
solitus. ⌊Et descendens habitauit in spelunca petræ Etham.⌋ Sic & Dauid fugiens Saulẽ in spe- 1 Reg. 22.
luncis, & iuxta petras legitur habitasse. Veruntamen Sampson non ex timore neq; vt fugiens in 24.
spelunca, illa moratus est, sed potius ex deuotiõe, vt deo vacaret quietius, & ne occasione sui vrbs
in qua esset, periclitaretur. ⌊Igitur ascendentes Philisthijm in terram Iuda⌋ i. in sortem tribus Iu-
dæ, quæ erat in vna extremitate terræ promissionis, & aduenientibus Philistæis primo occurrẽs,
⌊castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, id est, maxillæ; vbi eorum fusus est exer-
citus. Dixeruntq; ad eos viri de tribu Iuda: Cur ascendistis aduersum nos?⌋ quasi dicant, serui &
tributarij vestri sumus, nec repugnare disponimus. ⌊Qui respõderũt: Vt ligemus Sampsonẽ ve-
nimus, & reddamus ei q̃ in nos operatus est⌋ i. vt eũ vinctũ tradamus superioribus nostris, qua-
tenus debite illudatur & occidatur. ⌊Descenderunt ergo tria milia virorum de Iuda ad specum
silicis Etham⌋ i. ad præfatam speloncam. ⌊Dixeruntq; ad Sampson: Nescis q̃d Philisthijm im-
perent nobis? Quare ergo hoc facere voluisti?⌋ quasi dicãt: Exposuisti nos oẽs periculo. ⌊Qui-
bus ille ait: Sicut fecerunt mihi, sic feci eis;⌋ i. pro iniurijs mihi iniuste illatis intuli eis iustas vin-
dictas, præsertim propter communem Israelitici populi liberationẽ; nec hoc fuit cõtra illud Pro-
C uerbiorum: Ne dicas, reddã malum pro malo, q̃a pro malo culpæ non est malũ culpæ retribuen- Prouer. 20
dum. Interdũ tamen malũ pœnæ est reddendũ pro malo culpæ, vt seruetur decor iustitiæ; præser
tim pro conseruatiõe reipublicæ. ⌊Ligare (inquiũt) te venimus & tradere in manus Philistino-
rum.⌋ Hoc facere voluerũt viri Iuda timore Philistinorum, à quibus viderũt se & totũ populũ Is-
rael impugnandũ, nisi traderent Sampsonem in manus eorum. ⌊Quibus Sampson: Iurate (inq̃t) &
spondete mihi, quod non me occidatis,⌋ si me ligare permisero. Sampson sciuit q̃ non possent
eum inuitũ ligare, nec volebat eis resistere, quia non voluit lædere eos, ideo se ligari permisit, ta-
men sub hac conditione. Maluit quoq; permittere, q̃ ligaretur, q̃ q̃d filij Iuda & aliæ tribus Israel
à Philistæis infestarent. Deniq; petijt certificari de hoc, q̃ non occideret, nõ solũ iuramẽto, sed e-
tiam promissione, quæ interdũ fortius ligat q̃ iuramẽtũ. ⌊Qui dixerũt: Nõ te occidemus, & hoc
iurauerũt ac promiserũt, ⌊sed vinctũ trademus. Ligauerũtq; eũ duobus nouis funibus⌋ qui solẽt
esse fortiores, ⌊& tulerunt eum de petra Etham. Qui cum venissent ad locum maxillæ.⌋ Quod
nomen loco illi impositum est ab euentu, qui paulo post recitatur, ⌊& Philisthijm vociferantes⌋
præ gaudio, quasi iam certi de hostis sui captiuitate & morte, ⌊& occurrissent ei⌋ quem viri Iu-
da trahebãt vt reum & furẽ, ⌊irruit in eũ spũs domini⌋ i. à deo motus & cõfortatus est ad facien-
dum, quæ subiũgunt. ⌊Et sicut solẽt ad odorẽ ignis⌋ i. ex impressione caloris, ⌊ligna cõsumi, ita
vincula q̃bus ligatus erat, dissipata sunt & soluta⌋ i. tam celeriter ac faciliter dissipauit & rupit ea,
⌊inuentãq; maxillã. i. mandibulã asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros,⌋ quod
satis mirabile fuit, q̃ inter tot concussiones mãsit illæsus ac viuus, cũ esset inermis. Hoc q̃q; mirabi
le, q̃ tãtus pugnator sciẽs se tot, tãq; acerrimos hostes habere, nõ habuit gladiũ secũ, nec aliquã ar
maturã, sed de sua fortitudine & dei auxilio satis securus fuit. Imaginor aũt, q̃ visis Philistæis, mox
impetuosissime cucurrit in eos, atq; tã velocissime vnũ sup aliũ trusit ac plurimos simul pstrauit.

Et omnes sic perturbauit, quod nullus illorum poterat eum accedere ad nocendum, ⌞& ait: In D
maxilla asini⌟ id est, cum maxilla, tanquàm per instrumentum, ⌞in mandibula pulli asinarum⌟
Iose. lib. 6 hoc est, iuuenis asini ex asinabus nati, ⌞deleui eos⌟ id Philistæos occidi, ⌞& percussi mille viros⌟
an. tu ca. 13 de exercitu Philistæorum. Alij autem fugerunt (secundum Iosephum) ex timore. ⌞Cumq́ hæc
Pet. Co. canens verba complesset⌟ Cecinit enim canticum istud: Grãs agens deo de tam miro triumpho,
hist. li. Iu. atq; (vt in Scholastica fertur historia) metrice cecinit ista. ¶ Præterea aliqui quærunt, an totum
cap. 18 canticum istud Sampsonis descriptum sit? Estq́ probabile, ꝙ non, q̃a nunc dictum est: Cumq́
hæc canens verba complesset, quasi dicat, omnia verba illius carminis non describuntur hoc loco:
⌞proiecit mandibulam de manu⌟ vsu eius cõpleto. ⌞Et vocauit nomẽ loci illius Ramathlechi⌟
quod quid significet author exponit, addens ⌞quod interpretatur eleuatio maxillæ⌟ Decuit quippe
locum, In quo tam mirabile contigit opus, ab eodẽ opere nomen nouum sortiri ad perpetuam rei
memoriam, deiq́ laudẽ. ⌞Sitiensq́ valde⌟ Nam fortiter laborauit. Dicunt tamen Hebræi, ꝙ si-
Exo. 15 tis illa fuit pœna peccati, q̃a (vt dicunt) dedit sibi gl'iam, & non deo. Quod non videt, ꝙ iam dictũ
Iudi. 5 est, ꝙ gratias agens deo, cecinit canticum, sicut & Moses, Pharaone submerso, Delbora quoq; &
Baraq à depta victoria. Fuit autem naturale post tantum conflictum sitire. ¶ Denique beneficium
dei recognoscens, deuote orauit, ⌞clamauit ad dñm, & ait: Tu dedisti in manu serui tui salutẽ hãc
maximam⌟ i. valde mirabilem, ⌞& en siti morior,⌟ i. morti propinquo, statimq́ moriar, nisi
subuenias, ⌞incidamq́ in manus incircumcisorum,⌟ i. Philistinorum, q me siti languentem faciliter
capere possent. ⌞Aperuit itaq; dñs molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ⌟
Numer. 20 sicut & aqua exiuit de petra percussa Moysi virga. Et videt, ꝙ aquæ per creationem exierint in- E
de, cum nil dentis aut petræ videatur versum in aquas illas. ⌞Ideo appellatum est nomen loci illius
Pet. Co. fons Inuocantis de maxilla vsq; in præsentem diem⌟ Quia de maxilla illa quasi de fonte aqua ma
hist. li. Iu. nauit ad inuocationem Sampsonis. Sicq́ locus ille videt nomina duo sortitus, vc; istud, & præce
capi. 18 dens propter duo miracula ibi facta. Vel (vt in historiis ait magister) mutato priore nomine, no-
men istud impositum est loco illi. ⌞Iudicauitq́ Isrl' in diebus Philistijm viginti annis.

¶ De sensu eiusdem capli. XV. mystico. Arti. XXVII.

QVemadmodum Sampson post aliquantum temporis rediit suam inuisere vxorem, af-
ferens ei hœdum: sic dominus & saluator ad tempus solet suæ irasci ecclesiæ seu animæ
peccatrici, propter ipsius peccata. Sed cum iratus fuerit misericordiæ recordat. Et sæ-
pe præuenit, gratiose atq; piissime visitat, quàm iuste reliquerat. Sicq́ nonnunquã
Abac. 3 suam reformat eccl'iam seu animam recidiuantem, nec vacuus redit, sed hœdum adducit, quoniã
corpis sui exhibet sacramentum, sed & spũalia alimenta. ¶ Insuper sicut Sampsonem solito in-
gredi cupientem cubiculum suæ vxoris prohibuit pater coniugis, dicens: Tradidi eam alteri viro
sic Christũ thalamum cordis suorum fidelium volentem intrare, spiritualesq́ nuptias exercere,
frequenter impedire nituntur carnales, propinqui, amici, ac dæmones, asserentes, quòd ipsos fi-
deles oporteat carnalibus nuptiis tradi. Sicq́ animas Christo in fonte baptismatis, deinde in sa-
cramento pœnitentiæ consecratas auertunt ab ipso & tradunt dæmoniis constuprandas. Qui-
bus animarum deceptoribus Christus vehementer irascitur, comminatur, infernalesq́ vulpes
colligatas fœdere societatis nequissimæ, & faces cupiditatis, iræ, concupiscentiæ, malignitatis,
secum ferentes in caudis suis in talium deceptorum segetes, hoc est, actiones ac studia permittit F
discurrere, ad tentandum ac superandum eosdem. Qui & vincuntur, & quid aliquando boni ege-
runt, amittunt, corruendo in vitia. Tunc iniqui grauius excæcati, efficiuntur instar Philistinorum
Christo magis rebelles, & eum in suis membris persequuntur. Plurimosq́ secum implicare pec-
catis nitunt, in tãtum, quod etiam viri Iuda, hoc est, qui spirituales esse videntur, vt quidam reli-
giosi & sacerdotes ac clerici, per reprobam vitam opponunt se Christo, dicentes ei in suis mini-
stris, à quibus admonentur & increpantur. Nescis quia Philistijm imperent nobis, id est, quòd se-
cularibus vanitatibus, vitiisq́ carnalibus ac dæmonum tentamentis victi ac subditi sumus, ita qđ
Esa. 28 frustra corripimur, quia percussimus fœdus cum morte & cum inferno fecimus pactum. Hæc pla
ne, & si non sermone, tamen opere dicunt.
¶ Insuper sicut Sampson propter filiorum Isrl' salutem se permisit ligari: ita & filius dei. Quem
Iohan. 19 admodum etiam Sampson mandibula asini mille viros percussit. Sic Christus per lignum crucis
vniuersos suos hostes, qui millenario designantur, prostrauit. Et sicut Sampson fatigatus sitiuit
vsque ad mortem. Sic dominus Iesus in cruce loquutus est: Sitio: Etenim corporal'r vehementis-
sime sitiebat. Sed siti maiori nostram affectauit salutem.
¶ Porro, per dentem molarem, ex quo fluxit Sampsoni riuulus aquæ, intelligitur cornu crucis
quæ animam Christi refecit, quoniam ex consideratione fructus suæ passionis, quam tulit in cru-
ce, refocillabatur cor eius. Sic ergo & nos quacunque tribulatione, tentatione, labore, afflicti, aut
Matth. 11 lassati fuerimus, cum omni spe clamemus ad dominum, qui hortatur: Venite ad me omnes, qui la-
boratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Qui & in Apocalypsi vltimo caplo protestatur:

A Qui ſitit, veniat, & qui vult, bibat aquam vitæ gratis. Caueamus indeſinenter, ne quempiam impediamus ab ingreſſu Chriſti in animam eius, à deuotiōe interna, à ſpirituali profectu, aut religionis ingreſſu. Non ſimus Chriſto rebelles, & iugiter euitemus, ne Philiſtijm imperent nobis. Nempe, omnis qui peccat, ſeruus eſt peccati, & iniqui ſunt ſerui corruptionis. Abſit vt aliquis noſtrum inſtar virorum Iuda cooperetur Philiſtæis aduerſus Sampſonem, hoc eſt, nemo cooperetur dæmonibus aut etiam vanis & vitioſis hominibus ad ſeducendū aut perturbandum & ſcandalizandum animas Chriſti ſanguine liberatas. Etenim, væ homini per quem ſcandalum venit. Et apoſtolus monet: Ne ponatis offendiculum fratri aut ſcandalū. Et rurſus: Quæ pacis ſunt, ſectemur, & quæ ædificationis ſunt in inuicem cuſtodiamus. Apoca. 22 Joh. 8. 2. Petri. 2 Matt. 18 Roma. 14 Ibidē

¶EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI XVI.

Abijt quoq; in Gazam & vidit mulierem. Art. XXVIII.

CONFLICTVS SAMPSONIS CONTRA ADuerſarios ſuos vſq; ad mortem ipſius hic ſcribitur. ⌊Abijt quoq; in Gazam⌋ quæ fuit vna quinq; principalium vrbium Philiſtinorum. Quo conſtat ꝙ eos non formidauit, nec Gazenſes audebant eum inuadere, etiam in propria vrbe, ⌊& vidit ibi mulierem * meretricē, ingreſſusq; eſt ad eam,⌋ Si introiuit ad eam ad fornicandum, peccauit mortaliter. Ex quo elicitur, ꝙ non fuit ſanctificatus in vtero, quia ſic ſanctificati dicuntur poſtea mortaliter non peccare. Hebræi tamen (vt fertur) legūt, B mulierem hoſpitatricem, quia dictio hebræa vtrūq; deſignat. Circa quod ſcribit quidam: Propter hoc non inuaſerunt eum Philiſtæi ibi, videlicet in hoſpitio, quia ſecūdū legem terræ, debet homo in hoſpitio ſecuritatem habere. Quod non videtur idoneē dictum, quoniam rei, præſertim publici hoſtes totius communitatis ſecuritatem non habent in ſuorū hoſpitijs æmulorum. Philiſtæi autem reputabant Sampſonem ſuæ reipublicæ maximū hoſtem, imo talibus aduerſarijs prohibetur ingreſſus in terram quam vaſtant. * Heb. cauponam.

⌊Quod cum audiſſent Philiſtijm, & percrepuiſſet apud eos intraſſe vrbem Sampſon, circumdederunt eum,⌋ Hoc intelligi poteſt, ꝙ ciues Gazæi circūdederunt domum, in qua Sampſon erat. Vel, ꝙ alij quoq; Philiſtæi circumdederunt vrbem illam, ne per aliquam eius partem euaderet, ⌊poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus,⌋ in ea. ſ. porta, per quam fuerat exiturus. Vel ſingulare ponitur pro plurali, vt ſit ſenſus, ꝙ in ſingulis portis vrbis illius poſuerunt viros armatos ad obſeruandum eius egreſſum. ⌊Et ibi tota nocte cum ſilentio præſtolantes, vt facto mane, exeūtem⌋ de domo mulieris, vel de porta ciuitatis, ⌊occiderent,⌋ in altero horum locorum. Sed quomodo præſtolabantur in porta tota nocte, cum ſubiungatur. ⌊Dormiuit autem Sampſon vſq; ad noctis medium?⌋ Dici poteſt, ꝗd per Synechdochen hoc dicatur. Porro, an tam diu vere dormiuit, an potius tam diu dormiſſe dicatur; quia tam diu iacuit cum fœmina illa, iuxta communem modum loquendi, ignoro. ⌊Et inde conſurgens, apprehendit ambas portæ fores⌋, i. ianuas, ⌊cū poſtibus ſuis & ſera, impoſitasq; humeris ſuis portauit ad verticem montis q reſpicit Hebron.⌋ Vnde percepiſſe videtur ſe eſſe obſeſſum, quare Philiſtæi hoc cernentes, eum non inuaſerunt. C An ſopor vel timor eos inuaſit, vel ſi reſiſtere & eum inuadere nitebantur, mox eos abiecit ac repulit. Deniq; ſi peccauit cum fœmina illa, mirum ꝙ deus in illo articulo dedit & conſeruauit in eo fortitudinem tantam, in quo mira dei miſericordia commendatur. Vnde & videri alicui poteſt, ꝙ fortitudo illa fuit in eo habitualiter, quàmdiu legem Nazaræorum ſeruauit. Aliqui verò dicunt, ꝙ non aderat ei ſemper ſiue ad libitum, ſed interdum ſecundum ꝙ expediebat, ſecundum diſpoſitionem diuinam. ⌊Poſt hæc amauit mulierem quæ habitauit in valle Soreth.⌋ Eſt autem Soreth genus aut locus vitis, ⌊& vocabatur Dalilah.⌋ Scriptura nō docet, an mulier iſta fuit de ſtirpe Philiſtinorum an Hebræorum, nec etiam exprimit an duxit eam vxorem. Et puto quòd ſumpſit eam in coniugem, quoniam multo tempore ſedit cum ea, ne videatur tanto tempore in fornicatione ſediſſe. Videt quoq; ꝙ fuerit Philiſtæa, quoniam ſatrapæ Philiſtinorum tam confidenter acceſſerunt ad eam, vt deciperet virum ſuum, & ipſa tam cito acquieuit eiſdem, tamq; infatigabiliter laborauit pro hoc. ⌊Veneruntq; ad eam principes Philiſtinorū atq; dixerunt: Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum ſuperare valeamus & vinctum affligere. Quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille centum argenteos. Loquuta eſt ergo Dalilah ad Sampſon: Dic mihi obſecro, in quo ſit tua maxima fortitudo,⌋ id eſt, in quo conſiſtat, & ex qua cauſa dependeat, ⌊& quid ſit in quo ligatus, erumpere nequeas? Cui reſpondit Sampſon⌋ in dolo, vel forte ironice, non aſſertiue, & ſic excuſaretur à culpa mendacij. Infra tamen Dalilah ei imponit quòd mentitus ſit ei. Quod ſi ita, eſt mendacium illud iocoſum, non pernitioſum. ⌊Si ſeptem neruiceis funibus,⌋ hoc eſt, de neruis formatis, ⌊necdum ſiccis, & adhuc humentibus,⌋ qui difficilius dirūpūtur, ⌊ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines.⌋

Qui

Qui licet essent robusti in suo genere, tamen respectu Sampsonis erant infirmi, propter quod cæ D
teri homines videbantur ei infirmi. ⌊Attuleruntq́ ad eam Satrapę Philistinorum septem funes,
vt dixerat.⌋ Nam Dalilah statim insinuauit eis verba Sampsonis, ⌊quibus⌋ funibus ⌊vinxit eũ⌋
hoc permittentem [Vel in Scholastica habetur historia, dormientem & inebriato Sampsone,
Pet. Co. ⌊latentibus apud se insidijs⌋ .s. Satrapis illis, & eorum familijs, qui & occulte venerunt, ⌊& in cu
bust. lib. iiij biculo finem rei expectantibus⌋ an scilicet Sampson rumperet vincula illa, an non. Et erant Sa-
dic capite. trapæ in aliquo loco cubiculi satis secreto. ⌊Clamauitq́ ad eum Philistijm super te Sampson⌋ id
19. et 20 est, Philisæi super te irruunt. ⌊Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum factum de stup-
pa tortum sputamine, cum odorem ignis acceperit.⌋ Nam fœminæ nendo miscent aliquid saliuę
seu sputi, vt sputi, vt materia quæ filatur magis cohæreat. ⌊Et non est cognitũ in quo esset fortitu
do eius.⌋ ¶Deniq́ visa seu cognita vinculorum illorum diruptione tam mire facillima, Philistæi
clam abierunt. ⌊Dixitq́ Dalilah ad eum: Ecce, illusisti mihi, & falsum locutus es, saltem nunc indi
ca mihi, quo ligari debeas⌋ ita vt erumpere nequeas. ⌊Cui ille respondit: Si ligatus fuero septem
nouis funibus, qui nunquàm fuerunt in opere, infirmus ero & aliorum hominum similis⌋ in de-
bilitate, quibus per fortitudinem dissimilis sum. ⌊Quibus rursum vinxit eum Dalilah & clamauit:
Philistijm super te Sampson in cubiculo insidijs præparatis.⌋ iuxta expositionem prætactam.
Nam Dalilah iterũ insinuauerat Philistæis responsum Sampsonis. Quo cognito, venerunt cum fu
nibus nouis. ⌊Qui rupit vincula quasi fila telarum,⌋ in quo patet admirabilis fortitudo ipsius.
⌊Dixitq́ Dalilah rursum ad eum: Vsquequo decipis me, & falsum loqueris? Ostende quo vinci-
ri debeas. Cui respondit Sampson: Si (inquit) septem crines capitis mei cum liceo plexueris,⌋ hoc
est, composueris. ⌊Et clauum his⌋ crinibus ⌊circumligatum terræ fixeris, infirmus ero: Quod
cum fecisset Dalilah, dixit ad eum: Philistijm super te Sampson: Qui consurgens de somno.⌋
Vnde videtur quod ipsa hoc fecit dormienti Sampsoni, qui habuit longissimos pilos, videlicet, E
nunquàm rasos, ⌊extraxit clauum crinibus & liceo. Dixitq́ Dalilah: Quomodo dicis quod ames
me, animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi & noluisti mihi dicere, in quo sit
maxima fortitudo tua.⌋ Quasi dicat: Signum est quod non dicis hoc vere. Quia secreta tua ab-
scondas à me, & mentiendo contristas, atque illudis me. Cum tamen ego ex amore præcipuo
cupiam tua scire occulta, cum amicorum sit proprium desiderare, cognoscere, & mutuo sua com
municare secreta. ⌊Cumq́ molesta ei esset, & per multos dies iugiter adhæreret, spaciũ ad quietẽ
non tribuens⌋ id est, eum dormire non sinens, ⌊defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata
est⌋ nec tñ vi aut timore cõpescuit probã illã, qa sensualr nimis afficiebat ad ipsam. ⌊Tũc aperiẽs
veritatẽ rei dixit ad eã: Ferrũ nũq̃ ascẽdit sup caput meũ⌋ .i. crines capitis mei nũq̃ abrasi siue ab-
scisi sunt, qa Nazaræus .i. consecratus domino sum de vtero mr̃is meæ. Si rasum fuerit caput me-
Ezec. 44 um, recedet à me fortitudo mea.⌋ Quantum ad excellentiam suam, propter transgressionem
præcepti Nazaræis dati. De hoc quod non radantur, ⌊& deficiam, eroq́ sicut cæteri homines.
Vidensq́ illa⌋ id est, considerans, ⌊quod confessus ei esset omnem animum suum⌋ id est, totum
cor suum de ista materia. Hoc nanque ex modo loquendi Sampsonis perpendit, quia cum mul-
ta grauitate & reuerentia dei hæc protulit. Et vidit eum infra longum tempus non rasum, ⌊mi-
sit ad principes Philistinorum ac mandauit: Ascendite adhuc semel,⌋ Iam enim tribus vicibus
ascenderant, ⌊quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam pro-
miserant. At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput.⌋ Et forte in-
ebriauerat eum. ⌊Vocauitq́ tonsorem,⌋ Quem iam ante fecit in domo adesse, ⌊& rasit septem
crines⌋ id est, vniuersos pilos capitis ⌊eius.⌋ Quia septem est numerus vniuersitatis. Vel septem
dumtaxat. Aptius tamen per septem crines intelliguntur septem collectiones pilorum ipsius.
Vnde (vt fertur) in Hebræo habetur, septem floccellos. Sicq́ abrasit totam eius Cæsariẽ per se- F
ptem floccellos discriminatam seu disgregatam. Nam & infra habetur. Iamq́ capilli eius renasci
cœperunt. Vnde apparet quod non septem tantum pili erant abscisi. ⌊Et cœpit abigere eum, &
à se repellere. Statimq́ ab eo fortitudo discessit. Dixitq́: Philistijm super te Sampson. Qui de so
mno consurgens, dixit in animo suo: Egrediar, sicut ante feci, & me excutiam.⌋ Dicunt aliqui,
quod Dalilah rasum Sampsonem in somno etiam ligauit, ad experiendum pro certo, an adhuc
vincula rumpere posset. Sicq́ sensus est: Excutiam me de vinculis. Sed quia ipsa iam præ certo co
gnouerat, quod rasus fortitudinem perderet, nec in sinu suo quiescentem videtur potuisse mul-
rum ligare. Potest ita exponi: Excutiam me de irruentibus in me, si venerint, ⌊nesciens quod
recessisset ab eo dominus. Quem cum apprehendissent Philistijm, statim eruerunt oculos eius.⌋
Ne amplius noceret, aut resistere posset, sed pro libitu suo ei illuderent, & longam infligerent
mortem. ⌊Et duxerunt Gazam vinctum catenis,⌋ Qui funes toties ruperat, ⌊& clausum
in carcere,⌋ prius tamen circumduxerunt eum per terram, secundum magistrum in historijs,
⌊molere fecerunt.⌋ Opera dura atque seruilia ei iniungendo.

¶Dicunt tamen quidam Hebræi, quod coegerunt eum cum mulieribus Philistæis fortibus com-
misceri, vt ex eius semine fortem acquirerent sobolem.

Quod

A Quod nõ videtur multum probabile, quia extimuissent, ꝙ soboles illa faueret Hebræis. Nam filij ad propinquos patris magis affici solent. Ideo reor, ꝙ si Sampson habuisset filios ex fœminis Philistæis quas habuit, Philistæi illos occidissent, si affuisset facultas. ⌊Iamq́ capilli eius renasci cœperant,⌋ non tamen ex hoc accreuit ei pristina fortitudo, vt aliqui pueriliter imaginantur, & infra patebit. ⌊Et principes Philistinorum conuenerunt⌋ cũ alijs multis, ⌊in vnũ, vt immolarẽt hostias magnificas Dagon deo suo,⌋ falso & ficto, ⌊& epularentur⌋ ascribentes deo suo comprehensionem Sampsonis, ⌊dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum Sampson in manus nostras. Quod etiam populus videns, laudabat deum suum eademq́ dicebat.⌋ Quæ vero deo permittẽte, imo & volente facta sunt propter peccatũ Sampsonis, vt purgaretur in vita hac. Non enim debuit sua secreta coniugi perfidæ reuelare, nec excusatur, quamuis eo ignorante fuerat rasus, quia ad hoc culpabilem præbuerat occasionem. ⌊Lætãtesq́ per conuiuia, sumptis iam epulis præceperũt, vt vocaretur Sampson⌋ hoc est, adduceretur, ⌊& ante eos luderet⌋ .i. suo cæco incessu & incerto progressu exhiberet eis iocũ & risum. ⌊Qui eductus de carcere ludebat ante eos. Feceruntq́ eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti gressus suos. Dimitte me vt tangam columnas, quibus omnis imminet domus, & recliner super eas & paululum requiescã. Domus autem erat plena virorum ac mulierum. Et erant ibi omnes principes Philistinorum ac de tecto & solario circiter tria milia vtriusq́ sexus spectantes ludentem Sampson. At ille inuocato domino,⌋ dominum inuocando ex totis præcordijs, ⌊ait: Domine deus, memento mei, &⌋

B pro id est: Vel, memento mei, mihi ignoscendo, atq́ ad lymbum patrum meam animam perducendo, ⌊& redde mihi nunc pristinam meam fortitudinem.⌋ Per quod constat, ꝙ ex capillorũ crescentia non accreuit ei pristinum robur; ⌊deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis. Et pro amissione duorum luminum⌋ id est, amborum oculorum meorum, in quorum pupilla lumẽ extiterat visuale, ⌊vnam vltionem recipiam.⌋ Zelo iustitiæ hæc orauit, præsertim quoniam de superstitiosis sacrificijs atq́ blasphemijs Philistinorum tabescebat cor eius, & quia præordinatus ac natus fuit ad reprimendam Philistinorum impietatem. ⌊Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus,⌋ & erat templum seu phanum Dagon, secundum Isidorum, scholasticamq́ historiam, ⌊alteramq́ earum dextera & alteram leua tenens, ait: Moriatur anima mea cum Philistijm⌋ .i. ego ipse seu vita mea animalis cum ipsis extinguatur. Attamen suipsius extinctionem non intendebat directe, sed concomitanter, quia nequibat euadere, morientibus illis. ⌊Concussisq́ fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes & cæteram multitudinem quæ ibi erat.⌋ Secundum Augustinum, deus per Sampsonem fecit illud miraculum, q̃a supernaliter reddidit ei fortitudinem pristinam, ideo ex diuino instinctu fecit hæc Sampson. Vnde & excusatur, ꝙ ita occidit seipsum, imò & commendatur, ꝙ pro communi bono populi sui, ita seipsum morti exposuit, vt interficeret oppressores populi dei. Pœnituit quoq́ de culpis suis, & illa mors fuit ei purgatio & forte quoddam martyrium. ⌊Multoq́ plures interfecit moriẽs,⌋ id est, hora qua sibi & alijs causam illius mortis procurauit, ⌊quàm ante viuus occiderat.⌋ Nam præter satrapas & conuiuas occidit ibi tria milia plebis ex tecto atq́ solario ipsum ludentem spectantis ac irridentis. Vel ideo dicitur moriens multo plures interfecisse, quoniam omnes principes & nobiliores terræ erant ibi oppressi, quorum pauci plus reputantur quàm multi vulgariũ. ⌊Descendentes autẽ fratres eius & vniuersa cognatio, tulerunt corpus eius & sepelierunt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manue, iudicauitq́ Israel viginti annis,⌋ ideo satis iuuenis obijsse videtur. Siquidem in adolescentia sua cœpit Philistæos affligere. At extunc cœpit filios Israel (vt creditur) iudicare.

Isidorus. Per Co. bist. li. Iu. 19. et. 10

August li. Iud. q. 16

¶Spiritalis expositio eiusdem decimisexti capituli. Art. XXIX.

C Abijt quoq́ in Gazam, & vidit ibi meretricem mulierem. Per Gazam (secundum Gregorium in Homilia) designatur infernus, quem Christus passione finita ingressus est, quantum ad animam suam .i. in lymbum patrum, in quo fuerunt animæ, quæ aliquãdo peccatrices fuerunt in seculo, & quo ad hoc per mulierem meretricẽ signantur.

Grego. homilia. 21.

¶Porro quoad corpus suum iacuit & dormiuit in monumento, quasi in domo meretricis .i. carnis infectæ & corruptæ, non quòd corpus Christi fuerit tale, sed quia in monumentis non nisi huiusmodi corpora consueuerunt reponi. Per Philistæos significantur dæmones, perfidiq́ Iudæi, qui Christum in sepulchro gloriabãtur esse conclusum, & illic adhibuerũt custodes, vt Christum in corde credentium seu crediturorum omnino extinguerent, quatenus nec memoria remaneret ipsius, iuxta illud Hieremiæ: Eradamus eũ de terra viuẽtiũ, & nomẽ eius non memoretur amplius. Verũtñ sicut Sãpson media nocte surgẽs à somno, remouit & secũ tulit portas Gazæ ad supercilium mõtis: sic saluator vel media nocte, vel valde mane surgẽs à mortuis, exiuit infernũ, cõterẽs portas æreas, atq́ de clauso exiuit sepulchro, & eos q̃ erãt ĩ lymbo cõstituit ĩ loco excelso. Præterea p Gazã intelligi pt terra vniuersa idololatrarum, quã Chrs p apsorum & aliorum pdicatione discipulorum intrauit, in q̃ vidit mulierẽ meretricẽ .i. gẽtilitatẽ idololatriæ deditã, ad quã grõse diuertit, meretricẽ illã cõuertit, & de ea effecit deuotissimã summi dei cultricẽ atq́ charissimã suã spõsam.

Hiere. 11

Quo

Quo cognito, Philistæi, vtpote principes, reges, imperatores infideles cum perfidis satellitibus su D
is persequi, obsidere, occidere nisi sunt Chr̃m in suis membris, & fidem ac legẽ ipsius prorsus au-
Hiere. 31 ferre de terra, sed ipse omnem ipsorũ resistentiam euacuauit, & faciem orbis terræ impleuit semine
verbi cœlestis, multitudine quoq; credentiũ. ¶Amplius, per Dalilam à Sampsone amatam, sed ver
sutam, mendosam & infidelissimam ei, intelligit synagoga, ad cuius redemptionem primo ac spe
cialiter Chr̃us descendit. Hæc synagoga diu versute ac multipliciter dñm Iesum tentauit, & qua
Luc. 20 lis esset ipsius potestas, explorauit. Dic (inquiens) nobis, in qua potestate hæc facis? ¶Et sicut Sam-
pson pmisit se ligari, & tamen euasit: ita vnigenitus patris quandoq; pmisit se à Iudæis incredu-
Luc. 4 lis comprehendi, & tamen transiens, per medium ipsorum ibat, eorum elabens manus. ¶Quemad-
Johan. 6 modum demũ Sampson tandem captus, excæcatus, ligatus, & incarceratus est: sic saluator tem-
pore prædisposito infirmitatem ostendit, cœpit'q; contristari, pauere & tędere. ¶Mox'q; irruerũt
Marc. 14 in eum Philistijm, & comprehendentes ligauerunt, eius'q; oculos velauerũt, & in domo Caiphæ
Matt. 26 quasi in carcere tenuerũt captum vsq; mane, deinde mane facto duxerũt eum in suũ concilium &
Johan. 18
Lucæ 22 irriserunt. ¶Deniq; ipsum psequendo meruerũt occidi, disperdi & condemnari ab eo, sicut p
Esa. 63 Esaiam prædixit: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. ¶Quemadmodum etiã
Heb 5 Sampson orauit sibi restitui pristinam fortitudinem suam: Sic Chr̃us passione instante cũ clamo-
re valido, lachrymis'q; orauit, & pro sua resuscitatione, ac amissæ ad horam fortitudinis reparatio
Johan. 17 ne pcatus est: Pater (inquiens) clarifica filium tuum. ¶Per hoc vero q Sampson phanum Philistęo
rum mira euertit virtute, & eius simul oppressit cultores, qd aliud figuratũ est, nisi q Christus per
Esa. 63 suos fideles vbiq; terrarũ, idolorũ diruit templa, & ptinaces in idololatria dissipauit. ¶Rursus sicut
Sampson vnam expetijt vltionem pro duobus sibi ablatis luminibus: sic dñs & saluator ex zelo E
iustitiæ p Esaiam locutus est: Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. ¶Po-
stremo, p honestam sepulturam Sampsonis à suis cognatis præfigurata cognoscit venerabilissi
ma saluatoris sepultura à suis discipulis. ¶Moraliter docet nos ista historia, mulierũ blandimen
ta, fallacias'q; vitare, de proprijs viribus nunq̃ pręsumere, vincula vitiorũ effugere, concessa quoq;
gr̃æ dona diligentissime custodire. ¶Etẽm sicut Philistijm captum Sampsonem, mox excęcauerũt
sic animam tentationi succumbentem, dæmones protinus omnino excæcare nitunt, quatenus ex-
cæcatam, statim quocũq; voluerint, trahant, illudant, contaminent, maxime vero moliunt viros
Psalm. 12 pfectos & religiosos p Sampsonem expressos deijcere & cæcare. ¶Quod si facere prævaluerint pci
Abacuc. 2 pue gloriant, & iocum ac ludum suum de ipsis efficiunt, iuxta illud: Qui tribulant me, exultabunt
Psalm. 24 si motus fuero. ¶Ideo sup nostram stemus custodiam, sint'q; oculi nostri semp ad dñm. Et si quod
absit, contigerit nos p peccata & diabolica tentamenta cæcari, clamemus cum Sampsone cũ omi
constantia & feruore ad dñm, vt nos rursus illuminare ac confortare dignet, quatenus de inuisibi
libus hostibus nostris valeamus nos vindicare, tanto ardentius ac indesinentius insistendo vni-
uersarũ incremẽtis virtutũ. Atq; de cætero cautiores pseueremus, magis'q; timorati, humiles & cir
Psalm 90 cumspecti in omnibus. Vt cadant à latere nostro mille & decem milia à dextris nostris.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI DECIMISEPTIMI.

Fuit eodem tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas. Articulus tricesimus.



Onsequenter describunt tres casus qui tempore Iudicum aut circiter cõ F
tigerunt. Primus est, de idolo Michæ, qui in isto ac sequenti recitat ca-
pitulo. Quo aũt tpe casus iste acciderit, infra tanget: ⌊Fuit'q; eo tpe⌋
Judic. 16 Non quo Sampson præfuit, de quo in fine præcedentis capituli dictũ
est, sed quo Iudices præerant, loquendo de tempore illo indeterminate
⌊vir quidam de monte Ephraim nomine Michas⌋ qui extitit Ephra
tæus ⌊q dixit matri suæ: Mille centum argẽteos quos separaueras⌋ tibi
id est, seorsum posueras quasi pro tua salute, deputando illos pro idoli
formatione, & alijs ad idololatriam requisitis, ⌊& sup quibus me audi-
ente iuraueras⌋ .i. cum iuramento asseruisti, q ex eis faceres idolum fa-
bricari: ⌊Ecce ego habeo, & apud me sunt⌋ quasi dicat: In bona custodia sunt, atq; (vt aliqui di-
cunt) Michas ad tempus eos occulte subtraxerat matri suæ, volens eos in alium expẽdere vsum.
Nunc aũt ex causa restituit eos matri suæ, qa de pecuniæ amissione vidit eam multum afflictam,
& conturbatam, imo & subtractori maledicẽtem. ⌊Cui illa respondit: Benedictus filius meus do
mino.⌋ ¶Michas iste & mater eius, fuerunt idololatræ, idcirco secundũ expositores, in tota historia
ista tam ipse q̃ mater eius p deum & dñm intelligunt falsum deum suum seu idolum. Est itaq; sen
sus, ad honorẽ dei quem colo, sit filius meus benedictus. ⌊Reddidit ergo eos matri suæ⌋ .i. Mi-
chas præfatam pecuniam matri suæ restituit. ⌊Quæ dixerat ei⌋ videlicet filio suo: ⌊Consecraui
& voui argentum hoc domino⌋ .i. deo quem colo, vt ad eius honorem fiat ex isto argento simu
lacrum, ideo subditur, ⌊vt de manu mea suscipiat filius meus⌋ .i. scd̃m hanc formam iuraui & vo-
ui facere

A qui facere idolum ex ista pecunia, ꝙ ego dabo pecuniam istã in manũ filij mei, quatenus ipse faciat inde fieri quod promisi. Vnde subiugitur, ⌊& faciat⌋ per manus artificis ⌊sculptile atq; conflatile,⌋ Ex hoc verbo aliquibus visum est, ꝙ facta sint inde idola duo, vnũ per sculpturã & tonsionem, aliud per conflationẽ seu fusionem. Alij dicunt, ꝙ fuit vnũ dumtaxat, quod primo conflatũ est, deinde per sculpturam politũ, quod verius reor: quoniam in sequenti cap. legitur, ꝙ filij Dan posuerunt in Lais idolũ Michæ. In psalmo quoq; habetur de filijs Israel: Fecerunt vitulũ in Oreb, & adorauerunt sculptile. Vbi per sculptile intelligitur vitulus aureus qui fuit primo conflatus, deinde & sculptus. ⌊& nunc trado illud tibi⌋ .i. argentũ prædictum tibi filio meo assigno, sicut promisi. ⌊Reddidit ergo eos matri suæ⌋ .i. Michas eandem pecuniam mox restituit matri suæ, iam voto matris partim completo, vt ipsa vlterius exequeretur proprium votũ, habens in hoc consensum filij sui. ⌊Quæ tulit ducentos argẽteos & dedit eos argẽtario⌋ .i. artifici ex argẽto fabricanti, ⌊vt faceret ex eis sculptile atq; cõflatile,⌋ de residuo vero illius pecuniæ, facta sunt cætera ad idololatriam illã spectantia. ⌊Quod⌋ idolũ, post suam formationem ⌊fuit in domo Michæ⌋ ad tempus, vt infra habet. ⌊Qui ædiculã quoq; in ea deo separauit⌋ .i. paruam ædem seu camerulã pulchram in domo sua seorsum aptauit idolo illi, quasi oratoriũ quoddam, ⌊& fecit Ephot ac Teraphim,⌋ quod translator exponit, addens de suo, ⌊.i. vestẽ sacerdotalẽ & idola.⌋ Ephot quippe vocat superhumerale, quo nomine & alia sacerdotalia vestimẽta possint intelligi. Sed quomodo nũc pluraliter dicitur, idola, cũ dictum sit, ꝙ fuerit idolum vnũ, imò sequenti cap. fit mentio de idolis & de sculptili atq; conflatili, tanq̃ de rebus distinctis, idcirco apparet, ꝙ erat ibi vnũ idolum principale, & vltra hoc aliæ quædã imagines siue simulachra, secundũ ꝙ moris est idololatris talia plurificare & vnũ principale statuere. ⌊Impleuitq; vnius filiorũ suorũ manum⌋ .i. vnum de filijs suis, & forte primogenitũ aut alium, quem ad tantum officium reputauit

B magis idoneum, inuestiuit de sacerdotio per aliquod positũ in manu illius. Vel, impleuit manum ipsius, dando ei duplicem portionẽ aut certa munuscula. Vel, impleuit manũ eius, ponendo in manu ipsius sacrificia, quæ per ipsum obtulit deo suo seu idolo, ⌊& factus est ei sacerdos. In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi rectũ videbatur, hoc faciebat. Fuit quoque in tẽpore illo alter adolescens de Bethlehem Iuda,⌋ nõ de illa Bethlehem, quæ erat in tribu Zabulon, ⌊ex cognatione eius.⌋ Quod dicitur, eius, quidã referunt ad Micham, dicentes, ꝙ adolescens iste fuit cognatus Michæ, quod & magister in historijs ait. Alij referunt ad Iudam, dicentes, ꝙ fuit de cognatiõe Iudæ ex parte matris. Nam tribus Leuitica & sacerdotalis cuilibet (vt dicitur) poterat tribui copulari, pcipue tribui Iuda, tanq̃ regali & nobiliori. Vnde (vt fertur) in Hebræo habetur, Ex cognatione Iuda, ⌊eratq; ipse Leuites⌋ .i. de stirpe Leui ex parte matris, ⌊& habitabat ibi.⌋ Porro adolescens iste (vt patet supra) fuit de semine Moysi. Eratq; Ionathas filius Gersan filij Moysi. ⌊Egressusq; de ciuitate Bethlehem, peregrinari voluit vbicunq; cõmodũ sibi repperisset⌋ .i. peregre habitare in loco vbi necessaria sibi abundantius inueniret. Nam cæteræ tribus Israel tunc male soluerunt soluenda Leuitis. s. decimas & alia quædam. Nam multi eorũ ad idololatriam labebant. Ideo cogebantur Leuitæ locũ mutare & necessaria quærere per diuersa. ⌊Cũq; venisset in montẽ Ephraim iter faciens, & declinasset parumper in domũ Michæ, interrogatus est ab eo, vnde venisset. Qui respondit: Leuita sum de Bethlehem Iuda & vado vt habitem vbi potero, & vtile mihi esse perspexero. Dixitq; Michas: Mane apud me, & esto mihi parens,⌋ tanq̃ pater, habendo curam & prouidentiam mei in spiritalibus ac diuinis, ⌊ac sacerdos. daboq; tibi per annos singulos decẽ argẽteos ac vestẽ duplicem, & quæ ad victũ sunt necessaria.

C Acquieuit, &c. Fuitq; illi,⌋ videlicet Michæ, ⌊quasi vnus de filijs⌋ .i. amorose & reuerenter tractauit Michas Leuitã illum, quasi propriũ filiũ, imò & quasi patrem, Nã dixerat, Esto mihi parens, non vt seruũ. ⌊Impleuitq; Michas manũ eius,⌋ sicut expositũ est, ⌊& habuit apud se puerũ sacerdotem,⌋ pfatum. s. adolescentem. ⌊Nunc scio, dicens, ꝙ benefaciet mihi deus habẽti Leuitici generis sacerdotem.⌋ Per deum intelligit Michas falsum deũ, quem coluit, cui acceptius reputauit sacerdole officium alicuius de tribu Leui, q̃ alterius tribus. Nunc quæritur, quo tempore iste acciderit casus. Quocirca recitat Lyra. Dicũt expositores nostri, ꝙ post mortem Iosue ante Iudicũ suscitationem. Ad quod allegant, quod tactũ est, In diebus illis non erat rex in Isrl. Dicũt quoq; ꝙ historia ista hic scribitur ad ostẽdendũ necessitatem dandi iudices Israeli, qui errata corrigerent. Hanc responsionem Lyra nõ approbat, qm̃ iudices Isrl nõ habebãt efficaciã corrigẽdi, quia nõ præerant per modũ dominij, sed directionis atq; consilij. Itẽ, quoniam causa suscitandi iudices fuit, vt per eos filij Isrl liberarentur à tribulationibus quibus affligebant. Deinde adiungit. Hebræi vere dicunt, ꝙ factũ Michæ contigit sub Othoniel, qui successit Iosue, ad q̃d probandum inducunt, quod in fine habetur sequentis cap. Mansitq; apud illos idolũ Michæ omni tempore, quo domus dei fuit in Silo. Quod tempus incepit ante obitũ Iosue, sub quo filij Isrl nõ corruerunt ad idololatriam. Circa hæc dico ꝙ catholicorũ doctorũ responsio introducta sit vera, & consonantior textui, q̃ ista Hebræorũ responsio, quia sub Iosue translatũ fuit tabernaculũ domini de Galgalis in Silo, vt Iosue libro legitur. Si ergo idolũ Michæ fuit in Lais seu inter filios Dan ibidem omni tẽpore quo fuit domus seu tabernaculũ dei in Silo, probabilius sonat quod idolũ

Iudic. 18 Psal. 105 Exod. 32

Pet. Co. bib. li. u. c. 18

Iudic. 18

Iosue. 17

istud cœpit esse in tribu Dan ante præsidentiam Othonielis,& statim post Iosue mortem q̃ po- D
Iose.lib.r an ut.ca.6 Per. Co. bist.li. Iudic ca.22 stea. Secundo dico, q̄ nec Hebræi generaliter dicunt istud sub Othoniele factū,quamuis quidā eorū sic sentiant,imò Iosephus & alij quidā dicunt,hoc factū statim post mortē Iosue ante Othonielis iudicatū,quemadmodū etiam in scholastica narraᵗ historia. Insuper in isto & sequēti cap. scribitur, q̄ in diebus illis non erat rex in Israel, Et certum est, q̄ nomine regis non intelligaᵗ princeps monarchicæ cum regali authoritate,potestatisq́; plenitudine præsidens. Sic eñ toto tempore Iudicū vsq; ad Saul non erat princeps in Israel, idcirco per regem intelligitur quicunq; rector aut iudex. Ideo factum est istud, vacante huiusmodi rectoria. Præterea obiectiones cōtra hæc factæ nil obtinent. Iudices nanq; cū essent viri mirabiles, virtuosi, prudentes, habuerūt suffi-
Iud. 18 cientem idoneitatem corripiendi errantes, imò & corrigendi rebelles, vt patet de Iephthe, qui vna vice occidit de Ephraim quadragintaduo millia pugnatorū, imo ad corrigendū idololatras non solum iudices, sed & totus populus Israel ex dei tenebaᵗ præcepto, vt patet in Deutero. Am-
Deut. 13 plius, iudices non sunt dati solū ad liberandū Israel ab aduersarijs suis, sed item, imo & principaliter ad reducendum filios Israel ad cultum dei, atq; ad conseruandū eos in illo. Nā & multi iudices eis concessi sunt, qui non eruerunt eos ab hostium impugnatiōe, scilicet Sangar, Thola, Iair, Abessan & Abdon. Conuenienter demū dicunt expositores catholici, q̄ ista historia hic narraᵗ, ad ostendendum necessitatem dandi iudices Israeli, ad corrigendū errata, quia cum dictum est, In diebus illis non erat rex in Israel, immediate subiunctum est, Sed vnusquisq; quod sibi rectum
Iudi. 2 videbatur, hoc faciebat, quasi dicat, ideo vnusquisq; fecit quod voluit, quia defuit rector & iudex quod & experientia frequenter in populo illo edocuit. Vnde supra habetur: Cum mortuus esset iudex, reuertebanᵗ; & multo maiora. i. peiora fecerunt, q̃ fecerant patres eorum.

¶EXPLANATIO CAP. XVIII. In diebus illis non erat rex in Israel. Arti. XXXI. E

PRosequitur iam scriptura qualiter propagata sit idololatria de vna domo ad vnam vrbem seu tribū. ⌊In diebus illis non erat rex⌋. i. rector & iudex ⌊in Israel,⌋ ideo nemo repressit huiusmodi scelera, sed cito diffundebantur, ⌊Et tribus Dan quærebat possessionē sibi⌋. i. aliqui de tribu Dan quærebāt aptam vrbē. i. mansionem ad inhabitandum ⌊vsq; ad illum eñ diem, inter cæteras tribus sortē non accepit.⌋ In Io-
Iosue. 19 sue libro legitur, quemadmodū filijs Dan sicut & alijs tribubus Israel assignatæ sunt multæ vrbes ad inhabitandū. Per sortē, inter quas vna ibidē vocaᵗ Lesem, vt quidā exponūt, quō ergo nunc dicit, q̄ vsq; ad illud tēpus tribus Dan nō accepit inter alias tribus sortē? Respondeᵗ, q̄ per synechdochen dicitur istud, & itē q̄ nondū acquisierant sufficientia loca & oppida ad ma-
Iudi. 1 nendum. Nam & supra fertur, q̄ Amorræus artauit filios Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent. Deniq;, quamuis tribubus Israel simul per sortium missionem multæ vrbes assignabantur, non tamē mox adeptæ sunt eas, sed paulatim pugnando. ⌊Miserūt ergo filij Dan, stirpis & familiæ suæ quinq; viros fortissimos de Saraa & Esthaol vt explorarent terram &c.⌋ in quibus sita erant oppida eis à Iosue deputata. ⌊Qui cū pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domū Michæ, requieuerunt ibi.⌋ Forte eñ tenebat hospitiū, ⌊Et agnoscentes vocem adolescētis Leuitæ,⌋ quia ex modo suæ loquelæ eum nouerūt. Nempe (vt dictum est) quāuis omnes Iudæi vno ideomate vtereñᵗ, illud tamen diuersimode proferebāt, sicut in cæ- F
teris solet fieri linguis, ⌊vtentesq; illius diuersorio⌋. i. domo seu camera in qua necessaria corpori exercebat, in præfata vero ædicula exercuit sua diuina, ⌊dixerunt ad eū: Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quam ob causam huc venire voluisti?⌋ Itaq; tria interrogauerunt. Primū, à quo esset adductus. Secundū, quid ageret ibi. Tertiū, cur illuc aduenerit. Ipse vero non respondit eis explicite, quantum ex textu habetur, nisi ad secundū, quia subiungit. ⌊Hæc & hæc,⌋ videlicet decem argenteos, vestemq; duplicem & victui necessaria, ⌊præstitit mihi Michas,⌋ vt præcedenti fertur cap. ⌊& me mercede conduxit,⌋ per dona præfata, ⌊vt sim ei sacerdos.⌋ Rogauerūt autem eū vt consuleret dominum⌋. i. oraculū & responsum à deo, vel potius à deo Michæ falso, quem adolescentē illum & Micham colere conspexerunt. Sicq; viri isti erant idololatræ, vel ad idololatriā proni, ⌊& scire possent⌋ ex tali oraculo, ⌊an prospero itinere pergerent & res habe-
ašs, in pace ret effectū. Qui respondit eis: Ite* cum pace. Dominus respicit viam vestrā⌋. i. approbat vos in hoc, q̄ ambulationē hanc assumpsistis, ⌊&⌋ pro id est, ⌊iter quo pergitis.⌋ Istud responsum dedit eis statim ex proprio capite, ne eorū precibus amplius molestaretur. Vel dæmon ei respondit per idolum. ⌊Euntes itaq; quinq; viri, venerunt Lais⌋. i. ad vrbem sic nominatam, ⌊videruntq; populū habitantem in ea absq; vllo timore, iuxta consuetudinē Sydoniorum, securum & quietum, nullo eis penitus resistente, magnarumq; opum & procul à Sydone, atq; à cunctis hominibus separatū. Reuersiq; ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & sciscitantibus quid egissent, respon-

A responderunt: Surgite & eamus ad eos. Vidimus enim terram valde opulentā & vberem. Nolite
negligere, nolite cessare. Eamus & possideamus eā, nullus erit labor. Intrabimus ad securos in re-
gionem latissimam, tradetq; nobis dn̄s locū, in quo nullius rei est penuria, eorum quæ gignit hu-
mus, ⌋ hoc hyperbolice dictū est, ad insinuandum magnitudinē opulentiæ terræ illius. Multa tā
men gignuntur ex terra p̄tiosa & medicinalia, quæ ibi non erāt, sed cōmuni victui necessaria ab-
undabant ibidē. ⌊ Profecti sunt ergo de cognatione Dan sexcenti viri accincti armis bellicis, as-
cendetesq; manserunt in Cariathiarim ⌋.i. vrbe sic dicta, ⌊ Iudæ ⌋.i. pertinēte ad tribū Iuda, ⌊ q
locus ex eo tempore castrorum Dan nomen accepit ⌋.i. deinde vocatus castra Dan; quia turba ex
tribu Dan nata ibi ad tempus seu per noctē quieuit. ⌊ Et est post tergū Cariathiarim, ⌋ ex quo vi
detur, q̄ non manserunt in vrbe illa, sed ea pertransita, extra & prope eam. Fuit aūt & alter lo-
cus vocatus castra Dan, vt supra patuit. ⌊ Inde transierunt in montem Ephraim. Cūq; venissent
ad domū Michæ ⌋.i. ad locū ei vicinum, ⌊ dixerunt quinq; viri, qui prius missi fuerant ad consi-
derandū terram Lais, fratribus suis ⌋.i. viris sexcentis: ⌊ Nostis ⌋.i. scitis ne, vel scire vos cōgruit, Iudic. 17
⌊ q̄ in domibus istis ⌋.i. in vna harum domorum ad Micham spectantium. ⌊ sit Ephod & Teraphim
& sculptile atq; conflatile, ⌋ Hoc totū præcedenti articulo expositū est. Videte quid vobis pla-
ceat ⌋.i. attendite & nobis insinuate quid vobis debeat cōplacere de p̄fatis Ephod, Teraphim &
idolo, an.s. vultis illa vobiscum portare. Et ex sequentibus verbis elicitur, q̄ determinauerūt ea
secum deferre. ⌊ Et cū paululū declinassent, ingressi sunt ⌋ quinq; viri ⌊ domū ⌋.i. diuersorium p̄
dictū ⌊ adolescentis Leuitæ, qui erat in domo ⌋.i. familia Michæ: vel, in domo Michæ, quia do
B mus Leuitæ pertinebat ad Michā: vel, in domo Michæ, quia domus Leuitæ fuit domus partia-
lis totius domus pertinētis ad Michā, ⌊ salutauerūtq; eū verbis pacificis. Sexcenti aūt viri ita vt
erant armati, stabāt ante ostiū, ⌋ tanq̄ ad adiuuandū viros quinq; parati, si indigerēt. ⌊ At illi qui
ingressi fuerant domū iuuenis, ⌋ puta Leuitæ, ⌊ sculptile & Ephod & Teraphim atq; conflatile
tollere nitebant. ⌋ Ex hoc argui posset, q̄ sculptile illud fuit aliud à cōflatili, quia separatim sic ex
primunt alijs duobus interea expressis. ⌊ Et sacerdos stabat ante ostiū, sexcentis viris fortissimis
haud procul ⌋.i. nō remote, ⌊ expectantibus ⌋ reditū quinq; virorum. Tamē dicebat, q̄ sexcenti viri
stabāt ante ostiū, quō ergo nunc dicit, q̄ sacerdos seu Leuita stabat ante ostiū, sexcentis viris illis
haud procul expectantibus: Ad quod videtur dicendū, q̄ iuuenis ille stetit ante ostium intrinse
cus, alij extrinsecus, & per aliquantam distātiam. ⌊ Tulerunt igit quinq; viri qui intrauerāt, scul-
ptile Ephod, idola atq; conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? ⌋ quasi dicat; cur tam irrā
tionabiliter vos habetis. Vnde apparet, q̄ ædicula in qua erant sacra Michæ, stetit quasi conti-
gue ad diuersoriū sacerdotis. ⌊ Cui responderūt: Tace & pone digitū tuum super os tuū ⌋.i. om-
nino sile & clausum os tuum tene. Quod dixerūt vel cōminando, vel quasi familiariter suggeren-
do. Nam subdit. ⌊ Veniq; nobiscū, vt habeamus te patrem ac sacerdotē. Quid tibi melius est, vt
sis sacerdos in domo vnius viri, ⌋ videlicet huius Michæ, ⌊ an in vna tribu & familia in Israel? ⌋
quasi dicat, Istud tibi honorificentius, vtiliusq; consistit. Tamen re vera fuit ei magis vitiosum,
atq; damnabile, quia quo pluribus in idololatria p̄fuit, eo plurium implicabat criminibus, gra-
uiusq; peccauit. Veruntamen sexcenti viri illi nō fuerunt vna totalis tribus in Israel, sed tantum
se reputabant & totaliter loquebant ad alliciendum sibi Leuitam. ⌊ Quod cū audisset, acquieuit
sermonibus eorum, ⌋ ex ambitione & cupiditate, ⌊ & tulit Ephod & idola ac sculptile. ⌋ Iam dictū
C est quod quinq; viri tulerunt illud, ipsi enī cœperunt illa afferre. Sed acquiescente eis Leuita, per-
miserunt eum omnia illa auferre & tollere secū, ⌊ & cum eis profectus est. ⌋ Sicq; commisit fur-
tum, aliena sic auferendo. ⌊ Qui, ⌋ quinq; & sexcēti viri ac Leuites, ⌊ cum pergerent & ante se
ire fecissent paruulos & iumēta & omne quod erat p̄tiosum, ⌋ imo & sacerdotem cum sacris suis,
quæ pretiosissima arbitrabantur, quæ omnia præmiserunt, ne si qui eos insequerentur, possent no
cere paruulis & iumentis, aut pretiosa attingere, ⌊ iamq; à domo Michæ essent procul, ⌋ viri, ⌊ q
habitabant in ædibus ⌋.i. domibus ⌊ Michæ, ⌋ videlicet eius domestici & vicini; quibus domos
suas forsan locauit, ⌊ conclamantes sequuti sunt ⌋ Dannitas, quia Michas conuocauit eos, vt secū
insequerentur spoliatores illos, ⌊ & post tergum clamare cœperunt. Qui cum respexissent, dixe-
runt ad Micham: Quid tibi vis? Cur clamas? ⌋ Nam aliorum conclamationem ei specialiter im-
putabant, quasi dicant, Quomodo audes contra nos sic clamare? ⌊ Qui respondit: Deos meos,
quos mihi feci, tulistis. ⌋ Ecce q̄ stolida verba, Quomodo enī homo tam fatuus effici potest, vt
opera manuum suarum aut aliarum colat, vt deos? Contra quam infinitam demētiam in Esaia & Esaiæ. 43 44. 46
in libro sapientiæ disputatur plenarie. Sed quomodo ait, deos meos, si non erat nisi idolū vnum? Sapiē. 13
Ad quod ex præcedenti articulo patet responsio. Est quoq; consuetudo idololatris taliter lo- 14 15
qui, & plurali vti pro singulari, quemadmodum de vitulo conflatili dixerunt impij Israelitæ: Isti
sunt dij tui Israel. Itaq; deos meos tulistis.i. mihi abstulistis & vobiscum furtiue portastis, ⌊ & sa Exodi. 32
cerdotem, ⌋ quem Michas putauit per violentiam & timorem coactum à Dannitis ad pergen-
dum cum ipsis, ⌊ & omnia quæ habeo ⌋.i. Ephod & cætera sacerdotalia ornamēta & sacra, quo-
rum vsus fuit in cultu deorum meorum, quæ omnia tantū appretior, quod cætera quæ mihi non

abstulistis comparatione illorum pro nihilo reputo. Vnde (vt fertur) in Hebræo habetur, Et quid D
amplius mihi, tanquam dicat, illis ablatis, vilipendo quæ mihi manserunt. Sicq; in sua superstitio
ne & idololatria fuit male deuotus. Et vtinam nos tam valide ad verum deum ac spiritalia affi-
ciamur, quod eorum respectu pro nihilo reputemus temporalia & terrena. ⌊& dicitis, quid cla-
mas? Dixeruntq; ei filij Dan: Caue ne vltra loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concita-
ti. Et ipse cum omni domo tua pereas.⌋ i. tu cum tuis domesticis occidaris à nobis, tuaq; domus
comburatur; quasi dicant, Noli nos quasi maleficos insequi, quia non animo furandi, sed religio-
nis zelo fecimus illa quæ fecimus. ⌊Videns autem Michas quod fortiores se essent,⌋ quia nec dij
sui poterant eum iuuare, ⌊reuersus est in domũ suam. Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotẽ,
& quæ supra diximus, veneruntq; in Lais, &c. & percusserunt habitantes in ea in ore gladij, vr-
bemq; incendio tradiderunt.⌋ Os gladij est eius acumen, quod ita consumit seu necat quos cæ-
dit, sicut os manducantis consumit cibaria, ⌊nullo penitus ferente præsidium, eo quod procul
habitarent in Sydone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis ac negotij. Erat au
tem ciuitas sita in regione Rohob.⌋ Secundũ Lyram, in Hebræo habetur, in torrente Rohob.
Sed potius reor verbum illud Hebraicum ad vtrunq; esse æquiuocum, aptiusq; esse translatũ hoc
loco, in regionem, q̃, in torrentem. ⌊Quam rursum extruentes, habitauerunt in ea, vocato nomi
ne ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur.⌋
Porro hæc ciuitas sorte ceciderat tribui Dan, & ita ex concessione, imò & iussione diuina pote-
rant eam expugnare Dannitæ, præsertim si ad idololatriam nõ ruissent. ⌊Posueruntq; sibi scul-
ptile⌋ i. idolum illud sculptum erexerunt ad suam damnationem sibi in deum, ⌊& Ionathan fi-
lium Gersan filij Moysi ac filios eius,⌋ videlicet Ionathæ, posuerunt sibi in ⌊sacerdotes,⌋ cum E
tamen non essent de semine Aaron, ⌊in tribu Dan⌋ i. in præfata sua vrbe atq; familia, non tamẽ
Exod. 2. 6 in tribu illa totali. Iste Ionathan fuit præfatus adolescẽs Leuita, quia & Moyses fuit de tribu Le
ui. Ecce quod nemo de progenitorum suorum sanctitate debet præsumere aut incaute confide-
re, sed de humili atq; idonea illorum sectatione potest sperare, cum Ionathas ille nequissimus fu-
erit nepos sanctissimi Moysi, qui idololatriam tam infinite exhorruit, cuius etiam filius, nomine
Gersan, creditur virtuosus fuisse. Sic itaq; posuerunt idolũ illud & sacerdotes sacrilegos sibi ⌊vsq;
ad diem captiuitatis suæ,⌋ qua capti sunt per regem Assyriorum Salmanasar, vt quarto Regum
4. Reg. 17 describitur. Sed quia subiungitur. ⌊Mansitq; apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit
Hiero. domus⌋ i. tabernaculum ⌊dei in Silo⌋ i. vrbe sic appellata, idcirco Hieronymus & alij quidam
dicunt, quod dies captiuitatis istius nõ refertur ad tribum Dan, sed ad domum domini, vsq; ad ar
1. Regũ. 4 cæ captiuitatem, quæ à Philistijm capta fuit, vt primo Regũ libro habetur. Tuncq; arca ex terra
Philistinorum remissa, translatum fuit tabernaculum dei cum arca de Silo in Cariathiarim, pro-
1. Regũ. 7 ut primo libro Regum legitur.

¶ Moraliter, per matrem Michæ intelliguntur parentes, qui sobolem suam docent superbiam,
eamq; ad desiderandum & expetendum diuitias & honores, tanquam idola quædam inducunt.
Phil. 3 Per Micham vero superbi & cupidi ac lasciui, quorum dij venter, nummus & dignitas sunt. Et
sicut Dannitæ abstulerant Michæ suos deos: sic illi frequenter priuantur suis delitijs, diuitijs atq;
honoribus per potentiores. Docemur quoq; ex ista historia, quàm nociua sit populo pastoris ca
Prou. 11 rentia, itemq; absentia, quia & Salomon fatetur: Vbi non est gubernator, corruet populus. Nam F
& lupi explorant pastoris absentiam. Postremo, per habitatores Lais opulentos & secure manẽ
tes, designantur homines carnales, intimorati & suæ negligentes salutis, qui nullo resistente, id
est facillime superantur, falluntur atq; ad sempiternam damnationem à Dannitis, id est, inuisi-
Eccl. 27 bilibus inimicis, trahuntur. Propter quod ait scriptura: Si non in timore dei tenueris te instanter
cito subuertetur domus tua. Rursus per Micham qui impleuit manum vnius filiorum suorum, ita
quod factus est ei sacerdos, bene accipiuntur prælati, sacerdotes ac clerici, præsertim pluraliter
beneficiati, qui suis nepotibus, ne dicam & filijs, ecclesiastica beneficia largiuntur, siue procurant
propinquitatis affectu, & de patrimonio saluatoris, quasi propriam hæreditatem efficiunt. At
vero per Leuitam sacerdotem qui statim respondit Dannitis, Ite cum pace, Dominus respicit vi
am vestram, recte signantur confessores, qui incaute, faciliterq; absoluunt, dummodo valeant
nummos acquirere, adulatores quoq; & somniatores qui libentius placẽtia quàm vera atq; salu-
bria dant responsa. Per eundem demum Leuitam, qui fecit commutationem illam sacerdotij tã
iniustam, præfigurati sunt sacerdotes, clerici & prælati ambitiosi ac cupidi, qui iugiter ad maiora
aspirant, & commodi sui affectu beneficia aut dignitates suas commutant, qui erubescunt simpli
ci præbenda esse contenti. Iterum per Micham qui Leuitam conduxit, & per Leuitam, qui pro
mercede sacerdotale exhibebat officium, apte symoniaci designantur. Per Dannitas vero, qui
voluntate & potestate pro ratione & æquitate vsi sunt circa Micham comminatione reprimen
tes eundem, raptores violenti, oppressoresq; imbecilliorum intelliguntur, quibus omnibus æter
nalis damnatio debetur grauissima.

¶ Expo-

A

¶EXPOSITIO CAP. XIX. Fuit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Ephraim. Arti. XXXII.

SEcundus casus circa Iudicum tempora factus hic recitatur. ⌊Fuit quidam vir Leuites habitans in latere montis Ephraim,⌋ i. in vrbe sita in latere montis illius, ad tribũ Ephraim pertinentis. Leuitæ quippe per omnes tribus Israel erãt dispersi, propter causas sæpe prætactas, ⌊qui accepit vxorem de Bethlehem Iuda.⌋ Poterant nanq; alijs tribubus, potissimũ tribui Iuda tanq̃ regali ac nobiliori matrimonialiter sociari, quia ex hoc non sequebatur hæreditatũ confusio. ⌊Quæ reliquit eum & reuersa est in domũ patris sui in Bethlehem, mansitq; apud eũ quatuor mensibus,⌋ secundũ Lyram, in Hebræo habetur, Quæ fornicata est super eum, in quo tangi videtur causa suæ recessionis à marito, Qui eam ob suam fornicationem eiecit. Vel ipsa viro suo ignorante abijt cum adultero. Veruntamẽ credo Hieronymum transtulisse sicut in Hebræo habetur, Et quod forte verbum illud Hebræũ sit ad vtrunq; æquiuocum, Et aptius esse translatum hoc loco in hoc verbum, reliquit, q̃ transferretur in, fornicata est. Nam paulopost sequitur. ⌊Sequutusq; est eam vir suus, volens ei reconciliari atq; blandiri,⌋ quod viri, vxoribus suis adulteris, non solent peragere, quamuis interdum ad magnam aliorum instantiam, recipiant eas ad veniam, imò si fuisset adultera, vir obligatus fuisset eam traducere. Verius ergo reor quod in scholastica fertur historia, vtpote, quod mulier fuit viro suo irata, propter aliquem viri excessum, Nec veri simile est, quod cũ adultero ausa fuisset redire in domum proprij patris. Iosephus autem ait, q fuit mulier speciosa, & vir eam valde dilexit, non tamen similiter amabatur ab ea, idcirco ex passione amoris verebat aliquid sinistrum de ea. Vnde frequenter inter eos lites oriebantur, quibus mulier grauata, redijt tandem ad suos parẽtes, quam sequutus est vir victus amore ipsius, ⌊volens eam secum reducere, habens in comitatũ puerum⌋ i. ministrum, ⌊& duos asinos,⌋ vnũ pro sua euectione, alium pro euectione ministri, & vt in reditu vxor sua super asinum illum sederet, siue vt asini necessaria victui aut alia quæuis portarent in via. ⌊Quæ suscepit eum⌋ i. mulier illa, viso suo marito, eum benigne recepit; tanquam oblita iniuriæ sibi factæ, quia iam quatuor mensibus absens fuit marito, ⌊& introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset socer eius, eumq; vidisset, occurrit ei lætus & amplexatus est hominem. Mansitq; gener,⌋ puta Leuites maritus filiæ viri ad quem venit, ⌊in domo soceri tribus diebus comedens cũ eo & bibens familiariter. Die autem quarto de nocte⌋ i. valde mane ⌊consurgens, proficisci voluit⌋ i. redire cum coniugẽ sua. ⌊Quem tenuit socer, & ait ad eum: Gusta prius pauxillum panis⌋ i. aliquid cibi. ⌊Surrexitq; adolescens die quinta, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocabat Hierusalem, ducens secum duos asinos onustos & concubinam.⌋ Ex hoc euidenter elicitur quod concubina in scripturis veteris testamenti interdum pro legitima vxore accipitur, quia hæc mulier iam bis vocata est vxor viri istius. Sicq; in Genesi Bala & Selpha interdum vocantur vxores, aliquando concubinæ ipsius Iacob. ⌊Iamq; aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem⌋ i. nox cœpit diei succedere. Nam paulo post meridiẽ exierant Bethlehem, secundum quod socer dixit ad generum. ⌊Considera quod dies ad occasum decliuior fit⌋ i. meridianam horam transierit, ⌊& propinquat ad vesperam,⌋ quia tunc sol descendere incipit. ⌊Mane apud me etiam hodie & duc lætum diem, & cras proficisceris vt vadas in domũ tuam. Dixitq; puer ad dominum suum. Veni obsecro declinemus ad vrbem Iebusæorũ. Cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ.⌋ Iebusæi quippe oderant Israelem. ⌊Sed transibo vsq; Gabaa, & cum illuc peruenero, manebimus in ea, aut certe in vrbe Rhama.⌋ Circa hoc refert Lyra, Dicunt Hebræi, quod historia ista contigit tempore Othoniel antequam filij Iuda cæperunt Hierusalem. De qua captione legitur primo huius libri capitulo. Oppugnantes filij Iuda Hierusalem, cæperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctã incendio ciuitatẽ. Sed ista opinio videt inepta, quia (vt patet ex primi expositione capituli) aliqui dicunt, quod Iosue adhuc viuente, filij Iuda obtinuerunt Hierusalem. Quod etiam in Iosue libro satis insinuari censet. Et si non sub Iosue, tamen ante præsidentiam Othonielis sortiti sunt eam, sicut ex primo capitulo comprobat. Porro, quod ista historia contigerit ante iudicatum Othoniel, eisdem probat rationibus, quibus probatum est, historiam Michæ non sub Othoniel accidisse. Iosephus quoq; hoc idem testatur, & infra ex litera ostendetur. Ideo dici potest, sicut & in libro Iosue scribitur, quod in Hierusalem simul habitabant Iebusæi cum Israelitis. Et plures fuerint ibi de gentibus alienis quàm in Gabaa vrbe vel Rhama. ⌊Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuitq; eis sol iuxta Gabaa⌋ vrbem, ⌊quæ est in tribu Beniamin: Quo cum intrassent, sedebant in platea ciuitatis & nullus eos recipere volebat hospitio,⌋ vel quia omnes erant malitiosi, vel pro maxima parte. Et si qui boni erant ibidem, verebantur importunitatem pati ab impijs, si extraneos hospitarent, aut aliquid tale eos retraxit. ⌊Et ecce apparuit

B (margin, beside "viro suo irata")
C (margin, beside "cendere incipit")

Marginal notes: Hiero. — Pet. Co. hist. li. Iud. ca. 23 — Iose. lib. 5 antiq. ca. 13 — Gene. 16 — Gene. 30 — Iosue. 15 — Iose lib. 5 an. iu. ca. 2 — Iosue. 15

homo senex reuertens de agro & opere suo vespere, qui & ipse de monte erat Ephraim & peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem regionis illius, ⌋scilicet ciues Gabaa & vrbium vicinarum, ⌊erant filij Iemini, ⌋id est, insolentes & improbi. ⌊Eleuatisq; oculis, vidit senex, ⌋qui scilicet venit de agro, ⌊sedeotem hominem ⌋præfatum Leuitam ⌊cum sarcinulis suis ⌋.i. paruis sartinis seu oneribus, ⌊in platea ciuitatis, & dixit ad eum: Vnde venis, & quo vadis? Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Iuda & nunc vadimus ad domũ dei ⌋.i. ad tabernaculũ dei in Silo. Illuc enĩ volebat cum suis ex deuotione causa orationis accedere, & iode domum reuerti, ⌊nullusq; sub tectum suum nos vult eecipere, habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus & pueri qui mecum est. Nulla re indigemus, ⌋quam à ciuibus huius oppidi optemus, ⌊nisi hospitio, ⌋quia necessaria victui habemus nobiscum. ¶Respõdit senex: Pax tecum sit. Ego præbebo om̃ia quæ necessaria sunt ⌋vltra ea quæ habes, ⌊tantum quæso, ne in platea maneas. ¶Fuit enĩ senex ille de monte Epheaim quemadmodum & Leuita, & ita amplius condoluit ei. ⌊Introduxitq; eum in domũ suam, & pabulum asinis præbuit, & postquam lauerũt pedes suos, eecepit eos in conuiuium. Illis epulantibus, & post laborem itineris cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius, filij Belial, ⌋qui cõsiderauerũt pulchritudinem fœminæ in platea, filij Belial ⌊.i. absq; iugo, ⌋quod translator adiecit, exponendo nomen hoc Belial. Eeant itaq; sine iugo .i. obseruatione legis diuinæ ac naturalis, intimorati, indomiti, inuerecundissimi, ⌊& circundantes domũ senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominũ domus, & dicentes ⌋hospiti: ⌊Educ virum qui ingressus est domũ tuam

Gene. 19 vt abutamur eo. ⌋Sicut & Sodomitæ dixerunt ad Loth. ⌊Egressusq; est ad eos senex, & ait: Nolite fratres mei, nolite faceee malum hoc. ⌋Featres eos vocat ratione conciuilitatis & habitationis, Et de semine Israel omnes fuerunt, ⌊quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam ⌋.i. vxorem, sicut expositum est, ⌊educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem cõpleatis. Tantum obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. ⌋Ex hoc apparet quod volebant viro abuti.

Iose. lib. 5 ant. iu. ca. 6 ¶Iosephus tñ dicit oppositũ, asserens q̃ quæeebant dũtaxat vxorem ipsius, sed ideo loquebãtur de viro, vt sic extorquerent ab eo vxorem suam, sed hospes id ignorauit. ⌊Nolebant acquiescere sermonibus eius, ⌋videlicet senis in toto. ¶Vel ita se habuerũt in apparatu, ac si non contentarentur nisi eis vir traderetur. ⌊Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam & tradidit eis illudendam ⌋concubinam suam .i. coniugem, quæ concubina vocatur, non à concubitu fornicario, sed à concubitu simpliciter dicto. Nunc tamen in communi modo loquendi, concubina in malo accipitur, prout vocatur à concubitu secũdum se intento, puta libidinoso. ⌊Qua cum tota nocte abusi essent, ⌋Vel quia illicite aut etiam innaturaliter ea vtebantur, ⌊dimiserunt eam mane. At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domus vbi manebat dominus suus, ⌋

1. Cor. 11 Gene. 18 1. Pet. 3 puta maritus, qui dominus coniugis appellatur, quia vir caput est mulieris. Vnde & Sara Abraham dominũ nuncupauit, quod & princeps apostolorum in sua canonica prima vxoribus in exemplum proponit, vt viros suos honoreot. ¶Posset tamen per dominum coniugis hospes intelligi. Vnde & maritus dixerat seni: Habemus vinum & panes in meos & ancillæ tuæ vsus. ⌊& corruit ibi. Mane facto, surrexit homo & aperuit ostium, vt cœptam expleret viam. Et ecce concubina eius iacebat ante ostium sparsis in liminibus manibus, ⌋præ afflictione, fatigatione, verecũnia, & mœrore. ⌊Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur: Surge & ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens quod mortua esset, &c. reuersus in domum suam, arripuit gladium, concidit cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes, & misit io omnes terminos Isrӕl, ⌋ ¶Probabile est, quod non misit ad tribum Beniamin, quia Gabaonitæ Beniamitæ fuerunt. ¶Nec opus fuit mittere nuntium specialem ad tribum Leui, quæ erat pee omnes tribus dispersa, quomodo ergo misit duodecim partes per duodecim nuntios ad duodecim terminos Israel? ¶Respondetur, quod peo tribu Leui tribus Ioseph fuit in duas tribus diuisa. Et ruesus, tribus Manasse pro media parte habitauit vltra Iordanem, pro media citra, & ita ad eam missæ sunt duæ partes. ⌊Quod cum vidissent singuli, ⌋id est, factum istud pee nuntios intellexissent, atque in signũ veritatis partes diuisi corporis conspexissent, ⌊conclamabant: Nunquam res talis facta est in Israel, ⌋id est, tam abominabilis, innaturalis, crudelis, ⌊ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Aegypto vsque in præsens tempus. ⌋

¶Veruntamen adoratio vituli aurei & declinatio Dannitarum ad idololatriam, videtur sceleratior fuisse ea ista, sed forte circa vnam personam non contigit ante facinus tantum, Vel loquendo de peccato in proximum. ⌊Ferte sententiam & in commune decernite, ⌋id est, concorditer iudicate, ⌊quid facto opus sit, ⌋id est, qualiter crimen istud sit vlciscendum, quasi dicant, Oportet nos conuenire in vnum, & super hoc habere consilium. ¶Posset hic quæri, an senex suam filiam, & Leuites suam vxorem impiorum illorum exponendo seu offerendo libidini ad vitandum grauius crimen, videlicet vitium contra naturam, vel ne Leuita occideretur ab illis, excusentur à culpa?

A culpa. Videtur quod sic. Quia ex quadam pietate & charitate hoc fecisse videntur, aut ex metu in virum constantem cadente. Oppositum vero probatur, quod vnus non debet committere veniale peccatum, vt alium à mortali præseruet. Nec ex timore pœnæ admittendum seu committendum est malum culpæ. Multo minus debet quis aliquam personam adulterio vel stupro exponere. Dicendum, quòd si senex protulit verba illa cum proposito deliberato sic faciendi, non excusatur à toto, quamuis à tanto. Si vero locutus est verba hæc ex subreptione, aut solum animo auertendi impios illos à suo conceptu, excusatur saltem à mortali. Leuita quoq; suam coniugē exponendo ex causis præfatis, non excusatur in toto.

¶EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMI.

Egressi sunt itaque omnes filij Israel &c.

Articulus tricesimustertius.

R EORVM IVSTA DEBELLATIO MODO DEscribitur: ⌊Egressi itaque sunt omnes filij Israel,⌋ Non simpliciter omnes, sed omnes de quibus in fine præcedentis capituli continetur, ⌊& pariter congregati, quasi vir vnus de Dan vsque Bersabee,⌋ hoc est, de extremitatibus terræ promissionis à parte aquilonari, in qua erat tribus, & vrbs Dan, vsque ad partem australem, in qua fuit ciuitas Bersabee. ⌊Et terra Galaad⌋ id est, tribus Israel vltra Iordanem in terra Galaad, & circum circa morantes. Aliquibus tamen demptis, vt infra habetur, ⌊ad dominum in Masphæ⌋ hoc est, in loco aut oppido sic vocato. ⌊& omnes anguli populorum,⌋ id est, in extremis terminorum tribuum Israel demorantes, ⌊& cunctæ tribus Israel,⌋ veruntamen tribu Beniamin dempta, ⌊in ecclesiam populi⌋ dei ⌊conuenerunt⌋ iam dictum est quòd conuenerunt in Masphæ. 9.que.7.ca. Qui sine peccato

B ¶Porro, domus seu tabernaculum dei fuit adhuc in Silo. Quomodo ergo nunc dicitur, quòd conuenerunt in ecclesiam populi dei? Respondetur, quòd ecclesia populi dei vocatur hic intransitiue, ipse dei populus congregatus, sicut & multitudo Christi fidelium nunc appellatur ecclesia. Conuenerunt ergo in ecclesiam populi dei, quia partes populi seu particulares tribus & turmæ confluxerunt ad totum, imo confluendo totum constituerunt. Possunt quoque per angulos populorum, principes seu principales in tribubus designari. Quemadmodum enim latera concurrunt in angulo, sic communes & vulgares connectuntur in superioribus suis. Vnde & Christus lapis angularis est appellatus, quia in ipso tanquàm in angulo coniuncti sunt per fidem & charitatem populi duo, videlicet Iudæi atq; Gentiles, ⌊quadringenta milia peditum pugnatorum.⌋ Hinc elici potest quod filij Israel magis multiplicati fuerunt in Aegypto, non obstante ibi eorum seruitute grauissima. Deinde in solitudine quàm in terra promissionis hucusque. Nempe, si his quadringentis milibus addantur qui defuerunt, videlicet Beniamitæ & habitatores Iabis Galaad qui deerant, vt infra narratur, adhuc summa multum deficit à summa eorum ad quam in prima numeratione, & item ab ea ad quam in secunda numeratione ascenderunt. Esa. 28 Act. 4. Ephe. 2. Iudic. 21.

⌊Interrogatusq; Leuita maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum scelus perpetratum esset.⌋ De qua re voluerunt certius informari, quàmuis iam illud audiuerint per nuntios eius. Vo-

C luerunt quoque agnoscere, an eius recitatio nuncijs concordaret, quoniam factum principaliter tetigit eum. ⌊Respondit: Veni in Gabaa Beniamin cum vxore mea, illucq; diuerti. Et ecce homines ciuitatis illius circundederunt nocte domum in qua manebam⌋ hoc est, quidam viri Belial post solis occasum vallabant hospitium meum, ⌊volentes me occidere⌋ id est, per concubitum contra naturam vsque ad mortem affligere, secundum vnam expositionem in præcedenti articulo tactam. Vel secundum Iosephi opinionem, volebant interficere virum, nisi eorum voluntati suam exponeret coniugem. Est autem satis probabile, quod fœmina illa fuit multum decora, & quod eius pulchritudinem perceperunt prauissimi illi ⌊Et vxorem meam incredibili libidinis furore vexantes⌋ immoderate & innaturaliter eam tractantes. Et rectè ait: Libidinis furore, quia tam irrefrenatissimus concupiscentiæ ardor, merito furor vocatur, tanquàm rationi prorsus contrarius. ⌊Denique mortua est. Quam arreptam, in frusta conscidi, misiq; partes in omnes terminos possessionis vestræ, quia nunquàm tantum nephas & tam grande piaculum factum est in Israel. Adestis omnes filij Israel. Decernite⌋ hoc est, indicate secundum legis tenorem, ⌊quid agere debeatis.⌋ Quia secundum legem tenebantur hoc vindicare. ⌊Stansq; omnis populus & quasi vnius hominis voce respondit,⌋ id est, concorditer determinauerunt, non quod omnes simul protulerint verba hæc, sed aliqui superiorum & iudices, quorum sententiæ cæteri acclamabant. Credendum est quoque quod Leuita per testes probauit quæ dixit, præsertim per ministrum suum quem habuit secum, & per senem hospitem suum, & eius domesticos, qui fortassis ob tantum flagitium egressi sunt Gabaa, atque ad testificandum adducti sunt. Ioseph. lib. 5 an. tu. ca. 6

⌊Non recedemus,⌋ id est, non reuertetur ⌊in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit

 domum⌋

domum⌋ donec fecerimus quæ sequunt. ⌊Sed hoc contra Gabaa in commune faciemus. Decem D
viri eligant è cētum ex omnibus tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem milibus, vt cōportent exercitui cibaria, & possimus pugnare contra Gabaa Beniamin, & reddere ei pro scelere quod meret. Conuenitq; vniuersus Israel⌋ p synecdochen sumendo partem maiorē pro toto, ⌊ad ciuitatem⌋ Maspha, ⌊quasi homo vnus eadem mente, vnoq; consilio⌋ vt dictum est, ⌊& miserunt nuntios ad omnem tribum Beniamin⌋. s. ad diuersas vrbes ipsorum, ⌊qui dicerent: Cur tātum nephas in vobis repertum est?⌋ id est, in aliqbus de vestra progenie. Quasi dicat: Hoc vobis cędet in dedecus, nisi dissentiatis, & puniendos tradatis malefactores, ideo subdit: ⌊Tradite homines de Gabaa qui hoc flagitium ꝑpetrarunt vt moriant, & auferat malum de Israel. Qui noluerunt fratrū suorum filiorum Israel audire mandatum, sed ex cunctis vrbibus quæ sortis suę erant conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuersum ppl'm Israel dimicarent.⌋ Quod fuit omnino iniustum, & ex carnali amore atq; elatione processit, non ex zelo iustitiæ, nec ex charitate. ⌊Inuentiq; sunt vigintiquinq; milia de Beniamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa, qui septingenti erant⌋ præter mulieres & paruulos ⌊viri fortissimi⌋ hoc est, valde fortes in corpe, fortitudine virtutū carentes in aīa, ⌊ita sinistra, vt dextra ꝓliantes⌋ Sicq; instar

Iudic.3 Ahud iudicis quasi ambidexteri erant ⌊Et sic fundis iacientes lapides ad certum, vt capillū quoq; possent pcutere. Et nequaquàm in alteram partem ictus lapidis deferret.⌋ Hoc totum hyperbolica est locutio, in qua aliquid dicit per excessum ad insinuādum magnitudinem, aut eminentiam rei, quæ aliter tam conuenienter exprimi nequit, ideo in tali locutione non continet mendacium quia & loquens scit quousq; credat. Itaq; p verba inducta non aliud designat, nisi quod habitatores Gabaa erant fundibularij valde periti, non autem quòd iuxta verborum tenorem potuerint tan E

Genes.4 gere à remoto capillum, quem nec videre sic poterant. Sicut & Pharao dixit ad Ioseph: Sine oris tui imperio nemo mouebit manū aut pedem in omni terra Aegypti. ⌊Virorum quoq; Israel absq; filijs Beniamin inuenti sunt quadraginta milia educentium gladios, & paratorum ad pugnam. Qui⌋. s. filij Israel contra Beniamin congregati, ⌊surgentes, venerunt in domum dei, hoc est, in Silo⌋ Itaq; de Maspha venerunt in Silo, & in tabernaculum dei, causa orōnis, atq; vt ibi p summū sacerdotem consuluerunt dominum, sicut tunc moris erat. Vnde subiungit: ⌊Consulueruntq; dominum⌋ p Phinees qui p orōnem & sacrificium petijt sibi reuelari quod querebat, ⌊atq; dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin⌋ Ex hoc probat

Iose.lib.5 ant.iu.ca.9 vera esse opinio Iosephi affirmantis, quòd ista historia gesta sit ante Othoniel, nullo iudice præsidente. Si enim Othoniel aut alius iudex tunc præfuisset, accepissent illum pro duce exercitus, nec super hoc dominum cousuluissent. Nam & in cæteris bellis sub iudicibus gestis, ipsi iudices fuerūt duces exercitus. ⌊Quibus respondit dominus,⌋ Per angelum. ⌊Iudas sit dux vester.⌋ Hoc potest intelligi vel de tribu illa, vel de viro aliquo principali in ea, vt scilicet tribus illa esset in exercitu prima ac principalis. Vel quod aliquis vir ex ea esset princeps exercitus. ⌊Statimq; filij Israel surgentes mane, castrametati sunt iuxta Gabaa. Et inde procedentes ad pugnam contra Beniamin, vrbem⌋ Gabaa ⌊expugnare cœperunt. Egressiq; filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filijs Israel vigintiduo milia virorum. Rursum filij Israel & fortitudine, & numero confidentes,⌋ Ex hoc habetur, quod tam in primo congressu quàm in isto filij Israel cum immoderata audacia & quadam elatione, videlicet in sui exercitus multitudine, ac proprijs viribus magis, quàm in domino confidentes processerunt ad pugnam, ideo dominus permisit eos bis prosterni, vt humiliati ad ipsum confugerent, ⌊in eodem loco in quo prius certarant aciem direxerunt, ita tamen vt prius ascenderent⌋ in Silo ad domum dei, ⌊& flerent coram domino vsq; ad noctem⌋ Veruntamen fletus ille non processit ex vera contritione & humilitate, sed magis ex damni sui dolore, & F

Alias debemus 5 q.7 cano. Qui sine peccato suæ deiectionis rubore. ⌊Consulerentq; eum, & dicerent: * Debeo⌋ ego populus & exercitus tuus ⌊vltra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos,⌋ dicēdo: Fratres meos, fatentur se non ex inuidia, sed zelo iustitiæ contra illos moueri, quasi iustitiam sanguini præferentes, ⌊an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, & inite certamen. Cumq; filij Israel altera die cōtra filios Beniamin ad ꝓliū ꝓcessissent, eruperūt filij Beniamin de portis Gabaa, & occurrentes eis, tanta in illos cæde bacchati sunt, vt decem & octo milia virorum educentium gladium prosternerent.⌋ ¶ Quocirca mirum videtur quòd succubuerunt, cum tamen (deo iubente) iniissent certamen. Et cur dominus dixit eis, vt congrederentur, cum eos agnosceret ruituros? Et respondendum quòd ideo, quia iustam causam habebant. Expediebat quoq; eorum saluti, in prælio cadere, quia & ipsa congressio, morsq; illata, fuerunt eorum purgatio. Voluit item eorum fidem probare, & obedientiam coronare, imo nos omnes instruere, vt nequaquàm frangatur spes

Iob.13 nostra & fides in domino, etiam si aduersa contingant, quemadmodum sanctus Iob loquitur: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Hinc elici potest, quòd interdum in bellis succumbunt hi q iustam prælij habent causam, quod propter eorum aliquas culpas solet accidere, & pro eorum salute. ¶ Porro, iniusti ad maiorem suam damnationem temporalem sortiuntur prosperitatem, quia & ipsi fortassis aliquid habent boni, quod temporaliter muneretur.

¶ Deniq;

A ¶Deniq; præter causam prætactam assignat & alia rationabilis causa à Catholicis & Hebræis, cur
filij Israel bis sunt victi, quia vez circa vindictam iniuriæ dei fuerant negligentes, quia Dannitas,
qui modico tempore ante hoc factum ad idololatriam corruerunt, non impugnauerunt, sicut in
Deuteronomio fuit præceptum. Et sicut tempore Iosue voluerunt nouem tribus pugnam inire Deuter. 4
contra tribum Ruben & Gad, ac mediam tribum Manasse, cum putassent illos altare sacrilegum Iosue. 22
construxisse, cum tamen ad vlciscendam iniuriam huius Leuitæ fuerint satis proni. Quamob- 3. q. 5. 7. ra.
rem omnes filij Israel Puta residui de eorum exercitu, venerunt in domum dei, & sedebant Qui fine
flentes coram domino. Ex vera contritione & humilitate. Certi quod propter aliqua sua pec-
cata sic essent prostrati. Ieiunaueruntq; illo die vsque ad vesperam, Pro satisfactione diuinæ
offensæ, & obtulerunt ei holocausta, ad diuinæ reuerentiam maiestatis, quàm offenderunt,
& pacificas victimas pro remissione suarum culparum ad pacificandum se domino, vt & vi-
ctoriam obtinerent. Fuitq; magnum quod bis tam lamentabiliter pro causa iusta prostrati, imo
& semel ad prælium ire iussi, nequaquàm contra dominum murmurauerunt, imo nec contra Phi
nees sacerdotem, suspicando quòd eos deceperit, referendo diuina responsa, aut confingendo,
sed humiliter confugerunt ad deum, eumq; orando, plorando, sacrificando, & ieiunando, imo &
cordialiter pœnitendo placare conati sunt. Et super statu suo interrogauerunt hoc est, per sa-
cerdotem petierunt sibi diuinitus reuelari, quid eis esset agendum in tali articulo & euentu. Eo
tempore ibi erat arca fœderis domini, & Phinehes filius Eleazari filij Aaron præpositus domus
id est, princeps & pontifex tabernaculi dei. Consuluerunt igitur dominum per Phinehes, per
cuius manus & sacrificia obtulerunt, atque dixerunt: Exire vltra debemus ad pugnam contra fi
lios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait dominus: Ascendite. Vnde apparet, quod
vrbs Gabaa fuit altius sita, quàm campus in quo filij Israel erant. Cras enim tradam eos in ma-
nus vestras. Posueruntq; filij Israel insidias per circuitum vrbis Gabaa Quatenus viri illi in insi-
B dijs positi, intrarent atque incenderent vrbem, Beniamitis inde egressis ad pugnam contra reli-
quos Israelitas. Qualiter autem liceat vti insidijs in prælijs iustis, dictum est super Iosue octauo, Iosue. 8
& tertia vice sicut semel & bis contra filios Beniamin exercitum produxerunt. Sed & filij
Beniamin audacter eruperunt de ciuitate & fugientes aduersarios longius persequuti sunt, hoc
est, filios Israel, ita vt vulnerarent ex eis sicut primo die & secundo, & cęderent per duas semitas
vertentes terga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa atque prosternent triginta
circiter viros. Putauerunt enim eos solito more cędere. Qui fugam arte simulantes, inierunt con
silium, vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes, ad supradictas semitas perducerent.
Omnes itaque filij Israel surgentes de sedibus suis &c. hoc est, maior pars exercitus quæ se re-
motæ à ciuitate absconderat, surgēs de suis latibulis cœpit Beniamitis resistere. Erat quippe ex-
ercitus filiorum Israel in tres partes diuisus, quarum vna & minor iacuit in insidijs circa vrbem.
Alia pars & maior accessit vrbem ad prouocandum & extrahendum filios Beniamin. Tertia &
C maxima pars fuit remote latens, & ad illam protraxerunt filios Beniamin, filij Israel qui simulaue-
runt fugam. Ingrauatumq; est bellum contra filios Beniamin, & non intellexerunt quod ex
omni parte illis instaret interitus. Percussitq; eos dominus, hoc est, percussioni exposuit, in
conspectu filiorum Israel quibus dedit virtutem percutiendi Beniamitas. Et interfecerunt ex
eis in illo die vigintiquinque milia, & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium, &c.
Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt & fugere in solitudinem
sexcenti viri. Sederuntq; in petra Remmon, hoc est, in loco petroso, munito in so[...]dine,
mensibus quatuor. Et planxerunt ibi suam calamitatem magno ploratu.
Regressi autem filij Israel, omnes reliquias ciuitatis Gabaa, à viris vsque ad iumenta gladio
percusserunt. An vero quod ait: Vsque ad iumenta, intelligendum sit inclusiue, an potius ex-
clusiue, dubium esse potest, cunctasq; vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.
Occiderunt autem filij Israel etiam mulieres, & paruulos, ac paruulas in tota Beniamin tribu.
¶Refert Lyra in Hebræo haberi: quòd filij Beniamin præter habitatores Gabaa, erant viginti
sex milia & quod mille ex eis fugerūt ad oppida sua. Ex quibus prius venerunt, in Gabaa, atq; in op-
pidis illis à filijs Israel sint occisa. Sed hoc non videtur textui consonare, quod dictum est: Re-
manserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt, & fugere in solitudinem,
sexcenti viri, nisi forte quod ait: Et fugere in solitudinem, sit determinatio eius, quod dicitur, qui
euadere potuerunt. Ex his patet tota huius capituli litera, quæ est prolixa.

¶EXPLANATIO CAPITVLI VICESIMIPRIMI.

Iurauerant quoque filij Israel in Maspha &c.

¶Articulus tricesimusquartus.

Qualiter

QValiter reparata sit tribus Beniamin quæ pene extincta fuit, hic enarra D
tur. ⌊Iurauerũt quoq; filij Israel in Maspha.⌋ Antequã contra Benia-
min pugnare cœperunt. ⌊Nullus nostrum dabit filijs Beniamin de filia
bus suis vxorem.⌋ Hoc iurauerunt in detestationem facinoris Beniami
tarum, & puto quod iurauerunt, postquàm cognouerunt tribum Ben-
iamin velle assistere Gabaanitis, quia extunc communicauerunt illis in
crimine. ⌊Veneruntq; omnes in domum dei in Silo &c. & flere cœpe-
runt, dicentes: Quare domine deus Israel factum est hoc malum in po
pulo tuo, vt hodie vna tribus auferret ex nobis.⌋ id est, ex Israelitico po
pulo, quasi dicant vtinam non contigisset. Verũtamẽ nondũ fuit tribus
Beniamin omnino occisa, sed videbatur breuiter peritura, quia non apparuit prima facie modus,
qualiter posset p generationẽ conseruari, eo quòd cæteræ tribus iurassent filias suas non sociare
Beniamitis coniugio, nec poterant gentiles accipere ob legis prohibitionem. ⌊Altera autem die
diluculo consurgentes, extruxerũt altare⌋ in tabernaculo domini. Sed nonne iam erat ibi altare?
Dicunt aliqui quòd illud prius in aliquibus reparauerunt, vel translatum fuit, ideo nouum fecerũt
vel eius relatio atq; in pristino loco positio, vocat eius extructio. ⌊Et obtulerunt ibi⌋ p manus
sacerdotis ⌊holocausta⌋ pro gratiarũ actione de triumpho concesso ⌊& pacificas victimas⌋ pro
remissione culpæ, pace, & grã conseruationis in bono statu. ⌊Et dixerunt: Quis non ascendit in
exercitu domini⌋ qui Beniamitas occidit, ⌊de vniuersis tribubus Israel⌋ Hoc inquisierunt, vt ea
occasione prouiderent residuis Beniamitis de nuptijs. Qui enim ibi non erant, non iurauerunt se E
non daturos filias suas filijs Beniamin, & item vt illos punirent, ideo subdit: ⌊Grandi enĩ iuramẽ
to se constrinxerant, cum essent in Maspha, interfici⌋ id est, quòd interficerẽt ⌊eos q defuissent.
Ductiq; pœnitentia filij Israel super fratre suo Beniamin, cœperunt dicere: Ablata est tribus vna
de Israel. Vnde vxores accipient? Omnes enim in communi iurauimus, non daturos nos his filias
nostras, idcirco dixerunt: Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad dominum in
Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabis Galaad⌋ hoc est, vrbis sitæ in terra Galaad, ⌊in il
lo exercitu non fuisse. Eodem quoq; tempore cum essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est. Mi
serunt itaq; decem milia viros robustissimos, & præceperunt eis: Ite & pcutite habitatores Iabis
Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos.⌋ Mirum videri potest, quòd tam in tota tribu
Beniamin, quàm in vrbe hac Galaad, etiam fœminas ac paruulos peremerunt, cum paruuli peni-
tus fuerint innocentes. Estq; probabile, quòd multæ fœminę displicentiam habuerunt de crimi-
ne illo Gabaonitarum. Ad quod dici potest, quòd in maiorem tanti facinoris detestationem hoc
factum sit, & viri in suis vxoribus ac paruulis sint puniti, cum tamen viri in Beniamin ante mulie-
rum ac paruulorum occisionem fuerint pene om̃es pempti. Fuit quoq; mors illa innocentibus
maior corona, & fœminis quæ pœnituerunt, vel in mortali culpa non erant, purgatio. Sed & ri-
Gene.2 gor diuinæ iustitiæ commendabat in hoc. Vir quoq; & mulier vna sunt caro, & proles est aliquid
suorum parentũ. ⌊Et hoc erit quod obseruare debetis: Omne generis masculini & mulieres quæ
cognouerunt viros, interficite, virgines reseruate.⌋ Antequàm inceperunt interficere eos qui in
Iabis commorabant, cum diligenti examine scrutabant pro posse, quæ virgines essent, & separa-
bant eas seorsum. Et satis faciliter poterant inuenire quæ nec maritatæ nec diffamatæ fuerunt. F
Vnde subiungit: ⌊Inuentæq; sunt de Iabis Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri
thorum⌋ imo nec illegitimam copulam, ⌊& adduxerunt eas ad castra in Silo in terram Chana-
an. Miseruntq;⌋ filij Israel ⌊nuntios ad filios Beniamin, qui erant in petra Remmon⌋ hoc est in
loco saxeo illo valde munito, ⌊& præceperunt eis,⌋ vc; nuntijs, ⌊vt susciperent eos,⌋ s. Benia-
mitas illos ⌊cum pace⌋ reducendo eos inde pacifice ad populum dei in Silo. ⌊Veneruntq; filij
Beniamin in illo tempore. Et datæ sunt eis vxores de filiabus Iabis Galaad⌋ quadringentis vide-
licet viris, totidem sponsæ. ⌊Dixeruntq; maiores natu⌋ qui in suis familijs præsidebant, quorum
tamen nullus præfuit toti plebi. ⌊Quid faciemus reliquis qui non acceperunt vxores? &c. & in-
genti studio prouidendum est, ne vna tribus deleatur ex Israel &c.⌋ Nonne ex quadringentis il-
lis coniugijs poterat tribus Beniamin reparari? Poterat plane, sed non ita cito. Ideo propter du-
centos residuos vxorandos non debebant filij Israel præfatum suum frangere iuramentũ, quàm-
uis quidam dicat oppositum. ⌊Cœperuntq;⌋ hoc est, excogitauerunt seu ab inuicem acceperũt
⌊consilium, atq; dixerunt: Ecce solennitas domini est in Silo anniuersaria⌋ id est, annua quędam
festiuitas, quæ Silo, ⌊sita est ad ad septentrionem vrbis Bethel⌋ non illius, quæ alio nomine vo-
catur Hierusalem, ⌊præceperuntq; maiores natu filijs Beniamin, atq; dixerunt: Ite & latitate in vi
neis. Cumq; videritis filias Silo⌋ id est, filias ciuium vrbis nomine Silo, ⌊ad ducendos choros,⌋
id est, choreas ⌊ex more procedere,⌋ extra vrbem, ⌊exite repente de vineis, & rapite ex eis singu
li singulas vxores⌋ i. quilibet vnam puellã ad nubendum. Verũtñ raptus talis sc̃dm legẽ nõ licuit,
sed necessitas & maiorũ cõmissio excusauit raptores in toto vel partim. ⌊Cumq; venerint patres
earũ ac fratres, & aduersum vos q̃ri⌋ i. conq̃ri ⌊atq; iurgari cęperint⌋ violẽtiã vobis obijciẽdo,
⌊dicemus

dicemus eis: Misereminí eorum. Nõ enim rapuerũt eas iure bellantiũ atque victorum, i. isti Beniamitæ A non dicunt quod filias vestras de iure acceperint, ficut hi qui vincunt in prælio, rapiunt filias eorum quos superant, & quantum ad hoc non habent se præsumptuose. Sed rogantibus vt acciperent, non dedistis, id est, filias vestras noluistis dare his Beniamitis, cum tamen rogarent sibi de vxoribus prouideri. Et à parte vestra peccatum est, hoc est, vos ipsi estis in culpa non ideo, quoniam filias vestras non dedistis filijs Beniamin, eas sibi dari rogantibus, eo quòd promisistis vos non daturos filias illis, sicut & nos natu maiores, sed quoniam filias vestras permisistis, sic chorizando vagari, quod rapi taliter potuerunt. Feceruntque filij Beniamin vt sibi fuerat imperatum, & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, vxores singulas. Abieruntque in possessionem suam, quam habuerunt latissimam, quia sexcenti isti residui totam terram tribus Beniamin poterant possidere, idcirco fœminæ eis assignatæ, & parentes earundem facilius consenserunt filijs Beniamin ad ineundum connubia, ædificantes vrbes, & habitantes in eis. Filij quoque Israel reuersi sunt per tribus & familias in tabernacula sua. In diebus illis nõ erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat, id est, sine refrenatione fecit quod voluit. Nullus autem respiciens ad malum operatur, vt diuinus Dionysius contestatur, id est, nullus optat aut facit malum sub ratione mali, sed solum sub ratione boni veri, aut apparentis, cũ bonũ sit appetitus obiectũ. Hinc in Prouerbijs habet: Oĩs viri vis recta sibi videt. Et rursus Via stulti recta in oculis eius. Verũtñ nõ est putandũ, quòd in diebus illis vnusquisque in Isrl' fecit oĩno sine refrenatione omne quod voluit, aut quod sibi bonum apparuit, quia & parentes prohibuerunt sobolem suam à multis malis, & domini suos ministros. In vrbibus quoque fuerunt speciales rectores ac iudices, ideo distributio præstata est ac commoda pro generibus singulorum. Vel per hyperbolen dictum est hoc, & quia in multis sic fuit. ¶ Denique non solum dum deest superior aut B prælatus, sed item dum is qui præest, est penitus negligens in corrigendis & corripiendis excessibus, verum hoc dici potest: In diebus illis non erat rex in Israel. Talis etenim præsidens nomine & non re præsidens est, cui loquitur Zacharias: O pastor & idolum. ¶ Præterea, quoniam clausula ista: In diebus illis &c. etiam posita est in descriptione casus ipsius Michæ & Danniarum. Asserit Iosephus casum istum & illum circa eadem tempora contigisse. Moraliter ex horum trium capitulorum historia informamur, quanta mala nascantur ex carnali concupiscentia, & quàm ineffabiliter illa obtenebret & incorrigibilia faciat corda seducta, ideo prorsus vitanda est. ¶ Porro, per tribum Beniamin, quæ hominibus suæ prosapiæ opem & defensionem in malis exhibuit, intelliguntur, qui ex carnali amore aut commodo defendunt, excusant, & adiuuant suos propinquos, amicos, aut socios in peccatis, sicque ipsorum inuoluuntur sceleribus, atque iustitiæ renituntur, tandemque pereunt. Rursus ex prædictis instruimur, quod volentes corripere aut corrigere alios, debent hoc facere ordinate, & in primis emendare seipsos, neque ex rancore, sed zelo iustitiæ vitia vindicare. Docemur quoque incaute nequaquàm facere iuramenta, sed omnia agere cum cautela. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Dionys. | Prouer. 21 | Prouer. 12 | Zachar. 11 | Iose. lib. 5 ant. iu. ca. 2

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIbrum Iudicum Finis.

C

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM RVTH ENARRATIO.

PRAEFATIO.

TESTE SANCTO HIERONYMO, HEBRAEI LIbrum Ruth dicunt ad librũ Iudicũ ptinere, quia in diebus vnius iudicis historia Ruth scribitur contigisse. Estque liber iste quoddã illius voluminis complementum. Quocirca quæri potest: Cur potius intitulatur à Ruth quàm à Booz vel Noemi? Respondendum, quòd ideo, quia in isto libello specialiter recitantur virtutes istius Ruth, & gratia dei in ea amplius commendatur, atque per eam docetur impleta prophetia Esaiæ de Christo, dicentis: Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Syon, in quibus verbis, vel ipsa Ruth ob suam constantiam, firmitatemque animi, petra vocatur. Vel per petram deserti intelligitur locus de quo extitit oriunda.

Hieron. | Esa. 16

¶ Elucida

¶ELVCIDATIO CAPITVLI PRIMI. IN DIEBVS vnius iudicis. Articulus Primus. D

IN diebus vnius iudicis quando iudices præerant. Hoc non est intelli-
gendum, quòd in diebus vnius iudicis Israel præfuerunt plures iudices
Israeli, sed quod ait: Quando, exprimit tempus indeterminatum, vt sit
sensus: Quando.i.quo tempore, successiue præerant iudices. Præerant
autem (vt dictum est) per modum directionis atq; consilij magis quàm
per modum iurisdictionis atq; dominij. Facta est fames in terra Iu-
dææ.i.magna caristia siue sterilitas. An autem in sola Iudæa fuerit illa
fames, an etiam in circumiacentibus terris, scriptura non exprimit. Ta-
men quia mox subditur: quod quidam ex Bethleem transierunt ad ha-
bitandum in terra Moabitarum, quæ regio est Iudææ vicina. Videtur
Pet. Co. vel quòd solum vel præcipue fuit hæc fames in territorio Iudæorum. ¶Queritur, qs fuerit iudex
bisto. libro sub quo accidit ista historia. Ad hoc Lyra respondet: Magister in historijs & expositores. Aliqui
Ruth c. 24 dicunt, ꝙ iudex iste fuit Ely q cum hoc sibi sacerdotiũ vsurpauit. Qui non fuit de stirpe Eleazar,
sed Ithamar. Licet autem istud secundum sit verum, vc3 quod Ely sacerdos & iudex non fuit de
i. Regū 2 Eleazar, sed de Ithamar, non tamen videtur verum ꝙ sibi vsurpauerit sacerdotium, quoniam pri
mo libro Regum dominus ait ad eum: Loquens loquutus sum, quòd domus tua & domus patris
s. Regum. tui ministraret in conspectu meo in sempiternum. Ergo sacerdotium illud habuit ex ordinatione
2. Regū. 2 diuina. Nec verum videtur ꝙ ista res sub Ely contigerit, quoniam à principio quo Ely cœpit po
i. Regū. 4 pulum iudicare vsq; ad principium regni Dauid, fluxerunt tantum octoginta anni, vc3 quadra- E
i. Regū. 8 ginta sub Ely, & totidem sub Samuele & Saul, vt ex primo Regum habetur. Ergo infra hos octo
i. Regū. 17 ginta annos fuit peregrinatio Elymelech. Generatio Obeth ex Ruth. Generatio quoq; Iesse ex
2. Regū. 2 Obeth. Et generatio Dauid ex Iesse, imo & vita Dauid vsque ad regni sui exordium, in quo erat
i. Regū. 16 triginta annorum. Quod non videtur posse saluari, quoniam Noemi decem annis mansit inter-
ra Moab, qui additi triginta annis vitæ Dauid, in qbus cœpit regnare, faciunt annos quadraginta.
Iesse quoq; dum genuit ipsum Dauid, senex fuit, qa sex filios genuit ante eum, vt legitur primo li
bro Regum. Sicq; habuit trigintanouem annos ad minus, quando genuit Dauid. Hi autem anni
simul iuncti, faciũt octoginta annos, si addatur & annus ille quo Noemi est reuersa, & Ruth ipsi
Booz coniugio sociata & impregnata. Et ita non remanet tempus aliquod vitæ Obeth, quousq;
Pet. Co. generasse potuerit ipsum Iesse. Hæc Lyra. ¶Circa hæc dico, ꝙ magister in historijs non dicit,
hstor. libri ꝙ Ely sibi sacerdotium vsurpauit. Sic eqdem ait: Post Sampsonem iudicauit Israelẽ Ely sacer-
Ruth c. 24 dos, qui tñ non iudex, sed sacerdos à digniori officio agnominatus est, translato sacerdotio à fi-
lijs Eleazar. Hoc vc3 Ely primus de filijs Ithamar accepit sacerdotium. In diebus eius facta est fa
Idem mes in terra. Ecce in his verbis non videtur ꝙ Eli sacerdotium vsurpauerit sibi. Veruntamen ad-
dit ibidem Magister: Eleazar & Ithamar fuerunt filij Aaron. De Eleazaro debuit esse sacerdos.
De Ithamar autem Leuita, quæ additio vera est, si per sacerdotem intelligatur summus sacerdos
seu pontifex. Per Leuitam sacerdos simplex. Non autem si intelligatur quod de solo Eleazaro de
Leui. 10 buit esse quicunq; sacerdos, & de Ithamar Leuita, non sacerdos, cum in Leuitico scriptum sit, ꝙ
Nadab & Abihu filij Aaron sacerdotes fuerunt, ipso Aaron pontificatum gerente, ipsisq; Nadab
& Abihu igne consumptis, pro eis sacerdotio functi sunt Eleazar & Ithamar, sicq; deinceps filij
Ithamar fuerant sacerdotes. Et Phinees primogenitus Eleazari, post patrem suum pontifex fuit F
Sic & Eli iste pontifex fuit, pontificatu translato ad posteros Ithamar, quod durauit vsq; ad Sa-
doch pontificem, qui fuit de Eleazar eiecto Abyathar, qui fuit de Ithamar. ¶Insuper primo li
1. Para. 24 bro Paralipomenon describitur, quemadmodum Dauid distribuit vigintiquatuor ordines sacer-
dotum, quorũ ordinum sedecim erant de Eleazaro, octo de Ithamar. Deinde dico, ꝙ improba-
tio illa magistri in historijs.s. ꝙ iudex ille non fuerit Eli, non videtur idonea. Non em̃ dicit scri-
1. Regū. 17 ptura, ꝙ Iesse fuit senex quando genuit Dauid, sed quando Dauid occidit Goliam, seu missus fuit
ad Saul, imo anteq̃ Dauid fuit primo missus ad Saul, talis fuit & tantæ ætatis, quod vnus dixit
i. Regū. 16 de eo Sauli: Ecce vidi Dauid filium Isai, scientem psallere, & fortissimũ robore, virum bellicosum
& prudentem in verbis. ¶Præterea, refert & approbat Lyra opinionem Hebreorũ dicentiũ,
Judic. 12 ꝙ iudex sub quo contigit historia ista, fuit Abessan, de quo dictum est in Iudicum libro, & quòd
Abessan alio nomine dictus sit Booz, Sicq; idem vir & iudex fuit Abessan & Booz, q fuit ante Eli
quadragintasex annis, vt patet ex decursu libri Iudi. Sed ista opinio videt inepta & textui huic cõ
traria. Ait em̃ scriptura in libri huius exordio: In diebus vnius iudicis. Cum aũt scriptura dicit ali
quid contigisse in diebus alicuius regis aut iudicis, certum est ꝙ intelligat hoc de diebus, in quibus
talis rex aut iudex fuit iudex aut rex, non de cæteris eius diebus. Abessan aũt non præfuit nec exti
Judic. 12 tit iudex, nisi septem annis, vt in iudicum libro legitur. ¶Porro Noemi fuit in terra Moab decẽ
annis. Si ergo Abessan & Booz idem vir fuit, in cuius præsidẽtia contigit fames illa, post cuius ex-
ordium Elimelech cum Noemi profectus est de Bethleem in terram Moabitarũ, tam diu defun-
ctus fuisset

A ctus fuisset ante reditũ Noemi, nisi diceretur à suo iudicatu depositus adhuc sanus. Quod nemo affirmat, nec in aliquo Iudice Israel factũ est. Si vero dicatur ꝙ Elimelech iter illud arripuit, antequã Booz cœpit populum iudicare, potius esset dicendũ ꝙ fames ista incepit tẽpore Iephthe, qui sex annis pfuit ante Abessan. Si aũt dicatur, ꝙ fames aut peregrinatio illa, ideo sub Abessan (qui & Booz asseritur) facta, quia sub eo est terminata. Pariformiter dici posset, ꝙ fames & peregrinatio illæ sint factæ sub Eli anteq̃ cœpit præesse, & sub cui⁹ iudicatu sint terminatæ, quia res à fine suo nomen sortitur, Sic'q; satis multũ habebitur de tempore pro vita Obeth, quousq; genuit Iesse, quoniam Eli obijt dum. XCVIII. erat annoꝝ, & quadraginta præfuit annis, vt in primo Regum libro habet. Veruntamen non est veꝝ ꝙ res quãcunq; denominationẽ à fine accipiat, imo & aliquam sumit à suo principio, Et quamuis denominetur à fine, nõ tamen dicitur facta in fine suo seu termino sui esse, sed in principio eius. Præterea nõ oportet putare, ꝙ Iesse fuit ad minus triginta nouẽ annoꝝ dum genuit Dauid, imo Beniamin iunior ipso Ioseph, tẽpore ingressionis suæ in Aegyptũ, habuit ad minus filios nouẽ quando nondũ erat trigintaseptem annoꝝ, vt in Genesi ostenditur. Melius ergo dicunt catholici q̃ Hebræi. Itaq; in diebus vnius iudicis facta est fames in terra, quæ quãuis quandoq; cõtingat ex naturalibus causis, tunc tamen propter magna Iudæoꝝ crimina credit contigisse, quod non videt posse saluari, si iudex ille fuit Abessan aut Iephthe, qui eũ præcessit, aut Elon vel Abdon, qui post Abessan fuerũt, quia (vt patuit) sub illis nõ leguntur filij Israel recessisse à cultu dei, vt Iudicũ. 12. dictum est. Deniq; circa illud primi lib. Paralip. Et qui stare fecit solem, ait beatus Hieronymus: Tempore Elimelech propter præuaricatores legis sol stetit, vt viso miraculo, cõuerterentur ad dñm, Quod qm̃ contempserunt, In tantũ

Iudic. 12

1. Regũ. 4

Genes. 46

1. Paral. 4 Iosue. 10 Hiero.

B præualuit fames, quod qui in tribu Iuda prior videbatur, cogente inopia, cum vxore & filijs patria pulsus, in peregrinatione cũ filijs mortuus est. Hebræi tamẽ (vt fertur) perhibẽt eum peregrinatum in Moab, nõ ex indigentia, sed ad vitandũ molestiam, quia cũ esset abundans, multi indigẽtium confugiebãt ad ipsum, quibus inuite sua cõmunicauit, ideo abijt. Et quia ex vitiosa causa recessit cũ bonis suis mobilibus, iusto dei iudicio depauperatus, atq; defunctus est cum filijs suis in terra non sua. Vnde & Noemi infra testatur: Egressa sum plena, quod tamẽ ad alium sensum potest exponi. ⌊Abijt'q; homo de Bethlehem Iuda vt peregrinaret in regione Moabitide cũ vxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabat Elimelech & vxor eius Nohemi, & duo filij, alter Mahalon, & alter Chilion Ephratæi, de Bethlehem Iuda. Ingressi'q; regionẽ Moabitidem, morabant ibi. Et mortuus est Elimelech maritus Nohemi, remansit'q; ipsa cũ filijs. Qui acceperũt,⌋ .s. filij Nohemi, ⌊vxores Moabitidas, quaꝝ vna vocabat Orpha, altera Ruth.⌋ Circa hoc refert Lyra, Dicunt Hebræi & quidam catholici, ꝙ Ruth filia fuit Eglon regis Moabitaꝝ, quod satis reprobat Lyra, psertim ꝙ non fuit filia regis Eglon, quem Ahud iudex Israel interfecit, quia ille iã mortuus fuit amplius q̃ per annos ducentos. Nec apparentiam habet quod rex Moab dederit filiam suã viro extraneo. Nihilominus dictũ illud posset aliqualiter colorari, ex eo quod scriptum est primo lib. Paralip. Securus & incedens, qui principes fuerũt in Moab, vbi (scribit Hieronymus) Mahalon & Chilion filij Elimelech hic securus & incedens dicuntur. Si ergo principes ibi erant, vident ibi notabiliter vxorati. Iam quod phabitum est, quod pater eoꝝ fuit de nobilioribus ciuibus Bethlehem. Vnde qui istud vellet defendere, dicere posset, quod Eglon rex pr Ruth fuit alter ab illo quẽ Ahud interfecit. Ego tamẽ non puto id veꝝ esse, cum & Nohemi & Ruth in

1. Para. 4 Hiero.

C magna paupertate de terra Moab reuersæ sint. Hieronymus quoq; in Hebræo inquit, nõ principes, sed mariti dicuntur. ⌊Manserunt ibi decẽ annis, & ambo mortui sunt⌋ duo filij Nohemi, ⌊Mahalon videlicet & Chilion,⌋ in terra Moab infra decẽ annos peregrinationis illius. ⌊Remansit'q; mulier orbata duobus liberis ac marito,⌋ ideo fuit mœstissima, quia nec filij eius sobolem reliquerũt, propter quod spem posteritatis amisit. ⌊Et surrexit vt in patriam pergeret⌋ .s. in Iudæã & Bethlehem, ⌊cũ vtraq; nuru sua⌋ .i. vxorib⁹ filioꝝ suoꝝ, ⌊de regione Moabitide.⌋ Et quod dicit, cum vtraq; nuru sua, potest determinare verbũ illud, surrexit, vt sit sensus, quod duæ fœminę illæ surrexerunt cum ea, vt per spatiũ deducerent eam. Vel cõplexum illud, vt in patriam pergeret, erit'q; sensus, quod surrexit cũ mulieribus illis, vt simul cũ eis reuerteret in terrã suam. Sed prima expositio verior reputat, quia subiungit. ⌊Audierat em̃ quia respexit dñs populum suum & dedisset eis escas. Egressa est itaq; de loco peregrinationis suæ &c. dixit ad eas: Ite in domũ matris vestræ⌋ .i. quælibet vestra ad propriam redeat matrem. Non em̃ erant sorores. Atq; per hoc quod dicit, in domum matris, videt quod patres eaꝝ obierint. ⌊Faciat vobiscum dñs misericordiam, sicut fecistis cum mortuis⌋ .i. cum vestris maritis adhuc viuentibus, nũc defunctis, ad quos habuistis vos pie & amorose. Vel, cũ mortuis, habendo vos charitatiue & liberaliter circa sepulturam ipsoꝝ, & ipsoꝝ mortem vehemẽter deflendo, ⌊& mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus viroꝝ quos sortituræ estis⌋ .i. bonos ac pacificos vobis concedat maritos, quia & hoc magnũ est dei donũ. Quemadmodũ em̃ in Ecclesiastico scriptum est: Mulieris bonæ beatus vir. Numerus em̃ annoꝝ illius duplex, ita veraciter perhibet, viri boni beata vxor, &c. Nam & bonus vir melius potest compescere peruersam vxorem, q̃ vxor bona durum & Eccl. 26

 peruer-

peruersum maritum, ⌊& osculata est eas, ⌋ in signũ magnæ dilectionis, sicut in separatione ani- D
mantium fieri solet. ⌊Quæ eleuata voce flere cœperũt ⌋ .s. ex vehemẽti interiorum commotione
cum singultu & vlulatu. Ad q̃d propter cordis molliciem pronæ sunt fœminæ, ⌊& dicere: Tecũ
pergemus ad populũ tuũ. ⌋ Hoc intendebãt, trahẽte eas amore socrus, quæ tã amicabiliter habu-
it se ad ipsas, ꝙ ab ea separari fuisset ipsis molestũ valde. ⌊Quibus illa respondit, ⌋ magis quærens
illarũ quàm propriũ commodũ: ⌊Reuertimini filiæ meæ. Cur venitis mecũ? Num vltra habebo
filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? ⌋ .i. sub illa spe non habetis mecũ redire quasi
Deute. 25 valeatis cũ fratribus defunctorũ inire connubiũ, qui iuxta morẽ nostræ legis suscitẽt semen fratri-
Gene. 38 bus suis defunctis, quod & ante legẽ Mosi seruabatur, vt in Genesi ostẽditur de Iuda & filiis eius
Pet. Co. bi li. Ruth circa Thamar. In scholastica q̃q; fertur historia: Apud Moabitas seruabat lex de semine suscitã-
cap. 24 do. ⌊Reuertimini filiæ meæ & abite, iã eñi senectute cõfecta sum, nec apta vinculo cõiugali. Etiã
si possem hac nocte concipere & parere filios, si eos expectare velitis donec crescãt & annos pu-
bertatis impleãt, ante eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæso filiæ meæ facere hoc, quia vestra
angustia magis me premit ⌋ .i. grauius affligor ex cõsideratione vestræ tristitiæ ac necessitudinis,
& ꝙ in sterilitatis opprobrio maneretis, mecũ manẽdo. ⌊Et egressa est manus dñi contra me ⌋
id est, deus sua virtute me acriter visitauit per mortes mariti mei & filiorum meorum in iuuentute
eorũ & antequã genuerũt. ⌊Eleuata igitur voce rursum, flere cœperunt. Orpha osculata est so-
crum ac reuersa est ⌋ acquiescẽs persuasioni illius. ⌊Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noemi. En
reuersa est ⌋ .i. redire iam cœpit, ⌊cognata tua. ⌋ Forte enim fuit neptis istius Ruth, vel propter
affinitatem sic nominat eã, ⌊ad populum suũ, & ad deos suos. ⌋ Non videtur hæc Noemi fuisse
multũ deuota & feruẽs, quoniã nurum illã .s. Orpham, non admonuit (vt apparet) ad cultũ vni- E
us veri dei, imo nec ipsam Ruth, cũ tamen tam diu essent ad inuicẽ commoratæ & familiares, imo
videtur ipsi Ruth dedisse consiliũ redeundi, sicut iam rediit Orpha. Nam addit, ⌊vade cum ea.
Quæ respondit: Ne aduerseris mihi, vt relinquam te & abeam. ⌋ Hæc Ruth fuit electa à deo, ideo
eam sic affecit, attraxit, & constantẽ effecit. Imo (vt magister in historiis recitat) Noemi dixit ad
Pet. Co. bi. li. Ruth cap. 24. Ruth: Audi filia, Non est deus noster sicut dii gentiũ, nec populus noster secũdum ritũ gentium
viuit. Expedit tibi vt redeas ad populũ tuũ, & ad deos tuos. Et ait Ruth: ⌊Quocũq; eñi perrexe-
ris, pergã: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus, ⌋ quasi di-
cat: Parata sum sequi ritũ populi tui, ⌊& deus tuus, deus meus ⌋ .i. deo tuo volo seruire, non diis
Moabitarũ. ¶ Præterea (vt fertur) videns Noemi ipsam Ruth velle ad Iudaismũ cõuerti, pro-
bauit constantiã eius, ne post apostataret à lege assumpta, idcirco proposuit ei aliqua ardua legis.
Quẽadmodũ religionẽ intrare optãtibus, proponunt ardua ordinis. Itaq; Noemi dixit ad Ruth:
Hebræis & conuersis ad legẽ eorũ non licet exire & cõmorari extra terrã eis à deo concessam, nisi
ex grandi necessitate. Ad q̃d Ruth respõdit: Quocũq; perrexeris, pergã, quasi dicat, nõ alibi. Rur-
sus Noemi ait: Non licet mulieribus Hebræis esse solas cũ viris, nisi cum suis maritis. Respondit
Ruth: Vbi commorata fueris, & ego pariter commorabor, quasi dicat. Non cupio esse sola cũ vi-
ris. Iterum Noemi: Nos (inquit) tenemur ad onera legis, atq; ad vnius dei cultũ. Et Ruth ait: Po
pulus tuus, populus meus, quasi dicat: Volo ei conformari in obseruantiis legis. Deus tuus deus F
meus, quem solum de cętero colam. Denuo Noemi est locuta: Transgressoribus legis nostræ in-
fliguntur duræ diuersæq; mortes, videlicet lapidatio, combustio, strangulatio, gladiatio. Respon
ditq; Ruth: ⌊Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar, ibiq; accipiam locum sepulturæ ⌋
tanquam dicat, in terra tua mori parata sum, iuxta meorum exigentiam meritorũ. ⌊Hæc mihi fa-
ciat deus & hæc addat ⌋ .i. prætacta aut consimilia aduersa mihi infligat deus verus, per quẽ solũ
de cætero iuro tempore opportuno, ⌊si non sola mors me & te separauerit ⌋ loco, habitatione &
religione. Hunc modũ iurandi didicisse videtur Ruth ab Hebræis, hoc est, à suo marito aut socru.
⌊Videns ergo Noemi, ꝙ obstinato ⌋ .i. firmo & immobili, ⌊aĩo Ruth decreuisset secum perge-
re ⌋ ex inspiratione diuina, sicq; obstinatio sumitur hic in bono, ⌊aduersari noluit, nec ad suos vl-
tra reditum persuadere. Profectæq; sunt simul & venerũt in Bethleem. Quibus vrbem ingressis,
velox apud cũctos ⌋ ciues ⌊fama percrebuit ⌋ .i. vnus alteri velociter insinuauit reditum Noe-
mi, quia & antea erat famosa, & omnibus chara ac pulchra matrona. Ideo subditur. ⌊Dicebantq;
mulieres: Hæc est illa Noemi ⌋ .i. mulier illa olim ita notabilis. Et ita de eius reditione gaudebãt,
eius quoq; aduersitatibus condolebant, quasi dicant: Ecce iam quasi sola venit, quæ cũ marito &
filiis abiit. ⌊Quibus ⌋ illa ⌊ait ⌋ aduersitatem suam ostendens, & gaudendentium lætitiam mo-
derans. ⌊Ne vocetis me Noemi .i. pulchram. ⌋ Noemi quippe pulchra interpretatur, quasi di-
cat: Habeo nomen sine nominis proprietate, ⌊sed vocate me Mara .i. amarã, quia amaritudine ⌋
hoc est, tristitia & dolore, ⌊valde repleuit me omnipotens, ⌋ cuius dispositione & volũtate de-
functi sunt maritus meus & filii. ⌊Egressa sum plena ⌋ secundum eos qui dicunt eam abiisse cum
opulentia ob causam inductam. Sensus est, ꝙ cum diuitiis & comitatu recessit. Secundum alios
sensus est, ꝙ cũ marito & filiis abiit, quos sibi præ cunctis diuitiis chariores fuisse testata est. Quẽ-
Tobiæ. 5 admodum vxor Tobiæ ait: Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc,
ꝙ vide-

A videbamus filium nostrũ.⌊Et vacuam me reduxit dominus⌋.i.s.marito,filiisq; orbatam,aut etiã
depauperatam.⌊Cur ergo vocatis me Nohemi, quam dñs humiliauit,& afflixit omnipotens?
Venit ergo Nohemi in Bethlehem qñ primũ hordea metebant⌋.i.tempore hordeaceæ messis.

¶Spiritalis explanatio eiusdem cap.primi. Arti. II.

SIcut in modica testa continetur nucleus dulcis,atq; in fauo mellis dulcedo,in malo quoq;
granato granum medicinale:ita & in breui hoc libro Ruth,suauia Christi & ecclesiæ sa-
cramenta inclusa sunt.Allegorice ergo,per iudicem Israel,in cuius diebus facta est steri-
litas in Iudæa,intelligitur collectio pontificum,qui Iudæis præerant in primo Christi ad
uentu atq; post resurrectionem ipsius,qui populum à Christi prædicatione,fide & cultu totis vi
ribus auerterunt,ita quod magna bonæ conuersationis sterilitas & spiritalis alimoniæ carentia in
populo illo Iudaico extiterunt.Abiitq; homo de Bethlehem Iuda,nomine Elimelech,quod in-
terpretatur,dominus meus rex.i.Christus dominus & rex noster cum ecclesia ingressus est ter-
ras gentilium,quia post suam resurrectionem,Iudæis in sua perfidia induratis,per primitiuæ ec-
clesiæ prædicatores,sanctos apostolos,& per prophetarũ oracula,visitauit gentiles,& in eorum
demoratus est cordibus.Cũ duobus filiis suis,per quos ordo prophetarũ & chorus signatur apo
lorum,seu ipsi apostoli & cæteri eorum cooperatores discipuli.Per Nohemi demum,quæ pul-
chra interpretatur,ecclesia designatur,cui in Canticis dicitur:O pulcherrima mulierũ.Et mor- Cant. 4
tuus est ibi Elimelech.Christus nanq; in membris suis persequutiones sustinuit tyrannorum,&
sibi fieri reputauit q̃d suis infligebat fidelibus,quibus per Zachariam loquutus est:Qui tetigerit Zach. 2
vos,tanget pupillum oculi mei.Vnde & rursus fatetur:Quod vni ex minimis meis fecistis,mihi Matt. 25
fecistis.Specialiter vero mortuus fuit in corde eorum,qui per tormenta & violentias corruerunt
B à fide.Mansitq; mulier orbata duobus liberis ac marito.Quia & sancti apostoli cæteriq; disci-
puli pro Christo sunt martyrizati,sicut & olim prophetæ ab impiis sunt afflicti,Sicq; eorũ præ-
sentia ecclesia fuit priuata,quæ etiam in hac vita sponsi cœlestis claro & beatifico priuatur con-
sortio ac aspectu.Præterea interdum contingit ecclesiam ad tempus relinqui,ita vt solitis conso
lationibus,supernorumq; charismatũ affluentiis destituatur,atq; grauissimis persequutionibus
exponatur,in tantum,vt cũ Apostolo dicat:Supra modum grauati sumus supra virtutem,ita vt 2. Cor. 1
tæderet nos viuere.Tunc ergo quasi orbatam se cœlesti marito conqueritur.Et surrexit vt in
patriam pergeret cum vtraq; nuru sua.Ecclesia nanq; quosdam gentilium inconuertibiles rep-
perit,ideo eis relictis,vicissim conuersos ex Iudaismo in terra sancta reuisit.Quemadmodum Ia-
cobus de Hispania in Iudæam reuersus est,& rursus prædicauit ibidem,plurimosq; conuertit.
Apostoli quoq; per aliquot annos cunctis temporibus in Hierusalem & ad primitiuam ibi eccle
siam redierunt,sed hoc partim in actibus edocetur.Aliquas quoq; ex gentibus conuersas perso-
nas,secum duxerunt.Veruntamen per hanc Nohemi reditionem præcipue figurabatur,ꝙ fide
les circa finem mundi prædicaturi sunt synagogæ,& conuersuri eandem.Porro per hoc ꝙ No-
hemi vtriq; nurui suæ reditum persuasit,datur intelligi quod ecclesia non statim recipit infideles
aut etiam cathecuminos ad baptismа.Sed probat spiritus si ex deo sint.Per idem intelligi po- 1. Joha. 4
test,quod quasdam personas ex gentilitate conuersas ecclesia remisit & ad loca priora direxit ad
prædicandum ibidem,vt prolificarent & fructificarent in gẽtibus,qui in obstinatis Iudæis pro
ficere non valebant,in quibus nec primitiua ecclesia quiuit multũ facere fructum.Insuper sicut
C mulieres & ciues in Bethlehem de reditu Nohemi admirati sunt & gauisi:sic Iacobus Hierosoly-
morũ primus antistes & primitiua eius ecclesia gloriabant & admirabant nõ parũ,quãdo Paulus
& Barnabas,imò & alii quidã apostoli,pcipuiq; discipuli ex Iudaismo conuersi,venerũt ad ipsos
& narrauerunt qualiter fructificassent in gentibus.Multaq; millia conuertissent & diuinis cho-
ruscassent miraculis.Quibus cognitis,dixerunt Hierosolymitæ fideles:Hæc est illa Nohemi, id
est,pulchra Christi sponsa.Illi vero dixerunt:Ne vocetis me Nohemi,id est pulchram, sed Ma
ra,id est amaram,propter grauissimas quas ab infidelibus sustinuerunt persequutiones.Et quia
de pereuntium excæcatione & disperitione intensissime doluerunt,& quia multi ex eis erant a-
trocissime ab infidelibus interempti.Vnde quantum ad hoc quasi vacuos se redire arbitraban-
tur.Nunc quoq; ecclesia Christi multipliciter deformata & pristina gratiæ ac virtutum atq; di-
uinorum charismatum pulchritudine destituta,& tam ab inuisibilibus quàm à visibilibus hosti-
bus cõculcata,quærula ait voce:Ne vocetis me Nohemi,sed amaram,quia amaritudinibus sum
repleta.¶Moraliter quoq; in terra Israel,id est,in ecclesia Christi fit fames,id est virtutum caren
tia,in diebus vnius iudicis.i.indigni & scandalose viuentis prælati aut principis,sub quo etiam
aliqui boni patiuntur famem,audiendi verbum dei,qui informari cupiunt de necessariis ad salu-
tem.Sed qui præsunt,non instruunt eos,imò subuertunt pro posse.Ideo boni tales peregrinan-
tur in terram Moab.Quod etiam in bono potest intelligi,quoniam Moab interpretatur ex pa-
tre.Sicq; terra Moab est congregatio deuotorum & vere fidelium,qui ex deo sunt nati,& ve-
nientibus ad se sermocinantur quæ dei sunt,ita quod sibiipsi & prauis desideriis salubriter mo-

Coloss. 3 riuntur, sicut quibusdam scribit Apostolus: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum D
Christo in deo. At vero per Ruth, quæ socrui suæ inauertibiliter mãsit adhærens, intelligit quæ-
cumq; fidelis anima, quæ nulla persuasione, aduersitate aut occasione recedere vult ab ecclesiasti-
Luce. 8 ca vnitate. Per Orpham vero accipiuntur, qui ad tempus credunt, compunguntur & bona effi-
ciunt, sed tempore aduersitatis, tentationis aut etiam prosperitatis labuntur. Docemur quoq; ex ista historia ad intuendum ac assequendum fidelitatem, constantiam, cæterasq; virtutes huius electæ Ruth, quæ amore socrus suæ, imo potius impulsu spiritus sancti, propriam terrã & plebem reliquit, nuptias perfidorum contempsit, ad terram Israel, ad cultum ac populum veri dei accessit, & deo de cætero seruiuit fideliter. Nulla ergo sensuali affectione, quorumcũq; propinquorũ aut amicorum, nullo voluptatis amore, nullo proprij intuitu cõmodi separemur à deo, nec præceptis ecclesiæ efficiamur rebelles, nec viã relinquamus iustitiæ, sed in dei, filiali ac spiritali timore & seruẽti amore maneamus immobiles. Proximis quoq; simus fideles, & cum Noemi ita nos habeamus ad proximos, vt non sine fletu & vlulatu valeant à nobis diu ac longe auelli.

Insuper Ruth in multis est figura ecclesiæ ex gẽtilitate collectæ, quæ dijs suis, consanguineisq; relictis, soli coniuncta est saluatori. Sed & quamcunq; fidelem animam, specialiter religiosam personam quæ mundum & mundana Christi amore relinquit, designat. Postremo, quicunq; fidelis priori deuotione, perfectione seu gratia spoliatus, seu à contemplationis decore, spiritaliq; cõuersatione ad carnalia deuolutus, aut etiam exterioribus occupationibus detineri coactus, & per eas distractus, merito conqueri potest ac dicere: Ne vocetis me Noemi, sed amaram, quia amaritudine sum repletus, si tamen huiusmodi homo vere conteritur, & super damno suæ animæ lachrymatur, atq; ad prioris vitæ puritatem ac libertatem aspirat.

¶ELVCIDATIO LITERALIS CAPITVLI II.

Erat autem viro Elimelech consanguineus. Art. III.

QValiter Ruth ad notitiam mariti sibi à deo gratiose prouisi peruenerit E
nunc narratur. ⌊Erat aũt viro Elimelech⌋ .i. ipsius Elimelech, ⌊consanguineus homo potens⌋ de semine Iuda, ⌊& magnarum opum, nomine Booz,⌋ qui non solum in temporalibus, sed in virtutibus extitit opulẽtus, quia suis bene vtebatur diuitijs. ⌊Dixitq; Ruth Moabitis ad socrum suam: Si iubes, vadã in agrum & colligam spicas.⌋ Ecce quàm humilis petitio licentiæ, & item quàm piũ opus, videlicet colligere spicas, sed & quàm iustum & non fraudulentũ fuerit eius propositũ, pandit subdendo. ⌊Quæ fugerint manus metẽtium,⌋ non ergo proposuit aliquam spicam furtim subtrahere. Sed & verecundia bonæ Ruth insinuatur ex verbo quod addit. ⌊Vbicũq; clementis in me patris familias reperero gratiam. Cui illa respõdit: Vade filia mi.⌋ Ex hoc quoq; fuit amorosum, congruumq; responsum. Humilibus enim impẽdẽda est beniuolẽtia oĩs. Petenti quoq; humiliter, affectuose est respondẽdũ. Et si fieri expedit, pie acquiescẽdũ. ⌊Abijt ergo & colligebat spicas post terga metẽtium. Accidit aũt vt ille ager⌋ quem intrauit Ruth, ⌊haberet dñm noĩe Booz, q erat de cognatiõe Elimelech.⌋ Ager ille iam antea pertinebat ad Booz, forte ex legitima successione. Non ergo intrante Ruth agrũ illum accidit istud, quod .s. ager ille habuit possessorem seu dominum nomine Booz, sed hoc accidit F
quod Ruth agrũ illũ intrauit, & quod ager ad Booz ptinẽs visitabatur à Ruth, quod vtiq; ex diuina cõtigit pordinatione, ad cõsolationẽ ipsius Ruth. Deus etenim humiles multipliciter consolat. ⌊Et ecce ipse veniebat de Bethleem, dixitq;⌋ Booz, hos visitãs operarios & messores: ⌊Dñs vobiscũ.⌋

De cõ. dist. i. ca. Hoc quoq;. Hæc fuit salutatio bona, quasi dicat: Dominus assit vobis per gratiam. Ex quo sumptum perhibetur, quod in celebratione, sacerdos per hæc verba plebem salutat. ⌊Qui responderunt ei: Benedicat tibi dominus.⌋ Hæc fuit resalutatio valde idonea & imprecatio boni præcipui. Intelligendum est namq; quod spiritalia bona sibi inuicem principaliter imprecabantur. ⌊Dixitq; Booz, iuueni qui præerat messoribus,⌋ in eorum officio: ⌊Cuius est puella hæc?⌋ .i. ad quam spectat personam, seu cuius est coniunx aut filia? Non enim agnouerat eam, & ipsa Ruth in apparatu, incessu, collectione spicarum tam verecunde atq; humiliter se habebat, quod Booz vir grandæuus & bonus non ex libidine, sed consideratione tãtæ probitatis, motus fuit ad istam interrogationem.

Refert Lyra, quod (secundum Hebræos) ipsa Ruth colligebat spicas iacentes sedendo, ne ipsa se inclinante aliqua pars sui crucis discooperiretur, sed hoc fabulosum videtur. Talis nãq; collectio in sedendo solet ascribi pigritiæ, & aptius poterat geniculando colligere, nec sic discooperiebatur.

⌊Qui respondit: Hæc est Moabitis, quæ venit cum Noemi de regione Moabitide, & rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia, & de mane vsq; nunc stat⌋ .i. perseuerat, ⌊in agro, & ne ad momentum domum reuersa est,⌋ in quo patet quam laboriosa perseuerans, & agilis fuit in labore pro sustentatione communi suipsius & suæ socrus. ⌊Et ait Booz ad Ruth: Audi filia⌋ Booz ratione ætatis & authoritatis seu eminentiæ, imo & ex charitate & pie-

tate

A tate nominat eam filiam. ⌊ Ne vadas in alterum agrum ad colligendũ, nec recedas ab hoc loco,
sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere. Mandaui enĩ pueris ⌋ .i. ministris ⌊ meis, vt
nemo tibi molestus sit. ⌋ Hoc ergo præcepit eis, auditis verbis præfati iuuenis, antequam dixit
ista verba ad Ruth, quamuis scriptura nõ exprimat hoc, sed ex verbis istis hoc innuit. ⌊ Sed etiã
si sitieris, vade ad sarcinulas ⌋ .i. vasa seu repositoria ciborum ac potuum, ⌊ & bibe aquas, quas pu
eri mei bibunt. ⌊ Quæ cadens in faciem suam, & adorans super terram ⌋ prostrata, ipsum Booz
adoratione duliæ, tanquam eminentem personam, in quo eius declaratur humilitas, ⌊ dixit ad
eum: Vnde hoc mihi, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos & nosse me dignareris peregrinam
mulierem? ⌋ quasi dicat, Non promerui beneficia tanta à te. ¶ Et tamen reuera multo maiora pro
meruit, ideo sequitur. ⌊ Cui ille respondit: Nunciata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post
mortem viri tui. ⌋ Itaq; iam ex fama, quamuis non facie, agnouerat eam Booz. ⌊ Et quod reli-
queris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum quem antea nesciebas. ⌋
¶ Superius tactum est, quod pater Ruth forsan iam erat defunctus, ideo per parentes possunt intel-
ligi mater eius & cognati antiquiores. ⌊ Reddat tibi dominus pro opere tuo ⌋ tam virtuoso, id
est præfatis bonis actibus tuis .i. in præsenti det tibi prosperitatem, & quandam remuneratione
inchoatam. ⌊ Et plenam mercedem recipias à domino deo Israel ⌋ in futuro, ⌊ ad quem veni-
sti ⌋ spirituali accessu per cordis conuersionem & Iudaismi susceptionem, seu etiam corporali ad-
uentu, inquantũ deus in medio populi sui atq; in tabernaculo suo, quod fuit in medio filiorũ Isra-
el, specialiter morabatur. ⌊ Et sub cuius confugisti alas ⌋ .i. sub cuius pietate, ope, & potestate te
constituisti, vt te tueatur ac saluet. ¶ Itaq; alæ dei metaphorice sunt misericordia eius & potestas.
⌊ Quæ ait, ⌋ quasi sufficienter regratiari non valens, nec de suis laudibus publice à tanto viro pro
latis se extollens, sed eius benignitati totum ascribens. ⌊ Inueni gratiam in oculis tuis dñe mi ⌋ .i.
B tibi pie complacui, & pie me aspexisti, & inde beneficia mihi gratiose impendis, ⌊ Qui consola-
tus es me, & loquutus es ad cor ancillæ tuæ ⌋ .i. affectuose me consolatus es intime, & verba tua
dulcissima penetrauerunt & lætificauerunt mea præcordia. ⌊ Quæ non sum similis vnius puella
rum tuarũ ⌋ .i. nec infimæ tuæ ancillæ æqualis sum in bonitate & dignitate, cũ sim gentilium filia.
¶ Deniq; tanta gratitudo, prudentia, & humiliatio Ruth, prouocauerunt ipsum Booz ad beneficia
ampliora ei præstando, sicut subiungitur. ⌊ Dixit'q; Booz ad eam: Quando hora vescendi fuerit,
veni huc, ⌋ videlicet ad operarios meos, ⌊ & comede panem ⌋ .i. cum eis manduca de cibis meis,
⌊ & intinge buccellam tuam, ⌋ non vnam tantum, sed quot volueris, ⌊ in acetum, ⌋ pro refrige-
rio. Acetum namq; est refrigeratiuum. Idcirco in tanto caumate & labore necessarium fuit. ⌊ Se
dit itaq; ad latus messorum, ⌋ ad comedendum, non tamen tam prope, quod tetigit viros, nec
ex opposito sedit virorum illorum, ne inspiceretur, ⌊ Et congessit polentam sibi ⌋ .i. materiam
victus collegit, & inde cibum parauit, quasi totum cibum suum de mensa aliena sumere erubes-
cens. ⌊ Comedit'q; & saturata est ⌋ .i. sufficienter, non immoderanter aut gulose refecta. ⌊ Et tu-
lit reliquias ⌋ escarum suarum, quas prudenter reposuit, & suæ socrui conseruauit. ¶ Hanc polentã
vocat Iosephus alphitam. ⌊ Atq; inde surrexit vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Bo
oz pueris suis, dicens: Etiam si vobiscũ metere voluerit, ne prohibeatis eam, &c. ⌋ In quibus ver
bis, charitas, liberalitas & misericordia Booz ad peregrinam fœminam cõmendatur. ⌊ Collegit
ergo in agro vsq; ad vesperam, ⌋ in quo patet eius instantia laboriosa, ⌊ Et quæ collegerat, virga
cedens & excutiens ⌋ .i. cum baculo, ⌊ inuenit hordei quasi ephi mensuram ⌋ .i. mẽsuram hordei
C quæ mensura vocatur ephi ⌊ .i. tres modios. ⌋ Et hoc iuxta mensuram & modũ loquendi regio
nis illius. ¶ Nomina quippe & quantitates mensurarum, quemadmodũ & nummorũ iuxta diuer-
sitatem locorum ac temporũ variantur. Ideo ignoramus quantũ modius ille continuit. ⌊ Quos
portãs, ⌋ videlicet hordeum illud excussum, seu hordeorũ manipulos, ⌊ reuersa est in ciuitatem ⌋
Bethlehem, ⌊ & ostendit socrui suæ, ⌋ vt ei congratularet. ⌊ Insuper protulit & dedit ei de reli-
quijs cibi sui, quo saturata fuerat. ¶ Dixit'q; ei socrus sua: Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus?
Sit benedictus qui misertus est tui. Indicauit'q; ei apud quem esset operata & nomẽ viri dixit ei,
quod Booz vocaretur ⌋ vir, in cuius agro collegerat. ⌊ Cui respondit Nohemi: Benedictus sit à
domino, ⌋ id est, laudem & remunerationem à deo recipiat, ⌊ quoniam eandem ⌋ in specie ⌊ gra
tiam, quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis, ⌋ id est, sicut beneficus fuit marito meo & filijs
eius cum adhuc viuerent, ita nunc quoq; benefacit eisdem, non in eorum persona quantũ ad tẽ-
poralia ista, sed in persona tua, quæ fuisti coniunx vnius filiorum illorum, & etiam in mea perso-
na, quę eram vxor mariti illius. ⌊ Rursum'q; Nohemi: Propinquus (inquit) noster est homo ⌋ .i.
Booz iste affinis est nobis, quia vir meus fuit cognatus ipsius, similiter tuus maritus. ¶ Per hoc No
hemi auxit fiduciam Ruth, ad colligendum fiducialiter in agris Booz. ¶ At vero, per hoc quod Ruth
tam cito excussit manipulos suos, nec congregauit inde aceruum, videtur insinuari magna sua &
socrus suæ paupertas. ⌊ Et Ruth: Hoc quoq; (inquit) præcepit mihi vt tamdiu messoribus eius
iungerer, donec omnes segetes meterentur. ¶ Cui dixit socrus: Melius est filia mi vt cum puellis
eius exeas ad metendũ, ne in alieno agro quispiã resistat tibi. Iuncta est ergo puellis Booz, &c. ⌋

M 3 in agro,

in agro, & messione vsq; ad finem messis.

¶De spirituali eiusdem capituli secundi, intellectu. Articulus quartus.

ALlegorice per Ruth ecclesia ex gentibus adunata: per Booz, Christus: per Noemi, D synagoga accipitur. Quemadmodum autem Ruth inseparabiliter se adiunxit socrui suæ: ita ecclesia Gentilium synagogæ in Christum credenti, obediuitq; ei promptissime. Itaq; sicut Ruth loquuta est socrui, Si iubes, vadam in agrum & colligam spicas: sic ecclesia ista à conuersa Iudæa sumpsit licentiam introeundi veteris testamenti scripturã, quæ est fertilissimus ager, quadruplicem generans fructum, quadriformem videlicet sensum, in qua spicas, id est, diuersas collegit sententias, post terga metentium, id est, sequendo vestigia apostolorum sanctorum, qui erãt in agro isto messores præcipui, dum hordea metebantur, id est, prophetarum exponebantur oracula, & reponebantur in horreis, quia in scripturis noui testamenti, in libris Euangeliorum & Epistolarum, in Apocalypsi & Actibus allegabantur & contētæ manebant. Quemadmodum autem ad hordei medullam ob tegumentorum eius duritiam, atq; tenatiam difficulter pertingitur: ita ad propheticorum intelligentiam voluminum propter eorum multitudinem inuolutionum, difficillimum fuit pertingere absque speciali spiritus sancti illumi-
1. Reg. 2 natione. Itaq; huius agri dominus est Booz, id est, saluator, qui est deus, scientiarum dominus,
Coloss. 2 in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hic paterfamilias clementissimus fuit ecclesiæ ex gentilitate conuersæ, eam consolando, reficiendo, laudando, eo quòd carnales suos affectus & quicquid à deo est auersiuum, propter deum reliquerit, credentibusq; Iudæis adhærerit. Iussit quoque huic ecclesiæ, vt in præfato suo agro ad libitum remaneret, colligeret, imo de E dit ei metendi licentiam, id est, alios conuertendi ac publice prædicandi, atq; ad suæ familiæ mēsam posuit eam, sacramentum corporis sui ac sanguinis, alia quoque pretiosissima fercula spiritualia exhibens ei, imo omnibus illis simul.

¶Denique ista ecclesia tantam in se Christi benignitatem experta, prostrauit se ei humillime
Matt. 15. ac deuotissime gratias egit, & catellis se comparans, nec dignitati seruorum, qui scilicet ex iudaismo crediderant, æquari se posse præsumens. Virga quoq; excutiens quæ collegit, inuenit tres modios, id est, profectum suum in fide & moribus iuxta doctrinam scripturæ bene examinans, cognouit se superbenedictæ trinitatis notitiam attigisse, exercitia etiam incipientium, proficiētium & perfectorum scandisse, sed & virtutes & dona ac fructus spiritus obtinuisse, quæ omnia sibi desuper condonata fideli synagogæ monstrauit, quæ admirata est vehementer de tantis be-
Roman. 11 neficijs ecclesiæ gentium distributis, benedixitq; saluatorem, qui tam copiosissime gentibus est
Matth. 8 misertus, & de oleastro fecit oliuam, imo tandem testatus est: Non inueni tantam fidem in Israel. ¶Insuper synagoga ista electa pijssime confortauit ecclesiam gentium in spe & charitate, dicens ad eam: Propinquus noster est homo iste. Christus namq; vere effectus est noster propinquus, nostram assumendo naturam, qui & eos qui erant sub lege naturæ, congregauit in vnã ecclesiam sub tempore illo, quam quasi sororem ecclesiæ sub euangelica lege existētis sibi ab exordio desponsauit. ¶Moraliter docet nos ista historia exemplo Ruth nosipsos in omnibus humiliare, prælatis & superioribus, sapientioribus ac senioribus syncerissime obedire, quod ad religiosos certum est maxime pertinere. Quod si quis nosipsos, aut dona dei in nobis laudauerit, nulla ex hoc elatione aut vanitate tangamur, imo tanto humilius deo regratiemur, quanto F maiora aut plura contulerit nobis charismata. Stemus quoque in agro vsq; ad vesperam, id est, in studio scripturæ, exercitijsq; virtutũ iugiter persistamus, à spirituali profectu nunquam cessemus, otiositatem, nugas & verbositates, omnem etiam negligentiam maxime abhorrentes.

¶EXPLANATIO CAPITVLI TERTII. Postquàm autem reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea. Filia mi, &c. Articulus quintus.

PROCESSVS QVO RVTH DEVENIT AD MAgnũ cõiugium, modo describitur. ⌊Postquàm autē reuersa est⌋ Ruth de agro, ⌊ad socrum suam⌋ quod non est intelligendum de die secundo aut tertio quo collegit in agro, sed potius die vltimo aut circiter, cũ in præcedentis capituli fine dicatur: Iuncta est puellis Booz, & tã cum eis messuit, donec hordea & triticũ in horreis conderentur. Itaq; postquam hoc modo reuersa est ad socrum suam, ad quam interim sæpius redijt, ⌊audiuit ab ea⌋ scilicet à socru sua, quę dixit ad Ruth: Filia mea, quęram tibi requiem⌋, i. opulentum connubium & statum honestũ, vt de cætero non indigeas taliter laborare, ⌊& prouidebo, vt bene sit tibi⌋ la-

A tibi.⌋ laborando ad hoc cum omni industria & diligentia mihi possibili, quia tam virtuose te ha
bes circa me. ⌊Booz iste cuius puellis in agro iuncta es, propinquus est noster;⌋ prout præcedē
ti capitulo continetur, atq; expositum est. ⌊& ⌋ in ⌊hac nocte aream hordei ventilat.⌋ Ventila-
re est grana purgare, iactādo ea ad ventum. Porro aream hordei ventilare est hordea in area seu
horreo posita ita mundare. Hoc autē fecit Booz per suos ministros, & forte nocte illa ad ventila
tionem se disponebant. Vnde quidam exponit sic, ventilat. i. festū agit pro vētilatione. Quocir
ca in scholastica fertur historia: Mos erat in Israel φ in ventilatione areæ, dominus seu paterfa-
milias grande fecit conuiuium pueris suis atq; messoribus, & dormiebat in area, & quasi solenni-
zans, ab amplexibus abstinebat. Idem fiebat in ouium tonsione. Si autem & post vindemiam,
non legi. ⌊Lauare ergo & vngere⌋ id est, corpus tuum laua & vnge; ⌊& induere cultioribus ve-
stimentis,⌋ vt sic ornata magis complaceas viro ad ineundum connubium tecū, ⌊ac descēde in
aream. Non te videat homo⌋ videlicet ipse Booz, imo nec alius, ⌊donec esum, potumq; finie-
rit⌋ .i. ante finem cœnæ, non φ postea se præberet visibilem viro ante ingressum lecti, sed quia fa
ciliter post cœnam potuit se cælare, dummodo ante eam se occultaret. ⌊Quando aūt ierit ad dor
miendum, nota locum in quo dormiat, veniesq;⌋ ipso iam dormiente, ⌊& discooperies pallium
quo operitur à parte pedum, & proijcies te,⌋ tamen silenter & cū modestia, ⌊& ibi iacebis. Ipse
autem⌋ cum euigilauerit, teq; esse cognouerit, ⌊dicet tibi, quid agere debeas.⌋ Videtur Noemi,
dando consilium istud, peccasse, quia tam nurum suam, quàm ipsum Booz exposuit fornicatio-
B nis periculo ante coniunctionem legitimam. Et modus iste clandestinus non erat consonus le-
gi. Fuit quoq; vir alter propinquior ei quàm Booz, nec sufficit bonam habere intentionem, sed
per media apta oportet ad eam procedere. Ruth tamen excusatur, quia non melius sciuit nec fuit
docta in lege. ⌊Quæ respondit: Quicquid præceperis, faciā.⌋ Verūtamen obedientia debet esse
discreta & super congruam ferri materiam. ⌊Descenditq; in aream & fecit omnia quæ sibi im-
perauerat socrus sua. Cumq; comedisset Booz & bibisset, & factus esset hilarior, ad dormiendū
iuxta aceruum manipulorum, venit⌋ Ruth ⌊abscondite,⌋ quæ iam ante inter aceruos abscon-
derat se, ⌊& discooperto pallio, à pedibus eius se proiecit, ⌊& ecce nocte iam media, expauit hō
mo,⌋ cum euigilasset, ⌊& cōturbatus est,⌋ quia nesciuit quid erat, & forsan suspicabatur esse ad-
uersum quid, vt spiritum malum, aut inimicum visibilem, ⌊viditq; mulierem iacentem ad pedes
suos.⌋ Forsitan enim luna splendente considerauit hoc visu. Vel si caput mulieris tangēdo per-
cepit hoc, ponitur visus pro tactu, vel pro interiori notitia, ⌊& ait illi. Quæ es? Illa respondit:
Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super ancillam tuam, quia propinquus es,⌋ .i.
accipe me in tuam iure propinquitatis, vt suscites semen nepoti tuo defuncto. Si autem Ruth per
verba hæc petebat amplexum, non excusaretur, nisi forsan per ignorantiam, cum tamen igno-
rantia iuris non excuset, ad cuius notitiam quis tenetur. Quidam autem affirmāt, φ per ista quæ-
rebat desponsationem, quia tunc moris erat, quod sponsalia contrahens, posuit vestimēti sui ex-
tremum super sponsam. Porro magister in historijs ait, φd Booz indicauit huic Ruth in tali so-
lennitate, castitatem esse seruandam. Vnde apparet, φ ipsa copulam postulauit. Noemi quoque
C (vt dicitur) ideo fecit eam tali die & hora accedere, quatenus Booz tunc pronior eēt ad amplexū
ipsius, tamen & Noemi poterat consuetudinem illam scire. ⌊Et ille: Benedicta es (inquit) à do-
mino filia.⌋ Mirum quòd ex subitanea conturbatione non reprehendit eam ex indignatione, φ
ausa fuisset talia attentare. Sed videtur fuisse vir mitis, & cognita voce Ruth, quam syncere dile-
xit, fuit placatus, imo & deus spiritum eius mansuefecit, itaq; eam laudauit. ⌊Et priorem miseri-
cordiam posteriore superasti⌋ priorem huius Ruth, ipse Booz vocat, φd ipsa Ruth tam amoro-
se & pie se habuit circa suum maritum in eius vita, morte, & sepultura, & circa matrem illius. Po-
steriorem autem eius misericordiam nominat, φd optauit matrimonio sociari cognato mariti
sui defuncti, non qualicūq;, sed viro grandæuo, & quasi seni ad suscitandū semen defuncti. Hinc
subditur, ⌊quia non es secuta iuuenes, pauperes, siue diuites.⌋ quasi dicat: non ex libidine mota es,
quod inde probatur, φ nō quæsisti alterum maritum adolescentem seu iuuenem pulchrum cum
quo poteras amplius delectari, sed me. ⌊Noli ergo metuere, inordinato⌋ timore, ⌊sed quicquid
dixeris mihi⌋ hoc est, quicquid rationabiliter à me petieris, ⌊faciam tibi⌋ pro posse meo. ⌊Scit
enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ,⌋ scilicet Bethleem, quam dicit vrbem
suam, quia natus (vt creditur) & commoratus fuit in ea, & vnus de principalioribus vrbis erat, aut
præfuit ibi, ⌊mulierem te esse virtutis⌋ id est, virtuosam, quod probabiliter cognouerūt ex fama
& inspectione & protestatione multorum. ⌊Nec abnuo me propinquum, sed est alius me pro-
pinquior. Quiesce hac nocte, & facto mane si te voluerit propinqtatis iure retinere, bn̄ res acta ē.
Sin aūt ille⌋ q propinquior me est. i. magis affinis tibi, q & viro tuo cognatior fuit q ego, ⌊nolue
rit te accipere, ego absq; vlla dubitatiōe te accipiā, Viuit dn̄s⌋ Ecce iuratio. His verbis Booz pā-
dit se eā velle accipere in casu illo propter ipsius Ruth virtuositatē, & propter legis pceptū ac de-
siderio prolis deputādę marito defuncto. ⌊Dormi vsq; mane. Dormiuit itaq; ad pedes eius vsq;
ad noctis abscessum⌋ .i. vsq; ad horā ppinquā diluculo, nō tn̄ vsq; ad tenebrarum recessum, nā subdit.

 ⌊Surre-

L Surrexit itaque antequàm homines cognoscerent se mutuo. Et dixit Booz: Caue ne quis nouerit q̄d huc veneris.⌋ Ne scilicet aliquis opinaret, & aliquid mali gestum ibidem. Et q̄m modus il- D
le ponendi se ad pedes viri, seu occulte petendi coniugium, reprehensibilis videbatur. Comple-
to autem inter eos connubio, res poterat publicari. Itaque Booz prudenter prouidit famæ suæ, ac Ruth. L Et rursum: Expāde, inquit, palliolū tuū, quo operiris & tene vtraq; manu. Qua extendente & tenente, mensus est ei sex modios hordei.⌋ Qui modij non fuerunt tam magni, quin sola Ruth potuit eos expedite portare. Quæ portans, ingressa est ciuitatem, & venit ad socrum suum. Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narrauitq́; ⌊ socrui suæ L omnia quæ sibi fecisset homo.⌋ id est, quàm gratiose fecisset sibi hic Booz in verbis & factis. Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo vacuam te redire ad socrum tuam. Dixitq́; Noemi: Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat, neq; enim cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est.

¶ Spiritualis pertractatio eiusdem capituli tertij.

¶ Articulus sextus.

SAnctissima illa ex iudaismo conuersa synagoga considerans quàm studiose ac feruide ecclesia ex gentilitate collecta occupasset se in scripturis & multis ornata esset virtutibus, locuta est ei: Filia mea queram tibi requiem, & prouidebo vt bene sit tibi, id est, ad vitam contemplatiuam quietissimam, & pectoris pacem perducere te conabor, vt decurso vitæ
huius curriculo ad æternales gloriæ nuptias perducaris. Booz iste propinquus noster est, hoc est E
Christus in natura humana communicat nobis. Et in hac nocte aream ventilat. Quemadmodum comparatione veteris testamenti, tempus euangelicæ legis ac gratiæ, dies vocatur, dicente
Romaā. 13 Apostolo: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Sic tempus huius legis & gratiæ nox appellatur, respectu status & vitæ beatorum in patria. Christus itaque in hac nocte, hoc est, in tempore vitæ præsentis, in qua obscure cognoscimus, atque in tenebris & vmbra mortis sedemus, vē
Luc. 1 tilat aream hordei, hoc est, ecclesiam suam examinat, bonos à malis discernit, electos à reprobis diuidit, diuersitate meritorum & visitationis internæ. Nunc enim exercet huiusmodi iudicium discretionis, de quo perhibuit: Nunc iudicium est mundi. In fine autem seculi iudicium remunerationis & præmiorum facturus est, quod & particulariter facit in obitu singulorum. Nunc
Iohan. 12 igitur modis præfatis ventilat aream suam, quoniam quosdam in ecclesia, & in seculo isto iuste reliquit, & perire permittit, alios misericorditer vocat, atque finaliter saluat. Consulitur ergo ecclesiæ, cuilibet quoque fideli animæ. Lauare, à vitijs omnibus te purgando, iuxta illud Hieremiæ:
Hiere. 4 Laua à malitia cor tuum, vt salua fias. Et in Esaia: Lauamini, mundi estote. Vngere, charisma-
Esa. 1 tibus spiritus sancti, hoc est, deum intentissime ora, vt donis & gratijs spiritus sancti vngere te di-
1. Iohan. 2 gnetur, vt vnctio eius doceat te de omnibus. Et induere cultioribus vestimentis. Vestimenta hæc cultiora, sunt præclariores virtutes & actus earum eminentiores, seu & quæcunque virtutes, secundum suum gradum sublimiorem. Cultioribus ergo vestimentis induimur, dum non solum bona & vere salubria, sed item meliora & viciniora saluti assidue operamur, apicemq́; virtutum adipisci conamur. Et ascende in aream, hoc est, taliter adorna[illegible] in anima, intra ecclesiam. Non te videat homo, id est, opera tua fac cum intentione secreta[illegible] soli deo cupias complacere. Donec esum potumq́; finierit, hoc est, epulationem, qua in su[illegible] cordibus cum eisdem epu-
Apoca. 3 latur & cœnat, prout in Apocalypsi contestatur: Ego sto ad ost[illegible] & pulso, si quis aperuerit mi- F
hi, intrabo & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Durante igit tali [illegible]rno cōuiuio, abscondat se homo, se ab exterioribus elongando. Quando autem ierit ad dorm[illegible]dum. Nota locum in quo dormierit. Dormit saluator in cordibus contemplatiuorum & omn[illegible] perfectorum virorum, dum ipsi in eo obdormiunt per contemplationis saporem, & omnium exteriorum relictionem, & ibi se inuicem complectuntur brachijs charitatis. Debuit ergo ecclesia gentium obseruare, qualiter Christus ita quieuit in cordibus sanctorum ex iudaismo credentium. Et discooperies pallium quo
Genes. 49 operitur ex parte pedum. Pallium Christi est corpus ipsius. Vnde & in Genesi de ipso prædictum est: Lauans vino stolam suam, & sanguine vuæ pallium suum.

¶ Porro, per pedes Christi, conuersatio eius humana & corporalis in mundo hoc habita designatur. Discooperire igitur pallium saluatoris ex parte pedum, est diligenter inspicere quæ pro nobis corpus Christi sustinuit, & qualiter ipse inter homines vixit, vt sic eius vestigia imitemur. Quod in suis martyribus ecclesia victoriosissime adimpleuit. Et proijcies te, ibiq́; iacebis, hoc est, humiliter domino te prosternes, & in humilitate offeres preces. Ipse autem dicet tibi, quid agere debeas, quia qui ita se applicuerit dei filio incarnato, illuminabitur exuberanter celeriterq́; ab eo. Et ecce iam media nocte expauit homo, hoc est, Christus per modum admirantis se habuit, videns in conuersis Gentilibus tantum feruorem, humilitatem, perfectionem, in cuius rei typo de fide Centurionis legitur admiratus. Et conturbatus est, per modum compatientis se habens. Et vidit mulierem iacentem ad pedes suos. De qua in libro Prouerbiorum legitur: Mulierem fortem quis inue-

A quis inuenieris & dixit, non ex ignorantia: Quæ es? tanquam dicat. Mirum quod aliqua talis est.
Vnde in Canticis fertur: Quæ est ista quæ ascendit, quasi aurora consurgens? Illa respondit: Ego Cantic.6.
sum Ruth ancilla tua. i. ecclesia seu anima virtuosa. Extende pallium tuum super famulam tuam,
id est, merito passionis & sanguinis corporis tui me protege, & donis gratiæ me adimple. Quia
propinquus es, imo proximus nobis, & pro mea salute humanam assumpsisti naturam. Propter
quod ait Apostolus: Quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse communicauit eis- Heb.2
dem. His auditis, dominus Iesus commendauit ecclesiam, animamque fidelem: Benedicta es (in-
quiens) filia à domino, quia priorem misericordiam, quam proximis in corporalibus exhibuisti.
Posteriore misericordia superasti, tibi ipsi sic prouidendo, & vitia tua curando seu spiritalia ope-
ra pietatis proximis impendendo. Quia non es secuta iuuenes. i. carnalia oblectamenta spreui-
sti, & spiritalem cum domino vnionem summe optasti. Noli timere, quicquid dixeris mihi, hoc
faciam, te in omnibus rationabiliter postulatis pie exaudiendo. Omnis enim q petit, accipit. Nec Luc.11
abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. Quis est iste alius qui propinquior nobis
est, aut esse potest quàm Christus, nisi forte prælatus nobiscũ conuersans qui communione con-
uersationis identitate, status similitudine mortalitatis & culpæ proximus nobis est, cum quo per
charitatem vniri debemus, quo nos refutante aut deserente, Christus non deserit nos. Surrexit
itaque Ruth mane, quia Christo iubente à sua prostratione erexit se, & cœpit contẽplari diuina.
B ¶Postremo, sicut Booz sex modios hordei pallio Ruth infudit: sic cordi ecclesiæ Christus p-
fectionem impressit supernorum charismatũ. Senario namque significatur perfectio. Nolo te redi-
re vacuam, sic dominus & saluator accedentem ad thronum gratiæ suæ non pmittit, quantũ in
se est, sine fructu redire, quia ipse dat omnibus affluenter.

¶ELVCIDATIO LITERALIS CAPITVLI IIII.

Ascẽdit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Art. VII.

DEsponsatio huius Ruth hic narratur. ⌊Ascendit ergo Booz ad portam,
& sedit ibi⌋ cum iudicibus, qui tunc in portis vrbium consueuerunt se- Deute.16.
dere, vt cũctis ad eos facilior pateret accessus. Erat autem & Booz vnus
iudicum in vrbe Bethleem, vt putatur. ⌊Cumque vidisset propinquum
præterire, de quo prius sermo habitus est⌋ qui. s. erat propinquior. ⌊Di- Ruth.3
xit ad eum: Declina paulisper, & sede hic, vocans eum nomine suo,⌋ quod
non exprimitur hic, forte propter indignitatem ipsius, quia in hac causa
male se habuit. ⌊Qui diuertit & sedit. Tollens autem Booz decem vi-
ros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hic⌋ vt coram tot testibus
negotium istud solennius fieret. ⌊Quibus residentibus, loquutus est ad
propinquum: Partem agri fratris nostri⌋. i. consanguinei, ⌊Elimelech vendidit Noemi, quæ re-
uersa est de regione Moabitide⌋. i. Noemi ista disposuit vendere, vel forsitan vendidit partem
agri Elimelech sui olim mariti. Nempe, quod ait, vendidit, vtroque modo accipi potest, vt infrà
patebit. Est autem consuetudo scripturæ, vt cognati inuicem fratres vocentur. ⌊Quod audire
te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis possi-
dere⌋ agrũ illũ, ⌊iure propinquitatis, eme & posside.⌋ Quia hic dicit, eme, videtur q ager nõdũ
C vẽditus fuit à Noemi. Vel si vẽditus fuit, tũc quod dicit, eme, intelligendũ est de venditi agri redẽ-
ptione, quæ erat emptio quædam, ptinuitque ad ius propinquioris, vt in Leuitico habetur: ⌊Sin Leuiti.25
autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi vt sciam quid facere debeam, Nullus est enim pro-
pinquus, excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum.⌋ Hoc sonat, quasi Elimelech non ha-
buisset propinquos nisi hos duos, quod nequaquam putandum est. Est igitur sensus, Nullus pro-
pinquus est, ad quẽ. s. pro pſenti videat pertinere emptio ista, nisi tu qui in propinquitatis gradu es
primus, & ego secundus. ⌊Respõdit: Ego emã agrũ. Cui dixit Booz: Qñ emeris agrum de manu
mulieris.⌋ Si per mulierem intelligatur Noemi, sequi videtur, quod agrũ istũ añ nõ vẽdidit. Vñ quod
superius dictum est. Agrum vendidit Noemi, exponendum est, vendere disposuit. ⌊Ruth quo-
que Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere coniugem,⌋ cum sit eadem ratio ac ius-
sio legis de faciendo vtroque. Vnde iuxta Iosephum, Booz dixit: Ergo non ex media parte opor- Iose.lib.5
tet te legum habere memoriam. Habeas necesse est cum agro relictam Maalon, ⌊vt suscites no- an.(ti.c.14
men propinqui tui in hæreditate sua⌋ hoc est, filium gignas ex Ruth, qui vocetur filius cognati
tui defuncti, & ei in sua succedat hæreditate. Talis autem filius vocabatur filius legalis defuncti, ne
periret eius memoria, & naturalis filius eius q genuit eũ. ⌊Cui ille respõdit: Cedo iuri propinqta-
tis⌋ q̃a ĩ ea pte q̃ ex pcepto legis cõmoditatẽ cõseq poterat, voluit iure gaudere, nõ aũt in pte q̃ po
terat inde grauari, alienigenã, paupereque ducẽdo. ⌊Neque enĩ posteritatẽ familiæ meæ delere de-
beo⌋. i. nõ ita debeo vacare gñatiõi prolis q̃ ascribat cognato meo iã mortuo, vt negligã insudare
genera-

generationi filiorum qui mihi ipsi attribuantur. Sicque vir iste, non erat charitatiuus, sed prauus, repu- D
tans velut superfluum, semen suscitare alteri seu defuncto. Fuitque similis filio Iudæ, qui videns sibi
Genes. 38 non nasci filios, semen fudit in terram, vt in Genesi habetur. Vel: Non debeo posteritatem fami-
liæ meæ delere, hoc est, non me debeo occupare circa educationem & prouisionem prolis nasci-
turæ ex fœmina ista, quæ proles alteri deputetur, & per hoc negligere curam & prouisionem
Deu. 23 propriæ sobolis. Aliqui vero exponunt sic: Non debeo posteritatem familiæ meæ delere, quia vi
delicet, si ex fœmina ista gignerem filios, filij illi non essent inter filios Israel cōputandi, cum in Deu
teronomio scriptum sit: Ammonites & Moabites non intrabunt in Ecclesiam dei in æternum.
Sed si hoc dicere intendebat, errauit, quia præceptum illud suscipit dispensationem in conuersis
Iudith 14 ad iudaismum, & propter virtutem & fidelitatem Ammonitarum ac Moabitarum quorundam ad
filios Israel, vt patet in libro Iudith de Achior principe Ammonitarum. Nec illud præceptum con
cernebat (vt dicitur) mulieres, sed viros, ideo non respiciebat prolem natam ex fœmina Ammoni-
tæ vel Moabitæ, & ex viro Israelita.

⌊Tu meo vtere priuilegio⌋ Quod mihi ex propinquitate competit circa emptionem & matri-
monium istud, ⌊quo me libenter carere profiteor.⌋ Videtur autem vir iste aliqualiter excusabilis à
legis transgressione, si ita fuit dispositus corde, quòd accepisset Ruth coniugem, si Booz eam renu-
nueret. ⌊Hic autem mos antiquitus erat in Israel inter propinquos.⌋ Videlicet à tempore quo per
Exodi. 34 Moysen data est lex. ⌊Vt si quando⌋ id est, aliquando ⌊alter alteri suo iure cedebat, vt esset fir-
ma concessio⌋ qua vnus concessit ac dedit suum ius alteri ⌊soluebat,⌋ hoc est, exuebat, ⌊homo
calciamentum suum, & dabat propinquo suo⌋ Cui concessit ius suum. ⌊Hoc erat testimonium
cessionis in Israel,⌋ id est, per hoc factum significabatur, quòd deponens calciamentum suum ex-
spoliabatur suo iure & alter inuestiebatur de eo. Verum an istud fiebat in qualibet iuris cessione, vel E
solum in cessione circa connubium, textus non exprimit. Et magis apparet istud secundum. Scri-
Deute. 25 ptum est enim in Deuteronomio, quòd propinquo renuente accipere vxorem defuncti, mulier
in faciem illius spuebat, eiusque calciamentum soluebat. Quod obseruabatur, dum mulier virum
Deute. 25 illum conueniebat coram iudicibus, & ille non acquieuit.

¶ Porro, dum propinquus illum conueniebat, nec annuit, tunc ipsemet suum soluit calciamen-
tum. Et ita erat in casu isto. ⌊Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calciamentum. Quod sta-
tim soluit de pede suo. At ille⌋ Videlicet Booz, ⌊maioribus natu & vniuerso populo: Testes, in-
quit, vos estis hodie, quòd possederim omnia quæ fuerunt Elimelech & Chilion & Mahalon,⌋
hoc est, quod nunc habeo ius possidendi hæreditaria bona, quæ aliquando pertinebant ad Elime-
lech & filios eius, ⌊tradente Noemi⌋ illa mihi ad emendum, & possidendum, siue ad redimen-
dum quæ vendita erant. ⌊Et Ruth Moabitidem in coniugem sumpserim⌋ id est, ad contrahen-
dum cum ea me modo astrinxerim, ⌊vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabu-
lum eius de familia sua ac fratribus & populo deleatur.⌋ Per prædicta enim nondum eam forma-
liter sumpsit in coniugem, quod & infra innuitur. ⌊Vos inquam huius rei testes estis. Respondit
omnis populus &c. Nos testes sumus. Faciat dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tu-
Gen. 29. 30 am⌋ hoc est statim intrabit, ⌊sicut Rachel & Lyam⌋ id est, benedicat ei sicut benedixit Racheli &
Lyæ quæ fuerūt principales vxores Iacob patriarchæ, imo & inter eas principalis quodammodo extitit Rachel, F
quam Iacob prius petijt, atque formaliter cum ea prius contraxit. Vnde & nunc primo exprimitur. ⌊Quæ ædificauerunt
domum Israel⌋ .i. populum Israeliticum genuerunt per hoc quod Rachel peperit duos patriarchas, & Lya sex, à qui-
bus exortæ sunt octo tribus in Israel. ⌊Vt sit exemplum virtutis in Ephrata⌋ .i. tam virtuosa quod
alijs in exemplum proponatur virtutum in vrbe hac, quæ primo appellata est Ephrata. ⌊Et habeat celebre
Prouer. 10 nomen in Bethleem⌋ .i. famam solennem, iuxta illud: Memoria iusti cum laudibus. Nomen autem impiorum
putrescet. ⌊Fiatque domus⌋ .i. posteritas, ⌊tua sicut domus Phares, quem peperit Thamar Iudæ.⌋
Talis (inquam) fiat tua posteritas ⌊de semine quod dederit tibi dominus de hac puella.⌋ Fuit enim Ruth ad-
huc iuuencula, quamuis non virgo. Omnia bona hæc imprecati sunt viri illi huic Booz, quia ipse multum beni
gne, iuste & humiliter habuit se accipiendo istam paupculam. Iuste quantum ad deum, ob cuius præceptum
hæc fecit. Benigne, quantum ad defunctum, cui semen suscitare proposuit. Humiliter, quantum ad coniugem
istam, qua fuit excellentior valde in multis. ¶ Denique imprecatio seu benedictio ista fuit copiose im-
pleta, quia in temporalibus ac spiritualibus benedixit dominus huic Ruth, fecitque eam exemplarem & famosam non solum in
Bethleem, sed & vbique terrarum, atque ex semine eius sicut ex semine Phares orta est regia tribus & tandem
rex regum dominus Iesus Christus. ⌊Tulit itaque Booz Ruth & accepit vxorem⌋ post præinducta, secundum formam
tunc solitam, & forsan per verba de præsenti. ⌊Ingressusque est ad eam, & dedit illi dominus vt conciperet.⌋ ex Booz
⌊& pareret filium⌋ quod recitatur hic pro beneficio magno, quia de stirpe illa nasciturus fuerat Christus, & forsan
supernaturaliter factum est, quod ex sene illo concepit, quæ ex marito adolescente antea nequit concipere. Hono
Ruth. 4 rificum quoque fuit alienæ & egenæ ex tanto viro prolem habere. ¶ Denique sicut Salmon licite sumpsit
Matth. 1 Raab ad iudaismum conuersam in coniugem, ita hanc Booz. ⌊Dixeruntque mulieres ad Noemi: Benedi
Alias suc-cessor ctus dominus qui non est passus⌋ .i. non permisit, ⌊vt deficeret * successio familiæ tuæ, & vocaretur nomen
eius in Israel.⌋ Hic supplendum est aliquid, vt sit sensus: Benedictus dominus qui non est passus,
vt defice-

A vt deficeret posteritatis tuæ legalis successio, sed econtrario fecit, vt vocaretur nomen eius in Israel.i.successio tua in memoria perseueret. Et filij tui posteritas recolatur, ⌊& habeas q consoletur animã tuã & enutriat senectutem⌋.i.infantulum istum ex nuru tua natum, in quo magnã cõsolationem habebis, tanquàm in filio filij tui. ⌊De nuru tua natus est qui te diliget,⌋ id est, infans iste cum ad ætatem adultam peruenerit, te amabit & tractabit vt propriam matrem seu auiam, si tam diu manseris viuens, ⌊& multo tibi melior est⌋ vnicus filius istæ, ⌊quàm si septẽ haberes filios⌋ hoc est, honorabilius tibi est secundum æstimationem humanam, aut etiã vere, vnum hoc modo habere filiũ de tanto viro, quàm septem habere filios ex tuo olim marito. Sicut & Helcana dixit ad Hannã: Nunquid non ego melior tibi sum, quàm si haberes decem filios. Et maxime verum fuit hoc verbum mulierum ad Noemi, inquãtum ex illo infante, Christus fuerat nasciturus. 1. Reg. 1.
⌊Susceptũq; Noemi, puerũ posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ officio fungebatur⌋ ex amore & gaudio. Iam enim & ipsa cœpit in domo Booz morari cũ nuru sua, à qua separari nequibat. ⌊Vicinæ autem mulieres congratulantes ei & dicentes: Natus est filius Noemi⌋.i. huic Noemi natus est filius iste per nurum suã, inquãtum iste filius deputatur filio Noemi, & tã charus ac consolatorius est ei, quasi ipsamet eum peperisset. ⌊Vocauerũtq; nomen eius Obeth⌋ de scitu & cõsensu Booz. ⌊Hic est pater Isai patris Dauid.⌋ Imposuerunt q; nomen puero in sua circũcisione. Porro Obeth interpretatur seruiens, ideo puerum sic vocabãt, quia dixerunt, q amplius deseruiret ipsi Noemi, quàm si septem filios proprios haberet. ⌊Hæ sunt generationes Phares, Phares genuit Esrom, Esrom genuit Ram, Ram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nahason, Nahason genuit Salmon, Salmon genuit Booz.⌋

B ¶Circa hoc oritur difficultas, quomodo Booz fuerit filius ipsius Salmon, qui sub Mose & Iosue fuit, & terram promissionis ingressus est, inter quem & tempus huius connubij fluxerunt pene trecenti anni. Ad quam difficultatem amouendam, aliqui dicunt fuisse tres Booz sibi in generationis linea succedentes, qui sub vno nomine comprehenduntur, quoniam idem nomen sortiti sunt. Veruntamen solutio ista non habet aliquod fundamẽtum ex scriptura canonica, imo vbicũq; in scripturis noui aut veteris testamẽti generatio ista describitur, de vno duntaxat Booz fit mentio, nec impossibile fuit, præsertim illis temporibus aliquem viuere annis trecentis, cũ & sanctus Iob post suam curationem vixerit annis centum quadraginta. Ad quem etiam Eliphaz dixit: Senes sunt inter nos multo vetustiores quàm patres tui. Imo secundum Chronicas tempore Caroli regis, fuit quidam nomine Iohannes, qui annis vixit quadringentis, propter quod Iohannes de tempore vocabatur. Mardochæus quoq; qui captus fuit & translatus fuit cũ Ioachim rege Iuda, & tempore Assueri regis adhuc erat robustus, probatur valde diu vixisse. De hoc & super Matthæum diffusius scripsi. ⌊Booz genuit Obeth, Obeth genuit *Iesse, Iesse genuit Dauid regem⌋ in quo vaticinium Iacob de regia dignitate tribui Iudę dandą cœpit impleri. Hinc quoque elicitur, æditum esse hunc librum tempore Dauid, aut postea, nec vltra Dauid, Genealogia ista protenditur aut descendit, cum omnibus constet Christum ex Dauid stirpe nasciturum fuisse, & iam genitum esse. Ideo demonstrato quòd Dauid ex Ruth Moabitæ descendit, satis innotuit Christum (iuxta Esaiæ oraculum) ex ea descensurum. Ad quod declarandum, liber iste specialiter est conscriptus.

Numer. 1. & 7. 10. 1. Para. 2. Job. 42. Job. 15. Hester. 2. *al. Isai. Gene. 49. Esa. 11.

C ¶De spiritali eiusdem capituli quarti, sensu. Art. VIII.

ASCENDIT ergo Booz ad portam. Per Booz (iuxta præhabita) intelligitur Christus, qui ascendit ad portã, quando de sacratissima virgine conceptus, ex eadem est natus. Deinde sedit in porta, quia vbiq; per discipulorum suorum prædicationem, post suã passionem & ascensionem se reprehensibilem prębuit, vnde de ipso sub nomine sapiẽtiæ scriptum est: Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, & in foribus portarum profert verba sua. Et alibi: Sapientia facile inuenitur ab his, qui quærunt illam, præoccupat eos qui se concupiscunt, qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit, assidentem enim illam foribus suis inueniet. Præterea, quia in portis iudices olim sedebant. Potest per portam intelligi locus quo Christus populum Iudæorum edocuit, & scribas pharisæos ac sacerdotes reprehẽdit ac iudicauit, sicut de eo per Malachiam fuit prædictum: Ipse quasi ignis conflans, & sedebit conflans & emũdans quasi argentum, & purgabit filios Leui. Cumq; vidisset propinquum prætetire, de quo prius sermo habitus est. Iuxta prætacta, per istum propinquũ intelligitur ordo seu vniuersitas prælatorum ecclesiæ, vicariorumq; Christi, quos omnes & singulos Christus diuino instinctu, & per inspirationes angelicas, per scripturas quoq; & prædicatores hortatur, vt accipiant Ruth Moabitem eis affinem & proximam.i.ecclesias sibi commissas & gregem dominicum tanq̃ charissimã sponsam spiritaliter diligãt, amplectãtur, custodiãt & fœcundent, quatenus fratrem eorũ defuncto, vtpote ipsi Christo pro salute oĩm crucifixo. Suscitẽt semẽ ex suis ecclesiis.i. multos in deo regenerẽt & conuertãt, virtuosaq; opera tanq̃ filios copiose producãt. Sed proh dolor iam multi prælati hæc adimplere despiciũt, qui relictis spiritalibus nuptijs ac diuinis affectibus, ad carnalia cõuertũtur, & instar propinqui ipsius Booz parati sunt emere agrũ Noemi.i.tpalia cõmoda seq & pro-

Luc. 1. 2. Matt. 28. Marci. 16. Prouer. 1. Sapię. 6. Matth. 6. 23. Iohã. 8. Malac. 3. 1. Cor. 15.

& propria lucra reponere, nolentes ipsam Ruth desponsare. i. pastoralis officij debitũ ouibus sibi D
Ezech. 34 creditis exhibere, de q̃bus p̃ Ezechielem dñs protestat̃: Væ pastoribus q̃ pascebant semetipsos.
Lac comedebatis & lana operiebamini, gregem aũt meũ non pascebatis. Sed sicut Booz accepit
Ruth, quam alius eo propinquior refutauit. Sic Chr̃us non relinquit ecclesiam nec deserit oues
suas. Emit quoq; agrũ, dum sanguinis sui p̃cio comparauit sibi genus humanũ, ac mundi prome-
ruit principatũ. Itẽ, ꝗ sicut propinquus ille dixit ad Booz: Cedo iuri propinquitatis, tu vtere meo
priuilegio: sic plane infideles & negligentes p̃lati ius suæ prælaturæ dimittunt, quantum ad execu
tionẽ salubrem, & Chr̃o suas committunt oues, non charitatiue, sed derisiue, re ipsa dicentes: Cu
stodiat eas q̃ custodit Israel. Ideo Chr̃s loquit̃ eis, singulisq; eorum: Tolle calciamentũ. i. p̃fidentię
tuæ tegumento te fatere indignum, & illo te priuo. ¶ Porro, hoc tegumentum est ipsa præside
Amos. 6 di potestas siue authoritas, qua tales se muniunt & facta sua excusant, voluntate pro ratione vten
tes, & quasi sibi licere putantes quicquid voluerint, illud Amos dicentes: Nunquid non in fortitu
dine nostra assumpsimus nobis cornua. In horum testimonium Chr̃us sibi assumit in testes decem
viros de maioribus natu, senioresq; Israel vniuersos. s. electos, sapientia præmaturos, atq; in virtu
tibus clariores, qui inclyte impleuerunt decalogum, qui omnes cupiunt ecclesiam fœcundari à
Chr̃o, sicut olim ab eo fœcundata est synagoga, quod & superplene impletum est. ¶ Postremo,
sicut Obeth nato, mulieres dixerunt ad Noemi: Benedictus dominus &c. Et rursus de nuru tua
natus est qui te diliget, & multo melior tibi est quàm si septem haberes filios, ita eccl̃ia ex Genti-
bus congregata & copiosissime fœcundata à saluatore. Gratias deo egerunt & congratulatę sunt
primitiuæ ecclesiæ ex Iudæis collectæ, fideles animæ, eo quòd eccl̃ia illa Gentilium ab ecclesia Iu-
dæorum cõuersa tam copiosissimũ atq; sanctissimũ protulit fructum, multis electis Iudæis p̃stantio E
rẽ. De qua gẽtilitatis fœcunditate vehementissime est gauisa primitiua illa synagoga fidelis, quæ
de suæ plebis excæcatiõe & sterilitate ineffabiliter mœsta fuit, ideo quicquid charitatis & pietatis
valebat, ecclesiæ ex Gentibus congregatæ exhibuit, imo simul cum ea facta est vna vniuersalis ec
Iohã. 10 clesia vnigeniti filij dei sponsa charissima, sicut ipse prædixit: Alias (inquiens) oues habeo, & illas
oportet me adducere, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Qui est dominus Iesus Christus cum pa-
tre æterno, & spiritu sancto paracleto, vnus super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

RVTH FINIS.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM PRIMVM SAMVELIS, QVEM

nos primum Regum dicimus Enarratio. In quo agitur de gubernatione populi Israel per iudices. De electione regis Saul. De regimine, gestis, & morte ipsius.

¶ Procœmium.

Gene. 17 REges ex te egredientur. Genesis. 17. Deus q̃ vniuersorum finem confide-
Iob 18 rat, cuncta quę condidit ad propriũ dirigit finem. Quemadmodum aũt
Sap. 16 inter creata huius inferioris sensibilis mundi, dignior est homo: sic sup- F
sapientissimus eius creator, excellentiori modo regit eundem, & eum à
mundi rexit exordio. ¶ Deniq; quo homo ad errorem & deuiationem
existit procliuior: ea copiosius ei prouidit de gubernatore. Nempe cum
omnis homo possit faciliter decipi & errare, non satis reputauit bonus,
& infallibilis, ac prouidentissimus deus regere hominem p̃ hominem,
sed angelica adiecit pręsidia, supernorum & infallibilium spirituum guber
natiuam directionẽ apposuit, non solum hoĩbus subditis q̃ regunt̃, sed
& eorum rectoribus, imo nõ tñ singulis hoĩbus angelos singulos deputauit custodesq; de infimo an
gelorum sunt choro, sed & singulis politijs singulos donauit custodes ac rectores angelicos, q̃ de ter
Eccl. 17 tio angelorum ordine esse credunt̃. Propter quod in Ecclesiastico fert̃: In vnaquaq; gente pręposuit
rectorem. Nec his contenta maiestas altissima, etiam p̃ seipsam curat, regit, instruit, & accendit, ac
p̃ficit hominem. Nec sic alijs eum commisit, vt immemor sit ipsius, & diuinam ac propriam gu-
Iob. 34 bernationem tollat ab eo, præsertim cum in libro Iob dicat̃: Quem cõstituit om̃ipotens aliũ sup
terram, aut quem posuit sup orbem, quem fabricatus est? Siqdem vt theologica edocet veritas.
Phil. 2 Solus deus intus iustificat, gr̃am infundendo, & eius infusione peccata tollendo. Ipse p̃ infusionẽ
virtutes largit̃, & sine actuali ipsius motione, nil possumus promereri, sed ipse operat̃ in nobis vel
le & p̃ficere pro sua bonitate. i. ex propria pietate. ¶ Insup finita prima mundi ætate, cum homi
nes post diluuiũ cœpissent densissimis idololatriarum infidelitatibus obtenebrari, ac grauibus vitijs
Psalm. 13 excæcari. Volens benignissimus deus humano generi tandem plenarie subuenire, mittẽdo à sum-
mo cœlo

A mo cœlo verbū suum æternū, vnigenitū filium in hunc mundū per incarnationis mysteriū, q̄ in assumpta natura inter hoīes videret, atq; cū eis conuersaret, ac de oībus ad verā salutem necessarijs prouideret eisdē. Hæc inquā volēs omniū dn̄s ac prouisor altissimus, præordinato sacere tē pore, de idololatrarū societate eduxit electissimū quendam virū Abrahā in patriarchā, ex cuius posteritate & semine, pater æternus vnigenitū suum statuit incarnandū. Propter quod virū illū, & eius posteritatem, varijs donis ac gratijs decorauit, & inter cætera ipsi promisit, q̄ reges ex ipso existerent nascituri, vt filius regis cœlestis, summi & omnipotētis, in terra quoq; ex regibus nasceretur, quos electo suo, fideliq; populo deus voluit p̄sidere. Itaq; de his regibus & eorū regiminibus ac populis, tractat liber nunc exponendus, propter q̄d liber Regū vocat. Sed qm̄ tota sancta scriptura tractat principaliter de deo gubernatore & saluatore, aptius dici potest, q̄ liber iste tractat de deo, vt principali rege & gubernatore, per reges Israel, Israeliticū populū gubernāte, quē populū post Moysen & Iosue per Iudices gubernauit vsq; ad Samuelem inclusiue, & vsq; ad Saul exclusiue, deinde à Saul vsq; ad Sedechiam seu Babylonicā captiuitatem per reges. Post reditū vero à Babylone, per sacerdotes & pontifices, vsq; ad Iohannem Hircanū, seu filiū eius Arestobolū, qui cū pontifex esset, etiam regiū suo capiti diadema imposuit. Præterea, qm̄ gubernationi ac p̄sidentiæ Iudicū, immediate successit gubernatiua præsidentia Regū, ideo in voluminis huius exordio, aliqua de iudicibus Israel conscribunt, puta de Eli & filijs eius, de Samuele q̄q;, filijsq; ipsius. Et ita introducitur modus per quē, imò & causa ob quā reges in populo dei præesse cœperūt. Postremo, quāuis hic liber totalis à catholicis in quatuor libros partiales diuidatur, ab Hebræis tamen solū in duos diuidit, quorū primū vocant Samuel, à suo authore, quia pro maiore

B parte à Samuele credit scriptus, qui liber continet primū & secundū libros Regū. Secundū nominant Malachim .i. regum à materia. Et sicut magister in historijs ait: Scriptus est liber iste chronice sub singulis regibus, qui cōpactus est in vnū à Hieremia, quod patet ex hoc, quia idem finis est huius libri & Hieremiæ.

Sapię.18 / 1.Iohan.3 / Baruch.3 / Gen.10.15 / Gene.17 / Iudicū / 1.Regū / Pet. Co. hi.li.1.Re. in prolo.

¶Hieronymi in librum Regum præfatio.

VIginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorū quoq; lingua & Chaldæorū testat, quæ Hebrææ magna ex parte cōfinis est. Nā & ipsi viginti duo elementa habēt eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiā Pentateuchū Moysi totidē literis scriptitant, figuris tantū & apicibus discrepantes. Certūq; est, Esdram scribā, legisq; doctorem, post captā Hierosolymā, & instaurationē templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nūc vtimur, cū ad illud vsq; tempus ijdem Samaritanorū & Hebræorū characteres fuerint. In libro quoq; Numerorū hæc eadē supputatio, sub Leuitarū ac sacerdotū censu mystice ostenditur. Et nomen dn̄i tetragrammaton in quibusdā Græcis voluminibus vsq; hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psalmi tricesimussextus & centesimusdecimus & centesimusundecimus & centesimusdecimusoctauus & centesimusquadragesimusquartus, quanq̄ diuerso scribant metro, tamen eiusdē numeri texunt alphabeto. Et Hieremiæ lamentationes & oratio eius, Salomonis quoq; in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait: Mulierem fortē quis inueniet, eisdē alphabetis vel incisionibus supputant. Porro quinq; literæ du-

C plices apud Hebræos sunt, caph, mem, nun, phe, sade, Aliter em̄ scribunt per has, principia, medietatesq; verborū, aliter fines. Vnde & quinq; à plerisq; libri duplices æstimant, Samuel, Malachim, Dibrehaiomim, Esdras, Hieremias, cū Cinoth .i. lamētationibus suis. Quomodo igit viginti duo elementa sunt, p quæ scribimus hebraice omne q̄d loquimur, & eorū initijs vox humana cōprehendit, ita viginti duo volumina supputant, quibus quasi literis & exordijs, in dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti erudit infantia. Primus apud eos liber vocat Breschith, quē nos Genesim dicimus. Secūdus Ellesmoth, qui Exodus appellat. Tertius Vaijkra .i. Leuiticus. Quartus Vaiedabber, quē Numeri vocamus. Quintus Ellehadborim, qui Deuteronomiū prænotatur. Hi sunt quinq; libri Moysi, quos proprie Thora .i. legem appellāt. Secundū prophetarum ordinem faciunt, & incipiūt ab Iesu filio Naue, qui apud illos Iosue ben Nun dicit. Deinde subtexunt Sophtim .i. Iudicū librū, & in eundē compingūt Ruth, quia in diebus Iudicū facta eius narrat historia. Tertius sequit, Samuel, quē nos regnorū primū & secundū dicimus. Quartus Malachim .i. Regū, qui tertio & quarto regnorū volumine continet. Meliusq; multo est Malachim .i. Regum, q̄ Malachot .i. regnorū dicere. Non em̄ multarū gentiū regna describit, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continet. Quintus est Esaias. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus liber duodecim prophetarū, qui apud illos vocat There aser. Tertius ordo hagiographa possidet, Et primus liber incipit ab Iob, Secundus à Dauid, quē quinq; incisionib⁹ & vno psalmorū volumine cōprehendūt. Tertius est Salomon, tres libros habēs, Prouerbia quæ illi parabolas .i. misle appellāt, Quartus Ecclesiasten .i. Coeleth. Quintus est Canticū Canticorū

N quem

quem titulo Sir à Sirim appellant. Sextus est Daniel. Septimus Dibre haiomim.i.verba dierum, D
quod significantius χρονικὸν totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Para
lipomenon primus atq; secundus inscribitur. Octauus Esdras, qui & ipse similiter apud Græcos
& Latinos in duos libros diuisus est. Nonus Hester. Atq; ita fiunt pariter veteris legis libri vigin
tiduo.i. Moysi quinq;, & propheta⸗ octo, hagiographo⸗ quanq̃ nonnulli Ruth & Cinoth in-
ter hagiographa scriptitēt, & hos libros in suo putēt numero supputādos, ac per hoc esse priscæ
legis libros vigintiquatuor, quos sub numero vigintiquatuor senio⸗, Apocalypsis Iohānis in-
ducit, adorantes agnū, & coronas suas prostratis vultibus offerētes, stantibus corā quatuor ani-
malibus oculatis ante & retro.i.in pteritū & in futu⸗ respicientibus, & indefessa voce clamanti-
bus: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic
prologus scriptura⸗ quasi galeatū principiū, oībus libris quos de Hebræo vertimus in latinū, cō
uenire potest, vt scire valeamus quicqd extra hos est, inter apocripha esse ponendū. Igit sapien
tia, q̃ vulgo Salomonis inscribit, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor non sunt
in canone, Machabæo⸗ primū librū Hebraicū repperi, secūdus Græcus est, quod ex ipsa quoq;
phrasi probari potest. Quæ cū ita se habeant, obsecro te lector, ne laborē meū reprehensionē exi
stimes antiquo⸗, in tēplo dei offert vnusquisq; qd potest, Alij au⸗, argentū & lapides ptiosos:
alij byssum & purpurā & coccū offerūt & hyacinthū. Nobiscū bene agit, si obtulerimus pelles &
capra⸗ pilos, Et tamen Apostolus cōtemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & to
ta illa tabernaculi pulchritudo & p singulas spēs ecclesiæ psentis, futuræq; distinctio, pellibus te
gitur & cilicijs, ardoremq; solis & iniuriā imbriū, ea q̃ viliora sunt prohibēt. Lege ergo primum
Samuel & Malachim meū. Meū, inquā, meū. Quicqd eñ crebrius vertendo & emēdando solli-
citus & didicimus & tenemus, nostrū est. Et cū intellexeris qd antea nesciebas, vel interpretē me
existimato, si gratus es, vel paraphrasten, si ingratus. Quanq̃ mihi omnino cōscius nō sim mutasse E
me quippiam de hebraica veritate. Certe si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & cō
fer cū his opusculis quæ nuper emendauimus, & vbicunq; discrepare inter se videris, interroga
quemlibet Hebræo⸗, cui magis ac magis cōmodare debeas fidē, & si nostra firmauerit, puto q
eum non existimes coniectorem, vt in eodē loco mecū similiter diuinauerit. Sed & vos famulas
Christi rogo quæ dñi discumbentis ptiosissima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaq̃ saluato
rem quæritis in sepulchro, qbus iam ad patrē Chrūs ascendit, vt cōtra latrātes canes q aduersum
me rabido ore deseuiunt, & circumeunt ciuitatē, atq; in eo se doctos arbitrant, si alijs detrahant,
Psalm. 38 orationū vestra⸗ clypeos opponatis. Ego sciens humilitatē meā, illius semper sententiæ recor-
dabor. Dixi custodiam vias meas, vt nō delinquā in lingua mea. Posui ori meo custodiā, cū con-
sisteret aduersum me peccator. Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis.

EXPOSITIO LITERALIS CAP. I. Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim. Arti. .I.

LOquuturus author libri huius de Samuele, & cur ac qualiter successit
ipsi Eli in iudicatu seu iudiciaria dignitate, incœpit à patre Samuelis.
[Fuit vir vnus de Ramathaim].i.vrbe sic nūcupata, q̃ fuit vrbs [So
phim].i.excelso⸗ seu speculationū, qa fuit vrbs sita in loco sublimi,
& ita de ea vndiq; longe ac late poterat qs videre. Vel dicitur vrbs ex F
celso⸗ & speculationū, quia (vt fertur) viri studiosi & speculatiui mo-
rabantur in ea. Itaq; Ramathaim hoc loco est dictio vna & nomen ci
Matt. 27 uitatis, quæ in Matthæo vocat Arimathia, atq; à Iosepho Ramatha
Iose. lib. 6 an. tu. ca. 15 vocatur. Ramah nanq; interpretat excelsum, [de monte Ephraim.]
Mons Ephraim, interdū accipit pro monte magno, seu loco monto-
so in tribu Ephraim sito. Aliquādo vero accipit pro terra seu prouincia circuniacente. Vnde ter
3. Regū. 4 tio lib. Reg. habet, q Benhur fuit pfectus Salomonis in monte Ephraim.i.in vna parte seu regio
ne totius Israelitici regni, & ita secundū quosdā nūc sumit, [& nomē eius Elcana,] qd nomē cō
gruit ei, Nā Elcana interpretat possessio dei. Et vir iste fuit deo intentus, & eius possessio, quia per
Esa. 43 electionē & grām ad deū pertinuit, qui p Esaiā protestat: Omnē qui inuocat nomē meū, in glo-
riam meā creaui eū, [filius Ierohā filij Heliu, filij Thohu, filij Zuph, Ephratæus.] Dicūt quidā q
nuncupatus sit Ephratæus, qa in monte Ephraim habitauit. Alij scribūt q dicit Ephratæus, qa
Genes. 48 ex parte matris natus fuit de Bethlehē ex tribu Iuda, q̃ Bethlehē alio noīe Ephrata dicit, qd alij
reprobāt, qm iuxta morē scripturæ, filij nō à matribus, sed à patribus cognominant. Quo circa
dicendū videt, q etiā in scripturis filij sæpe à matribus cognominant, secundū qd in lib. Iudicū le
Iudic. 11. gif, q Iephthe fuit filius mulieris meretricis. In eodē libro, viri Sychem de Abimelech dixisse legū
Iudic. 9 tur, Frater noster est, videlicet ex parte matris suæ, vt patet ibi ex textu, imò infra patebit, q Ioab
2. Regū. 2 & frēs eius cōmuniter nominant filij Saruiæ, q̃ fuit mater eo⸗, & raro vel nunq̃ vocant filij pa-
tris eo⸗. Deniq; p hoc qd ante iam dictū est, ipsum Elcana fuisse de monte Ephraim, satis insi-
nuatum

A nuatum videtur ꝙ Ephrataeus extiterit, secundū ꝙ Ephrataeus dicit̄ à monte Ephraim. Idcirco ꝙ postea dicit̄ Ephrataeus, ideo factū apparet, ne etiā ex parte matris putaret̄ fuisse de monte illo. Et vt sciret̄ ex parte matris suae fuisse de tribu Iuda & oppido Bethlehē. Vnde & infra frequenter describunt̄ matres filioꝝ Iuda, & loca seu oppida matrū. Ideo cū magistro in historijs reor tenē- *Pet. Co bli li. 1. Re. cap. 1.*
dum, ꝙ dicit̄ Ephrataeus. i. Bethlehemita. Quod aūt non fuerit de tribu Ephraim, oēs fatent̄, dicentes, ꝙ fuit Leuites descendēs à Leui ꝑ Chahath & Isuar ac Chore, Sicq; ex parte patris fuit Chorita, nec fuit de stirpe Aaron, qm̄ Aarō fuit filius Amram, Amram vero frater Isuar, de quo descendit Chore, vt primo libro Paralip. narrat̄. Et habuit duas vxores, nomē vni Anna & nomen secūdae Phenenna, nō ex libidine, sed quia (vt dicit̄) prima eius vxor fuit Anna, q̃ erat pulchra ac sterilis, ideo sterilitatē eius expertus, aliā superaccepit. Fuerūtq; Phenennae filij. i. Phenenna filios habuit ex Elcana, atq; (vt dicūt Hebraei) decē habuit filios. Annae aūt nō erant liberi. i. nullā habuit prolē. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua Ramathaim, statutis diebus. i. tēporibus seu festis in lege expressis & ordinatis ad hoc, ꝙ in eis viri pergerēt ad vrbem, in qua erat templū seu tabernaculum dei, hoc est in solennitate paschali, pentecostes & scenophegiae seu tabernaculorum. Vel potius iam tempestiue ante haec festa, ꝙ in ipsis erat in vrbe cultus diuini. *Exo. 4 1. Para. 6*
Hinc subditur, Vt adoraret & sacrificaret domino exercituū in Silo. i. in tabernaculo quod tunc erat in oppido noīe Silo. De isto legis praecepto. s. ter eundi ad domū dei in anno, habet̄ in libro Exodi: Ter in anno apparebit omne masculinū tuum coram dño. In Leuitico quoq;. Porro cum habitantibus remote à tabernaculo, frequenter dispensabat̄, ita ꝙ non nisi in pascha illuc pergere tenebant̄. Vnde quibusdam probabilius esse videtur, ꝙ vir iste non ascendit nisi in pascha, quoniam paulo post dicit̄. Sicq; faciebat per singulos annos cum redeunte tempore ascenderent in domū domini, & sic prouocabat eam. Sed hoc ex verbis illis non sequitur, imò magis apparet ex textu, ꝙ ter ascendit in anno, quia iam dictū est: Ascendit vir ille statutis diebus. Prae- *Exodi. 23 Leuit. 23 Iosue. 1.*
B terea Iosue transtulit arcam in Silo, & ciuitas illa ad tribum Ephraim pertinebat, vt in lib. Iosue *Iosue. 16*
legitur. Elcana aūt morabatur in monte Ephraim, & ita non multū remote à Silo. Erant autē ibi, puta in Silo & in tabernaculo domini, duo filij Eli, videlicet Ophni & Phinehes sacerdotes domini, sub patre suo qui pōtifex fuit & iudex. Venit ergo dies opportuna, & immolauit Elcana, quāuis Leuites extiterit, tamen nō licuit ei sacrificare, nisi ꝑ manus sacerdotis. Deditq; Phenennae vxori suae & cunctis filijs eius & filiabus partes. i. vnicuiq; illoꝝ aliquam partē de carnibus hostiae immolatae. Obtulerat eñ hostiā pacificā, cuius adeps incendebat̄ super altare. Pectusculū vero armusq; dexter erāt sacerdotis sacrificantis, residuū extitit offerētis, & de illo diuidebāt offerentes his q secum ascenderant, ꝑsertim domesticis suis. De hoc in Leuitico & alibi plenius scriptū est. Annae aūt dedit vnā partē carnis oblatae, tristis, ꝙ ei plus dare nō potuit, vtpote, quoniam prolem non habuit, quia Annam diligebat, ideo de eius sterilitate, afflictione, opprobrio amplius tristabatur. Nec dubium quin & Phenennam dilexit. Sed ꝑ istū modum loquēdi innuitur, ꝙ Annam magis dilexit, non solū coniugali, sed & spiritali amore, nec ideo tantum, quoniam Anna pulchrior fuit, sed & ideo maxime, quia erat tam virtuosa. In Hebraeo habetur, Dedit Annae missionem vnam duplicem. i. vnū ferculum quod in mensa mittitur, seu partem vnā duas partes valentem. Seu (vt alij dicunt, & redit in idem) in Hebraeo habetur, Dedit Annae vnā partem pulchram, vel duplicem, quia Annam diligebat, ideo eam honorauit, liberaliter ei praestando portionē tam elegantem. Dominus aūt concluserat vuluam eius. i. foecunditatem ei nō praestitit, & erat ex naturali causa sterilis, vt apparet. Vel dominus pia dis- *Leuit. 3*
C pensatione abstulit ei foecunditatem ad tempus, vt interim sua oratione & patientia mereretur suo tpe felicius foecundari. Affligebat quoq; eam aemula eius. i. inimica seu inuida, puta Phenenna. Raro quippe concordāt vxores eiusdem mariti, ꝑsertim dum maritus plus diligit vnam q̃ aliam, & vehementer angebat. i. ad magnam induxit angustiam, cum tamen afflicto non sit addenda afflictio, & de his quae insunt à natura, non mereamur laudari aut vituperari, in tantū, vt ei exprobraret. i. improperaret, quod dominus conclusisset vuluam eius, sicq; Phenenna de beneficijs suae foecunditatis intumuit atq; inaniter gloriabatur, & deo fuit ingrata & iustam personā iniuste fecit moerere. Propter quod collatis beneficijs meruit mox priuari. Porro illa flebat, non ex impatientia, malitia, aut inordinato moerore, sed desiderio prolis ad dei obsequium educandae, & quoniam moderate contristabatur, quod marito suo fructum connubij proferre nequiuit, & non* sumebat cibum, vt moris est alijs, scilicet cum iucunditate & consueta mēsura, & quod parum est, reputatur pro nihilo, iuxta quod in libro Iob legitur: Nudos, i. parū vestitos, spoliasti vestibus. Vel non sumebat cibum. i. partem ei à viro suo collatā tunc non comedit. Hoïes eñ in magna tristitia positi, minus afficiunt̄ ad cibū. Et sancta foemina ista potius desiderauit cōpunctioni & oratiōi q̃ comestioni insistere. Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna, cur fles? & quare nō comedis? & quāobrem affligitur cor tuū? Bonus maritus condoluit cōthorali, cuius virtutes cognouit. Ideo cōsolabat̄ eam pro posse, quasi dicat, Nō decet te taliter cōtristari. Nunquid nō ego melior sum tibi q̃ decē filij? quod iuxta Hebraeos intelligit̄ sic, Ego **alo, capiebat Iob. 22*

meliot tibi sum propter dilectionē, fidelitatē & consolationē meam ad te, q̄ decē filij Phenēnæ D
Gene.2 sint ei. Sed melius videt à catholicis sic exponi, Ego melior tibi sum, & magis gaudere debes de
Matt.19 me, q̄ si filios decē haberes. Maritus nāq; & vxor sunt vna caro, & vir coniugis suæ solatiū est. Ve
runtamen huic expositioni quidā sic obijcit, Quia etsi Anna haberet decē filios, nō propter hoc
excluderet aut minueret amor Elcanæ ad ipsam, sed potius includeret & augeret. q̄ reprobatio
nō concludit, qm̄ etsi amor viri nō fuisset per hoc exclusus aut minutus à coniuge sua, attamen a-
mor ille propter annexam sterilitatē non produxit delectationē, quā produxisset si fœcunditas
fuisset adiuncta. Imo quo Anna plus suū amauit maritum, eo plus tristabatur, ꝙ ei nō peperit fru
ctum. ⌊Surrexit aūt Anna⌋ à mensa, ⌊postq̄ comederat & biberat in Silo,⌋ quo cōstat ꝙ ad ma
riti sui consolationē & exhortationē parum quid sumpsit de cibo & potu. Surrexit aūt vt iret ad
fores tabernaculi ad orandū. ⌊Et Eli sedente super sellā⌋ .i. sedē decentem ⌊ante postes domus
dei,⌋ quatenus à quærentibus cōsilium faciliter inueniret. ⌊Cū esset Anna amaro animo⌋ .i. in
magna tristitia cōstituta ob causas p̄tactas, sicq; amaritudo nō sumit hic vt est vitiū, sed pro ama
ritudine laudabili cōpunctionis aut contritionis siue mœroris, qa fortassis ob sua peccata puta-
Esa.38 uit se fructu vteri eē priuatā. De hac amaritudine loquit Ezechias: Ecce in pace amaritudo mea
Pro.14 amarissima. De quo & in prouerbijs fert: Cor q̄d nouit amaritudinē aīæ suæ, in gaudio eius non
miscebit alienus, ⌊orauit ad dn̄m flens largiter⌋ .i. copiose ex abundātia suæ deuotionis, ideo o-
ratio eius fuit potēs & exaudibilis valde, ⌊& vouit votū, dicēs: Dn̄e exercituū si respiciēs videris
afflictionē famulæ tuæ⌋ .i. pietatis tuæ aspectu alleuiaueris cordis mei mœrorem, misericorditer
succurrēdo; ⌊& recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ⌋ .i. p̄ piā exauditionē ostēderis te
esse memorē mei, ⌊dederisq; seruæ tuæ sexū virilē⌋ .i. filiū masculū, ⌊dabo eū dn̄o oībus diebus
vitæ ei⌋ .i. offerā eū tibi, vt p̄ totū tēpus vitæ suæ cōsecratus sit tibi, ⌊& nouacula nō ascendet sup E
caput eius⌋ .i. Nazaræus erit, & iuxta ritum Nazaræorū pili capitis sui nunq̄ abradent, prout in
Numer.6 Num. de Nazaræis p̄cipitur. Aliqui aūt erant Nazaræi dei .i. deo cōsecrati ad tempus, sicut ibidē
Ibidem. habet, quidā perpetuo, sicut & Sampson, vt in Iudicū lib. legit. De literalibus vero & spiritalib⁹
Iudicū 13 causis rituum seu iussionū ad Nazaræos spectantiū, in p̄tacto Numerorū libro & alibi dictū est.
Numer.6 Deniq; oratio ista Annæ sicut & ceteræ preces in qbus idē sensus sub alijs verbis frequēter repe-
titur, fuit seruēs omnino & efficax, qualibus orationibus vtit sæpe Psalmista, sicut dū ait: Exaudi
Psalm.54 deus orationē meā, & ne despexeris deprecationē meam, intende mihi & exaudi me. ⌊Factum
est aūt cū illa multiplicaret p̄ces⌋ .i. orationē suā diu protraheret ⌊corā dn̄o,⌋ in quo patet ora
Matth.6 tionis eius instātia. Nec obest q̄d ait saluator: Orantes nolite multū loqui, quia hoc intelligitur de
inutili & superflua verborū multiplicatione, nō de diuturna orationis protractione, cū scriptū sit
Luce.6 apud Lucā: Erat Iesus pernoctans in oratione dei, qui & passione instāte orauit prolixius, ⌊vt
Luc.22 Eli obseruaret os eius⌋ .i. cōsideraret an aliquid loqueret. ⌊Porro Anna loquebat in corde suo⌋
.i. cū intima attentione intra se protulit verba suæ affectionis, ⌊tantūq; labia illius mouebantur⌋
Per motū labiorū non excludit motus mentis ac dentiū, quorū motiō motū consequit labiorum.
Sed tantū labia eius mota dicunt, ad insinuandū ꝙ orauit tam silenter seu basse, ꝙ verba eius au-
diri nō poterant. Ideo subdit, ⌊& vox eius penitus nō audiebat,⌋ protulit tamē verba in ore, sed
circa interiora ita erat attenta, ꝙ instrumenta vocalia à vocis exterioris formatione sonora re-
mittebant, & forsitan tam quiete orauit etiam, ideo ne verborū suorū strepitu alium quempiam
à suæ orationis aduertentia impediret. ⌊Aestimauit ergo eā Eli temulentā⌋ .i. ebriam vino, ⌊di
xitq; ei: Vsquequo ebria eris?⌋ Pertinuit quippe ad p̄sulem ac iudicē populi, ex suo officio corri- F
pere reos. ⌊Digere paulisper vinū quo mades⌋ .i. vade & dormi ad tempus, vt quiescendo dige
stio potus fiat in te, nec humores os tuum sic impleant. ⌊Respōdens Anna: Nequaq̄ (inquit) do-
mine mi⌋ ebria sum, nec digestione vini indigeo. ⌊Nam mulier infelix nimis ego sum⌋ .i. valde
misera, loquēdo de miserijs pœnæ, non culpæ, saltem mortalis, hoc est, aduersitatibus sum reple-
ta ex sterilitate, dolore, opprobrio, & insultationibus, ac derisiōibus æmulæ meæ Phenēnæ, ideo
non delectat me vinū potare. Vnde subiungit, ⌊Vinū & omne q̄d inebriare potest, non bibi,⌋
hoc die & alias nō nisi raro ac sobrie, ⌊sed effudi animam meam in conspectu dn̄i⌋ .i. cordis mei
Psal.61 affectus obtuli deo, iuxta illud: Effundite corā illo corda vestra. ⌊Ne reputes ancillā tuā quasi vnā
de filiabus Belial⌋ .i. noli me cōputare in numero mulierū gulosarū atq; rebelliū, quæ sine iugo le
gis, & absq; freno disciplinæ conuersant & peccant, ⌊quia ex multitudine doloris & mœroris
mei loquuta sum vsq; in p̄sens⌋ .i. huc vsq; oraui, seu alia quæq; loquuta sum ex vehementi dolo-
re de mea p̄senti sterilitate & mœrore persequutionis quam diu sustinui. Dolor equidem pro-
prie est de malo præsenti, mœror seu tristitia de malo præterito. ⌊Tunc Eli⌋ compatiens mulie
ri deuotæ in tantis afflictionibus constitutæ, ⌊ait ei: Vade in pace⌋ .i. tranquillitatem pectoris &
quietem forinsecus ab infestantibus habe peregendo, ⌊& deus Israel det tibi petitionem tuā, quā
rogasti eum.⌋ Hebraica veritas habet, dabit tibi. Hoc etenim dixit Eli ex confidentia bona, quo-
niam vidit Annam tam ardenter & instanter orasse. Et quoniam sciuit deum specialiter pronum
Psalm.90 exaudire constitutos in graui afflictione & aduersitate, quemadmodum ait Psalmista: Cum ipso
sum

A sum in tribulatione. Et forsan ex repentino instinctu spūs sancti dixit hoc Eli pro mulieris cōsolatione. Prælati quippe diuersimode tanguntur à spū sancto ad loquendū atq; agendum propter subditorū salutem aut vtilitatē. Nam & Anna verbū illud quasi ex ore dei prolatū accepit & credidit sic futurū. Ipse nempe omnipotēs deus fecit verbū illud sic sonare in auribus corporis eius ac cordis, i. eā mouit ad accipiendū taliter verbum prolatum. At illa dixit: Vtinā inueniat ancilla tua grām in oculis tuis, i. cupio vt digneris mihi esse gratiosus, & orans pro me. & abijt mulier in viam suā, redeundo à loco orationis ad suum maritum, & comedit, vultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati, id est, apparatus seu dispositio faciei eius, mãsit de cætero vniformis & bene se habens, eo q cor eius fuerat tranquillatū, ac firmiter cōsolatum ex certa spe suæ exauditionis. Ex varia etenī dispositione cordis, facies, & præcipue oculi, diuersimode disponunt & alterant ac colorant, iuxta q̄d ait scriptura: Cor hominis immutat faciē eius, siue in bonū siue in malū. Hinc in Ecclesiastico legitur: Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Quidā tamen callidi & versuti norūt interiorē suā malitiā, ficta vultus dispositiōe abscōdere. Porro virtuosorū est, motus passionum reprimere & frenare, imo & anticipare, ne in vultu aut visu appareant. Perfectorū verò ac sapientum est, in vniformi cordis ac vultus dispositone persistere. Quemadmodum de beatissimo fertur Martino, q nemo vnq̄ vidit eum iratū, tristem, ridētem, turbatū, aut dissolutū, imò semper quasi angelicum præferebat in facie apparatū. Quidā hæc verba exponens, Passiones, inquit, iræ & tristitiæ quæ mutant faciem in diuersos colores, recesserunt ab Anna ex cōsolatione exteriori verborū Eli, & ex interiori cōsolatiōe gratiæ dei. Circa q̄d dicēdū

B videt, q virtuosa hæc mulier, etiā ante horū auditū verborū, nō subiacuit passiōibus iræ atq; tristitiæ, imo multū mitis & patiens erat, qa nec æmulæ suæ dura rñdit aut restitit, nec viro suo contra illā cōquesta videt. Porro Petrus Comestor hæc cōpendiose exponēs, Mulier (ait) ex promissione sacerdotali abijt secura, vultusq; illius nō sunt amplius in diuersa mutati, i. animus eius non est deinceps distractus in varietates dubitationis. Et surrexerūt mane, Elcana, eiusq; comitiua, & adorauerūt corā dño in atrio tabernaculi, reuersiq; sunt & venerūt in domū suā in Ramatha vrbē suā, q̄ ante vocat Ramathaim. Cognouit aūt Elcana vxorē suā, Annā, post reditū. Siquidē eundo ad templū seu tabernaculū dei, existēdoq; in vrbe cultus diuini, tpe festi, & redeundo cōtinuerūt viri ac fœminæ vsq; ad reuersionē in propria. Vnde & postea iuerūt viri ac fœminæ separatim, & recordatus est eius dñs, i. supernaturalr dedit ei virtutē cōcipiendi. Et factū est post circulū dierū, cōcepit Anna videlicet euolutis diebus suæ reditionis, cū cognosceret à suo marito. Vel dr post circulū dierū cōcepisse, q̄tū ad aīationē fœtus in vtero, q̄ facta est materia ad hoc satis parata & organizata, ad q̄d numerus certus dierū requirit, & peperit filiū, vocauitq; nomē eius Samuel, q̄d interpretat postulatio dei, seu postulatus à deo, ideo ratio noīatiōis huius subiungit, eo q à dño postulasset eū, i. deū orasset pro puero isto sibi supernaturalr dando. Ascendit aūt vir eius Elcana & oīs domus eius, i. domestici, s. Phenēna cū sobole sua vt immolaret hostiā solennē dño, pro grarū actione, votū suū, i. sacrificium q̄d deo promisit, si puerū sibi cōcederet, seu oblationē votiuā siue spontaneā, de qbus hostijs dr in Leuit. Et Anna nō ascendit illa vice cū viro suo ad domū dei in Silo. Dixit eīm viro suo, Nō vadā, donec ablactet infans & ducā eū ad tabernaculū dñi, & appareat ante conspectū dñi, q in tabernaculo specialr habitare asserebat, & maneat ibi iugiter, i. omni tpe opportuno. Erait Elcana vir

C suus: Fac q̄d bonū tibi videt, & mane donec ablactes eū, precorq; vt impleat dñs verbū suū. Quo intelligenda sunt ista: Nōne Anna tenebat in die purificationis suæ puerū suū cū oblationibus præsentare & offerre in domo dei, iuxta q̄d dñs iusserat. Insup q̄uo licuit deuotissimæ Annæ abstinere à visitatione tabernaculi dñi, vsq; ad Samuelis ablactationē, cū cæteræ vxores cū suis maritis ad minus in pascha accederent domū dei, sicut iam dictū est de Phenenna coniuge Elcanæ. Amplius incōueniens fuisse videt, vt Samuel bimus, i. duorū annorū existens, fit oblatus ad manendū iugiter in tabernaculo ad seruiendū ibidē. Pueri equidē circa finē secūdi anni solent amoueri à lacte. Ad primū horū respondendū videt, q vtiq; secundū cōmunē legē fieri debuit, prout in præallegato libro Leuitici de purificandis puerperis continet. Sed qm̄ Samuel erat dño sic promissus & deputatus, q in eius cultu iugiter permaneret, apparet q mater eius ex inspiratione & dispensatione diuina infantulū domi tenuerit, quousq; ablactaret. Ex eadē quoq; ratione poterat interim à visitatione tabernaculi abstinere. Ad tertiū magister in historijs ait: Quidā dicunt tres esse ablactationes. Primā, à lacte mamillæ, quæ fit tertio anno. Secundā, à lacte infantiæ, quæ fit septimo anno. Tertiā, à lacte pueritiæ, quæ fit duodecimo, sicq; remouet puer, prima ablactatione à lacte nutricis, ab ipsa nutrice. Secunda ablactatione amouet a pædagogo. Tertia à tutore. Dicunt ergo quidā puerū Samuelem adductū ad domū dei post secundā ablactationē vt literis imbueret. Vnde in sequentibus legit, q per singulos annos mittebat ei mater sua tunicā paruā. Alij dicunt eum adductū post tertiā ablactationē, quasi iam idoneum ad ministrādum, qa mox subditur sequenti cap. Puer aūt erat minister in conspectu dñi. Hæc in historijs. Alij vero dicūt, Duplex est ablactatio, vna est abstractio à lacte vberū, quæ fit circa principiū tertij anni, vel circiter.

Eccli.13. Eccle.19.

Pet. Co. histo.li.1.Re. cap.2.

Leuit.7.

Leuit.12.

Pet. Co. histo.lib.1. Regū.ca.3.

Alia est ablactatio, quādo puer abstrahitur à lacte pueritiæ, dum. s. incipit vti cōmunibus cibis, D
q̄d fit circa decimū annū, de q̄ ablactatione loquit̄ iam scriptura, q̄m ante decimū annū aut circiter
pueri nō sunt apti ad faciendū aliquod officiū in templo dñi, sed extunc possunt aliqua parua offi
cia exercere, sicut accēdere lampades, & paulatim assuefieri ad maiora. Veruntamē his obuiare
videt̄, q̄d paulo post in textu euidēter subiungit̄. Mansit ergo mulier & lactauit filiū suū donec
amoueret eū à lacte, q̄d manifeste intelligendū videt̄ de ablactatione à lacte mamillæ, q̄d ipsa-
met Anna p̄buit filio suo. Deinde addit scriptura. Et adduxit eū secū, postq̄ ablactauerat. De
niq; in historia de natiuitate virginis gloriosæ habet̄, q̄ parentes ipsius eā, completo per trienniū
ablactationis tēpore, ad templū cū oblationibus adduxerūt, & in illa ætate dicit eam Epiphani⁹
p quindecim gradus templi ascēdisse tā expedite ac si fuisset ætatis perfectæ. Tunc quoq; parētes
eius dimiserunt eā ibi cum virginibus aliis. Hæc aūt historia in aurea legenda ascribit̄ sancto Hie
ronymo, quamuis recitatiue magis q̄ assertiue forsitan referat eā, & quantum ad aliqua dicat̄ apo
cripha. Itaq; iuxta textum videt̄ dicendum, q̄ statim post ablactationem à lacte materno fit Sa-
muel oblatus & relictus in tabernaculo, & ibi p tempus nutritus, deinde imbutus, sicq; adhuc pu
erulus exorsus sit ministrare. Nā & infra habetur: Puer autem erat adhuc infantulus, quod de co
iā ibi adducto asserit̄. Puer autem decem, duodecimve annorum non videtur apte infantulus dici.
Est item probabile, q̄ in tantæ electionis puero tā supernaturaliter dato fuit ab infantiæ annis ali
quid ingeniositatis, capacitatis & agilitatis supra vires naturæ, ita q̄ in quinto aut sexto anno po E
terat aliqua parua exercere obsequia. ¶ Præterea super id quod dictum est, Maneat ibi iugiter,
scribit Lyra, In Hebræo habetur, vsq; in seculū. i. vsq; ad quinquagesimū annum, quia vltra non
Numer. 4 debebant Leuitæ seruire in templo, vt habetur in Numeris. Vnde & infra legitur, quod Samuel
1. Regū. 7. factus iudex populi, ibat per singulos annos circumiens Bethel & Galgal & Maspha & iudica-
bat Israel in supradictis locis. Hæc Lyræ verba videntur sonare, ac si Samuel mansisset in taber-
naculo domini vsq; ad quinquagesimum annum, quod non est putandū, imo adhuc valde iuue-
nis factus est iudex populi & propheta, & ibat de vrbe in vrbem atq; ad bellum, prout suum re-
quirebat officium. Cū etenim deo ordinante factus est iudex populi ex dispensatione diuina, per-
Ibidem. rexit à tabernaculo ad loca & oppida opportuna, & reuertebatur in Ramatha, vbi & domus ip-
sius erat, iudicauitq; populum ibi, vt infra fertur. Insuper quamuis Leuitæ vltra quinquagesimū
annum non debebant seruire in templo, faciendo opera laboriosa, siue maiora, vt habetur in li-
Numer. 4 bro Numerorum. Attamen post quinquagesimum manserunt ministri templi vt ante, faciendo
Num. 8 tamen obsequia alia, iuxta illud Numerorum: Cumq; quinquagesimum annum ætatis impleue-
rint, seruire cessabunt, eruntq; ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant
quæ sibi fuerint commendata, opera autem ipsa non facient. Ex quibus ostenditur quod Samuel
post quinquagesimum annum non fuit licentiatus à tabernaculo dei recedere, ex hoc quod Le-
uitæ non ministrabant in templo modo præfato vltra quinquagesimum annum. Et dixit Elca-
na: Precor vt impleat dominus verbum suum. Quid necesse fuit hoc precari, quasi verus & san-
ctus deus possit suum verbum non implere? Et respondendum, quod verba diuinæ promissio-
nis intelligenda sunt sæpe sub implicita conditione, videlicet nisi homines suis excessibus mere-
antur oppositū, ideo Elcana hoc rogauit, vt verbū illud q̄d Eli dixit ad Annā: Dñs dabit tibi pe-
titionē tuā, impleret, vt. s. Samuel sic deo offerret, ac ministraret in tabernaculo, omniq; t̄pe vitæ
suæ Nazaræus dei cōsisteret, vt Anna p̄miserat. Et adduxit eū. s. Samuelē Anna, in vitulis trib⁹
. i. cū totidē vitulis, & tribus modiis farinæ & amphora vini & adduxit eū ad domū dñi in Silo. F
Nō adduxit oīa ista ad imolādū, sed vnū vitulū ad offerēdū, alios duos ad dādū domui Eli, vt pu
er gratiosius tractaret̄, quē gubernationi sacerdotis cōmiserunt. Nā subdit̄. Et immolauerūt vi-
tulum. in sacrificiū per manus sacerdotis, ipse videlicet Elcana & Anna. Similiter de tribus mo-
diis farinæ. i. similæ & amphora vini, tantū dederūt pro libamine sacrificii sicut oportuit, atq; re
siduū dederūt pontificis domui, & obtulerūt puerum Eli. Et ait Anna: Obsecro mi dñe, supplē
dū est, vt patiēter me audias, viuit aīa tua dñe. i. q̄ verum est q̄ aīa tua viuit, tā verum est q̄d nūc di
cam, videlicet, Ego sum mulier illa q̄ steti corā te hic orās dñm pro puero isto. Oraui & dedit
mihi dñs petitionē meā quā postulaui eū, idcirco & ego cōmodaui eū dño. i. deo & eius obse-
quio deputaui, & q̄si cōcessi magis q̄ dedi, cū vniuersa sint dei, & istū infantē sic cōmodaui, vt à
dño obtineamus mercedem, tam puer q̄ ego, cunctis diebus quibus fuerit accommodatus do
mino. i. per omne tempus vitæ ipsius, quo ipse in dei cultu sponte permāserit. Et adorauerunt
ibi in Silo in atrio tabernaculi dominū Elcana & Anna.

¶ Spiritalis expositio eiusdem cap. primi. Arti. II.

SIc liber Regum inter scripturas canonicas est solēnis, mysteriis plenus, moralibus docu-
mētis refertus ad informationē regū & principū, imo & p̄latorum oīm p̄cipue valēs. Itaq;
Prouer 8 allegorice p Elcanā, q (vt habitū est p̄cedēti arti.) interp̄tat̄ possessio dei, intelligit̄ Chrūs
Iohan 17 vnigenitus p̄ris æterni, loquēs in Prouer. Dñs possedit me initio viarum suarum, atq; in Euā-
gelio alloquēs patrē: Oīa mea tua sunt, & tua mea sunt. Hic fuit vir etiā à suæ cōceptionis & in-
carnationis

A carnationis exordio, non magnitudine corporis & ętate, sed omi perfectione sapię ac virtutum. De quo Hieremias prędixit: Mulier circũdabit.i.in vtero habebit, feret, ac patiet virum. Nempe mulierẽ brachijs suis circũdare, aut amplecti virũ, nõ est nouũ neq; mirũ. De tali ergo circũdatione Hieremias nõ loquebat, quippe q verbis istis immediate pmisit. Nouũ faciet dñs sup terrã. Fuit quoq; Chrus vir vnus.i. maxime singularis & vnicus, parẽ nõ habẽs, & summe indiuisus à se, ac diuisus, seu distinctus ab alijs, & maxime vniformi modo se habẽs, vtpote à luce sapię ac virtutũ synceritate & ęquitate nunq̃ recedẽs. Fuit item de Ramathaim Sophim.i. de sublimitate altissimę cõtemplatiõis, & ab altitudine cœli oriẽs nobis ex alto. Fuitq; Ephratęus.i. frugifer, seu maxime fructuosus, & omĩ grã plenus, q dixit: Quia quę placita sunt pri, facio semper. De quo ab Esaia erat prędictũ: Si posuerit pro pctõ aiam suã, videbit semẽ longęuũ, & voluntas dñi in manu eius diriget. Cui & pater ait p Esaiã: Dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terrę. Ecce q̃ fructuosissimus fuit. Et habuit duas vxores.i. synagogã primo fœcundã, quę exprimit per Phenennã, & ecclesiã ex gentibus cõgregatã. Primo, sterilẽ, sed fœcundissimã postmodum. Et sicut Phenenna ex sua fœcunditate intumuit, & Annã contempsit, vexauit, & persequuta est valde, sic synagoga ex multitudine & magnitudine pręstitorũ sibi desup charismatum supbiuit, & gẽtilitatẽ, imo & primitiuã ecclesiã gentiũ, eos quoq; q ex iudaismo ecclesię gentiũ se iunxerũt, multiplr impugnauit, & q omĩ grã dei careret ecclesiã improperauit eidẽ impia synagoga. Et ascendit vir ille de ciuitate sua, sic & Chrus statutis diebus venit Hierosolymã, intrauitq; templũ, & scdm naturã assumptã adorauit patrem, sacrificãs ei sacrificiũ perfectissimę orõnis, ac deuotissimę laudis. Deditq; Phenennę partes. Tunc eñi nondũ cõuersi erãt gẽtiles, nisi paucissimi, sed Iudęorũ multi tunc erãt fideles, qbus grę partes seu dona diuersa largitus est. Gentilitati aũt dedit pmodicũ, & eius sterilitati cõdoluit, qa scdm prędestinationẽ ęternã valde specialr eã amauit. Dñs aũt concluserat vuluã gentilitatis.i. mentẽ ipsius nondũ per dona grę fœcundauit.

Psal. 18 · Luce. 1 · Iohã. 8 · Esa. 53 · Esa. 42 · Iohã. 7.10

B ¶ Porro illa flebat & nõ capiebat cibum. Nam quidã gentilium aspirabãt ad fidem & grãm saluatoris, & suã derelictionem deflebãt. Vnde & quidã illorũ dixerũt Philippo: Dñe, volumus Iesum videre, q nondum pabulo scripturarũ, consolatione interna, donis charismatũ erãt refecti. Verũ saluator hãc gentilitatis desolationem cito consolari dignatus est, & eius orõnem impleuit, dãs ei copiosissimũ fructũ, ita q plures filij facti sunt desertę, q̃ eius quę fuit libera & habuit virũ. ¶ Insuper sicut Eli putauit Annã intentissime deprecãtem, existere temulentã, sic principes sacerdotũ conuersam gentilitatẽ ad dñm affectuosissime pclamãtem, reputabãt insanientẽ. Tandẽ tñ multa turba sacerdotũ legalium conuersa ad Chrm, confortauit & consolata fuit humilẽ gentilitatẽ, pmittẽs ei exauditionẽ & fœcundationẽ à dño, quo facto trãquillitatẽ cõcepit in aia & à Chro sponso est fœcundata. Cumq; filios genuisset ex aqua & spũ sancto, noluit eos deo offerre, nisi ablactatos à lacte, sciẽns nullum deo acceptũ, nisi q carnaliũ delectationẽ, sorditatẽ, & immoderantiã aspernat, dicente Apostolo: Omnis q lactis est particeps, expers est sermonis iustitię. Nec eñi sapia inuenit in terra suauiter viuentium, sed potius in his q carnem suã crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Ideo loquit Esaias: Quem docebit dñs scientiã, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere. Facta igit hac ablactatione, adduxit ecclesia filios suos ad arcem pfectionis, ad vitã contemplatiuã, ad ęternã salutem, in tribus vitulis.i. per fidem, spem, & charitatem, & tribus modijs farinę, hoc est, in fide superdignissimę trinitatis, in qbus est deitas vna purissima, tanq̃ mundissima simila, & sicut tres modij sunt ęquales, sic in tribus superbenedictis personis est vera & summa ęqualitas, & amphora vini, id est, consolatione, & potatione spũali, ac sapore iustitię, seu communione sanguinis Chri.

Iohã 14 · Gala. 4 · Actor. 6 · Iohan. 3 · Heb. 5 · Iob 28 · Gala. 5 · Esa. 28

C ¶ Pręterea, tropologice per Elcanam designatur pręlatus quem oportet esse actione pręcipuum, vt vere sit vir vnus, viri nomine dignus, vniformis, & stabilis, & contemplatione prę cunctis suspensus, sicq; sit de Ramatha, id est, celsitudine speculationis, ita vt oculo contemplationis secreta mysteria, prętερita, pręsentia, & futura, ęternã & increatã veritatem, incircũscriptamq; bonitatem queat conspicere, & cũ summo ardore diligere. Qui duas habet vxores, vnã virtuosam & aliã vitiosam.i. aiam subditi boni sibi commissam, & alr aiam mali. In omĩ etem grege reperiunt cõmuniter aliquę animę bonę & aliquę malę. Et qui boni sunt, infestationem ab impijs patiuntur. Sunt etiam aliquę animę ad tempus deuotę & fructuosę, quę tamen tempore procedente extolluntur incaute ac dilabuntur. Alię vero quę diu spiritualiter fuerant infœcundę, pręueniuntur à spiritu sancto, & conuertuntur atq; fructificant. Ideo in hac vita omnia incerto cursu aguntur, & necessarium est semper timere ac prouidere, ne q stare videt, labatur. Ideo in Apocalypsi monetur. Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuã. ¶ Pręterea, quidã per duas vxores vitã actiuã & contemplatiuam intelligunt. Estq; necesse in primis assumere vitã actiuã, exercendo se in actibus virtutum moraliũ, in luctu & labore pœnitentię salutaris, in exterioribus misericordię operibus, & ita per vitam istam, tanquàm per ianuam, ad vitam ingredi contemplatiuam. Quamuis autem vita actiua instar Phenennę, videatur contemplatiua vita fructuosior esse. Contemplatiua tamen secretior est atq; diuinior, imo interdum profert vnum meritorium actum, multis vitę actiuę opibus pstãtiorem.

1. Cor. 10 · Apoc. 3

Deinde tempore opportuno sua feruentissima oratione, incalescenti amore, syncero intuitu solet D
quandoq; multis grãm conuersionis mereri. Quemadmodum aũt Phenẽna Annam tanq̃ infœcũ-
dam improbe exprobrabat, sic qdam actiui cõtẽplatiuis tanq̃ otiosis & inutilibus obloqui solẽt.
¶ Porro, Anna plorat, nec accipit cibũ, qm aĩa cõtemplatiua ex multis causis lachrymat vbertim,
puto ex puro ad deum amore, & ex dulci complacẽtia gratiosæ p̃sentiæ eius. Ex desiderio quoq;
suæ beatificæ visionis & plenæ fruitionis. Deinde suip̃sius & alioꝝ deflet peccata, & propriũ im-
p̃fectum anxiæ deflet, atq; cũ Anna ardẽtissime orat, vt deus p̃stare sibi digneť fœcunditatẽ opta-
tam, quam deo semp cum omĩ grãꝝ actione ascribere proponit firmissime. Plorat demũ ex me-
ditatione & compassione passionis dñicæ. Ideo fœcundať, consolať, & tranquillať à dño intantũ,
vt nec prosperis extollatur, neq; aduersis deijciatur, nec vultus eius amplius in diuersa mutentur.
Vir huius aĩæ vno modo dici p̃t eius p̃latus bonus, q tali aĩæ vehementer congratulať, & grãs re-
fert deo ꝑ ea. ¶ Moraliter ex isto capl'o edocemur exemplo Annæ patiẽtiam in omĩ aduersitate
habere, mansuetudinẽ obseruare, nec cõtra iniuriantes contẽdere. Increpationes etiam eas quas
forsitan non meruimus, æquanimiter tolerare, & correptores ipsos reuerẽter affari, ac dep̃cari vt
orẽt pro nobis. In omni quoq; angustia ad deũ cõfugere confidẽter, & coram eo cor nr̃m effun-
Psalm. 61 dere orãdo instãter, & taliter exorare cum disciplina atq; silentio, ne sibilo oris, & gestibus indisci
Chrieno. 1 plinatis, alioꝝ deuotionem impediamus, aut eoꝝ orationes interrumpamus. Immo q taliter orať,
Johannes iram colligit magis q̃ veniã scd̃m Chrysostomũ, imo talis deũ offendit & proximũ, & sua inquie-
Chrysost. Rabanus tudine ac indiscretione grauiter lædit seip̃m. Hinc & Rabanus loquiť: Forma orandi nobis hic tra
Psalm. 50 diť, vt nõ in multiloquio, sed in cõpunctiõe & lachrymis dñm inuocemus, qm sacrificiũ deo spũs
Origenes contribulatus. ¶ Postremo, studeat quilibet nr̃m esse vir vnus. Nam vt disseruit Origenes: Quã- E
diu p̃ctõres sumus, indigni sumus titulo huius laudis. P̃ctõr etenim non est vnus sed multus. Intueor
eqdem vultũ illius, nũc irati, nũc mansueti, nũc læti, nũc tristis, nũc tranquilli, nunc p̃turbãti, & ita
non est vnus, sed tot in eo p̃sonæ videnť quot mores, ideo ait scriptura: Sapiens in sapiã manet vt
Eccl. 27 sol. Stultus aũt mutať vt luna, imo vnusq; q; iustoꝝ non solum est vnus, sed & omnes competen-
Acto. 4 ter vnus dicuntur, quia ipsorum est cor vnum & anima vna.

¶ EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI SECVNDI & cantici sanctæ Annæ: Exultauit cor meum in domino &c.

Articulus Tertius.


Roprium est sanctoꝝ de acceptis beneficijs dei nõ inaniter erigi, sed ma-
gis humiliari, & deo p̃ijssimo ac liberalissimo grates referre, & quędam
vtriusq; sexus p̃sonæ, speciale atq; p̃cipuũ quodcũq; beneficiũ dei forti
tæ, speciale etiã canticũ sup hoc cecinerũt ac ædiderũt, & illud reliquẽ-
rũt in scriptis, vt nõ solũ proprijs in p̃sonis, sed insup corde & ore po-
steroꝝ deũ laudarẽt, atq; ex cõsideratiõe diuinoꝝ effectuum, ip̃m oim
fontẽ bonoꝝ deũ excelsum & oĩpotentẽ in seipso extollerẽt, cõtempla
Iudic. 5 rent, & honorarẽt. Quẽadmodũ in libro Iudicũ Delbora, & hoc loco
Lucæ 1 Anna. In euangelio q̃q; gloriosissima virgo deifera fecisse legunt. Itaq;
hoc spũ prophetiæ illustrata, nõ solũ circa se facta, & sibi iã exhibita in- F
tuens, sed & quædã sibi alijsq; futura p̃spiciẽs, grata & hilari voce prorũpit in laudẽ dei, quæ laus
seu grãꝝ actio hic vocať orõ, præsertim qa & grãꝝ actio pars ac spẽs orõnis existit, scd̃m illud ad
1. Timot. 2 Timotheũ: Obsecro primo oĩm fieri obsecratiões, orõnẽs, postulatiões, grãꝝ actiões pro oĩbus
hoĩbus. Ait ergo: Exultauit cor meũ in dño. i. tam vehemẽti iocũditate impletũ est spũali, q̃ re
Psalm. 83 dũdauit in partẽ sensitiuã atq; in corpus, iuxta illud Psal. Cor meũ & caro mea exultauerũt in deũ
viuum. ¶ Deniq; oĩs delectatio ordinata & bona est in deo. Delectatio q̃ppe consistit in actu,
& ei annectiť, eumq; concomitať & p̃ficit, dummodo actus cõueniẽs sit ac placẽs, vel saltẽ conue
niẽs reputeť. Delectatio aũt ordinata & bona, nõ nisi in actu cõsistit virtutis, cuius actus ad debitũ
finẽ referť & cõgruẽter exeqť. Dupl'r itaq; cõtingit gaudere seu delectari, aut exultare in deo. Prio
tanq̃ in proprio & immediato obiecto, sicq; delectamur in deo p̃ fidẽ, spem, charitatẽ, & cõtẽpla
tionem, hoc est, in ipsum credẽdo, in ipsum sperãdo, eum amãdo & cõtemplando. Propter quod
Roma. 15 dixit Apostolus: Deus spei vos repleat omni gaudio, & pace, in credẽdo. Et rursus: Spe gauden-
Roman. 12 tes. Sic quoq; lætamur in deo ipsum orãdo, laudãdo, psallendo. Secundo, delectamur in deo tanq̃
in obiecto mediato, seu tanq̃ in fine, in quãtum operationes virtutum circa obiecta creata versan
tium ordinamus ad dei honorem, & eas scd̃m deum exequimur. ¶ Præterea, quàmuis gaudium
seu delectatio magis ad vires appetitiuas, videlicet ad appetitũ sensitiuũ ac voluntatem pertineat,
nihilominus experiẽtia docet, q̃ etiam in alioꝝ potentiaꝝ actibus delectatio vera existat, sicut in
intelligẽdo, recordando, gustando, tangẽdo, & alioꝝ exterioꝝ interiorumq; sensuum actione.
Delectatio etenim oriť ex vnione potẽtiæ cognoscitiuæ, aut appetitiuæ cũ obiecto sibi cõueniẽte,
ipsaq; delectatio est q̃si qdã quietatio, tranqllatio, ac diffusio potẽtię in suo obiecto sibi cõueniẽti.

Anna

A Anna igit ex contemplatione, dilectioneq́ dei, & ex speculatione beneficiorũ ac operũ eius, toto
corde, hoc est, intellectu ac voluntate exhilarata. Exultauit (inquit) cor meũ in dño, id est, intelle-
ctus seu ratio & voluntas animæ meæ in deo sunt gloriatæ, & gloriatio illa intellectualis solet gau
dium appellari, & propriæ exultatio quasi extra se saltatio nuncupat, quando ex plenitudine sua
redundat in inferiores animæ vires, atq; p signa relucet in corpe. Præsertim in visu & vultu, imo
aliquando resultat intantum, φ facit hominem tripudiare, saltare, ac plaudere. Quemadmodum
David ante arcam viribus totis saltauit, & claudus ex vtero matris à principe Apostolorũ cura- 1. Regũ.6
tus, ambulauit exiliens ac dominum laudans. Nempe vt ait Philosophus: Quemadmodum sphæ Acto.3
ra superior suo impetu rapit, & post se trahit sphæras inferiores, quas quotidie circumuoluit ab
oriente in occidente. Illis e contrario motu proprio ab occidente in oriente tendentibus, sic su-
perior pars animæ, præsertim voluntas, inferiores vires, appetitumq́ sensitiuum, sua in eas redun-
dantia post se trahit ac rapit, quod in sublimiter contemplantibus clarissime demonstrat, quorũ
corpus & corporeæ vires ex vehementi occupatione intellectualium virium circa diuina obiecta
sopiunt. & à suis actibus suspendunt. [& exaltatum est cornu meũ in deo meo.] Cum dicat Psal
mista: Dixi iniquis nolite inique agere, & delinquẽtibus nolite exaltare cornu. Et Amos dicit: Væ Psalm.74
qui diciris: Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Quid est quod san- Amos.6
cta hæc fœmina protestat: Exaltatum est cornu meum? Sed aduertendum quod cornu in scriptu
ris multipliciter sumit. Vno modo pro regia potestate, sicut in Daniele & Apocalypsi frequen- Dani.7
ter, vt cum apud Danielem legit: Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est Apoca.5
de medio eorũ, & tria de cornibus primis euulsa sunt. Secundo accipit cornu pro euidenti manife
B statione, iuxta illud in Luca: Erexit cornu salutis nobis. Tertio, pro fortitudine corporali seu spi Luce.1
rituali, vt cum in Deuteronomio in benedictione Ioseph asserit: Cornua eius cornua rhinocero- Deu.33
tis, in ipsis ventilabit gentes. Quarto, pro inordinata & præsumptuosa erectione suipsius, & hoc
vocat cornu superbiæ. Sicq́ frequentius in scripturis & in communi modo loquendi accipitur.
Quinto, pro forti & virtuosa tendentia in aliquod magnum, quod vocat cornu magnanimitatis.
Hinc aliqui recte dicunt, quod cornu in scripturis sumit pro motu seu conatu mentis se extenden
tis in aliqd arduum, quod si fiat secundũ rationis dictamen, & diuinæ legis doctrinam, vocat cor
nu virtutis. Sin autem, vocat cornu elatiõis. Itaq; Anna ait: Exaltatũ est cornu meũ in deo meo. i.
motus & actus spei meę p dei auxiliũ, cõsecutus est optatũ effectũ, qm φ orãdo obtinere speraui,
obtinui. Rursus: Exaltatũ ẽ cornu meũ in deo. i. fortitudo mihi gratiose cõcessa p̃ualuit. [Dilatatũ
os meũ sup inimicos meos,] i. aduersarios meos iuste irrisi, puta Phenẽnam & liberos eius, q me
oderũt & affixerũt, q̃uis ego diligerẽ eos. Inuisibiles q̃q; aĩæ meæ hostes q me ad pusillanimitatẽ
& immoderatã tristitiã trahere nitebant derisi & vici. Vel dilatatũ est os meũ. i. late apertũ ad lau
dandũ & glorificandũ dñm deũ sup inimicos meos. i. de iusta eorũ deiectione. Vel sup eos. i. plus
q̃ os eorũ, [qa lætata sum in salutari tuo.] i. in salubri tuo auxilio, vel in teipso oĩm summo saluta
ri, de quo beatissima cecinit virgo: Exultauit spũs meus in deo salutari meo. Vel in salutari tuo. i. Luce.1
in expectatione & fide saluatoris futuri. s. regis Messiæ, de quo Iacob: Salutare tuũ (inqt) expecta Gene.49
bo dñe. Et Symeon iustus: Viderũt (ait) oculi mei salutare tuũ. ¶ Deniq; merito huius fidei atq; Luce.2
lætitiæ spũalis p̃ualuit Anna, & ex ipsa lætitia dilatauit modo p̃fato os suũ. Ex his cõsolationibus,
& donis sibi cõcessis Anna se eleuat ad cõtemplandũ & laudandũ deũ in semetipso. [Non est san-
ctus vt est dñs] qm ipse solus essentialr & independẽter sanctus est, & sanctitas infinita, cujus essen
C tia est puritas prorsus interminata. De quo legit in prima Iohannis epla: Deus lux est, & tenebræ
nõ sunt in eo vllæ. Cæteri sancti sunt p participationẽ & grãm ac certã mensurã: [neq; enim est ali Iohan.1
us extra te] i. p̃ter te nõ est alius verus deus, aut tibi æqualiter sanctus. Hinc p Esaiã dñs cõtestat:
Ante me nõ est formatus deus, & post me nõ erit. Et itẽ: Nunqd est deus absq; me? [& non est Esa.43
fortis sicut deus noster,] vez deus Israel q solus est verus atq; omnipotẽs deus, cuius fortitudo est Esaie.44
inde pẽdẽs, imparticipata, & penitus infinita, quę nõ potest in tot & tanta, quin possit in infinities
plura atq; maiora, cui oĩa nõ solũ sunt possibilia, sed & facilia, imo facillima & æque facilia. ¶ Con Luce.1
sequẽter inuehit contra præsumptuosos & arrogantes. Ad lrãm quoq; loquit contra Phenẽnam Hiere.48
& sobolem eius quę cõtra Annam intumuerũt. [Nolite multiplicare loqui sublimia] i. verba ia
ctantiæ & p̃sumptiõis, [gloriantes] inaniter, nõ in dño, sed in vobis, quasi à vobis aliqd habeatis 1. Cor.4
nisi deficere & peccare. Ideo ait Propheta: Disperdat dñs vniuersa labia dolosa, & linguam ma- Psalm.11
gniloquam. [Recedant vetera de ore vestro] i. à verbis iniquis ac solitis pungitiuis derisorijs cõ
tra me sæpe prolatis cessate, [qa deus scientiarũ dñs est] i. ipse in seipso sapiẽtissimus est, & da- Prouer.6
tor ac dñs oĩs sciæ, ideo oĩa ei constant, & superborũ verba vitiosa detestat ac punit, [& ipsi præ-
parantur cogitationes] hoc est, ei ostenduntur ac innotescunt ad iudicandum. Quasi dicat: Non so Luce.15
lum verborũ, sed cogitationũ quoq; inspector & iudex est dñs. [Arcus fortium superatus est] i.
armatura & impugnatio p̃sumẽtium de p̃prijs viribus succubuerũt, sicut & iacula Phenẽnæ & pro
lis eius amplius mihi inferri nõ poterũt, [& infirmi] i. p̃priã fragilitatẽ & infirmitatẽ seu defe-
ctuositatẽ humilr recognoscẽtes, [accincti sunt robore] i. grã ac virtutibus desuper confortati.

Esa.40 Iuxta quod in Esaia scriptum est: Qui dat lasso virtutem, & robur, his qui non sunt, multiplicat. D
⌊Repleti prius pro panibus se locauerunt,⌋ hoc est, qui aliquando erant abundantes ac diuites,
ob suam ingratitudinem atq; superbiam, ad tantam sunt deuoluti inopiam, quòd pro necessarijs
vitæ se locauerunt & seruierunt, ⌊& famelici saturati sunt,⌋ id est, qui pauperes erant sua humi-
litate meruerunt ditari, sufficienterq; refici. ¶In quibus verbis Anna tangit Phenēnam & pueros
eius à sua præsumptione deiectos, & pristina fœcunditate ac vbertate priuatos. ⌊Donec sterilis
peperit plurimos⌋ hoc ē, ipsa hæc Anna q̃ diu fuerat infœcunda, procreauit sobolem copiosam
vcz tres filios & filias duas, vt infra habet: ⌊& quæ multos habebat filios⌋ puta Phenenna ⌊in-
firmata est⌋ q a nascentibus filijs filiabusve Annæ, filij Phenennæ moriebant, vt fert. ¶Circa hoc
Pet. Co. histo. lib. 1. Reg. ca. 3 in Scholastica narrat historia: Quod in Cantico legit: Donec sterilis peperit plurimos &c. Hebre-
us pro plurimos habet septem, & pro infirmata est, hbet, secta est, id est, separata, & tradit quod
singulis filijs Annæ nascentibus, singuli Phenennæ filij moriebant, & quinq; filijs Annæ duos fili-
os Samuelis connumerat, vt sint septem. Hæc ibi. ¶In quibus verbis p quinq; filios Annæ intelli-
gunt tres filij eius, & filiæ duæ: ita quod filius notat prolem non sexum, vel indifferenter seu indi-
stincte sexum vtrunq;, sicut cū dicimus: Pater & filius sunt correlatiua. ¶His addit Lyra: Quidam
Hebræi dicūt, q quando Anna peperit puerꝝ vnū. Phenenna sepeliebat duos de pueris suis. Ideo
nato quarto puero Annæ, octo filij Phenennæ erant mortui, ideo Anna propinquante ad partū
qntū, timens Phenēna de morte duorꝝ filiorꝝ suorꝝ supstitū, humilr Annam rogauit, vt oraret ꝓ
vita & conseruatione filiorꝝ suorꝝ supstitum, q Anna fecit, ideo duo filij illi Phenennæ, de cætero
reputati sunt filij Annæ, quoniam eius p̃cibus sunt conseruati in vita, sicq; dicit septem peperisse.
Et isti Hebræi dicūt Phenennam decem filios habuisse. ¶His adijcit Lyra. Istæ expositiones non E
habent de textu, sed ab Hebræis ponunt ad verificādū hoc dictū: Peperit septem. ¶Ideo verius vi
det dicendū, q translatio nostra est melior, dicens: peperit plurimos. Nam dictio hebraica puta
Scibeah hic posita, æquiuoca est ad significandū septem, quam significationem sequunt hic He-
bræi, moderni, & ad designandū satietatem, & hanc significationem sequutus est noster transla-
tor, & forsitan tūc Hebræi hanc sequebant. ¶Secundū hoc ergo Anna peperit satietatem, hoc est,
Hierony. habuit pueros ad sufficientiam, quod expressit Hieronymus, dicendo plurimos. Et hoc conueni
entius fuit dicere, q̃ si dixisset satietatem vel satis, secundū quod idem dicit Hieronymus in ep̃la ad
Pammachiū, de optimo genere interp̃tandi, q melior interp̃tatio nō semp transfert verbum ex
R. Paul. verbo, sed interdū sensum ex sensu. ¶Verꝝ contra hæc scribit Rabbi Paulus, dicendo, q dictio ista
Scibeah in hebræo non est propriè æquiuoca prout hic ponit. Solū eñ significat septem in ꝓpria
significatione, licet saturitatē designet scd̃m etymologiā, sed translatio nostra quæ dicit plurimos
obtinet veritatē ex alia rōne. Nam in hebræo septē qnq; significat plurimos, vt intelligat nume
Esa.4 rus determinatus ꝓ indeterminato, vt in Esaia: Apphendent septē mulieres virꝝ vnū. Sicq; trāsla
tor noster hic transtulit non sensum ex sensu, sed etiā verbū ē verbo. Hæc Paulus, cuius verba lon
gum est discutere, tñ q Lyra ait, verius reor, p̃sertim cum multa æquiuoca sint, q̃uis propriè non
significēt nisi vnū, hoc dempto q dicit modernos Hebręos hic dicere septē, quasi antiqui Hebręi
ita non dixerint, q̃d tñ dicit opinatiue magis q̃ assertiue. ¶Sciendū ergò quod etiam antiqui He-
Origenes bræi ita dixerūt, siqdem septuaginta sic transtulerunt. Sterilis peperit septem, & fœtosa in filijs
infirmata est. ¶Textus quoq; quo vtit Origenes sic continet, quoadusq; sterilis peperit plurimos.
Prætactos aūt Hebræorꝝ narrationes seu expositiones Origenes reputat fabulas. Hoc tamē facit F
ad innuendum q versiculus iste ad lrām exponi non queat de Anna quæ non peperit septē, sed
quinq;. ⌊Dominus mortificat & viuificat⌋ Hoc ad lrām videt Anna dixisse, quia filios Phenennę
vidit in spū occidendos à domino filijs suis in vitam progredientibus, sicq; ⌊deducit ad inferos⌋
animas defunctorum: sumēdo infernum, siue pro loco damnatorꝝ, siue pro lymbo puerorꝝ, siue
pro lymbo pr̃m, siue pro purgatorio, ⌊& reducit⌋ mortuos suscitando, vel eos qui lętaliter infir-
mant curando. Tales eñ erant quasi in via ad inferos. ⌊Dñs pauperem facit & ditat⌋ Quosdam
eñ iusto iudicio priuat terrenis diuitijs, quosdam spūalibus opibus, quos à virtutū fastigio ruere
finit, alios contrario modo ditat, ⌊humiliat⌋ supbos, ⌊& subleuat⌋ humiles. ¶Literalr quoq; infi
nuat Phenennam sobole diuitē esse depauperatam p filiorꝝ interitū, & sibi oppositum contigisse
⌊Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & soliū
gloriæ teneat⌋ q a frequenter pauperes atq; ignobiles promouet ad principatū & regimen aliorꝝ.
Exo 2.3.4 Quemadmodum Mosen oues pascentem toti Israelitico prętulit populo. Hinc in Ecclesiastico:
Eccl.10 Dani 4 scriptum est: Sedes ducum supborꝝ destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. ¶Hæc in seipso Na
buchodonosor expertus fatet: Post finem dierꝝ altissimo benedixi, q a potestas eius potestas sem
piterna, & omnes habitatores terræ apud ipsum in nihilum reputant, iuxta voluntatem suam fa-
cit, tam in virtutibus cœli quàm in habitatoribus terræ, & gradiētes in superbia, potens est humi
Ibidem liare. Hinc rursus se in somno audisse fatetur. In sententia vigilum decretum est, & sermo sancto-
rum est, donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuicun
q; voluerit dabit illud, & humillimum hominum constituet super eo.

¶Deniq;

A ¶Deniq; sic deus Ioseph de squalore ergastuli præfecit Aegypto. Et tres pueros ex camino ignis Gene.41
fecit principes in prouincia Babylonis. Hinc subditur: ⌊Domini enim sunt cardines terræ⌋ Car Dan.3
dines terræ dicuntur eius extremitates quæ sunt dei, sicut & totum terræ elementum, potestate
& iure creationis, conseruationis ac gubernationis, ⌊& posuit super eos orbem⌋ Hoc ait: Quo-
niam terra est quasi fundamentum & infimum elementorum, & secundum apparentiam videtur
cœlum seu orbis super extrema terræ locatus, iuxta æstimationem illorum qui putabant cœlum
esse velut cameram ac semicirculum. Iuxta quem modum in Esaia legitur: Qui expandit cœlos Esa.40
sicut tabernaculum ad inhabitandum. Vbi septuaginta transtulerunt, velut cameram. Vel sensus
est: Posuit super eos orbem, hoc est, polum fecit cardinibus terræ eminentiorem. ⌊Pedes san-
ctorum suorum seruabit⌋ id est, affectus & processus eorum manu tenebit ac diriget, iuxta illud:
Ad dirigendum pedes nostros in viam pacis. ⌊& impij In tenebris conticescent,⌋ hoc est, suo Luce.1
tempore confusi silebunt, nec euidenti veritati contradicere poterunt, præsertim in die iudi-
cij, sicq; obmutescent in tenebris culpæ ac infernalis miseriæ, quamuis in inferis eiulabunt, ⌊quia
non in fortitudine sua roborabitur vir,⌋ id est, proprijs viribus nemo poterit deo resistere, imo
nec boni quid agere aut virtuosus censeri. ⌊Dominum formidabunt aduersarij eius⌋ Deus enim
omnipotens ad libitum suum perterret, deijcit, & condemnat omnem impiorum cateruam, præ-
sumptionem, animositatem, audaciam. Et istud generaliter potissime fiet in die iudicij, sicut Esai
as prædixit: Ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei, ⌊& super ipsos In cœlis Esa.41
tonabit⌋ quod & instante extremo iudicio fiet ineffabiliter acrius, quàm super Aegyptios olim Exo 7 8.9
intonuit, quod fiet in cœlo aereo. Tonabit quoq; super eos sententiam horribiliter proferendo. Exod 10 11
B Hinc scriptum est: Tonabit deus voce magnitudinis suæ, post eum rugiet sonitus. Tonabit voce Iob.37
sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. ⌊Dominus iudicabit fines terræ⌋ hoc est, omne
genus humanum, quod fit particulariter in mortibus singulorum, & vniuersaliter fiet in die nouis-
simo. Ideo ait Propheta: Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æqui Psalm.9
tate, iudicabit populos in iustitia, ⌊& dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.⌋
Tempore Annæ nondum præfuit aliquis rex Israeli. Ideo istud de Christo verissime explanatur, Iohan.5
cui pater dedit omne iudicium, hoc est, iudiciariam potestatem, & exequutionem particularis ac Ibidē
generalis iudicij. Iuxta illud Iohannis: Dedit ei potestatem & iudicium facere, quia filius homi- Ibidē
nis est. Itemq;: Pater, omne iudicium dedit filio. Hanc etenim iudicij executionem Christus sua Phil.2
humilitate, diiudicatione, & passione promeruit. Exinaniuit nempe seipsum, factus obediens vsq;
ad mortem. Propter quod & deus exaltauit illum. ¶Porro cornu Christi, id est, potestatem,
& magnificentiam Christi filij sui, deus pater multipliciter exaltauit ab exordio mundi, per my-
steria & figuras, atq; oracula, ac vaticinia prophetarum ac patriarcharum, per quos primo in le-
ge naturæ deinde in lege scripta aduentum, excellentiam & efficientiam regis Messiæ prædixit.
Deinde instante temporis plenitudine in ipsa salutifera & incomprehensibili verbi æterni incarna
tione, deus trinitas contulit Christo secundum naturam assumptam, authoritatem, potestatem,
atq; dominium, non solum super totum genus humanum, sed & super omnem naturam crea-
tam, vniuersamq; creaturam. Sicq; in ipsa incarnatione exaltauit cornu Christi sui secundum rei
veritatem, non tamen secundum manifestationem & executionem. Hinc Christus ante suam
passionem dixit: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Statim vero in ipsa Christi ex Ioh.3
C virgine natiuitate cœpit deus pater cornu Christi exaltare per manifestationem, per mirabilia, Luc.2
quæ in eius natiuitate ad ipsius declarationem fiebant. Quia tunc stella apparuit Magis. Angelus Matth.2
quoq; pastoribus, quibus & Christi ortum ac magnificentiam patefecit. Multitudo etiam cœlestis Luce.2
exercitus eadem cecinit hora, templum æternitatis collapsum est, olei fons erupit. Deinde Chri- Ibidem
stus inter homines conuersando ac prædicando, per verba atq; miracula suam cœpit excellenti- Luce.24
am declarare & exequi, non tamen plenariè quia adhuc fuit passibilis, & paulopost crucifixus. Post Matt.27
resurrectionem vero & ascensionem, misso desuper spiritu sancto, exorsus est eam sublimis exe- Actor.1.2
qui & monstrare per sanctos Apostolos, primitus in Iudæa, deinceps vbiq; terrarum, quod & inte Acto.4
rim per diuersos sanctos est prosecutus. Porro in generali & extremo iudicio omnes aduersa-
rij Christi plenissime subijcient eidem. Hæc de literali huius cantici expositione sint dicta.
¶Præterea, sicut hic refert Lyra, quidam magnus apud Hebræos videlicet Ioathan filius Oziel Ioathā fi
in translatione sua Chaldaica aliter canticum istud exponit ad literam, quam expositionem Ly- lius Oziel
ra satis prolixe prosequitur, sed eam breuius quo potero tangam. Itaq; ait Ioathan ille quod pro- Iudæorū
pter mirabilia quæ Anna præuidit in spiritu à filio suo Samuele fienda, quæ infra habentur in te- doctor.
xtu dixit: Exultauit cor meum in domino, & quia præuidit quod Heman cum filijs suis natus ex Sa- 1.Para 6
muele futurus erat cātor in templo, adiecit, exaltatum est cornu meum. i. gloria mea in deo meo.
¶Insuper quia præuidit Philistæos propter arcā dei plagandos & compellēdos, ad remittēdū hāc, 1.Reg.5 6
addidit: Dilatatū est os meū sup inimicos meos, & quia præuidit regē Assyriorū Sennacherib cū suis 4.Reg.19
deijciendū, propter blasphemias suas in deū, ait: Nō est sanctus vt est dñs &c. Præuidit quoq; qualiter Esa 37
Chaldæi erāt regnū Iuda & tēplū vastaturi, atq; ob hoc à Persis & Medis vastādi, ideo ē locuta. 4.Reg.17 25

Nolite

1. Mac.1.2 Nolite multiplicare loqui sublimia.s. vos Chaldæi, quasi dicat, quia & vos in breui estis perden- D
di. Præcognouit etiam qualiter tempore Antiochi erant Græci Iudæos oppressuri,& p Macha-
bæos vincendi, propter quod addit. Arcus fortium, puta Græcoꝝ superatus est,& infirmi.s. Ma
Hest. 3. 5 chabæi cũ suis, qui primo fugerunt, accincti sunt robore. Præuidit item qualiter Iudæi erant sub
Hest.6.7.8 Assuero rege per Aman affligendi, atq; per Hester, ac Mardochæum eruendi, idcirco apposuit
Repleti prius .s. Aman & sui primo ditissimi, pro panibus se locauerunt, quia per Hester sunt pe-
nitus suppeditati,& famelici saturati sunt, q͂a tunc filij Israel liberati fuerũt ditati & copiose refecti
Ad istam quoq; expositionem sequẽtia applicat, de qua expositione ptranseo, quoniam falso in-
nitit fundamento, vtꝫ Messiam nondũ venisse. Est item satis incertum, an Anna præcognouerit
omnia ista, quæ si præcognouisset, probabile reor, q̄ dẽ eis clarius ac latius prophetasset.

¶Spiritualis explanatio cantici huius. Arti.IIII.

PEr Annam quæ interpretat gratia, designat ecclesia & quæcunq; fidelis persona. Itaq;
Christi ecclesia, videns omnẽ plenitudinem gratiæ sibi à deo collatã & q͂cq͂d diuinoꝝ
charismatum olim fuit in synagoga, in se præclarissime esse translatum, cum gratiarum
actione fatet. Exultauit cor meum in domino. & quia regia potestas sacerdotiumq; le-
gale Iudæis ablata sunt,& ecclesiæ sublimiori modo concessa, subiungit: Et exaltatũ est cornu me
1. Pet.2 um, videlicet regnum & sacerdotium, in deo meo. Vnde sacratissimus princeps Apostolici agmi
nis scribit fidelibus. Vos genus electum regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.
Dilatatũ est os meũ sup inimicos meos.i. Iudæos fidei aduersarios iuste irrideo, potenter deuici rõ
ne, miraculis & allegationibus scripturaꝝ veteris testamenti multiplr cõfutaui. Silr hæreticos vtri-
usq; testamẽti scripturis cõtriui. Tyrannos quoq; & psecutores diuino auxilio superaui. & hoc q͂a
læta ta sum, o domine pater æternæ, in salutari tuo, id est, in fide & gr͂a Christi, p quem tot bona E
Luc. 21 sum consecuta, qui mihi promisit. Dabo (inquiens) vobis os & sapientiam, cui non poterunt resi
stere & contradicere omnes aduersarij vestri. deo ò Iudæi cæteriq; increduli. Nolite multiplica-
re loqui sublimia, id est, verba psumptuosa & vana, contra ecclesiam gloriantes insipienter, sed rẽ
2. Cor.3 cedant vetera de ore vr͂o.i. pristina infidelitatis verba relinqte. Litteralem, occidẽtẽ legis ac prophe
taꝝ sensum abijcite. Doctrinam & expositionem infidelium magistroꝝ vestroꝝ calcate, q͂a de
us scientiaꝝ dominus est, qui per sp̃m sanctum sanctos Apostolos plenissime ac verissime docuit
Johan. 16 intelligentiam legis ac prophetaꝝ. Quemadmodum ante passionem suam Christus eis promisit,
dicendo: Cum venerit ille sp̃us veritatis docebit vos omnem veritatem. Arcus fortium supera-
tus est, id est, omnis armatura seu argumentatio Iudæoꝝ & philosophoꝝ cæteroꝝq; perfidoꝝ q
olim videbant potẽtes,& ecclesiam diuersi mode inuaserunt, soluta & victa est. & infirmi accin-
cti sunt robore, id est, Apostoli & primi discipuli Chr̃i induti sunt omni virtute ex alto,& p eos
Gentiles olim omni sp̃uali fortitudine gratiæ destituti, effecti sunt virtuosi ac victoriosi. Quem-
Ephe.6 admodum Paulus apostolus scripsit eisdẽ: Confortamini in domino,& in potentia virtutis eius,
accipite armaturam dei. Repleti prius (puta Iudæi) qui olim multiplici opulẽtia sapientiæ ac vir-
tutum, ac sp̃ualibus ferculis abundabãt, pro panibus se locauerunt, quia priuati sunt omnibus bo-
† Christianis nis illis,& quidam ex eis conuersi, à † doctrinam veræ salutis mendicauerunt. donec sterilis pepe
rit plurimos, id est, conuersa gentilitas olim infœcunda innumerabiles regenerauit ex aqua &
Johã. 3 sp̃u sancto, atq; p euangelicæ legis prædicationem parturijt, sicut ait Apostolus: In Chr̃o Iesu per
1. Cor.4 euangelium ego vos genui. & quæ multos habebat filios.s. synagoga in qua frequenter fuerunt F
multi electi, infirmata est, quia iam dudum omnino succubuit & in extremam hanc captiuitatem
redacta est. Dominus mortificat qui p Titum & Vespasianum corporalr trucidauit Iudæos incre
Roma.9 dulos, q̃s & p inuisibiles hostes excæcari & indurari iuste pmisit. & viuificat p gratiã in psenti,& p
gloriam in futuro vasa misericordiæ suæ electos ex Gentibus. Dominus pauperem facit synago-
gam,& ditat ecclesiam, humiliat Iudæos incredulos,& subleuat Chri fideles. Suscitat de puluere
egenum,& de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus,& solium gloriæ teneat. Mul-
tos enim Gentiles vitijs obtenebratos,& sordibus carnalitatum inuolutos ad tantam diuino
rum charismatũ exuberantiam erexit atq; prouexit quod inter Apostolicos viros digne sunt con
Matt. 19 numerati,& alioꝝ prælati effecti sessuriq; sunt inter eos, quibus saluator spopondit: Vos qui secu
ti estis me, sedebitis sup thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Ad istam expositionem sequẽ
tia queunt faciliter applicari. ¶Præterea exponi potest hoc canticũ in persona cuiuslibet Chri
stiani deuoti, pręsertim religiosi. Vnusquisq; ergo fidelis dicere potest: Exultauit cor meũ in do-
mino, id ẽ, considerando seu contemplando infinitam bonitatem, omnipotentiam,& sapientiam
dei, vniuersamq; psectionem, excellentiam,& beatitudinem eius gauisus sum vehementer,& to-
to corde congratulatus sum tam incircumscriptibili psectioni & gloriæ creatoris. Præsertim con
templando supbeatissimæ trinitatis, patris & filij & spiritus sancti communicationem & emana-
tionem ad intra. Mutuam quoq; trium superuenerabilium psonaꝝ contemplationem, dilectio-
nem, complacentiam, fruitionem, consistentiamq; superfelicissimam & æternam. Exultauit de-
mum cor meum in domino, intuendo beneficia eius generalia ac spiritualia naturalia,& superna-
turalia

A turalia,corporalia ac ſpiritalia,pſertim quæ,quanta & qualia vnigenitus patris æterni pro noſtra
ſalute aſſumpſit,fecit ac pertulit,cõſiderando etiam diuina promiſſa,& qualiter ſuperoptimus &
ſuperſapientiſſimus & ſupermunificentiſſimus deus trinitas,ſeipſum & ſuiipſius clarã,immedia-
tam,facilẽ,delitioſiſſimã viſionem,æternã ac beatificam fruitionẽ inæſtimabiliter prorſus dul-
ciſſimã nobis pparauit in præmiũ. His igitur modis exultemus in dño,imò & in omni actu virtu
oſo ad dei honorem exhibito gloriemur,iuxta illud:Seruite dño in lætitia. Et rurſus:Gaudete in Pſalm.99
dño ſemper,nec ſolum in actibus bonis,ſed item in perſequutionibus, aduerſitatibus,correptio Phil. 4
nibus & tentationibus,ſicut ait apoſtolus Iacobus. Omne gaudiũ exiſtimate fratres cũ in tenta- Iaco. 1.
tiones varias incideritis. Et ſaluator: Gaudete(inquit)in illa hora & exultate,qm merces veſtra Matth. 5
copioſa eſt in cœlis. Qui autem lætat cum malefecerit,aut quia laudat & honorat ab aliis,aut q- Luc. 6
niam temporaliter proſperat,aut quia videt alios inter ſe diſcordare,cõtendere aut turbari,non Prou. 2
iam in dño,ſed potius in diabolo gloriat,& vanus & excors eſt. Et exaltatũ eſt cornu meũ in deo
meo.i.virtus ſeu fortitudo animæ meæ in adiutorio altiſſimi,hoſtibus meæ ſalutis teſtitit atq; p Pſalm. 17
ualuit ac profecit. Hoc dicat ad gloriam omnipotentis,qui in quacũq; tentatione cernit ſe trium-
phaſſe,aut profeciſſe in bonis,& gratus ſit deo,nequaq̃ extollens ſeipſum,& ſemp ſit cautus & ti-
moratus ne cadat. Abſint ſemper à nobis diabolica cornua crudelitatis, animoſitatis,ambitionis Origenes
Circa hoc loquit Origenes,Sunt cornua quædã iuſtorũ,quibus vtuntur bona agendo,aut recte Pſalm. 43
loquendo,ſicut cũ dicunt ad dñm:In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. Vnde & alibi di-
citur:Exaltabunt cornua iuſti. Oportet ergo nos habere cornua iſta q̃ iuſtis de crucis Chri api- Pſalm. 74
cibus conferunt,vt in his deſtruamus & eiiciamus aduerſarias poteſtates de anima noſtra,qbus
expulſis,plantet in nobis vinea,q̃ facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. Dilatatũ eſt os meum Eſa. 4.
B ſuper inimicos meos. Hoc dicat ad dei honorem,qui recordatione & allegatione ſcripturæ ad-
uerſarios veritatis,pſertim inuiſibiles æmulos ſuperauit,qui hoſtibus boni cõmunis efficaciter ſu
erit reluctatus,Quia lætata ſum,ò dñe ego creatura tua,in ſalutari tuo,de quo cecinit Eſaias:Vi-
derunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri. In quo quæ ſynceriter delectat, exaudiri ac trium- Eſa. 12
phare meret,ſicut ait ſcriptura:Qui orat dñm in oblectatione,exaudiet. Et rurſus: Delectare in Eccl. 3.5 Pſalm. 36
dño & dabit tibi petitiones cordis tui. Non eſt ſanctus vt eſt dñs,ideo oportet ei in ſanctitate & Luc. 1.
iuſtitia iugiter deſeruire. Maledictus q; eſt qui opus eius efficit negligenter. Neq; enĩ eſt alius ex- Hiere. 48
tra te,Nam pater in filio,& filius in patre,pater q̃q; ac filius in ſpũ ſancto,& ſpũs ſanctus in patre Iohan. 14
ac filio. Nam ſingulæ perſonæ in ſingulis vere & imperſcrutabiliter ac circumınceſſibiliter ſunt,
Et non eſt fortis ſicut deus noſter,qui ſolus poteſt humanæ ac fragili creaturæ tantum conſerre
gratiæ robur,vt ſpiritibus illis callidiſſimis atq; nequiſſimis,& concupiſcentiis propriis,ac vitiis
vniuerſis pualeat,& in deo ſit ſtabilita,imò & ſi pro fidei conſeruatione exegerit ratio, etiam mi-
racula operet,ſicut pdixit ſaluator:Qui credit in me,opera q̃ ego facio,& ipſe faciet. Nolite mul Iohan. 14
tiplicare loqui ſublimia,gloriantes. Hoc pſumptuoſis,ſuperbis,vaniloquis,ex charitate eſt oppo
nendũ,vt ceſſent à verbis iactantiæ,nec laudent neq; extollãt ſeipſos,cũ & Apoſtolus dicat:No Roman. 12
li altum ſapere,ſed time. Salomon quoq;:Laudet te alienus,& nõ os tuum:extraneus,& non la- Pro. 17
bia tua. Deniq; vnuſquiſq; dicat viribus animæ ſuæ intellectui,videlicet cogitatiuæ & imagina-
tiuæ. Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes,i. ab omni cogitatione ſuperba,ab adinuen-
tionibus vanis,ab apprehenſionibus phantaſticis,à magnificatione proprii ſubiecti cauete,nec In
tra vos coram deo proferre ſeu loqui audete,q̃d coram hominibus loqui eſt reprehenſibile. Ab al
C tis quoq; materiis,& ab incomprehenſibiliũ,perſcrutatione ẽ temperandũ,vt non audeamus de
ſuperſubſtantiali deo aliquid fari pter tradita nobis in diuinis ſcripturis,vt diuinus Dionyſius & Diony.
Damaſcenus ſcripſerũt. Nẽpe vt Salomon proteſtat:Sicut qui comedit mel multũ,nõ eſt ei bo- Damaſce. Pro. 25
nũ,ſic q perſcrutator eſt maieſtatis,opprimit à gloria. Hinc Origenes diſſeruit,Nõ dixit,Nolite Origenes
loqui excelſa. Ergo licet mihi aliqua loqui excelſa. Multiplicare ãt loqui excelſa & ardua mihi nõ Eccl. 3
licet,cũ ſcriptũ ſit:Altiora te ne quæſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris,ſed quæ pcepit tibi de-
us,intellige ſemper. Quæ ſunt ergo in quibus excelſa me loqui oportet? Quando de omnipoten
tia dei,de inuiſibilitate & ſempiternitate eius loquor, excelſa loqr,Quando de vnigeniti eius coæ
ternitate,cæteriſq; myſteriis pronuntio,excelſa loquor, Quando de ſpũs ſancti magnificentia
diſſero,excelſa loquor. Poſt hanc trinitatem omnia ſunt humilia & deiecta cõparatione celſitu
dinis eius. Hæc Origenes. Recedant vetera de ore veſtro.i.omnia verba inordinata,vitioſa,illici
ta deinceps vitate. Si quis loquit quaſi ſermones dei. Sermo veſter ſemper in gratia ſit ſale condi- 1 Pet. 4
tus. Hinc ad Epheſios docet:Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed qui bonus eſt Coloſſ. 4
ad ædificationẽ vt det grãm audienti. Arcus fortium ſuperatus eſt. Hi qui fortes & magnos ſe ar Ephe. 4
bitrant iuſto dei iudicio permittunt faciliter vinci omni vento tentationũ ac impetu paſſionum
& multipliciter labi,ſiue dũ ab aliis patiuntur aduerſa,ſiue dũ laudantur & honorantur à proxi-
mis,quia radices humilitatis & fundamentũ timoris dei non habent. Interdũ quoq; contingit de
uotos & virtuoſos ex ſua negligentia, periculoſa ve ſecuritate aut tentationũ impulſu,paulatim
euacuari & cadere. Et infirmi accincti ſunt robore,humiles,ſ.& qui ſe iugiter infirmos, defectuo

1. Cor. 1 sos, vilesq́; iudicant, nam & infirma ac stulta mundi elegit deus. Repleti prius .i. qui donis gratiæ
abundabant pro panibus se locauerunt, quando vt tactũ est ad ruinã sunt deuoluti, & rursus per D
pœnitentiam conãtur ad pristinã redire mensuram, seq́; humiliant, & illorum orationibus, me-
ritis ac doctrinis quærunt refici ac iuuari, quibus aliquando in spiritualibus fuerant ditiores. & fa-
Matth. 5 melici saturati sunt. Bene famelici sunt, qui esuriunt, sitiuntq́; iustitiam & famem habent audien-
Philip. 3 di verbum dei, qui saturari merentur & refici à spiritu sancto. Hi sunt qui quæ retro sunt obli-
Psal. 138 uiscentes in anteriora extendunt seipsos non arbitrantes se apprehendisse, sed assidue proprium
imperfectum pensantes, toto affectu student in omni virtute proficere, quotidianas suas defe-
ctuositates & culpas vberrime deplorantes. Hæc itaq; contigerunt, donec sterilis .i. anima pri-
us infructuosa peperit plurimos fructus virtutum. & quæ multos habebat filios .i. quæ antea erat
in bonis actibus fœcunda, infirmata est gratiam amittendo, ideo nullus alium quamuis iniquũ aut
negligẽtẽ incaute diiudicet aut contẽnat, qa etsi hodie illo fortassis est melior, cras forsan erit de-
terior, ideo ait saluator: Nolite iudicare. Et Paulus: Tu qs es qui iudicas alienũ seruum, suo domi-
Matth. 7 Romañ. 2 no stat aut cadit. Stabit autem, Potẽs enim est deus statuere illum. dominus mortificat, impios oc
cidendo & condemnando, seu vitam gratiæ non præstando aut gratiam delinquenti iuste tollẽ-
do, & viuificat, qa ab ipso est vita naturæ, vita gratiæ, & vita gloriæ, qui & impium per pœnitẽ-
tiam pie viuificat. Mortificat quoq; salubriter dãdo mortificationem viuificam, de qua ait Apo-
Coloss. 3 stolus: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Et item: Mortui enim estis & vita ve
Ibidem. stra abscondita est cum Christo in deo. Hæc mortificatio est vitiorum extinctio, suipsius à vi-
Matt. 18. tijs refrenatio, membrorum scandalizantium abscisio .i. eorũ ab omni vsu prauo coertio, & ma-
Galat. 2 xime priuati amoris extirpatio integra, ita vt quis dicere queat. Viuo autem iam non ego, viuit E
vero in me Christus. deducit ad inferos, sicut expositum est, & etiam inspirando homini consi-
derationem infernalis damnationis ac pœnæ æternæ salubrem. & reducit, dãdo vitæ correctio-
nem atq; leuando mentem ad cœlestium intuitum gaudiorum. Dominus pauperem facit & di-
tat, humiliat, dando homini veram & humilem suipsius recognitionem, & infundendo humili-
tatis virtutem, & subleuat, mẽtem de vitiorum profundo, de lacu miseriæ, de pusillanimitate, per
Psal. 40 spei fiduciam, & confessionem remediantem. Suscitat de puluere egenum, &c. i. in infimis cogi-
tationibus, inquinamentisq́; carnis detẽtos paulatim perducit ad vitam spiritualem & sanctam,
contemplationisq́; apicem, ita vt tales inter viros heroicos reputẽtur, & digni sint alijs præside-
re. Pedes sanctorum suorum seruabit, vt perseuerent ac progrediantur in regia via, & nec deflе-
Deut. 5. 17 ctant ad dexteram aut sinistram. Incessabiliter equidem indigent conseruatione diuina, qua sibi
Esa. 30 paulisper subtracta, mox corruunt. & impij in tenebris conticescẽt. Obnubilati etenim tenebris
ignorantiæ & errorum, passionum ac vitiorum, tacent & obmutescũt à laudibus dei deuotis, ab
orationibus feruidis, ab exhortatione idonea, à correptione fraterna, & ab vtilibus verbis. Et iu-
2. Tim. 4. xta Apostolum à veritate auertũt auditũ, atq; ad fabulas conuertũtur.

¶ Declaratio residuæ partis huius capituli secũdi. Art. V.

HIc recitatur reprobatio Eli sacerdotis pontificis ac iudicis Israelitarum, filiorumq́; e- F
ius. Et abijt Elcana in Ramatha in domũ suã .i. cum Anna redijt in propria. Puer
autem Samuel qui ab innocentia & puritate non amorum insolentia puer vocat, sed
& ætate extitit puer; moribus autem & sapientia fuit vir, imo vt Iosephus refert duo-
Iose. lib. 5 an.tiq. c. 11 decimo anno vitæ suæ orsus est vaticinari. Puer autem erat minister Leuitarum obsequio, in
conspectu domini qui Samuelis ministerium approbauit, ante faciem Eli sacerdotis. Por-
ro filij Eli erant filij Belial id est, indomiti & absq; iugo, nescientes dominũ. Non enim
Hiere. 2. sciebãt dominum practica & formata scientia: Iuxta quod dominus ait per Hieremiam: Tenen-
tes legere nescierunt me. Attamen dominum cognouerũt informi scientia, de qua ad Romanos
asseritur: Cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt, neq; officium sacerdotũ ad
Romañ. 1. populum hoc est, proprium officium non curabant agnoscere, nec illud sciebant formata sciẽ-
tia, quæ bonæ actioni est iuncta, sed quicũq; immolasset victimã, .i. animal immolatinum in
hostiam pacificã, de qua præcipue sermo, veniebat puer sacerdotis .i. minister alicuius filio-
rum Eli ex commissione domini sui, dum coquerentur carnes & habebat fuscinulam tridẽtẽ
id est, ferreum instrumentum trium dentium, quo carnes ex caldaria extrahuntur, in manu sua
& mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam siue in cacabum, & omne quod leua-
bat fuscinula .i. quãcũq; partẽ carnis existentis in olla, tollebat sacerdos sibi de manu sui mi-
nistri & fecit sibi illud lautius coqui. Sic faciebat vniuerso Israeli venientium in Silo. Etiã anteq̃
adoleret adipem .i. antequam offerentes exhiberent suo mõdo adipẽ sacerdotibus ad accẽdẽ-
dum. Vel anteq̃ ipsi sacerdotes hoc facerent, nam ad eorũ spectabat officiũ cremare adipes super
Leuitic. 3. altare holocaustorũ, vt patet in Leuitico. Veniebat puer sacerdotis & dicebat immolãti, vi-
delicet viro q animal adduxit, vt per manus sacerdotis domino offerretur, da mihi carnẽ de
animali oblato, vt coquam sacerdoti seorsum iuxta desiderium eius. Non enim accipiã à te
carnem coctam sed crudam quod fuit contra ritum & obseruãtiam legis, secũdum quam ani-
mali oc-

A mali occiso & immolato, carnes eius coquebantur cõmuniter, tam sacerdoti q̃ offerenti, & tũc vna Leuit. 6
imò & melior pars cessit in vsum & esum sacerdotis, alia in vsum offerentis. Holocausta vero to Leuit. 7
taliter comburebant, nec aliqua pars hostiæ immolatæ pro peccato, cessit in offerentiũ vsum, quę
omnia in Leuitico patẽt, & ibi cũ rationibus suis exposita sunt. ⌊ Dicebatq́ꝫ illi immolãs: Incen Leui. 3
datur primũ iuxta morẽ hodie ⌋.i. legis iussionẽ ⌊ adeps, ⌋ iuxta illud Leuitici: Omnis adeps dñi
erit iure perpetuo. Ideo ad dei honorẽ debuit adeps primo cremari. Vnde in animaliũ excoria-
tione adeps separabatur & primo accendebatur, ⌊ & tolle tibi quantũcunqꝫ desiderat anima tua ⌋.i.
de reliquo corpore animalis, ꝓsertim cocto, accipe quantũ vis, etiam plus q̃ secundũ legẽ sacer-
doti debetur, dũmodo non fiat ꝓtacta iniuria deo. ⌊ Qui respondens, aiebat: Nequaq̃ ⌋ sic faciam. Leui. 6
Nunc eñ dabis ⌋ mihi carnẽ crudã, ⌊ alioquin tollã vi. ⌋ Ecce q̃ta cõtumacia, incorrigibilitas &
aspernatio dei, imo & violẽtia manifesta. Ita intumuerũt & male audaces fuerũt filij Eli & eorũ
ministri, vidẽtes patrẽ suũ esse iudicẽ populi atqꝫ pontificẽ.i. ciuiliter ac spiritalr ꝓsidentẽ. Por-
ro ministri illi fuerũt Leuitæ sacerdotibus seruientes. ⌊ Erat eñ pc̃tm̃ puerorum, ⌋ maxime filiorum
Eli & ministrorum eorum, ⌊ grande nimis corã dño ⌋.i. diuino iudicio, qa sacrilegi erãt in deũ, & vio
lenti ac scandalosi in proximũ, imo in totã communitatẽ, ⌊ qa detrahebãt hoĩes à sacrificio dñi ⌋
.i. impediebãt eos à legitima immolatiõe, & propter abusum eorum multi omiserũt sacrificia debi Iose. lib. 5
ta ꝓsentare. Hinc Iosephus ait: Filij Eli contra hoĩes iniuriosi, cõtra diuinitatẽ impij, nulli iniq̃ta an.tu.ca.
ti parcebãt. ⌊ Samuel aũt ministrabat ante faciem dñi, puer accinctus Ephoth lineo ⌋.i. tali linea
veste, quali vti cõsueuerũt Leuitæ in suo officio, qua & minores sacerdotes poterant vti. Et non
B erat Ephoth sacerdotale.i. pontificale, cuius suphumerale Ephoth appellabatur, vt in Exodo indu Exod. 28
ctum est. Aliqui quoqꝫ affirmãt, ꝙ fuit Ephoth propheticũ, qm̃ & prophetæ aliqui tali solebant
veste vti. Quod aũt minores sacerdotes ea poterãt vti, hinc demonstratur, qm̃ infra habetur, ꝙ Do 1. Regũ. 22
eg interfecit octogintaquinqꝫ viros indutos Ephoth. ⌊ Et tunicã paruam faciebat ei mater sua,
quã afferebat statutis diebus ascendẽs cum viro suo, vt immolaret hostiã solennẽ & votũ suũ. ⌋
Per tunicã intelligi potest omnis vestitus Samuelis in illa ætate. ⌊ Et benedixit Eli Elcanæ & vx
ori eius, dixitq́ꝫ ei: Reddat tibi dñs semen de muliere hac pro fœnore q̃d cõmodasti dño ⌋.i. pro
eo ꝙ hunc puerum Samuelem p modũ fœnoris deo obtulisti. Fœnus eñ cõmodatur, vt pro eo ali-
quid recipiatur. Sic parentes Samuelis eum dño obtulerunt, quatenus inter cætera etiam per hoc
mererentur ampliorem fœcunditatem adipisci à dño, quod & factum est. ⌊ Et abierunt in locum
suum. Visitauit ergo dñs Annam, ⌋ dando ei fœcunditatem, ⌊ & concepit & peperit ⌋ successiue
⌊ tres filios, ⌋ sic tamen, ꝙ vnus illorum fuit Samuel, vt cõmuniter dicitur, ⌊ & duas filias. ⌋ Deniqꝫ ad
tantã prolificationem videtur benedictio & oratio Eli pontificis cooperata. Nã & propter digni-
tatẽ tanti officij deus tũc multa agebat. ⌊ Et magnificatus est puer Samuel apud dñm ⌋.i. in virũ
perfectum corã deo excreuit, proficiens sapientia, ætate & gratia. ⌊ Eli aũt erat senex valde &
audiuit omnia q̃ faciebãt filij sui vniuerso Israeli ⌋ circa eorum sacrificia, ⌊ & quomodo dormiebãt
cũ mulieribus quæ obseruabãt ad ostiũ tabernaculi ⌋.i. foris ad atrium excubabãt, quia venerunt
vt iuxta legis ꝓceptum in Leuitico scriptũ: Post partum suũ purificarentur & immolarent. Sicq́ꝫ Leui. 12
impij illi polluebant eas quæ venerũt vt purificarentur. Aliqui tamen dixerũt, ꝙ non dormiebant
cũ illis, sed sumpta pecunia licentiauerũt eas ad dormiendũ cum suis maritis infra dies purificati-
C onis, quod dictũ pro prima sui parte videtur contrarium textui. Pro secunda vero sua parte credi-
bile est, ex quo sacerdotes isti erant tam scelerati, ⌊ & dixit eis: Quare facitis res huiuscemodi quas
ego audio res pessimas ab omni populo ⌋.i. multo peiores q̃ sunt quæ faciũt populares. Vel, pes
simas ab omni populo.i. abstrahendo à sacrificijs populi, carnes crudas etiam ante adipis crema-
tionem, & vxores abstrahendo à suis maritis per adulterium. ⌊ Nolite filij mei. Non eñ est bo-
na fama quã ego audio, vt transgredi faciatis populum dñi, ⌋ communitatem scandalizando, at
qꝫ à solitis sacrificijs (vt dictum est) auertendo. Vxores quoqꝫ ad scelera inducendo enormia.
⌊ Si peccauerit vir in virum, ⌋ seu homo in hominem, ⌊ placari ei potest deus, ⌋ per sacrificia &
orationes tam suas q̃ sacerdotis, non tamen sine pœnitẽtia vera peccãtis. ⌊ Si aũt in deũ peccaue
rit vir, quis orabit pro eo? ⌋ quasi dicat, irremissibile est. Q̃d non est intelligendũ, quasi sit simplici
ter irremissibile, vel quasi nõ sint sacrificia instituta in lege pro peccatis in deum cõmissis, ꝓsertim Exod. 32
cum pro adoratione aurei vituli dñs iusserit certa sacrificia tam ab Aaron q̃ à populo immolari.
Sed istud dicitur, ad insinuandum ꝙ peccata in deum cõmissa loquẽdo in generali, sint multo enor
miora & difficilius remissibilia q̃ peccata in proximum, secundũ quem modum in Ecclesiastico Ecci 28.
habetur: Homo homini seruat iram, & à deo quærit medelam, quis orabit pro delictis illius? Iohan
nes quoqꝫ in prima sua canonica: Est (inquit) peccatum ad mortem, nõ dico vt pro illo roget qs. 1. Iohan. 5
Sic & saluator in Euãgelio: Blasphemiæ (ait) spũs non remittetur in hoc seculo neqꝫ in futuro. Por Matt. 12 Mar. 3
ro peccata in deum sunt proprie quæ sunt contra tria prima ꝓcepta. Peccata in proximum quæ
sunt cõtra alia septẽ. Et quãuis loquendo in genere, pc̃tã in deum sint grauiora, nihilominus in Exod. 20
speciali, quædã peccata in proximum grauiora sunt quibusdã peccatis in deum, vt homicidium
grauius est q̃ violatio sabbati siue periurium. Nam & peccata in proximum sunt contra dei ꝓce-

O 2 pta.

pta. ⌊Et non audierũt vocẽ patris sui⌋ auribus cordis, id est, increpationi & iussioni sui patris nõ D
acquieuerũt, quia obdurati erãt cõsuetudine vitiosa, ⌊qa voluit dñs occidere eos.⌋ Si hoc ita est, vi
detur ꝙ excusabiles erãt, & q̃d deo sit imputãda eoꝝ perditio. Non eñi poterãt volũtati dei re-
1. Timo. 2 sistere, neq; hãc immutare. Præterea, teste Apostolo: Deus vult oẽs homines saluos fieri, & ad
agnitionẽ veritatis venire. Propter q̃d in secũda sua canonicã beatissimus archiapostolus cõtesta
2. Petri. 3. tur: Non tardat dominus promissum, sed patiẽter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed oẽs
Ezech. 18. ad pœnitentiã reuerti. Vnde & per Ezechielem loquutus est: Nũquid volũtatis meæ est mors im
Damasce. pij dicit dñs, & non vt conuertatur à vijs suis & viuat? Veꝝ ad omnia ista secundũ Damascenũ est
vna responsio, q̃d. s. deus volũtate antecedẽte vult omnes saluari, impiosq; conuerti, videlicet cõ-
siderãdo eos vt hoĩes sunt, Non aũt volũtate consequẽte, qa pẽsando quosdã vt reprobos & ini-
quos, vult eos damnari, & interdum temporaliter perimi. Hi ergo nõ obtemperauerũt suo patri,
quia dominus voluit eos occidere, inquãtũ erãt tã vitiosi, propter q̃d gratiã sine qua nemo cõuer
titur, eis iuste abstraxit. Verũtamẽ non fuerũt necessitati ad vitia, qa remãsit in eis libertas arbitrij.
Et si fecissent q̃d erat in eis, nõ fuissent à deo relicti. Idcirco eoꝝ dãnatio nõ est deo imputãda, &
quoniã deus præcognouit filios Eli per tẽporalem pœnã non cõuertẽdos, voluit eos etiã mor-
te infernali occidere. ⌊Puer autem Samuel proficiebat atq; crescebat, & placebat tã deo q̃ ho-
minibus⌋ quia per dona naturæ & munera gratiæ fuit valde amabilis, affabilis, humilis, charita-
Eccl. 45 tiuus, suauis & exẽplaris in cũctis. Sic & de Mose scriptũ est in Ecclesiastico: Dilectus deo & ho
Psalm. 52 minibus Moses. Sed obijci põt illud Psalmistæ: Quoniã deus dissipauit ossa eoꝝ qui hominibus
Galat. 1 placẽt. Et q̃d ait Apl'us: Si hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem. Et respondendũ, ꝙ scri-
ptura hæc loqtur de hominibus bonis & virtuosis, aut saltẽ bonæ inclinatiõis, de qbus rursus idẽ E
1. Cor. 10. fatetur Apl'us: Ego per oĩa, oĩbus placeo. Nõ aũt de peruersis & induratis hominibus, de q-
Prouer. 29 bus ait scriptura: Abominãtur impij virũ iustum. ⌊Venit aũt vir dei ad Eli.⌋ Quis fuerit iste vir
dei nescitur, & quidã Iudæi de hoc diuersimode fabulant. Nã aliqui dicũt, ꝙ fuerit Phinehes quẽ
constat iam dudũ obisse. Sed dixerũt quidã Hebræi, ꝙ fuit resuscitatus, vel idẽ in alio corpore, q̃
omnia sunt incerta aut falsa. Alij dixerunt, ꝙ fuit Elias, quem constat tũc nondũ fuisse natũ, nisi ꝙ
quidã stulti Hebræi affirmãt etiã Eliam fuisse in alio corpore Phinehes ipsum. Alij dixerũt, quòd
fuit angelus in specie viri. Quidã vero, ꝙ fuit Elcana pater Samuelis. Sed iuxta literã verius reor,
ꝙ fuit aliquis propheta existẽs tũc tẽporis, q saltem hac vice tactus fuit gratia prophetali, sicut
Iudic. 6. & in libro Iudicum legitur dñs misisse virum prophetã ad filios Israel increpãdos. Nec puto ꝙ
vir iste fuerit Elcana, quia iam multa sunt nominatim de eo relata. Cur ergo & istud opus præcla
rius cæteris, nõ esset nominatim de eo conscriptũ, ⌊& ait ad eum: Nũquid non aperte reuelatus
sum domui patris tui⌋ imo manifeste apparui Aaron patri tuo & domesticis eius, ⌊cum esset in
Exodi. 4 Aegypto⌋ quod secundũ Hieronymũ fuit quãdo dñs iussit Aaron vt iret in occursum Mosi, vt
legit in Exodo, q̃d dñs per angelũ credit Aaron præcepisse. Et quãuis dñs forsitan non apparuit
ita domui Aaron, tamen ipse Aaron poterat domui suæ significare apparitionẽ & iussionẽ sibi fa F
ctas à dño, dicũtq; aliqui q̃d deus tunc reuelauit ipsi Aaron ꝙ futurus erat summus sacerdos. Hoc
tamẽ in textu isto nõ exprimitur euidẽter, quod vero subiungit: ⌊in domo Pharaonis⌋ exponi
Exodi. 28 potest, quoniã terra habitatiõis Hebræoꝝ ad Pharaonẽ pertinuit, ⌊& elegi eũ ex oĩbus tribu-
bus Israel⌋ mihi in sacerdotẽ, imo & in põtificẽ præ cæteris vniuersis. Electio dei æterna est, sed
Ibidem. per exteriora quædã signa manifestat interdũ in tẽpore. Sicq; in Exodo describit, quãdo & qua-
liter deus reuelauit Mosi in monte Sinai, ꝙ applicaret ad se Aaron & filios eius, vt sacerdotio fun
Nume. 17. gerent, & Aaron pontificatu. Deinde in Numeris recitatur, qualiter idem ostenderit dñs per vir-
Iose. lib. 3. gæ Aaron floritionẽ. Iosephus vero ait, ꝙ etiã parẽtibus Aaron & Mosi deus in Aegypto reue-
an. iu. ca. 18 lauit in somno, q̃d gñaturi essent filiũ, qui filios Israel educeret de Aegypto. Tũc q̃q; reuelauit eis
de sacerdotio & pontificio Aaron, ⌊vt ascẽderet ad altare meũ & adoleret mihi incẽsum, & por-
taret corã me Ephoth⌋ põtificale. s. superhumerale, ⌊corã me & dedi domui patris tui⌋. i. sacerdo
tibus Aaronitis, ⌊oĩa de sacrificijs filioꝝ Israel⌋. i. quasdã partes de sacrificijs vniuersis, præsertim
pacificis seu salutaribus q̃ offerebant pro pace ad eũ siue ad hoĩes dãda aut cõseruãda, seu pro salu
te data dãda aut cõseruãda. Et quãdo fiebãt pro salute aut pace data, dicebãtur sacrificia gratiaꝝ
Leuitic. 7 actiõis. De his itaq; sacrificijs armus dexter & pectus cedebãt in vsum sacerdotis offerẽtis. Simi
Nume. 18. liter pellis. Porro adeps & duo renes atq; renunculi adolebãtur seu incẽdebãtur dño super altarẽ
Deu. 18 holocausti. In hostijs aũt pro peccatis plura pertinebãt ad sacerdotes, quia ex eis nil cessit in vsum
Leuitic. 5. offerentiũ ea pro suis peccatis. Sed quãdo pro totius populi peccato fiebat oblatio, totũ etiã pel-
Leuiti. 22. lis cõburebat. ⌊Quare calce⌋. i. aspernãter & insolẽter, sicut q̃d calce repellit, ⌊abiecistis victimã
Leuiti. 14 meã⌋. i. sacrificia mihi offerẽda nõ ꝑmittẽdo, vt legitime immolent, ⌊& munera mea⌋. i. hosti-
as spontaneas q̃ vltra debitã ex deuotiõe offerũtur. Vel, munera mea, qa hæc ipsa q̃ mihi offerũ-
tur, sunt dona & beneficia mea vobis à me collata, quẽadmodũ primo libro Paralipomenon Da
1. Par. 29. uid loqtur deo: Tua sunt oĩa, & q̃ de manu tua accepimus, dedimus tibi, ⌊q̃ ꝓcepi vt offerrent
Deuter. 12 in tẽplo⌋. i. in atrio tabernaculi, in q̃ atrio stetit altare holocausti. Quãuis eñi imolarent spõtanee
tamẽ

A tamen locus fuit determinatus ex lege, & magis honorasti filios tuos q̃ me,] qa permisisti eos
impune mea violare ꝑcepta in punctis ꝑtactis & partes sacrificioꝝ sacerdotibus deputatas, volui
sti eis dari. Ea vero quæ mihi offerenda erãt, nõ fecisti mihi offerri. ¶ Quamuis etem̃ Eli filios suos
increpauit, nõ tamen ita districte vt tenebaẗ seu vt enormitas criminum eoꝝ exegit. Ideo Glos-
sa ait ex verbis Hieronymi: Coercuit & corripuit eos, sed leuitate seu mãsuetudine paternali, nõ
seueritate & authoritate pontificali. Ideo in iniquitate filioꝝ suoꝝ dãnatus est, videlicet inquan
tũ ei iuste imputabanẗ, qa non restitit eis nec increpauit & castigauit vt debuit. Sicq; etiã pro p-
pria culpa punitus est, qa neglexit debitũ sui implere officiȷ̃, L vt comederetis primitias oĩs sacri-
ficiȷ̃ Israel populi mei] .i. ꝑcipuas partes sacrificioꝝ adhuc crudas assumeretis, faceretisq; eas vo
bis laute & seorsum loqui cõtra legis ꝑceptũ, q̃d filiȷ̃ Eli fecerũt iuxta ꝑhabita, & patri eoꝝ impu
tatur, qa nõ debite impediuit. L Propterea ait dñs deus Israel: Loquens loquutus sum, vt domus
tua] .i. tu ipse & filiȷ̃ tui, L & domus patris tui] .i. cognatio Aaron, de cuius semine natus es, L mi
nistraret in cõspectu meo] sacerdotale & etiã pontificale officiũ exequẽdo in tẽplo, L vsq; in sem
piternũ] .i. ꝑ omne tẽpus veteris test. Istud de summi sacerdotis officio potissimũ dr̃. ¶ Quæriẗ
ergo, vbi vel qñ loquutus sit dñs, ꝙ domus Eli fungereẗ sacerdotio summo. Et apparet ꝙ nulli- Exod. 28
bi. Præceperat em̃ dñs in Exodo & libro Num̃. vt Aaron pontifex & post eũ primogenitus eius Nume. 20
Eleazar, sicq; deinceps põtifices essent. Eli aũt nõ fuit de stirpe Eleazari, sed ipsius Ithamar. ¶ Res
pondendũ, ꝙ in casu summũ sacerdotiũ poterat & debebat deuolui ad filios Ithamar, & ita tunc
factum est, & crediẗ id cõtigisse propter pc̃tã posteroꝝ Eleazari, q in exequutione pontificiȷ̃ sui
valde negligentes fuerũt. Ideo sicut hic legiẗ, dñs dixit ꝙ summũ sacerdotiũ transferreẗ ab eis ad
B Eli filiũ Ithamar, & forte ꝑ aliquem prophetã ꝓnuntiauit hoc tunc, quãuis scriptũ non sit, Non
em̃ oĩa scripta sunt. L Nunc aũt dicit dñs: Absit hoc à me] .i. exigente iustitia mea nõ implebo il
lam promissionẽ quæ sub conditione fuit intelligẽda, vtpote nisi peccãdo enormiter, obicẽ po-
neretis, sicut nunc posuistis. L Sed quicunq; *glorificauerit me,] mihi cũ debita fidelitate & reue- al's, honori
rentia seruiendo, L glorificabo eũ] præmio copioso. L Qui aũt contemnũt me] .i. scienter & ex ficauerit.
habitu prauo peccãt, ꝑsertim qui incorrigibiles sunt & suis abutunẗ officiȷ̃s, L erunt ignobiles] .i.
confusibiliter disperibunt, & ipsa eoꝝ iniquitas est ignobilitas maxima. ¶ Et interdũ fit istud in vi
ta præsenti, quãuis non semper, quia frequenter impiȷ̃ prosperanẗ & florent in seculo isto. Iusti
vero econtrario aduersitatibus affliguntẗ. Dñs tñ ad literã loquebaẗ, potissimũ de sacerdotibus il
lis legalib', qui bene agendo honorabãtur in vita præsenti, deo sic disponente. L Ecce dies veni-
unt & præcidã brachium tuum] .i. potestatem & authoritatem pontificalem tollã à te ac poste
ris tuis, L & brachium domus patris tui] .i. tuã cognationem à patre tuo seu auo aut proauo pro-
creatam, auferã de hac vita in iuuentute eoꝝ. Ideo subditur, L vt non sit senex in domo tua] .i. in
sobole tua atq; domesticis. ¶ Translatio ista pontificiȷ̃ à domo Eli ad posteritatẽ Eleazari facta est
tempore Salomonis, qui Abiathar pontificem natũ de Eli, eiecit à pontificio & tradidit illud Sa- 3. Regũ. 2
doch ex Eleazaro nato, sicq; summũ sacerdotiũ fuit reductũ ad priorem originẽ. L Et videbis æ-
mulũ tuũ in tẽplo in vniuersis prosperis Israel,] qm̃ sub Salomone fuit mira prosperitas in Israeli
tico ꝑplo, & ingens honor põtificis, & hoc Eli vidit, & inuidit, nõ personaliter, sed in sobole sua,
C quia Abiathar & filiȷ̃ eius de sua deiectione & ipsius Sadoch promotione dolebant, inuidiamq;
habebãt nonnunquã, aut quidã eorum, L & non erit senex in domo tua omnibus diebus,] hoc ve 1. Regũ. 22
rificatum est per interfectionẽ filiorum Eli in iuuentute eorum, per occisionem etiam sacerdo-
tum quos Saul impie trucidauit, qui magna ex parte fuerunt de Eli & Ithamar. L Veruntamẽ nõ
auferã virum penitus ex te ab altari meo] .i. aliqui posteroꝝ tuoꝝ erunt in officio sacerdotum
minoꝝ, in quo & Abiathar post suam deiectionem à pontificio mãsit, L sed vt deficiant oculi tui 3. Regũ. 2
& tabescat anima tua] .i. hoc ipsum ꝙ aliqui posteroꝝ tuoꝝ eruntin sacerdotali officio, erit ad
afflictionem & desolationem ipsoꝝ, quantum ad hoc ꝙ videbunt se ita humiliatos & subditos
his quibus patres eoꝝ aliquando præfuerunt, L & magna pars domus tuæ morietur, cum ad vi-
rilem ætatem venerit,] quod in sacerdotibus Nobe occisis à Saul videtur impletum. L Hoc au-
tem erit tibi signũ quod venturũ est duobus filiȷ̃s tuis, Ophni & Phinehes, In die vna morientur 1. Regũ. 22
ambo] .i. per hoc scies vera esse quæ dixi, ꝙ duo filiȷ̃ tui eodẽ die interficienẗ, quasi dicat, de pro
pinquo do tibi signum, qm̃ te sene adhuc viuente, percipies eos ambos pariter interisse. L Et susci
tabo mihi sacerdotẽ fidelẽ, qui iuxta cor meũ & animã meã faciet] .i. viuet & suũ implebit officiũ
secundũ meã voluntatẽ & intentionẽ. ¶ Loquiẗ aũt deus metaphorice de se, quasi de hoĩe, dicẽdo
iuxta animã meã, cũ ipse in sua natura sit simplicissima mens, L & ædificabo ei domũ fidelẽ] .i.
bonã & stabilẽ posteritatẽ ei cõcedã. ¶ Quidã exponũt ista de Chr̃o, q est sacerdos in æternũ secũ Psal. 109
dũ ordinẽ Melchisedec, cuius posteritas fuerũt sancti apostoli & cæteri electi sacerdotes ac ꝑsu-
les euãgelicæ legis. ¶ Cui expositiõi nõ videẗ cõsonare q̃d subdiẗ, L & ambulabit corã Chr̃o meo cũ 3. Reg. 1
ctis diebus,] Ideo aliȷ̃ exponũt ista de Sadoch pontifice iusto q corã Salomone est fideli̇r cõuersa
tus pluribus annis. L Futurũ est aũt vt quicũq; remãserit in domo tua, veniat vt oreẗ pro eo] .i. tẽ
plũ seu atriũ eius ingrediaẗ, non iam ad sacrificandũ & orandũ pro aliȷ̃s, vt moris ac iuris est sacer-

 dotum,

Deute. 21. dotũ, sed magis ad rogãdũ vt sacerdotes orẽt pro ipso, eisq́; offerat aliqd, quatenus deprecentur D
pro ipso, ideo subditur: Et offerat nummũ argenteũ & tortã panis, dicatq́; alicui sacerdotum.
Dimitte me obsecro ad vnã partẽ sacerdotalẽ: i. ad vescẽdum de aliqua portione hostiæ deo
oblatæ ad esum sacerdotũ spectãtæ, vt comedã buccellã panis: i. modicũ qd mãducẽ. Potest
quoq; istud exponi de sacerdotibus inferioribus ex Eli descẽdẽtibus, qui ad põtificẽ habebãt re-
currere, & aliqd ei offerre, vt oraret pro ipsis. ¶ Præterea quærit, cur tanta vltio p tot genera-
tiones inflicta est posteris Eli, propter pctm̃ ipsius, cũ alibi dñs sæpius protestetur se visitaturum
Exod. 20 pctã patrum in filios vsq; in tertiã & quartã generationẽ. Respondetur q pœnæ corporales vitæ
Nume. 14. præsentis sunt medicinales, & ordinant à deo in bonũ animæ patientiũ eas, idcirco non aduersa-
tur iustitiæ, q proles pro peccato parentis talia sustinet. Hi etiã posteri aliunde culpabiles erant,
propter qd maiora ppeti meruerũt, nec eis debebat dignitas põtificalis ex lege aut iure successio
3. Reg. 2 nis. Nam & ipsum Abiathar eiecit Salomon à põtificatu propter propriã ipsius Abiathar culpã,
propter quam dixit ad ipsum filius mortis es. In talibus quoq; casibus parentes puniuntur in pœ-
nis & aduersitatibus sobolis suæ deo sic ordinante.

¶ De mystico sensu residuæ partis huius secũdi capituli. Art. VI.

ET abiit Elcana in domũ suã. Cũ Elcana iste vir Leuites & virtuosus cõplesset in taber-
naculo dñi suũ obsequiũ, & Anna vxor ipsius pariter redierũt in suã. Per qd significat q
sacerdotes, pastores, prælati & prædicatores verbi dei mox vt in ecclesiis, & circa subdi-
tos, seu proximos, suũ cõpleuerũt officiũ, debeant euagationes & fabulationes vitare, atq;
ad loca intrare secreta, vt ibi consciẽtiæ suæ domum seu interiora cordis sui discutiãt & emendẽt,
deoq́; vacẽt, quatenus orando & meditando, sicq́; deuotionaliter exercẽdo, obtineant illumina- E
tionẽ tam copiosam & feruorẽ tam validum à spũ sancto q rursus tẽpore opportuno queãt alios
magis idonee informare, purificare, accẽdere. Porro filii Eli, filii Belial nescientes dñm neq; offi
cium sacerdotũ ad populũ per impios illos sacerdotes, intimoratos, auaros, adulteros, designan-
tur nũc vniuersi sacerdotes, & clerici religiosi atq; canonici, q amplius quærũt cõmoda sua & ob-
lectamẽta immũda, promotionesq́; proprias q̃ dei honorẽ & animarum salutẽ, & ecclesiastica bo
na, oblationes fideliũ & quæ dño offerũtur, expendũt carnaliter aut superbe & auaritiæ studẽt,
sicq́; sub professione, nomine & habitu spũalitatis, cor gerunt repletũ vanitatibus mũdi aut vitiis
carnis, idcirco sunt filii Belial, membra & serui diaboli, satellites dæmoniorum, qbus inæstimabilis
ira propinquat, & intoleranda dãnatio proxima est, qa pctã eorum sunt corã deo grandia nimis,
nam & populũ dei enormiter scandalizãt, ac bonis ecclesiæ q̃ consumũt sunt prorsus indigni. Et
quidam eorum sunt adeo intimorati ac vitiosi, q ea quæ pro reparatione ecclesiæ ac necessariis in
diuino officio aut condecẽti ornatu basilicæ offerunt, in suos redigũt vsus, ne dicã in vsus scorto-
rum & filiorum suorum. Quid dicturi sunt impii & infelicissimi isti, cũ diuino tribunali fuerint præ-
2 Timo 2. sentati? Resipiscant ergo & erubescant, & dignos pœnitentiæ agant fructus, & Samuelis imitẽ-
Matth. 3. tur virtutes, q Ephoth lineo fuit accinctus, per quod mortificatio carnis, puritas cordis, exẽpla-
Titum. 1. ritas operis figurantur, qbus ministros ecclesiæ decorari oportet. Nempe vt asserit Glossa: Qui
Luc. 21. deo ministrare desiderat, necesse est, vt caste & sobrie viuat, præsertim cũ cunctis fidelibus iubeat F
Chrũs: Videte ne grauẽtur corda vestra crapula vel ebrietate. Sed proh dolor, multi cũ filiis Eli
querũt, nõ solũ sufficiẽtia, sed & superabundãtia & delicatiora, & incontinẽtiæ præbẽt incitamẽ-
ta. Et tunicã paruã faciebat ei mater sua. Tunica parua est humilis vita quam mater ecclesia pa-
rat ac docet filios suos, quatenus opa sua quãtulibet magna in humilitate custodiant, paruipẽdãt,
Iudæ & quicquid boni in eis est deo semp attribuãt. Sicq́; iuxta Iudæ apostoli documentũ, odiãt eam
apsto. quæ carnalis est maculatam tunicã. Et benedixit Eli Elcanæ & vxori eius, dixitq́;: Reddat tibi
dñs semen de muliere hac pro fœnore quod commodasti domino. Sic boni prælati, religioso-
rumq́; patres benedicere debẽt secularibus qui sobolem suam offerũt deo in locis deuotis, in q-
bus dũ proles oblata seu sponte ingressa bene se habet, gaudiũ parit superioribus suis, quorum be-
nedictione & oratione, imo & meritis ac precibus prolis laudabiliter conuersantis deus frequẽter
etiam in tẽporalibus benedicit parẽtibus & eos mẽte fœcundat ac corpore. Verum sunt aliqui deo
ingrati ac infideles, q filios suos aut filias à religionis ingressu, spiritaliue cõuersatione toto posse
auertũt. Et qd deus eis gratiose concessit, malitiose abstrahũt deo. Quòd si aliquẽ ex fructu vteri
sui habuerint mũdo ineptũ, hũc deputãt deo, cui nõ vilia, sed præstantiora sunt offerenda. Et
Eli audiuit vniuersa quæ fecerunt filii sui vniuerso Israeli. Per hunc Eli qui quantũ ad se videtur
fuisse vir mitis & pius, intelligunt negligentes prælati & patres, imo & vniuersi qui circa imple-
Matt. 18 tionem præcepti fraternæ correptionis sunt remissi ac tardi. Præsertim qui subditos suos debite
increpare ac castigare non satagũt, propter quod om̃ia subditorum vitia redundant in ipsos & dã-
nantur ac puniuntur pro ipsis, ideo periculosum est præsidere & curam accipere animarum. Atque
Origenes. vt asserit Origenes: Bonũ est non prosilire ad ecclesiasticas dignitates. Vnde & Chrysostomus
Chrysost. Quis est, inquit, qui cupit præesse, nisi qui non timet iudicium dei? Ecce Eli filiis suis increpato-
ne est loquutus: Quare facitis res huiuscemodi res pessimas? Et tamen tanquam transgressor
præce-

A præcepti paternæ ac fraternæ correptionis reprobatur à dño, improperatur'ꝗ ei ꝙ magis hono-
rauerit filios suos ꝗ deū. Cōstat ergo ꝙ iuxta grauitatē & scādalositatē culpaꝝ eoꝝ q peccant, di-
re & acriter sint à superioribus suis reprehendendi ac puniēdi & reprimēdi. Quid ergo dānatio-
nis imminet his, & ꝗ detestabiles sunt corā altissimo, q debitū suæ prælationis & præceptū corre-
ptionis in subditis suis nō implent, in tantū vt nec molliter qdem seu remisse corripiāt delinquē-
tes. Vel personaꝝ sint acceptores, vnū palpando præ alios. O ꝗ varijs modis cōmunicant hi pec
catis alienis. Insuper quàm multi præsules & archidiaconi ac decani audiūt his diebus qualiter fi-
lij. i. subditi eoꝝ presbyteri, canonici, seu in sacris ordinibus constituti, dormiunt cum mulieribus
coniugatis ac alijs, imo & sponso cœlesti consecratis, nec tamē vt tenētur, corripiūt, sed pœna pe
cuniaria contētantur, nec lucra quærūt animaꝝ, sed suaꝝ impletionē bursaꝝ. Aut qd sceleràtissi-
mum est, hæc ipsa facinora quæ in alijs corripere & corrigere obligantur, exercēt etiā publice, &
magis ꝗ subditi, & transgredi permittūt ac faciunt populū dei. Hi maledicti non solū priuantur
diuinis promissis quæ bonis sacerdotibus ac prælatis idoneis facta sunt & parata, sed cū Eli incur Heb.10
runt comminationes atꝗ punitiones multiplices ac pauēdas à iudice adorando, in cuius manus
incidere est horrendū, qui glorificantes se gloriose exaltat, & eos à quibus contemnitur, qui filios
suos aut proximos magis honorant, amant, aut timēt ꝗ deū horribiliter confutabit. Accēdamus
igitur zelo iustitiæ & deitatis feruore in primis contra nosipsos & contra vitia nostra, & negligē-
tias proprias detestando, puniendo & vitando ea quotidie cum debita seriositate, deinde aduer-
sus peccata & vitia proximorum potissime subditorum & domesticorum nostroꝝ, & quos ma-
B gis diligimus, reprehendamus instantius, nec ex timore offendendi homines aut desiderio com-
placendi hominibus omittat quis quæ deus requirit. Alioquin iudicabitur plus honorare homi-
nes quàm hominum creatorem.

¶EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI TERTII.

Puer autē Samuel ministrabat dño coram Eli. Art. VII.

Recitatur hic qualiter præscripta increpatio & reprobatio Eli pontificis
etiam manifestata fit Samueli, & per Samuelē pontifici. Promotio quoꝗ
Samuelis ad gratiam prophetalem. ⌊Puer aūt Samuel ministrabat dño
coram Eli, & sermo domini erat pretiosus, ⌋ i. difficulter obtineri po-
terat diuina seu prophetalis respōsio ad interrogata ac dubia. Pauci quoꝗ
tunc erant qui populū salubriter informabant. ⌊In diebus illis nō erat 1.Reg.8.
visio manifesta ⌋ quia & si alicui fiebat reuelatio prophetica, sicut in pre-
cedenti capitulo dictum est de viro dei misso ad Eli, hoc tūc raro & se-
crete fiebat, oīe autem rarum est pretiosum, dummodo sit appetibi-
le. Circa hæc scribit Lyra, propter malitiam filiorum Eli, & negligē-
C tiam patris eorum in corrigendo cessauerunt reuelationes & responsiones domini. Vnde in He
bræo habetur. Sermo domini erat prohibitus & obturatus. Contra quæ obijci potest, qa vt di-
cunt Thomas & alij. Quamuis interdum puniat deus vnum pro peccato alterius in tēporalibus
non tamen in spiritualibus. ¶Deniꝗ temporibus Manasse, Ammon & filioꝝ Iosiæ erat multo 4.Reg.21
maior iniquitas sacerdotum, imo & populi quàm tempore isto Eli. Et tamen tunc erant multi & 4.Reg.13
magni prophetæ & visiones aperte, vt patebit infra libro quarto & secūdo Paralipomenon, atꝗ 24.
frequēter in Hieremia, asserit'ꝗ Rabbi Paulus dictionem illam hebraicam, pro qua Hieronymus 2.Para.33
transtulit pretiosus, non significare nisi pretiosum. Itaꝗ iuxta doctrinā Augustini libro de ciuita 34.
te dei videtur dicēdum, ꝙ apud æternam & infinitam sapiētiam creatoris inuariabiliter ac sapiē- R.Paul.
tissime est decretū ac diffinitum, quando & vbi ac qualiter miracula & cæteri miraculosi effectus August.
contingant. Sic quoꝗ de propheticis visionibus est tenendum. ⌊Factum est ergo in die quadam
Eli iacebat in * loco suo ⌋ i. in lecto seu thalamo iuxta tabernaculum ad dormiendum. ⌊& oculi
eius caligauerāt ⌋ præ senectute ex organi indispositione. Alioquin si organum visus in sene eēt
dispositū sicut in iuuene, tā clare videret senex vt iuuenis, vt ait Philosophus, ⌊nec poterat videre
lucernā dei antequam extingueretur. ⌋ Hoc aliqui sic exponunt, quòd non poterat videre in die,
quando lucerna tabernaculi erat extincta. Alij sic: Non poterat videre ante diem, quàndo lucer-
na extinguebat, quæ expositiōes obscuræ sunt & extortæ videtur. Quidā ergo magis ad literam
& clarius sic exponunt, ꝙ non valebat videre lucernam adhuc ardentē seu lucentē propter visus
sui debilitatē. Quēadmodū vespertilio lucē diei pati nō potest. Sed huic expositioni quoꝗ obijci
tur, ꝙ nemo tā debilē habet visum, nec ita cæcutiens est, quin clarius videat lucernā ardētē quàm
extinctā. Hinc secūdū magistrum in historijs Hebræi distinguunt & punctuant ita: Nō poterat Pet. Co
videre, deinde subiungunt secundum hebraicam veritatem, lucerna domini nondū extingueba- mest. libr. 1.
tur, sicꝗ congruenter subiungitur. Samuel autem dormiebat. His concordat quod libro de he- Reg. ca. 3
braicis quæstionibus dicit. Et idē approbat Lyra, addit'ꝗ. Translatio nostra videt hoc loco cor- Hierony.
rupta per imperitiam correctoꝝ, qui duos versus coniunxerunt in vnū, sicut in alijs pluribus locis

est factū, ideo consequēter posuerūt hic lucernā in accusatiuo ꝓ lucerna in nõiatiuo. Vnde apparet, ꝙ veritas nostræ translationis à principio fuit hæc. Non poterat videre, ita quòd versus hic D terminatur. Et sequitur: Lucerna domini ante ꝗ̄ extingueretur, Samuel dormiebat, hoc est, antequàm lucerna domini extinguebatur, puta in nocte, Samuel dormiebat. Veruntamen qa non videtur quòd talis corruptio possit de facili generalr̄ fieri, reor dicendū ꝙ textus sicut iacet potest Exod. 25 Ibidē conuenienter saluari, pro quo primo pensandū, ꝙ in tabernaculo erāt septem lucernæ ardentes de nocte, quarū quatuor extinguebant de mane, quæ rursus de vespere accendebant. Et istæ lucernę erant lampades valde clare lucentes absq; intermedio rostro sup candelabrū positæ, quæ oĩa in Exodū exposita sunt. ¶ Insuper aduertendū, ꝙ duplr̄ dr̄ aliquis non posse videre lucernā ardētem seu lampadem. Primo, qa nequaquàm perceptiuus est visualium specierū seu radiorū ipsius. Secundo, qa eā non potest inspicere absq; sui visus pœna ac læsione. Iuxta quē modū noctua nequit lumen solis videre. Dicendū ergo ꝙ Eli ita fuit cæcutiens ꝙ absq; notabili visus sui tormento nequibat lampades illas ardentes & lucentes aspicere. Sicq; communiter dicitur, ꝙ homo non potest solem in rota suæ claritatis intueri. Et ita nō poterat Eli videre lucernā dei, hoc est, lampades illas ardentes, intelligendo plurale per singulare anteꝗ̄ extinguerent. Non ꝙ postea viderit eas. Matth. 1 Quemadmodum fertur apud Mathæum, ꝙ Ioseph non cognouit Mariā, donec peperit, non ꝙ postea eā cognouerit, vel forte extinctis lāpadibus in ipso crepusculo, vel aurora, melius & sanius vidit eas ꝗ̄ in tāti luminis cōglomeratōe atq; vigore. Samuel aūt dormiebat in tēplo dñi vbi erat arca dei. Per templū dñi intelligit hic tabernaculum Mosi. Arca vero erat in sancto sanctorū, in quo nemo dormiuit, imo nec in exteriori tabernaculi parte, idcirco dr̄ Samuel in templo dormiuisse, hoc est, in quadā appendicia eius, puta in thalamo iuxta tabernaculū, in quo thalamo solus E dormiuit Eli. Non tñ in lecto eodē. Et vocauit dñs Samuel. hoc dñs fecit per ministeriū angeli, q vt apparet, vocauit Samuelem dormiētem, ita ꝙ ex illa vocatione euigilauit: sicq; videt fuisse vocatio exterior, sicut & paulopost alloquebat eum allocutiōe exteriori vocali, quanq̄ & interiori vocatione imaginaria potuerit eū vsq; ad expergefactionē vocasse. Qui Samuel. Respondēs ait: Ecce ego paratus sum ad tuū præceptū. Et cucurrit ad Eli, & dixit: Ecce ego præsto sum. Vocasti eñ me. Nunc hoc Samuel æstimauit, ideo dixit falsum materialr̄. Non aūt formalr̄, imo formalr̄ dixit verū, qa sic dixit, vt sensit: Qui dixit: Non vocaui te fili in hac hora. Reuertere & dormi. Et abiīt, & dormiuit. Et adiecit dñs rursum vocare Samuel. Consurgensq; Samuel abiīt ad Eli, & dixit: Ecce ego qa vocasti me. Qui respondit: Non vocaui te fili mi. Reuertere & dormi. In qbus promptissima Samuelis obediētia commēdat, qa intēpeste noctis silētio totus & tā celeriter ac patiēter surrexit & cucurrit ad Eli dñm suū, à quo se vocari putauit. Ex quo item elicit, ꝙ nō iacuerūt remote sbi inuicē. Porro Samuel necdū sciebat dñm, eo modo quo prophetæ .i. necdū cognouerat modū quo dñs cōsueuit prophetis apparere ac loqui. Vel præ iuuentute nondū habuit sciam de deo notabilē, neq; reuelatus fuerat ei sermo dñi. hoc est, allocutio Iose. lib. 5 antiq. ca. 11 ꝓphetalis nō fuit ei adhuc facta aut declarata. Dicit quoq; Iosephus, ꝙ duodecimo suo anno cœpit ꝓpheticas visiones habere. Et adiecit dñs & vocauit adhuc Samuel tertio: Qui consurgens abiīt ad Eli, & ait: Ecce ego, qa vocasti me. Intellexit ergo Eli, quia vocaret dñs puerū. Eli nāq; innocentiā eminētemq; grām Samuelis ꝑpendit, ideo præsupposuit eum vocari à spū bono. & ait ad Samuel: Et si deinceps vocauerit te, dices: Loquere dñe, qa audit seruus tuus. Abiīt ergo Samuel, & dormiuit in loco suo. Et venit dñs .i. angelus in dei ꝑsona apparēs, & loquēs, & stetit, & vocauit sicut vocauerat secūdo .i. prius seu altera vice. Vel secūdo .i. bis exp̄ssit nomē Samuelis, ipm vocādo. Nā subdit: Samuel, Samuel. quæ repetitio est signū dilectiōis, vel excitatio at-

Idem vbi supra tentiōis, vel seriositatis & magnitudinis rei indiciū. ¶ Porro, vt Iosephus innuit: Dñs ter Samue F lem vocauit, ad ꝑfigurandū trea dignitates ipsius, qa ex hac hora est factus ꝓpheta, postea iudex, obtulit quoq; sacrificiū vt sacerdos, eo ꝙ paruulus esset Icaboth filius Phinehes filiī Eli. Vernutñ si ꝑ. nducta rite pēsent, dñs Samuelē quater vocauit. Et ait Samuel: Loquere dñe, qa audit seruus tuus. Circa hūc passum quidā scribit, quēadmodū ars & natura procedūt de impfecto ad pfectū. Sic reuelationes scd̄m processum tpis, qa prophetæ posteriores ad tp̄s Chri propinquātes habuerūt clariores ꝓphetias de Chro ꝗ̄ prophetæ priores. Ad qd̄ dico, ꝙ istud in qbusdā sic fuit sed nō ē regulariter verū. Nō eñ Aggæus, Naum, Abacuc, Iohel, & siles eis, fuert magis illuminati Hierony. de mysterijs Christi, ꝗ̄ Dauid & Esaias qui diu ante fuerunt, sed econuerso, cum dicat Hieronymus, quod Esaias vniuersa Christi atque Ecclesiæ mysteria, ita ad liquidum prosequutus est, vt potius Euangelista ꝗ̄ Propheta sit iudicandus. Et dixit dñs ad Samuel: Ecce ego facio verbū in Israel .i. cito faciā opus tā metuēdū, & plagā seu vltionē tā grādē in Israelitico ppl̄o, qd̄ qcūq; audierit, tinniēt ambæ aures eius .i. qcūq; fidelū illud pceperit ac bene ꝑpēderit, vehemēter mirabit ac pauebit instar eius q audit sonū tā ingentē ꝙ aures suæ tinniūt inde. Hoc implet ū fuit in ar-

1. Reg. 4 cæ captiuatiōe & filiorū Eli ac ppl̄i Israel magna strage ac cæteris quæ in sequēti scribuntur capitulo. In die illa suscitabo aduersum Eli oĩa quæ loquutus sum super domū eius: Incipiam & cō-

1. Reg. 2 a. plebo. Prædixi eñ ei .s. Eli pōtifici p virum dei, vt præcedenti habet caplo, quòd iudicaturus esset

A essem domū eius in æternū .i. debite puniturus, tā ipsum Eli, q̃ filios eius, ac posteritatē pœnis p- (1. Reg. 2.)
petuis, iuxta expositionē capituli præcedentis, propter iniquitatē .i. congeriē magnā ac enor
mitatē iniqtatum eius, eo ꝙ nouerat indigne agere filios suos, & nō corripuerit eos tā rigoro
se vt tenebatur, prout ista capitulo præcedēti exposita sunt, idcirco iuraui domui Eli .i. irreuo (Ibidē)
cabiliter de ipsis diffiniui, ꝙ nō expietur iniqtas domus eius victimis & muneribus vsq; in æter-
num .i. ꝙ eoꝝ facinora nunq̃ dimittētur eis per quæcūq; sacrificia legis, quātū ad pœnā vitæ ꝑ-
sentis. Pœnitētibus tamē non præcludebat via salutis, quātū ad remissionē culpæ ac pœnæ æter
næ. Ecce q̃ terribiliter loqtur dñs contra Eli, eo ꝙ præceptū paternæ correptionis nō adimple-
uit. Dormiuit aūt Samuel vsq; mane, aperuitq; ostia domus domini. Et Samuel timebat indi-
care Eli pontifici, visionem præfatā, propter ipsius terribilitatem, & propter ipsius Eli au-
toritatem, atq; ne nimis contristaretur senior ille. Vocauit ergo Eli Samuelem & dixit: Samu-
el fili mi. Qui respondens ait: Præsto sum. Et interrogauit eum. Quis est sermo quem loquutus
est ad te dominus. Oro te ne celaueris me, hæc faciat tibi dominus & hæc addat .i. taliter te ca-
stiget & grauius te affligat per tēporalia quæuis aduersa, prout iustitiæ suæ placuerit, si abscō-
deris à me sermonem ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi. Dicūt quidā, ꝙ ista fuit forma ad-
iurādi quęcūq; solita apud Hebræos, & q̃d iste sit sensus. Faciat tibi deus tot mala quot fecit alicui
homini, & adhuc plura. Sed videt ꝙ adiuratio ista sub tali sensu fuisset illicita, quoniā imprecatio
talis obuiasset ac derogasset iustitiæ. Nō eñ meruisset quis tāta incidere mala, propter hoc quòd
B nō implesset huiusmodi, ad quæ per verba illa adiurabat. Sicq; adiuratio illa fuisset maledictio in-
humana, cum tamē multi iusti ea vsi legātur, ideo exponēda videt sub quadā conditione impli-
cita, sicut exposita est. Indicauit itaq; ei Samuel vniuersos sermones .i. cūcta verba sibi contra
domū Eli, & contra populum Israel reuelata, & non abscondit ab eo. Et ille respondit, domi-
nus est totius creaturæ factor, princeps & iudex, à quo appellari nō potest, & cui nullus pōt aut (Deute. 3)
debet resistere. Cū ipse sit vere oñipotens & prima mēsura, causa ac regula totius iustitiæ, sapiē-
tiæ ac virtutis, ideo quicqd dictat bonū & sapiētiale consistit. Hinc subditur. Quod bonū est in
oculis suis, faciat .i. quod sapiētia sua dictauerit, impleat. Hinc in libro Sapiētiæ legit: Quis tibi (Sapie. 12)
domine imputabit si perierunt nationes quas tu fecisti? Nec eñ est alius deus q̃ tu, cui cura est de
omnibus. Cū sis ergo iustus, oñia iuste disponis. Virtus eñ tua iustitiæ initium est. Hinc sanctus
Iob dixit: Quis ego vt cōtradicā sermonibus sancti. Ex hac tā patiēti & humili responsione Eli (Iob. 6.)
eliciunt aliqui, ꝙ acceptādo super se & suos, diuinæ sententiæ æquitatem, meruit mediāte sua cō-
tritione, peccatoꝝ suoꝝ remissionē, & pro eis tēporaliter est punitus, nō æternaliter condēnatus
quāuis & post hāc vitā etiā purgatorij tulerit pœnas, q̃d itē ex his quæ in sequēti habētur capitu (1. Regū. 4)
lo censetur probabile. Erat eñ pauens pro arca dei magis q̃ pro filijs suis tempore belli, auditaq;
arcæ captione, ex nimio mœrore cecidit mortuus. Cum tñ filioꝝ suorum occisione audita, mā- (2. Reg. 15. 16.)
serit sedens. ¶ Deniq; responsionē hāc Eli sequutus est Dauid fugiens Absolonē. Porro ver-
ba sanctoꝝ dicentium Eli dānatum, exponi possunt, q̃d æternā meruit dānationē, filios suos non
increpādo condignæ, & dānatus fuisset nisi pœnituisset. Et rursus de condēnatione temporalis
occisionis verificatur. Creuit aūt Samuel, & dñs erat cum eo, & nō cecidit ex oñibus verbis eius
in terrā .i. cūcta quæ prophetauit & docuit, erāt vera, nec quicq̃ ex eis fuit frustratū aut suppe-
C ditatū. Sic & Iob: Lux, inqt, vultus mei nō cadebat in terrā. Et cognouit vniuersus Israel à Dan (Iob. 29)
vsque Bersabee .i. totus populus ille ab vna terræ suæ extremitate vsq; ad aliā, ꝙ fidelis Samuel
propheta eēt domini. Et addidit dñs vt appareret in Silo .i. post præscriptā apparitionē adhuc
sæpius apparuit Samueli in tabernaculo suo quod erat in vrbe Silo, quoniā reuelatus fuerat do-
minus Samueli in Silo .i. ex quo iā semel cœpit se ibi manifestare Samueli, prout prophetis se
manifestare consueuit varijs modis, videlicet in somno atq; vigilia, & per angelos sanctos. Hinc
in eodē loco dignatus est dñs prosequi reuelationes suas ad Samuelem, iuxta verbū dñi .i. se-
cundum ꝙ dñs per Mosen in Deuteronomio prædixit se responsuꝝ populo suo per prophe- (Deute. 18.)
tas. Propter q̃d iussit: Non sit inter vos qui phitones consulat neq; diuinos, & quærat à mortuis
veritatē. Hinc loqtur Esaias: Nunqd nō à deo suo populus quæret veritatē. Ad legem magis & (Esa 8)
ad prophetas, & secūdum legis mādata procedite, quærēdo consilia & responsa, & ad prophetas
pro talibus confugiatis. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli, .i. vniuersis in generali &
singulis interrogātibus eum contigit quod eis prædixit.

¶ De spirituali huius capituli tertij intellectu. Art. VIII.

SErmo domini erat pretiosus, hoc est, quod ait in Euāgelio Christus: Messis multa, ope- (Luc. 10)
rarij autē pauci, nā & si sint multi qui verbis abundāt, pauci tñ inueniuntur, in quibus vi- (Grego.)
ta & mores, verbis prædicationis concordēt. Idcirco sermo eoꝝ contēnitur, nec dignus
est sermo domini appellari, cum potius sit locutio vanitatis, & verbū cupiditatis q̃ chari-
tatis & recte intentionis. Alioquin in primis prædicarent sibimetipsis. ¶ Deniq; prædicādum
est tempore opportuno, & non nimis sæpe, nec nimis raro, vt cuncta moderetur discretio, ideo
super hunc locum ait Hieronymus: Prædicatio si rara est non sufficit, si assidua vilescit. Prædi- (Hierony.)
cādum

Prædicandum est sæpe nō continue

candum est itaq; sæpe, sed non nimis continue. Cum dicat Apostolus: Terra super se venientem D
Heb. 6 sæpe bibens imbrem, accipit benedictionem. Terra bibit imbrem, dum populus deuote & auide
audit sermonem. ¶Porro, qui indiscreta assiduitate sermocinant, figurant per seminifluos qui
Numeri. 5 erant secundum legem immundi. Ideo ait scriptura: In auribus insipientium ne loquaris, qa de-
Prouer. 23 spiciēt doctrinā eloquij tui. Itemq; vbi nō est auditus nō effundas sermonē. In diebus illis nō erat
Eccl. 32 visio manifesta, qa dum negligēs præest, illuminatio deest subiectis. Ideo ait Salomon: Cū impij
Prouer. 29 sumpserit pricipatū gemet ppls. Eli iacebat in loco suo & oculi eius caligauerāt. Per Eli intelligū
tur plati remissi, inutiles, mala cōsuetudine & vitijs inueterati, corde obtenebrati, q videre nō que-
1. Cor. 2 unt lucernam. i. sapiām patris incarnatam seu verba legis diuinæ, qa nō habēt intellectū forma-
Psalm. 118 tum ac bene dispositū. Etenī animalis homo non pcipit ea quæ sunt dei, nec sapit eis scriptura di
Prouer. 6 uina, quā vocat lucernā, qui ait: Lucerna pedibus meis verbū tuū. Isti quoq; nō possunt videre lu
cernā dei. i. diuina pcepta attēdere & implere recusant. Vnde in Prouerbiorum libro habet: Man-
datū lucerna est & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. Et vocauit dñs Samuelem. Quēad-
modū dñs p iuuenē Samuelē redarguit senē Eli, ita quotidie quosdam q vitā suam in negligētijs,
& vitijs transegerunt, corripit dñs p iuniores deuotos & seruidos. Quidā etiā in suæ conuersionis
exordio tantis grē donis replent, tamq; strēnue ac instanter proficiūt, q seniores pigros cito prę-
cedunt, qbus specialis humilitas necessaria semp est atq; solicite obseruanda. ¶Postremo, pen-
semus in textu huius capli q prompte obediens, q vigil & alacer, q docilis ac dirigibilis fuerit Sa-
muel in adolescentia sua, q iā cito ac sæpe in ipsa nocte cucurrit ad Eli, & ei in cunctis mox paruit.
Esa. 24 Quòd si alicui fuerit aliquid specialis deuotionis, illuminationis, aut visionis superne concessum,
nequaq incaute & sine legitima ratione id prodat, pensans quod loquit Esaias: Secretum meum E
mihi, ne de cætero simili dono priuetur.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI QVARTI
Et factum est in diebus illis conuenerunt Philistijm.
Articulus Nonus.

1. Reg. 2. 3 ADimpletio diuinæ cōminationis in duobus præcedētibus caplis positæ
hoc loco describit: Et factū est in diebus illis conuenerūt Philistijm in
pugnam. i. ad pugnandū contra filios Israel qui à tpe Sampsonis cœ-
perunt se opponere Philistæis, qbus ante quadraginta annos seruierant
Iudicū 13 vt in libro Iudicū scriptum est: Egressus nanq; Israel obuiā Philistijm
in præliū, & castrametatus est. Israel. i. filij Israel posuerunt acies suas,
atq; tentoria iuxta lapidē adiutorij. i. in campo circa saxum grande
1. Regū 7 quod vt infra fertur, vocatum est lapis adiutorij propter causam ibi de-
scriptam, sicq; iuxta ordinem historiæ istud dicitur per πρόληψιν. i. an-
ticipationē quantū ad nomen loci istius. Sed habendo respectum ad tē F
pus quo ista conscripta sunt, nō est anticipatio, qa tunc locus ille sic appellabat. Porro Philistijm
venerunt in Aphec. i. ad locum sic dictum q pertinebat ad vrbem nomine Iesrael, & instruxe
runt aciem. i. exercitum suum ordinauerunt contra Israel. Nam turba inordinate locata in
Vegetius prælio non est nisi victima hostiū, secūdum Vegetiū libro de re militari. Inito aūt certamine ter
ga vertit Israel Philistæis, & cęsa sunt in illo certamine passim. i. communiter per agros quasi
quatuor milia virorum. Ex Israel. Nam & populus Israel multipliciter erat culpabilis, & sacrificia
debita male persoluit. Et reuersus est populus ad castra. i. ad tentoria sua, quod tam de Israeli-
tis q de Philistæis accipi potest. Dixeruntq; maiores natu de Israel. i. nobiliores & duces exer
citus seu principes tribuum quibus incumbebat cura boni communis. Quare percussit nos do-
minus hodie coram Philistijm, hoc est, cur permisit nos suos cultores percuti, & quosdam no-
strum occidi ab idololatris istis incircumcisis. Et in his verbis insinuauerunt hostes suos nil potu-
isse, nisi ptāte eis à deo concessa, quod omnium bellorum moderator sit dominus, dans triumphum
quibus voluerit, propter causas suæ sapientiæ notas. Sic ergo quasi admirando locuti sunt. Cur
percussit nos dominus? Et habita inter se collatione putauerunt, quod propter absentiam arcæ id
Iosue. 3 contigisset. Nam in desiccatione Iordanis & vastatione Hiericho, arca fuit ante populum depor
Iosue. 6 tata, vt patet in libro Iosue. Tamen in circumitione Hiercho portabatur inter bellatores & vul-
Iudē gus. Hinc subdunt: Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis domini. Per Leuitas seu sacerdo-
Numer. 4 tes. In Numerorum etenim libro habetur, quod portanda erat per Leuitas. Apud tamen Iosue
Iosue 3. 6 legitur portata per sacerdotes, & veniat in medio nostri, vt saluet nos de manu inimicorum no
strorum. Misit ergo populus, quosdam Leuitas & sacerdotes in Silo, & tulerunt inde ar-
cam fœderis domini exercituum quæ dicebatur arca fœderis domini, quia in ea continebantur
tabulæ testamenti, per quod dominus init pactum, & fœdus percussit cum Israel.
Exo. 25 sedētis super Cherubim. In libro Exodi, vicesimoqnto describitur, quod propitiatorium fuit
Iudē sedes dei in sancta sanctorum. Cur ergo dicitur deus sedens super Cherubim, & non potius super
propitia-

A propitiatoriū? Respondetur ꝙ ideo, q̄a secundū vnā expositionē quæ per verba hæc confirmari
videtur propitiatoriū illud erat quædā aurea mēsa seu tabula super arcā leuata, & in suis extremi-
tatibus sustentata per Cherubim duos, inter q̄ media fuit tabula illa, propter quod & super Che
rubim fertur dominus sedens. Et q̄a ibidem gloria domini interdū apparere solebat, ideo quoq;
quia in psalmo cātatur: Qui sedes super Cherubim. Deniq; Cherubim plenitudo scientiæ inter-
pretatur. Dicitur ergo dominus super Cherubim residere, quoniam omnium intellectualiū sub- Psalm. 79
stātiarum intellectum, capacitatem, scientiamq; transcendit. Erātq; duo filij Eli cum arca fœde
ris domini Ophni & Phinehes, tanquā principales arcæ custodes, & Phinehes primogenitus
Eli fungebat officio sui patris in multis, q & filijs suis pcepit, ne sine arca redirēt ad se, propter q̄d
timuerūt & acrius pugnauerūt, vt in scholastica recitat historia. Cūq; venisset arca fœderis dñi Pet. Co.
in castra, vociferatus est oīs Israel * voce grādi prę gaudio & ex spe præualendi propter digni- hist. libr. 1.
tatē & reuerentiā arcæ pręsentis, de cuius aduētu deo regratiabātur. Et forsan ad incutiendū timo Reg. ca. 6
rem aduersarijs etiā sic clamabāt, & psonuit terra, & audierūt Philistijm vocē clamoris, dixe- * Alio cla
rūtq;. Quænā est hæc vox clamoris magni .i. tā alti & gaudiosi, in castris Hebræorum? Et co- more.
gnouerūt q̄d arca dñi venisset in castra. Vnde hoc cognouerūt Philistæi & q̄d ipsi sciuerūt lo-
qui de arca? Respondēdū ꝙ inter Philistæos sæpe habitauerūt quidā Hebræi, & aliqui Philistęi
multa audierūt ab Hebræis de deo & lege eorum, & de efficacia ac sanctimonia arcæ, idcirco suspica
bātur arcā venisse. Timuerūtq; Philistijm, dicētes: Venit deus in castra .i. deus Hebræorum ve
nit ad eos ad auxiliandū. Et ingemuerūt dicētes: Væ nobis. Non eñ fuit tāta exultatio heri &
nudiustertius, væ nobis. Quis nos seruabit .i. eripiet, de manu deorum sublimiū istorum? Cur plu
B raliter aiunt, deorum, cū scire potuerint filios Israel vnū solū colere deū? Dici pōt, ꝙ vtebātur plu-
rali pro singulari. Vel, opinabantur filios Israel cū summo deo suo, etiā quosdā alios colere deos,
sicut & sæpe fecerūt inique. Hi sunt dij qui pcusserūt Aegyptū omni plaga in deserto .i. finali
& cōsummata plaga percusserūt Aegyptios, eos mergendo in mari rubro quod per partē deserti
Aegypti currebat, vt in Exodo legit, quasi dicāt: Sicut Aegyptij victi sunt, ita & nos vincemur. Exodi. 14
Huic expositioni catholicorum, vt dicit quidā, non videt cōsonare litera sequēs, qua subdit. Con-
fortamini & estote viri .i. viriles o Philistijm ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierūt nobis.
Sed dicēdū ꝙ litera ista bene cōsonat præinductis. Nō eñ est inconueniēs, ꝙ idē exercitus ex q-
busdā cōsiderationibus formidauit, deinde ex alijs causis & cōsideratiōibus se inuicē animauit &
cōfortauit, sicut & idē homo primo veretur, deinde se consolat. Quemadmodū etiā libro primo
Machabæorum de exercitu Ionathæ fertur, ꝙ cognita cōprehēsione Ionathæ, de qua maxime do- 1. Mac. 12
luerūt & territi erāt, hortati sunt semetipsos & exierūt parati in prælium, imo de isto sunt in scri- 1. quæst. 4.
pturis multa exempla. Expositio quoq; Hebræorum quā ponit, non videtur recitatiōe condigna. ca. Ecclia
Confortamini & bellate. Pugnauerūt ergo Philistijm, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisq;
de exercitu Israel, q euadere potuit, in tabernaculū suū. Et facta est plaga magna nimis, & ceci-
derūt de Israel triginta millia pedit ū, & arca dei capta est, duo quoq; filij Eli mortui sunt. Currēs
aūt vir de tribu Beniamin ex acie quem vt fertur Hebræi dicūt fuisse Saul, dicētes, ꝙ abstulit ta
bulas testamēti de manu Goliad Gethæi, quas ille ex arca accepit & reportauit eas in Silo, q̄d vi-
C detur ad Iudaicas fabulas pertinere, quia & Saul tūc adolescēs fuit, nec potuisset humana potē-
tia tabulas abstulisse illi giganti. Si autē supernaturali virtute id egit, eadē potuisset & arcā Phili-
stæis auferre, venit in Silo in die illa, scissa veste & conspersus puluere caput. Cumq; ille venisset
Eli sedebat super sellam .i. cathedrā, contra viā quæ duxit ad locum certaminis, spectās
id est, expectās secundum quosdā, quia vt dicunt Hebræi iam cæcus fuit. Vel si adhuc erat cæcu-
tiens, vidit illuc vtcūq; cupiens scire exitū belli. Erat eñ cor eius pauēs pro arca domini. Nam
propter cōminationes sibi factas valde expauit de exitu malo. Præsertim, quia audierat filios suos 1. Reg. 2
vna die casuros. Vir aūt ille postq̄ ingressus est, nuntiauit vrbi. Et vlulauit oīs ciuitas. Et au-
diuit Eli sonitū clamoris, dixitq;: Quis ē hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & venit, &
nuntiauit Eli. Eli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerāt, & videre nō po-
terat, & dixit ad Eli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid
factum est fili mi? Respondēs autem ille qui nuntiabat, fugit, inquit, Israel corā Philistijm, & rui-
na magna facta est in populo. Insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinehes, & arca dei
capta est. Specialissime ergo timuit ne arca caperetur, quam cum captā audisset, cecidit retror
sum. Audita autem morte filiorum suorum ac plebis quieuit, sed arcæ comprehēsione audita præ
tristitia corruit. Vnde videtur in eo affectus gratiæ & zelus dei pro tūc præualuisse affectioni na
turæ, amoriq; sobolis. Vnde subditur. Cumq; ille nominasset arcam dñi, cecidit de sella retror-
sum, iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat vir & grandæuus .s. nona-
ginta octo annorum, & ipse iudicauit Israel quadraginta annis sicq; videt quinquaginta octo
annorum fuisse, q̄n effectus est iudex. Nurus aūt eius, &c. Hic enarrat, qualiter vxor Phinehes au
ditis rā mœstis rumoribus subito peperit, & pariēdo mox expirauit. Primo tñ puerum natū voca-
uit Icabod, q̄d interpretat inglorius seu sine honore. Vñ & causam nominationis adiecit, dicens.
Transla-

[Translata est gloria de Israel] hoc est, ipsa honorabilis res scilicet arca vel gloriatio Israelis extincta est, ablata sibi tam sancta re. Et eadem verba protulit ex parte mariti sui defuncti & fratris D
illius, qui si vixissent, merito dixissent hæc verba.

¶ Spiritualis pertractatio eiusdem capituli quarti. Arti. X.

PEr Philistæos qui interpretantur potione candentes, intelliguntur inuisibiles inimici, aut etiam homines impij, vitiorum superfluitate inebriati qui inuident iustis, & contra eos ineunt pugnam tentationis, aut corporalis afflictionis, seu persecutionis, à quibus fideles propter sua peccata sæpe vincuntur in agris. i. in latitudine viæ ad perditionem ducentis. ¶ Præterea per Israelitas de sua ruina mirantes atq; pro sua subuentione arcam domini afferentes, intelligunt Christiani qui instante tribulatione quacunq; seu pestilentia circumferunt sacramentum, atq; reliquias. Non tamen emendant suam conuersationem & mores, ideo propter sua demerita non iuuantur, imo interdum grauiori peste cæduntur, & hoc iustissimo dei iudicio qui cordium videns arcana, scit illos pro euasione & cessatione periculorum corporalium deprecari, non ex recta radice hoc est, non ex charitate, neq; syncera intentione, sed ex amore carnali, quo diligunt vitam præ-
Psal. 108 sentem ac prospera eius. Sicq; oratio eorum fit in peccatum & indignationem prouocat deitatis, quoniam importune & indiscrete orant pro his rebus, de quibus ignorant, an saluti eorum expediant, & ea quæ deus requirit ab eis, & de necessitate sunt salutis omittunt, quod totum præposterum est, & vere contrarium æquitati. Quemadmodum etiam ex clamore Israelitarum fuerunt Philistæi perterriti
Esa. 29 sic dæmones ex cantu & pulsu ex sacris & sacramentis ecclesiæ, solent arceri & formidare, nihilo-
Matt. 15 minus vitiosam Ecclesiasticorum vitam cernentes qui deum ore laudantes, cor suum longe ab ipso auer- E
Marc. 7 tunt, hortantur se inuicem ad impugnandum fideles præcipue clerum, ex quibus heu prosternunt quotidie milia multa quos ad diuersa & grauia ducunt peccata. ¶ Præterea, per hoc quòd Hebræi arcam suam & gloriam ac tabulas testamenti continentes, decalogum amiserunt, figuratum censetur, quod exigentibus suis sceleribus, præsertim in Christum commissis, priuandi erant omni gloria legis suæ sapientia spirituali & scientia seculari, & quod ipsa lex quantum ad præcepta moralia cum libris prophetarum ac psalmis transferenda fuit ad Gentiles, quo facto, defecit sacerdotium ac pontificium Iudæorum. Quod item præfigurabatur per subitam mortem Eli pontificis, filiorumq; eius sacerdotum.
Roma. 11 Interitus quoq; synagogæ per mortem nurus præfatæ designabatur, quæ tamen intereundo pepe-
Hiere. 23 rit filium, quia reliquiæ ex synagoga saluatæ sunt. Sicut per Hieremiam deus prædixit: Congregabo vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione. ¶ Postremo pensandum, quòd Eli & nurus eius qui vituperantur tantum de arcæ comprehensione tristati sunt, quod subito expirauerunt, quo constant, quòd reprehendendi sunt Christiani quàmplurimi qui de captione sancti sepulchri & vastatione totius sanctæ terræ & sacratissimorum locorum prophanatione parua aut nulla afficiuntur mœstitia. Rursus de corporali Israelitarum occisione vlulauerunt habitantes in Silo, sed de quotidiana peccantium morte spirituali in anima, & de æterna pereuntium condemnatione, & præsertim de tam multiplici ac enormi dei inhonoratione & offensione omni pene momento, vix est qui lachrymam fundat. Vbi spiritualis dilectio, vbi zelus diuini honoris? Et tamen propter has causas, semper causa est & ratio copiosa pie lugendi omni veraciter Christifideli, vt sanctus ait
Basilius Basilius.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI QVINTI.

Philisthijm autem tulerunt arcam dei. Arti. XI.

MOdo describitur qualiter Philistæi propter arcam plagati sunt, hoc est, F
propter scelera quæ commiserunt in deum, & circa ipsius arcam. [Philisthijm autem tulerunt arcam dei, & asportauerunt arcam à lapide adiutorij in Azotum] quæ fuit vna quinq; principalium vrbium terræ eorum & forte primo occurrit eis in reditu, ideo primo in eam tulerunt arcam [Tuleruntq; Philisthijm arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon] ad reuerentiam Dagon dei sui ascribentes ei victoriam suam [& statuerunt eam iuxta Dagon] tanquam trophæum. i. spolium victoriæ [Cumq; surrexissent diluculo Azotij altero die,] vt præ solito Dagon deum suum honorarent, cuius virtute arbitrabantur se tamen sortitos triumphum
Iose. lib. 6 ant. iu. ca. 1 [Ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam domini] tanquam eam adorans, vt Iosephus scribit quòd deus omnipotens fecit ad reprimendum Philistinorum audaciam atq; blasphemiam dicentium se arcam cœpisse virtute Dagon. Cuius oppositum patuit per hoc quod Dagon iacuit sic prostratus ante arcam. [Et tulerunt] hoc est, acceperunt, [Dagon] sacerdotes ipsius, [& restituerunt eum in locum suum] erubescentes de dei sui tanta deiectione, & mane ac clam restituerunt eum, ne communitas hoc ipsum perciperet. [Rursumq; mane die altero consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca domini] Qualiter verum est hoc cum protinus subiungatur [Caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abscisæ erant super limen] caput ergo & fa-

A go & facies erant iam separatæ à corpore Dagon: Non itaq; iacuit super faciem suã? Respondetur, ꝙ Dagon iacuit super faciem suã .i. super inferiorem superficiem suã, ac si vultũ habuisset terræ hærentẽ, sed & caput iacuit versa in terrã facie eius. Et in his deus euidẽtius demonstrauit omnipotentiam ac iustitiã suam sup deum & populum Philistinoꝝ, nec poterat plaga ista cælari vt prior, qa idolum reintegrari nequiuit. Et facta est ista punitio ministerio angeli, tñ incertũ videtur, an ministerio angeli boni, an mali, qm̃ tales plagæ ab vtrisq; factæ leguñt. Porro Dagon solus truncus remãserat in loco suo. Propter hãc causam non calcant sacerdotes Dagon & omnes qui ingrediuntur templũ eius .i. nullus ingredientiũ illud ex plebe eoꝝ, super limen Dagon .i. super limen templi eius, in Azoto vsq; in hodiernũ diem, quasi limen illud sanctificatũ sit ex contactu Dagon super illud sic demembrati. Propter quod indignos se reputabãt super illud calcare. Sic & in Genesi habetur, ꝙ filij Israel non comedunt neruum qui emarcuit in fœmore Iacob. Aggrauata est aũt manus domini sup Azotios .i. deus omnipotentiã atq; iustitiã suã pœnalius adhuc monstrauit in habitatoribus Azoti, quia ex prætactis mirabilibus non fuerunt conuersi ab idololatria dei sui, quem tam cõfusibiliter à deo Israel victum & plagatũ viderũt, & demolitus est .i. destruxit seu grauiter vulnerauit eos. Sicut subiungit. Veruntamen quod in aliquibus libris mox sequitur, istud videlicet. Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius & nati sunt mures, & facta est cõfusio mortis magna in ciuitate, non est in libris correctis, quia nec in Hebræo, sed ab aliquo Glossatore primo est additum per modum expositionis & Glossæ atq; à minus peritis post textui additum & insertum, quod & in alijs locis scripturæ reperitur aliquãdo factum. Porro sensus huius additionis ex sequentis cap. expositione patebit. Et

B percussit in secretiore parte natium, vtpote inferioꝝ partium, per quas egeruñt grossiora naturæ superflua, Azotum & fines eius .i. habitatores vrbis illius, villarumq; eius. Videntes autẽ viri Azotij huiusmodi plagam, quæ secũdum expositores concorditer fuit dissenteria fœda ac vehemens & crudelis & intestinoꝝ inferiorum corruptio & putrefactio quædã, in tantũ ꝙ vermibus scatebant & prominebãt extrinsecus, quã p plagã experientiã in se videbãt .i. sentiebant, aut etiã aspexerunt ad opponendũ remediũ. ¶ Quæritˀ, quare hac plaga magis q̃ alia sint percussi? Responderi potest, ꝙ ad humiliandum eoꝝ blasphemiam, p̃sumptionem, turpissimamq; superbiam. Vnde cantatur in psalmo: Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis, dixerunt, Nõ maneat arca dei Israel apud nos, qm̃ dura est manus eius .i. vltio nobis propter eã inflicta; dura inquam sup nos & sup Dagon deum nostrum. Ecce q̃ stulti & miseri qui illũ coluerunt pro deo qui seipsum nequibat iuuare, nec suos cultores, nec conuerti voluerunt ad eũ, cuius insuperabilem experiebanť potentiã. Et mittentes congregauerũt oẽs satrapas Philistinoꝝ ad se & dixerũt: Quid faciemus de arca dei Israel? Responderũt Gethæi: Circunducať arca dei Israel, qa sperabanť ꝙ i alijs vrbibus nõ fieret propter eã huiuscemodi plaga. Vel experiri volebãt, an propter arcã seu ob eius p̃sentiam infligereť eis illa punitio, quod tamen Azotij sasitiam erãt. Et circũduxerunt arcam dei Israel. Illis aũt circunducentibus eã, fiebat manus dñi dei p singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis, & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis à paruo vsq; ad maiorem, qui & præ fœminis erãt culpabiles, & computrescebãt prominentes extales eoꝝ .i. extremæ partes eoꝝ per quas immunditiæ emittunť. Inieruntq; consilium Gethæi, & fecerũt sibi sedes pelliceas, vtpote mollissima sedilia, vt minus affligerenť sedendo. Siquidem illa pars sedis sup quam incumbebãt, parte qua sedemus erat de pellibus sortitã ouium. Miserunt ergo arcã dñi in Accaron. Cumq; venisset arca dñi dei in Accaron, exclamaue-

C runt Accaronitæ, dicẽtes: Adduxerunt ad nos arcam dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrum. Miserunt itaq; & cõgregauerunt oẽs satrapas Philistinoꝝ qui quinq; erant, iuxta numerum quinq; principaliũ vrbium. Qui dixerũt: Dimittite arcã dei Israel, & reuertať in locum suum .i. ad populũ Israel, vel ad Silo seu in tabernaculum dñi, & non interficiat nos & populũ nostrum .i. propter eius p̃sentiam nõ interficiamur, cũ populo nr̃o. Multi quippe ex plagis p̃tactis moriebanť. Fiebat enĩ pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus dñi dei. Viri q̃q; q mortui nõ fuerãt, pcutiebanť in secretiore parte natiũ, & ascẽdebat vlulatus vniuscuiusq; ciuitatis in cœlũ. ¶ Quæri potest, cur isti idololatræ nõ proiecerunt arcã illã in ignem. Vel, cur non cõciderunt eã in frusta? Respondere quis poterit, quia (vt Salomon protestatur,) non est sapientia, nõ est scientia, nõ est consilium contra dñm, qui immutat corda hominum & quocunq; voluerit vertit ea. Ipse autem noluit hoc habere. Vel vt aliqui opinanť, non audebant hoc facere, ne peiora eis acciderent. Itaq; iuxta Glossam iusto dei iudicio cõmuni plaga percussi sunt, quia culpa eoꝝ fuit communis.

Gene. 32 · Psalm. 77 · Prouer. 21 · Job. 12 · Prouer. 21

¶ Mystice, per arcam intelligiť Christus seu eius humanitas. Per deiectionem ergo & detruncationem Dagon p̃figurata est destructio idoloꝝ vbiq; terraꝝ ex spirituali adductione saluatoris per apostolorum prædicationem ad gentes. Per vulnerationẽ quoq; & interfectionem infidelium Alophiloꝝ, designata est spũalis obcæcatio atq; perpetua damnatio eoꝝ qui Christianã noluerunt recipere fidem. Per Philistinoꝝ vero percussionem in natibus p̃monstratũ censeť, ꝙ hi,

Roman. 1. qui ex sua arrogantia & præsumptione manserunt increduli, meruerunt (vt ait Apostolus) dari D in reprobum sensum atq; ignominiosas incidere passiones carnalitatis exterius prominentis, id est, vsq; ad vitia cōtra naturam se extendentes. Postremo, per hoc q̄ fecerunt arcam circunduci ad experiendū, an plagæ illæ fierent veræ à deo Israel propter p̄sentiam arcæ, designata est curiositas, imò peruersitas & stulta subtilitas philosophoꝝ & tyrannorum & aliorum obstinatoꝝ Porphyrij, Iuliani, Auerrois, Celsi, & consimilium, qui videntes signa, prodigia atq; miracula sanctorum apostoloꝝ & apostolicorum viroꝝ, nisi sunt ea obscurare & annihilare, volentes ea reducere ad causas naturales, occultas, vel ad magicas artes, siue ad diabolicas opes & cooperationes, qui oēs defecerunt, scrutantes scrutinia, & deceperūt in primis seipsos ac alios multos, quoꝝ nomina scripta non erant in libro vitæ. Psalm. 63 Apo. 21

¶DECLARATIO CAP. VI. Fuit ergo arca domini in regione Philistinoꝝ septem mensibus. Arti. XII.

CApitulum hoc enarrat, qualiter arca dei remissa sit, & de mirabilibus dei in hoc opere perpetratis. ⌊Fuit ergo arca domini in regione Philistinoꝝ septem mensibus,⌋ infra quos p̄fatis modis plagati sunt, & nō cessantibus plagis. ⌊Et post hæc vocauerūt Philistijm,⌋ & cōmunitas populi, ⌊sacerdotes & diuinos⌋ suos, tanq̄ cæteris prudētiores. Vocātur aūt diuini, qui sibi vsurpant quod dei est. s. p̄cognitionē & annunciationem futuroꝝ pure cōtingentium seu similium notitiā secretorū, de q̄bus interdū à dæmonibus instruunt eo modo, quo dæmones talia scire queunt coniecturaliter magis q̄ certitudinaliter ex subtilitate ingenita & experientia longa, E ⌊dicentes: Quid faciemus de arca dei? Indicate nobis, quomodo remittamus eam in locū suum. Qui dixerunt: Si remittitis arcā dei Israel, nolite dimittere eam vacuā⌋ .i. inhonoratam, quasi dicāt, pro irreuerētia deo Israel irrogata circa arcā ipsius, impendite ei honorem p oblationes & dona, aliter nō poteritis eū placare. Hinc subditur, ⌊sed quod debetis, reddite ei pro peccato,⌋ vobis relaxando, ⌊& tunc curabimini, & scietis⌋ per experientiā vestræ curationis, cū iuxta nostram cōsultationem egeritis, ⌊quare non recedat manus eius à vobis⌋ .i. cur interim effectus diuinæ potentiæ, vtpote punitio vestra non cesset. Nam hucusq; fuit inter Philistæos diuersa opinio de causa prædictæ plagationis. Nempe nonnulli dixerunt eā contigisse ex aeris infectione, alij ex corruptione fructuū terræ, quidam à casu, nonnulli ob arcæ præsentiam. ⌊Qui dixerunt: Quid est, quod pro delicto reddere debeamus ei?⌋ .i. quam satisfactionem vt culpa nostra nobis dimittat? ⌊Responderuntq; illi iuxta numerum prouinciarum Philistinorum⌋ .i. principalium vrbiū cum villis & attinentijs suis, quæ vrbes fuerāt quinq;, ⌊quinq; anos aureos & quinq; mures aureos facietis⌋ formari per manus artificum, vt sint memoriale diuinæ potestatis & suæ vltionis in vobis. Veruntamen Iosephus dicit quod erāt quinq; simulachra hominum aurea, ⌊quia plaga vna fuit omnibus vobis & satrapis vestris⌋ .i. eadem vltio in specie, & ideo sicut fuit communis & par plaga, debet eē satisfactio vna ac generalis, vt pœna correspondeat culpæ. ⌊Facietisq; similitudinem anorū vestrorū, & similitudines murium, qui⌋ mures ⌊demoliti sunt terram.⌋ Mures eī ebullierunt de terra & fructus ipsius destruxerunt, imò & prominentes extales ipsorum Philistinorum mordebāt & corrodebant, ⌊& dabitis deo Israel gloriam⌋ .i. potentiam atq; iustitiam eius protestabimini ista agendo, per quæ etiam fatebimini vos esse percussos ab ipso, eo quod arcam eius cæperitis, ⌊si forte F releuet⌋ deus ⌊manum suam⌋ .i. plagas suas tollat ⌊à vobis.⌋ Iam ante dixerunt, & tunc curabimini, quare ergo dubitatiue nunc dicunt, Si forte? &c. Respondetur, quod illud fuit verbū bonæ fiduciæ, non certæ scientiæ, ⌊& à dijs vestris & terra vestra.⌋ Ex hoc videtur, quod Philistæi non solum coluerūt Dagon, & quod deus nō solum exercuit vltionem in Dagon, sed item in alijs Philistinorum dijs seu idolis, sicut & olim in dijs Aegyptiorum. ⌊Quare aggrauatis corda vestra⌋ per obstinationem & impœnitētiam & per arcæ detētionem, ⌊sicut aggrauauit Aegyptus & Pharao cor suum?⌋ .i. Aegyptij qui populū Israel dimittere diu recusauerūt. ⌊Nūquid postquā percussus est, tunc dimisit eos & abierunt? Nūc ergo arripite, & facite plaustrum nouum,⌋ nō vetus, ad reuerētiam arcæ, ⌊& duas vaccas fœtas⌋ .i. vitulos iam habētes, ⌊quibus nō est impositū iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos eaꝝ domi. Tolletisq; arcam dñi & ponetis in plaustro, & vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius, & dimittite eam vt vadat & aspicietis. Et si quidem p viam finium suorum ascenderit cōtra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande, si autē minime, sciemus quia nequaquā manus eius terigit nos, sed casu accidit. Fecerūt ergo illi hoc modo. Et tollentes duas vaccas quæ lactabāt vitulos iunxerunt ad plaustrū, vitulosq; eaꝝ concluserunt domi. Et posuerūt arcam dei sup plaustꝝ & capsellam quæ habebat mures aureos, & similitudinem anoꝝ. Ibant autē in directum vaccæ p viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebant pergentes & mugientes, & nō declinabant

Iose. lib. 6 an. tiq. ca. 1. — Exo. 10. 11. — Exod. 5. 6 7. 8. 9. 10. 11

ad de-

A ad dexteram neq; ad sinistram. Sed & satrapæ Philistinorum sequebantur vsq; ad terminos Bethsames. Textus planus est. Itaq; omnia ista consuluerunt sacerdotes & diuini ad agnoscendum pro certo, an plagæ illæ fuissent inflictæ à deo. Quod enim vaccæ insolitæ iugum portare & à suis fœtibus separatæ, traherent currum per viam rectam, per quam ante nunquam iuerunt, sine ductore seu auriga fuit multipliciter supra naturam. Ideo fuit signum sufficiens, ꝙ tribulatio illa esset à deo Israel propter arcam immissa. Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle, quo constat tempore messis hæc contigisse. Erat'q; Bethsames vna sacerdotalium vrbium in sorte Beniamin. Ideo autem fecerunt Philistæi vaccas trahere currum per viam ducentem ad vrbem. Itaq; quia fortassis primitus occurrebat egredientibus ab vrbe Philistijm, à qua arca cœpit remitti. Est quoq; & alia vrbs sic vocata in Nephthalim tribu. Et eleuantes oculos, viderunt arcam, & gauisi sunt Bethsamitæ, cum vidissent arcam. Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitis, i. ciuis præfatæ vrbis, & stetit ibi, quia vaccæ substiterunt ibidem, quasi peracto suo officio ex instinctu diuino. Erat autem ibi lapis & conciderunt ligna plaustri. Vaccas'q; imposuerunt super ea, i. super ligna plaustri conscissa in frusta, holocaustum domino, i. ad offerendum carnes vaccarum illarum deo in holocaustum, quod ignis lignorum illorum vorauit. Leuitæ autem deposuerunt arcam dei de plaustro antequam plaustrum concidebatur, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, i. præfata simulachra anorum ac murium, quæ (vt ex isto loco apparet) concaua erant, ita quod aliquid poterant continere, propter quod (iuxta proprietatem Hebræi sermonis) vasa dicuntur. Etenim vasa vocant Hebræi omnia quæ sunt alicuius rei contentiua. Quidam tamen per vasa aurea intelligunt vasa huiusmodi, in quibus (vt dicunt) positi erant ani, mures'q; aurei, quod non est idonee dictum, quia in textu paulo ante habetur: Tolletis arcam & vasa aurea, quæ exoluistis ei pro delicto, & posuerunt arcam atq; capsellam super lapidem grandem, B qui (secundum Iudæorum fabulas) fuit ara olim constructa ab Abraham, qui (vt in Genesi legitur) in pluribus locis ædificauit altaria. Viri autem Bethsamitæ, scilicet et sacerdotes vrbis illius sacerdotalis, obtulerunt holocausta, scilicet vaccas prædictas, aut etiam sacrificia alia. Nam subdit, & immolauerunt victimas in illa die domino pro gratiarum actione, ꝙ arcam tam miraculose & gloriose reduxit. Vnde & ligna plaustri ac vaccas, in quibus fecit deus prodigia illa, conuerterunt in dei honorem, i. in holocausti materiam & inflammationem, tanquam quæ deo iam fuerunt quodammodo consecrata. Et quinq; satrapæ Philistinorum, cum famulis suis viderunt, ista & mirabilia memorata, & reuersi sunt in Accaron in die illa, certificati ex istis prodigijs, ꝙ eorum plaga fuit à deo. Credendum quoq; videtur, ꝙ Philistæi his gestis fuerunt sanati. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philistæi pro delicto suo. Hic exprimuntur quinq; vrbes præcipuæ, quarum quælibet dedit aureum anum vnum. Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum. De numero quoq; murium aureorum subiungitur. Et mures aureos exoluerunt secundum numerum vrbium Philistijm quinq; prouinciarum, i. quinq; aureos mures secundum ꝙ quinq; erant metropoles, ab vrbe murata vsq; ad villam quæ erat absq; muro. Hoc tripliciter explanatur. Primo, ꝙ erant tantum quinq; vrbes Philistinorum, & ideo tantum quinq; mures aureos esse oblatos. Isidorus vero & magister in historijs dicunt oppositum, adijcientes, ꝙ erant quinq; præcipuæ vrbes & aliæ minus principales, quarum vna (vt infra habetur) Sicelag fuit. Ideo dicunt, ꝙ vnaquæq; principalium ciuitatum illarum obtulit tam aureum anum quam aureum murem. Cæteræ solum aureos mures. Tertij dicunt, ꝙ solum offerebantur quinq; aurei ani & totidem mures, & ꝙ cæteræ vrbes seu villæ adiacentes pro expensis contribuerunt, & vsq; ad Abel magnum, i. lapidem magnum, de quo iam C supradictum est. Hoc addit ad monstrandum, ꝙ vrbes & villæ Philistinorum porrigebant vsq; ad lapidem illum ex vna parte. Abel autem interpretatur luctus, ideo lapis seu locus ille vocatus est Abel, quoniam paulo post fuit ibidem luctus ingens, propter eorum qui arcam viderunt occisionem. Alij dicunt, per Abel magnum intelligi oppidum Bethsames, quod secundum eos dictum est postea Abel ob luctum præfatum, quod non videtur, quia subiungitur, super quem posuerunt arcam domini, qui erat vsq; in illa die in agro Iosue Bethsamitis, in cuius agro non erat sita vrbs illa, sed lapis præfatus. Percussit autem dominus de viris Bethsamitis quosdam, eo quod vidissent arcam domini nudam & discoopertam, secundum ꝙ Philistæi eam remisisse creduntur, & sic arcam aspicere prohibitum fuit, non solum vndecim tribubus, sed & Leuitis sub pœna mortis, & percussit de populo septuaginta viros. Hoc, vt recitat Lyra, etiam Hebræi exponunt sic, ꝙ solum septuaginta viri fuerunt percussi, qui erant tantæ reputationis ꝙ æquiparabantur septuaginta millibus de plebeis. Iuxta quem modum dicitur ad Dauid infra secundo Regum: Tu vnus pro decem millibus computaris. Principales enim de populo percussi fuerunt, quia debebant populum ordinare & præcauere de prædictis offensis. Sed huic expositioni obuiare videtur series literæ, in qua apertissime quasi de diuersis narratur, ꝙ dominus percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Prætere a ad sacerdotes & Leuitas præcipue pertinebat, instruere populum de necessarijs ad salutem & spiritalibus rebus. Si ergo principales ex populo vt optimates & iudices percussi fuissent, quia populum non compescuerunt ab intuitu arcæ, videtur ꝙ sacerdotes & Leuitæ præsertim percussi fuissent

[Margin: Iosue.18; Iosue.19; Gene.12; Gene.22; Isidorus; Pet.Co. hist.li.regum.cap.7; 1.Regū.7; Numer.4]

Det. Co. pro illo vulgi peccato. Magister quoque in historiis & alii expositores solennes aliter tenent, & D
hist. li. reg. literam sicut iacet exponunt. Itaque aduertendum, quod arcam dimiserunt satis diu sub diuo &
gum cap. 7 magis diu quam licuit, propter quod populus Israel vndique copiosissime concurrebat, & multi ex cu-
riositate arcam intuebantur, econtra illud Numerorum. Alii nulla curiositate videant quæ sunt in
Numer. 4 sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur. Quamuis autem peccata subditorum su-
perioribus imputentur, non tamen sic quin & ipsis subditis quoque & pro propriis puniuntur excessibus
nec ignorantia iuris diuini, quod quis scire tenetur, puta diuina præcepta, excusat. Insuper Ly-
ra scribit, quod vna causa percussionis populi fuit, quia holocaustum indebite offerebant, offerē-
Leuitic. 1. do vaccas in holocaustum. Cum tamen in Leuitico iusserit dominus, vt non nisi masculus offer-
retur in holocaustum. Si autem illa fuisset causa percussionis prætactæ, videtur omnino, quod sa-
cerdotes qui hoc fecerunt, fuissent percussi. Idcirco iuxta prætacta magis apparet, quod ex dispē-
satione seu inspiratione diuina obtulerunt vaccas illas in holocaustum. Sicut & sacrificabant ibi
in agro extra tabernaculum & altare. Nam vaccæ illæ per mirabilia dei in eis ostensa erant deo
quodammodo consecratæ & ei tantummodo offerendæ, nec sumptæ erant ex pecoribus Isra-
eliticæ plebis. Luxitque populus residuus, Eo quod percussit dominus plebem plaga magna.
Quæ autem fuerit plaga illa, nescitur. Et dixerunt viri Bethsamitæ: Quis poterit stare in con-
spectu domini dei sancti huius? quasi dicant, tanta est districtio diuinæ iustitiæ, quod metuen-
Iosue. 24 dum est in eius præsentia apparere atque difficile ei placere & eius percussionem euadere, iuxta quem
sensum scriptum est in Iosue libro: Nō poteritis seruire domino, deus enim sanctus & fortis æmu-
lator est, & non ignoscet sceleribus vestris. Et ad quem ascendet à nobis? i. quis tantæ virtu-
tis inuenietur, qui dignus sit eam suscipere. Miseruntque nuntios ad habitatores Cariath Iarim, E
quæ erat vrbs famosa & fortis, dicētes: Reduxerunt Philisthiim arcam dñi. Sed cur non remise-
runt eam in Silo ad tabernaculum dñi? Forsitan intendebāt quod postea illuc deduceret, descendi-
te & reducite eam ad vos. ¶ Quæritur circa prædicta, quo spū sacerdotes & diuini Philistinorum de-
derunt tam sani consilium de modo remittendi arcam ad populū Israel? Ad quod quidā respon-
dent, quod ex instigatione, reuelationeque dæmonū, quos etiam dicunt diuinitus compulsos ad dan-
Hierony. dum diuinis tale responsum, quemadmodū sæpe leguntur dæmones propalasse virtutes sancto-
Nu. 23. 24 rum. Porro sanctus Hieronymus in quibusdam locis videtur sentire, quod sicut Balaham, ita & isti ex
spū dei bono fuerunt inspirati ad ista dicenda. Nam prophetia & secretorum reuelatio sunt dona
gratiæ gratis datæ, quæ bonis & malis communia sunt. ¶ Item quæritur, Cum arca fuerit res pror-
Numer. 4 sus inanimata, cur propter eius intuitum tā grauiter cæsus est pplus? Et respondendum, quod deus sub
pœna mortis prohibuit non solum aspectum arcæ nudæ, sed & aliorum quæ in tabernaculo e-
rant, ad commēdandum dignitatem sacerdotalis officii, & præsertim propter mysticas significa-
tiones, spiritalesque rationes super librum Numerorum expressas. Arca autem fuit figura humani-
tatis Christi & sacramenti altaris, quæ non sunt nisi cum debita reuerentia aspicienda. ¶ Rursus
quæri potest, Cur Philistæi percussi non sunt, quia arcam viderunt nudam? Respondetur, quia
Roman. 3 non fuit eis prohibitum, quoniam lex eis data non fuit. Vnde ad Romanos ait Apostolus: Sci-
mus quia quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. Etenim hi quibus lex data est, per
legem iudicantur.

¶ De spirituali eiusdem cap. VI. intellectu. Arti. XIII. F

1. Cor. 1. PEr terram Philistinorum designatur gentilitas, per arcam Christus sapientia patris.
Fuit itaque Christus septem mensibus. i. multo tempore euangelicæ legis in terra gen-
tilium. Durante etenim persequutione ecclesiæ, fideles & infideles passim habitabant
commixtim. Cumque perfidi & tyranni Christum in suis membris irreuerenter tracta-
rent atque crudeliter persequerentur, fiebat frequenter, quod impii illi à deo subitaneis ac lætalibus
plagis terribiliter cædebantur, ita quod territi à Christianorum persequutione quandoque ad tē-
pus cessabant, & arcam mittebant de loco ad locum, Christianos pellendo de vrbe in vrbem,
quos tandem victi dimiserunt in pace, imò innumerabiles ex eis conuersi, munera deo Christia-
norum immolauerunt. Feceruntque similitudines anorum suorum. i. inquinamenta & vitia sua per
in honestiora membra commissa humiliter confitebantur. Denique ex isto, quod Philistæi fece-
runt & obtulerunt similitudines membrorum, in quibus erant plagati & bestiarum per quas pu-
niebantur, Videtur mos inoleuisse, quod hi qui cruciantur in manu, pede aut alio membro, offe-
rant talium membrorum similitudines cæreas, aureas siue argenteas omnipotenti.
Amplius, per plaustrum nouum, in quo arca remissa est, intelligi potest cor spiritaliter innouatū
seu reformatum, vel homo perfectus qui exemplis suis, meritis & precibus alios secum defert ad re-
gnum cœleste, deum quoque portat in se, ita vt ei valeat dici, quod Helisæus dixit Heliæ & rex Is-
rael Helisæo: Pater mi, currus Israel & auriga eius. Talia plaustra Christum portant de loco &
4. Reg. 2 populo vno ad alium, qui & ingratis ac induratis relictis, ad dociles reuertuntur, quod deuotissi-
4. Reg. 13 mis prædicatoribus ac prælatis potissimum competit, quibus multos lucrifacientibus competit
illud

A illud in Psalmo: Currus dei decem milibus multiplex. Huic plaustro duæ vaccæ forte iunguntur
quibus nondum impositum fuit iugũ, per quas intelliguntur fideles personæ virtuosis actibus fœ
cundatæ qui iugo iniquitatis ac dæmonum subijci rennuerunt, & viris præfatis cooperantur in Roman. 8
bonis & ipsos trahunt ad diuersos hincinde visitandos ac instruendos. Hæ personæ gradiuntur
per rectam ac regiam viam & omni sensuali affectu ad propinquos aut prolem relicto. Naturali Mat. 19
quoq; amore charitati subiecto; euangelica implent consilia, parentes, sobolem, consanguineos,
coniugem deserendo, quatenus deo liberiori, stabiliori, puriori'q; mente intenti sint, de quibus in Deute. 33
Deuteronomio legitur dictum figuraliter: Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus
suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum. Pergunt itaq; per viam Matth. 7
quæ ducit Bethsames, hoc est, per artam viam salutis, quæ ducit ad domum non manufactam 2. Cor. 5
æternam in cœlis, in qua sol intelligẽtię atq; iustitiæ clare & incessabiliter cernitur ac laudat, iuxta Psalm. 83
illud psalmi: Beati qui habitant in domo tua domine; in secula seculorũ laudabunt te. Siquidem
Bethsamis interpretatur domus solis; mugiunt'q; pergendo, sua ac proximorum peccata plangẽ
do, cum gemitu deprecando, ad patriam & visionem dei beatificam aspirando, iuxta illud beati Roman. 7
Apostoli: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo affectu cecinit & Psalm. 119
Propheta: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et item: Sitiuit anima mea ad deum Psalm. 41
fontem viuum. Hi itaque in Capsella, hoc est, in conscientia humili vel pœnitentia salutari custo-
diunt, & reponunt bona quæ operantur.

¶ Porro, Bethsamitæ metebant triticum in valle. Per Bethsamis designatur non solum trium- 2. Cor. 3
phans ecclesia, in qua sol iustitiæ facie ad faciem lucet atq; conspicitur, sed militans quoq; ecclesia
in qua per gratiam & virtutes, per fidem & sapientiam contemplatur & colitur. Sic'q; Bethsa-
B mitæ non solum sunt ciues cœlestis Hierusalem, sed & filij militantis ecclesiæ, qui in valle hac la-
chrymarum, & humilitatis decliuitate triticum metunt, hoc est, virtutum opera & fructus spiri-
tus intra se colligunt, vt diuites fiant in operibus bonis, q oculos cordis eleuando, Christũ domi-
num sibi gratiose aduenientem intuentur, & super hoc gloriantur. Qui plaustrum conscidunt in
frusta, & vaccas desuper ponunt in holocaustum, dum seipsos per contritionem & deuotionem
totaliter diuino mancipant cultui, nihil sui relinquentes sibimetipsis atq; ad idem agendum suos
inducunt discipulos & subiectos. Erat autem ibi lapis magnus. Per quem cordis constantia, aut Psalm. 17
fidei fundamentum aut dominus ipse cui ait Psalmista: Dominus petra mea. Potest intelligi, cui 2. Reg. 22
debet omne opus bonum inniti atq; imponi, ne deijciatur, quatenus qui bona exequimur, viro Matth. 7
comparemur sapienti, qui domum suam ædificauit supra petram, ita vt nec venti aduersitatum,
nec flumina tentationum, nec impetus passionum aut vitiorum potuerunt eam deijcere. Et
quinque satrapæ Philistinorum viderunt, & reuersi sunt die illa in Accharon. Per quinque satra-
pas istos rite designantur filij seculi nobiles & potentes secundum carnem, delectationibus quin-
que sensuum dediti, qui etsi audiant verba dei, videant'q; exempla iustorum, & miracula omnipo 1. Cor. 1
tis agnoscant. Raro tamen & pauci conuertuntur ad dominum. Propter quod ait Apostolus:
Videte vocationem vestram (fratres) quia non multi potentes, non multi nobiles, non multi sapi-
entes secundum carnem sunt inter vos. Percussit autem dominus de viris Bethsamitis eo quod vi
dissent arcam domini. Per hoc præfiguratum cognoscitur quod hi qui sacramentum eucharistiæ
irreuerenter intuentur, aut sumunt, aut Christum præsumptuose contemplari attentant, aut fidei
C secreta curiose rimantur percuti, ac perire merentur, quod in multis hæresiarchis qui per septua-
ginta viros exprimuntur, & in illorum infelicibus discipulis qui per quinquaginta milia figurati
sunt, videmus impletum, qui olim fuerunt in ecclesia tanquam filij & ministri ac membra, sicut ait 1. Cor. 2
sanctus Iohannes in prima sua canonica: In nobis erant, sed non erant ex nobis. Frequenter quo-
que contingit quòd ecclesiastici viri notabiliter virtuosi, & in domino spiritaliter gloriati, re-
pente vana gloria impugnentur ac polluantur, & quadam spiritali elatione labantur. Ideo casti-
gantur à domino in præsenti, ne pereant in futuro. Nam & impijssima & callidissima illa vulpe-
cula inanis gloria, seu spiritalis superbia in spiritalium charismatum affluentia periculosius insi- Deuter. 4
diatur, irrepit & maculat, propter quod iugi & timorata cordis custodia opus est incessanter. Lu Prouer. 4
xit'q; populus, quia deuoti & charitatiui aliorum deplorant ruinam, & simul de proprio casu suspe
cti sunt, dixerunt'q; viri Bethsamitæ &c. quia ex propriæ deiectionis experientia pensant q̃ diffi-
cile sit iugiter in via iustitiæ perseuerare, vnde & alios exhortantur ad spiritualem cautelam & ad
perfectionis constantiam à qua dolent se corruisse.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI SEPTIMI.

Venerunt ergo filij Cariath Iarim, & reduxe-
runt arcam domini, &c.

Articulus XIIII.

Reformatio Israelitici populi facta per Samuelem, & illorum ad melio- D
Proue. 11. rem statū reductio hic narrat, Nempe vt Salomon protestat. Cū defe
cerit propheta, populus corruet. Sic econtra, cū propheta affuerit, po-
pulus surget, nisi forte obstinatus, incorrigibilisq́ cōsistat. ⌊Venerunt
ergo viri Cariathiarim⌋. i. habitatores principalis vrbis illius ⌊& redu-
Nume. 3 xerunt arcā dñi.⌋ Credendū videt, q̄ sacerdotes seu Leuitæ iuxta le-
gis pceptū portauerint eā in vectibus sup humeros suos, ⌊& intulerunt
eā in domū Abinadab,⌋ q erat vir iustus & tā famosæ virtutis, q̄ præ
cæteris reputauerūt eū dignū p̄sentia, hospitationeq́ arcæ, ⌊& fuit sacer-
dos ⌊in Gabaa.⌋ Istud q̄d dicit hic, q̄ intulerūt eā in domū Aminadab
in Gabaa, aliqui dicūt nō fuisse tunc factū, quos sequit Lyra. Hoc inquiēs non fuit factū statim,
sed p magnū tempus post, q a per aliquod tēpus arca fuit in Cariathiarim & inde translata fuit
Hierony. in Maspha, & inde in Galgala, vt dicit in libro de hebraicis quæstionibus, & postea translata fuit
in Nobe, deinde in Gabaa, vt dicit hic. Sed istud non videt textui consonare, quoniā de eisdem
viris & sub eodē contextu hic legit. Venerunt viri Cariathiarim & reduxerūt arcā dñi & intule-
runt eā in domū Abinadab in Gabaa, quod totū videt hic dici de eadē arcæ translatione. Deni-
q̄ non apparet, q̄ tot intermedijs translationibus omissis scriptura ista loquatur de translatione
arcæ in oppidum Gabaa post descriptionem translationis eius de Bethsamis in Cariathiarim. Hi E
quoq́ qui eam reportauerunt in Cariathiarim diu fuerunt defuncti, antequam arca fuit transla
1. Regū. 9 ta in oppidū Gabaa, ideo de eis istud non verificatur. Potius igitur reor, q̄ Gabaa non sit hoc lo
co nomen ciuitatis, de qua fuit Saul, sed iuxta interpretationem suam designat excelsum seu col-
lem, quia in loco eminenti constituerunt arcam propter reuerentiam eius. Iuxta quem modum
Matth. 2 in Euangelio fertur: Vox in Rama. i. in excelso audita est. Ita quod Rama non sumitur ibi pro
Hiere. 31. vrbe. & istud concordat dictis Hieronymi & magistri in historijs, vt super Paralipomenon ple-
Hierony. nius est ostensum. ⌊Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt⌋. i. instituerunt, ⌊vt custodi
Pet. Co. ret arcam domini,⌋ & forte iuxta ritum legis in Leuitico scriptum, consecrauerunt eum in sacer
hist. libr. 1. dotem, si aute non fuit sic consecratus. Vel si iam erat sacerdos, hortati sunt eum vt per continen
Reg ca. 7. tiam ab vxore ad tempus per orationes & sacrificium exhiberet se ad custodiendum arcam ido-
Luc. 8 neum. ⌊Et factum est, ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies,⌋ id est, mul
tis diebus seu potius annis, puta viginti annis mansit ibidem. Vnde subiungitur. ⌊Erat quippe
iam annus vicesimus,⌋ id est, tot anni fluxerunt interim, quod arca fuit illo in loco. Videtur au-
Iose. lib. 6 tem Iosephus velle quod arca fuit ibi vsq́ ad octauum annum regni Saulis, in quo anno octauo
an. iu. ca. 1. ipse deportauit eam secum in castra, hoc est ad locum certaminis, vt infra tangitur. ⌊Et requie-
1. Regū. 14 uit omnis Israel post dominum,⌋ id est, infra hoc totum ad dominum sunt conuersi & quieue-
runt in eo, adhærentes ei fideliter. Cum enim viderent qualiter à Philistæis erant percussi pro-
1. Regū. 4 pter sua & Eli, filiorumq́ eius facinora, & quàm grauiter deus plagauerat Philistæos propter
1. Reg. 5. 6 arcæ præsentiam, atq́ quàm miraculose arcam reduxit, compuncti sunt & admonitionibus Sa-
muelis obtemperarunt. Vnde quod dictum est, Erat quippe iam annus vicesimus, quidam ex-
ponunt, quod tot anni fluxerunt ex eo tempore, quo post mortem Eli cœpit Samuel instruere
plebem. ⌊Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro reuer- F
timini ad dominū⌋ per plenam contritionem, obedientiam, dilectionem, ⌊auferte deos alienos
de medio vestri, Baalim & Astaroth.⌋ Si iuxta præhabita totus populus Israel per tot annos quie
uit post dominum, quid necessaria fuit exhortatio ista, vel qualiter apud se adhuc deos alienos
habebant? Ad hoc videtur dicendum, quod quamuis cessauerunt idola colere, adhuc tamē apud
se tenuerunt simulachra. Et forsan quidam eorum nondum ex toto ab idololatria recesserunt.
Totum nanq́ frequenter sumit varias denominationes à diuersis partibus suis, ita quod diuersa
quasi de eodem toto prolata ad diuersas eius partes sunt referenda, ⌊& præparate corda vestra
domino,⌋ id est, ad gratiam ac virtutes seu ad earum incrementa disponite vos, faciendo quod
in vobis est & obicem auferēdo, ⌊& seruite ei soli⌋ seruitute latriæ, q̄ soli vero deo debet, ⌊& eruet
vos de manu Philistijm. Abstulerunt ergo Baalim,⌋ id est, idola Baal comminuerunt & cultum
ipsius abiecerunt, ⌊& Astaroth,⌋ id est, idola huiusmodi falsi dei, ⌊& seruierunt domino soli, Di
xit autem Samuel: Congregate vniuersum Israel in Maspha.⌋ Commisit enim quibusdam, qui
ex parte ipsius discurrerent per totam terram Israel ad denuntiandum, vt cuncti ad eum veni-
rent viri ac principales de populo. Vel commisit istud principibus tribuum, ⌊vt orem pro vo-
bis ad dominum.⌋ Nonne & alibi potuit orare pro populo etiam non præsente? Poterat vtiq́.
Voluit tamen orare pro communitate ea præsente & dominum inuocante, quatenus ex multa-
rum præsentia facierum exaudibilior esset sua oratio. Ob aliam quoque causam populum
conuocauit, videlicet ad tractandum cum eis de bono communi atque ad renouandum pactū
inter deum & populū. Deniq́ ad illam vrbem, scilicet Maspha, populū cōuocauit. Vel propter
conuenientiam loci, vel quoniam vrbs illa extitit celebris, quoniam Iosue frequenter fuerat ibi.
⌊Et

⌊Et conuenerunt in Maspha, hauseruntq; aquam.⌋ Fuit etenim consuetudo Iudæis, initum fœ-
A dus cũ deo, vel homine confirmare per aliquod signũ vel factũ sensibile, vt patet in Iosue libro, & Iosue. 24
alibi sæpe. Sic & hac vice renouato fœdere, quo obligauerũt se deo seruire, in signũ & testimoniũ
pacti huius aquã hauserũt, ⌊& effuderũt in conspectu dñi⌋ tanq̃ ipso facto dicentes: Sic sanguis
nr̃ fundat & pereat vita nostra, si non seruauerimus pactũ. Item ad figurandũ, q̃ sicut aqua effusa,
non redit, ita nec ipsi ad idololatriã reuerterent. Vel aquã haustã fuderũt ad designandũ cordium
suorũ effusionẽ coram deo p deuotam orationẽ, contritionẽ & planctũ. Nam subdit: ⌊Et ieiuna
uerũt in illa die⌋ ad impetrandũ remissionẽ culparũ, ⌊atq; dixerũt: Tibi peccauimus dñe⌋ & ita
humiliauerũt seipsos. Propter q̃d aliqui dicũt, q̃ in signũ humiliationis suĩpsorũ aquã fuderũt, q̃si
dicentes, instar aquæ huius effusæ, viles atq; inutiles sumus. Quidã quos Scholastica historia sequi Pet. Co.
tur, dicũt q̃ in aqua illa fuerũt maledicta congesta, quẽadmodũ in aqua sacrificij zelotypiæ quã si hist. lib. 1.
bibisset idololatra labia sua sibijnuicẽ inseparabilr̃ iungebant. Sicq; patuit infidelitas eius. Nonnul Reg. ca. 8
li dixerũt q̃ Samuel idolũ quoddam comminuit, eiusq; puluerẽ misit in aquã illam, quam bibentes Numeri. 5
discreti sunt idololatræ ab alijs, ita q̃ in barbis idololatrarũ apparuit signũ impietatis eorũ. Cui si-
mile est, q̃ in Exodo Moses fert fecisse. ⌊Iudicauitq; Samuel filios Israel in Maspha⌋ causas eorũ Exo. 32
discernendo, lites discordiasq; sedando. ⌊Et audierũt Philisthijm, q̃ congregati essent filij Israel
in Maspha, & ascenderũt satrapæ Philistinorũ⌋ cũ suis ministris ⌊ad Israel⌋ .i. ad impugnandũ fi
lios Israel, quos contra se congregatos suspicabant. ⌊Quod cũ audissent filij Israel, timuerũt à fa-
cie Philistinorũ. Dixerũtq;⌋ filij Israel ad Samuelem: Ne cesses clamare⌋ .i. feruenter orare ⌊pro
nobis ad dñm deũ nostrũ, vt saluet nos de manu Philistinorũ,⌋ q̃ de proprijs meritis non præsu-
mimus, nec de viribus nostris confidimus, sed te esse dei amicũ cognoscimus. ⌊Tulit autẽ Samuel
agnũ lactantẽ vnũ, & obtulit illũ holocaustũ integrũ dño.⌋ Præhabitũ est, q̃ Samuel erat Leuita, 1. Reg. 1
B non Aaronita, qualiter ergo licuit ei sacrificare, nisi ex dispensatione diuina, & necessitate vrgente
atq; vt aliqui dicũt, q̃m Icaboth filius Phinehes filij Eli adhuc paruulus erat. ⌊Et clamauit Samuel
ad dñm pro Israel, & exaudiuit eum dñs. Factũ est aũt, cũ Samuel offerret holocaustũ dño, Phili-
sthijm inire p̃liũ contra Israel, Intonuit aũt dñs fragore⌋ .i. sonitu vel tonitruo ⌊magno in die illo
super Philisthijm, & exterruit eos.⌋ Itaq; vt Iosephus tradit, & in scholastica historia recitat, mota est Iose. lib. 6
terra, & pandebant, seu patebant hiatus per loca & fulgure qdam interierunt. Iuxta quem modũ an. tu. ca. 2
deus exterruit Sysaram & eius exercitum, vt recitat Iosephus. ⌊& cæsi sunt à filijs Israel. Egres- Pet. Co.
sique filij Israel de Maspha, persecuti sunt Philistæos, & percusserunt eos vsq; qui subter Beth, histo. lib. 1.
Char erat.⌋ Cæteri vero fugerunt, quos filij Israel insequentes percusserunt. In cuius tam gratiosi Reg. ca. 8
ac miraculosi triumphi memoriale perpetuum fecit Samuel, quod subditur. ⌊Tulit autem⌋ id est Iose. lib. 5
accepit ⌊Samuel lapidem vnũ⌋ grandem ⌊& posuit eum inter Maspha & Sen,⌋ hoc est, in ter- an. tu. ca. 9
minis inter loca seu oppida sic vocata, in loco huius victoriæ, ⌊& vocauit nomen loci illius, la-
pis adiutorij⌋ propter supernaturale dei auxilium ibi impensum. ⌊Dixitq;: hucusq; auxiliatus est
nobis dominus⌋ hoc est, vsq; ad tempus istud seu vsq; ad locum hunc. Sicq; locus ille vocatus est
lapis adiutorij .i. ager aut campus continens lapidem significatiuum & memoratiuum auxilij, ibi
desuper dati. ⌊Et humiliati sunt Philisthijm, nec apposuerunt vltra, vt venirent in terminos Isrl.
Facta est itaq; manus domini super Philistæos⌋ hoc est, diuina potestas eos repressit, & debilita
uit, ac refrenauit ab impugnatione Israelitarum, ⌊cunctis diebus Samuelis⌋ id est, omni tempore
C quo præfuit Israeli, quia sub Samuele domino seruierunt, & ita tam meritis Samuelis quàm pro-
prijs istam aduersariorum suorum repressionem sortiti sunt, & redditæ sunt vrbes quas tulerant
Philisthijm ab Israel, Israeli ab Accaron vsque Geth & terminos suos. Liberauitq; Israel de manu
Philistinorum. Eratq; pax⌋ temporis ⌊inter Israel & Amorrhæum,⌋ hoc est, reliquias Amor-
rhæorũ qui adhuc morabantur in terra promissionis, quia pro tunc non resistebant Hebræis, imo
vt aliqui dicunt, seruiebant tunc eis sub tributo. ⌊Iudicabat quoque Samuel Israel⌋ hoc est, Israe-
liticum populum ⌊cunctis diebus vitæ suæ.⌋ Contrarium huius apparet ex sequenti capitulo, 1. Reg. 8.
quoniam eo viuente, præfuit Saul rex. Et respondendum, quod Saul regnante, Samuel adhuc
erat magnus in populo, & iudicauit, hoc est, iudicia dei docuit populum, ac in multis direxit,
tam regem ad tp̃s, q̃ multos de pp̃lo, q̃diu vixit. ⌊Et ibat per singulos annos circumiẽs Bethel, &
Galgala & Maspha & iudicabat Israelem in supradictis locis⌋ .i. tribus vrbibus illis tunc famosis.
Dicuntq; aliqui quòd Bethel erat famosa, quoniam Iacob vidit somnium ibi, vt in Genesi habet Gen. 18
Galgala propter secundam circumcisionem ibi factam, vt dicitur in Iosue, & propter pascha cele Iosue 5
bratũ ibidem. In Maspha. Propter frequentiam Iosue in eadem. Et iuxta hoc per Bethel esset, hoc
loco intelligenda Hierlm. Fuit autem & alia Bethel. Nam & Hieroboam posuit vnum aureorum 3. Re. 12
vitulorum in Bethel. Itaq; in tribus solennitatibus hebdomadarijs, quarum scilicet quælibet dura
uit vna hebdomada, vt pote Paschę, Pentecoste, & Scenophegiæ, ascẽdebat ad oppida illa, & iudi
cauit plebem in eis. Alijs diebus ascendit ad eum populus in Rhamatha, vt iudicaretur, & instrue-
retur ab eo. Vnde subiungitur.
⌊Reuertebaturq;⌋ festis illis expletis ⌊in Ramatha⌋ in qua natus est. ⌊Ibi enim erat domus eius⌋

1.Regū.1 paterna & hæreditariā. Leuitæ namque & sacerdotes habuerunt loca propria ad manendum, D
& ibi iudicauit Israelem. Infra Samuel ait ad pplm. Si de manu cuiusquàm munus accepi,
1.Regū.12 quasi dicat non accepi, ex quo videt, φ proprijs expensis visitauit loca præfata ad populum iu-
dicandum & erudiendum, quo plane exemplo reprehenduntur qui in visitationibus grauant vi-
sitatos expensis, & sumunt ab eis munuscula, quod in iure frequenter ac districto etiam sub pœna
excommunicationis prohibetur. Aedificauit etiam ibi .s. in Ramatha altare domino. In li-
bro Iosue describitur, qualiter nouem tribus volebant ascendere ad præliandum contra duas ac
Iosue 22 mediam tribus, eò quòd iuxta Iordanem ædificassent altare. In Deuteronomio quoq; dominus
Deuter.12 iussit, vt non nisi in vno loco sacrificia fierent. Quomodò igitur licuit Samueli in Ramatha altare
construere? Et respondendum, quòd eadem authoritate & dispensatione qua sacrificauit cū non
esset sacerdos, vt tactum est. Nam & Gedeon ac Elias qui nec Leuitæ erant, sacrificasse noscunt.
Iudic.6 ¶ Porro quod ex Deuteronomio allegatum est, intelligendum est, sicut ex textu ibidem colli-
3.Regū.18 gitur, pro tempore quo dominus vrbem diuini cultus determinauit, & templum seu tabernacu-
Deuter.12 lum dei cum arca in vrbe illa fuerat stabiliter collocatum.

¶ De mystico septimi huius capituli sensu.

Articulus decimusquintus.

VEnerunt viri Cariath Iaeim & reduxerunt arcam. Per viros illos qui ciues erant vrbis
Israeliticæ plebis, intelliguntur conuersi ex iudaismo qui Christum per arcam designa
tum cum reuerentia fideliter susceperunt. Per Eleazarum vero sacerdotes qui ex lege
ad euangelium sunt conuersi, accipiunt. De quibus sanctus Lucas ait in actibus: Mul-
ta turba sacerdotū obediebat fidei. Et Esaias: Vos sacerdotes domini vocabimini, de quibus & E
Actor.6 Malachias ait: Erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Per hoc demū quòd Eleazarus sacer
Esa.61 Malach.3 dos sanctificatus est, quatenus dignus esset arcam custodire, præfiguratum est φ puros & sanctifi
catos eē oporteat sacerdotes nouæ legis, q Chrm vnigenitum pris consecrant, offerunt, tranctant
& sumunt. Requieuit omnis Israel post dominum, ita & nos relicta inquietudine vitiorū, immo-
deratione passionum, solicitudine seculari, stabiliri & conquiescere studeamus in deo. Ipse enim
est finis noster, ad quem semper respicere & adspirare debemus, in quo solo vera & salutaris quies
consistit, & in ipso per fidem, sapientiam, & virtutes desigimur. Optimum etenim ē gratia & vir
Heb.13 tute cor stabiliri. Impij autem in circuitu ambulant, quoniam rebus vanis, caducis, variabilibus
Psalm. magis quàm summo & incommutabili bono inhærent, & hæc ipsa inhæsio tam inordinata pecca
tum est, & agitatio mentis. Nam sicut virtutes mentem in deo stabiliunt & quietant, sic passio-
nes & vitia inquietam, nutantem, gyrouagam reddunt eandem. Sicut in Threnis habet: Pec-
Threno.1 catum peccauit Hierusalem propterea instabilis facta est. Propter quod in libro Iob dicit: Si ini-
Iob 11 quitatem abstuleris, stabilis eris, & non timebis. Hinc quoq; in Ecclesiastico fertur: Hō sanctus in sa-
Ecci 27 pientia manet vt sol. Nam stultus sicut luna mutatur. ¶ Porro, stultus est omnis qui dono sapien
tiæ caret, & vitijs passionibusq; succumbit, in quo puerilitatis vitium regnat, quoniam sicut pueri
poma & pira præferunt auro & gemmis, sic talis carnalia & caduca præponit diuinis atq; æter-
nis. Taliumq; stultorum iuxta Salomonem infinitus est numerus. Ait autem Samuel ad vniuer-
Eccl's.1 sam domum Israel. Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de me
dio vestrum. Hoc vnusquisq; prælatus & prædicator dicere debet toti congregationi, & vnicuiq;
cui præest aut prædicat. Oportet equidem toto corde conuerti ad dominum quem toto cor-
de iubemur diligere, & cui præ omnibus tenemur intellectu & voluntate integraliter adhæ- F
Deut.6 rere, qui ait per Iohelem: Conuertimini ad me in toto corde vestro. De his vero qui conuertun-
Matt.22 tur ad dominum non toto scriptum est in Ozee: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Hi
Marc 12 sunt qui deo, & seculo voluerūt inhærere ac complacere. De his quoq; qui solo ore conuertuntur ad
Luce.10 dominum ipse per Esaiam testatur: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorum longe est à me
Iohel.2 Osee.10 Similiter de his qui solo exteriori opere vident conuerti ad deū, scribit Apostolus: Si tradidero in
Esa.29 cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem
1.Cor.13 autem non habuero nihil mihi prodest. Immo de quibusdam talibus ait saluator: Attendite à falsis
Matth.7 prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et sicut
Iude ibidem prosequitur Christus: Vestimenta ouium sunt ieiunium, oratio, eleemosyna, quibus, id
est, quorum fictis imaginibus seductores suam cælant impietatem. ¶ Insuper deos alienos aufe-
ramus de medio nostri, hoc est, vnusquisq; de corde suo tollat ac iugiter pellat omnem affectio-
nem vitiosam ad creata ac peritura vana phantasmata, cogitationes peruersas, inutiles phantasi-
as. Quod enim quis amplius colit & amat quàm deū, hoc sibi impie efficit deum seu vltimum fi-
nem. Et preparate corda vestra domino, hoc incessanter agamus, vitando occasiones peccandi,
& exteriora virtutum adminicula amplectendo, examinando quoq; conscientias nostras, &
quicquid in nostris est viribus faciendo, deiq; opem assidue inuocando, & tunc dominus copio-
Hiere.30 se iuuabit, & quod suum est gratiose implebit, qui ait per Hieremiam: Quis est iste qui applicet
cor suum vt appropinquet mihi. Quasi dicat talem protinus mihi coniungam.

Et seruite

A Et seruite ei soli. Qui seruit hominibus propter deum, soli deo quodammodo seruit. Quod esse
agendum docet Apostolus ad Ephesios: Serui (inquiens) obedite dominis carnalibus in simpli- Ep̃. 6
citate cordis, sicut Christo, non ad oculum seruiẽtes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi
seruientes sicut domino & non hominibus. ¶Abstulerunt ergo &c. Quemadmodum filij Israel Sa
mueli in his protinus obedierunt. Sic subditi suis prælatis & prædicatoribus debent mox obtem-
perare. ¶Dixit autem Samoel: Congregate vniuersum Israel in Maspha, sic maiores prælati &
pontifex summus deberent opportunis & præfixis temporibus, præsertim instantibus arduis
causis, synodũ conuocare, ac deuotissime celebrare. ¶Hauseruntq́ aquam & effuderunt in cõspectu
domini, ita & nos aquam lachrymosæ contritionis, ac deuotionis hauriamus precibus ex fonte
diuinæ & incircumscriptibilis pietatis patrem misericordiarum feruide deprecantes, vt huiusmo
di contritionem & deuotionem nobis conferre dignetur, & effundamus sicut aquam cor nostrũ Threno. 2
in conspectu domini dei nostri aut precibus nostris abstinentiam, ieiunium, & humilitatem sem-
per iungamus, dicentes ex intimo corde: Tibi peccauimus domine. ¶Et audierũt Philistijm quod Deut. 14
congregati essent filij Israel. Sic inuisibiles hostes præcipue impugnare non cessant congregatio-
nes deuotas, & quanto diligentius ad profectum virtuosum nos damus, tanto inuidiosius & inso-
lentius instant. Tunc ergo deuoti clament ad dominum, & superiorum suorum, præsertim viro- Ioban. 1
rum virtuosorum, imo & beatorum in patria suffragia orationesq́ postulent. ¶Tulit aũt Samuel
agnum lactentem. Sic deuotus pastor pro sibi commissis, & recommendatis celebrare debet, &
patri æterno offerre vnigenitum suum agnum, qui tollit peccata mundi. ¶Quemadmodum au-
B tem Samuele sacrificãte & orante, intonuit dominus magno super Philistæos fragore.
Sic meritis orationum & celebrationum deuotorum sacerdotum atque virtute sacramenti alta-
ris quod offerunt, deus fugat & conterit inuisibilium hostium turbam. Tonat quoq́ altissimus,
dum per os efficacium prædicatorum loquitur populo suo per quod spirituales hostes vertun-
tur in fugam, vt Rabanus ait. ¶Tulit autem Samuel lapidem vnum, per hunc lapidem adiutorij in- Rabanus
ter Israelitas Philistæosq́ positum, intelligitur dominus & saluator qui est lapis angularis, petra
refugij, & pretiosissima gemma, ac robur, & fons adiutorij nostri, qui inter electos & reprobos
stat defensor. ¶Vnde septuaginta transtulerunt, inter Maspha nouam & veterem. ¶Alia quoq́ quæ- Esa 28
dam translatio continet inter Maspha & Siselech, quæ sunt vrbes Philistinorum. ¶Facta est itaq́ Acto. 4
manus domini super Philistæos cunctis diebus Samuelis. Sic præsidentibus viris virtuosis ac san- 1. Pet. 2
ctis, repelluntur à subditis contrariæ potestates. Nempe, qualis est rector ciuitatis, tales & habi-
tantes in ea. Quo constat, quantum bonum, & quàm præfulgidum dei donum, sit idoneus & pa-
stor condignus. Ideo vere ait scriptura: Rex sapiens, populi stabilimentum est. Itemq́: Multitu- Eccl. 10
do sapientum sanitas est orbis terrarum. ¶Et redditæ sunt vrbes. Sic virtuosus prælatus animas à Sap. 6
dæmonibus victas Christo reducit. Et congregationes deformatas reformat, atque ab Ecclesia Ibidẽ
malignantium in ecclesiam deo militantium multos restituit ac deducit. ¶Eratq́ pax inter Israel
& Amorrhæum, sic boni fideles cum peccatoribus quantum sine offensa dei queunt, libenter pa-
cem habere conentur, dicente Apostolo: Si fieri potest, quod in vobis est, cum oĩbus hominibus Roma. 12
pacem habete. ¶Sit etiam in vnoquoq́ nostrum pax ordinata inter Israel & Amorrhæum, hoc est
C inter spiritum rationalem diuina contemplantem & inter carnem, ita quod corpus in cunctis
prompte obediat rationi, & ratio deo. ¶Absit autẽ à nobis pax inordinata & pessima, qua spiritus
acquiescit desiderijs carnis, & ratio concupiscentijs seruit, ita quod fatua famula dominæ princi-
patur. Hæc est pax inquinata, quam cum Eua habuit Adam, quando ad Euæ suggestionem co- Gene. 3
medit fructum prohibitum. ¶Iudicabat quoque Samuel Israel cunctis diebus vitæ suæ. Sic is qui
præest, omni tempore præsidentiæ suæ infatigabiliter debet suum implere officium & subditos si- 2. Timo. 4
ne personarum acceptione iudicare, corripere, corrigere, informare, sicut Timothæo iubet Apo-
stolus: Prædica verbum, insta opportune importune argue, obsecra, increpa in omni patientia.
¶Hoc est contra eos quidum senescunt, substituunt sibi vicarios, & solicitudinem pastoralem re-
mittunt, cum tanto plus debent esse pro commissis soliciti, quanto plus appropinquant suo fini,
atq́ examini iudicis summi. ¶Et ibat per singulos annos circumiens. Sic omnino, sic veri episco-
pi, archidiaconi, abbates, & cæteri visitatores omni tempore opportuno, & in iure determinato
debent subditos suos, cœnobia, collegia, parrochias, charitatiue ac strennue visitare, vitia extir-
pare, collapsa & deformata totis viribus reformare, bonos confirmare in bonis, & prouocare
ad meliora. Præcipua quoque loca diligentius custodire. Sicq́ reuerti ad propria, ad prouiden-
dum proprijs suis ouilibus atque vt ibi prompte inueniantur à cunctis qui eorum consilio aut
iudicio egent.

¶EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI OCTAVI.

Factum est autem cum senuisset Samuel &c.

Articulus decimussextus.

Historia

HIstoria huius narrat capl'i, cur & qualiter Israeliticus ppl's petiit pfici sibi regem, cuius postulationis duplex fuit causa vt infra habet. ⌊ Factũ est autẽ cũ senuisset Samuel⌋ Ita φ solito more non potuit exercere labores in visitãdo & oĩbus seruiẽdo, ac exteriora tractãdo, q̃d viris sanctis onerosum est valde, quippe q̃bus dulcissimũ atq; charissimũ est vacare diuinis & spũalibus occupari. Propter q̃d Augustinus vir sanctus dixit: Mallẽ quotidie aliq̃d manibus operari q̃ causas & lites vestras audire & expedire. ⌊ Posuit filios suos iudices super Israel⌋.i. constituit eos plebis Israeliticæ iudices, non reges aut principes. Hoc sanctus Samuel nõ fecit carnali affectu, sicut nunc multi promouent suos cognatos, ne dicam & filios ad præbendas & ecclesiasticas dignitates, sed q̃m iudicauit eos ad iudiciale officiũ vere dignos, & forsan tũc digni erãt, q̃uis post suã promotionẽ corrupti sint corde, quẽadmodũ Saul. Principatus quippe ostendit virũ, & honores mutant in multis mores. Veruntamẽ non recolo me legisse quòd aliquis iudicum ante Samuelem, vel viuens, siue in extremis constitutus, posuerit aliquẽ filiorũ suorũ iudicẽ ppl'i. Nam vt in prima secundæ asserit Thomas. Et idem dicunt Alexãder de Hales, aliiq; communiter, & infra patebit. Deus elegerat sibi filios Israel in populum peculiarem & prædilectũ, ideo voluit p seipsum eis præficere iudices & rectores. Vnde de iudicibus communiter scriptũ est, φ dñs suscitauit eis saluatorẽ seu iudicẽ. Hinc Moses nullũm filiorũ suorũ instituit iudicẽ, sed petiit sibi reuelari à dño quẽ vellet sibi succedere. Vnde videt, φ Samuel ex diuino instinctu fecerit istud, & quod filij eius primo boni fuerunt. ⌊ Fuitq; nomen filij eius primogeniti Iohel, & nomẽ secundi Abya iudicum in Bersaba.⌋ Magister in historijs ait: Cũ senuisset Samuel, posuit filios suos Iohel & Abyam, alterũ in Bethel, alterũ in Bersaba, vt ibi sedentes, iudicarent populũ. Quomodo ergo hic dicit iudicum in Bersaba, quasi ambo fuerint iudices ibi? Ad quod videtur dicendum, quòd scriptura breuitati hic studẽs, per expressionem vnius loci, dat alterũ locũ intelligi. Vel forte successiue sederunt ambo in Bersaba. Iterũ queri pt, quõ magister in historijs dicat vnum eorũ positum fuisse in Bethel, cum Iosephus dicat in Bethleem, quod etiam Rabanus sequitur, imo & magister præfatus circa exordium libri huius. Ad quod dicendum, q̃d per Bethel intelligit in Bethleem. Vel vitio scriptorum pro Bethleem scriptũ est Bethel. ⌊ Et non ambulauerunt, filij illius in vijs eius⌋ hoc est, virtutes & opera virtuosa sui patris secuti non sunt, ⌊ sed declinauerunt⌋ à recto itinere ⌊ post auaritiam⌋ illam sectando, quod iudicibus summe vitandum est, ⌊ acceperuntq; munera⌋ intentione sinistra, ⌊ & peruerterũt iudicium⌋ hoc est, iniuste iudicauerunt scienter ad complacendum his, à quibus munera acceperunt. Contra quod scriptum est in Exodo: Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. ¶ Porro, iudex debet esse quasi animata iustitia, & tanquàm lex viua vt nec amore, nec odio, nec cupiditate, nec timore, nec aliquo modo ab æquitate, & veritate discedat. Et quocunq; modo contrarium fecerit ad satisfactionem seu restitutionem tenetur his, q̃bus impie iudicando damnum aut molestiam infert. ⌊ Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntq; ei⌋ Samueli. ⌊ Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis⌋ hoc est, rectitudinem iudiciorũ, operumq; tuorũ non imitantur. ⌊ Constitue nobis regẽ vt iudicet nos sicut & vniuersæ habent nationes⌋.i. cæteræ gẽtes communiter, vel quædam de oĩbus. Si nobiliores isti, iuxta euangelicæ sapientiæ documẽta, primo admonuissent iudices illos, vel patri eorũ denuntiassent, vt filios suos corriperet, consultius processissent. Nunc aũt statim processerũt ad depositiones illorum. ⌊ Displicuitq; sermo in oculis⌋ hoc est, in intellectu, & ratione seu sapientia ⌊ Samuelis, eo quod dixissent, da nobis regẽ, vt iudicet nos⌋ & non potius corrige filios tuos vt iuste se habeant. Displicuit ergo illa petitio Samueli, non ex ambitione, sed æquitate & amore ad bonum commune, q̃a sciebat populo potius expedire φ regeret per iudices, & q̃m sciuit, φ deus sibi retinuit regale atq; monarchicum regimen populi huius. ¶ Insuper displicuit Samueli, quòd voluerunt gentibus conformari, instar gentium regem habendo, quasi non regerentur excellentiori modo à deo q̃ gẽtes. Displicuit quoq; sancto viro suorũ peruersitas filiorũ. ⌊ Et orauit Samuel ad dominum, vt ei reuelaret quid sibi esset agendum. ⌊ Dixit autem dominus ad Samuel: Audi vocem populi in oĩbus quæ loquuntur tibi⌋ De ista materia.i. præfice eis regem. Si peccauerunt, regem petendo, cur dominus iussit satisfieri eorum petitioni? Respondetur, quod deus iusto iudicio istud permisit, siue mandauit in pœnam & humiliationem superbientium, & quoniam regem habere non erat malum in se, & quia ex adimpletione petitionis illorum, seu regum institutione decreuerat multa bona elicere. Nam & per Iacob patriarcham prædixit reges ex tribu Iuda nascituros. Ad Abraham quoq; in Genesi: Reges (inquit) egredient ex te. Vnde quod dominus dixit: Audi vocem eorum quasi iratus, locutus est. ⌊ Non enĩ te abiecerunt, se me⌋.i. non te solũ, aut principaliter, sed me q̃ hucusq; fui eorũ rex, & de vicario regiminis mei eis prouidi iudices suscitando. Idcirco oportet patientiam te habere. Quàmuis autem Samuel filios suos instituit iudices, dicunt tñ filij Israel eũ abiecisse, q̃a eum in suis filijs abiecerũt, vel q̃a adhuc mansit iudex supre

Margin: Augustin. — 1.Reg.15 — Deuter.7 — Iudic.11 — Deuter.18 — Pet. Co. hist. libr. 1. Reg ca. 9 — Iose. lib. 6 an. iu. ca. 1. — Rabanus — Pet. Co. histo. lib. 1. Reg cap. 2 — Exo.23 — Deut.18 — Gene.49 — Gene.17 — D — E — F

mus in

A mus in populo illo, ita q; ad eũ fiebat in maioribus & dubijs causis recursus. Nam sup illud: Cum senuisset, loquitur Glossa: Aetate & curis grauatus solennia non poterat celebrare iudicia, ⌊ne regnem super eos.⌋ per meipsum circa eos exercendo præsidentiã regiã. Nam scd'm doctores ipsi iudices non habebãt sup ppl'm aliqd prælaticæ authoritatis aut iuris, nisi quod ppl'us Israel in tribulationibus suis vtebatur illorũ consilio aut prudentia, prout de hoc sup librum Iudicum plenius recolo dictum. Sic igit abiecerunt me & te. ⌊Iuxta oĩa opa sua quæ fecerũt à die qua eduxi eos de Aegypto vsq; ad diem hanc.⌋ hoc est, sicut & ipsi & patres eorũ frequenter se male habuerunt à tpe egressionis eorũ ex Aegypto vsq; in pñs, sic & in isto male egerunt. Itaq; non est intelligẽdum, quòd isti de qbus hæc dicebant, fuerunt de Aegypto educti, nisi in lumbis patrũ suorũ. Vel q; in oĩbus actibus suis interim peccauerunt. Cum & pręcedẽti capl'o multa bona de istis con- 1. Reg. 8
scripta sint. ⌊Sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis.⌋ Interdum non semper, ⌊sic faciunt etiã tibi.⌋ hoc est, ingrati sunt tibi, & præsidẽtiam tuam abijciunt, sicut mihi fuerunt ingrati, & meam gubernationem dereliquerũt subdentes se alienorũ dominationi deorum. Ecce q̃ pie & dignãtissime loquitur deus maiestatis immensæ ad labilem atq; ex se fragilem creaturam se comparans homini. ⌊Nunc ergo vocẽ eorũ audi. Veruntñ contestare.⌋ Cum protestatione certifica ⌊eos & prædic eis ius regis q regnaturus est sup eos.⌋ Dixit itaq; Samuel oĩa verba dñi ad ppl'm, q à se petierat regẽ, & ait.⌋ Hoc Samuel populo. ⌊Hoc erit ius regis q imperaturus est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis.⌋ hoc est, faciet eos aurigas quadrigarũ suarũ, ⌊facietq; sibi equites.⌋ i. quosdã filiorũ vestrorũ faciet esse equites suos, ⌊&⌋ quosdam ⌊præcursores quadrigarum suarum & constituet sibi,⌋ ex eis ⌊tribunos.⌋ qui præsunt mille viris, ⌊& Centuriones.⌋ ita

B quod oportebit eos patere assiduis præliorũ periculis, sicq; dignitati eorũ erunt annexa onera grauia, ⌊& aratores agrorũ & messores segetum, & fabros armorũ, & curruum suorum. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias & focarias,⌋ hoc est, vnguentorũ paratrices & coctrices, ⌊& panificas.⌋ i. panum factrices. ⌊Agros quoq; vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit.⌋ hoc est, ad decimam accipiet ⌊vt det eunuchis.⌋ i. custodibus lecti sui aut puellarum, ⌊& famulis suis. Seruos etiam vestros & ancillas & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in ope suo. Greges quoq; vestros addecimabit, vosq; eritis ei serui.⌋ ¶ Circa hæc arguit Thomas in prima secundæ quæstione cẽtesima quinta: Sicut regnum est optimũ regimen, ita tyrannus est pessima corruptio regiminis, sed dominus regẽ instituẽdo, instituit ius tyrannicum. Dicitur enim primo Regum: Hoc erit ius regis q imperaturus est vobis: Filios vestros tollet. Ad idem doctor respondet: Ius illud non determinatur regi ex institutione diuina, sed magis prænuntiatur ibi vsurpatio regum qui sibi constituunt ius iniquum in tyrannidem degenerantes, & subditos deprædantes, quod patet per hoc quod in fine subiungitur: Vosq; eritis ei serui, quod proprie ad tyrannidem pertinet, quia tyranni suis subditis principantur vt seruis. Vnde ista dicebat Samuel ad deterrendum eos, ne peterẽt regẽ. Nam sequitur: Noluit autem populus audire vocem Samuelis. Veruntamen potest contingere, quod etiam bonus rex absq; tyrannide filios subditorum tollat, & constituat tribunos & centuriones, & multa à subditis suis accipiat ad procurandum bonum commune. Hæc Thomas. Hinc dicũt & alij, quòd quædam sunt de iure regis in necessitate constituti, quæ non sunt de iure eius extra casum necessitatis, imo tunc ad tyrannidem pertinerent. Prędicta ergo omnia possunt in necessita-

C te ad ius regis spectare, quia in tali casu sunt regis seu principis ad vtendum, & disponẽdum de eis secundum exigentiam boni communis. Si vero rex aut princeps modo prætacto vtatur bonis, ac soboli subditorum extra necessitatis articulum, puta ad proprium commodum, tyrannicum est.

¶ Insuper aduertendum, quòd duplex est dominatio, vna videlicet naturalis & ordinata, qua quis alijs præest ad illorum profectum & vtilitatem, quæ dominatio etiam quædam seruitus appellatur, inquantum ad inferiorum commodum, non ad emolimentum proprium ordinatur. Hæc tamẽ est seruitus administrationis & pręlationis ac dignitatis, secundum quam summus pręlatus ecclesiæ, vocat se seruum seruorum. Alia est dominatio innaturalis, inordinata, & quodammodo violenta, qua qs alijs præsidet solum ad commodũ suũ, quæ est tyrannis. Veruntamẽ inter has duas est dominatio quædam media, quæ q̃uis ordinetur ad commodum dominantis, tamẽ hoc ipsum fit sine iniuria seruientis, imo cum vtilitate & mercede ipsius. Itaq; etiam subditi regis, virtuosi, sunt serui ipsius seruitute ordinatæ subiectionis, & etiam casti timoris atque spontaneæ voluntatis. ⌊Et clamabitis in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis,⌋ hoc est, à rege tali liberari petetis propter pressuras & præfatas iniurias quas inferet vobis, ⌊& non exaudiet vos dominus in die illa.⌋ in prætacta petitione, quia inobedientiã vestrãm puniet, ⌊quia petistis vobis regem.⌋ Noluit aũt ppl'us audire vocem Samuelis.⌋ i. admonitioni qua hortatus est eos, vt cessarent petere regem acquiescere noluerunt, ⌊sed dixerunt: Nequaquàm.⌋ i. nullo modo succedet nobis tã male cũ rege vt comminaris. Vel nequaq̃ obtemperamus tibi in hac tua psuasione. Vel nequaquàm clamabimus à facie regis nři, nec omittet dominus nos exaudire, eo q; petierimus regem. ⌊Rex enim erit super nos, & erimus nos quoq; sicut omnes gentes,⌋ quasi dicant inferiores & viliores

& viliores esse videmur cæteris gentibus, quoniam non habemus regem seu principem tantę dignitatis, vtille, sed solum iudicem & rectorem consiliatiuũ. D & iudicabit nos rex noster & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat vnusquisq; in ciuitatem suam, hoc ẽ ad propria reuertamini, patientiamq; habete quousq; dñs mihi reuelet quem ipse velit vobis regem creari. Quàmuis enĩ deus à principio nõ instituit eis regem, attamen circa regẽ instituendũ duo instituit. Primum, vt in eius electione expectarent iudicium dei. Iuxta illud Deuteronomij:

Deute. 17 Eum constitues regem quem dominus deus elegerit. Secundum fuit, vt non facerent sibi regem

Ibidẽ alterius gentis. Propter quod subditur ibi: De medio fratrum tuorum. ¶ Moraliter docemur ex isto capl'o, quàm detestanda sit in iudicibus omnis auaritia, & quanta ex ea sequant̃ peccata, qa vt ait Glossa, pro munere facit iustitiam opprimi & ad epulas ac pretiosa conuiuia ab alijs præparata inducit, imo gignit dolos, mendacia, periuria, inuiscerositatem, testimonia falsa, innocentium oppressionem, & innumerabilia mala. Patet quoq; ex dictis, quàm periculosum & malum existat in subditis immansio proprij sensus, nec superioris sui sanis obtemperare consilijs. Item q' serui dei non debent velle assimilari filijs & amatoribus seculi. Et rursus ex prahabitis innotescit q' deus interdum exaudit petitiones maloȝ in pœnam eorum, exaudiens eos ad votum non ad salutem. Idcirco in his de quibus sumus incerti, an sint pro nostra salute, debemus sic dñm inuocare, vt eius moderamini sapientissimo atq; pijssimo committamus ipsam precum nostraȝ exauditionem, inquantum expediat nostræ saluti exauditio ipsa, & hoc est cum conditione saltẽ implicita exorare. ¶ Circa capl'm queritur, an populus Israel peccauit postulando regem. & apparet quòd non, qa secundum philosophum tertio Politicoȝ, regimen monarchicum seu regale, quo vnus toti multitudini principatur, est optimũ, ergo hoc petere non est culpa. Insuper dominus dedit formam & modum petendi regem, dicendo: Cum ingressus fueris terram, & dixe- E

Deuter. 17 ris: Constituam super me regem, eum constitues quem dñs elegerit. Oppositum tamen huius pa-

I. Regũ. 12 tet ex dictis, atq; ex eo quod infra habetur: Scietis, qa grande malum feceritis in conspectu dñi pe-

Deuter. 7 tentes super vos regem. Ad hanc quæstionem Lyra ex verbis sancti Thomę respondet: Filij Is-

Exo. 24 rael peccauerunt regem petendo, quoniam deus elegit sibi filios Israel in populum peculiarem & specialem, ideo voluit esse immediatus rex plebis illius, propter quod legem dedit ei in monte Sinai per seipsum. i. per angelum in persona ipsius loquẽtem, & non p hominẽ mediatorem. Hinc voluit hoĩes gubernatores ppl'i illius istitui à se ĩmediato tanq̃ vicarios suos, nõ tanq̃ regea & do-

Exod. 3. 4 minos, vt patet de Moyse & Iosue, & de iudicibus sequentibus, de qbus in libro Iudicum legitur:

Numer. 27 Suscitauit dñs illum aut illum. & ideo filij Israel fecerunt contra ordinationẽ dei, petendo super se

Iosue 1 Iudicũ. 3 regem hominem mortalem. Dicendum ergo ad primũ obiectum, q' si gubernatio regis est optima, ergo optimũ est habere deum regem immediate. Ad aliud respondendum, q' verba illa dei

Deuter 17 de rege constituendo, fuerunt permissio non concessio proprie dicta. Sed contra hæc scribit Rab-

R. Pau. bi Paulus dicendo: Institutio regis in aliquo ppl'o non tollit immediatam gubernationem dei ab eis. Stat enĩ quòd deus sit immediatus rex alicuius populi, ipsum in principalibus per se regendo, & tamen populus ille habeat regem hominem, vt patet de populo Christiano. ¶ Deniq; populus Christianus non est minus peculiaris & specialis populus dei, quàm olim populus Hebræoȝ.

1. Pe. 2 Sed longe plus, iuxta illud: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. Et ta- F men populus Christianus gubernatur per homines reges. ¶ Insuper deus dedit ppl'o Christiano legem, non per angelum in sua persona apparentem, sed per seipsum in humanitate assumpta, ergo magis est peculiaris ppl'us dei, quàm populus Israel. Et tamen competit sibi regi per reges. Amplius si filij Israel peccauerunt regem petendo, ergo perseuerassent semper in illo peccato durante regimine regio. Propter has rationes Paulus dicit, q' ppl'us Israel non peccauit, regẽm petẽdo, sed qa petierunt regem aliter quàm eis fuit concessum. Nam petierunt regem q eis præesset cũ plenaria potestate, ita quòd esset absolutus à legibus. Non enĩ solum postulabãt esse sub rege modo eis concesso à deo, videlicet q eis p̃esset scd'm dei præcepta, sed vt rex indicaret eos eo modo, quo reges gentilium communiter iudicabãt eos absq; limitatione potestatis, & absq; refrenatione appetitus. Ista responsio Rabbi Pauli nullius videtur valoris. Nulla enĩ gens in mundo tam fatua fuit aut est, quæ cupiat talem habere regem, q regat eos absq; limitatione potestatis, & absque refrenatione appetitus. Cũ hoc sit tyrannice gubernari, imo Romani & alij multi gentiles interfecerunt aut eiecerunt reges suos se ita habentes. Dicendum ergo, q' ppl'us Israel peccauit regem pe-

Deuter. 7 tendo. Nam & super illud Deuteronomij: Eum constitues &c. loquit̃ Augustinus: Cur ppl'us Isra-

Augustinũ. el deo displicuit, regem petendo, cũ hoc fuerit eis permissum. Sed intelligendum est, non hoc fuisse secundũ volũtatem dei, q id fieri nõ præcepit, sed desiderantibus permisit. Glossa etiam super

1. Regũ. 12 illud: Constitues ait, p̃mittit non committit. ¶ Præterea, infra Samuel ait: Videntes quod Nahas rex filioȝ Ammon venisset contra vos, dixistis: Nequaquàm. Sed rex imperabit nobis, cum dñs deus vester regnaret in vobis, deinde ait: Inuocabo dñm, & dabit voces & pluuias & videbitis, qa

A bitis, quia grande malum feceritis, petẽtes super vos regem. Quo facto, populus dixit: Ora pro seruis tuis. Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malũ, vt peteremus nobis regem, quibus Samuel dixit: Vos fecistis vniuersum malũ hoc. Ecce apertissime docet scriptura, ꝙ peccauerũt, regem petendo. Nũc ergo ad instantias respondendũ, ad quas dicendum, ꝙ tẽpore Mosaicæ legis cæteræ gentes cõmuniter ad idololatriam declinabãt, imò & summi dei prouidẽtiam negauerũt. Ideo deus voluit in regimine Iudæoꝝ suam prouidentiã multipliciter demonstrare, exercẽdo in eis regiam gubernationẽ per se & iudices suscitando, qui authoritatem ꝑlaticam nõ habebant in populo (vt communiter) secundum doctores catholicos. Insuper voluit eis monstrare, qs fieret rex eoꝝ, quando imò requirerẽt regem, & hoc modo immediate regi à deo nõ stat cum regimine regis mortalis. Ad aliud respondendũ, ꝙ populus Christianus nõ est populus vnius tantũ modo nationis, sed iuxta prophetaꝝ oracula, omnes tribus, linguas & gentes includit, & ꝑ prædicationẽ euangelicæ legis, vniuersis nationibus multipliciter patefacta est veritas vnius summi dei & generalis, atq; distincta ac plena prouidẽtia eius. Idcirco quãuis populus Christianus, ad quem & apostoli ac primitiua ecclesia ex Iudaismo cõuersa est pertinens, sit maxime peculiaris plebs dei. Non tamen ꝑfata ratio habuit locum in eo, ꝙ immediate absq; regali humano regimine gubernetur. Et ꝑ hoc patet ad tertiam obiectionẽ responsio. Ad quartũ dicendũ, ꝙ quamuis filij Israel peccauerũt, regem petendo, tamen nec ipsi, nec eoꝝ posteri peccauerunt, illum suscipiendo in regẽ, quẽ deus perhibuit se eligisse in regem ipsoꝝ, puta Saulẽ, Dauid & posteros eius.

¶EXPOSITIO LITERALIS CAP. IX. Et erat vir de Beniamin, nomine Cis. Arti. XVII.

B INstitutio primi regis Israel hoc loco describitur. ⌊Et erat vir de Beniamin⌋ .i. de tribu Beniamin natus, ⌊nomine Cis filius Abiel.⌋ Primo libro Paralip. habetur, Ner genuit Cis & Cis genuit Saul, quomodo ergo Cis vocatur filius Abiel? Ad hoc in lib. ꝑallegato Paralip. est respõsum ⌊filij Zeror, filij Bechorath, filij Aphiah, filij viri Iemini.⌋ Aiunt quidã ꝙ Iemini fuit vir quidã vilissimus in tribu Beniamin, qui posteris suis sæpe legitur improperatus, nã & Saul infra se humiliando & quasi indignũ ad regnãdum probando: Nunquid nõ (inquit) filius Iemini ego sum, & cognatio mea nouissima inter oẽs familias de tribu Beniamin? Veruntamen Iosephus protestatur, ꝙ Cis fuit vir potens ac nobilis & Saul strennuus. Hinc alij dicũt, ꝙ Beniamin & filius Iemini idem significent, quoniam Ben est idem quod filius, & iamin idem quod Iemini, quod interpretatur dextera. Sed huic responsioni obuiare videtur, quod ait, Nunquid nõ filius Iemini ego sum? Nempe si idẽ significant Beniamin & filius Iemini, tunc idem est dicere, Nunquid nõ filius Iemini ego sum, &, Nunquid nõ Beniamin ego sum? Nisi forsan dicatur, ꝙ Iemini hic sumatur pro Beniamin, vt sit sensus, filius Iemini .i. Beniamita seu de semine Beniamin ego sum, ⌊fortis robore⌋ .i. ipse Cis fuit robustus, & forsitan non solum corpore, sed & corde, vtpote virtuosus. ⌊Et erat ei filius vocabulo Saul electus & bonus.⌋ Posset quis dicere: Si electus, ergo & ꝑdestinatus. Sed electus in scripturis frequenter aliter q̃ pro ꝑdestinato accipitur, vt in psalmo: Non cõmunicabo cum electis eoꝝ. Et: Electos Israel impediuit. Fuit ergo electus .i. vir elegans & magnæ ꝑrogatiuæ in naturalibus & bonus moraliter, ⌊& nõ erat vir de Israel melior illo⌋ .i. conuenientior eo ad officiũ regis, quoniam fuit magnus, robustus, pulcher & virtuosus, vt quidã exponunt. Veruntamen ꝑ hæc verba videtur specialiter insinuari ꝑcipua excellentia ipsius Saul in omni virtute seu magna valde virtuositas eius, propter quã nemo in populo Israel fuit dignior eo ad regnũ. Qui enim melior, qui perfectior, qui sapientior in omni populo eligẽdus est ad ꝑsidendum, secũdum Origenem. Et quãuis in foro contentioso sufficiat eligere bonum & sufficientem, tamẽ in foro cõscientiæ necesse est eligere meliorem seu eũ quem cõscientia iudicat optimum atq; dignissimũ ad primatũ. ⌊Ab humero & sursum eminebat sup omnem populũ⌋ .i. valde elegantis erat staturæ, quod cõpetit principi. Sicq; de eminẽtia in naturalibus atq; gratuitis commendatur. ⌊Perierãt autem asinæ Cis patris Saul⌋ .i. perditæ seu amissæ erant ad tempus & ꝑditæ putabantur. ⌊Et dixit Cis ad Saul filiũ suum: Tolle tecum vnũ de pueris⌋ .i. de ministris, ⌊& consurgens, vade & quære asinas,⌋ propter viæ solatium, vel propter negotij expeditionem, aut propter ipsius Saul honorabilitatẽ voluit pater suus vt non iret solus, sed cũ ministro. ⌊Qui cũ pertransissent montem Ephraim & ꝑ terram Salisa & non inuenissent, transierũt etiam ꝑ terram Saalim,⌋ de qua apud Iohannẽ scriptum est: Erat Iohannes baptizans in Ennon iuxta Salim .i. locum seu oppidũ sic vocatũ, ⌊& non erant, sed & ꝑ terram Iemini.⌋ Hic ꝑ Iemini designatur vir quidam notabilis & famosus, vt videtur, ⌊& minime reppererunt. Cum autem venisset in terram Zuph.⌋ Per hunc Zuph quidam intelligunt attauum Samuelis, de quo Zuph in exordio huius libri habetur. Sed cum Zuph ille fuerit Leuites, iuxta ꝑhabita, non videtur terrã habuisse hæreditariæ possessionis, nisi forte dicatur terra Zuph ratione originis, vel quia ad alenda pecora sua habuit

Marginalia: 1. Para. 8 — 1. Reg. 9 — Iose. lib. 6 an. in. ca. 4 — 1. Reg. 9 — Psal. 104 — Psalm. 77 — Origenes

C

eam,⌊& non inuenissent. Dixit Saul ad puerũ qui erat cum eo. Veni & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas & solicitus sit pro nobis⌋.i. ne forte tam anxius sit propter nos timẽdo de nostro periculo, ꝙ desierit solicitari pro asinabus. Sciebat etenim Saul se eẽ valde dilectũ, imo charissimũ patri suo, tamen ex humilitate connumerat sibi suũ ministrum dicẽdo, & solicitus sit pro nobis. In hoc quoq; apparet bonitas Saul, imo & prudẽtia eius, ꝙ patris sui dolorẽ verisimiliter æstimauit & eidẽ condoluit. ⌊Qui⌋ puer ⌊ait ei: Ecce est vir dei in ciuitate hac⌋ puta in Ramatha, cui propinqui sumus, ⌊vir nobilis⌋ quia erat iudex populi, & propheta, & omniũ nobilitate virtutũ ornatus, ⌊omne quod loquitur sine ambiguitate venit⌋.i. quicquid futurũ prædicit certissime adimplet loquẽdo de prophetia. ⌊Nũc ergo eamus illuc, si forte indicet⌋.i. quia forsitan iudicabit, ⌊nobis de via nostra propter quã venimus⌋.i. de negotio viæ nostræ. s. de asinabus quas quærimus. Mirũ, ꝙ Saul ista non sciuit aut non cõsiderauit, videlicet Samuelẽ eẽ prophetã & habitare in Ramatha, & veniẽtibus ad se dare respõsa. Puto aũt ꝙ habitualiter sciuerit ista. ⌊Dixitq; Saul ad puerũ suũ. Ecce ibimus. Quid feremus ad virum dei. Panis defecit in citarchiis nostris,⌋.i. viaticum quod nobiscũ accepimus in peris, saccis seu repositoriis nostris, iã pœnæ consumptũ est, ⌊& sportulã nõ habemus⌋.i. munusculũ in sportella seu argẽtũ in pera parua, ⌊vt demus homini dei, nec quicquã aliud⌋ Vnde secũdũ Lyrã in Hebræo habetur enceniũ, sed potius reor nomen illud Hebraicũ ad vtrũq; eẽ æquiuocũ. ⌊Rursum rñdit puer Sauli & ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argẽti⌋.i. manũ meã mittẽdo in bursam meã, extraxi nummum qui valet quartã partẽ stateris argenti. Stater aũt est medietas vnciæ, valẽs (vt dicitur) quinq; nũmos vsuales. Et idem dicunt siclus & stater, ⌊demus homini dei vt indicet nobis viã nostrã,⌋.i. quid agere debeamus, & qualiter habeat se materia, propter quã arripuimus iter hoc. ¶ Præterea, si Saul & puer eius intẽdebant pecuniam dare prophetæ pro spũali actu seu prophetica denuntiatione veritatis tanquã pretiũ rei, fuisset illicitũ, quia symoniacũ est. Si aũt tanquã victus stipẽdiũ, vel ex vrbanitate & tanquã liberale munusculũ, ne vacui corã propheta starẽt. Vel, quasi beneuolentiæ suæ inditiũ ad prouocãdũ prophetã, ad insinuandũ, ꝙ scire optabãt seu ad captandũ eius beneuolẽtiam, sicut religiosis aliquid datur vt orẽt pro dante, nõ fuisset illicitũ dare neq; accipere. Verũ, vt Iosephus scribit, errauit Saul putãs prophetam munera acceptur ũ, tamẽ nec Samuel legitur accepisse, nec Saul obtulisse, atq; vt ait Hieronymus. Si accepit stipes fuit vitæ non pretium prophetiæ. Demum quod sequitur, olim in Israel, vsq; ad id Et dixit Saul, non sunt verba pueri Saul, sed authoris libri istius secũdum Hebræos. Veruntamẽ secundũ Bedã nõ sunt verba historiographi. i. scriptoris seu authoris libri, sed Esdræ qui reparando hũc librũ, sicut & cæteras veteris testamẽti scripturas à Chaldæis cõbustas, interposuit verba ista, ⌊olim in Israel sic loquebatur vnusquisq; vadens cõsulere deũ⌋ & pergẽs ad inquirẽdum consiliũ de agẽdis, siue oraculũ aut responsum à deo per prophetã, per cuius os spũs dñi loquebatur. Iuxta quod in secũda Petri canonica asserit: Non volũtate humana allata est aliquãdo scriptura, sed spũ sancto inspirati loquuti sunt sancti dei homines, ⌊venite & eamus ad Videntẽ⌋.i. prophetam. Interdũ tamẽ aliqui iuerunt vel soli vel secrete ad prophetã, & tũc non dixerunt hæc verba ad aliũ. Qui enim propheta dicitur hodie⌋.i. tẽpore isto, ⌊vocabatur olim Vidẽs.⌋ Eidẽ etenim rei imponũtur & competũt diuersa nomina secundum diuersas proprietates & actiones, entitates seu habitudines eius. Dicebantur ergo prophetæ ab actu & excellẽtia interioris visionis, quia ex supernaturali reuelatione cognouerũt & mẽtaliter præuiderũt multa secreta atq; futura, & hi idem prophetæ vocati sunt à denũtiatione taliũ quæ sic viderũt, videlicet à prophando. i. à loquẽdo & denuntiando procul posita. i. futura seu ab aliorum cognitione remota. ⌊Et dixit Saul ad puerũ suũ: Optimus sermo tuus.⌋ Iam ante dixit ad suum ministrũ. Ecce ibimus. Nũc vero, optimus sermo tuus. Ex quibus cõsideratur bonitas, docilitas, humilitas & affabilitas eius. Dicũt aũt Hebræi puerũ istũ fuisse Doeg Idumæum, qui postea fuit potẽtissimus pastorũ Saul, ita ꝙ Saul postea taliter eum promouit, quia hac via secũ perrexit, quando in regem est vnctus, & duxit eũ ad Samuelẽ. ⌊Veni eamus. Et ierunt in ciuitatẽ in qua erat vir dei. Cũq; ascenderẽt cliuum ciuitatis⌋.i. montosum ascensum siue flexosum vrbis Ramathæ, ⌊inuenerũt puellas egrediẽtes ad hauriendam aquam, & dixerũt eis⌋ puellis. ⌊Num hic est Videns⌋ hoc est, est ne propheta in vrbe hac? ⌊Quæ respondẽtes dixerunt illis, hic est. Ecce ante te est,⌋ id est, parum distas ab eo, quia in oppido est in loco altiori, quàm sit locus, in quo nunc stas. ⌊Festina nunc, Hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso,⌋ hoc est, ipse ex parte populi offeret hodie hostiam pacificam in loco sublimi, cuius hostiæ vna pars ad sacerdotem pertinuit sacrificantem, aliæ partes ad offerẽtes spectabant & edebantur ab eis. Hieronymus videtur sentire, ꝙ sacrificiũ hic sumatur pro prandio quod parauerat Samuel in Calendis. i. exordio mensis. Sed prætacta expositio verior reputatur. Qualiter aũt licuerit Samueli qui non fuit sacerdos sacrificare, & qualiter in excelsis offerri licebat, præhabitũ est. ⌊Ingredientes vrbem, statim inuenietis eũ antequam ascendat excelsum ad vescendum. Neq; enim comessurus⌋.i. comesturus, ⌊est populus⌋ à Samuele inuitatus, ⌊donec ille veniat, quia ipse benedicet hostiæ⌋.i. cibo, proponendo pransuris, qui fuit oblatus in pacificam hostiam, ⌊& deinceps co-

Margin notes (left): 1.q.1.c3. Iudices. — Iose lib. 6 an tiq. ca. 4 — Hierony. — Beda — 2. Petri. 1. — 1. Reg. 12. — Leuitic. 7 — Hierony. — 1. Regũ. 7.

Margin letters (right): D — E — F

A ceps comedet q vocati sunt. Nūc ergo conscēdite, quia hodie reperietis eum.⌋ Puellæ istæ pri-
mo singulariter loquutæ sunt ad Saul. Ecce ante te, festina nūc. Iam vero pluraliter loquūtur ei &
eius ministro. Loquebant enim singulariter Sauli vt principali, & forte ipse interrogauit puellas,
deinde cernētes q̄ familiariter ac socialiter habuit se ad suū ministrū, loquutę sunt pluraliter simul
ambobus. Fuerūtq; puellæ istæ, satis diffuse in verbis, more fœmineo, multo plura dicētes q̄ erant
interrogatæ, & velut instruētes viros ignotos. Etenim tanq̄ contribules tāti prophetæ pandebant
aut etiā iactitabāt se scire ritus & consuetudines vatis sancti. Quidā vero affirmāt, φ admirantes
decorē & elegantē staturā Saulis, ac delectāte pulchritudine eius, cupiebāt eū diutius intueri, ideo
detinebāt eū in verbis. ⌊ Et ascenderūt in ciuitatem. Cūq; illi ⌋ Saul & puer eius, ⌊ ambularent in
medio vrbis, apparuit Samuel egrediēs obuiam illis ⌋ non casualiter, sed ex proposito, ⌊ vt ascē-
derēt in excelsum. Dñs aūt reuelauerat auriculā Samuelis ⌋ .i. secrete manifestauerat Samueli, si-
cut qui aliqd intimat alteri in aure, ⌊ ante vnā diē anteq̄ veniret Saul ⌋ .i. die immediate præce-
dente eadē hora qua contigit obuiatio ista seu egressus Samuelis ad obuiandū Sauli, ⌊ dicens: Hac
ipsa quę nūc est hora, cras mittā ad te viꝝ de terra ⌋ .i. de sorte & tribu ⌊ Beniamin & vnges eum
ducē ⌋ .i. regē, ⌊ super populū meū Israel, & saluabit populū meū de manu Philistinoꝝ. ⌋ qui tunc
erāt populo Israel magis infesti. Deus aūt sæpe plus tribuit q̄ promittit, sicut ad liberalissimū do
minum pertinet. Vnde & postea saluauit populū suū per Saul, non solū de manu Philistinoꝝ, sed
& alioꝝ multoꝝ, & specialiter paulo post de manu Nahas regis filioꝝ Ammon. ¶ Quocirca q̄- 1. Regū.11
stio oritur, cum infra Samuel dicit filijs Israel. Vidētes φ Nahas venisset aduersum vos, dixistis.
Nequaq̄, sed rex imperabit nobis, ita φ aduētus regis illius fuit filijs Israel occasio regem petendi,
B cur dñs nō dixit, saluabit populū meū de manu Ammonitaꝝ. Ad qd dici pōt, φ Ammonitę non
erant tam duri ac potentes, vt Philistæi, ideo data promissione de Philistinoꝝ refrenatione satis
dabat intelligi deiectio Ammonitaꝝ. Saluauit aūt Saul filios Israel de manu Philistinoꝝ freque- 1. Regū.31
ter & pro magna parte. Non tn̄ semp neq; totaliter, imo tandē occisus fuit ab eis. Vnde φ dñs
ait: Saluabit, &c. potest intelligi, φ penitus superasset Philistęos, nisi peccādo meruisset succum-
bere. Siqdem hmōi promissiones intelligūtur sub cōditione, nisi videlicet obex ponat, ⌊ qa respe 1. Regū 8.
xi populū meū ⌋ oculo pietatis ad succurrēdū. Qd miꝝ videt cū dñs quasi indignatus dederit re-
gē. Vnde videt, φ rege dato & se quasi repulso à regia ꝓsidentia, magis debuerit eos relinquere q̄
ante, qd quāuis iustū fuisset, tamē pijssimus dñs reddidit bona pro malis. Ad qd etiā quorūdā bo-
noꝝ deuotę preces cooperabant. Propter qd subditur. ⌊ Venit enim clamor eoꝝ ad me ⌋ .i. feruēs
orō horum, mihi accepta est. Vel, clamor eoꝝ .i. gemitus afflictiōis & oppressionis eorum, qui est
vnum de quatuor quę coram deo vltionem efflagitant, iuxta illud:

Clamitat ante deum, vox sanguinis & Sodomorum
Vox oppressorum, merces detenta laborum.

Hinc ait & in Exodo dñs: Clamor filioꝝ Israel venit ad me. ⌊ Cūq; aspexisset Samuel Saulē, dñs Exod.3
dixit ei ⌋ videlicet Samueli p reuelationē seu allocutionē internā, factā per angelū, qa per ange-
los factæ sunt reuelationes prophetic ę, vt diuinus Dionysius docet. ⌊ Ecce vir quē dixerā tibi, ⌋ Dionys.
est iste qui tibi propinquat, teq; affabitur. ⌊ Iste dñabitur populo meo ⌋ Est quædam dominatio
ordinata & recta, qua superior imperat subditis, iuxta legis diuinæ tenorē ad subditoꝝ vtilitatē.
C Sicq; Saul dominatus est populo, q̄diu bene se habuit. Sic Moses appellatus est dñs à filijs Israel, Exodi.32
imo & ab Aaron fratre ac subdito suo. Alia est dominatio fastus & vsurpata, qua quis alteri prę-
est ac imperat iniuste, secundū propriæ libitū voluntatis. Sicq; pro maioris tpis parte dominatus
est Saul populo, cui frequēter impie iussit secū procedere contra Dauid. Secūdū Lyram in He- 1. Re.22.23
bræo habet: Iste retinebit populū meū, qa ad regē pertinet populū retinere, ne in bellis præcipi- 29.26.
tanter se ingerāt, & etiā tēpore pacis, ne iniuste contra proximos agant. Veruntn̄ potius puto, φ
verbū illud Hebræū, vtrūq; significet, & ita in Hebræo non magis habet, retinebit q̄ dominabit,
aptiusq; translatū est, dominabitur, q̄ si transferret, retinebit, qm̄ filij Israel petierant regē qui eis
imperaret, & dominari cōmuniter ascribit regibus. Saul quoq; per modico tempore retinuit po
pulum, ne iniuste contra proximos ageret, quia biennio vt legitur, præfuit bene, diu autem indu-
xit populum suum ad persequendum Dauid & cuneum eius. ⌊ Accessit autem Saul ad Samue-
lem in medio portæ, & ait. Indica mihi, oro, vbi est domus Videntis. ⌋ Ecce quàm humile ver-
bum. Istud autem contigisse videtur in porta, per quam Samuel exijt vrbem versus excelsum, in
quo fuerat oblaturus, quia iam dictum est. Cumq; illi .s. Saul & puer eius ambularent in medio vr
bis, apparuit Samuel egrediens obuiam illis vt ascēderet in excelsum. ⌊ Respondit Samuel Sauli
dicens: Ego sum Videns. ⌋ non iactanter hoc dixit, sed veritatis amore, & qm̄ publicū fuit, atq; ex
dei præcepto tenebatur ei dicere & facere quę sequūtur. Sacratissimus vero Iohānes Baptista in- Iohan.1
terrogatus, Propheta es tu? Alio intuitu dixit, non. ⌊ Ascēde ante me in excelsum vt comedas ho
die mecum. ⌋ Quare non dixit, sequere me, vel perge mecum in excelsum, sed ascende ante me.
An ad præfigurandum, φ Saul erat sibi & alijs præficiendus in regem? Samuel quoq; erat senex
nec potuit per iter illud montosum celeriter scādere, ⌊ φ dimittā te mane. Et oīa q̄ sunt in corde

tuo indicabo tibi.⌋ ꝙ non dixerit hoc de aſinarum inuẽtione, cõſtat ex verbis ſequentibus, q̃a de illis D
tanq̃ de alia re mox ſubdit. ⌊Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuẽtæ
ſunt.⌋ Itaq; ſicut magiſter in hiſtorijs refert, eſt ſenſus: Om̃ia q̃ ſunt in corde tuo. i. ea q̃ tibi præ-
cipuã faciũt admirationẽ & dubitationẽ, indicabo. i. exponã tibi. Quẽadmodũ eñ in ſcholaſti-
Pet. Co. hiſt. lib. 1. Reg ca. 10 ca fertur hiſtoria, dicũt Hebræi Saulẽ vidiſſe p ſomniũ ſe collocatũ in vertice palmæ, q̃d Samuel
ſibi expoſuit dũ vnxit eum in regẽ. Nã hoc pfigurauit viſio collocatiõis illius in ſummitate arbo
ris palmæ, ⌊& cuius erũt optima quæq; in Iſrael⌋. i. ad quem pertinebũt maxime dignitates atq;
pcipue opes Iſraeliticę plebis. ⌊Nõne tibi & om̃i domui patris tui⌋. i. tibi & tuis cõſanguineis ac
ſoboli tuæ deputabunt ac cõferent? Nã regia dignitas data eſt Sauli & filio eius Iſboſeth ad tem
pus poſt eũ. Saul quoq; ſuos cognatos promouit ad diuerſa officia. Ideo ait Gloſſa: Vno de familia
ſublimato, om̃ibus ſuis prodeſt. ¶Deniq; etiã per hæc verba Samuel dedit Sauli intelligere vi-
ſionẽ præfatã, quam & Saul ex verbis his intellexit, vtpote ꝙ ſublimãdus eẽt in principẽ populi
Nã ſequitur. ⌊Reſpõdẽs aũt Saul, ait: Nũq̃d nõ filius Iemini ego ſum?⌋ Hoc iã in iſto articulo ex-
poſitũ eſt, ⌊de minima tribu Iſrael⌋. i. de tribu Beniamin q̃ tunc erat pauciſſima numero, qm̃ tẽ-
Iud. 20. 21 Gene. 35 pore Iudicũ fuit quaſi extincta propter crimẽ in vxorẽ Leuitæ cõmiſſum, vt in Iudicũ hiſtoria le
gitur. Vel ideo ait, de minima tribu, qm̃ Beniamin fuit iunior inter filios Iacob. Iuniores autẽ ſo
Gene. 43 lent vocari minores, ſicut & Iacobus frater Simonis & Iudæ dicit minor, quia vocatione poſte-
rior reſpectu Iacobi fratris Iohãnis. Propter q̃d Ioſeph dixit de Beniamin. Iſte eſt frater veſter
paruulus? Vbi alia tranſlatio habet minimus. Et tñ Beniamin erat tũc ſingulis fratribus ſuis ſobo- E
le maior, vtpote decẽ filios habẽs. ⌊& cognatio mea nouiſſima⌋. i. extrema ſeu infima eſt, ⌊inter
Iudic. 6. õẽs familias⌋ natas ⌊de tribu Beniamin⌋. Iuxta hũc modũ Gedeon quoq; ait: Ecce familia mea in-
fima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei. Tales aũt locutiões ex humilitate & vr-
banitate prolatę faciliter verificãtur, q̃a q̃d altero maius eſt vno reſpectu, alia cõſideratiõe poteſt
1. Cor. 15. 1. Timo. 1. eo minus cõſiſtere. Sic q̃ppe & Paulus: Ego (inq̃t) ſum minimus apl'orum, q non ſum dignus voca
ri apoſtolus. Itẽ, venit Ieſus pctõres ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Rurſus q̃d dicitur mini-
ma ſeu nouiſſima, põt exponi valde parua. ⌊Quare ergo loquutus es mihi ſermonẽ iſtũ⌋ videli-
cet cuius erũt optima quæq;? quaſi dicat, nõ videtur credibile, ꝙ tã ignobilis ſit taliter ſublimã-
dus. ⌊Aſſumẽs itaq; Samuel Saulẽ & puerum eius⌋ hoc fuit ſacrificio iam cõpleto, ⌊introduxit eos
in triclinium.⌋ Per tricliniũ ſecundũ Gloſſam intelligit cœnaculũ ſic nuncupatũ à triplici ordi
ne lectulorum ſeu mẽſarum ipſorum diſcũbẽtium in eiſdẽ. Nam olim ſup lectos ſedẽdo edebãt, ⌊& de-
dit eis locũ in capite eorum q fuerãt inuitati⌋. i. in loco ſupremo illorum propter futuram Saulis di-
gnitatẽ, & q̃a electus erat ad eam à dño. Erãt eñ quaſi triginta viri, dixitq; Samuel coquo, da par
tem quã dedi tibi & pcepi, vt reponeres ſeorſum apud te. Leuauit aũt coquus armũ, & poſuit an-
te Saul⌋ Sicq; partẽ regalẽ poſuit ante futurum regẽ. ⌊Dixitq; Samuel: Ecce q̃d remãſit⌋. i. q̃d re-
ſiduũ fuit de hoſtia immolata, cæteris partibus eius deputatis pro aliorum hic inuitatorum refectione.
Nã cæteras oblatæ carnis partes Samuel pro aliorum deputauerat eſu, & armũ pro Saul, ideo ſub-
ditur, ⌊& pone ante te, & comede q̃a de induſtria ſeruatũ eſt tibi⌋ qm̃ aliæ partes determinatæ
fuerũt pro alijs, ⌊qñ populũ vocaui. Et comedit Saul cũ Samuele in die illa. ⌊Et deſcenderunt
de excelſo⌋ iuxta q̃d fuit triclinium, ⌊in oppidũ⌋ Ramatha prandio facto extra vrbẽ. ⌊Et lo-
quutus eſt⌋ Samuel ⌊cũ Saule in ſolario⌋ domus Samuelis. Ibi eñ loquutus eſt Samuel de per- F
tinẽtibus ad ſalutem cum Saul admonẽdo eum ad meliora. ⌊Strauitq; Saul in ſolario & dormi-
uit. Cũq; mane ſurrexiſſent & iam dies luceſceret, vocauit Samuel Saulem in ſolario, dicẽs: Surge
& dimittã te. Et ſurrexit Saul. Egreſſiq; ſunt ambo, ipſe videlicet⌋. ſ. Saul, ⌊& Samuel⌋ domum
Samuelis, & ſequutus eſt eos puer Saulis. ⌊Cũq; deſcẽderẽt in extremã partẽ ciuitatis, Samuel di
xit ad Saul: Dic puero vt antecedat nos & tranſeat⌋ ne audiat verba mea, nec videat q̃d facturus
ſum tibi. Hoc videt dixiſſe in oppido. ⌊Tu aũt ſubſiſte pauliſper⌋ hoc extra oppidũ credit protu
liſſe i loco q̃ vnxit Saulẽ ⌊vt indicẽ tibi verbũ dñi⌋. i. tibi denũtiẽ q̃ de' iuſſit tibi dici & fieri p me

¶De ſpũali huius noni capituli ſenſu. Art. XVIII.

PEr Cis deſignatur quicũq; prælatus. Per filiũ Cis Saulem ſubditus virtuoſus, quẽ deus
pater per Samuelẽ. i. per Chriſtũ præficit gregi ſuo regẽ. i. prælatũ perẽti. Qui eñ in-
ter ſubditos cæteris eminet ſapiẽtia & virtute, dignus eſt prælatione. Tali Sauli præcipi
tur quærere aſinas perditas. i. rudes animas deuiantes per loca diuerſa. i. hinc inde per vi
tiorum abrupta, quas cum inuenire nequiuerit, debet ad Chriſtũ confugere, vt eius directione iu-
uetur, ſicq; Chriſtus talẽ pro aliorum ſalute ſolicitum, inuitat ad veſcendũ ſecũ in menſa ſapientiæ
& reficit eum quadruplici intellectu ſcripturæ, panditq; ei qualiter inuentæ ſint, inueniriue poſ-
ſint animæ oberrãtes, quæ interdum per alios bonos & non p paſtores proprios cõuertunt. De-
niq; Chrũs eſt in ciuitate. i. in militãte ac triũphante eccleſia, & q ad ipm vult pergere, debet ali-
Exodi. 13. 34 quid ei deferre, cum ſcriptũ ſit: Nõ apparebis in cõſpectu dei tui vacuus, debet ergo ei offerre ora
tionem, laudẽ aut gratiarum actionẽ, vel debitã ſeruitutẽ. Porro per puellas egrediẽtes ad haurien-
dum aquas recte intelligunt animæ innocẽtes, perſonæve ſimplices, q̃ per deſideria pia & opera
bona

A bona accedũt ad thronũ gratiæ confidẽter, ad fontẽ ſapiẽtiæ verbũ dei in excelſis, vt aquam ſa- Eccl. 1
pientię ex euãgelicis libris, tanq̃ ex fontibus ſaluatoris atq; ex ꝓdicantium ſermonibus ex euãgeli- Eccl. 15
cis quoq; hauriant ſacramentis, q̃ & gratiã ſibi cõmunicatã alijs charitatiue impartiunt, & quali- Eſa. 12.
ter Chrũs valeat inueniri pro poſſe oſtendũt. Nam dicunt, hic eſt Chrũs. Etenim vbiq; eſt præ- Hiere. 14
ſens, q & ſuis promiſit. Ecce ego vobiſcum ſum cũctis diebus. Ecce ante te. Non eñ longe eſt ab Matt. 28
vnoquoq; noſtrũ, imo ꝓoccupat eos q ſe cõcupiſcũt, & in vijs oſtẽdit ſe eis hilariter. Siqdem fa- Acto. 17
cienti q̃d in ſe eſt, deus gratioſe mox adeſt, dat eñ omnibus afflueñter, q in veritate eũ accedũt ac Sapie. 6
deprecãtur. Multotiẽs etiã pręuenit nõ quærentes, feſtina nũc. Nemo qppe vt ſanctus ait Am- Iacobi 1.
broſius cũ deſidia digne quærit Chriſtũ, & incõparabile illud, infinitũq; bonũ cum pigritia & ne- Ambro.
gligẽtia quærere, eſt paruipendere illud, idcirco ait per Eſaiam: Si quæritis quærite, conuertimini Eſa. 21.
& venite. Si q̃ritis (inquit). i. ſi deũ per gratiã adipiſci cupitis & ſtudetis, quęrite eũ condignę, vt- Deuter. 4
pote toto corde & tota tribulatiõe aĩæ veſtrę. Ideo ait: Cõuertimini ad me in toto corde veſtro. Eſa. 21.
Hodie enim venit in ciuitatẽ, dñs & ſaluator quotidie intrat eccleſiam ꝑ ſacramentalẽ pręſentiã,
per gratioſam inhabitationẽ, ꝑ multiplicẽ actionẽ, ſicut fatetur: Pater meus vſq; modo operatur Iohã. 5
& ego operor. q̃a ſacrificiũ eſt hodie populo in excelſo. Populus Chriſtianus ꝑ manus ſacerdo-
tum ſuoꝝ quotidie offert atq; ſacrificat patri æterno vnigenitum filiũ eius in ſublimitate catho-
licæ veritatis & in deuotionis ſanctę excelſo, cõtẽplationis'q; arcæ. Ingrediẽtes vrbẽ ſtatim inue-
nietis eũ. Qui enim incorporatur eccleſiæ, mox vnitur Chriſto, & ciuitatẽ hanc ꝑ fidẽ & charita-
tem intranti, protinus dicitur q̃d eum oporteat facere. Nũc ergo aſcendite. Hoc eſt quod monet Acto. 9
B Apoſtolus: Quæ ſurſum ſunt quęrite, vbi Chrũs eſt in dextera dei, quæ ſurſum ſunt ſapite, non Coloſſ. 3
quæ ſuper terram. i. diuina, cœleſtia & æterna contemplemini & amarę, quoꝝ intuitu & amore
cuncta ſenſibilia atq; carnalia pro nihilo habetote.

¶EXPOSITIO CAPITVLI X. Tulit autẽ Samuel lenticulam olei. Art. XIX.

VNctio Saulis in regem facta ſecrete & publicatio eius hic deſcribũtur.
[Tulit aũt] .i. in manu ſua accepit & ſecũ portauit, [Samuel lenticulã
olei] quo reges atq; pontifices vngebant in lege, dicebaturq; oleũ vn-
ctionis, de q̃ dictũ eſt in Leuitico. Porro ſecũdũ magiſtrũ in hiſtorijs: Leuitic. 8
Lenticula eſt vas quadrangulũ fictile habẽs foramen in latere. Alij ſcri- Pet. Co.
bunt, ꝙ fuit vas aureũ ſiue argenteũ, in q̃ ponebatur oleũ memoratum. hiſt. libri 1.
Ait nãq; Iſidorus: Lenticula eſt vas olearium ex argento aut ære factũ Reg. ca. 10
à liniendo vocatũ, q̃a ex inde reges & ſacerdotes liniebant, [& effudit Iſidorus.
ſuper caput eius] in ſignũ interioris vnctionis, qua cor eius regia autho- 1. q. 1. ca. ſa-
ritate ꝑfundebatur, [& ait: Ecce vnxit te dñs ſuꝑ hęreditatem ſuam in cramenta.
principem] .i. per vnctionẽ iſtam ſtatuit te regẽ ſuꝑ Iſraeliticum populũ, qui eſt plebs dei hære-
C ditaria, peculiaris. Vnde ꝑ Eſaiã loq̃tur dñs: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuũ Eſa. 19.
meaꝝ Aſſyrio, hæreditas aũt mea Iſrael, [& deoſculatus eſt eũ] in ſignũ dilectionis ꝑcipue, quia
electus fuit à deo in regem & ſaluatorẽ plebis ſuæ ab impugnatoribus eius. In ſignum q̃q; ꝙ non
inuidit, imò & fauit promotioni ſuæ. Cũ tñ per eã ipſe Samuel ac filij ſui deijcerent à principatu,
in quo patet virtuoſitas Samuelis, [&] tu [liberabis populũ eius de manibus inimicoꝝ eius, qui
in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignũ, q̃a vnxit te dñs in principẽ] Totũ hoc nec de textu eſt, nec
in Hebræo habet, ſed ab aliquo vereꝝ cõmẽtatoꝝ fuit pro Gloſſa adiectũ. Poſtmodũq; ex ſcri-
ptoꝝ imperitia literæ eſt inſertũ. [Cũq; abieris hodie à me] Hic dantur Sauli ſigna veritatis ꝓ-
fatę prænũtiationis prophetic ę, vel q̃a aliqualiter dubitabat ex cõſideratione ſui humilis ſtatus,
vel vt fides eius certior redderet, [inuenies duos viros iuxta ſepulchrũ Rachel in finibus Benia-
min in meridie.] Rachel iuxta Bethlehem in ſorte & terra tribus Iudæ ſepulta eſt, vt legit in Ge- Geneſ. 35
neſi: Si ergo viri iſti in termino tribus Iudæ inuẽti ſunt, quõ in finibus Beniamin ſunt reperti? Re-
ſpõdetur ꝙ ſepulchrũ Rachel ſitum fuit in extremis finibus Iuda, ꝙ fuit in cõfinio Beniamin, q̃m
tribus iſtę erãt cõtiguę, erãtq; hi idẽ fines ambaꝝ. Quidam tñ exponũt ſic: Inuenies duos viros,
ſupple nũc exiſtẽtes iuxta ſepulchrũ Rachelis, q erũt in finibus Beniamin dũ eos reperies, [ſalien-
tes magnas foueas] .i. pręgaudio magno trãſilientes foſſata, vel cauſa exercitij id agẽtes, ſecũdum
quoſdã, Hebręus habet ad claras foueas, q̃d ſecũdũ eos põt eſſe propriũ nomẽ, queadmodũ cla-
rauallis. Veruntñ magis periti aſſerũt iſtud, videlicet ſaliẽtes magnas foueas, in Hebræo nõ habe-
ri, [dicẽtq; tibi: Inuẽtæ ſunt aſinæ ad quas ieras perquirẽdas, & intermiſſis pater tuus aſinis ſoli-
citus eſt pro vobis & dicit: Quid faciã de filio meo] quaſi dicat, tã mœſtus ſum, eo ꝙ ꝑe æſtima-
to nõ redijt vt ignorem q̃d agere debeã, quo cõſtat q̃ valide eũ dilexit, nõ ſolũ vt filiũ, ſed & quia
tam elegãs fuit in naturalibus & ſupnaturalibus dõnis. Seq̃tur ſignũ ſecũdũ. [Cũq; abieris inde &
vltra trãſieris & veneris ad quercũ Thabor.] Dicũt nõnulli ꝙ Thabor ſit hic nomẽ viri, nõ mõ-
tis, ita ꝙ quercus illa à viro illo cognomen ſortita eſt ab euẽtu, ſicut in Geneſi dicitur, quercus fle- Geneſ. 35

tus vbi sepulta est Delbora, ⌊inueniēt te ibi tres viri ascendētes ad deum in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portās lagenam vini, ⌋ .i. ad offerēdū atq; orandum in excelso vrbis sic dictæ, in q̄ loco dicebat deus esse, sicut in cæteris locis diuini cultus. Sicq; ascēdēdo ad locū illū dicebant ad deum ascēdere. Cum tñ ad incircūscriptibilē, infinitūq; deū vbiq; præsentē motibus corpis nō accedatur. ⌊ Cūq; te salutauerint, dabunt tibi duos panes & accipies de manu eorū. ⌋ Sequitur tertium signum. ⌊ Post hæc venies in collē dñi ⌋ .i. in collē in q̄ morabantur prophetæ, secundū Glossam. Quidā vero per collē hūc dñi intellexerunt collē Cariath Iarim, in quo extitit arca dei, q̄d alij reprobant, qa inde iam erat translata p Samuelē in Maspha, quod nihilominus faciliter solueret, q̄m multa retinēt noīa sua antiqua, q̄uis prima appellationis
Matt. 26 cessauerit causa. Sicut in Euāgelio dicit Simon leprosus, ⌊ vbi est statio Philistinorū: ⌋ quia in lo-
Marc. 14 co illo aliq̄n castrametati sunt Philistæi, siue vt alij opināntur, per stationē Philistinorū designat locus munitus seu castrū, in q̄ Philistæi constituerāt quosdā ex suis hoīes bellicosos ad refrenandū
1. Mach. 1 c. 9. 11. Hebræos. Quēadmodū primo libro Machabæorū multoties fertur, ꝙ in arcæ Hierusalē alienige
1. Reg. 14 næ positi erāt. Vnde infra q̄q; narrat, ꝙ Ionathas pcussit stationē Philistinorū quæ erat in Gabaa ⌊ Et cū ingressus fueris ibi vrbē, obuiā habebis gregē prophetarū descēdētiū de excelso ⌋ .i. præfato dñi colle in quo cōmorabant, ⌊ & ante eos ⌋ obuiā habebis, ⌊ psalteriū & tympanū & tibiā & citharā ⌋ .i. quosdā in his musicis instrumētis ludētes atq; psallētes, & hoc ex spiritali iucunditate. Ad prouocādum q̄q; spiritalē feruorē & alacritatē aut etiā propheticā reuelationē, prout infra
4. Regū. 3 libro quarto legit Helisæus dixisse: Adducite mihi psaltē. Diuersæ equidem melodiæ diuersas in hoīe excitant affectiones. Nā q̄dam planctū, quædā gignūt lætitiā, imo & deuotionē, eleuationēq; mētis ad cōtēplandū sublimia, ⌊ ipsosq; prophetantes. Et insiliet in te spūs dñi ⌋ .i. spūs sanctus repēte ac prompte descēdet in te p quosdam suos effectus, multiplicationēq; gratiæ ac donorū, ideo subdit: ⌊ & prophetabis cum eis, & mutaberis in virū aliū ⌋ .i. solito deuotior ac spiri- E
Pet. Co. histo. lib. 1. Reg. ca. 10 talior eris. Magister in historijs recitat, ꝙ Samuel primus instituit cōuētus religiosorū iugiter psallentiū dño, & dicebant cōuētus eorū cuneus quasi couenens .i. couuitus, dicebāturq; prophetare .i. deum iugiter laudare, & forte q̄dam ex eis aliq̄n prophetabant. Hæc ibi. ¶ Præterea tripliciter dicitur aliquis prophetare. Primo, prænūtiando futura pure cōtingētia ex reuelatiōe diuina, à q̄ actu proprie, imo & in cōmuni modo loquēdi appellant prophetæ. Secundo, qa scripturas ex-
1. Cor. 14 ponit, sicq; loquit Paulus: Prophetæ duo aut tres dicant. Tertio, qa spiritalia cantica seu psalmos decātat seu deū collaudat. Potest addi & quartus modus quo falsi prophetæ interdū prophetæ
Hiere. 28. dicuntur. Sicut in Hieremia Ananias propheta, cæteriq; prophetæ q apprehēderunt Hieremiā prophetam dicētes: Iudiciū mortis est huic viro. Itaq; in illo cuneo prophetarū erant tribus prætactis modis prophetæ v[illegible] credit, imo fuerunt i[illegible]ulli, quorū vnusquisq; vaticinabat futura & scripturas exposuit minus peritis & psallebat [illegible]. ⌊ Quādo ergo euenerint signa hæc oīa tibi ⌋ .i. ista quæ tibi pdixi quæ naturaliter pro[illegible] sciri nō poterāt cū mere contingētia fuerint, q̄uis respectu diuinæ prouidētiæ certa, ⌊ [illegible]cūq; inuenerit manus tua ⌋ .i. quicq̄d rōnabiliter agēdū tibi occurrerit, & iste est modu[illegible]d insinuandū, ꝙ dirigeretur à deo, ideo F subditur, ⌊ qa dñs tecū est ⌋ per gratiam spec[illegible] descēdes ante me in Galgala, ⌋ Sicut Andreas expositor dicit Samuel p hæc verba d[illegible] qu[illegible] sibi agēdum eēt in arduis causis, nō statim post præinducta, sed postq̄ eēt à pop[illegible] regē, vt .s. in arduis casibus imminētibus nil attētaret agere sine psentia, directi[illegible]amuelis, qui pro Saule dñm sacrificijs, orationibusq; placaret si opus eēt, dñm q̄q; cōsul[illegible] ait: Descēdes ante me in Galgala, q̄m locus ille famosus & aptus est ad sacrificandum [illegible]ū pro te. ⌊ Ego quippe descēdam ad te ⌋ dum te ibi esse cognouero, ⌊ vt offeras ⌋ per ma[illegible], ⌊ oblationē ⌋ pro pctō seu holocaustum, ⌊ & immoles pacificas victimas, ⌋ .i. ego pro t[illegible] ista, nec recedes quousq; venero, ideo subdit. ⌊ Septē diebus expectabis donec veniā a[illegible]stēdā tibi q̄d facias ⌋ instruēdo te de agēdis vt sine propheta & sacerdote nil agas. Verum [illegible]d cōplexū septē diebus referūt & coniungūt quēdam ad verbū hoc, offeras, vt sit sensus, ꝙ [illegible] diebus sacrificaret pro eo quotidie semel, quēad-
Exod 29. modū in cōsecratione pontificū fieri iussit [illegible] Andreas hoc reprobat, eo ꝙ nullibi in scripturis legatur, ꝙ in inunctione noui reg[illegible]et talis sacrificatio fieri tot diebus, nec legitur facta pro aliq̄ rege, nec sequēti capitulo in [illegible] de innouatione regni Saulis sit aliqua mentio de
1. Regū. 11 hmōi oblatione pro Saul. Aliqui aūt poti[illegible] ꝙ Samuel loquebatur Sauli nō indeterminate pro quocūq; casu arduo sibi in posterū i[illegible], sed pro certo casu q sibi post suā designationē in regē, hoc est post suæ vnctionis & elec[illegible]blicationē instaret. ⌊ Itaq; cū auertisset humerum suū vt abiret à Samuele, immutauit ei[illegible] aliud ⌋ .i. per gratiæ suę visitationē dedit Sauli cor virtuosius & specialiter magnanimi[illegible]erunt oīa signa hæc in die illa ⌋ ex quo probat clara & plena diuinæ prouidētiæ cogni[illegible]tas quoq; gratiæ prophetalis Samueli cōcessa ⌊ Venerūtq; ad prædictum collē, & ecce [illegible]phetarū obuius. Et insiliit in eū spūs dñi, & prophetauit in medio eorū. Vidētes aūt oēs q [illegible] eū heri & nudiustertius ꝙ eēt cū prophetis &

D

A tis & prophetaret⌋ ipse Saul,⌊ dixerũt ad inuicẽ: Quæ nã res accidit filio Cis?⌋ Admirati sunt enim de tãta tãq; repẽtina immutatiõe Saulis, quasi dicãt, q̃ ordine, aut qua ex causa factũ est istud
[Siqdem prophetæ illi erãt viri deuoti & quasi sequestrati à seculo. ⌊Num & Saul inter prophetas?⌋ tanq̃ dicãt, mirũ est hoc & tñ videmus sic esse. ⌊Respõditq; alius ad alterũ dicẽs, & qs pater eius⌋ ac si dicãt, hoc auget admirationẽ, qm̃ cõstat, q̃ pater istius nõ sit propheta. [Porro, vt dicitur, in Hebræo habet, & qs pater eorũ, quasi dicãt suã admirationẽ quodãmodo soluẽdo ac moderando. Idẽ est pater oĩm prophetarũ, videlicet deus q dona gratiæ suæ libere impartitur, qbuscũq; voluerit, nec ex carnali propagatione prophetiæ gratia obtinet, ideo pater cœlestis potuit & huic gratiã hãc cõferre, ⌊propterea versum est in prouerbiũ, num & Saul inter prophetas?⌋
[De rebus nãq; miris & inopinatis solet interdũ aliqd formari prouerbiũ seu verbũ vulgare, figurale, obscurũ. Itaq; prouerbiũ istud dicebat, non tantũ de Saule, sed & de quocũq; inopinate aut subito exaltato, aut gratiã prophetiæ adepto, quasi dicat & ipse Saul, q̃uis hoc mirũ & inopinatũ extiterit cõputatus est inter prophetas, & tale qd cæteris q̃q; põt accidere. ⌊Cessauit aũt prophetare.⌋ Dicũt Hebræi atq; in libro de Hebraicis quæstionibus, q liber sancto Hieronymo à multis ascribit, recitatur q̃ prophetauit de Gog & Magog, & futuris eorũ bellis, de præmijs q̃q; iustorum, supplicijsq; prauorũ. [Merito ergo dixerũt, quę nã res accidit filio Cis, quasi dicãt, res inopinata, mira & magna. Saul quippe vir elegantis staturæ, strennuus & robustus, reputatus fuit idoneus ad exteriora & bellica opera, magis q̃ ad prophetandũ, ⌊& venit ad excelsum⌋ de q̃ descẽderat cuneus prophetarũ. ⌊Dixitq; patruus Saul⌋ vẓ Ner frater Cis, ⌊ad eum & ad puerũ eius. Quo abistis. Qui respõderũt. Quærere asinas. Quas cũ nõ reperissemus, venimus ad Samuelẽ. Et dixit ei⌋ .s. Sauli, ⌊patruus suus: Indica mihi qd dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruũ suũ: Indicauit nobis qa inuẽtæ essent asinæ. De sermone aũt regni nõ indicauit ei quẽ loquutus fuit ei Samuel⌋ quia res satis incredibilis videbat, & Samuel voluit id latere ad tẽpus præfixũ à dño. Pro-
B pter qd fecit puerũ Saulis præcedere, ipsumq; Saul vnxit secrete. Et item ne videret inaniter gloriari. [Ex qbus innotescũt humilitas atq; prudẽtia Saul, q secretũ illud tã congrue siluit, nec proximis suis innotuit, qd & illos valde potuit exhilarare, & de se admirationẽ inducere. [Quo exẽplo quorundã iactãtia, vanitas, insipiẽtia arguũtur, q nil norũt cęlare, & pͥsertim si qd gloriæ & honoris eis exhibitũ fuerit, aut exhibẽdum, silere nõ valẽt, & propriã pandũt stoliditatẽ. Quòd si proprium nequeunt cælare secretum, qũo hi qbus reuelauerint illud tacebũt, non ergo glorificemus nosipsos, sed manũ dñi expectemus. ⌊Et cõuocauit Samuel populũ in Maspha⌋ quia in vrbem illam iam transtulerat Samuel arcam dei, ⌊& ait ad filios Israel Hæc dicit dñs deus Israel. Ego eduxi Israel de Aegypto & erui vos⌋ .i. patres vestros, ⌊de manu Aegyptiorũ, & de manu oĩm regum qui affligebant vos. Vos aũt hodie proiecistis dñm deũ vestrũ⌋ .i. beneficijs eius ingrati fuistis & improbe recessistis de eius regimine, ⌊q solus saluauit de vniuersis malis & tribulatiõibus vestris, & dixistis. Nequaq̃⌋ volumus diutius regi p iudices, ⌊sed regẽ cõstitue sup nos,⌋ prout supra patuit. [Ex his innotescit q̃ peccauerũt regẽ petẽdo. ⌊Nũc ergo state corã dño p tribus vestras & p familias. Et applicuit Samuel oẽs tribus Israel, & cecidit sors sup cognatione Beniamin & applicuit tribũ Beniamin & cognationẽ eius. Et cecidit sors sup cognationẽ Metri, & puenit vsq; ad Saul filiũ Cis.⌋ [Pro Metri in Hebræo habet Macheri, vt Iosephus protestat, atq; vt di- 1. Regũ 8
C cunt Hebræi, est nomẽ cõmune significans peritos in arte sagittãdi aut proijciẽdi lapides fundis. Iose. li. 6 an[ti]q. ca 4
[Gabaitæ aũt, de qbus ortus est Saul, ab ab antiquo fuerũt peritissimi fundibularij. Prout in Iudicũ libro legitur Iudæ cognominata est vna familia vrbis illius cognatio Macheri Metri, de qua natus est Saul. [Sed qualiter puenit sors vsq; Saul cũ fuerit absens. Respõdetur q̃ scriptura nõ exprimit quales fuerint ille sortes, idcirco nõ cõstat. [Porro magister in historijs ait: Creditur Samuel tẽperasse sortes iuxta cor suũ. Ideo dicũt, q̃ à deo tẽperatæ fuerũt, secũdũ illud Prouerbiorũ: Sortes mittunt in sinũ, sed à dño tẽperãtur. ⌊Qua fierũt ergo eũ & nõ est inuẽtus illic⌋ in populo ibi præsente. ⌊Et cõsuluerũt post hæc dñm⌋ per Samuelẽ qui oraculũ dei poposcit, ⌊vtrũ nã venturus eẽt illuc. Responditq; dñs: Ecce absconditus est domi.⌋ Dicunt aliqui q̃ Saul sciens se quari mãsit in domo sua in Gabaa. [Alij probabilius asserũt, q̃ venit cum alijs vsq; in Maspha iuxta Samuelis edictũ, & ne de singularitate vel inobediẽtia notaret, sed in hospitio suo in Maspha se occultauit ex humilitate & pudore reputãs se indignũ regali fastigio & honore. [Cui assertioni videtur cõsonare qd subditur. ⌊Cucurrerũt itaq; & tulerũt eũ inde.⌋ Si aũt fuisset adhuc in Gabaa tædiosa interuenisset mora anteq̃ fuisset adductus, nec tã celeriter potuisset afferri, ⌊stetitq; in medio populi & altior fuit vniuerso pplo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad oẽm pplm. Certe videtis quẽ elegit dñs⌋ vt sit rex, qa tã excellẽs statura cõsona fuit regię dignitati, & qa fuit vir fortis, pulcher ac strẽnuus, imo qd amplius ẽ virtuosus & optimus Samuele excepto. [Hęc Samuel dixit, ne trib⁹ nobiliores ęgre ferrẽt promotionẽ Saulis, ⌊qm̃ nõ est similis illi in omni pplo. Et clamauit oĩs pplus⌋ .i. qdã de oĩbus tribubus seu maior pars populi, vel prima facie oẽs propter nouitatẽ rei cõclamabãt, ⌊& ait: Viuat rex⌋ diu & prospere. ⌊Locutus ẽ aũt Samuel ad populũ legẽ regni,⌋ idest, iura regis exposuit plebi, quid, regi tenerentur, & qualiter rex ac populus de cætero

Per. Comest. hist libr ... Re cap 10
Proue. 16
1. Regũ 8

adinuicem se haberent, & scripsit in libro sorte antequã ibi aduenit, & reposuit coram dño
puta in tabernaculo arcæ. Et dimisit Samuel omnem ppl'm singulos in domũ suam. Sed & Saul
abijt in domũ suã in Gabaa. Et abijt cũ eo ps exercitus, quorũ tetigerat deus corda, i. viri boni q cõ
senserũt electioni diuinæ, & verbis Samuelis credebãt, certi q deus p quemcũq; sibi placentẽ pos D
set populũ suum saluare. Filij vero Belial, quorũ indomita erat malitia, qui suam superbiam iu-
go legis diuinæ non refrenabant, dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Tanq̃ dicant: Non
est aptus pro rege cum sit simplex, nec satis exercitatus in bellicis rebus. Et despexerũt eũ tanq̃
de tribu natũ ignobiliori seu minori, & forsitan isti superbi fuerũt de nobilioribus tribubus oriũ-
di, & non attulerũt ei munera, prout tũc fuerat consuetudo principibus & regibus nouiter in-
stitutis dare encenia, quod nũc vsq; apud q̃sdam est moris. Ille vero dissimulabat se audire, q̃d
fuit prudentiæ. Commisit nanq; dispositioni prouidentiæ dei conseruationem suæ institutionis,
nec voluit regnũ suum à turbatione, lite, & sanguine inchoare. ¶ Deniq; si ostendisset se verba illa
audire, nec vindicasset, pusillanimis videretur. Si vero vlcisceretur, ferocitati & arrogantiæ ascri
Prouer. 20 ptum fuisset, ideo debet vnusquisq; suæ præsidentiæ principatum, à pietate, modestia, & patien-
tia inchoare. Roboratur nanq; clementia thronus regis.

¶ De spirituali huius decimi capl'i sensu. Art. XX.

SIcut præhabitũ est per Samuelem intelligit Chr'us qui suos vicarios spũaliter vngit gr'arũ
charismata eorũ cordibus influendo, per quæ ad suorũ executionem officiorũ sunt idonei
nisi obicem ponant. Itaq; per lenticulam olei ecclesiastica possunt sacramenta designari,
q̃ gr'æ sunt vasa ex q̃bus fideles multiplicẽ hauriũt gr'æ largitatẽ. Rursus lẽticula olei p̃t in- E
telligi ipsa omnipotentia & munificentia dei, in qua omnia virtualr' & superesfluentissime con-
A rexerunt & filij Isrl' cũ Samuele, vel cito post eũ aduersus Philistijm, ideo pro confortatione populi Isrl' iuit ad Gabaa. ⌊Et reliqui populi⌋ Isrl', qui nõ iuerunt cũ Samuele, ⌊ascenderunt post Saul, ⌋eũ sequẽdo, ⌊obuiam pplo⌋ Philistinoꝝ, ⌊qui⌋ Philistæi ⌊expugnabãt eos, ⌋videlicet Israelitas, ⌊venientes* ex Galgala in Gabaa⌋.i. ad vrbẽ sic dictã, ⌊in colle Beniamin, ⌋in q̃ contigit expugnatio illa. ⌊Et recensuit⌋.i. numerauit ⌊Saul pplm⌋.s. filios Isrl', ⌊qui inuenti fuerãt cũ eo, ⌋& erãt cæteris (vt videt) cõstantiores, qm̃ illis fugientibus, se'q; abscondẽtibus manserunt cũ rege ad pliandũ, ⌊quasi sexcentos viros, ⌋sic cũ Gedeone nõ manserunt, nisi trecenti viri. Et cũ Iuda Macchabæo octingẽti. ⌊Et Saul & Ionathan filius eius, pplus'q; qui inuẽtus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin. Porro Philistijm cõsederant in Machmas. Et egressi sunt ad pdandum⌋.i. ad spoliandũ bona Iudæoꝝ, ⌊de castris Philistinoꝝ tres cunei, ⌋& tamen nullũ cuneorum illoꝝ audebant inuadere filij Isrl', timore prostrati & inermes. Ideo quoq; fecerũt tres cuneos, vt̃ magis nocerẽt, & quia resistentiã non timebãt. ⌊Vnus cuneus pgebat cõtra viã Ephraim ad terrã Saul. Porro alius ingrediebat' p viam Bethoron. Tertius aũt verterat se ad iter termini in terrã Sabaa imminẽtis vallis Seboim contra desertũ.⌋ Porro faber ferrarius nõ inueniebat' in omni terra Isrl', ⌋cuius subiungitur ratio. ⌊Cauerant enĩ Philistijm, ne forte facerent Hebræi gladiũ aut lanceam⌋.i. ideireo nõ permiserunt inter Hebræos cõmorari aliquẽ fabrũ, ne faceret eis ensem aut lanceã.⌋ Ex quo constat, q' filij Isrl' erant adhuc multũ grauati iugo dominij Philistinoꝝ. Ideo autem fertur in textu, faber ferrarius, quia sunt quidam fabri lignarij.i. carpentatores, sicut in Euangelio legitur, Ioseph fuisse faber. ⌊Descendebat ergo omnis Isrl' ad Philistijm⌋.s. in terram Philistinoꝝ, quando pacẽ habuerunt cũ illis, ⌊vt exacueret⌋.i. p fabros Philistinorũ acui faceret, ⌊vnusquisq; vomerẽ suũ & ligonẽ & securim & tridentẽ & sarculũ. Retusæ itaq; erant acies vomeꝝ & ligonũ & tridentiũ & securiũ⌋.i. cessante pace & lite durante ex defectu pfatæ exacuitionis acumen ferri instrumentoꝝ istoꝝ erat reductũ & hebetatum, ⌊vsq; ad stimulũ corrigendũ⌋.i. inclusiue vsq; ad reformandũ seu exacuendũ instrumentum, quo boues arantes pungunt' ad laborandũ seu aliũ quẽcunq; aculeũ. ⌊Cũ'q; venisset dies prælij⌋ inter Hebræos & Philistæos, ⌊nõ est inuentus⌋.i. non fuit ⌊ensis* aut lancea in manu totius populi qui erat cũ Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius, ⌋quod ait, excepto, refert' ad illud, totius populi, nõ ad illud, qui sequebat' Saul, q seipsum nõ sequebat'.⌋ Sed cõtra hæc argui potest, qm̃ filij Isrl' iam ante interfecerũt filios Ammon, quod sine armis & gladijs facere non valebant, imo & occisorum illoꝝ arma diripuisse videntur, sic'q; abundasse armis.⌋ Ad hoc Iosephus ait, q' Philistijm abstulerunt arma dũtaxat illis qui erãt in Gabaa iuxta eos, & hi soli mãserunt cũ Saul & Ionatha, cæteris in fugã versis atq; latẽtibus. Porro in plio cõtra Ammonitas vniuersæ tribus fuerũt, inter quas multi gladios habuerũt & lanceas. ⌊Egressa est aũt statio Philistijm vt transcenderet in Machmas.⌋ Iam in textu phabitũ est, q' Philistijm consederant in Machmas, quõ igitur egressa est statio eoꝝ vt transcenderet in Machmas?⌋ Et respondendũ q' statio Philistinoꝝ tũc existens in Machmas, egressa est inde vt transcẽderet versus Saul. Vel, egressa est vt transcẽderet i Machmas.i. in illo loco inciperet transcendere ad alium locum.

Marg.: *ale, de — Iud. 7 — 1. Mac. 8 — Marci. 6 — Marci. 6 — *alis, et — 1. Reg. 11. — Iose. lib. 6 an. iu. ca. 6

¶De spiritali huius cap. XIII. intelligentia. Arti. XXVI.

Filius vnius anni erat Saul cũ regnare cœpisset. Per Saul in exordio sui regni, instar infantuli humilẽ, innocentẽ & mitẽ & modico tẽpore iuste regnantẽ, deinde superbũ, ferocẽ & tyrannizantẽ, intelligit' quicunq; platus, princeps seu psidens, qui in psidentiæ suæ initio pius, iustus & innocẽs est, deinde honores mutãt in eo mores, ita q' asper & arrogãs C reddit', psidet'q; iniuste tanq̃ tyrannus, quærens plus propria cõmoda & honores q̃ bonũ cõmune & subditoꝝ salutem.⌋ Et istud est insipientia maxima & excæcatio detestanda, cum vnũquemq; oporteat esse tanto sollicitiorem & timoratiorẽ coram altissimo, quãto pro pluribus daturus est rationẽ, & quo maiora desuper sortitus est dona, quo in altiori est gradu, & quo durius sibi iudiciũ imminet. Hæc igit' pensent qui psunt, & ex honoribus sibi impẽsis potius affligent' q̃ gloriabunt' vel extollent'.⌋ Et elegit sibi Saul tria millia. In hoc Saul gerit Christi personã, & possunt per tria millia designari vniuersi pdestinati, q in statu sunt triplici, videlicet animaliũ, rationaliũ, & spiritualiũ. Nã & quidã sunt serui fideles, alij aũt interni amici, cæteri vero occulti filij, quidam sunt in via purgatiua, alij in via illuminatiua, cæteri in via pfecta.⌋ Rursus p tria millia figurant' vniuersi, tribus virtutibus theologicis decorati & supbenedictæ trinitatis cultores q cõtra inuisibiles aduersarios pliant'. Per cæteros q remittunt' ad propria, denotant', q à catholicæ fidei synceritate elongãt se.⌋ Insup sicut Saul secũ detinuit duo millia & mille suo filio assignauit, sic superiores plati debẽt seipsos in primis vallare fortissimis auxiliarijs multis, q sint cõsiliarij iusti, pdicatores idonei, pastores deuoti. Tales quoq; esse oportet archidiaconos, ppositos & decanos, qbus oĩbus in iure certa & ardua dantur pcepta. Quod si contigerit superiorẽ platũ archiepiscopũ siue episcopũ tẽtari, nutare, deficere, debet hoꝝ orationibus, exhortationibus'q; fulciri ac erigi, imo & modeste redargui.⌋ Præterea debet platus talis superior, quosdã ex his auxiliarijs suis cõmunicare & associare suffraganeo suo antistiti seu plato inferiori, quatenus taliũ subuentione & cooperatu vni-

uerſum ſibi creditū gregē digne gubernet, ſicq́ȝ inſtar Ionathę ꝑcutiat ſtationē Philiſtinoꝝ.i. dæ D
mones tentatores gregis ſibi ſubiecti, orādo, efficaciter ꝓdicādo, iuſte, exemplariterq́ȝ viuendo
deijciat. Quod cū audiſſent Philiſtijm, Saul cecinit buccina. Quēadmodū Philiſtæi audita ſuorū
ſtrage, ſe collegerūt ad impugnādū acerrime filios Iſrl', ſic inuiſibiles hoſtes victis quibuſdā ex ſuis
vehemētius inſaniūt & inſurgūt cōtra fideles victores. Ideo debet ꝓlatus buccina ꝓdicatiōis ſuos
ſup hoc auiſare, eoſq́ȝ informare de modo & cōſtantia fortiter reſiſtēdi. Cū vidiſſent filij Iſrl' ſe
in arto poſitos, abſconderūt ſe. Sic aliqui Chr̄iani cernētes ſe vndiq́ȝ à diabolo, mūdo & carne tē
tari, puſillanimes fiunt & q̄runt tentationū certamen euadere. Quidā vero ſuccūbunt tentatori-
bus cōſentientes. Nōnulli q̄q́ȝ in foramine petræ in foſſa humo.i. in Chr̄i vulneribus & in dñicæ
paſſiōis memoria ſalubriter ſe occultāt & in propriæ humiliatiōis profundo ſe cælāt, atq́ȝ in tantū
paruipēdūt, & q̄ſi nihil ſe reputāt, ꝙ à dæmonibus nequeūt tāgi. Et expectauit Saul ſeptē dieb⁹
Samuelē. Per ſeptē dies vniuerſum hoc tēpus ſeptē diebus decurrēs exprimit. Prælatus igit' inde
ſinenter gratioſam Chr̄i ſubuentionē ac ꝓſentiā debet fiducialr' ꝓſtolari, nec ꝓſtolando deficere,
nec ſibi illicita vſurpare. Egreſſi ſunt de caſtris Philiſtijm ad ꝓdandū tres cunei. Per hos tres cu-
neos intelligunt' tyrāni & hæretici atq́ȝ hypocritæ ſeu infideles Iudæi, gentiles ꝑfidi, & ſupbi phi
loſophi, itē ſpūs maligni, ſupbiæ, fornicatiōis & auaritiæ, à quibus oībus boni fideles multipliciter
impugnati fuerūt. Porro faber ferrarius nō inueniebat' in Iſrl'. Per fabros iſtos intelligunt' virtuo
Ephe. 6 ſi ꝓlati, doctores cōdigni, ꝓdicatoreſq́ȝ ſancti, q̄ ſpiritalia arma fidelibus ꝓparāt, & gladiū ſpūs q̄d
eſt verbū dei ac lanceā militarē, videlicet charitatis feruorē ſeu diſcretionis acumē oīa penetrantē
& aduerſarioꝝ interiora pungentē. Cauēt aūt Philiſtijm.i. dæmones & oēs ſanctæ fidei inimici
machinant' & ſtudēt tales fabros auferre eccleſiæ, ſicut iā (proh dolor) pro maxima parte ei oblati E
ſunt, in tm̄ ꝙ fideles q̄ plures ad Philiſtijm ꝑgunt vt ſua acuant ferramēta, quia vera & ſpirituali ſapi-
entiā derelicta, ad philoſophica documēta, ad prudentiā ſeculi, imò ad mūdanas verſutias ſe con
Hiere. 4 uertūt atq́ȝ in talibus ſuā acuunt mentē, ſuntq́ȝ ſapiētes vt faciāt mala, obtuſi vero, imo & cæci in
ꝑtinentibus ad ſalutē. Poſtremo ꝑ hoc ꝙ ꝓlio imminēte nō ſunt inuēti enſis & lācea, niſi in mani
bus Saul & Ionathæ, ꝓfigurabat', ꝙ ꝓlati & eoꝝ vicarij debeāt tantæ eſſe ꝑfectiōis, ꝙ quantúcun
q́ȝ ſubditi ſpiritalibus armis priuent' & paſſionū immoderātijs agitent', ipſi tñ in omni virtute, in
Roma. 12 rationis ſplendore, in luce ſapiæ perſeuerēt firmiſſime, & mala vincāt in bono, ſuaq́ȝ bonitate ac
Leuiti. 19 probitate alioꝝ defectuoſitates reprimāt & reformēt, q̄m ipſi ſunt velut mēſura & regula ſub-
ditoꝝ. Menſurā vero & regulam oportet exiſtere vniformem.

¶ ELVCIDATIO CAP. XIIII. Et accidit quadam die. Arti. XXVII.

HIc recitatur qualiter deus miraculoſam victoriā Iudæis cōtulerit ſuper
Philiſtijm. [Et accidit quadā die vt Ionathas filius Saul diceret ad ado
leſcentē armigeꝝ ſuū: Veni & trāſeamus ad ſtationē Philiſtinoꝝ, quę
eſt trās locū illū. Patri aūt ſuo hoc ipſm nō indicauit,] quia videbat' opus
ꝑſus periculoſum. Ideo Ionathas cōijciebat ꝙ pr̄ ſuus, à q̄ tenerrime
amabat', nō fineret ꝙ ſe periculo tāto exponeret. [Porro Saul morabat'
in extrema ꝑte Gabaa ſub malogranata, q̄ erat in agro Gabaa, & erat
cū eo ppl'us q̄ſi ſexcētoꝝ viroꝝ. Et Achias] ſacerdos, [filius Achitob
fratris Icabod filij Phinehes, q̄] Phinehes [ortus fuerat ex Eli ſacerdo
te dñi in Silo,] prout de his dictū eſt ſupra, [portabat Ephod] .i. ve-
1 Reg. 14 ſtimentū ac ornamētū illud ſacerdotale q̄ pontifex vtebat', cui etiā veſti iungebat' rōnale iudicij q̄ F
detulit ſecū, q̄tenus in his cōſuleret dñm corā arca ibi tūc exiſtēte ſi neceſſariū videret'. [Sed & po
pulus ignorabat q̄ iſſet Ionathas,] quia nec ꝑpl'o ſuū notificauit ꝓpoſitū, ne quiſpiā manifeſtaret il
lud pr̄i ſuo. [Erāt aūt inter aſcēſus ꝑ q̄s nitebat' Ionathas trāſire ad ſtationē Philiſtinoꝝ eminen
tes petræ ex vtraq́ȝ parte,] & ita inter eas extitit vallis ꝓrupta, [& q̄ſi in modum dentiū ſcopuli
hincinde ꝓrupti] .i. eminētia ſaxa acuta ſupius q̄ſi dētata. [Nomē vni Bozes, & nomē alteri Sē
nr. Vnus ſcopulus ꝓminēs ad aquilonē ex aduerſo Machmas, & alter ad meridiē cōtra Gabaa.
Dixit aūt Ionathas ad adoleſcētē armigeꝝ ſuū: Veni trāſeamus ad ſtationē incircūciſoꝝ hoꝝ] .i.
infideliū Philiſtinoꝝ, q̄s zelo iuſtitiæ ex magnanimitate Ionathas ſpreuit, inquātū h̄mōi, iuxta il
Pſalm. 14 lud pſal'. Ad nihilū deductus eſt in cōſpectu eius malignus, [ſi forte faciat dñs pro nobis,] Et ait,
ſi forte, nō dicit quaſi volēs tentando experiri an dñs eos ſaluaret, ſed ex cōſidētia diuini auxilij
cui tñ confidētiæ ineſt incertitudo ex cōſideratiōe propriæ culpæ, ꝑ quā reddit homo frequēter
indignus diuino ſubſidio. Idcirco ad excludendū ꝓſumptionē loquutus eſt, ſi forte. Secundū quē
Joſue 15 modū Caleph ait: Da mihi montē iſtū, ſi forte ſit dñs mecū & potuero delere eos ſicut promiſit
mihi, [quia non eſt dño difficile ſaluare vel in multis vel in paucis] .i. omnipotenti deo, cuius for-
titudo eſt infinita, eiq́ȝ perfacile eſt conferre victoriam ppl'o per paucos bellatores, & per mul-
2 Par. 14 tos. Vnde etiam ſecundo Paral'. libro Aſa rex ait: Dñe non eſt apud te vlla diſtantia, vtrum in

paucis

paucis auxilieris, an in pluribus. ⌞Dixitq́ꝫ ei armiger suus: Fac omnia quæ placent aío tuo. Perge, quo cupis, & ero tecum vbicunqꝫ volueris.⌟ quo innotescit confidẽtia, magnanimitas, audacia huA ius armigeri quem Ionathas sibi elegit, quia considerauit virilitatem animi eius & corporis robur. ⌞& ait Ionathas: Ecce nos trãsimus ad viros istos. Cumq́ꝫ apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete, donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro.⌟ Tanq̃ parati expectare eorum accessum, ⌞nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint: Ascendite ad nos, ascendamus ad eos quia tradidit⌟ hoc est, dare decreuit ⌞eos dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signũ⌟ dandæ victoriæ. Et forsan reuelatum hoc fuerat Ionathæ, vt ex occulto dei instinctu hoc protulit, imo secundum Iosephum, Ionathas dominum feruide exorauit pro triumpho, & sic dominus præstitit ei signum prætactum. ¶Deniqꝫ obuiam ire aduersarijs, maioris videtur esse audaciæ ac virtutis, quàm eorum præstolari accessum ad se. ⌞Apparuit igitur vterqꝫ Philistinorum. Dixeruntq́ꝫ Philistijm: En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerãt. Et loquuti sunt viri de statione ad Ionathã, & ad armigerum eius. Dixerũtq́ꝫ: Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem,⌟ hoc est, expediemus vos cito, & inuenietis q̃s q̃ritis pparatos. Vel: Ostendemus vobis rem amissam quam quæritis. Ionathas quippe & armiger eius pergebant hincinde pro via aptiore inuenienda quasi quæsissent quid perditum. Ideo Philistæi sic responderunt ironice. ⌞Et ait Ionathan ad armigerum suum: Ascendamus: Sequere me: Tradidit enim eos dominus in manus Israel. Ascendit Ionathas reptans⌟ id est trahens se per viam ascensionis tortuosam non tritam ⌞manibus & pedibus & armiger eius post eum. Itaqꝫ cum vidissent faciem Ionathæ, alij cadebant ante Ionathan⌟ hoc est, ipse Ionathas quosdam Philistæorum prostrauit virtute diuina ipsum confortante & Philistæorum robur ac animum infirmante, ⌞alios armiger eius post eum interficiebat⌟ eodem modo ⌞sequens eum.⌟ In scholastica vero historia fertur, quòd deus Pet. Co. hist. libs 1. Reg ca. 13

B exterruit illos. ¶Porro, Iosephus scribit, quòd nebula spissa repente surrexit de terra. Philistæorum visum ita offuscans, quòd nec seipsos adinuicem, nec Ionathan ac eius armigerum cognoscebant. Aliqui opinantur, quod deus percussit illos acrisia qua aliquid confuse cognoscitur, non distincte, sicut Sodomitæ erant percussi in foribus Loth, & Syri ad instantiam Helisæi, ⌞& facta est plaga prima quam percussit⌟ hoc est, percutiendo inflixit Ionathas & armiger eius quasi viginti virorum⌟ Philistinorum ⌞in media parte iugeris quã par boum in die arare consueuit.⌟ In fine præcedentis capli dictum est, quòd non fuit inuentus ensis aut lancea, nisi in manu Saul, & Ionathæ. Quid ergo gestauit in manu armiger Ionathę? Dici pt quod fustem aut clauam & forsan alicui occisorum abstulit gladium. ⌞Et factum est miraculum in castris per agros.⌟ Philistinorum, quia miraculose fuerũt percussi acrisia seu nebula, imo & interiori virium eneruatione atqꝫ formidine. ⌞Sed & omnis pplus stationis eorum qui ierant ad prædãdum obstupuit.⌟ id est, tres cunei Philistinorum, de quibus in præcedenti habetur capitulo, visa strage suorum præ admiratione & timore defecerunt. ⌞Et conturbata sunt castra,⌟ hoc est, Philistæi in suis tentorijs sunt confusi, & recessit ab eis mens atqꝫ consilium. ⌞Et accidit quasi miraculum à deo.⌟ Quasi dicit hic veritatem non similitudinem tantum, sicut & apud Iohannem: Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre. Vere nanqꝫ fuit miraculum, quod ita prostrati sunt. ¶Quocirca quidam reprobat prætactã Iosephi positionem de nebula, quia vt ait: si contigisset per nebulã, non fuisse mi

Iose. lib. 6 ant. iu. ca. 6
Gene. 19
4. Regũ. 6
1. Regũ. 13
Ibidẽ
Iohan. 1.
Iose lib. 6 ant. iu. ca. 6

C raculum, quoniã nebula repente & frequenter consurgit. Nebula quoqꝫ illa ita obnubilasset visum Ionathæ & sui armigeri sicut Philistinorum. Sed reprobatio ista parui vigoris est. Quãuis enim nebula ex naturali causa consurgat, tunc tamen quantum ad modum quo consurrexit, fuit miraculum, quemadmodum supra habitum est de vocibus & pluuijs ad preces Samuelis concessis, quoniam nebula illa supernaturalr data est ad infidelium deiectionem, non decuit, vt filios Israel obscuraret. ⌞Et respexerũt speculatores Saul q erãt in Gabaa Beniamin⌟ sedentes in alto ad inspiciendum longe ac late qd fieret, ⌞& ecce multitudo prostrata & huc illucq́ꝫ diffugiens.⌟ q prostrati erãt non fugerunt hincinde, sed ex toto Philistinorum exercitu multi iam erãt occisi, alij perturbati huc illucq́ꝫ fugerunt, & seinuicem peremerũt, qa non cognouerũt se mutuo. Tres etiã cunei Philistijm redeuntes ad suos in castra impugnauerũt eosdem, quemadmodũ in libro Iudicũ legit de Madianitis, quòd fugientes, & vndiqꝫ discurrentes mutua se cęde truncabãt, ⌞& ait Saul pplo, q erat cum eo. Reqrite & videte qs abierit ex nobis.⌟ hoc dixit postquàm speculatores nuntiauerũt ei prædicta. Tunc enim Saul optauit scire per quos facta erat strages illa Philistinorum. ⌞Cumq́ꝫ requisissent, repertum est non adesse Ionathan & armigerum ejus. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam domini,⌟ hoc est, arcam assume, vt coram ea consulas ac inuoces dominum, quatenus nobis reuelet, quid agere debeamus. ⌞Erat enim ibi arca domini in die illa cũ filijs Israel. Cumq́ꝫ loqueret Saul ad sacerdotem, tumultus magnus ortus est in castris Philistinorum. Crescebatq́ꝫ paulatim & clarius resonabat.⌟ quia seinuicem inuaserunt. ⌞Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam⌟ id est, retrahe eam ab inceptis cessando. Iam enim extenderat manus ad applicandum sibi arcam, atqꝫ ad exorandum, & dum dominus tardaret dare responsum, cupiens Saul hostes inuadere, & filio suo succurrere, dixit sacerdoti verba prætacta.

1. Re. 12
Iudic. 7

⌊Conclamauit ergo Saul & omnis pplus qui erat cum eo,⌋ exhortantes se inuicem ad psequendum Philistijm,⌊& venerũt vsq; ad locum certaminis. Et ecce versus fuerat gladius vniu cuiusq; ad proximũ suum,& cędes magna nimis. Sed & Hebræi qui fuerãt cum Philistijm, heri & nudiustertius ascenderãtq; cum eis in castris⌋ qui ex timore confugerũt ad Philistęos.⌊Reuersi sunt⌋ ad assistendũ Saul ⌊vt essent cum Isrl,& his qui erant cum Saul & Ionatha. Omnes quoq; Israelitæ qui se absconderãt in monte Ephraim, audientes, q; fugissent Philistæi, sociauerunt se cum eis D
1 Reg. 13 in prælio. Et erant cum Saul quasi decem milia viro⌋. Cum quo pauloante non erãt, nisi sexcenti, vt patet caplo præcedenti. Tamen hic versus fertur non esse de textu.⌊Et saluauit dominus deus Isrl in die illa. Pugna autem puenit vsq; Bethauen,⌋ Quia vsq; ad vrbem illã insecutus est Saul hostes.⌊Et viri Isrl sociati sunt sibi in die illa. Adiurauit autem Saul pplm⌋ Isrl,⌊dicens: Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperã⌋ hoc est, hoc iuro quòd morte dignus erit,& occidet quicunq; ex meo exercitu comederit aliquid,⌊donec vlciscar me de inimicis meis,⌋ id est, Philistæos fugientes occidã. Timuit enim quòd pplo circa refectionem intento illi aufugerent. Vidit quoq; pplm ad manducãdum inclinatum de præda fugientium Philistinorum.⌊Et non manducauit vniuersus pplus panem,⌋ hoc est, nullus de exercitu Saul ausus fuit quicquàm comedere ante horã prę fixam.⌊Omnisq; terrę vulgus venit in saltum in quo erat mel super faciẽ agri. Ingressus est itaq; pplus⌋ Saul ⌊saltum⌋ hoc est, syluam seu nemus,⌊& apparuit fluens mel, nullusq; applicuit manum ad os suum,⌋ id est, nemo eo qui adiurationem Saulis audiuit, ausus fuit
Vet. Co. aliquid de melle illo imponere ori suo.⌊Timebat enim pplus iuramentum⌋ Dicit autem Magi E
histo. lib. 1 ster in historijs: Fert quod tãta copia mellis ibi sit in cannis arborum & cauernis petra & abditis
Reg. ca. 14 terræ quòd plures reperiant faui super terrã decidentes.⌊Porro Ionathas non audierat, cum adiuraret pater eius pplm. Extenditq; summitatem virgæ quã habebat in manu, & intinxit in fauum mellis. Et conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius,⌋ hoc est, exhilarati, & melius colorati ex aliquali virium reparatione, qui ex lassitudine famis, & belli calore
Iose. lib. 6 depressi,& reuerberati, ac discolorati fuerunt, sicut & facies eius. Asserit Iosephus Ionathan inue-
an. iu. ca. 7 nisse apum cubilia in quercu, quæ in sorte Ephraim fuit.⌊Respondensq;⌋ hoc est, ad verbum factum Ionathæ proportionabilr loquens:⌊vnus de pplo ait: Iureiurando constrinxit pater tuus pplm, dicens: Maledictus vir qui comederit panem hodie.⌋ hoc est, ante vesperam, puta hoc die artificiali.⌊Defecerat autem pplus. Dixitq; Ionathas: Turbauit pater meus terram⌋ id est, incauta illa obligatione nocuit pplo, & inquietauit eundem.⌊Vidistis ipsi quòd illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum de melle isto, quanto magis, si comedisset pplus de præda inimicorum suorum, quam repperit. Nonne maior plaga facta fuisset in Philistijm?⌋ quasi dicat vtique. Si enim stando celeriter aliquid comedissent,& bibissent, confortato stomacho, velocius insecuti fuissent aduersarios suos.⌊Percusserunt ergo Philistæos in die illa à Machmas vsque in Aialon, defatigatus est autem populus nimis⌋ ex itinere, labore, cursu, ieiunio,⌊& versus ad prædam,⌋ hoc est, pecora ac cætera quæ Philistæi reliquerunt in campis, seu alibi apprehendens.⌊Tulit oues,& boues,& vitulos,& mactauerunt in terra⌋ hoc est, ex festinatione & vehementia famis, occiderunt pecora illa, vbicunque ea cœperunt indifferenter, & non in loco eleuato seu saxo eminenti vnde sanguis potuisset effluere. Ideo sequitur.⌊Comeditq; populus cum sanguine⌋ carnes illas non satis purgatas à suo cruore. Comederunt quoq; cum sanguine, id est F
Deute. 20 illicite & contra legem secundum quam debuerunt primo sacrificia deo offerre de hostium præda.⌊Nuntiauerunt autem Sauli⌋ Tanquàm regi cui attinebat reos corripere. Cui etiam imminebat periculum ex populi transgressione,⌊dicentes, quòd populus peccasset domino,⌋ hoc est, ad irreuerentiam dei,⌊comedens cum sanguine⌋ id est, carnes ex quibus sanguis non fuit sufficien-
Deuter. 12 ter eliquatus. Cum tamen in Deutero. dominus dicat: Comedes absq; esu dumtaxat sanguinis quem quasi aquam super terram effundes.⌊Qui ait: Præuaricati estis, voluite ad me iam nunc saxum grande,⌋ super quod animalia occidant.⌊Et dixit Saul⌋ satellitibus suis:⌊Dispergimini in vulgus⌋ hoc est, hin cinde inter vulgares sparsim discurrite ⌊& dicite eis, vt adducat ad me vnusquisq; bouem suum & arietem,⌋ hoc est, quod quicunq; habuerit bouem, aut aliud animal mundum esibile,& voluerit illud occidere perducat illud ad me,⌊& occidite super istud⌋ saxum eleuatum ex quo sanguis valeat eliquari,⌊& vescimini,⌋ & istud iussit fieri coram se, ne faceret quis occulte. Forsan hic ponitur singulare pro plurali videlicet saxum pro saxis. Cum non videatur probabile quod in tanta famis inedia, suffecerit tot milibus hominum vnum saxum ad mactandum super illud, pecora manducanda,⌊& non pecabitis domino, comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus vnusquisque bouem in manu sua vsque ad noctem & occiderunt ibi. Aedificauit autem Saul altare domino⌋ hoc est, aram construi fecit super quam deo fieret oblatio gratiarum actionis pro concesso triumpho.⌊Tuncq; primum cœpit ædificare altare domino.⌋ Ex quo elicitur, quod ante obtulit sacrificium super altare antea constructum ab alijs. Vel si & antea construxit altare istud, tamen dicitur primo ædificasse, quoniam in alijs oblationibus factum eius displicuit deo.

A Qualiter autem licuit tunc alibi immolari q̃ in tabernaculo dñi,& sup altare atrij,factum est sæpe.
⌊& dixit Saul:Irruamus sup Philistæos nocte,& vastemus eos vsq; dum illucescat mane,nec re-
linquamus ex eis virũ. Dixitq; pplus. Omne q̃d bonũ tibi videt in oculis tuis,fac. Et ait sacerdos⌋
psatus Achias. ⌊Accedamus huc ad deũ⌋.i.à deo quæramus cõsiliũ. ⌊Et cõsuluit Saul dñm⌋ per
sacerdotem. Ad pontificem aũt pcipue ptinebat consulere dñm.i. p orones & oblationes à deo
consiliũ quærere de agendis. Nã & per Mosen dñs dixit, q̃ Eleazar pro Iosue consuleret dñm, Numer.27
⌊dicens:Num psequar Philistijm? Si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei dñs in die
illa⌋ Iam habitũ ẽ,q̃ Saul dixit:Irruamus sup Philistæos nocte,moxq; sacerdos subiũxit:Acceda
mus huc ad deũ,& protinus Saul consuluit dñm. Quõ ergo nunc addit? Non respondit ei in die il
la? Respondet,q̃ dies hic sumit pro die naturali,q noctem includit. Deinde dicendũ,q̃ nec nocte
illa,nec die sequenti respõsum à deo fortitus ẽ. ⌊Dixitq; Saul⌋ suis officiatis:⌊Applicate huc vni
uersos angulos ppli⌋ Per angulos ppli quidã intelligunt principes q sunt quasi lapides angulares
qm̃ sicut in lapide tali concurrunt parietes,ita populares confluũt,& concurrũt ac vniunt in prin
cipe suo. Vñ & Chrs dicit lapis angularis,qa in ipso cõuenerũt,& fide vniti sunt Iudæi atq; Gen- Esaię.28
tiles. Alij p angulos ppli intelligunt eius extremitates,& contenta in eis,vt sit sensus: ⌊Applicate Actor.4
huc vniuersos angulos ppli⌋ id est vniuersum pplm ab extremitatibus suis, ⌊& scitote & videte⌋ 1 Pet.2
per missionem sortis ⌊per quem acciderit peccatum hoc⌋ propter cuius demeritum negat nobis
responsio domini, ⌊hodie⌋ Præsupposuit Saul quod non nisi propter peccatum alicuius de pplo
suo deus responsum rennueret aut differret. Siqdem tempore illo communiter dabant diuina re-
B. sponsa, præsertim, pontifici dominum consulenti, nihilominus potuit deus omnipotens liberri-
me agens, etiam ex alia causa negare, & differre responsa. ⌊Viuit dominus saluator Israel, quia si
per Ionathan filium meum factum est, absq; retractatione morietur⌋ Quasi dicat per viuentem do
minum iuro quod is q suo peccato causa est negationis diuinæ responsionis, iam occidet absq; re-
uocatione prioris sententiæ meæ, qua dixi: Maledictus homo &c. quãtumcunq; ille fuerit mihi
charus & vtilis in tantum, q̃d nec charissimo filio meo Ionathæ parcerem. Hoc Saul iurasse videt
zelo quodam iustitiæ, præsertim, qa vt sibi apparuit, ille per suam culpam nocuit communitati &
inobediens fuit regi, & ipse Saul fuit iudex totius ppli sui, voluitq; culpam absq; psonarũ acceptio
ne vlcisci. ⌊Ad quod nullus contradixit ei de omni pplo. Et ait ad vniuersum Isrl: Separamini
vos in partem vnam, & ego cum Ionatha à filio meo ero in parte altera. Responditq; pplus Isra-
el ad Saul. Quod bonum tibi videt in oculis tuis, fac. Et dixit Saul ad dominum deum Isrl: Domi
ne deus da iudicium⌋ seu indicium, hoc est, p sortis directionem ostende: ⌊Quid est⌋ id est, cur
accidit, & quid istud significat, ⌊quòd non responderis seruo tuo⌋ vel mihi ⌊hodie. Si in me aut
in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem. Aut si in pplo est hæc iniqtas, da sanctita-
tem⌋ hoc est, fac peccatum hoc expurgari p pœnam, vt purificemur à tanti transgressoris con
sortio. Veruntamen istud, da sanctitatem, non est de textu, cum non habeat in hebræo. ⌊Et de-
prehensus est Ionathan & Saul. Populus aũt exiuit⌋ id est, immunis apparuit ab hac culpa, quia su-
per nullum de pplo stante seorsum, sors corruit. ⌊Et ait Saul: Mittite sortem inter me & Ionathã
filiũ meũ. Et captus est Ionathas⌋ hoc est deprehensus est sorte. ⌊Dixit aũt Saul ad Ionathã: In-
dica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathã, & ait: Gustãs gustaui in summitate virgæ, quę erat
in manu mea, paululum mellis, ecce ego morior⌋ id est, paratus sum mori, secundũ Iosephum, vel Iose. lib. 6
mortem euadere nequeo. ⌊Et ait Saul: Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, quia morte morieris Antiq. ca.7
C Ionatha.⌋ iste fuit modus loquendi apud Hebræos, & est sensus: Nisi impleuero quod iuraui seu
dixi, inferat mihi dominus pœnã huius peccati, imo & ampliorẽ seu pœnis aliarum culparũ mearũ
eam apponat. Et ita istud fuit quasi iuramentum execrationis sicut & illud quod ait Aplus: Ego 2. Cor. 1
testem inuoco deum in animam meam. ⌊Dixitq; pplus ad Saul⌋ Quasi admirando de tali rigo-
re patris in filium, tam elegantem atq; amabilem, & toti regno tam vtilem. ⌊Ergo ne Ionathas
morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? ⌋ Quod inquirendo negant esse agendum.
⌊Hoc nephas est⌋ Quasi dicant: Non decet, nec licet. ⌊Viuit dominus si ceciderit,⌋ hoc est, non
cadet ⌊capillus de capite eius in terram⌋ id est, nullam penitus læsionem permittimus ei infligi
pro causa hac, ⌊quia cum deo operatus est hodie,⌋ hoc est, per dei auxilium præualuit hostibus,
& saluauit nos de manu Philistijm. ⌊Liberauit ergo populus Ionathan, vt non moreretur. Re-
cessitq; Saul, nec persequutus est Philistijm. Porro Philistijm abierunt in loca sua. At Saul confir
mato regno,⌋ hoc est, principatu suo, ⌊super Israel pugnabat per circuitum aduersus omnes
inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philistæos, & quocun-
que se verterat, superabat⌋ Aduersarios suos frequenter & diu. Quàmuis tandem ab hostibus vi-
ctus sit, secundum Lyram, in hebræo habetur: Quocunq; se verterat, impie agebat, vel impius 1. Regũ. 31
fiebat. Sed verius creditur, quod Rabbi Paulus affirmat. Dictio (inquiens) hebraica hic posita æqui R. Paul.
uoca est. Vno modo, significat superabat. Alio modo, impie agebat. Vnde nostra translatio ve-
ra est concordans cum litera præcedenti, qua dictum est, pugnabat aduersus omnes inimicos eius
Cum litera quoq; sequenti qua dicitur: Et eruit Israel de manu vastatorum eius.

⌊Congre

Congregatoq́ꝫ exercitu percussit Amalec, & eruit Isrl' de manu vastatorum eius. Fuerunt autē filij Saul Ionathas, & Iesui & Melchisua. Cur non exprimit hic Isboseth filius Saul. Respondet, quia non erat virilis, neqꝫ magnanimus, aut militans, sed pusillanimis & ineptus ad bellicos gestus. D
Vnde nec bello interfuit in quo pater suus ac fratres interierūt. Et nomina duarū filiarū eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol, & nomen vxoris Saul Achinoem, filia Achimaas. Et nomē pricipis militię ei⁹ Abner fili⁹ Ner patruelis Saul. Porro Cis fuerat pater Saul & Ner pater Abner filius Abiel. Erat aūt bellū potens ipsius Saul ac pp'li sui aduersus Philistæos omnibus diebus regni Saul, i. frequenter omni tpe quo regnauit, ita ꝙ totū à parte denominat. Philistæi eqdem erant valde bellicosi, duri, multi & fortes, & dñs eos reliqt, vt in ipsis experiret
Iudic. 3 Israelem vtrū audiret mandata dñi, an non, vt legit in libro Iudicū. Nam quemcūqꝫ viderat Saul virū fortem & aptū ad præliū ex pp'lo Isrl', sociabat eum sibi, i. exercitui suo eum coniunxit, si potuit. Et bene ait, fortem & aptū ad præliū. Quidā eñi sunt corpore fortes, inepti tñ ad bella, qm timidi, pusillanimes, aut obtusi. Oportet eñi vt bellatores sint, etiam animo fortes, ne pericla mortis immoderate formident. In bellis quoqꝫ plus prodest prudentia q̄ corporeæ vires. ¶ Circa præhabita querit, an Saul peccauit adiurando ppl'm, & dicens: Maledictus vir qui comederit panem, donec vlciscar me de inimicis meis. Apparet ꝙ non, qa Philistęi erāt tyrāni, & læ tales aduersarij plebis dei, sicq́ꝫ Saul amore Reipub. & zelo iustitiæ voluit eos occidere, atqꝫ ex eadem radice iurauit illud. ¶ Porro Ionathas dep̄hēsus est forte, tanq̄ culpabil', & ob eius trāsgressionem, qua patris sui violauit præceptum, negauit deus responsum. In oppositum argui potest, quoniam sicut sunt tres comites voti, ita & iuramenti, vcꝫ discretio, iustitia, veritas. Quemadmodum super illud
Hiere. 4 Hieremiæ: Iurabis, viuit dñs in veritate & iustitia & iudicio, scribit Hieronymus. Præfato autem E
Hierony. iuramento Saulis, videtur defuisse discretio, quia nec casum necessitatis intendebat excipere, vt apparet, eo ꝙ paulo post voluerit Ionathan occidere, q ex quadam necessitate parū manducauit de melle. Insup Ionathas videt patris sui præceptum rationabilr reprobrasse, dicendo: Turbauit pater meus terrā &c. sicut expositū est. Ad istud qdam respondent, ꝙ indiscrete culpabilr'q́ꝫ iurauit. Quòd item peccauit, volendo occidere Ionathan, qui patris sui præceptum non audiuit, nec sciuit, & ex necessitate contra id egit. Et addunt, ꝙ fors sup Ionathan venit ad ostendendū innocentiā eius non culpā, vt. s. deprehensus se corā oībus excusaret. Asserunt quoqꝫ ꝙ deus negauit responsum, non propter Ionathæ culpā, sed ob causam aliā sibi notā. Verū ista responsio non videt textui consona. Cū etē eñi deus non respondisset Saul, intente orauit, vt dñs manifestaret, ob cuius culpā non dedit responsum, atqꝫ ad hoc agnoscendū sortem mitti p̄cepit quæ inter tot milia ceci-
Prouer. 16 dit sup Ionathan. Sortes aūt in veteri testamento potissime temperabant à dño, vt Salomon contestat, ideo Ionathas videt fuisse culpabil', præsertim cū dicat scriptura, quod captus est Ionathas. Nec alia cā negatiōis diuini responsi videt in textu insinuari, nisi hmôi culpa. Ionathas quoqꝫ deprehensus non se excusauit à culpa, sed facto suo simpl'r recitato adiecit: En ego morior. Ei. para-
Iosep. lib. 6 antiq. ca. 7 tus sum mori, scd̄m Iosephū. Itaqꝫ dici pt, ꝙ in bello necesse est plurima sustinere, propter liberationem & defensionē Reipub. & frequenter cōtingit, ꝙ p integrū diem p̄liū durat, sicq́ꝫ iuramentū Saul non videt omnimode discretione caruisse. Nā & si pp'lus suus cępisset comedere, non ita faciliter ac celeriter potuissent auelli à refectione. ¶ Deniqꝫ iuxta hæc videt Ionathas quoqꝫ peccasse p̄ris sui præceptū reprobādo tā absolute, cum dixit: Turbauit pater meus terrā. Cum vero obijcitur, ꝙ ignorauit p̄ris sui p̄ceptū seu iuramentū, responderc qs potest, ꝙ ignorātia illa eū non excusauit in toto, qa fortassis non debuit se ita ab exercitu p̄ris sui abstrahere ꝑ p̄e suo id ignorāte, nisi ex F
speciali diuino fecerit hoc instinctu. Oportet enim vt in bellicis rebus magna vigeat disciplina & obediētia. Vnde in gestis legit Romanorū. ꝙ Torquatus princeps proprium filium interfecit, eo ꝙ se absente & nesciente commiserit bellū, cum tñ obtinuisset triumphū, quod etiā Thomas in libro de regimine regum allegat. ¶ Præterea, circa hoc querit: An pp'lus bene fecit Ionathan liberando, videt ꝙ non, qa culpabilis fuit. Ad quod arbitror respondēdū, ꝙ in hoc bene egerūt. Ionathas nāqꝫ & si non à toto, tamen à tanto excusabilis fuit, & propter commune bonum præceptū, seu iuramentum patris sui rationabiliter in ipso Ionatha dispensationem admisit, quoniā euidens fuit vtilitas tam idoneum virum in tali casu à morte eripere.

¶ De spiritali eiusdem capituli decimiquarti intellectu. Arti. XXVIII.

Accidit vt diceret Ionathas ad adolescentē armigerū suū: Veni, trāseamus ad stationem Philistinorū. Ionathas iuxta p̄habita, inferiores p̄latos & p̄dicatores p̄figurauit, p cuius armigerū adolescentē egressi sunt taliū p̄latorū & doctorū coopatores, vicarij atqꝫ discipuli, q pgūt ad stationē Philistinorū, qñ ad seculariū & carnaliū societates hoim pperāt,
Matt. 10 vt eorū vitijs expugnatis, dęmonibus qꝫ qrū vasa erāt depulsis, reducāt ipsos ad dñm. Vnde salua-
Luce 10 tor dixit discipulis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Hoc ipm p̄ri suo non indicauit, opa quippe supererogationis secretæ fieri solēt. Sed & pp'lus ignorabat, quo isset Ionathas, qa pusilli & impfecti non sciunt interna exercitia, incrementaq́ꝫ spiritalia pfectorū. Erant autem inter
Matth. 3 ascensus &c. per tortuositates & difficultates illas itineris Ionathæ atqꝫ armigeri eius, figurabatur,

ꝙ arta sit

A quàm arcta sit via salutis, & semita pertingendi ad spũalem victoriam vitiorum ac dæmonum ardua, quã tñ oportet incedere volentẽ saluari, potissime eos q aliis sermocinant aut præsunt, & illos secum saluare nituntur, ita occurrũt eis scopuli instar dentiũ prærupti. i. aduersitates acutę, l. & petræ eminentes ex vtraq; parte. i. gratiosa subsidia dei, & vtriusq; testamẽti scripturæ. Exempla quoq; sanctoꝝ nouæ ac veteris legis vt sint muniti p arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Nã & plures nobiscum sunt q̃ contra nos. Transeamus ad stationes incircumcisoꝝ istoꝝ, si forte faciat dominus pro nobis, quia non est domino difficile saluare, vł in multis, vł in paucis. Incircumcisi corde sunt omnes qui irreformati sunt mente, qui passionum suaꝝ immoderantias non refrenant, ad quoꝝ informationem & conuersionem virtuosi prælati & prædicatores confidenter accedũt non obstante difficultate negotii, quoniã omnipotentis auxilio innitunt, qui ita potest p paucos conuertere multos, sicut per plurimos. Magnanimes igitur sint in deo pleni spe feruenti ac humili, pensantes illud Apl'i: Omnia possum in eo qui me confortat. Et illud: Deus conteret satanam sub pedibus vestris velociter. ¶ Porro, nonnulli sunt pusillanimes, nec plene confidunt in domino, ideo viam pœnitentiæ & salutis seu religionem verentur arripere, propter rei difficultatem non respirantes in omnipotente qui paratissimus est auxiliari, nec vllum in se sperantem relinqt. Dixerunt Philistiim: En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi erant. Per Philistæos durissimos fidelis ppl'i inimicos, intelliguntur obstinati in vitiis. Hæretici quoq; & schismatici ac tyranni, & cæteri perfidi qui domesticos fidei aspernantur & catholicorum doctrinas, disputationes ac inuasiones contumaciter paruipendunt, & tamen per dei auxilium miraculose

2. Cor. 6

4. Reg. 6

Phil. 4

Roman. 6

Eccl. 2

B vincuntur. ¶ Deniq; inuisibiles hostes spernunt nos, tanquàm mures. Et sicut mures capiuntur muscipula pedibusq; catorum, sic dæmones suarum tentationum astutiis nos inuoluunt, & virium suarum crudelitatibus capiunt & occidunt. Et sicut catus ludit cum mure ferociter, sic dæmones ludunt nobiscum sæuissime, dum per delectationes & ludicra nos pertrahunt ad inferna. Et respexerunt speculatores Saul, quia præfatũ triumphum fidelium considerant boni pastores ac pdicatores feruentes, & cum cum gaudio annuntiãt suo superiori, quo cognito ille cũ suis inflãmat ad succurrendũ tam fructuose præsidentibus aut sermocinãtibus, & applicat sibi arcã. i. ex sacra scriptura sumit consiliũ & doctrinã, quał'r sit procedendũ, sicq; venit ad locum certaminis, in quo contra aciem vitioꝝ præliari oportet. Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusq; ad proximum suum & cędes magna nimis. Istud assidue lamentabil'rq; implet, dum vnusqsq; animã proximi sui venatur ad mortem, & homines scinuicem scãdalizãt, & vitiose inflammãt ad concupiscendum verbis & factis, gestu, incessu ornatibus, imo & omissionibus, sicq; quotidie innumerabiles pereũt. Sed & Hebræi q fuerũt cũ Philistiim, reuersi sunt, vt essent cum Isrł. Multi etenĩ alioꝝ exemplo conuertunt ad dñm relicta societate iniqua, & q aliquãdo timuerũt spũalia aggredi bella ex alioꝝ profectu & pseuerãtia animant, aggrediunturq; ardua virtutum molimina. Adiurauit aũt Saul ppl'in, dicens: Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis, sic prælatus seu prædicator ppl'm debet inducere ad abstinentiã atq; ieiunia, vt per inuisibiles superet hostes, & tãto studiosius insistat, ac suos isistere faciat virtutibus, quãto acrius à dæmonibus fuerãt impugnati aut læsi. Nã & de pessimis qbusdã spiritibus Chr'us testatur:

Mich. 7

Mar. 9

C Hoc genus dæmonioꝝ in nullo potest exire, nisi in orõne & ieiunio. Cumq; ppl'us sic abstinet & ieiunat, occurrit & repræsentat ei mel copiosum, q a tunc dæmones proponũt eis delectabilia mũdi & carnis, à quibus interdum etiam boni instar Ionathæ alliciunt & seducunt, nec informationi & increpationi mox acquiescunt, imo interdum eis apparet, q illuminent oculi eoꝝ ex talibus, dicentes: Qui non est expertus quid scit? Et: Vbi abundauit iniquitas, abundat & gr̃a. Illuminant etiam ex talibus eo modo quo oculi primoꝝ parẽtum aperti sunt in esu vetiti fructus, quia ex sua transgressione experimental'r discunt & sentiunt, quàm malum & damnosum sit ipsis diuina violasse præcepta. Defatigatus est autem ppl'us nimis &c. sic frequenter contingit, quod fideles ieiuniis & spiritalibus actibus fatigati excedunt in refectione & repausatione carnali, & manducant cum sanguine. ¶ Insuper per hoc quod Saul proprio filio noluit parcere, prælati ac iudices instruuntur sine personaꝝ acceptione iustitiam exercere. Per hoc vero quod Ionathas propter alia sua laudabilia opera liberatus fuit à ppl'o ne moreret, q bonis hominibus non ex malitia lapsis aut semel deceptis sit special'r condolendum, & quãtum congrue poterit fieri, ignoscendũ. Nam & deus multis parcit, grãmq; largit, ppter eoꝝ pcedentia merita, quàmuis ad tempus mortificata, seu propter eorum occulta opera ex suo genere bona. At Saul confirmato regno suo sup Isrł, pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius, sic quilibet præsidens Christianus debet esse omni virtute armatus, & præliari contra vniuersos nequissimos spiritus à quibus vł ipse vł hi, quibus præsidet, impugnantur, vtpote virtute humilitatis contra superbiæ spiritum, virtute castitatis ac sobrietatis, contra spiritum gulæ & fornicationis, virtute liberalitatis, contra spiritum cupiditatis. Sicq; de aliis. Erat autem bellum potens aduersus Philistæos oĩbus diebus Saul, sic bono pręsidẽte plato aut strẽnuo iperatore Remp. gubernãte, acerrimũ gerit bellũ contra visibiles aut inuisibiles sanctę fidei inimicos. Nam quẽcũq; viderat Saul virũ fortẽ & aptũ ad pliũ, sociabat eũ sibi.

Eccl. 34

Roman. 5

Gene. 3

Deuter. 1

Hoc ad

Hoc ad literam regibus atq; principibus est sectandum. Spiritaliter quoque episcopi & cæteri maiores prælati suis collegijs ac familijs & numero sui cleri debent gratis ac sapienter adiungere literatas & virtuosas personas, quibus dumtaxat conferre debent præbendas, dignitates, & parrochiales ecclesias, quorum cooperatione, consilio, opere, prudentia & virtute cunctis valeant hostibus præualere. Quidam vero instar Pharaonis masculos necant, fœminasq; reseruãt, quia indoctos promouent & carnales, deuotos vero & sapientes refutant. D

Exo. 12

¶EXPOSITIO CAPITVLI DECIMIQVINTI.

Et dixit Samuel ad Saul. Art. XXIX.

1. Regū. 9 — Recitatur hic qualiter Saul expugnauit Amalechitas & quõ circa hoc dire peccauit. Et dixit Samuel ad Saul: Me misit dñs, i. direxit, vt vngerem te regẽ sup pplm eius Isrl. Ideo mihi credere & acquiescere debes. Supra legit dñs dixisse ad Samuelem: Mittã ad te virũ de terra Beniamin, & vnges eũ ducem sup pplm meũ Isrl. Si ergo dñs misit Saulem ad Samuelẽ, vt Samuel vngeret illũ, quõ misit Samuelẽ ad Saul pro causa illa? Et respondendũ, q missio qua dicit dñs mittere vates suos seu alios ad aliqd, nõ est semp intelligẽda de missione locali, sed sępe potius de directione mentali. Vnde infra tertio libro, Achias propheta senex & cæcus sedens in domo sua, dixit vxori Hieroboam venienti ad se. Ego missus sum ad te durus nuntius. Sic & Abdias in exordio suæ visionis loquit de seipso: Legatũ ad gentes misit dñs. Nunc ergo audi vocem dñi, hoc est, præceptũ quod tibi per me præcipit dominus, & noli circa istud inobediens fieri, sicut iam circa alia excessisti. Hæc dicit dñs exercituũ: Recensui quęcũq; fecit Amalec Israeli. Quomodo restitit ei in via cũ ascenderet de Aegypto, i. recordatus sum malorũ pœnalium, quæ rex & pplus Amalechitarũ intulerunt filijs Isrl in deserto egressis de Aegypto, quemadmodũ scriptũ est in Exodo: Venit Amalec & pugnauit contra Isrl in Raphidim, quod in Deuteronomio plenius recitat, dño ibi iubente: Memento quæ fecerit tibi Amalec in via, & extremos agminis tui, q lassi residebãt, ceciderit, qñ tu eras fame & labore confectus.

3. Regū. 14 · Abdiæ. 1 · Exodi. 17 · Deute. 25 · E

¶Deniq; qñ deus pctã nostra vlciscit, dicit ea recensere, seu ad memoriã reuocare, sed dũ ea dimittit, vltionem ve differt, dr ea quodãmodo obliuisci. Nũc ergo vade, & pcute Amalec, & demolire, i. destrue vniuersa eius, vc; vrbes & habitacula. Nõ parcas ei, nec regi nec populo, nec cõcupiscas ex rebus ipsius aliqd, sed interfice, p te & tuos ministros a viro vsq; ad mulierem & paruulũ, atq; lactentẽ inclusiue, i. vniuersos viros, & mulieres, atq; infantes, bouẽ & ouem, camelũ & asinũ, i. vniuersa pecora eorũdem. ¶Circa hoc querit, qualiter istud conueniebat diuinæ iustitiæ, q propter parentũ tã diu defunctorũ iussit occidi posteritatẽ eorũ, pssertim fœminas & puellas ac paruulos, imo & pecora, cum infantes & iumenta fuerint prorsus innoxia. Respondet, q propter peccata parentũ enormia deus frequenter pcussit illorũ posteritatẽ, inquantum posteri scdm carnem descenderunt ab illis, & erant aliquid suorũ parentũ, ita q parentes puniebant in eis, & q a suorũ parentum sequebant excessus, consenserũtq; eis, atq; in detestatione paternorũ facinorũ. Propter quod paruuli quoq; & pecora trucidabant. Nec in hoc paruulis præiudicabat, qui & propter originale peccatum erãt mortis debitores, & expediebat eis tunc mori, q a si ad ætatem peruenissent adultã, patrum suorũ, secuti fuissent facinora, æternaliterq; perissent. Et ne in virili ætate efficerent pplo dei nimis molesti. At vero pecora propter homines facta sunt, ideo de eis est disponendum secundum merita, vel demerita, seu congruentiam hominum, quia de medijs secundum exigentiam finis disponitur. Refert quoq; magister in historijs. Sunt qui dicunt Amalechitas fuisse maleficos ac habuisse peritiam se vertendi in pecudes, ideo ne sub forma illa euaderẽt, dominum præcepisse, vt pecora quoq; perirent. Hoc idem Rabbi Salomon asserit, vt recitat Lyra, quod tamen dicit esse fictitium. Nihilominus Augustinus libro de ciuitate dei multa narrat de huiusmodi transformatis, certumq; est multos gentilium fuisse intentos huiusmodi magicis artibus. Præcepit itaq; Saul populo, hoc est, Saul per literas aut nuntios populo Israelitico iussit ad certum locum confluere & esse paratum ad pugnã. Siqdem verba dei p Samuelem sibi denũtiata, eis significauit, & recensuit eos, i. numerauit & ordinauit, seu cõueniẽter disposuit quasi agnos, hoc ẽ ad libitũ suũ, ita q obediebãt sibi, & sub eius regimine ibãt, quẽadmodũ agni sub virga pastoris, ducenta milia peditũ, & decem milia virorũ Iuda. Viri de tribu Iuda communiter numerant seorsum, tanq̃ potentiores, nobiliores, & amplius bellicosi. Non est aũt putãdum, q in tribu Iuda nõ fuerint ptunc, nisi decẽ milia virorũ, & in cęteris tribubus nõ nisi ducẽta milia. Cũ in bello contra Nahas regẽ Ammonitarũ fuerint triginta milia virorũ Iuda, & trecenta milia de tribubus alijs, vt supra, sed Saul hac vice cum præfato numero contentus fuit, præsertim cum ex diuina promissione esset de victoria certus. Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalec, in regno Amalechitarũ fuerũt plurimæ ciuitates, idcirco per ciuitatem Amalechic intelligitur vel metropolis regni, vel vrbs prima in via occurrens, vel per singulare designatur plurale,

Dec. Co. · histo. lib. 1. Re. ca. 14 · R. Salo. · Augustiñ. · 1. Reg. 11 · F

Letendit

A tetendit insidias in torrẽte. Dixit Saul Cineo .i. posteris natis ex Iethro, qui alio noĩe cognominatus est Raguel, & Cin, cuius filia fuit Moysi vxor, vt in libro Exodi habet, ex cuius videlicet Exo. 2
Raguelis semine natus est Rechab. Abite corde, recedite corpore, atq; discedite cũ proposito nõ redeundi, ab Amalec, ne forte inuoluã te cũ eo .i. ne aliqui de pplo meo improuise aut casualiter noceant vobis cũ cæteris habitatoribus terræ huius. Cũ pluralr pmisisset, abite, cur singulariter subdit, te, nisi forsan ad aliquẽ eminentiorẽ inter Cineos id specialr dixerit. Tu eñ fecisti .i. pater tuus Iethro seu Obab frater vxoris Moysi, quẽ tñ Obab quidã dicũt fuisse ipsum Iethro, qbus obuiare videt illud Num. Dixit Moyses Obab filio Raguel, &c. fecisti misericordiã cũ oĩbus filijs Israel cũ ascenderẽt de Aegypto, qm̃ Iethro salubre consiliũ pstitit Moysi, vt in Exodo describit, Obab vero ductor fuit filiorũ Israel in deserto, vt in Num. scriptũ est. Et recessit Cineus de medio Amalec, sicq; deinceps habitauerũt Cinei inter filios Isrl. Percussitq; Saul Amalec ab Heuila donec venit ad Sur, q̃ est è regiõe Aegypti .i. ab vna extremitate regni ad aliã, queadmodũ in Deut. iusserat Moses, dicẽs: Cũ dñs dederit tibi requiẽ, delebis nomẽ Amalec de sub cœlo. Et apprehẽdit Agag regẽ Amalec viuũ, quẽ & viuentẽ secũ duxit ad ppria ad ostensionẽ suæ victoriæ, q̃d fuit superbiæ, vel vt multa extorqueret à rege capto p ipsius dimissiõe, q̃d fuit auaritiæ. Veruntñ Iosephus velle videt, q Saul pepercit & misertus fuit ipsi Agag propter pulchritudinẽ eius. Omne aũt vulgus, imò & nobiles interfecit in ore gladij .i. acumine ensis. Et pepercit Saul & pplus Agag & optimis gregibus ouiũ & armẽtorũ, vestibus & arietibus & vniuersis q̃ pulchra erant, nec voluerũt dispdere ea. Quicqd vero vile fuit & reprobũ, hoc demoliti sunt. Factũ est aũt verbũ dñi .i. dñs p angelũ dixit ad Samuelẽ, dicẽs: Pœnitet me q cõstituerim Saul regẽ .i. p modũ pœnitẽtis me habeo circa hoc, reprobãdo quẽ an-
B te approbaui ac promoui ad regnũ. Cõstat aũt q in inuariabili, supsapientissimo & incõprehẽsibili deo nõ cadat dolor seu pœnitẽtia, sed more hũano loquit deus hoibus, qa dereliquit me p mentis suæ auersionẽ à me p inobedientiã, arrogãtiã & cupiditatẽ, & verba mea ope nõ impleuit. Cõtristatusq; est Samuel. Et clamauit Samuel ad dñm tota nocte. Vnde apparet, q in ipsa nocte facta sit ei alloquutio ista. Non dicit hic, q clamauit ad dñm pro Saul. Ideo aliqui dicunt, q sciens Samuel Saulem reprobatũ, clamauit .i. feruenter orauit pro regno & populo. Nihilominus dicendũ q etiam clamauit pro Saule, vt infra in isto patet cap. Orauit ergo vt dominos ignosceret Sauli. Circa quod aliqui dicunt, q Samuel forsitan ignorauit an ptacta verba, videlicet, pœnitet me, dñs dixerit diffinitiue, an cõminatorie, quibus obuiare videtur quod supra Samuel dixit ad Saul: Nequaquã vltra regnũ tuũ cõsurget. Quæsiuit sibi dominus virum secũdum 1. Regũ 13
cor suum & pręcepit ei vt esset dux super populũ suum, quod propter certitudinem prophetiæ Samuel pdixit de Dauid futurũ per modum pteriti, sicut ibidem expositũ est. Cumq; de nocte surrexisset Samuel vt iret ad Saul mane, nuntiatũ est Samueli, q venisset Saul in Carmelum .i. ad montem illũ sublimem, & erexisset sibi fornicẽ triumphalem, sequẽs in hoc arrogantiam gentiũ .i. arcum de myrtis & palmis seu oliuis in signũ adeptæ victoriæ, sicq; in monte illo inuenit materiam fornicis huius. Et in isto patet superbia Saul, qui ad iactantiam suã hoc fecit. Cum illam victoriã debuerit humiliter deo asscribere, & reuersus transisset, descendissetq; in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul in Galgala, & Saul offerebat holocaustũ domino per manus sacerdotis pro gratiarum actione de concesso triumpho secundũ legem, quãuis non fecerit hoc ex pura & debita humilitate, de initijs prædarũ, quæ atulerat de Amalec .i. de primitijs spoliorũ seu optimis spolijs acquisitis ab Amalechitis. Et cũ venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Bñdi-
C ctus tu domino .i. ad gloriam dei, impleui verbum .i. pceptum dñi de occidendis Amalechitis. Dixitq; Samuel, probãdo falsitatẽ sermonis Saulis. Et q̃ est hęc vox gregũ .s. boum & ouiũ, quæ resonat in auribus meis, & armentorũ quã audio? quasi dicat, per experientiam innotescit, q nõ implesti dei pceptũ, qui pecora & omnia Amalechitarũ iussit occidi. Ait Saul se excusando & populũ accusando, imò & excusando partim eundem. De Amalec adduxerunt ea. Pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur domino deo tuo: reliqua vero occidimus. Ait autem Samuel ad Saul: Sine me .i. pacifice audi me, & indicabo tibi quæ loquutus sit dominus ad me nocte. Dixitq; ei: Loquere. Et ait Samuel: Nonne cũ paruulus esses in oculis tuis .i. vilis & modicus propria reputatione, caput in tribubus Israel factus es .i. rex duodecim tribuum Israel. Ideo sicut per humilitatem meruisti sic promoueri, ita per arrogantiam tuam iam meruisti regno priuari.

Vnxitq; te in regẽ super Israel, & misit te dominus in viam, & ait: Vade & interfice peccatores Amalec & pugnabis cõtra eos vsq; ad internitionẽ eorũ. Quare ergo non audisti vocẽ domini, sed versus ad prædam es & fecisti malum in oculis domini? Et ait Saul ad Samuelem, se pertinaciter excusando, Imo audiui vocem domini, & ambulaui in via per quã misit me dñs, & adduxi Agag Amalec. In hoc Saul seipsum accusat, qm̃ dñs iussit ipsum Agag vna cũ populo suo interfici, & Amalec interfeci. Tulit aũt de pda pplus oues & boues. Hic rursus imponit pplo q̃d ipse fieri iussit aut saltẽ pmisit, q̃d tñ debuit prohibere, & primitias eorũ q̃ cæsa sunt vt imolẽt

Marginal references: Exo. 2; Nume. 10; Exo. 18; Numer. 10; Deut. 25; Iose. lib 6 an. iu ca. 8

dño deo ſuo in Galgalis.⌋ verũtñ illa non fuit principalis.totave cauſa,imo ex cupiditate,magis q̃ D
ex deuotione fecerunt hoc.⌊Et ait Samuel:Nunq̃d vult dominus holocauſta & victimas,& non
potius vt obediatur voci domini.⌋ quaſi dicat vtiq;. Præſertim,qm̃ ſacrificia illa legalia non erãt
per ſe accepta,ſed ex obeditione,charitate & deuotione offerentiũ ea,ideo quãdo contra obediẽ-
tiam offerebantur,prorſus diſplicuerunt,ſicut in caſu iſto. Obedientia autem per ſe placet, p quã
homo ſeipſum & propriam voluntatem offert ac ſubijcit deo quod magis fuit q̃ pecora,alienã'q;
carnẽ deo ſacrificare. Et intelligitur iſtud de obediẽtia ſeu potius actu ipſius interiori,prout obe
dientia eſt virtus ſpecialis reſpiciens præceptũ ſuperioris ſub propria ratione præcepti. Alio mo-
do obedientia eſt virtus generalis,dum ſumitur pro adimpletione cuiuſcüq; præcepti. ⌊Melior
enim eſt obediẽtia q̃ victimæ.⌋ præſertim obediẽtia qua propria mens ſubditur deo,⌊& auſcul-
tare⌋ mãdata ſuperiorũ cum promptitudine cordis,⌊magis⌋ bonũ eſt,⌊quàm offerre adipem
arietum.⌋ & recte exprimit ſpecialiter adipẽ,q̃a præcipue offerebatur, iuxta illud Leuitici:Omñis
Leuitic. 1. adeps domini eſt iure perpetuo,⌊quoniã quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare,⌋.i.præcepto
ſuperioris reſiſtere & reniti. Propriam inobedientiam palliando ſeu alio modo tam graue eſt cri-
mẽ vt ariolari,quod eſt genus ſuperſtitiõis ſeu ſpecies magicæ artis,⌊& quaſi ſcelus idololatriæ⌋
Rom 16.1. eſt,⌊nolle acquieſcere⌋.i.ex propoſito & certa malitia eſſe inobedientem. Quẽadmodum enim
ariolator atq; idololatra ſeruiunt creaturæ magis q̃ creatori,ita qui ſic inobediẽs eſt,magis audit,
colit,honorat voluntatem propriam quàm diuinam. Hoc teſtimonium,ſicut in ſtatutis ordinis
Carthuſienſis aſſeritur,ſufficientem habet obedientiæ laudem, ſufficientem quoq; inobedientiæ
vituperationem. Hinc loqtur Paulus:Qui poteſtati reſiſtit,dei ordinatiõi reſiſtit. Salomon q̃q;
Roma. 13. Melior(inquit)eſt obedientia q̃ victimæ. Itẽ'q;:Vir obediẽs loquitur victorias. Deniq; verbis his E
Eccles. 4
Prouc. 21. Samuelis pulchre conſonat illud Micheæ:Nunquid placari poteſt dominus in milibus arietum,
Michæ 6 aut in multis milibus hircorũ pinguium? Indicabo tibi homo quid ſit bonum aut quid dominus
requirat à te,vtiq; facere iudicium & ſolicitum ambulare cum deo.⌊Pro eo ergo q abiiciſti ſer-
monem domini⌋.i.dei præceptum tranſgreſſus es,& illud de corde tuo repuliſti,⌊abiecit te do-
minus⌋.i.decreuit abijcere,& certiſſime abijciet in ſobole tua,⌊ne ſis rex.⌋ Nẽpe cũ pœna de-
beat culpæ correſpondere,iuſtum eſt,vt qui deũ inhonorat,& eius paruipendit præcepta,depri-
1. Regũ 2 matur & vilipendatur ab eo. Iuxta quod ſupra dixit: Quicũq; glorificauerit me,glorificabo eũ,
qui autem contemnũt me,erũt ignobiles.⌊Dixit'q; Saul ad Samuelẽ:Peccaui,quia præuaricatus
ſum ſermonem domini & verba tua⌋quæ erãt verba dei. Saul ambitioſus audita ſuæ depoſitionis
ſentẽtia territus fuit & cœpit ſe humiliare potius ficte,& ex ſeruili timore ſuæ temporalis confu-
ſionis,q̃ ex vera charitate,humilitate,contritione'q; cordis,& forſan ſuſpicabatur ac metuebat,q
Samuel ex dei præcepto mox aliũ conſtitueret regẽ,⌊timens populũ⌋ qui timor ex praua pro-
ceſſit radice,ſiquidem quia ſuperbus fuit & amator propriæ laudis,ac humani fauoris,formida-
uit populo diſplicere,ne minus ſolito honoraretur & commẽdaretur à plebe,⌊& obediens⌋.i.
acquieſcens,⌊voci⌋.i.ſuggeſtioni,⌊eorũ⌋ perſuadentium mihi q meliora & pretioſiora reſer-
uarentur.⌊Sed nũc quæſo porta peccatum meum⌋.i condole mihi & culpã meã pie ſuffer & ſa-
tisfac pro eadẽ,⌊& reuertere mecũ vt adorem dominum,⌋ quatenus ex tua præſentia exaudibi-
lior fiat oratio mea,te per tuã orationem ſupplente meũ defectum,⌊& ait Samuel ad Saul Non
reuertar tecũ⌋. Hoc dixit Samuel,quia pro tũc ita intendebat,quãuis paulo poſt ad magnã Sau-
lis inſtantiam mutauit propoſitũ,ideo non mentiebatur formaliter. Vel dicere voluit,q non re-
diret cum ipſo pro tũc. Cui ſimile eſt,quod apud Iohannẽ ait Saluator:Ego non aſcendã ad diẽ F
Jobã 7 feſtum hunc,& tamẽ paulo poſt aſcẽdit ad eum. Vel,non aſcendã tecum vt orem pro te, eo mo-
do quo optas,vt.ſ.deus,ita ignoſcat tibi,q in regno permaneas in ſobole tua, qm̃ Samuel ſciuit
deum oppoſitum diffiniuiſſe. Et huic expoſitioni concordat quod ſubditur,⌊quia proieciſti ſer
monẽ domini,& proiecit te dominus ne ſis rex ſuper Iſrael. Et conuerſus eſt Samuel vt abiret.
Ille aũt⌋ videlicet Saul,⌊apprehendit ſummitatem pallij eius⌋ vtpote Samuelis,q verterat ſe ad
recedendum vt retraheret eum,⌊quæ & ſciſſa eſt⌋ ex vi retractionis.⌊Et ait Samuel ad eũ: Sci-
dit⌋.i.hac ſciſſione pallij mei præfigurauit,⌊dominus⌋ ſcindendũ eſſe,⌊regnũ Iſrael à te ho-
die⌋ hoc inquam hodie præſignauit,⌊& tradidit⌋.i.tradet ſeu tradere diffiniuit,⌊illud proximo
tuo meliori te,⌋.ſ.ipſi Dauid,qui vel tunc erat,aut futurus fuit virtuoſior Saule.⌊Porro trium-
phator in Iſrael⌋.i.deus omnipotens,cuius virtute & gratia cõceditur victoria Iſraeli,& cui oĩs
aſcribenda eſt victoria. Cũ tamẽ tu victoriã à deo conceſſam tibi plus q̃ licet aſſcripſeris,⌊non
parcet⌋.i.præfatam pœnam non relaxabit,quia immobiliter ſtatuit,q in tua ſucceſſione regalis
principatus non pmanebit. Vel,non parcet,q̃a non permittit peccatum omnino inultũ trãſire,
Job. 14 qui nullum bonũ dimittit irremuneratũ,nullũ'q; malum impunitum,ſecũdum illud in Iob:Deus
inultum abire non patitur. Nihilominus vere pœnitentibus culpã dimittit,imo & pœnã æternã
Sapiæ. 11 quam meruerunt,commutat in temporalem. Hinc in libro Sapientiæ dicitur deo. Ob hoc quòd
omnium dominus es omnibus te parcere facis,q̃d etiam ideo dictum eſt, qm̃ deus citra cõdignũ
punit,tam in purgatorio q̃ in inferno,⌊& pœnitudine nõ flectetur⌋ quia in incommutabili deo
non po

A nō pt cōsistere pœnitudo, dolor seu pœnitētia ꝓprie dicta, de sniā ab ipso ꝓlata. Nec etiā flectit pœnitudine nostra, ita vt in seipso mutet, vel reuocet quod diffiniuit. Quamuis in Genesi legat, ꝙ tactus dolore cordis intrinsecus, dixit, Pœnitet me fecisse hominē, quod metaphorice intelligendū est, sicut & multa similia. Porro super eos qui nō habent contritionem ex corde, sicut nec Saul, hac vice non parcit nec flectitur dominus, iuxta illud Deuteronomij: Reddit odientibus se statim ita vt disperdat illos, & vltra non differat, protinus eis restituens quod merentur. Neq; ēm homo est in propria natura, vt agat pœnitentiam, sed est inuariabile & supersimplicissimum ens, qui per Malachiam protestatur: Ego dominus & non mutor. Hinc in Numerorum libro Balaham ait: Nō est deus quasi homo vt mētiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Deniq; cum deus sit sapientiæ infinitæ, omnia æternaliter perfectissime Intuens, nō potest in eum cadere pœnitentia de eo quod dixit aut fecit. At ille ait: Peccaui. Sed nūc honora me corā senioribus populi mei & corā Israel. Si ex condigna & profunda humilitate dixisset, peccaui, nō tam sollicitus fuisset de sua honoratiōe, imò pro publico peccato coram oībus publice se humiliasset, honore ꝙ regio se recognouisset indignū, & reuertere mecū, comitando & sequendo me tanquā regē, vt adorem dnm deū tuū. Reuersus ergo Samuel, sequutus est Saulem, propter regiā dignitatem condescendens, ac deferens ei tanq̃ vicario regis altissimi. At vero sup illud, Scidit dñs regnū à te, narrant quidā Iudæi, ꝙ Samuel contulit Sauli signum tunc, dicens: Ille regnabit pro te qui abscindet oram chlamydis tuæ. Vnde cum Dauid fecisset hoc, loquutus est Saul ad eum: Nunc scio ꝙ certissime regnaturus sis. Et adorauit Saul dominū. Samuel quoq; rogauit pro ipso. Dixitq; Samuel: Adducite ad me Agag regē Amalec. Et oblatus .i. adductus est ei Agag pinguissimus tremēs ex formidine mortis, q̃ omnium terribiliū terribilissimū est, & dixit Agag: Siccine separat amara mors. Quidā exponunt tanq̃ dictū à Samuele, vt sit sensus, ꝙ Samuel dixit Agag .i. ipsi Agag regi, siccine .i. sic ne separat amara mors .i. timor mortis amaræ sensum & animū tuum à te, qui præ mortis horrore es quasi alienatus à sensu & impos mentis. Secundo exponitur, tanquam dictum ab Agag, qui cernens se occidendum, ex desolatione & admiratione tanti infortunij sui loquutus est, Siccine separat amara mors .i. sic ne diuidit mors acerba viuentem à societate & loco viuorum, quasi dicat, vtiq;. Et ait Samuel: Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus .i. sicut tu multos iuuenes occidisti, per quod matres eorum priuasti filiorum suorum solatio. Quidam tamē exponunt hoc de Agag in persona regis Amalechitarū, qui tempore Moysi quosdam filiorum Israel in deserto occidit & matres eorundem filijs suis priuauit, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua .i. tu quoq; nunc interficieris, quo facto, mater tua absq; filijs erit. Dicunt autem nonnulli, quod mater huius Agag iam inter alios Amalechitas fuit occisa. Sicq; per verba ista insinuatur, quod nullus ex filijs illius esset superstes, ipso Agag occiso, quia etsi habuit alios, iam fuerunt occisi. Et in frusta concidit eum Samuel coram domino in Galgalis, non simpliciter concidit eum in frusta, sed coram domino fecit hoc .i. virtuose & zelo iustitiæ, nō ex crudelitate aut amore inordinatę vindictę. Nā sicut fecerat Agag, sic factum est ei. Abijt autem Samuel in Ramatha, Saul vero ascendit in domum suam Gabaa, & non vidit Samuel vltra Saul vsq; ad diem mortis suæ, quod ait, vsq; ad diem mortis suæ, referri potest tam ad mortem Samuelis, quàm Saulis. Potest quoq; intelligi vel inclusiue vel exclusiue, sed quocunq; horum intelligatur modorum, non videtur posse verificari, cum infra scriptum sit quod Saul cum cæteris prophetauit coram Samuele. Ad quod respondetur, quod Samuel vidit tunc Saulem non in regio apparatu, sed prophetica dispositione. Insuper Saul morti vicinus, vidit Samuelem suscitatū ad horam. Si tamen vere in sua persona apparuit, & Samuel Saulem vidit. Alij quoq; dicunt, ꝙ Saul cum cæteris venit ad Samuelem in extremis laborantem, cum infra scriptum sit: Mortuus est autem Samuel & congregatus est ad eum vniuersus Israel. Sed istud nō videtur verū, quia congregatio illa potius facta est ad sepeliendum honorifice Samuelem. Potest etiam dici, quia quod modicū est, pro nihilo reputat. Vnde si postea vidit eum, hoc fuit quasi in transcursu seu incidētaliter & sine affatu. Veruntamē lugebat Samuel Saul, qm̄ dñm pœnitebat, ꝙ constituisset regē Saul super Isrł .i. peccata Saulis defleuit & ipsum propter sua peccata, per quæ meruit ita reprobari à dño, & ita quem increpauit in publico, deplorauit in abdito, quo constat, ꝙ ex charitate prodijt increpatio illa.

Marginal references (right margin, in order): Gene.6; Deut.7; Malac.3; Nume.23; 1.Regū.24; Exo.17; 1.Regū.19; 1.Regū.28; 1.Regū.25

B (left margin, at "gag pinguissimus tremēs"); C (left margin, at "quod Saul cum cæteris prophetauit")

¶De tropologia eiusdem cap. XV. Arti. XXX.

PEr Amalec designantur dæmones & tyranni, hæretici & omnes iniqui qui impugnant filios Isrł ex Aegypto egressos in deserto ac solitudine existentes .i. electos & bonos vitia seculi relinquentes seu religionem ingressos, qui in deserto .i. in abstractione & secreto pœnitentiæ ascendunt ad terram æternæ hæreditatis seu cœlestis promissionis. De qua dicitur: Credo videre bona domini in terra viuentiū. Præcepit ergo dominus principibus & prælatis vt talibus Amalechitis inferant pugnam & quicquid vitiositatis in ipsis est, demoliant atq; ipsoꝝ confutent errores, persequutionesq; superent & tentamenta elidant, imo quæ preciosa reputantur ab illis penitus aspernentur, videlicet prospera mundi, honores, opes, delitias, nec. Psalm.26

vllo modo cum ipsis communicent in peccatis. Itaq; Saul, id est, principes & prælati, imo & cũ- D
cti vere Christifideles contra illos tendunt insidias in torrente, id est, in profluuio lachrymarũ,
in aqua sapientiæ salutaris, in consideratione dominicæ passionis, quia per hæc superant acies vi-
tiorum, satanamq; prosternunt, & suæ salutis aduersarios vincunt. Dicunt quoq; Cineo, vt ab
Amalechitis discedat. Nam inter iniquos commorantur communiter aliqui boni, qbus est per-
suadendũ, vt à periculosa se retrahant societate, & ad minus mente elongẽtur ab illis, ne cum per-
Psal. 17. uersis peruertantur. At vero per hoc q Saul pepercit Agag regi & melioribus Amalechitarũ pe-
coribus & rebus eorũ pretiosis, datur intelligi, q hi qui alijs præsunt, frequenter periclitant, dum
ad ea quæ mũdi sunt, immoderate afficiũtur atq; hominibus placere desiderant, & propria com
moda quærũt, imo magnatibus adulantur, sicq; vel amore vel timore aut cupiditate seu deside-
rio propriæ laudis omittũt fraternæ correptionis implere præceptũ, & huic seculo conforman-
tur. Hinc tales prælatos ac principes reprobat dominus, eo q non sint ei plene infideles, & pœ-
nitet eũ q ipsos in officijs prælaturæ locauerit. Ipsi vero frequẽter arbitrant se iustos, & si corri-
piantur, mox se excusant & indignant, aliosq; inculpant. Malũt tamen se superficialiter humilia-
re qu im de stationibus suis expelli. Præterea vnicuiq; q in promotionis suæ primordio fuit hu-
milis, procedenteq; tempore videns se quasi radicatũ in præsidentia, assumit sibi arrogantiæ cor-
nua, dici potest. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in Israel factus es. Nũc autem, qa
Eccl 10 extollis te, reprobari à domino promereris. Vnde in Ecclesiastico legitur: Sedes ducum super-
borũ destruxit dominus & sedere fecit mites pro eis. Insuper docemur ex isto capitulo quantæ
excellentiæ sit virtus obedientiæ quæ & in religiosis potissime commendatur. Imo quemadmo-
dum vniuersi qui præsunt, volũt sibi à suis subditis obtemperari, sic ipsi in primis cum omni re- E
uerentia ac diligentia diuinis obediant iussis & sibi commissos ad idem inducant, quos & à trans-
gressionibus districte cohibeant, ne inuoluantur eorũ excessibus, nec irrationabilibus vulgi sug-
gestionibus acquiescant.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI XVI. Dixitq; dominus ad Samuelem. Art. XXXI.

REprobatione Saulis recitata, nũc describitur substitutio electi regis pro
illo. ⌊Dixitq; dominus ad Samuelem: Vsque quo tu luges Saul, ⌋ i. re-
probationem eius à regni dominio deflẽs, compatiendo amotioni ipsi-
us, ⌊cũ ego proiecerim eũ, ne regnet sup Israel? Imple cornu tuũ oleo ⌋
tali quali mungi solent reges atq; pontifices, vt dictũ est plenius in ex-
positione superiorũ, ⌊& veni ⌋ ad me spiritali accessu per promptitu-
1. Regũ. 10. dinem cordis, ⌊vt mittam te ad Isai Bethlehemitẽ, ⌋ hoc est, ciuem &
habitatorem oppidi Bethlehem. Superius dictum est, q Samuel vnxit
Ibidẽ Saulem oleo lenticulæ, quæ est vas fictile, quod mystice factũ videtur,
ad præfigurandũ instabilitatem & fragilitatem regni Saul. Dauid vero
vngi iubetur oleo cornu, ad præsignandũ regni sui soliditatem, quoniam cornu vas solidum est. F
Oleũ tamen fuit eiusdem speciei, qa in vtrisq; fuit eadem specie dignitas regia. ⌊Prouidi enim in
filijs eius mihi regem. Et ait Samuel: Quomodo vadam ⌋ quasi dicat periculosum est mihi hanc
exequi iussionem, nisi tu prouideris, & congruentem mihi ostenderis modũ. ⌊Audiet enĩ Saul ⌋
q aliũ vnxerim regem, ⌊& interficiet me ⌋ nisi tu protexeris me. Hoc Samuel dixit, non diffidẽ-
ter aut temere asserẽdo, aut mortẽ superflue formidando, sed prudẽter conijciendo, qa probabi
le erat secũdũ humanam considerationem q sic eueniret. ⌊& ait dñs: Vitulum de armento tolles
in manu tua ⌋ i. tecũ duces, ⌊& dices. Ad immolandũ domino veni. ⌋ hoc ita erat. Fuit tamen &
alia causa principalior quã caute subticuit. Veritas quippe interdũ rationabiliter occultatur, quis
falsitas nũquàm sine culpa proferat. ⌊Et vocabis Isai ad victimam, ⌋ vt ipse & filij eius intersint
oblationi, ⌊& ego ostendam tibi qd facias: & vnges quemcũq; monstrauero tibi. Fecit ergo Sa-
muel sicut loquutus est ei dñs. Venitq; in Bethlehem. Et admirati sunt seniores ciuitatis. ⌋ Bethle-
hem, de hoc q Samuel venit ad eos, ⌊occurrentes ei ⌋ cũ reuerẽtia. Mirabant aũt, tum qniam so
litarie venit, aut cũ paucissimis, tum quoniam raro venerat illuc. Siqdem sanctus & senex pro-
pheta nõ consueuit quoquam pergere, nisi ex ardua causa. ⌊Dixeruntq;: Pacificus ne est ingressus
tuus? ⌋ Hoc interrogauerũt timẽtes ne eũ suscipiẽdo offenderẽt regẽ quẽ sciebant non bene sta-
re cũ Samuele. Vel, metuebãt q missus esset à deo vel à rege, ad increpandũ vel ad denuntiandũ
aduersa. ⌊Et ait: Pacificus ⌋ quasi dicat. Non imminet vobis periculũ ex meo aduẽtu. ⌊Ad im-
molãdũ dño veni. Sanctificamini ⌋ i. ad deuotionem specialem vos præparate per orationes, ve
Numer. 8. stium lotiones, continẽtiam à coniugibus aut simili modo consueto in lege, ⌊& venite mecũ vt
immolem ⌋ in excelso quod licuit Samueli, quamuis sacerdos non fuerit, sed Leuita ex dispen-
satione diuina. ⌊Sanctificauit ergo ⌋ Samuel, ⌊Isai & filios eius aspergendo eos aqua lustratio-
nis, & orando pro ipsis exhortando eos ad deuotionem, ⌊& vocauit eos ad sacrificium, ⌋ quod

& pro

A &pro ipsis specialiter immolauit.⌊Cumq́ȝ ingressi essent,⌋ Isai & filij eius coram altari,vt qui-
dam exponũt,vł potius locũ secretum in domo Isai,vt ibi fieret vnctio regis occulte,⌊vidit⌋Sa
muel ipsum ⌊Eliab,& ait:Num corã dño est Christus eius⌋ i.nonne iste coram deo mihi addu
ctus est electus à deo in regem.Hoc eñ Samuel æstimauit,qm̃ Eliab fuit primogenitus Isai & ele 1.Regũ.10
gantior cæteris in statura.Ideo sicut de Saul proceræ staturæ dixerat ppl'o,Certe videtis quem
elegit dñs,quia non est similis eius,ita putauit de Eliab,⌊& dixit dñs ad Samuelē,⌋qualiter di-
xit dñs Samueli verba sequẽtia in aliorȝ p̃sentia.Non dubiũ quin p angelũ,sed an angelus foris
apparuit Samueli,& verba extra sonãtia protulit,an potius intra ipsum loquebať in visione ima-
ginaria seu intellectuali,nõ est adeo certũ.Credibile tñ est φ intra loquebať ad aures eius menta
les,quo dato,tenẽdum est,φ etiã Samuel p̃racta verba dixit.i.intra se cogitauit & interiori eius
interrogationi angelus in persona dei apparẽs & loquens respondit.⌊Ne respicias vultũ eius,ne
qȝ altitudinẽ staturę eius⌋.i.nõ sic reputes apparatũ suæ faciei virilem & sublimem suæ personæ
staturã vt inde arbitreris eũ electũ in regẽ,⌊qm̃ abieci eũ⌋.i.decreui eũ ab hac eminentia regia 1.Regũ.17
repellendũ,& forsan protunc fuit vitiosus,imò ex sequenti cap.elucescit,φ satis elatus erat & ira-
cundus,sicut patebit.Magister tamẽ in historijs ait:Videns Eliab primogenitũ procerȝ & opti- Der. Co.
mum,existimauit futurȝ regẽ,sed optimus accipiť ibi pro eleganti.⌊Nec iuxta intuitũ hominis Dist.lib.1.
ego iudico⌋.i.sentẽtiam de dignitate aut indignitate,bonitate aut prauitate rerȝ,p̃sertim ratio Re.cap.18
nalium creaturarȝ non profero secundum exteriorem earȝ dispositionem.⌊Homo enim videt
ea quæ parent⌋.i.apparent forinsecus,quæ primo apprehendit per sensum exteriorem,deinde
per sensum communẽ & vim imaginatiuam,deinceps per cogitatiuam & tandem p vim intelle
B ctiuam,sicq́ȝ ex cogitatione exteriorȝ procedit ad interiorȝ notitiam,in quo processu frequẽter
decipitur,præsertim quia mens libera est & auxiliante gratia dei potest refrenare ea ad q̃ incli-
nat natura,& q̃ indicant exteriora.Aliqui etiã assumunt sibi forinsecus p industriã aut versutiam
signa,quorȝ signata longe sunt ab interioribus eorundẽ,quemadmodũ Ioab,cũ amicitiæ appara
tu inimicitialiter dixit ad Amasam:Salue mi frater.Ideo scriptũ est:Est qui nequiter se humiliat, 2.Reg.20
& interiora eius plena sunt dolo.⌊Dñs aũt intueť cor⌋.i.cogitationũ & affectionũ secreta,q in Eccl.19
Apoc.fateť:Sciẽt oẽs ecclesiæ,qa ego sum scrutãs corda & renes.Hinc ait salua.Nolite iudicare Apo.2
secundũ faciem.In prouerbijs quoqȝ habeť:Qui inspector est cordis,ipse intelliget & seruatorẽ Iohã.7
animæ tuæ nihil fallet,⌊& vocauit Isai Aminadab⌋filiũ suũ secundo genitũ,⌊& adduxit eũ corã Prouer.24
Samuel,qui dixit:Nec hũc elegit dñs⌋ad regnãdum.Hoc Samuel ex reuelatione cognouit,sicut
de cæteris non electis ad regnum.⌊Adduxit autẽ Isai Samma,de quo ait:Etiam hunc non ele-
git dominus.Adduxit itaqȝ Isai septem filios suos coram Samuel.⌋Si Isai adduxit septem filios
suos coram Samuele,excepto Dauid,ergo habuit filios octo,cum tamen primo Paralip.libro 1 Paral.2
non nisi septem filios habuisse legatur.Respondetur,quod hic inter filios computať Nathan,seu
(vt alij dicunt) Ionathan filius Samaa filij Iesse,quem filium Samaa adoptauerat sibi ipse Isai in
filium,& eum inter proprios filios enutriuit.⌊Et ait Samuel ad Isai:Non elegit dñs ex istis.Di-
xitq́ȝ Samuel ad Isai:Nũquid iam cõpleti sunt filij?⌋.i.plenarie coram me p̃sentati.⌊Qui rñdit:
Adhuc reliquus est paruulus & pascit oues,& ait Samuel ad Isai:Mitte & adduc eũ,Nec eñ dis-
cumbemus⌋.i.nõ ponemus nos ad edendũ,⌊priusq̃ huc ille veniat,⌋sciebat equidẽ illũ electum
esse in regẽ,& voluit eũ ieiuno stomacho vngere & ante refectionẽ p̃ceptũ dei implere.⌊Misit
ergo & adduxit eũ.Erat aũt rufus⌋.i.rubicũdus,⌊& pulcher aspectu,decoraq́ȝ facie,⌋fuit equi
C de elegãtis cõplexionis atqȝ egregriæ indolis,& p elegantiã naturaliũ,eminẽter dispositus ad bo
nitatẽ eximiã gratuitorȝ,⌊& ait dñs⌋Samueli:⌊Surge,⌋expectãdo nãqȝ aduentũ Dauid sede-
bat,& vnctio illa fieri debuit cũ deuotione & reuerẽtia stando,⌊ipse est eñ.Tulit ergo Samuel
cornu olei & vnxit eum in medio fratrũ eius.Et directus est spũs dñi à die illa in Dauid,& dein-
ceps⌋.i.ab illa hora infusus est ei spũs sanctus,quantũ ad grę incrementũ & quo ad specialia q̃-
dã bona.Hieronymus vero & Iosephus dicũt,φ spũs ppheriæ cœpit ex hac hora esse in Dauid. Hierony.
Quidã vero specialiter istud exponũt de gratia fortitudinis,qua hucusqȝ Saul p̃ualuit hostibus & Iose.lib.6
deinceps cœpit esse in Dauid.Potius aũt reor esse intelligendũ de infusione spũs sancti,quantum an.tiq.ca.10
ad dona seu incrementa gratiæ gratũm facientis & gratiæ gratis datæ,per quæ Dauid de die in
diẽ magis aptius reddebať ad regnandũ.Nõ eñ vnctus fuit in regẽ,quatenus mox regnaret,sed
vt tempore opportuno rex esset,Nec adhuc habuit iurisdictionẽ regalẽ ad populũ.⌊Surgẽs aũt
Samuel,abijt in Ramatha.Spũs autẽ dñi recessit à Saul⌋.i.deus dona quędã spũs sancti subtraxit
Sauli,cui iam ante ablata erãt charismata grę gratificãtis,sed ex nũc priuatus fuit etiã gratia natu
ralis discretionis atqȝ constantiæ,⌊& exagitabat eum spũs nequã à dño⌋.i.diabolus permissio-
ne diuina & iusto dei iudicio inquietauit & vexauit Saulem,⌊Dixeruntq́ȝ serui Saul ad eum:Ec-
ce spiritus domini malus,⌋puta diabolus,quantum ad suam naturam à deo creatus & diuinæ
iustitiæ subseruiens,malus vero ex propria voluntate.Itaque spiritus dei ratione creationis,
& acceptæ potestatis,malus vero per potestatis abusum & corruptam in cunctis intentionem,
⌊exagitat te.Iubeat dominus noster rex & serui tui qui coram te sunt,quærent hominem scien-

tem bene psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manu sua & leui- D
us feras. Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eũ
ad me. Et respondens vnus de pueris ⌋.i. ministris, ⌊ ait: Ecce vidi filium Isai Bethlehemitẽ sciẽ-
tem psallere ⌋.i. in cithara melodizare, ⌊ & fortissimum robore & virum bellicosum, & pruden-
tem in verbis & virum pulchrum, & dominus est cũ eo. ⌋ In verbis his Dauid multipliciter com-
mendatur tam ab excellentia naturalium quàm à donis gratuitis, videlicet à fortitudine corpo-
ris, ab audacia seu magnanimitate cordis, à prudentia in sermone & à pulchritudine corporali.
A donis quoq; gratuitis cum dicitur, & dominus est cum eo. Circa hæc recitat Lyra, dicunt He
bræi, ꝙ puer hæc recitans fuit Doeg principalis inter famulos Saul, qui iam concepit odiũ con-
tra Dauid & eum sic commendauit, quatenus Saul in sua vesania ipsum sibi adductum occide-
ret. Vnde in commendatione Dauid aliquid addidit quod non videtur verum, dicendo & virũ
1. Regũ. 17 bellicosum, quia adhuc iuuenis erat, propter quod Saul postea dixit ei: Non vales resistere Phili-
stæo isti, quia puer es. Sed istud videtur ad fabulas pertinere Iudaicas, cum quotidie multi coram
Saul assisterẽt quos non inuasit. Nec pro tũc verisimile fuit, ꝙ illum specialiter trucidaret, à quo
specialiter refocillationem & liberationem accepit. Argumentum quoq; prætactum non vide-
2. Regũ. 18 tur idoneũ, q̃m in scripturis iuuenes sæpe viri vocãtur, quẽadmodũ infra libro secũdo, decem ar-
migeri Ioab iuuenes appellãtur, de qbus cõstat, ꝙ vltra vicesimũ annũ erãt. Viri aũt secũdũ vete-
Numer. 1. ris testamẽti scripturas vocãtur, q vicesimũ annũ sortiti sunt. Deniq; paulopost in isto fertur ca-
pitulo, ꝙ Saul dilexit ipsum Dauid nimis, & factus est armiger eius. Dicebat aũt Dauid vir belli-
cosus, loquẽdo de prælijs iustis, quæ ꝑcipue ordinãtur ad bonũ reipublicæ, ad q̃ zelo iustitiæ fuit
bonus & strenuus in eisdẽ. Veruntñ de isto nil assero, qa & sanctus Hieronymus ꝑtactã opinionẽ E
Hierony. Hebræorũ approbare videt, nisi forsan recitatiue loquat. Potius tñ reor, ꝙ puer iste fuit amator
ipsius Dauid & promotor ipsius ex corde. ⌊ Misit ergo Saul nuntios ad Isai dicens: Mitte ad me
Dauid filiũ tuũ q est in pascuis. ⌊ Tulit itaq; Isai asinũ plenũ, ⌋.i. bene oneratũ, ⌊ panibus ⌋ qbus
fecit illũ asinũ onerari, ⌊ & lagenã vini & hœdũ de capris & misit ꝑ manũ Dauid filij sui Sauli ⌋ ne
in cõspectu regis vacuus appareret, & illa erãt q̃si iocalia siue encenia. ⌊ Et venit Dauid ad Saul &
stetit corã eo. At ille dilexit eũ nimis & factus ẽ armiger eius. Misitq; Saul ad Isai, dicẽs: Stet Da-
uid in cõspectu meo. Inuenit eñ gratiã in oculis meis. Igit quãdocũq; spũs dei malus arripiebat
Saul ⌋ qui ꝑ tẽporũ interualla vexabat velut freneticus, ⌊ Dauid tollebat citharã ⌋.i. in manu eam
accepit, ⌊ & ꝑcutiebat manu sua ⌋ cithare chordas, ⌊ & refocillabat Saul & leuius ferebat. Rece-
debat eñ ab eo spũs malus. ⌋ ¶ Circa hoc quærit, an virtute citharisatiõis aut symphoniç fugãtur
dæmonia & obsessi refocillent. Videt ꝙ imo, qa vt apparet, Glossa hoc sentit, allegãdo Boetium
Boetius recitãtẽ, ꝙ qdã philosophus tactu citharæ fugauit ab obsesso q̃dã dæmoniũ. Magister q̃q; in hi-
Pet. Co. storijs ait hic: Tradũt mathematici, ꝙ multi dęmones armoniã ferre nõ possunt, & q̃nq; nullis In-
histo. lib. 1. sup in libro Tobię Raphael protestat, ꝙ iecur seu cor piscis quẽ deiecit Tobias, fumo suo expellit
Reg. ca. 15 omẽ dæmonũ genus à viro seu fœmina. Et circa hoc in scholastica fert historia. Nec sup hoc mi
Pet. Co. rari debemus, cũ fumus cuiusdã arboris adustę eãdẽ vim habere ꝑhibeat. Præterea in libro Cõfes- F
hist. li. To sionũ loqtur Augustinus: Ois affectus, spũs & natura proprios habẽt motus seu modos in cantu,
biæ ca. 6. q̃rũ occulta familiaritate excitant. Melodia igitur q̃ naturali virtute alterat passiones aĩæ sic immu
Augusti. tare põt hoĩs dispositionẽ, ꝙ dispositio illa passiua q̃ disponit ad recipiendã dæmonis vexationẽ
tollet, sicq; cessabit in hoĩe talis afflictio. Amplius Iosephus libro de Iudaico bello narrat fuisse in
exercitu Titi obsidẽtis vrbẽ Hierusalẽ virũ quendã, q per lapidẽ annulo inclusum expellebat dæ-
monia ab obsessis. Postremo ad idẽ videt sacra scriptura cõferre hoc loco asserẽs manifeste, ꝙ ad
sonitũ citharę recessit dæmon à Saule. In oppositũ tñ arguitur, qa cũ dæmones sint incorporales
& spiritales substãtiæ nõ sunt susceptiuę immutatiõis ab obiectis sensibilibus atq; corporeis. Item,
de diabolo scriptũ est, ꝙ nõ sit ptãs sup terrã quæ cõparet ei. Nõ ergo põt refrenari aut expelli vir
Iob. 41. tute sonorũ aut cõsimiliũ naturaliũ rerũ. Glossa q̃q; ex verbis Isidori ait: Nõ propter cithare sonũ
Isidorus recessit diabolus, sed propter citharę mysteriũ, q̃m crucẽ Christi significat. In cithara quippe est
lignũ & chorda superextẽsa, & lignũ exprimit crucẽ. Chorda carnẽ saluatoris in cruce distẽtam,
cuius rei significatio, virtus & apprehẽsio terruerũt diabolũ. His rõnibus cõsentiũt multi dicẽtes,
ꝙ si dæmones eẽnt animalia, corꝑe aerea, aĩo passiua, mẽte rõnalia, tpe ꝑpetua vt dixerũt Platoni
ci, dici posset ꝙ ex melodia, fumo & cõsimilibus immutarent & fugarẽtur, sed cũ sint immateria-
les, sensibilia & coꝑalia nõ possunt in eos imprimere. Sed obici põt, ꝙ in gẽmis sunt mire & occul
tissime vires imprimẽtes in animã rõnalem, & disponẽtes eã ad sciẽtiã & virtutes. Deniq; quãuis
sensibilia directe nõ imprimãt in substãtias spiritales, tñ dũ applicãtur ad agendũ aliqd circa eas
ipse substantiæ tales separatæ cognoscũt vires illorũ, ex quarũ apprehẽsione & secreta ac cœlesti
virtute causant in eis diuersi effectus. Certũ est eñ in rebus naturalibus & materialibus eẽ quàm
plures vires actionũ primarũ qualitatũ oĩno supgrediẽtes, quas ex secretis influentijs atq; respe-
ctibus cœlestiũ corporũ sortiunt, intantum ꝙ vires ille sunt quodãmodo spiritales, prout Guil-
helmus

Anelmus Parisiensis in libro de vniuerso. Alkindius quoq; astrologus libro de radijs stellicis docet.
Insuper rõnabiliter dicit, q cũ melodiæ habeãt vim lætificatiuã in multis, & multũ sibi alliciant au
dientis attẽtionẽ, possunt in arreptitijs & obsessis causare dispositiones & affectiones, p quas mi-
nus subijciãtur impressionibus dæmonum & eorũ vexationes minus aduertãt. Præterea sicut ait
Petrus Comestor: Physici dicũt, q armonia lætũ efficit lætiorẽ, & tristẽ tristiorẽ. Verũ ex hoc se- Pet. Co.
qui videtur, q Saul ex sua vexatione, mœstus, ex citharisatione fuisset mœstior factus. Ad quod hist. libr. 1.
respondet, q dictũ illud Physicorũ intelligẽdũ sit de læto & tristi ex cõplexione, nõ de tristi ex su Reg. ca. 15
perinducta vexatione. ¶ Postremo, moraliter docemur ex isto capitulo, q iusti debeant alios
moderate deflere non nimis intense aut diuturne, præsertim propter mala pœnalia, tẽporalia ve
aduersa, imo diuino iudicio debẽt se sapiẽter cõformare, certi, q a quẽ deus spernit, nemo corri-
gere põt. Rursus patet ex isto capitulo, q ea quæ alios possunt inflãmare ad irã, superbiã & perse- Eccles. 7.
cutiones iustorũ, caute cælanda sint. Ex hoc demũ q Samuel dixit: Sanctificamini & venite mecũ
vt immolem, innotescit, quãtũ se debeant ad deuotionẽ ac cordis munditiã præparare, q celebra-
tioni cupiũt interesse, potissime q volũt cõmunicare. Simili modo ex hoc q dñs dixit ad Samue-
lem: Ne respicias vultũ eius, neq; altitudinẽ staturæ eius, instruimur non multũ ad naturalia dona
attẽdere, sed ad gratiarũ charismata, & eos magis diligere, q virtuosiores esse cẽsentur, neq; ob na
turaliũ elegantiã alicui inordinate aut sensualiter affici. Amplius, per Saul à dæmone tribulatum
designatur quicũq; iniquus à quo discessit spũs sanctus. Propter qd suis passionibus ac vitijs tanq̃
dæmonibus agitat. Per Dauid vero citharistã notat quicũq; homo deuotus, cui dñs linguã con-
B tulit eruditã, ita q verbis bonis, verbis consolatorijs, informatorijsq; abundat, p quæ tentatos &
passionatos ad releuamen & tranquillitatem perducit, implens illud Apostoli: Si præoccupatus Galat. 6
fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Itẽq;
Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad oẽs. Qui 1. Thess. 5
hoc agit, dæmonia multa saluberrime fugat.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI XVII. Congregantes autem Philistijm agmina sua. Art. XXXII.

Describitur hic prçclara victoria Dauid de Philistæo. Congregãtes aũt
Philistijm, i. rex & quinq; satrapæ Philistinorũ, agmina sua ad fa-
ciendũ vnũ totalem exercitũ ex particularibus agminibus suis, q bus seorsum
sum præerãt satrapæ, In præliũ cõuenerũt in Socho Iudæ, i. iuxta vr-
bem noĩe Socho, ptinentẽ ad tribũ Iuda. Fuit aũt & alia vrbs sic dicta vl- Iosue. 15
tra Iordanẽ, de qua in libro Iudicũ narrat, dixit Gedeon ad viros Socho Iudicũ 8
& castrametati sunt inter Socho & Azeka, i. inter oppida sic vocata.
Estq; Azeka vrbs vsq; ad quã Iosue pcussit exercitus quinq; regũ, in fi-
nibus Dammim, Dammim quãdoq; est nomen ciuitatis in sorte Iudæ, Iosue. 10
quandoq; deserti inter Hierusalẽ & Hiericho situati. Porro Saul & filij
C Israel congregati venerũt in vallẽ Therebinti in qua. s. valle stetit Therebinthus, sub qua Iacob
infodit, abscondítq; idola domesticorum suorum, vt legitur in Genesi, & direxerunt aciem ad
pugnandũ contra Philistijm. Et Philistijm stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat su Gene. 35
per montẽ aliũ oppositum, ex parte altera, vallisq; erat inter eos, & stetit vtraq; turba in mõ
te, quatenus ex loco illo eminẽti impugnaret aduersarios cõtra se veniẽtes per vallẽ, ita q montis
præsidium habuisset, per quod facilius oppressisset contra se ascẽdentes. Et egressus est vir spu-
rius de castris Philistinorũ nomine Goliath de Geth vrbe Philistijm. Circa hoc in scholastica
fertur historia. Iste dictus ẽ spurius, qm̃ natus est de patre ignobili. i. gẽtili & nobili matre Iudça. Pet. Co.
Spurius q ppe & hibrida dicit ignobilis ex patre, quẽadmodũ mãcer & nothus ex matre. Alij di- hist. libr. 1.
cũt, q mãcer appellat natus de scorto, spurius de cõcubina, nothus de adultera, altitudinis sex cu Reg. ca. 6
bitorũ & palmi. Palmus dicit sexta pars cubiti. Cubitus vero cõtinet pedẽ visualẽ cũ medio, q̃-
uis aliqui dicant, q duos contineat pedes. Porro, qualiter secundum geometricam artẽ vnus cu-
bitus contineat sex cubitus nostros, expositum est super Genesim. Itaq; Goliath iste fuit de semi Gene. 6
ne giganteo & giganteæ staturæ, & cassis ærea, i. ferrea erat, super caput eius. Nam æs pro
omni metallo accipit. Nec cassis fieri solet de ære proprie sumpto sed de ferro, & lorica hama-
ta induebatur, i. lorica ferreis laminis cooperta, quatenus imperforabilior esset, nec p eius fora-
mina pertransiret ensis, sagitta aut spiculũ. Hamus autem est ferreum instrumentũ quo pisces ca-
piuntur & macula seu lamina loricæ, inde hamatũ de hamo factum. Porro pondus loricæ eius
quinq; milia siclorum æris erat, & ocreas æreas habebat in cruribus & clipeus æreus tegebat hu-
meros eius. Clipeus ille secundum quosdam fuit ferrea lamina descendens à casside vsq; ad sca-
pulas, & inter eas in acutum procedens ad muniendum collum, connexionẽq; armorũ capitis &
corpis. Hastile autẽ, i. stipes, hastæ eius erat quasi liciatoriũ texentiũ ex quo patet soliditas,
fortitudo, cõplanatio, mobilitas hast gillus. Est aũt liciatorium lignum, circa qd licia inuoluũtur.

⌊Ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri⌋ id est tantæ molis tantiq; ponderis fuit. ⌊Et armiger eius antecedebat eũ. Stansq; clamabat aduersum phalangas⌋ .i. turbas seu agmina ⌊Isrl'⌋ Quãuis em̃ ex toto pplo cõstabat vnus total' exercitus, distinguebat tñ ille exercitus p tribus & cuneos, ⌊& dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium?⌋ Quasi dicat, qualr audetis vos opponere nobis, seu quare vultis generale certamen cõmittere. Cũ per duellũ possit cõtrouersia inter nos terminari. ⌊Nunqd nõ ego sum Philistæus?⌋ tanq̃ dicat, vtiq; ego de pclara hac natione & plebe sum Philistinoꝝ, & gigas ac pugil eorum, ⌊& vos⌋ estis ⌊serui Saul⌋ ideo nõ debetis cõtra nos cõuenire, q iã diu dominati fuimus vestri. ⌊Eligite ex vobis virũ, & descẽdat⌋ de monte in quo statis aduersum me, ⌊ad singl'are certamẽ,⌋ in valle hac. ⌊Si quiuerit pugnare mecũ, & pcusserit me, erimus vobis serui. Si aũt ego pualuero, & pcussero eũ, vos serui eritis, & seruietis nobis. Et ait Philistæus: Ego exprobraui agminibus Isrl' hodie⌋ .i. obprobriose & cõtemptibil'r locutus sum eis, imponendo ipsis, q̃ sint serui Philistinoꝝ q̃d tãto cõfusibilius eis est, quãto plus de ppinquo hoc irrogatũ est ipsis. ⌊Date mihi virũ & ineat mecũ singl'are certamẽ. Audiẽs aũt Saul & oẽs Israelitæ sermones Philistæi huiuscemodi⌋ .i. tã audacia & animosa verba ipsius seu verba ipsius Goliæ tã proceri & fortis, ⌊stupebãt⌋ de altitudine suæ staturæ ⌊& metuebãt nimis⌋ propter fortitudinẽ, audaciã, ferocitatẽ, & armaturã ipsius, nec quisq̃ præ timore audebat cõtra illũ duellũ assumere. ⌊Dauid ãt erat fili⁹ viri Ephratęi⌋ .i. de Ephrata, q̃ alio noĩe vocata ẽ

1. Regũ. 16 Bethleẽ, ⌊de q̃ supra dictũ ẽ de Bethleẽ Iuda, cui nomẽ erat Isai, q habebat octo filios⌋ cõputato filio filij sui, vt in pcedẽtis capl'i expositõe ẽ tactũ ⌊& erat vir in diebus Saul senex⌋ ætate & morũ maturitate sagacitateq; animi, ⌊& grãdæu⁹⌋ .i. magnæ reputatõis & pbitatis ⌊iter viros. Abierũt aũt tres filij eius maiores post Saul in præliũ. Et noĩa triũ filioꝝ eius, q pcexerũt ad bellũ Eliab primogenitus, & secũdus Aminadab, tertius quoq; Sãma. Dauid aũt erat minimus⌋ .i. vltimus natu maximus tñ virtute. ⌊Tribus ergo maioribus sequutis Saulẽ, abijt Dauid, & reuersus est à Saul, E

Ibidẽ vt pasceret gregẽ patris sui in Bethleẽ⌋ Præcedẽti caplo dictũ est, q̃ iam ante hæc Dauid factus est armiger Saul. Cur ergo nõ prodijt secũ ad præliũ. Respondet, q̃ Saul hac vice pepercit ei, de hoc propter adolescentiã eius, & qa nondũ expertus fuerat eius potentiã in bellicis gestis. In hoc quoq; patuit humilitas Dauid, quod post tantã sui apud regem promotionem, acquieuit rursus pecora custodire. ⌊Procedebat ergo Philistæus mane & vespere⌋ hoc est, quotidie bis processit modo prætacto ad exprobrãdum pplo Isrl' semel mane, & semel de vespere, ⌊& stabat quadraginta diebus⌋ Tot em̃ diebus vterq; exercitus pro maiori sui parte mãsit in monte, stãs & expectãs, vt pars sua aduersa primo in vallẽ descenderet, & sic eã facilius superaret. Philistæus quoq; q̃tidie opportunis horis stetit cum suis. ⌊Dixit autem Isai ad Dauid filium suum: Accipe fratribus tui Ephi polente⌋ Polenta est grana tritici tosta, & manibus confricata, instar graui pilo tusi. Alij qui tamen dicunt, quòd polenta sit pulmentum de farina purgatissima factum. Vnde legitur in

Iosue 5 Iosue libro: Comederunt de fructibus terræ, & polentam eiusdem anni.

¶ Porro Ephi mensura est trium modiorum iuxta modum illius loci ac temporis. Est itaq; sensus Accipe polentã trium modiorum, vt portes eam fratribus tuis. ⌊& decem panes istos, & curre in castra⌋ hoc est, festinanter vade in tentoria, seu in agmina Isrl', ⌊ad fratres tuos⌋ tres seniores, ⌊& decem formellas casei has deferes ad tribunum⌋ id est, hos decem caseos paruos atq; recen-

Iose. lib. 6 ant. iu. c. 11. tes dabis principi, sub quo militant fratres tui, vt se habeat fauorabiliter circa ipsos, præcauendo pro posse eorum pericula. Præcepit etiam Isai filio suo Dauid, secundum Iosephum, vt tolle- F

Deute. 25 ret secum pignora fratrum, id est, libellos repudij, de quibus in Deuteronomio, quia pergentibus ad pugnãdum erat consuetudo dare vxoribus libellum repudij, vt si infra annos tres non redirent liceret vxoribus nubere alijs viris. ⌊Et fratres tuos visitabis, si recte agant, & cum quibus ordinati sunt, disce. Saul autem & illi⌋ vz fratres Dauid ⌊& oẽs filij Isrl' in valle Terebynthi pugnabãt aduersum Philistijm⌋ Iam habitum est, quòd vterq; exercitus stetit in monte, nec generale prælium commiserunt hucusq;. Quomodo ergo Saul cum omnibus suis pugnauit in valle Terebynthi contra Philistijm. Respondetur quod quotidie aliqui egrediebantur bellantes, sicq; totum à parte denominatur, vel pugnabãt, id est, ad præliãdum se disponebãt, & inuicem nocumenta aliqua inferebãt. ⌊Surrexit itaq; mane Dauid, & commendauit gregem custodi, & onustus abijt, sicut præceperat ei Isai, & venit ad locum Maagala⌋ id est, sic nominatum, sicq; Maagala est proprium nomen loci. Vel vt aliqui dicunt, est nomen commune, significans circulum, seu fossatum, quia per gyrum exercitus expedit fieri aliquam fossam, qua contra aduersariorum repentinam & improuisam impugnationem muniat, & aliquo modò tutet, ⌊& ad exercitũ q egressus ad pugnã vociferatus erat in certamine⌋ quemadmodũ in congressibus solet vociferatio exhortationis ad prælium fieri. Ex quo constat quòd singulis diebus quidam hincinde egrediebantur ad pugnam. ⌊Direxerat em̃ aciẽ Israel, sed & Philistijm ex aduerso fuerãt pręparati. Derelinquẽs ergo Dauid vasa⌋ .i. instrumẽta seu modios polentæ & consimilia. s. panes & caseos, ⌊quæ attulerat⌋ derelinquẽs inquã, ⌊sub manu custodis ad sarcinas⌋ qa cõmisit ea alicui custodiẽda in loco vbi talia custodiebãtur, ⌊cucurrit ad locum certaminis⌋ q vltra castra fuerat, ⌊& interrogabat si⌋ .i. an

oĩa recte

A ⌊Lomia recte agerētur erga fratres suos.⌈Cūq; adhuc ille loqueret eis⌋.s.fratribus suis inuētis, vel
eis q̄s interrogauit,⌊apparuit vir ille spurius,ascendēs Goliath noīe Philistæus de Geth,de ca-
stris Philistinoꝝ.Et loquēte eo⌋ vtpote Goliath,⌊hæc eadē verba⌋ q̄bus ante exprobrauit fi-
liis Israel,⌊audiuit Dauid⌋ exprobratorē illū tā arrogantē.⌊Oēs autē Israelitæ cū vidissent vi-
rum,fugerūt à facie eius,timētes eū valde⌋.i.nullus eoꝝ audebat contra illū procedere, & vnus-
quisq; se elongauit ab illo pro posse,⌊& dixit vnusquispiā⌋.i.q̄dā seu q̄cūq;,⌊de⌋ populo, ⌊Is-
rael.Num vidisti viꝝ hūc qui ascēdit?Ad explorādū em̄ Israel ascēdit.Virum ergo q̄ percusserit
eum⌋.i.Goliā istū occiderit,⌊ditabit rex⌋ Saul,⌊diuitiis magnis & filiā suam dabit ei,⌋ vxorē,
⌊& domū eius faciet absq; tributo in Israel.⌋ Hoc iam promulgatū fuit ex imperio regis anteq̄
Dauid aduenerat vt fortiores ex Israel animarētur spe præmii tāti ad dimicandū aduersus Goliā,
⌊& ait Dauid ad viros q̄ stabāt secū dicēs: Quid dabitur viro q̄ percusserit Philistæū hūc & tu-
lerit opprobriū de Israel⌋.i.populū Israeliticū per suū triumphū liberauerit ab improperiis & ir
risionibus Philistæi istius ⌊Quis est em̄ hic Philistæus incircūcisus, q̄ exprobrauit acies dei vi-
uentis.⌋⌈Ista protulit Dauid zelo fidei & emulatione iustitiæ atq; amore boni cōmunis, & tanq̄ Psal. 14.
rex motus est,cōtemnēs impiū illū corde magnanimo.Quēadmodū scriptū est: Ad nihilū dedu
ctus est in cōspectu eius malignus,⌈acsi dicat.Infidelis iste idololatra,nimis vilis & detestabilis est
ad iniuriandū sic plebi fideli veꝝ deū colenti,cuius iniuria in deū redundat.⌈Deniq; Dauid tā di-
ligēter inq̄siuit de mercede victori Goliæ præstāda,non q̄ intuitu terrenæ remuneratiōis aut a-
B more tēporalis honoris principaliter incitabat ad pugnādū cōtra Goliā, sed zelo diuini hono-
ris ac boni cōmunis.Secūdario aūt & cōcomitāter amore præfatæ remuneratiōis, præsertim q̄a
à deo etiā mouebat ad hoc.⌊Referebat aūt ei populus eundē sermonē dicēs: Hæc dabūtur viro
qui percusserit eū.Quod cū audisset Eliab frater eius maior⌋ vel primogenitus,⌊loquēte eo cū
aliis iratus est cōtra Dauid⌋ formidās q̄ Dauid iuuenili audacia arriperet contra Goliā confli- 1. Reg. 16.
ctum & caderet,& ita ex fraterno amore ira illa manauit, ⌊& ait: Quare venisti & quare dereli-
quisti pauculas illas oues in deserto?⌋ quasi dicat vtilius tibi eēt,q̄ nō venisses ad quē potius per-
tinet pauculas pascere oues q̄ cōtra gigantē duellū assumere.⌊Ego noui superbiā tuā⌋ qua aspi-
ras ad coniugiū filiæ regis.⌈Vnde aliqui dicūt,q̄ Eliab æstimauit ipsum Dauid ex arrogātia mo-
tum,eo q̄ præ cæteris vnctus fuit in regē,⌊& nequitiā cordis tui,q̄a vt videres prœliū descēdisti⌋
id est,tā malitiosum & nequā te esse cognosco,q̄ gloriaris in sanguinis effusione,& in bellis secū-
dum se,propter q̄d & nūc venisti vt videas talia,⌊& dixit Dauid: Quid feci. Nūquid nō verbum
est?⌋⌈Dauid prudēs & māsuetus adolescēs increpationē acerrimā fratris sui senioris, æquanimi-
ter tulit & cōmotionē illius cū quadā vrbanitate & iucūditate dissimulauit ac pertrāsiuit dicendo.
Quid feci.Nunq̄d non verbū est?acsi dicat quo excessu merui tantā correptionē.An nō licet mi
hi modice loqui & interlocutorie interrogare,nec adhuc aliud feci q̄ inquisiui de facto,& interro
gatio ista verbū est,non res aut bellū.Cur ergo tantū irasceris super hoc.⌊Et declinauit paululū
ab eo ad aliū.Dixitq; eūdem sermonē.Et respōdit ei populus eūdem sermonē sicut prius.Audi-
ta sunt aūt verba quæ loquutus est Dauid,& annūtiata⌋ sunt verba Dauid,⌊in conspectu Saul⌋
quibus auditis Saul iussit sibi adduci Dauid.⌊Ad quē cū fuisset adductus loquutus est ei⌋.s.Sau
li.⌊Nō cōcidat cor cuiusquā in eo⌋.i.nemo vestrū perdat fiduciā aut cadat pauore. ⌊Ego ser-
C uus tuus vadā & pugnabo aduersus Philistæū.Et ait Saul ad Dauid: Non vales resisterere Phili-
stæo isti nec pugnare aduersus eū,q̄a puer es,⌋.i.adolescens,& necdū ad robur virilis ætatis p̄du-
ctus,nec expertus multū in armis.⌊Hic aūt vir bellator est ab adolescentia sua .Dixitq; Dauid ad
Saul.Pascebat seruus tuus patris sui gregē,& veniebat leo vel vrsus⌋.i.leo & vrsus,vt ex cōsequē
tibus cōstat,⌊& tollebat arietem⌋.i.duos arietes.s.quilibet vnū,⌊de medio gregis,& p̄sequebar
eos & percutiebā⌋.i.interficiebā eos,⌊eruebāq; de ore eoꝝ,⌋ q̄d fuit per sup̄natutale robur atq;
auxiliū dei exhibitū Dauid.⌈Quo circa scribit Hieronymus,q̄ Dauid ex hoc concepit audaciā,q̄m Hieron.
spm̄ sanctū accepit expertus adiutoriū dei in suffocatiōe leonis & vrsi.⌈Veruntn̄ vbi & q̄n hoc fa-
ctū sit,ignorat,nec scriptura hoc docet.Nihilominus puto q̄ factū sit, postq̄ Dauid vnctus fuit
in regē,q̄a ex tūc gratia fortitudinis corp̄alis ac spiritalis data est ei.Imo ex t̄pe illo cœpit anago-
gicos motus,ardētissimosq; affectus habere in deū,& p̄ sapiētiā vnitiuā ac mysticā theologiam
cōtēplare diuina.⌊Et illi cōsurgebāt aduersum me,& apprehēdebā mentū eoꝝ & suffocabā,in-
terficiebāq; eos. Nā & leonē & vrsum interfeci ego seruus tuus.Erit ergo & Philistæus hic incir
cūcisus q̄si vnus ex eis.Nūc vadā & auferā opprobriū populi.Q̄m̄ q̄s est iste Philistæus incircūcisus,
qui ausus est maledicere exercitui dei viuētis?Et ait Dauid: Dn̄s q̄ eripuit me de manu leonis, &
de manu⌋.i.p̄tāte inuasioneq;,⌊vrsi, ipse liberabit me de manu Philistæi huius.⌋⌈Secūdū Hiero Idem.
nymū,catholicosq; doctores,Dauid ex reuelatiōe diuina p̄sciuit se triūphaturū ī isto cōflictu,ideo
verba ista & alia q̄ in litera cōtinētur,nō solū sunt verba bonæ spei,sed certitudinis absolute.⌊Di
xit aūt Saul ad Dauid: Vade & dn̄s tecū sit,⌋ dādo tibi victoriā.⌈Ex hoc aliq̄ opinātur, q̄ etiā Saul
ex reuelatiōe cognouit,q̄ Dauid p̄ualeret.⌈Verūtn̄ hoc ex verbis istis nō seq̄t,nec p̄cedētia verba
hoc sonāt,Nā statim an̄ hęc verba dixerat Saul: Nō vales resistere Philistæo isti nec pugnare ad-

(uersus eū,q̄a puer

puer es. Attamen ex verbis Dauid prætactis saltem concepit quandam fiduciam. Et induit
Saul ipsum Dauid vestimentis hoc est, armis suis, & imposuit galeam æream super caput
eius. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam, cœpit tentare, si posset armatus ince-
dere. Non enim habebat consuetudinem. Ex hoc inferũt quidam, quòd Dauid iam fuit vir, ac
virilis staturæ. Alioquin Saul non induisset eum arma sua, præsertim, cum Saul fuerit magnæ sta D
turæ. Alij dicunt, quod ista fuerunt arma Saul, non, quia corpori suo seruiebãt. Sic enim non con-
1. Regũ.10 uenissent ipsi Dauid, eo ꝙ Saul ab humero oĩbus emineret, sed q̃a erant accepta de armamenta
rio regis. Dixitq́ꝫ Dauid ad Saul: Non possum sic incedere. Ex hoc videtur, quòd erant pro-
pria arma Saul. Propter quod Dauid dixit sibi non competere ea, quia & valde grauabant eum.
Isidorus etiam & Richardus affirmant, quod Dauid præ ætate & parua statura non poterat por-
tare arma Saul. Ex quo apparet, quòd erant propria arma Saulis. Aliam quoque tangit rationem,
subdendo: quia non consuetudinem habeo, esse & ire in armis. Et deposuit ea, & tulit ba-
al's manib⁹ culum quem semper habebat in † manu hoc est, virgam seu baculum suum pastoralem, quem
omni tempore opportuno consueuit habere in manibus, dum gregem pascebat. Vel semper, q̃a
illum habebat consuetudinarie in manu & non alium. & elegit sibi quinq́ꝫ limpidissimos lapides
de torrente .i. saxa clara, rotunda, & plana, non angulata, quoniam talia saxa rectius celeriusq́ꝫ
mouentur, dum proijciuntur, & iuxta ripam torrentis, vel in fundo siccato iacebant. & misit eos
in peram pastoralem, quam habebat secum, in qua victui necessaria deportauit, dum exiuit cum
grege ad pascua, & fundam manu tulit, & processit aduersum Philistæum. Ibat autem Philistæ
us incedens & appropinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum. Cumq́ꝫ inspexisset
eum Philistæus, & vidisset Dauid, despexit eum. Erat autem adolescens rufus & pulcher aspectu.
Et dixit Philistæus ad Dauid: Nunquid canis ego sum, quod tu venis ad me cum baculo? Quasi
dicat, stultissime agis quòd inermis contra me quasi cõtra canem venis cũ baculo, nõ cum ense, cũ E
ego non sim canis, sed fortissimus expertissimusq́ꝫ pugnator. & maledixit Philistæus Dauid in
dijs suis, hoc est, per inuocationem & virtutem deorum suorum imprecabatur ipsi Dauid ma-
la pœnalia. Dixitq́ꝫ ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestijs terræ.
Dixit autem Dauid ad Philistæum: Tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo, ego autem ve-
nio ad te in nomine domini exercituum, dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie. Et dabit
te dominus in manu mea, & percutiam te & auferam caput tuum à te. Et dabo cadauera castro
rum Pilistijm hodie volatilibus cœli, & bestijs terræ, vt sciat omnis terra, quia est dominus deus
in Israel, & nouerit vniuersa ecclesia hæc, quia nõ in gladio, nec in hasta saluat dominus. Ipsius em̃
est bellum, & tradet vos in manus nostras. Cumq́ꝫ surrexisset Philistæus, & veniret & appropin-
quaret contra Dauid, festinauit Dauid, & occurrit ad pugnam ex aduerso Philistæi. Et misit Da
uid manum suam in peram, tulitq́ꝫ vnum lapidem & funda iecit, & circumducens percussit eum
Pet. Co. in fronte. Et infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. Ex hoc appa
histo. lib. 1. ret quod vno iactu Dauid occidit Goliã. Magister tamen in historijs dicit, quòd in eodem vul-
Reg. ca. 16 nere ꝑcussit Philistæum secundo lapide, deinde & tertio, ita quod tertio iactu & saxo illum deie-
Matth. 4 cit. Vnde & glossa q̃dã sup Matthæũ disseruit, ꝙ sicut Dauid vicit Goliã tribus lapidibus, sic Chri
stus diabolum tribus tentationibus. ¶ Præterea queritur, qualr̃ potuit Dauid Goliam capite
Pet. Co. armatũ in frõte cõtingere. Ad q̃d q̃dã Iudæi rñdent, ꝙ ferrũ galeæ cessit lapidi miraculose. Alij di
hist. li. 1. re cũt, ꝙ galea circa frontẽ fuit discooperta. Hinc in schol. ferẽ histo. Fabulanẽ quidã Iudæi, ꝙ ferrũ
gum cap 18 galeæ & loricę obsequiũ præstitit deo, locũ dans lapidi, vt intraret ad hoĩem occidendũ. Propter F
quod circũcisio deinceps facta est cultello ferreo, quæ prius fiebat petrino. Hęc ibi. Præualuitq́ꝫ
Dauid aduersum Philistæũ in funda & lapide. Percussumq́ꝫ Philistęum, interfecit. Cumq́ꝫ gladiũ
non haberet in manu Dauid, cucurrit, & stetit sup Philistęum, & tulit gladiũ eius, & eduxit eũ de va
gina sua, & iterfecit eũ Goliã gladio suo ꝑciditq́ꝫ caput eius. Videtes ãt Philistęi ꝙ mortu⁹ eẽt
fortissimus eoꝝ, fugerũt. Et consurgẽtes viri Isrl̃ & Iuda vociferati sunt, & ꝑsecuti sunt Philistæos
vsq́ꝫ dũ venirẽt in vallẽ, & vsq́ꝫ ad portas Accaron. Ceciderũtq́ꝫ vulnerati de Philistijm in via Sa-
ruch & vsq́ꝫ ad Geth & vsq́ꝫ ad Accaron. Et reuertentes filij Isrl̃, postq̃ ꝑsecuti fuerãt Philistæos,
inuaserũt castra eoꝝ .i. bona eoꝝ q̃ reliq̃rũt in tentorijs diripuerũt. Assumẽs aũt Dauid caput
Philistæi, attulit illud in Hierl̃m nõ hac vice, sed postea diu, q̃n Iebusęos in arce Hierl̃m habitã-
tes voluit ꝑterrere, vt dr̃: Vñ ad incutiẽdũ eis timorẽ mõstrauit eis caput gigãtis quẽ diuina ꝓstra
uit virtute. Nã illi in fortalicij sui firmitate gl̃iabanẽ. Arma vero eius posuit in tabernaclo suo
In hebręo vt dr̃ nõ habeẽ suo, sed simplr̃ in tabernaclo, idcirco exponiẽ de tabernaclo dñi, in q̃ in si
1. Regũ. 21 gnũ diuię victorię posuit arma illa. Vñ & postea accepit ab Abimelech põtifice ensem Golię, l' for
san ad tp̃s posuit ea in domo sua, deiñ in tabernaclo. Eo ãt tp̃e q̃ vidit Saul egrediẽtẽ Dauid con
tra Philistæũ ait ad Abner principẽ militię suę, de q̃ stirpe descẽdit hic adolescens. Dixitq́ꝫ Abner:
Viuit anima tua rex si noui .i. q̃ veꝝ est, ꝙ tu dñe rex viuis, tam veꝝ est ꝙ istud ignoro. Et ait
rex: Interroga tu cuius filius sit iste puer. Cumq́ꝫ regressus esset Dauid, percusso Philistæo tulit
eum Abner, & introduxit coram Saule caput Philistæi in manu habentem. Et ait ad eum: Saul,

de qua

A de qua progenie es tu ô adolescens. Dixitq; Dauid: Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.
Saul toties tamq; solicite interrogauit, non solũ ex admiratione tam strenui facti, sed speciali-
ter, quoniam filiam suam promisit dare victori Goliæ, & cum esset valde superbus, anxius erat ne
cogeretur eam dare vxorem ignobili. Sed cognito ꝙ Dauid esset de nobilissima tribu Iuda & fi-
lius Isai viri famosi ac nobilis, fuit gauisus atq; contentus. ¶ Præterea mirũ apparet, ꝙ nec Saul
nec Abner cognouit ipsum Dauid, cum tamen non diu ante multis diebus fuerit in regis palatio
quia in regis aspectu. Ad quod quantum ad Saul datur responsio, ꝙ ex frequenti sua exagitatione
à spiritu malo factus fuit modicæ, debilisq; memoriæ & vis eius imaginatiua fuit, non parum im- August.
pedita à sua cognitione. Atq; vt Glossa tangit ex verbis Augustini. Interim ꝙ Dauid à Saul re-
cesserat, creuerat sua barba, quam nec Iudæi tunc abradebant, ideo cito immutauit dispositionẽ,
apparatumq; vultus. Insuper Saul & Abner fuerant quotidie in multis & arduis occupati. Pro-
pter quod particularis personæ poterant faciliter obliuisci, imo de Abner probabile est, ꝙ pro-
pter bella vndiq; imminentia, raro fuerit domi, & ita raro aut nunquam viderat ipsum Dauid in
regis palatio. Postremo, quia in isto capitulo facta est mentio de Dauid & Goliæ duello, oritur
quæstio an duellum sit licitum, & videtur ꝙ imo, authoritate scripturæ istius & sancti Dauid ex-
emplo. Præterea sancti principes vt Carolus magnus, & sanctus Ludouicus, duella sustinuisse &
approbasse videtur. Amicus quoq; optimus miles pro Amilio suo charissimo assumpsit duellum.
In oppositum est doctrina ecclesiæ & iura quàm plura. E respondendum, ꝙ secundum Hostiẽ-
sem Ganfredum Durandum ac alios duellum proprie est bellum duorum contra se inuicem pro
B veritatis ostensione assumptum, ita vt qui vicerit, iustus appareat, qui victus fuerit reus putetur,
& istud duellum dicitur omnino esse illicitum etiam inter vulgares. Nam quamuis Dauid cũ Go-
lia duellum inierit, non tamen est hoc sumendum pro lege, quia vt Hieronymus, priuilegia pau- Hieron.
corum communem legem non faciunt. Dauid quoq; ex dispensatione & reuelatione diuina hoc
fecisse credendus est, ideo vero illicitum est, quia est contra illud præceptum: Non tentabis do- Deuter. 6
minum deum tuum. Veruntamen alij quidam distinguunt, quia aut offert quis duellum aut suscl- Matt. 4
pit. Et si offert aut suscipit, aut suscipit illud inuite aut iudicis authoritate & iniunctione. Itaq; di-
cunt eos peccare mortaliter, qui offerunt aut suscipiunt duellum spontanee. Eos vero excusari à
culpa qui suscipiunt illud iudice sententiante, cum aliter nequeant periculum corporis sui aut re-
rum suarum damna euadere. Tertia demũ est opinio dicentium, quòd omnes isti peccãt mor-
taliter, quamuis non æque enormiter, quoniam culpa eius qui inuite suscipit illud iudice iudicã-
te extenuatur pro magna parte, deinde plus peccat qui sponte suscipit illud. Maxime vero qui
præbet. Similiter peccant mortaliter iudices illud fieri iudicantes & assessores qui ad hoc consi-
lium, auxilium aut fauorem impendunt. Secundæ autem opinioni prætactæ magis consentit
Guilhelmus dicens eam rationabilem esse, præsertim dum innocens accusatur ad mortem, qui si
duellum sibi oblatum recuset, statim suspendetur. Nam durum videtur tenere, quòd talis potius
teneatur permittere se suspendi quàm se defendere in duello. Nec talis videtur deum tentare, cũ
propter necessitatem vitæ id faciat. Etenim dum humanum deest subsidium, potest homo con-
C fugere ad diuinum. ¶ Insuper aduertendum, ꝙ duellum quandoq; communius sumitur, vtpo-
te pro singulari bello vnius cum alio, sine diuini præstolatione auxilij, sed vt per fortitudinem, ar-
tem aut fortunam terminetur inter aliquos controuersia ciuilis aut criminalis. Et de hoc duello
iterum aliqui dicunt, quòd in nullo casu sit licitum, nec ex parte præbentis, nec ex parte iudican-
tis, neque ex parte suscipientis, quia intentio taliter duellantium est interficere aduersariũ suum,
quod nulli priuatæ personæ est licitum. Ad quod videtur valere illud Augustini in libro de libe- August.
ro arbitrio. Quomodo arbitrandum est hos carere libidine, qui pro rebus his gladiantur, quas a-
mittere possunt inuiti. Verum ista positio alijs nimis dura videtur. Ideo dicunt, quòd si appella-
to de duello negetur alia probatio ac appellatio possit se licite defendere duellando, tam in cau-
sa criminali pro sua vita tuenda, præsertim si innocẽs sit, quàm in causa ciuili pro suis rebus. Quo-
niam sicut licet alicui pugnare pro corporis sui defensione, ita pro rerum suarum conseruatio-
ne. Ad instantiam vero præhabitam dicunt, quòd in tali duello directe intenditur propriæ vitæ
seu rei suæ defensio. Per accidens autem aduersarij interfectio, & de iudicis authoritate id facit,
qui ad duellum est appellatus. Asserunt tamen isti, quod appellans ad duellum, & iudex authori-
tatem aut licentiam ad hoc præstans, semper mortaliter peccant. Ad prætactam quoque Augu-
stini authoritatem respondent, quod loquitur inquisitiue non determinatiue, sed quoniam iuxta
præinducta aliqui principes iusti leguntur admisisse aut concessisse duella, aliqui opinãtur, quod
duella in aliquo casu, à iudice possunt sine peccato permitti. Sicut dum nobiles superiorẽ haben-
tes, inter se mouent guerram & terras suas ac subditos mutuo vastant igne & ferro, vnusq; illo-
rum alium corã superiore prouocet ad duellum & alius mox suscipiat illud. Superior quoq; pro-
babiliter æstimet, ꝙ præfata subditorum & innocentum vastatio per duellum valeat terminari,
non videtur peccare tale duellum permittendo, quia habenti curam communitatis licitum est
interdum permittere mala minora, vt vitentur maiora. Hanc opinionem refert & sequitur Lyra,
& addit

& addit, huic dicto videtur concordare Thomas in sua summa, dicendo, quòd quando in duello non expectat aliqs miraculosus euentus, vt in proposito, tale duellū propinquat ad communem fortium rationem, quibus in aliqbus casibus est licitū. Hæc Lyra. ¶ Quocirca dubitatio aliquantula oritur, cur more solito non alleget magis determinate, vbi Thomas hoc dicat, an quia non occurrebat memoriæ, vel forsan ex alia causa. Itaq; aduertendum, q Thomas in secunda secundæ, quæstione .95. sic scribit: Iudicium ferri candentis seu aquæ feruentis propter percipiendam alicuius occulti notitiam est illicitum. Primo, quoniam ordinat ad manifestandum secreta quæ diuino iudicio reseruant. Secundo, quia non est diuina authoritate sancitum. Hinc in decreto Stephani papæ prohibet, ac superstitiosum vocat, & est partim simile de duello, præsertim si pugiles sint multum dissimiles virtute corporali aut arte. Aliâs minus illicitum esset, eo quòd non expectet ibi miraculosus effectus, sed magis pertineat ad communem rationem fortiū. Hęc Thomas. In cuius verbis non habet, quòd in præhabito casu duellum licite permittat à iudice, sed q̄d in casu prætacto fit minus illicitum. Ex quo sequi videt, q secundum eum etiam in tali casu illicitum sit. Hæc tamen recitatiue scripsi, non declinando assertiue ad vnam positionem istarū potius quàm ad aliam. Veruntamen quantum ad propositum pertinet de duello sancti Dauid videt, quod sponte inire duellum contra aduersarium fidei, pro fidei defensione, & ad remouendum nominis diuini blasphemiam aut contra tyrannum & publicum hostem totius communitatis pro defensione boni communis sit licitum atq; laudabile, & ita operatus est Dauid. Sic quoq; fecisse legitur Eraclius imperator. D

¶ De mysticis sensibus eiusdem capli decimiseptimi. Art. XXXIII.

CONgregantes Philistĳm agmina sua &c. Quemadmodum Philistĳm non cessauerunt sua agmina contra Israelitas colligere, & fines ipsorū intrare, sic inuisibiles hostes, peruersi quoq; & perfidi homines indesinenter impugnant vere Christifideles, & iustos, & contra eos se congregant armantes se multitudine non virtute & ratione. Est quippe & in dæmonibus quædā p̄latio & supiores, vt suos dirigant satellites ad varia maleficia peragenda. ¶ Porro, Saul & filĳ Israel congregati venerunt in valle Terebynthi. Per vallem designat humilitas, Per Terebynthum, quæ est arbor de qua fluit resina multum medicinalis figuratur crux Chri qui suæ merito passionis, & per sanguinem crucis suæ omnium curat vulnera vitiorū. Fideles ergo & veri Israelitæ in valle se collocant Therebynthi, hoc est, in humili recordatione dñicæ passionis, cuius ope & merito triumphare confidunt & vincere oēs æmulos suæ salutis. Et Philistĳm stabant super montem ex parte hac. Impĳ etenī stant in monte elationis, quæ est ex parte E

Zachar.4 diaboli. De quo Zacharias inducit: Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum. Hi stant in monte vanitatis, qui confidunt in viribus suis, & de sua potestate præsumunt. Et Isrl' stabat sup montem ex parte altera. Electi enim & virtōsi se figunt in Christo, in sapientia salutari, in altitudine charitatis, in sublimitate virtutum, in apice fidei Christianæ, in doctrina & vnitate militan-

Esaiæ 2 tis ecclīæ. Vnde Esaias & Michæas prænuntiauerūt: Erit in nouissimis diebus præparatus mons

Michæ.4 domus domini in vertice montium, vallisq; erat inter eos, hoc est, humilitas quæ inter electos & reprobos diuidit. Et egressus est vir spurius de castris Philistinorū. Per Goliam capitaneum blasphemorū ac pugilem hostium plebis dei q ad singulare certamen euocauit, quemcunq; de Isrl' intelligitur princeps tenebrarū, seu quilibet hæresiarcha, aut rex perfidorū impugnantium ecclīam dei qui omnes à Christo vnico & inuictissimo pugile patris æterni vincunt. Dauid aūt erat minimus, sic dñs ac saluator vere humillimus fuit inter suos discipulos, qbus locutus est: Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Dixit autem Isai ad Dauid filium suum: Accipe fratribus tuis Ephi polente. Quemadmodum Isai misit filium suum Dauid ad visitandum tres fratres suos in prælio constitutos, sic pater æternus vnigenitum suum misit in seculi huius campum, ad visitandū genus humanum, cuius assumpsit naturam quod bellis periculosissimis laborauit, misitq; hominibus per Christum Ephi polente. s. mensuram trium modiorū, hoc est, superbeatissimæ trinitatis fidem & cultum, & decem panes, puta decalogum. Nam fide adorandæ trinitatis & obseruantĳs præceptorum optimæ reficiuntur fideles. & decem formellas casei deferens ad tribunum, per tribunum significantur prælati, per decem recentes paruosq; caseos spiritualia oblectamenta, quæ in obseruatione decalogi sentiunt à viris perfectis, quales esse oportet prælatos, qui decalogum tanto sublimius debent implere, quanto in altiori sunt gradu & ordine. Rursus per tres fratres Dauid tres status fidelium exprimunt, puta incipientium, proficientium & pfectorū, quibus deus per Christum proportionata misit cibaria, qu oniam incipientibus misit polenta seu pultem, hoc est facilem simplicemq; doctrinam, proficientibus panes, id est, solidum cibum, perfectis formellas casei, hoc est, euangelicorū consiliorū adimpletionem. Quemadmodum enim caseus additur pani, & gustum facit vtriusq; suauem. Sic consilia superaddunt præceptis, & amborū executionem contemperat. ¶ Præterea, sicut Saul promisit vincenti Goliam, dare in coniugem propriam filiam, sic Christo victori diaboli desponsata est vniuersalis ecclesia, quæ est filia regis æterni, imo & quælibet aīa virtuosa. Et sicut ipsi Dauid volēti cōfligere cōtra Goliam, dure locutus est senior F

frater

A frater suus, sic Christo durissime loquebať superior pars Iudaici populi, vtpote sacerdotes, scribæ, pharisæi, quod Christus patientissime tulit. Rursus sicut Dauid leonē vicit & vrsum, sic filius dei spm̄ superbiæ, qui tanq̄ leo rugiens circumit quærens quē deuoret, spm̄ quoq; carnalitatis, q per vrsum exprimit. Et induit Saul Dauid vestimentis suis. Nam pplus Iudæoꝝ voluit Christū sibi assimilare in vita & obseruantijs literæ, sed sicut Dauid abiecit arma Saul, sic dñs Iesus omnē mundi ornatū, diuitias & honores, corpoream armaturā, secularē potentiam, multitudinē famuloꝝ, sicq; expeditus ab oībus illis, tulit baculū quem semꝑ habebat in manibus. i. potestatem suā regalem & authoritatē pontificalem, saluatiuā ac iudiciariam potestatē qua prostrauit diabolū. Elegit quoq; sibi quinq; lympidissimos lapides de torrente. i. pulcherrima ac solidissima documenta ex quinq; Moysi libris & ex abundantia sapientiæ legalis, quæ misit in perā suā pastoralē. i. in cor siue in os suum, & funda iecit. i. per suam prædicationē documentū fidei sparsit & præceptū perfectæ charitatis effudit, per quod diabolū superauit, quem etiam vicit q̄ñ dixit ad patrem: Si non potest hic calix transire nisi bibam illū, fiat voluntas tua. Hi eꝝ quinq; lympidissimi lapides ex torrente electi, possunt intelligi quinq; sapientissima verba Christi ex fonte suæ sapientiæ sumpta, quæ protulit pendens in cruce, quoꝝ primo vulnerauit in fronte diabolū, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Postremo, sicut Dauid occidit Philistæum ense illius, sic Christus cōdemnauit diabolū propter propriam illius, crudelitatē & impietatem. Arma quoq; diaboli posuit in tabernaculo suo, q̄ñ manifestauit ecclesiæ qualiter & ꝑ quæ machinamenta diabolus Christū tentauit & fideles impugnet, quod ꝑ Euangelistas descripsit. Iuxta ꝓtacta autē debemus & nos cōtra diabolum omni virtute armari & fortiter ꝓliari, innitendo solius dei auxilio & animo indefesso virtuosis actibus insistendo.

1. Pet. 5 · Matt. 26 · Luc. 23

B

EXPOSITIO CAP. XVIII. Et factum est cum complesset loqui ad Saul. Arti. XXXIIII.

Gesta sancti Dauid hic plenius recitanť, & qualiter prosperitatibus eius aduersitates mox admisceri cœperunt. Specialiter cur & qualiter odiū regis occurrit & multa sustinuit ab eodē. Et factū est cum complesset Dauid loqui ad Saul verba in ꝓcedenti cap. scripta, anima Ionathæ *colligata est animæ Dauid feruentissimæ & indissolubilis vinculo dilectionis, & dilexit eum Ionathan quasi animā suam. Per hoc quod dicit, anima Ionathæ colligata est animæ Dauid. Et rursus, Dilexit eum quasi animā suam, insinuať, q̄ ista dilectio fuit syncera & spiritalis, nihilominus fuit socialis, sed ad charitatem sanctā referebať. Tulitq; eum Saul in die illa. i. Saul accepit ipsum Dauid secum tanq̄ strennuissimū militem vt secum maneret de cætero, & nō concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui. Istud durauit ad tempus quousq; cōcepit contra Dauid rancorem. Inierunt autē Dauid & Ionathas fœdus. i. inuiolabilis amicitiæ pactū astringendo se inuicem primo ꝑ verba ad perpetuā socialem & familiarē dilectionē, & forsan iuramento aut promissione firmauerunt hoc pactum. Ionathas quoq; in signū tantæ dilectionis egit quod subdiť. Diligebat eñ eum quasi animam suam. Nā expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, forsan superius, & dedit eam Dauid & reliqua vestimēta sua vsq; ad gladium & arcū suum, & vsq; ad baltheum. Per hoc q̄ in fine huius clausulæ fertur, & vsq; ad baltheū, datur intelligi, q̄ istud quod narrať de gladio & arcu ac baltheo, intelligēdum sit inclusiue. Itaq; dedit Ionathas Dauidi vestimēta sua & arma, innuens q̄ reputaret eum quasi seipsum. Amicus etenim, ꝓsertim tam charus, est alter ipse. Et item ad insinuandum, q̄ Dauid dignus esset amictu, armaturaq; filij regis. Et rursus hæc fecit, qa amicis omnia solent esse cōmunia. Item quia iam habiturus fuit suā sororem in coniugem. Præterea amor fundať in quadam similitudine. Nā omne animal diligit silē sibi. Amicitia vero in quadā communione. Itaq; Ionathas vir inclytus atq; magnanimis & laudabil'r bellicosus ac fortis & iuuenis pulcher, & ꝓclaræ complexionis ac optimæ indolis & natural'r affectuosus, videns ipsum Dauid in cūctis sibi tam conuenientē & silem, concepit repente ad eum tam maximā amicitiam & amorem, quæ ꝓcipue fundabať in bono honesto. Talis quoq; dilectio singulariter fulsit & arsit in viris euangelicæ legis, Amilio & amico quoꝝ præclarissimi actus habenť. Egrediebať quoq; Dauid ad omnia. i. ad quæcunq; misisset eū Saul & prudenter se agebat. i. seipsum ad omnia illa cū circūspectione & discretione mouebat. Posuitq; eum Saul sup viros belli. i. bellatoribus præcipuis eum ꝓfecit, tamen sub Abner & quibusdā, non oībus, & acceptus erat in oculis vniuersi populi Isrl', maximeq; in cōspectu famuloꝝ Saul. i. specialiū & domesticoꝝ satellitū, bellatoꝝq; Saul. Erat eñ Dauid in naturalibus eminēter bene dispositus & valde amabilis atq; affabilis, strēnuus quoq; & victoriosus, ac fidel'r querēs bonū commune & laboriose desudās pro illo. Tales autem rei publicæ tam vtiles, valde amanť cōmuniter. Porro cum reuerteret Dauid percusso Philistæo & ferret caput eius in Hierusalem. Istud (vt tactum est) non fuit statim post occisionem

1. Regū 17 · al's, conglutinata · Eccl. 13

Goliæ, ſed poſtea diu. Siquidem ſicut iam patuit, poſt occiſionē Goliæ Dauid fuit pacifice multis D
diebus in domo Saulis, ⌊egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael⌋ .i. de principalibus vr-
bibus regni exierunt fœminæ quædã in muſicis tritæ, ⌊cãtantes, chorosq́ ducētes in occurſum
Saul regis in tympanis lætitiæ, ⌋ quia ſuo ſono pariebãt audientibus iucunditatem & ipſe fœmi-
næ ex lætitia luſerūt in eis, ⌊& in ſiſtris⌋ Siſtrū dicitur genus tubæ, ſeu aliud inſtrumētum quod p-
cuſſum gignit ſonū vt tympanum vel cymbalum, ⌊& præcinebãt mulieres ludentes atq́ dicē-
Det. Co. res⌋ nam ſimul ore cãtabãt, & manu in inſtrumentis illis ludebãt. ⌊Percuſſit Saul mille & Dauid
hiſt. libr. 1. decē milia.⌋ In ſcholaſtica hiſtoria recitatur, ꝙ mulieres præcinebãt, percuſſit Saul mille, & vir-
Re. cap. 17 gines reſpondebãt & Dauid decē milia. Veruntamē textus magis videtur innuere, ꝙ totū iſtud
præcinebãt fœminæ illæ, quo facto virgines totū repetierunt, vt fieri ſolet in cantilenis, quæ de
bellorꝫ exitibus ac triumphis ſolent componi. Præterea dicitur Dauid decem milia percuſſiſſe,
vel principalior cauſa fuit occiſionis Philiſtinorum q̃ Saul. Siqdem Goliam vincendo fuit cau-
ſa, ꝙ vniuerſi Philiſtæi fugerunt. Vel, quoniam ipſum trucidauit Goliam, q pro decē milibus re-
2. Reg. 21 putabatur propter fortitudinem ſuã, ſecundum ꝙ infra ſecūdo libro habetur de Dauid: Tu vnus
pro decē milibus cõputaris. ⌊Iratus eſt aūt Saul nimis⌋ .i. indignatus, eo ꝙ ſeruus ſuus excellētius
laudabatur q̃ ipſe, ⌊& diſplicuit in oculis eius⌋ interioribus, ⌊iſte ſermo,⌋ .i. intellectui ſuo diſ-
plicens fuit cantus ille, ⌊dixitq́: Dederunt Dauid decem milia⌋ hoc eſt, deiectionem decem mi-
lium Philiſtinorum aſcripſerunt ipſi Dauid, ⌊& mihi mille dederunt. Quid ei ſupereſt, niſi ſo-
lum regnum⌋ id eſt, hoc ſibi præcipue videtur reſtare, vt promoueatur in regem. Itaque Saul
1. Reg. 15. ambitioſus timuit regno priuari, Sciensq́ ſibi per Samuelem prædictum, quòd dominus alium
ipſo meliorem elegiſſet in regem, protinus cœpit ſuſpicari, quòd Dauid is eſſet.

Hinc concepit cõtra eum inuidiam, quæ eſt dolor de proſperitate alterius, inquantum illa cõci- E
pitur, vt minoritiua ſeu impeditiua proprij præconij ſeu honoris, & quãto is cui quis inuidet plus
proſperatur, & cæteris melius placet, tanto miſer inuidus magis intra ſe cruciatur. Sicq́ contigit
miſero huic Saul, vt infra in textu docetur: ⌊Non rectis oculis ergo Saul aſpiciebat Dauid à die il
la, & deinceps.⌋ Hoc quidam de corporalibus intelligūt oculis, quoniã inuidi eos quos odio ha-
bēt, ſolēt ex obliquo reſpicere, cum graues eis ſint ad videndum. Poteſt quoq́ de interioribus ac-
cipi oculis, qui in Saule erãt infecti inuidia, ideo peruerſe iudicauit de Dauid, nec recto, ſed erro-
neo cordis intuitu ipſum conſiderauit. ⌊Poſt diē aūt alterã, inuaſit ſpiritus dei malus⌋ puta dia-
bolus à bono deo creatus, ſed voluntariȩ impius, ⌊Saul, & prophetabat in medio domus ſuȩ⌋ .i.
more arreptitiorꝫ protulit aliena, & inſtar prophetãtiū loquebatur quaſi de rebus ſecretis, vt ex-
Hierony. ponit Hieronymus, ſicq́ prophetare hic improprie ſumitur, cum prophetia ſit donū ſpūs ſancti
non maligni. ⌊Dauid aūt pſallebat manu ſua⌋ in cithara, ⌊ſicut per ſingulos dies⌋ facere cõſue-
uit, quãdo Saul affligebatur à ſpū nequã. ⌊Tenebatq́ Saul lanceam, & miſit⌋ .i. extēdit, ⌊eam⌋
ad perfodiendum Dauid, ⌊putans ꝙ configere poſſet Dauid,⌋ .i. transfigere, ⌊cum pariete⌋ ita
ꝙ lancea pertrãſiens corpus Dauid intraret quoq́ parietem & ei affigeret ipſum Dauid ⌊Et Da
uid declinauit à facie eius ſecūdo.⌋ Nã & ante hãc horã ſemel receſſit à Saul redeundo ad propriū
1. Reg. 17 patrē inſtante bello, de quo habetur præcedēti capitulo. Sed qa ille receſſus fuit alterius rationis
ab iſto. Nam fuit ſpontaneus, iſte vero ex timore & quaſi coactus. Ideo quidam exponunt iſtud, F
ꝙ Saul hac die niſus eſt bis ipſum Dauid perfodere, & ideo bis ſe retraxit ab illo, ſicq́ exponit
R. Paul. Rabbi Paulus. ⌊Et timuit Saul⌋ ipſum ⌊Dauid⌋ .i. regnum timuit eſſe transferendū à ſe ad Da-
uid ac poſteros eius, eo ꝙ dominus eſſet cū eo⌋ per gratiã copioſam ac multiformem, ⌊& à ſe re-
ceſſiſſet. Amouit ergo Saul eum à ſe⌋ .i. à ſua præſentia, qa ex odio eū inuite vidit, non tamen à
ſuo palatio, ⌊& fecit eum tribunum ſuper mille viros⌋ .i. chiliarchum ſeu millenarium quod fecit
peruerſa intentione, vt. ſ. Dauid cum illis contra Philiſtæos congrediendo occideretur. ⌊Et e-
grediebatur & intrabãt in conſpectu populi. In omnibus quoq́ vijs ſuis Dauid prudenter ſe age-
bat, & dominus erat cum eo. Vidit itaq́ Saul ꝙ prudens eſſet nimis & cœpit cauere eum. Omnis
autem Iſrael & Iuda diligebat Dauid. Ipſe enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos. Dixitq́
Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior⌋ .i. ſenior, nomine, ⌊Merob ipſam tibi dabo vxorem, tan-
tummodo eſto vir fortis, & præliare bella domini⌋ .i. hoc tantum requiro à te, vt ſtrenuæ præ-
lieris, quatenus. ſ. deſiderio primogenitæ filiæ meæ exponas te periculis præliorum incaute & ca
das. ⌊Saul aūt reputabat dicēs: Non ſit manus mea in eo, ſed ſit ſuper eū manus Philiſtinorꝫ. Ait
aūt Dauid ad Saul⌋ non tantum coniugium recuſando, ſed comparatiōe regalis faſtigij ſe vrba-
ne humiliando. ⌊Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael, vt fiam ge
ner regis?⌋ quaſi dicat, nec ratione perſonæ meæ, nec ratione vitæ, nec ex parte cognationis di-
gnus ſum tanto connubio, quod aliquo modo potuit verificari, ſecūdum ꝙ locutiones ex humi-
litate prolatæ ſolent ſecūdum aliquã conſiderationē vere cenſeri. Abſolute tamen loquēdo Da-
uid erat digniſſimus matrimonio illo, & ſuo contra Goliam triumpho promeruit illud. ⌊Factū
eſt autē tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data eſt Hadriheli Moholathitȩ vx-
or⌋ ſicq́ in hoc violauit Saul, ꝙ ipſi Dauid promiſit. Cauſa tamen huius mutationis non expri-
mitur in

A mitur in hoc loco. L Dilexit aũt Dauid Michol filiam Saul alteram. Et nuntiatũ est Saul, & pla-
cuit ei. Dixitq́ Saul: Dabo eam illi vt fiat ei in scandalũ, & sit super eum manus Philistinorum. ⌋.i.
occasio ruinæ & mortis. L Dixitq́ Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie. ⌋In
Hebræo, vt dicitur, nõ habetur, in duabus rebus: sed, in duabus gener, vt sit sensus, In ambabus fi
liabus meis eris nunc gener meus, quia primogenitam habuisti quantũ ad sponsalia, & nũc aliam
habebis sponsam & coniugem. ¶Vel, in duabus rebus. i. pro interfectione Goliæ & pro præputijs
Philistinorum, quæ requirã à te, obtinebis in coniugiũ filiam meã. ¶Veruntamẽ Hieronymus dicit, Hierony.
duas res fuisse centũ præputia Philistinorum, quæ Dauid prius dederat Sauli pro filia eius Merob,
atq́ ducenta ꝑputia quæ dedit pro Michol. L Et mandauit ⌋.i. ꝓcẽpit L Saul seruis suis: Loqui-
mini ad Dauid clàm me ⌋.i. me quasi nesciente, L dicẽtes: Ecce places regi, & omnes serui eius di
ligunt te. Nunc ergo esto gener regis, ⌋quatenus eis hoc dicẽtibus rege nõ audiente, Dauid plus
crederet, ꝙ dicerent hoc syncere, nõ adulatorie. L Et loquuti sunt serui Saul in auribus Dauid oĩa
verba hæc. Et ait Dauid: Num parum vobis videt̃ esse generum regis? ⌋quasi dicat, magnũ est. L Ego
aũt sum pauper vir & tenuis, ⌋pauper in substãtia, tenuis in potestate, ac si dicat, facultatibus &
potentia impar sum, & vix habeo dona quæ in tali coniugio sponsus solet dare sponsæ & propin
quis ipsius. L Et renũtiauerũt serui Saul, dicẽtes: Huiuscemodi verba loquutus est Dauid. Dixit au
tem Saul: Sic loquimini ad Dauid: Nõ habet rex necesse sponsalia, nisi tantũ centũ præputia Phi
listinorum, vt fiat vltio de inimicis regis ⌋.i. alia munera à Dauid nõ exigo, nisi vt centũ Philistæis
abscidat eorum ꝑputia & mihi ꝓsentet ac numeret ea. ¶Triplici causa petijt Saul istud. Primo, quia ꝓ
B cipue odiebat Philistæos tanq̃ sibi molestiores. Secũdo, qm̃ Philistæi maxime horruerũt & con-
tempserũt circuncisionem, ideo pro maiore eorum afflictione & cõfusione, voluit eos sic circũcidi.
Tertio, vt certus esset ꝙ percussisset Philistæos, nõ Israelitas, qbus iam abscisa erãt ꝑputia. L Por
ro Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philistinorum. ¶Cumq́ renuntiassent serui eius Dauid ver
ba q̃ dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. Et post paucos dies surgẽs
Dauid, abijt in Accaron cũ viris qui sub ipso erãt, & percussit ⌋Dauid cũ viris suis L ex Philistijm
ducentos, & attulit ꝑputia eorum & annumerauit ea regi vt esset gener eius. ¶Dedit itaq́ ei Saul Mi-
chol filiã suam vxorẽ, ⌋tamẽ inuite, vt magister in historijs ait. L Et vidit Saul & intellexit ꝙ do Pet. Co.
minus esset cũ Dauid. ¶Michol aũt filia Saul diligebat eũ, & Saul magis cœpit timere Dauid. ¶Fa- histo.lib.1.
ctusq́ est Saul inimicus Dauid cunctis diebus ⌋.i. vsq́ ad mortẽ suã. L Et egressi sunt principes Reg.ca.17
Philistinorum. ¶A principio aũt egressionis eorum prudentius se gerebat Dauid, q̃ omnes serui Saul,
& celebre factum est nomen eius nimis.

¶De spiritualitate eiusdem cap. XVIII. Arti. XXXV.

DAuid pene in omnibus est euidens Christi figura. Saul vero typum gerit principum
Iudæorum, scribarum & pharisæorum. Ionathas autem significat electissimos illos Iu-
dæos, qui Christo inter Israelitas corporaliter conuersanti familiariter adhæserunt.
¶Itaq́, Factũ est cũ cõplesset Dauid loqui ad Saul, anima Ionathæ colligata est aĩæ Da-
uid. i. dũ Chrũs sermocinatus fuisset superioribus ac senioribus Iudæorum, apostoli, cæteriq́ disci-
puli ac fœminæ sanctæ, totis præcordijs cœperunt diligere saluatorem, admirantes in verbis gra
tiæ quæ procedebant de ore ipsius. Nam loquebatur sicut potestatẽ habens, non sicut scribæ & Luc. 4
pharisæi, & ea quæ docuit, in primis opere, excellentissime adimpleuit. Testimonia quoq́ quæ Matth. 7
C prædicauit, credenda cõprobauit per innumerabilia gloriosa miracula. ¶Quemadmodum etiã Io- Mar. 1
nathas seipsum totaliter exuit, vestesq́ suas & arma tradidit Dauid, sic ꝓfati discipuli oĩa sua pro
pter dominum reliquerunt. ¶Rursus Dauid se in cunctis prudenter agendo & omnia sibi cõmissa
strennue expediendo, Christum præfigurauit, qui loquitur patri: Opus consummaui quod dedi Matt. 19
sti mihi vt facerem, qui se in cunctis sapientissime & irreprehensibiliter egisse protestans, dixit Iu Iohan. 17
dæis: Quis ex vobis arguet me de peccato? ¶Insuper per mulieres quæ cecinerunt in choro, per-
cussit Saul mille & Dauid decem millia, intelliguntur animæ deuotæ ex Iudaismo conuersæ, quę Iohã 8
dixerũt de Chr̃o: Propheta magnus surrexit in nobis. ¶Istæ professæ sunt ꝙ Chr̃s decies plures Luc. 7
conuertit ad dñm & saluberrime mortificauit atq́ correxit q̃ sacerdotes, scribę & pharisęi. Hinc
pontifices, seniores, scribæ & pharisæi inextinguibile odium conceperũt in Christũ. Et quãto fi
lius dei in sapientia, eloquẽtia, sanctitate, fama, miraculis gloriosior & eis excellentior fuit, tanto
inuidiosius persequuti sunt eum, cupientes eum transfodere, quorum rabiem Christus interdum
patientissime declinauit, seq́ abscondit quousq́ hora suæ passionis desuꝑ præstita fuit impleta. Luc. 4
¶Iterũ sicut furente Saule, Dauid psallebat, vt illius mitigaret insaniã, sic furẽtibus cõtra se ꝓfatis Iu Iohã. 6. 10
dæis saluator mũdi sapientissimæ ꝓdicationis cecinit melodiã, diuinorũq́ operum magnificentiã
demonstrauit, vt vel sic conuerterentur ad fidei veritatẽ. Ipsi vero tanq̃ phrenetici insanientes in
medicũ ipsum transfigere sunt conati. ¶Præterea sicut Dauid in omnibus prospere peragente &
omnibus complacente Saul timuit eum, dicens: Quid ei superest nisi regnum, Sic Christo quo-
tidie crescẽte in fama & ostensione sapientiæ ac virtutum, timuerũt principes Iudæorum, dicẽtes:

Ioban 12. Videtis, quia nihil proficimus. Ecce totus mundus abijt post eum. Itemq́ꝫ: Quid facimus, quia hic D
Iobã 11. homo multa signa facit, si dimittimus eũ sic, omnes credẽt in eum. Quemadmodũ etiã Saul quã-
tum in se fuit, tradidit Dauid in manus Philistinorꝫ, sic præfati Iudæi Christum tradiderunt ma-
Ioban 18. nibus paganorꝫ, Pilato & satellitibus eius Romanis.

¶ Moraliter in isto capitulo docemur charitatem, prudentiam, obedientiam, patientiam, fortitudinem, fidelitatem, humilitatem & fructuositatem electi Dauid, in qbus omnibus ipsum imitari debemus, quod ad præsidẽtes potissime pertinet, vt inter eos, eorũq́ꝫ subditos sit feruẽs, inuiolabilisq́ꝫ dilectio, & ipsi coram subditis suis prudẽter & exemplariter intrent & exeant, sintq́ꝫ in cũctis virtutibus fructuosi. Præterea, sicut Dauid promptissime obediuit Sauli, & nihilominus tot ab illo tolerauit aduersa, nec tamen mala, sed bona rependit pro malis & impio illi cessit humiliter, ita & nos superioribus nostris fideliter obtemperemus, & si aliquãdo graue aliqd intulerint nobis corripiendo aut disciplinãdo etiã absq́ꝫ nostris demeritis, totũ hoc æquanimiter patia-
1. Cor. 14 mur, & illis humiliter deferamus, atq́ꝫ in vniuersis prudenter agamus nos, omnia ordinate ac decenter agentes, & per discretionem dirigamus omne obsequiũ nostrũ, & taliter conuersemur vt omnis Israel. i. omes proximi & domestici nostri nos diligant. Postremo, sicut Dauid & Ionathas fœdus amicitiæ inierũt, sic volenti in Christo proficere, expedit fidelẽ, syncerũ, virtuosum & familiarẽ amicũ habere, quatenus se inuicem charitatiue corripiãt, exhortẽtur, iuuent & dirigãt semp. Nẽpe, vt Ecclesiasticus asserit: Amic⁹ fidelis, protectio fortis. Qui inuenit illũ, inuenit
Eccl. 6 thesaurũ. Amico fideli nulla est cõparatio, & nõ est digna põderatio auri & argẽti cõtra bonitatẽ fidei illius. Amicus fidelis, medicamẽtũ vitæ & immortalitatis, & q metuunt dñm, inueniũt illũ. E
Ad hanc amicitiam in bono honesto fundatã exigitur, vt vnus in alio nequaquam dissimulet malum culpæ, nec aliqd contrariũ virtuti optet ab alio, nec propter aliũ agat quicq̃ iniquũ. Ideo in
Ibidẽ Ecclesiastico dicitur: Noli fieri pro amico, inimicus proximo. Si ergo videris amicũ tuũ cũ alio quocũq́ꝫ cõtẽdere, nõ eũ adiuues contendẽdo, imo à cõtẽtione auerte eundẽ. Innotescit demũ ex præinductis q frequẽter hi q specialibus & eminẽtioribus gratiæ donis ornãtur, plures habeant æmulos & persecutores, in quo patientes existere debẽt, nec extolli nec alios aspernari.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI XIX. Loquutus est autem Saul ad Ionathan filiũ suum. Art. XXXVI.

Vitia interiora quibus non statim resistitur, crescũt paulatim, & tandẽ sic inualescunt & sæuiunt, vt amplius intus latere non queant, sed per verba & facta iniqua erumpant forinsecus. Sic contigit Sauli, qui cum sanctũ Dauid per occulta machinamenta non potuisset occidere, cœpit eum persequi manifeste, nec odium suum in Dauid ab intimo Dauid amico quiuit abscondere. Sic peccata faciunt miserrimum hominem insanire, vt iam nec deum nec homines erubescat aut vereatur. Hoc totũ in isto monstratur capitulo. ⌊Loquutus est autem Saul ad Ionathan filiũ suũ & ad omes seruos suos⌋ speciales domesticos, ⌊vt occiderẽt Dauid.⌋ Putauit Saul q Ionathas magis eligeret Dauid, quãuis amicissimũ virũ F atq́ꝫ sororiũ trucidare, q̃ se patrẽ suũ offendere. Non enim considerauit bonitatẽ & æquitatẽ filij sui. ⌊Porro Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid dicẽs: Quærit pater meus occidere te⌋ per me & suos ministros. ⌊Quapropter obserua te quæso mane,⌋ i. diligenter custodi te, ⌊& manebis clam⌋ i. occulte, ⌊& absconderis⌋ i. abscõdes te, ita vt nemo præter me sciat quo lateas. ⌊Ego aũt egrediens⌋ cũ patre meo de vrbe in agrũ, ⌊stabo iuxta patrem meũ in agro⌋ in quo Saul egredi consueuit gratia spaciandi vel ad consiliandum, ⌊vbicũq́ꝫ fuerit⌋ i. in quocũq́ꝫ loco inuenero patrẽ meũ melius dispositũ ad acquiescendũ persuasionibus meis, videlicet tẽpore opportuno cum fuerit tranquillus & lætus, ⌊& ego loquar de te ad patrem meũ, & quodcũq́ꝫ videro⌋ patrẽ meũ velle circa te, ⌊nũtiabo tibi,⌋ in loco tuæ absconsionis, ad quẽ veniã ad te. ⌊Loquutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrẽ suũ, dixitq́ꝫ ad eum. Ne pecces rex in seruũ tuũ Dauid, qa non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum⌋ hoc est, grandi periculo exposuit vitam suam, ineundo duellum contra Goliam. Et quamuis Dauid ex reuelatione præsciuit se triumphaturum, tamen quantum ad exteriorem apparentiam, iudiciumq́ꝫ humanum fuit res plena periculo, ⌊& fecit dominus salutem magnam vniuerso Israeli. Vidisti & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio interficiens Dauid qui est absq́ꝫ culpa? Quod cum audisset Saul, placatus voce⌋ i. rationabili & pia persuasione, ⌊Ionathæ, iurauit. Viuit dominus, quia non occidetur⌋ ex meo præcepto. ⌊Vocauit itaq́ꝫ Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc. Et introduxit Ionathas⌋ ipsum ⌊Dauid ad Saul, & fuit ante eum sicut erat heri & nudiustertius.⌋ Nudiustertius componitur ex nunc & dies ac tertius, quasi nunc est tertius dies. Sed hic indeterminate accipitur pro tpe præterito. ⌊Motũ est aũt rursum bellũ⌋ inter Philistæos & Israelitas, ⌊& egressus Dauid

A David,pugnauit aduersum Philisthijm,percussitq; eos.⌋David ⌊plaga magna,& fugerũt à facie
eius ⌋cæteri qui nõ erant percussi.⌊Et factus est spũs dñi malus in Saul.Sedebat aũt in domo &
tenebat lanceam.Porro David psallebat manu sua.Nisusq; est Saul configere David lancea in
pariete⌋qa ex victoria quã vir sanctus obtinuit,motus fuit cõtra eũ rancore,cũ tamen pugnasset
pro eo.⌊Et declinauit David à facie Saul.Lancea aũt casso vulnere perlata est in parietẽ⌋.i.Sa
ul non tangendo David,impegit lanceã suam in parietem absq; vulneratione ipsius David, ⌊&
David fugit⌋in domũ suam,⌊& saluatus est nocte illa⌋.i.per fugã euasit mortẽ in nocte in qua
Michol per fenestrã eũ deposuit,sicut in textu,qui planus est,recitatur.⌊Misit ergo Saul satelli-
tes suos nocte in domũ David vt custodirent eũ,& interficeretur mane.Quod cũ annuntiasset Da
uid Michol vxor eius,dicens:Nisi saluaueris te nocte hac,cras morieris,deposuit eum per fene-
stram.Porro ille abijt & aufugit atq; saluatus est.Tulit aũt⌋.i.accepit ⌊Michol statuam⌋.i.li-
gneũ aut saxeum simulachrũ hominis,⌊& posuit eam super lectũ,⌋videlicet inter lintheamina
⌊& pellem pilosam caprarũ posuit ad caput eius⌋.i.supra caput statuæ ad representandũ capil-
los David,sicut statua representauit caput ipsius:sic & Rebecca pelliculas hœdorũ circumposuit Genes.27
manibus Iacob,⌊& operuit eam vestimẽtis.⌋Strauit etenim lectũ quasi infirmãtis,&(vt in hi- Pet. Co.
storijs ait magister)opertorijs supposuit iecur capræ adhuc calidũ & spirans seu fumans ad experi hist.lib.1.c.
mendũ similitudinem anhelãtis. ⌊Misit aũt Saul apparitores⌋.i.ministros,quorũ officium fuit Reg 14.18
trucidare maleficos,⌊qui raperent⌋.i.comprehenderẽt ⌊David.⌋Primo quippe misit satelli-
tes ad obsidendũ David in propria domo,quatenus mane egredientem occiderẽt.Cumq; non
egrederet,misit lictores q caperent eũ in domo sua.⌊Et responsum est,q̃ ægrotaret.Rursumq;
B misit Saul nũtios vt viderẽt David,dicens:Afferte eum ad me in lecto vt occidat.⌋O quanta ini
quitas & quanta crudelitas sic afflicto & innocenti addere afflictionẽ.⌊Cumq; venissent nuntij
inuentum est simulachrum super lectum & pelles caprarũ ad caput eius.Dixitq; Saul ad Michol:
Quare sic illusisti mihi & dimisisti inimicũ meum vt fugeret?Et respondit Michol ad Saul;Quia
ipse⌋David ⌊loquutus est mihi,dicens:Dimitte me⌋.i.per fenestram depone me,⌊alioquin in
terficiam te,⌋hoc dixit ad satisfaciendũ patri suo,fuitq; officiosum mendacium,qm̃ ipsamet Mi
chol virũ suũ intime amans,psuasit ei vt fugeret.⌊David aũt fugiens,saluatus est,& venit⌋ Da-
uid ⌊ad Samuel in Ramatha⌋vrbẽ,⌊& nũtiauit ei oĩa q̃ fecerat sibi Saul.Et abierũt ipse & Samu
el & morati sunt in Naioth⌋.i.in colle sic dicto,q fuit ⌊in Ramatha,⌋in quo colle erãt mãsiones
pphetarũ.⌊Nũtiatũq; est Sauli à dicẽtibus:Ecce David⌋est⌊in Naioth in Ramatha:Misit ergo
Saul lictores⌋.i.carnifices,⌊vt raperẽt David.Qui cũ vidissent cuneũ prophetarũ vaticinantiũ⌋
.i.deũ laudantiũ seu prophetica cantica psallentiũ,& forsan quidã eorũ spm̃ prophetiæ habebãt,
⌊& Samuelẽ stantẽ sup eos⌋.i.p̃sidentẽ eis ac dirigentẽ.⌊Factus est etiã in illis spũs dñi.⌋Spũs
dñi est spũs sanctus,qui non est creatus nec factus,sed à patre & filio immanenter, æternaliterq;
præcedens,coæternus,coæqualis,& cõsubstantialis vtriq;.Sed dicitur,factus in homine,quando
aliquid gratiose operat in eo.Factus est ergo in istis spũs dei.i.spũs dei per spiritalem quandã de-
uotionem cœpit esse in eis absq; sua,sed non sine illorũ mutatione,⌊& prophetare cœperũt etiã
ipsi⌋.i.deũ laudare & verba prophetarũ depromere cœperũt.⌊Quod cũ nuntiatum esset Sauli,
misit & alios nuntios.prophetauerũt aũt & ipsi.Et rursum misit Saul tertios nũtios,qui & ipsi p-
phetauerũt.Et iratus iracũdia⌋vitiosa⌊Saul,⌋tanq̃ obstinatus in prauitate,q de gratiosis effecti
bus spũs sancti cõcessis suis ministris nõ iam grãs egit,sed indignabat,⌊abijt etiã ipse⌋in ppria
C psona vt male tractaret David⌊in Ramatha,& venit vsq; ad cisternã magnã,q̃ est in Soccho, &
interrogauit & dixit:In q̊ loco sunt Samuel & David?Dictũq; ẽ ei:Ecce in Naioth in Ramatha
sunt,& abijt ĩ Naioth ĩ Ramatha.Et factus ẽ etiã sup eũ spũs dñi & ambulabat ingrediẽs & pphe
tabat vsq; dũ veniret in Naioth.⌋Et velut amẽs effectus⌊expoliauit se etiã ipse vestimẽtis suis⌋
regalia & exteriora indumẽta exuẽdo & forsitã induẽdo supius aliquã lineã vestẽ religiosam,sicut
tũc induti erãt illi prophetæ cũ quibus cecinit deo.Et qa hic dicit,expoliauit se etiã ipse,videt q̃
& p̃fati nũtij se cõformiter exuerũt,⌊& prophetauit cũ cæteris corã Samuele,& cecinit⌋laudes
deo ⌊tota die illa & nocte nudus⌋.i.parũ vestitus seu solitis exterioribus vestibus carẽs,sicut in
Euãgelio legit,Petrus fuisse nudus piscando.Et adolescẽs qui Christũ cõprehensum sequebatur Iohã.21
amictus erat syndone super nudo.Sic & Michol dixit ad David,cum ante arcam saltasset,exu- Marc.14
tus regias vestes & Ephod indutus.Quàm gloriosus fuit rex Israel hodie nudatus,quasi si nudet
vnus de scurris.⌊Vnde & exiuit prouerbium:Num & Saul inter prophetas,⌋quasi admiran- 2.Regũ.6
do dicant,Mirũ est hominem talẽ sic assimilari prophetis.Istud q̃q; supra expositũ fuit.Potest 1.Regũ.10
tñ hic accipi quasi irrisorie dictũ,tanq̃ dicant,Ista deuotio nõ diu durabit.¶Circa hæc quæritur,
qualr factus sit in istis spũs dei,an.s.habuerũt verã deuotionẽ,q̃ charitatẽ & virtutẽ latriæ p̃sup-
ponit & exigit,qa ex illis procedit.An potius habuerũt quandã deuotionẽ volatilẽ & informẽ
& sensibilẽ quendam feruorẽ,quemadmodũ multi in mortalibus vitijs existentes compungun-
tur & plorant ad horam ex sermocinatione,aut melodia ecclesiæ seu deuotorum inspectione,aut
ex visis miraculis,qui tamẽ veram non habent contritionem nec plenũ emẽdationis propositũ,

&talis deuotio est donũ gratiæ gratis datę, qualẽ & Iudæi sæpe habẽt ac Saracæi in ritibus suis. D
Iohã.7 Qualis etiam forsitan fuit eorũ compunctio qui missi ad comprehendendum Christũ reuersi ad
scribas & pharisæos dixerunt: Nũquàm sic loquutus est homo sicut hic loqtur. Et istud secũdum
Rabanus videtur probabiliter posse teneri. Vnde & Rabanus ait hic: Non est mirũ hominẽ reprobũ tran-
Isidorus. sitorie prophetare. Et vt addit Isidorus de talibus dicturus est dominus: Amen dico vobis: Ne-
Matt.25 scio vos. Nihilominus magna misericordia dei fuit huius qualiscũq; deuotionis collatio. Iuxta al-
Luc.13 legoriam, quemadmodum Hieremias, ita & Dauid suis assiduis atq; durissimis persequutionibus
sibi à Saul illatis, Christum & eius persequutiones sibi à Iudæis inflictas, præsertim à principi-
Iohan.10 bus sacerdotũ præfigurauit. Et sicut Dauid abscondit se de consilio Ionathæ sibi dicentis. Quæ-
Luc.13. rit pater meus occidere te. Sic Christus abscondens se exiuit de templo, cui & nonnulli dixerũt:
Matt.27 Vade hinc, qa Herodes quærit occidere te. Porro obsessio Dauid in domo sua à satellitibus Saul
quid aliud quàm Christi in sepulchro collocati custoditionem præsignasse videtur. Et sicut Da-
uid dimisso positum est in eius lectulo simulachrum, sic Christo egresso de monumento colloca-
ta sunt in eius monumento lintheamina atq; sudarium. At vero per nuntios missos ad Dauid ca
piendum, qui mutato proposito prophetauerunt, significantur scribæ & pharisæi, qui ex insti-
Roma.13 gatione pontificum directi fuerunt ad Christum affligendum, qui tamen zelum quendam dei
ac legis habuerunt, sed non secundum scientiam, imo quorum nonnulli postea vere conuersi fue
Iohã.8 runt ad saluatorem & spiritũ sanctũ sortiti sunt, qbus ante passionem suam asseruit: Cum exalta-
ueritis filium hominis, tũc scietis quia ego sum.

¶EXPOSITIO CAPITVLI XX. Fugit autem Dauid in Naioth. Art. XXXVII.

NVnc recitatur, qualiter Dauid in tot tribulationibus suis habuerit refu- E
gium ad fidelissimum suum amicum Ionathan. ⌊Fugit autem Dauid de
1.Regũ.19 Naioth quæ est in Rama⌋ .i. Ramathu, vt præcedenti articulo dictũ est,
⌊veniensq;⌋ ad locum, in quo secrete repperit Ionathan, ⌊loquutus est
coram Ionatha: Quid feci?⌋ Itaq; angustiam cordis suis quærulose ex-
posuit Ionathę, vt dolor interior per verba euaporans mitigaretur, atq;
vt consolationem, consiliumq; à Ionatha sortiretur. ⌊Quæ est iniqtas
mea & quod pc̃tm̃ meũ in patrẽ tuum, quia quærit animã meam?⌋ Cre
ditur aũt, q̃ Ionathas ignorauit patrẽ suũ voluisse ocidere Dauid postq̃
Ibidẽ iurauit, q̃ non occideretur, prout p̃cedenti fertur capitulo, ita q̃ Iona-
thas interim fuit absens. Ideo Dauid reuerso insinuauit, q̃d interim à Saul sustinuit. ⌊Qui⌋ .s. Iona-
thas, ⌊dixit ei: Absit à te. Nõ morieris⌋ .i. pater meus nõ occidet te. ⌊Neq; enĩ faciet pater me-
us grande quicquam vel paruũ, nisi prius indicauerit mihi⌋ hoc fuit verbũ bonæ fiduciæ. ⌊Hũc
ergo cælauit à me pater meus sermonẽ tantũmodo. Neq; enim erit istud. Et iurauit rursum Da-
uid⌋ .i. Ionathas iterũ iurauit ipsi Dauid, q̃ non occideretur, dummodo posset ipsum defendere.
Vel deo inspirante intellexit Dauid non esse occidẽdum à Saule, sed successurũ ei in regno. ⌊Et
ille⌋ .s. Dauid, ⌊ait: Scit profecto pater tu᷒, q̃ inueni gratiam in oculis tuis, & dicet: Ne sciat hoc
Ionathan ne forte tristetur. Quinimo viuit dominus, & viuit anima tua, quia vno tantũ (vt ita di F
cã) gradu, ego morsq; diuidimur⌋ .i. morti sum proximus, tot circũdatus laqueis mortis, & vix
lanceam patris tui euasi, satellitibus quoq; & apparitoribus eius fui vallatus. Loqtur aũt de mor-
1.Re.18.19 te quasi de re positiua. Cũ tamen non sit nisi priuatio vitæ, nisi per mortẽ intelligatur & præuia
pœna mortẽ inducens. ⌊Et ait Ionathan ad Dauid: Quodcũq; dixerit mihi anima tua faciam ti
bi. Dixit autem Dauid ad Ionathan: Ecce Calendæ sunt crastino⌋ .i. cras erit initium mensis, ⌊&
ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum⌋ tanquam gener ipsius, & in tali festiuita-
te præcipue. ⌊Dimitte ergo me vt abscondar in agro vsq; ad vesperam diei tertiæ,⌋ vt interim
certificeris quid pater tuus prætendat de me. ⌊Si respiciens⌋ id est, absentiam meam consideràs,
⌊requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogauit me Dauid vt iret celeriter in Bethlehem, qa
victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. Si dixerit bene, pax erit seruo tuo. Si au-
tem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius⌋ .i. q̃ absolute & malitiose decreuerit me tru
cidare. Elicitur ex his, q̃ Iudæi festum Neomeniæ seu Calendarum, celebrauerunt tribus diebus
quod tamen non habuerunt ex lege quæ non iussit illud nisi vna die seruari, sed ex patrum suorũ
traditione aut consuetudine, vt Glossa testatur. Quærunt autem nonnulli, an Dauid interim iuit
in Bethlehem, & putant nonnulli q̃ imo. Porro, litera videtur insinuare q̃ non, quoniam Da-
Numer.10 uid dixit: Dimitte me vt abscondar in agro vsq; ad vesperam diei tertiæ. Tamen de intellectu hu
ius verbi infra dicetur. ⌊Fac ergo misericordiam in seruum tuum, quia fœdus domini me famu-
lum tuum inire tecum fecisti. Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrẽ tuũ
ne introducas me. Et ait Ionathas: Absit hoc à me. Neq; enim fieri potest, vt si certe cognouero
completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi. Responditq; Dauid ad Io-
nathan:

A nathan: Quis renũtiabit mihi, si qd forte responderit tibi pater tuus dure de me? Et ait Ionathan ad Dauid: Veni & egrediamur foras in agrum. Cumq; exissent ambo in agrum ait Ionathan ad Dauid: Domine deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino vel perendie, quid scilicet iudicet de te, & aliquid boni fuerit super Dauid & non statim misero ad te, & notum fecero tibi, hæc faciat deus Ionathæ & hæc augeat. Itaque hoc execrationis iuramento Ionathas se astrinxit ad istud. Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurē tuã & dimittam te vt vadas in pace, & sit dominus tecum dando tibi victorias, sicut fuit cum patre meo multos ei præstando triumphos. Tamen quo ad dona gratiæ non est intelligenda imprecatio ista cum quantum ad illa dominus à Saul recesserit. Et si vixero facies mihi misericordiã domini id est, opera pietatis deo placentia mihi impendes, & misericorditer ages mecũ, sicut dominus fecit tecum, nec vindicabis in me, aut in posteris meis iniurias quas tibi irrogat pater meus. Hinc subditur. Si vero mortuus fuero, non auferas misericordiam tuam à domo, i. posteritate & sobole, mea vsq; in sempiternũ, i. quàm diu vixeris & idem successoribus tuis committere poteris. Hæc loquutus est Ionathas, quoniam firmiter credidit regnũ esse transferēdum à Saul ad Dauid, prout prædixerat Samuel. ¶ Quo circa quærit, an & Dauid hoc credidit 1. Regū. 20.
Si sic, quomodo dixit: Ego & mors vno tantũ gradu diuidimur. Si non, ergo fuit incredulus. Respondetur, ꝙ Dauid opportuno tempore id credebat certissime adimplendũ. Quãdoq; vero habuit ad causas naturales, humanas, propriasq; aspectũ & poterat æstimare, ꝙ promissio illa diuina de suo principatu forsitan posset intelligi sub conditione, quemadmodum tales promissiones accipi solent. Aut si non fecero quod iam dixi, quando eradicauerit dominus inimicos Dauid vnũquemq; de terra. Per hoc innuitur, ꝙ Ionathas nouerat patrem suũ & ei contra Dauid
B fauentes auferendos de vita hac propter impietates eoꝝ in Dauid, auferat Dauid Ionathan de domo sua i. me quoq; occidat, & requirat dominus de manu inimicoꝝ Dauid i. persecutores tuos puniat propter excessus eoꝝ in te. Hoc Ionathas dixit zelo iustitiæ atq; de castigatione vitæ præsentis ne æternaliter damnarent. Pepigit ergo fœdus Ionathas cũ domo Dauid, i. cum ipso Dauid & semine eius. Et requisiuit dominus de manu inimicoꝝ Dauid quasi dicat. Hoc qđ Ionathas deprecatus est fieri aduersariis Dauid hoc factũ est eis, qa exegit deus ab eis debitas vltiones. Istud aliqui dicũt hic interpositũ & adiunctũ ab Esdra. Et addidit Ionathas deierare Dauid i. valde & plurimũ iurauit ipsi Dauid, ꝙ seruaret ei fidelitatē & amicitiam inuiolatã, eo ꝙ diligeret illũ. Sicut eñi animã suã ita diligebat eũ. Hoc scriptura frequenter resumit pro nostra vtiq; informatione, & pro commēdatione nobilissimi Ionathæ, q si ambitiosus fuisset & deo rebellis, inuidisset ipsi Dauid tanq̃ ei, per quē promotio sua ad regale culmē poterat maxime impediri, & tamē illo non obstãte dilexit eũ tenerrime. Erubescant ergo q desiderio parui honoris inuidiã concipiũt & rancorē aduersus confratres & proximos suos. Dixitq; ad eum Ionathas: Cras Calendæ sunt & requireris i. pater meus quæret vbi sis. Requiret eñi sessio tua vsq; perendie i. durante hoc festo quæret pater meus cur non veneris ad consedendũ in mensa ipsius. Descendes ergo festinus ab vrbe Bethlehem, si interim iuit ad eã, vel ab alio loco ad cãpum istũ, & venies ad locũ, in q̃ cælandus es in die qua operari licet i. die proxima feriali post
C festũ hoc Calēdaꝝ, qa in tali die hoīes in domibus occupati nõ sic egrediũtur ad campum, sicut diebus festiuis, idcirco die feriali ista secretius fieri poterãt, & sedebis iuxta lapidē cui nomē est Azel. Et ego tres sagittas mittã iuxta eũ, & iaciã quasi exercens me ad signũ. Mittam quoq; & pueꝝ dicēs ei: Vade & affer mihi sagittas. Si dixero puero: Ecce sagittę intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, qa pax tibi est & nihil est mali. Viuit dñs. Si aũt sic loquutus fuero puero: Ecce sagittæ vltra te sunt, vade in pace, qa dimisit te dñs. Ideo Ionathas dedit Dauidi signũ hoc, quoniã ignorauit an posset venire in agrũ ad Dauid, & loqui cum ipso nemine id sciēte. De verbo aũt qđ loquuti fuimus ego & tu, dñs sit inter me & inter te vsq; in sempiternũ, i. deus sit ꝑpetuus testis huius pacti qđ simul ꝑcussimus qđ inter nos & posteros nostros manebit, cuius pacti alter nõ affuit testis. Absconditus est ergo Dauid in agro, & venerũt Calendæ, & sedit rex ad comedendũ panem. Cũq; sedisset rex super cathedram suam ad vescendũ in die Calendaꝝ, secundũ consuetudinem quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas & sedit Abner ex latere Saul, vacuusq; apparuit locus Dauid. Hoc à quibusdam ita exponitur, ꝙ completo coniugio inter Dauid & Michol ipse Dauid tanq̃ gener regis sedit in mensa primus post regē, Ionathas vero statim post Dauid, & tertio Abner. Absente ergo Dauid, videns Ionathas nullũ esse sedentē inter patrem suũ & se, surrexit de loco suo, & ipse Abner sedit in loco ipsius Ionathæ ex latere Saulis, ita ꝙ inter eos nullus cõsedit. Ionathas vero sedit post Abner, quoniam moris non est vt filius regis sedeat proximus patri in mensa. Sicq; locus Dauid qui erat inter regem & Abner, apparuit vacuus à suo sessore. Et non est loquutus Saul quicquam in die illa i. nõ interrogauit de causa absentię Dauid. Cogitabat eñi ꝙ forte euenisset ei, vt non eēt mũdus nec purificatus i. putabat ꝙ Dauid se absentaret à mēsa sua, eo ꝙ incurrisset aliquam irregularitatem immunditiamve legalem ex interfectione Philistinorum seu contactu rei immundæ, vel ex concubitu, propter quam immunditiam non fuisset

Nume. 8 idoneus esse in mensa regis, in qua admanducandū ponebatur pars aliqua sacrificij in festo Neo- D
meniæ immolati, de qua edere non licebat immundis quousq; secundū legem purificati consiste-
rent, ad quā purificationem mora temporis exigebatur. ⌊Cumq; illuxisset dies secunda post Ca-
lendas⌋ .i. post primū Neomeniæ diē ⌊rursus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Io
nathan filiū suum: Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescendum?⌋ In mensa mea.
⌊Respondítq; Ionathas Sauli: Rogauit me obnixe⌋ .i. instanter, ⌊vt iret in Bethleem, & ait: Di-
mitte me, quoniā sacrificiū solenne est in ciuitate mea, vnus de fratribus meis accersiuit me. Nunc
ergo si inueni grām in oculis tuis, vadā cito, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit
ad mensam regis. Iratus autem Saul aduersum Ionathan⌋ eo quòd tā fauorabiliter excusauit Da-
uid, vel qa dimisit eum illæsum, ⌊dixit ei: fili mulieris virum vltro rapientis,⌋ hoc est, fœminæ li-
bidinosæ. ⌊Nunquid ignoro, qa diligis filiū Isai?⌋ .i. scio ꝙ familiariter ames Dauid, ⌊in confusio
nem tuā, & in confusionē ignominiosæ matris tuæ⌋ hoc est, sic amādo eū quem ego sic odio, ostē
diste non esse filiū meū legitimū, qa legitime nati intensius diligūt patres suos scdm glossam, sicq;
ostendis matrem tuā esse adulteram, & te esse filiū adulteræ, qđ confusibile est matri tuæ & tibi.
⌊Omnibus eñ diebus qbus filius Isai vixerit super terrā non stabilieris tu⌋ .i. certū non erit ꝙ mi
hi succedes in principatu regali, & ideo minus curaberis, ⌊neq; regnū tuum⌋ hoc est, etiā si fueris
rex effectus, adhuc incertum erit, an manebis in regno, eo ꝙ filio Isai promissum putet regnum.
⌊Itaq; iam nunc mitte, & adduc eū ad me, quia filius mortis est. Respondens autem Ionathan Sau
li patri suo, ait: Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit Saul lanceā, vt percuteret eum. Et intel-
lexit Ionathan, ꝙ diffinitum esset à patre suo, vt interficeretur Dauid. Surrexit ergo Ionathas à
mensa in ira furoris⌋ hoc est, cum ira ingenti quæ fuit ira per zelum, ⌊& non comedit in die Ca
lendarum secunda panem⌋ .i. tota die illa post horam illam qua sic surrexit, nil mãducauit ex com
passione. ⌊Contristatus est eñ super Dauid⌋ hoc est, de iniusta persecutione ipsius, ⌊eo ꝙ con-
fudisset eum pater suus⌋ .i. ipse Saul irreuerenter & confusibiliter refutauit excusatiões, quas Iona
thas fudit pro Dauid. ⌊Cumq; illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid,⌋
hoc est, iuxta condictū, & sicut Dauid optauit, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerum: Vade, E
& affer mihi sagittas quas ego iacio. Cumq; puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerum.
Venit ita puer ad locum iaculi qđ miserat Ionathā. Et clamauit Ionathan post tergū pueri, & ait:
Ecce ibi est sagitta, porro vltra te. Clamauitq; iterum Ionathan post tergū pueri, dicens: Festina ve
lociter, ne steteris. Collegit aūt puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dñm suū, & qd ageret, penitus
ignorabat. Tantummodo eñ Ionathan & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathan arma sua
puero, & dixit ei: Vade & defer in ciuitatem. Cumq; abisset puer⌋ .i. seruulus Ionathæ redeundo
velociter in ciuitatem, ⌊surrexit Dauid de loco⌋ in quo latuit, ⌊qui vergebat ad austrū, & cadens
pronus in terrā, adorauit tertio⌋ hoc est, tribus vicibus antequā venit ad Ionathā. Adorauit aūt
vel deum adoratione latriæ, vel Ionathan tanquàm excellentem personam adoratione duliæ.
⌊Et osculantes se alterutrum⌋ Cum eñ Dauid iuxta Ionathan se tertio prostrauisset, Ionathas le
uauit eum celeriter, & inter amplexus & oscula, ⌊fleuerunt pariter⌋ Dauid ex sua afflictione & Io
nathas ex amorosa compassione, & quia ab inuicem separari cõpellebantur. ⌊Dauid autem ampli
us.⌋ Quia causa fuit sua, & maioribus ac pluribus tribulationibus fuit circundatus. ⌊Dixit ergo
Ionathas ad Dauid: Vade in pace,⌋ hoc est, pectoris tranquillitatem habe, & tene in inquietudi-
nibus istis, in quibus tibi pax temporis denegatur. ⌊Quæcunq; iurauimus ambo in nomine dñi⌋
hoc est, quæ nobis inuicem promisimus obseruare cum iuramento, suppie sint rata, ⌊dicentes:
Dominus sit inter te & me, & inter semen tuum & semen meum vsque in sempiternum.⌋ Moris
est eorum qui in vehementi sunt afflictione, compassione, aut etiā intensissima dilectione sermo- F
nem abrumpere defectiueq; loqui. Vnde & Christus videns ciuitatem, & eam deplorans: Si co-
Luc. 19 gnouisses (inquit) & tu. Ita nunc accidit Dauid & Ionathæ. Vnde secundum glossam, nimius do-
lor fecit eos loquēdo deficere. ⌊Et surrexit Dauid & abijt: sed & Ionathan ingressus est ciuitatē.⌋
¶ Moraliter hic docemur, quāta sit impiorum peruersitas, & quāta sit patientia electorum, quæ, quā-
ta & qualia passi sint iusti ab impijs. Ecce Saul ineffabil'r excæcatus, putauit regnum posse manere
1. Re. 13. 15 in successione sobolis suæ, non obstāte, ꝙ Samuel propheta toties ex parte dei prædixit sibi opposi
tū, & voluit illū occidere, quem suspicabat à deo electū in regem, quasi suo furore posset oīpotētis
2 Matth. a mutare decretū. Et in hoc Saul gessit typū Herodis q audiens Chřm natū, conatus est extingue-
Ibidē re illū. Cum tñ crederet pdixisse sanctos prophetas, ꝙ Chřus regnaret. ¶ Deniq; sicut Dauid
absconditus est in agro, sic Christus dominus in Aegypto. Docemur hic quoq; tpe tribulationū
ad amicos fideles, ad viros discretos & virtuosos confugere, & eis nostrū cor aperire atq; eorum cõ-
Eccl 6 solatione soueri, & consilijs vti. Hinc in Ecclesiastico habet: Multi pacifici sint tibi & consiliarius
sit tibi vnus de mille. Itemq;: Si possides amicum, in tentatione posside illum, & ne facile credas ei
Ibidē teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanet in die tribulationis. docet
nos ista historia, ad quanta facinora trahat ambitio maledicta, quæ fecit Saulem frangere iuramē
tum, persequi iustum, velle transfodere innocentem, & proprium velle filium lanceare.

Ne ergo

A Ne ergo huiusmodi grauamina incidamus, matrem vitemus pestiferam & potius cupiamus hu-
miliari, subesse & obedire quàm sublimari in vita hac & præesse ac iubere. Exemplo etiam Iona-
thæ sit in nobis amicitia vera, inuicta, inuiolata, quam pro nulla lædamus re temporali. Spiritali-
ter quoque festũ Calendarum colamus, quod vt Glossa testatur, Iudæi celebrauerũt epulis, oblatio-
nibus & otio corporali. Nos vero illud celebremus sacrificijs laudũ dei & orationũ ac eucharistiæ
refectione virtutũ & misericordijs pauperum atque cessatione à vitijs omissionũ & commissionum.
¶Postremo, sicut Ionathas misit tres sagittas, sic qui alios cupit conuertere, mittat in eos sagit-
tam comminationis de breuitate vitæ præsentis, de amaritudine mortis, de acerbitate pœnarum
purgatorij & inferni, de rigore diuini iudicij tam particularis quàm vniuersalis. Sagittam quoque
instructionis de credendis & agendis ac euitandis, de consilijs & præceptis, de omnibus necessa-
rijs ad salutem. Et item sagittam consolationis de venia consequenda, de magnitudine præmio-
rum, de momentanea paruitate & celeritate præsentiũ, aduersitatum ad felicitatem futuram. Ite-
rum mittat sagittam paternæ ac iustæ correptionis, sagittam discretæ correctionis, sagittam mo-
deratæ exercitationis.

¶EXPLANATIO CAPITVLI XXI. Venit autem David in Nobe. Art. XXXVIII.

Modo describitur, qualiter David ad principem sacerdotũ deuenit, & ab
eo pie tractatus est, & quomodo propter hoc Saul persecutus est princi-
B pem illum cum suis. Et dicunt nonnulli, ꝙ Saul audiens ipsum David e-
uasisse, banniuit eum de tota terra regni sui. Vnde & sacerdotem cũ suis
occidit, eo ꝙ pie receperit sanctũ David. Et hoc asserit Lyra. Cui Rabbi R. Paul.
Paulus contradicit, affirmans bannitionem istam non haberi ex litera,
nec probari ex occisione sacerdotum, quoniam Saul generaliter atque
tyrannice persequebatur ipsum David & ei fauentes. Sed respondendũ,
ꝙ ex isto capitulo & ex sequentibus innotescit, ꝙ Saul non solum banni-
uit David, quo ad eius personam, sed & totam eius progeniem. Nec an-
te hæc legitur persecutus eos qui David receperunt aut ei fauerunt, quamuis præcedenti habea- 1. Reg. 20.
tur capitulo, ꝙ voluit percutere lancea Ionathan satis audacter pro David loquentem, quia hoc
fuit ad modicum ex impetu suæ vesaniæ, & ipsum Ionathan redeuntem pacifice mox recepit.
⌊Venit autem David in Nobe⌋ oppidum sacerdotum, ⌊ad Achimelech sacerdotem⌋ imo &
pontificem. Voluit equidem in vrbe illa religiosa, & in tabernaculo domini ibi tunc existẽte deũ
deuote orare, vt se eripere de tot tribulationibus dignaretur. ⌊Et obstupuit⌋ id est, vehementer
mirabatur, ⌊Achimelech, eo ꝙ venisset David⌋ ad locum illum, quia adhuc nil sciuit de auersio-
nibus Saulis à David, & non putauit ipsum David, nisi pro ardua causa illuc venisse. Quemadmo- 1. Reg. 16.
dum & seniores Bethlehem mirabantur cum venisset Samuel propheta ad eos. Mirabatur quoque
ꝙ absque solita comitiua aduenit. Vnde subiungit, ⌊& dixit ei: Quare tu solus⌋ venisti, ⌊& nul-
lus tecum est?⌋ Hoc dixit, vel quia perpauci erant cum David, ita ꝙ velut nulli videbatur respe-
ctu solitæ comitiuæ David. Vel, quia qui secum venerunt non erant notabilis reputationis. Aliqui
tamen secum venerunt, cum & apud Matthæum dicat saluator: Non legistis quid fecerit Da- Matt. 12.
C uid quando esurijt & qui cum eo erant. Infra quoque quærit Achimelech. Si mundi sunt pueri, id
est, serui qui tecum venerunt. Istum Achimelech quidam dicunt fuisse fratrem Achiæ, de quo su-
pra dictum est. Veruntamen Hieronymus ait, quod fuit ipse Achias filius Achitob, filij Phine- 1. Reg. 14. Hiero.
hes, filij Eli, ⌊& ait David ad Achimelech sacerdotem. Rex præcepit mihi sermonem & dixit:
Nemo sciat rem propter quam⌋ expediendam, ⌊missus es à me, & cuiusmodi tibi præcepta de-
derim. Nam & pueris meis condixi in illum & in illum locum,⌋ hoc est, cæteris ministris meis
commisi & iussi, vt in illo & in illo loco me præstolentur aut sibi commissa adimpleant. ⌊Nunc
ergo si quid de necessarijs mihi, ⌊habes ad manum vel quinque panes da mihi,⌋ id est, saltem to-
tidem panes & ex numero panum aliqui putant, quòd David venit se quinto, ⌊aut quicquid in-
ueneris.⌋ Quidam etiam dicunt, quòd David ista dicendo non fuit mentitus formaliter, quia non
intendebat decipere. Alij opinantur oppositum, asserentes quòd non oportet eum à mendacio
excusare officioso, imo videtur David ista finxisse, quatenus sacerdos promptius sibi daret quæ
postulauit. Ex sequenti etiam innotescit capitulo, ꝙ David videns ibi ipsum Doeg probabiliter
sciuit, ꝙ Abimelec sacerdoti immineret periculum ex sua receptione & refectione, gladijque por-
rectione. ⌊Et respondens sacerdos ad David ait illi: Non habeo panes laicos ad manũ⌋ quibus. s. 1. Reg. 21.
licite vescũtur vulgares, ⌊sed tantũ panẽ sanctũ⌋ .i. panes propositionis sacerdotibus dedicatos.
Omni eqdẽ sabbato ponebant sup mẽsam propositionis in exteriori tabernaculi parte duodecim
panes recẽtes & calidi, & erãt ibi vsque ad sabbatũ sequẽs, tũcque remouebant à mẽsa, vt à sacerdo-
tibus ederentur, quibus sublatis mox alij duodecim panes imponebantur, vt in Leuitico habetur. Leuit. 24.
Præterea erant apud Iudæos triplices panes, videlicet panes propositionis præfati solis sacerdoti-
bus lici-

bus liciti secundum legem communem. Panes quoq; oblationis quibus vescebantur Leuitæ & in D
Leui.23 altari holocaustorum offerebantur, & panes communes seu laici omnibus liciti. ⌊Si mundi sunt
pueri⌋ hoc est, ministri tui ⌊maxime à mulieribus manducent⌋ edant ex eis & tu ipse quasi dicat
propter necessitatis articulũ poteritis eis vesci quod alias non liceret. Tamen si ex coitu sunt immundi, eis non dabo etiã in necessitate, nisi forsan in necessitate extrema, in qua oĩa sunt cõmunia
& quæ legẽ non habet. ⌊Et respõdit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Et quidem si de mulieribus agit⌋
.i. qstio agitaṫ, ⌊continuimus nos⌋ à concubitu ⌊ab heri & nudiustertius qñ egrediebamur⌋ Cũ
tñ immũditia illa ex legitimo thoro contracta non duret, nisi vsq; ad vesperã. Nec erat ſp pc̃tm̃,
sed inabilitas quædã ad ingrediendũ locũ cultus diuini, seu ad mãducãdum de immolatis, vt sup
Leuit.14 Leuiti cũ diffuse expressum est, ⌊& fuerũt vasa puerorũ sancta⌋ .i. corpora eorũ immaculata à coitu. Vel corda eorũ à trãsgressione impediente in necessitate esum panũ istorũ. ⌊Porro via hęc polluta est⌋ .i. in via qua venimus huc aliqd culpæ incurrimus, ⌊sed & ipsa sãctificabiṫ in vasis⌋ .i. p
cõtritionẽ & cõtinẽtiã puerorũ tolleṫ hmõi culpa. Vel, via hæc polluta ẽ .i. progressus iste veniẽdi
ad esum panũ sanctorũ est illicitus scd̃m legem cõem, sed sanctificabiṫ in vasis, qa per necessitatẽ
puerorũ fit licitus in speciali. Videṫ quoq; sic posse exponi: Via hæc polluta ẽ, qa iam dixi aliquãdo
vera, & ex his quæ nũc aguntur inter nos imminet tibi periculũ ò sacerdos, sãctificabiṫ tñ in vasis
Pet. Co. hysto. libr. 1 Reg. ca. 19 quia ex quadã necessitate non ex malitia ad ista inductus sum. ¶ Porro, vt magister in historijs
scribit, Hebræi sic habent, sunt vasa puerorũ sancta, qđ intelligũt de vasis ad comedendũ. Q. d. in
vasis mũdis licet tibi ponere panes mundos, sed via hæc laica est, .i. interrogatio tua laicalis est seu
imperita. Q. d. Cur quæris de immũditia, cũ etiã si mũdi essent pueri vesci non deberent hmõi pa
ne de lege cõi, sed & ipsa sanctificabiṫ hodie in vasis .i. conscientijs nostris. Scimus em̃ q necessitas E
nos excusat, & quasi sanctificat. Erãt em̃ (vt dicunt Hebræi) ieiunio valde exhausti. ⌊Dedit ergo
ei sanctificatũ panem⌋ hic poniṫ singulare pro plĩ, qa tã Dauid q̃ socijs eius dedit panes sanctificatos. ⌊Neq; em̃ erat ibi panis, nisi tm̃ panes propositionis q sublati fuerãt à facie dñi⌋ .i. à mensa
Leuit.14 sa propositionis quę erat in exteriori parte tabernaculi, in quo deus dicebaṫ specialr̃ habitare & cẽ
tanq̃ in templo, vbi & apparebat, & dedit respõsa, ac gratiose operabaṫ, ⌊vt ponerenṫ panes cali
di⌋ Ex hoc qdam concludunt, qđ istud contingebat in sabbato, qa in eo fiebat hæc alternatio, seu
Pet. Co. histo. lib. 1 Reg. ca. 19 Matt. 12 permutatio panũ, vt dictũ est. ¶ Circa hæc in scholastica historia dr̃: Hebræi tradunt Dauid non
comedisse panem propositionis, nec aperte hic legiṫ q comederit. Hæc ibi. Quocirca dico, q indubitãter inde comedit, nec hebræis illis credendũ est. Cũ veritas summa apud Matthæum protesteṫ: Et comedit ipse & q cum eo erãt. ⌊Erat aũt vir qdam ibi de seruis Saul in die illa intus in tabernaculo domini⌋ Tabernaculum dñi hoc loco, sicut & alibi sæpe accipiṫ pro atrio tabernaculi,
in quo atrio erat altare holocaustorum, & illud ingredi poterãt laici ad offerendum atq; orãdum.
Num. 7 Non autem tabernaculum ipsum in quod solis sacerdotibus patebat ingressus, ⌊& nomen eius
Doeg Idumæus⌋ Qui fuit (vt fertur) puer seu famulus, pergens cum Saul quando à Samuele inun
1. Reg. 9 ctus fuit, vt dictum est supra, ⌊potentissimus pastorum Saul⌋ Circa hoc scribit Lyra: Pastorum
hoc est, iudicum, vt dicunt Hebræi. Iudices nanq; in veteri testamento frequenter nominantur
pastores, quia per eos rex reddebat iudicia. Non est enim verisimile quod esset animalium custos
quoniam erat primus inter seruos Saul. Hæc Lyra.

¶ Circa quæ videtur dicendum: Credibile esse quod quidam Hebræi ita exponant, nihilominus
est tenendum, quod fuit potentissimus pastorum animalium Saulis, non quod personaliter cu- F
stodierit & pauerit pecora regis, nisi forsan ante suam promotionem à rege, sed erat capitaneus
eorum qui pauerant greges, cui rationem reddebant, & qui respectum habebat ad ipsos. Et hoc
Iosep. lib. 6 an. tiu. ca. 13 1. Regũ. 22 Iosephus sentire videtur. Nempe quod in aliquibus libris subiungitur. ⌊Hic pascebat mulas
Saul⌋ Non est de textu, sed ex Iosepho additum. Istud autem de Doeg hic interponitur, quia sequenti capitulo recitatur, qualiter Doeg iste retulit Sauli quæ hic gesta narrantur.

¶ Queritur, quid ibi agebat, & cur ibi intus erat hic Doeg alienigena, conuersus tamen ad iudaismum. Respondetur, quod ex voto astrictus fuit, esse ibidem per aliquot dies causa orationis aut
oblationis. ⌊Dixit autem Dauid ad Achimelech: Si habes hic ad manum hastam aut gladium⌋
Supple, da mihi. Quod tamen in aliquibus libris habetur quasi de textu, ⌊quia gladium meum &
arma mea non tuli mecum. Sermo enim regis vrgebat⌋ Quod ait: Sermo regis vrgebat, verum
1. Regũ. 19 est secundum quod Dauid hoc intellexit, quia Saul præcepit obsideri, capi, & occidi Dauid. Propter quod Dauid per fenestram celerrime dimissus non potuit secum tollere arma sua. Veruntamen Achimelech intellexit istud de præcepto regis, quo putauit eũ præcepisse ipsi Dauid, vt tam
velociter iret pro negotio expediendo sibi iniuncto, quod non habuit tempus secum sumendi propria arma. Apparet quoque, quod Dauid temperauit sic verba sua, quatenus pontifex sibi libentius daret, quod postulauit. ⌊Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in valle Therebinthi⌋ Vt dictum est supra, ⌊est inuolutus pallio post
1. Regũ. 17 Ephod.⌋ Ephod quandoque accipitur pro linea veste, quandoq; pro veste sacerdotali. Gladius igitur ille inuolutus fuit pallio post Ephod. Vel ita quod primo fuit inuolutus lineo panno,
& super

A & super hunc pallio. V el inuolutus pallio positus fuit post Ephod sacerdotale, vt in loco tali tutius conseruaretur. Circa hæc scribit quidam. Dicũt hic aliqui, q̃ propter victoriam Dauid concessam, gladius Goliæ fuit domino consecratus, quod consequenter reprobat, addens, sed hoc nõ videtur verum, quoniam talis consecratio est ad semper. Propter quod res domino consecrata non poterat redire ad vsus communes, vt dictum fuit in Leuitico: Et sic Dauid non potuisset de cætero licite vti gladio illo. Hæc ille. Circa quæ dico supra satis esse expositum, qualiter gladius ille fuit collocatus in tabernaculo. Sed siue fuerit consecratus domino, siue non, reprobatio prætacta, non censetur idonea. Quædam enim consecrabantur domino ad certum tempus, & tempore illo expleto, poterant ad communes ac pristinos vsus reuerti. Quædam consecrabãtur domino perpetuæ, idcirco omnis consecratio non fuit ad semper. Iterum eorum quæ domino vouebãtur, quædam sic vouebãtur, q̃ anathematizabant, i. separabãtur ab alijs, ita vt nemo eis amplius vteretur, & illa non poterant vendi à sacerdotibus nec alienari. Quãdoq; autem non sic obligabantur nec separabantur votiua, & tunc ad alios poterant redigi vsus, vt super Leuiticum & alibi diffuse expositum est. Insuper dato, q̃ gladius ille fuisset perpetuæ consecratus, tamen dici posset, q̃ sicut Dauid licite vescebatur pane sancto, non obstante legis præcepto, necessitate eum excusante, ita & gladium illum ex necessitate resumpserit. Nam & taliter excusatur, q̃ sabbato illo præfato multo plus ambulauit, quàm lex in generali concessit, secundum quam non nisi mille passus licuit in sabbato ambulare. Si istum vis tollere, tolle. Neq; enim hic est alius absq; eo. Et ait Dauid: Non est huic gladio alter similis, i. tam bonus saltem in hoc oppido seu populo isto, & accepit secum gladium illum. Iosephus vero dicit lanceam. Da mihi eum. Surrexit itaq; Dauid & fugit in die illa à facie Saul non q̃ die illo fuerit coram Saul, sed fugit à facie eius, elongando se magis ab ipsius præsentia, & venit ad Achis regem Geth, i. regem Philistinorum, cuius vna vrbs præcipua fuit Geth. Porro omnes reges Philistinorũ vocabantur ad tempus Abimelech, quẽadmodum reges Aegyptiorum Ptolomæi aut Pharaones, vt refert Hieronymus. Dixeruntq; serui Achis cum vidissent Dauid. Nũquid non iste est Dauid rex terræ quasi dicãt cito erit rex Israel. Vnde aliqui trahunt iam fuisse vulgatũ, q̃ Samuel vnxerat eũ in regẽ. Nonne huic cantabãt per choros dicentes: Percussit Saul mille & Dauid decem milia. Hæc dixerũt regi suo Achis, quatenus comprehenderet & occideret Dauid, quia nisi hoc faceret, cito haberet eum hostem. Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, i. verba hæc impressit memoriæ & sensum eorum valde pensauit, & extimuit valde à facie Achis regis Geth, timẽs occidi, eo q̃ tot milia Philistinorum percusserat. Præsertim, quia & Saul iam miserat ad Achis, vt redderet sibi seruum suum fugitiuum, vt magister in historijs addit. Ex quo innuitur, q̃ ad tẽpus latuerat in Geth aut prope. Et immutauit os suum coram Achis. Assumens apparatum hominis fatui, atq; aliena, & impertinentia loquens vt amẽs, & collabebatur inter manus eorũ puta seruorum Achis, à quibus trahebatur ad regem. Nam quasi insanus ambulauit super manus & pedes & labebatur hinc inde vt epilenticus, & impingebat in ostia portæ cum capite suo portã percutiendo, quasi volens transire per ianuas clausas, & defluebantq; saliuæ eius in barbam sicq; instar obsessi spumabat. Alia translatio habet, tympanizabat ad ostia & ferebatur in manibus suis,

C & vt fertur, in Hebræo habetur, pingebat super ostia formando ibi quasdam figuras, prout stulti facere solent, per quæ omnia fecit regem Geth credere, q̃ esset impos mentis, quod & credidit. Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis insanum hominem, quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, q̃ introduxistis istum vt fureret me præsente? Dimittite illum hinc, ne ingrediatur domum meam. Ex isto capitulo docemur, in primis q̃ necessitas sit mater dispensationis. Deinde q̃ panis vitæ qui descendit de cœlis, dominus Christus in sacramento altaris nequaquam sumendus sit ab immundis, præsertim à luxuriosis. Vnde super illud secundo Petri: Nouit dominus pios de tentatione eripere. Iniquos vero in die iudicij reseruare cruciandos. Magis autem eos qui post carnem in concupiscentijs immunditiæ ambulant. Ait Beda: Fornicatores maiora patientur supplicia quàm generales iniqui. Vasa ergo puerorum dei ministrorum ecclesiæ & omnium communicare optantium, sancta sint, vt ab omni inquinamento carnis & spiritus sint purgati, sobrij & deuoti. Postremo, sicut Dauid suo apparatu & gestibus assimulauit se fatuo, sic Christus propter nos, factus est opprobrium hominum & abiectio plebis. Et qa immutauit os suum coram scribis & pharisæis, sola futura, cœlestia, spiritalia ac æterna sermocinans & promittens, terrenaq; omnia contemnenda affirmans, ideo visus est illis esse insipiens, in tantum quòd dixerunt, dæmonium habet. Et: Insanit. Et: Nũquid interficiet semetipsum? Imo propter incomprehensibilem & inauditam altitudinem suæ doctrinæ etiam sui exierunt tenere eũ, dicentes, quia in furorem versus est, vt legitur apud Marcum. Hinc in libro Sapientiæ impij dicunt de eo: Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam immutatæ sunt viæ eius. Rursus sicut Dauid ferebatur in manibus suis, sic & multo incomprehensibilius Christus in cœna ferebatur in manibus suis quando seipsum in sacramento porrexit apostolis.

Declara-

Leuit. 27
Leuit. 27.
Leuit. 24
Nume. 15
Leuit. 23
Iose. lib. 6 an. iu. ca. 13
Hierony.
1. Regũ. 18
Pet. Co. hist lib. 1. Reg ca. 19
Iohã. 6
2. Petri. 2.
Beda
2. Cor. 7
Psal. 21
Iohã. 8
Iohan. 10
Iohã. 8
Marc. 3
Sapiæ. 2.
Matt. 26
Marc. 14
Luc. 22
Iohan. 13.

¶DECLARATIO CAPITVLI VICESIMISECVNDI. D

Abijt ergo inde Dauid &c. Art. XXXIX.

Capitulum præsens enarrat, qualiter occasione Dauid interfecti sunt sa-
Iosu. 12. 15 cerdotes, & vrbs eorum cum omnibus suis vastata. ⌊Abijt ergo inde Da-
uid⌋ .s. à rege Achis, ⌊& fugit in speluncã Odollam.⌋ Odolla fuit vrbs
terræ promissionis, iuxta quã erat spelunca grandis, imo multæ cauer-
næ & rupes. Et erat ibi munitissimus locus. De hac vrbe habetur in Mi
Michææ 1 chæa: Vsq; ad Odollã veniet gl'ia Israel. ⌊Quod cum audissent fratres
eius, & omnis domus patris eius⌋ .i. cognati sui propinqui, ⌊descende
runt ad eum illuc.⌋ Ex quo videt, quod Saul ebanniuit eos propter Dauid
Vel psequi cœpit. ⌊Et conuenerũt ad eũ omnes q erãt in angustia con
stituti⌋ .i. dire afflicti & iniuste suppeditati, ⌊& oppressi ære alieno⌋ .i.
debitis prægrauati, quæ soluere non valebãt, ⌊& amaro animo,⌋ propter casus aduersos, ⌊& fa
ctus est eorum princeps.⌋ Hos Dauid suscepit non ad faciẽdum aliqua mala eorum auxilio, sed quia cõ
doluit eis, & eos voluit consolari. Propter quod & confugerũt ad eũ, scientes eũ iniuste expulsum
& confidentes suo tempore plenius releuari per ipsum, quia sperabãt eũ in breui promouendum
ad regnum. Suscepit etiam eos, vt eorum subsidio tueret seipsum & aduersarios Israelitarum infideles
1. Regũ. 16 psequeret. ⌊Fuerunt'q; cum eo quasi quadringenti viri.⌋ Circa hęc scribit quidã. Quia Dauid iam
erat rex inunctus, poterat in tali casu solutionem debitorum prolongare, & in pluribus foresacta
relaxare. Sed contra hoc obijci potest, quia non erat inunctus in regem, ita vt ante Saulis mortẽ
Ibidem regnaret, aut authoritate fungeret, seu iurisdictione regali, vt dictum est supra, & communiter di E
Leu. 12. 15 cunt hoc ibi expositores, imo contra legem fuit exigere ab aliquo natione Iudæo solutionem de-
bitorum in magnũ illius grauamen, seu vltra ipsius vires, ⌊& profectus est Dauid inde in Maspha,
quæ est Moab⌋ hoc est, ad vrbem sic dictam sitam in regione Moabitarum, quod dicitur ad dif
ferentiam vrbis sic appellatæ in regno Israel situatæ. ⌊Et dixit ad regem Moab: Maneat (oro) pa
ter meus & mater mea vobiscum⌋ id est, in vrbe tua, ⌊donec sciam qd faciat mihi deus.⌋ hoc est,
donec videam exitum huius persecutionis meæ à Saul, & quousq; deus me liberet. Ex isto elicit
quòd nec parentibus Dauid, quàmuis valde antiquis, licuit in terra & vrbe sua manere. Vnde appa
ret quod tota progenies Dauid fuit bannita à Saul. ⌊Et reliquit eos ante faciem regis Moab⌋ q ac-
quieuit precibus Dauid, cui condoluit, qa & ipsum Saul odiuit, à quo iam fuerat impugnatus, vt su
1. Regũ. 14 pra narrat. ⌊Manserunt'q; apud eũ cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio⌋ hoc est, in ex-
peditione in qua munitiones ad manendum quæsiuit. Vel in præsidio, id est, præfato fortalicio,
in quo (vt fertur) rex Moab collocauit ipsum Dauid, & viros eius prope terrã promissionis. Quis
autem fuerit iste rex Moab, apud quem manserunt parentes Dauid, & aliæ personæ debiles seu an
tiquæ, q eũ sequi neqbãt, inquiret infra li. 2. ⌊Dixit'q; Gad ppheta ad Dauid: Noli manere in præ
1. Regũ. 10 sidio⌋ iam præfato ⌊proficiscere⌋ ex hac terra, ⌊& vade in terram Iuda.⌋ Per terram Iuda po-
test intelligi specialiter terra possessionis tribus Iudæ, in qua Dauid poterat tutius demorari tan-
quàm natus ex tribu illa. Vel per terrã Iuda designatur tota terra Israeliticæ plebis, intelligendo
totum per partem principalem. Hæc Propheta ex parte dei præcepit Dauid, primo vt in terra
sua tribulationibus exerceretur ad communem omnium fidelium informationem, & maxime,
quoniam ipse fuit figura euidens Christi. Ideo quæ circa eum fiebant, & gesta ipsius mystica F
erant, & præfiguratiua mysteriorum Christi. Secundo, ne aliqui existentes cum Dauid ad idolo-
latriam declinarent in terra polluta. ⌊Et profectus est Daud, & venit in saltum Hareth. Et audiuit
Saul quod apparuisset⌋ hoc est, in terra israeliterum visus esset. ⌊Dauid & viri⌋ eius ⌊qui erant
cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa & esset in nemore quod est in Ramatha, hastam ma-
nu tenens, cuncti'q; serui eius circumstarent eum, ait ad seruos suos qui circumstabant eum. Au-
dite me nunc filij Iemini.⌋ Qualiter hoc quod ait: Iemini, multipliciter possit intelligi, dictum est in
1. Regũ. 9 expositione superiorum. ⌊Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas?⌋ Quæ sunt
bona vtilia, ⌊& vniuersos vos faciet tribunos & cẽturiones⌋ pmouẽdo vos ad dignitates atq; of
ficia quę sunt bona honesta, ⌊quoniam coniurastis aduersum me omnes⌋ id est, ita habetis vos ac
si contra me coniurassetis, ⌊& non est q mihi renuntiet maxime cum & filius meus fœdus inierit
cum filio Isai? Non est qui doleat vicem meã,⌋ hoc est, mihi condoleat seu pro me tristetur ⌊ex
vobis, nec est qui annuntiet mihi⌋ qualiter possum capere filium Isai, ⌊eo quòd suscitauerit filius
meus seruũ meũ aduersum me⌋ quia fœdus secum ineundo, auxit ipsius audaciam, ⌊insidiantẽ mi
hi vsq; hodie.⌋ quatenus me eiecto aut interfecto, possit regnare. Ecce qualiter passiones & vitia
peruertunt rationis iudicium, quæ & Saulem tam irrationabiliter loqui fecerunt. Et qualis quis
est, taliter sentit, iudicat'q; de alijs. Hinc Saul iste totus ambitiosus iudicauit ipsum Dauid desiderio
regnandi sibi insidiari. Itaq; Saul locutus est verba hæc ad insinuandum suis ministris, quod fru-
stra parcerent Dauid, quia & dato quod Dauid esset rex, non tamen ditaret, nec exaltaret eos, sed
suos contribules, & consanguineos, ac propinquos.

A L Rñdens aũt Doeg Idumæus, q assistebat & erat primus inter seruos Saul J.i. vnus de pcipuis
eius ministris, qa erat super custodes pecoꝝ regis, quē Saul sic sublimauit, q a fuit socius sui itine 1.Reg.9.10
ris, quando à Samuele fuit inunctus. L Vidi, inquit, filium Isai. J Doeg volens Sauli placere, con
formauit se ei in modo loquendi, dicendo veluti ex cõtemptu filium Isai, L in Nobe apud Achi
melech filiũ Achitob sacerdotem, qui cõsuluit pro eo dñm. J Hoc pcedenti cap. non habet, ideo 1.Reg.21
aliqui dicunt, ꝙ Doeg (vt moris est fabulatoꝝ) addidit istud de suo mẽdaciter, vt regi magis pla
ceret. Infra tamen magis insinuari videt, ꝙ consuluit dñm pro Dauid, L & cibaria dedit ei. Sed
& gladiũ Goliath Philistæi dedit illi. Misit ergo rex ad accersendũ Achimelech sacerdotē filiũ
Achitob, & omnē domum patris eius sacerdotũ qui erant in nobe. Qui vniuersi venerũt ad regē
Et ait Saul ad Achimelech, J quem etiam ex ira & indignatione nõ exprimit proprio noie. L Au
di fili Achitob. Qui rñdit: Præstò sum dñe. Dixitq; ad eum Saul. Quare cõiurastis aduersum me
tu & filius Isai? J Ex suspitione loquitur, quasi ex certa scientia, L & dedisti ei panes & gladium &
consuluisti pro eo dñm, vt consurgeret aduersum me insidiator vsq; hodie permanẽs? Respon-
dẽsq; Achimelech regi, ait: Et quis in oĩbus seruis tuis sicut Dauid fidelis & gener regis? J.i. præ
cæteris fidelis est tibi obsequiosus, obediens & affinis, L & pergens ad imperiũ tuum & gloriosus
in domo tua? Num hodie cœpi consulere dñm pro eo, J quasi dicat, cũ talis & tantus sit, non so-
lum in tẽpore isto, sed & ante frequenter pro eo consului dñm. Veruntamen qui dicunt ipm Do
eg mendose dixisse, ꝙ Achimelech consuluit deum pro Dauid, exponunt sic, Num hodie .i. nec
modo nec vnq̃ consului deum pro eo. L Absit hoc à me, Ne suspicet rex aduersum seruũ suũ rem
B huiusce modi in vniuersa domo patris mei, J ꝙ. s. coniurauerim contra te aut in tuã pernitiem
consuluerim deũ pro Dauid. L Non enĩ sciuit seruus tuus quicq̃ super hoc negotio J.i. de cõtro-
uersia & fuga Dauid à te, L vel modicũ vel grande. Dixitq; rex: Morte morieris Achimelech tu
& oĩs domus patris tui. Et ait rex emissariis q circũstabãt eũ. J Per emissarios quidã intelligũt sa
gittarios, alii seruos & cursores q emittunt ad facta principũ exequẽda, alii eos q dirigebant ad
exequẽda seu disponẽda negotia regni. Vnde (vt fert) p emissarios R. Salomõ intelligit Abner & Rabbi
Amasã, sed nõ puto ꝙ Saul adhuc tenuerit secũ Amasam filiũ sororis Dauid. L Cõuertimini & in Salomon
terficite sacerdotes dñi. Nã manus eoꝝ cum Dauid est, scientes ꝙ fugisset & nõ indicauerint mi
hi. Noluerunt aũt serui regis J emissarii & qui deum timebãt, L manus suas extendere in sacerdo
tes dñi, J quia videbant regẽ apertissime deuiare atq; enormiter tyrannizare. Sacerdotes quoq;
tanq̃ partem dei peculiarem formidabãt indigne tractare, ne in eis dñm formidarent maiestatis,
cũ & ipsi sacerdotes intercessores sint populi apud deũ & mediatores inter deũ & homines. Pro-
pter qd tanq̃ spiritales pr̃es sunt specialr̃ diligẽdi ac honorãdi L Et ait rex ad Doeg: Cõuertere &
tu & irrue in sacerdotes dñi. Conuersusq; Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes & trucidauit in die
illa octogintaquinq; viros vestitos Ephod lineo J.i. qui veste tali sacerdotali consueuerũt indui
Vel forsan tunc erant ea vestiti, imò quidam affirmant ꝙ venerunt ita vestiti, vt flecterent ani-
mum regis irati. Potius tamen reor ꝙ non sciuerunt regem cõtra eos esse cõmotũ, sicut & præ ta
cta verba Achimelech videntur innuere. Dicunt quoq; Hebræi, nõ omnes fuisse sacerdotes, nec
Ephod indutos, sed dignos fuisse, & quia de tribu erant sacerdotali. L Nobe aũt ciuitatẽ sacerdo-
tum percussit in ore gladii, viros & mulieres & paruulos & lactantes, bouesq; & asinũ & ouem in
ore gladii J.i. omnes qui habitabant in ea, imo & pecora vniuersa, in quo patet tyrannis, imo &
furia Saul. Doeg aũt tanquã alienus à sanguine Israel pronior fuit ad ista, nec sine adiutorio im
C piorum hæc egit. L Euadens aũt vnus filius Achimelech filii Achitob, cuius nomẽ erat Abiathar
fugit ad Dauid, J & tulit secũ Ephod, quod Moses fieri fecit, vt in scholastica historia fertur & Pet. Co
partim in sequenti cap. tangitur, L & nunciauit ei, quod occidisset Saul sacerdotes domini. Et mesto lib. 1.
ait Dauid ad Abiathar: Sciebã enĩ in die illa, ꝙ cum ibi esset Doeg Idumæus procul dubio annun- Reg ca 21
tiaret Sauli, J me ibi fuisse & cætera ibi gesta. Quidã dicunt, ꝙ scire capit hic pro cõncere, sed nõ
videtur, cũ Dauid testet, Sciebam ꝙ procul dubio, &c. Idcirco apparet, ꝙ Dauid debuit ipsum 1.Regũ 23
Achimelech pmonuisse de imminente periculo. Vnde & se accusat, dicendo. L Ego sum reus om
nium animaꝝ domus patris tui J.i. interfectionis vitæ patris tui & cognatoꝝ ipsius. Vel quia cul
pabilis sum in eo, ꝙ non pdocui eos prudenter, saltem post meum recessum. Vel quia occasione
mei occisi sunt, ita quod sum causa materialis, ob quam sunt interfecti. L Mane mecum ne timeas
Si quis quæsierit animam meã, quæret & animã tuam J.i. tam charus & familiaris eris mihi, ꝙ si
quis voluerit occidere te, ita accipiam hoc, acsi me velit occidere. Vel sensus est, erimus vnius cõ
sortii & vnum in dño, ita ꝙ qui quæsierit nocere vni, quæret nocere & alteri, L mecumq; serua-
beris, J quia ego & qui mecum sunt, te defendent.

¶ Moraliter, Sicut Dauid fugit in speluncam Odollam, ita & nos ab inquietudine, importuni
tate atq; molestiis persequutoꝝ fugiamus ad meditationis & cõtemplationis secretũ, ad pœni-
tentiæ locũ, ad humilitatis profunditatẽ recognoscẽtes nos dignos omni tribulatione & aduer-
sitate, ad orationis quoq; cubiculum. Sed quemadmodũ iussum est sancto Dauid in psidio nõ ma
nere, sed ingredi terrã Iuda, sic viris exercitatis iniungitur, vt certamen tentationis non vitent,

imo legitime certent & inter bonos potius velint aduersitatibus exerceri, q̄ inter iniquos carna- D
liter repausare. Præterea sicut Saul banniuit beatũ Dauid, sic principes sacerdotũ excommunica
uerunt dñm saluatorem, pcipientes, vt si quis scit vbi est, indicet, vt capiant eum. Quemadmo-
Iohã. 9 dũ etiam Saul persequutus est eos qui receperũt & bene tractauerũt Dauid, ita pontifices & Iu-
dæi cõspirauerunt, vt si quis fateret Iesum esse Christũ, extra synagogam fieret, quæ omnia in
Euangelio continentur. Nihilominus sicut cognati Dauid venerũt ad eum in pdictam spelun-
cam, ita apostoli & cæteri primo credentes aggregauerũt se Christo, persequutionem Iudæorũ
ad tempus vitanti. Amplius sicut turbatus est Saul, audito q̧ apparuisset Dauid & viri eius, sic dia
boli & angeli eius, prauiq̧ homines conturbantur, cognito aduentu boni prælati, & eos qui illi
adhærent conantur occidere spiritaliter aut corporaliter extinguendo eosdẽ. Per Doeg vero de
signant delatores, adulatores, accusatores, mendaces & seminatores discordiæ qui procurãt fie-
ri multa mala. Saul quoq; est figura eorũ qui nullam excusationẽ, quamuis rationabilẽ, volũt ad-
mittere, sed solũ suæ animositatis & iracundiæ impetum insequuntur.

¶EXPLANATIO CAP. XXIII. Et nuntiauerunt Dauid dicentes. Arti. XL.

HIc describitur quædam victoria Dauid & ingratitudo eorum quos iu-
uit ac duplex persequutio quam euasit. ⌊Et nuntiauerunt⌋ aliqui de
populo Israel ipsi ⌊Dauid, dicentes: Ecce Philistijm oppugnant Cei-
Iosue. 15 lam⌋ .i. vrbem sic dictam, quæ (vt in libro Iosue legitur) ad tribum Iu
da pertinuit, ⌊& diripiunt areas⌋ .i. annonã seu blada cõtenta in areis,
ipsasq̧ areas vastauerunt. ⌊Consuluit ergo Dauid dñm, dicens⌋ per E
Abiathar sacerdotem: ⌊Num⌋ .i. an ne ⌊vadam,⌋ hoc est, placet ne
tibi vt pergam, ⌊&⌋ si perrexero, ⌊percutiam Philistæos istos?⌋ In
quo patet bonitas Dauid, qui quãuis rex Israel esset, inimicus suus gra-
uissimus, nihilominus terrã & plebem eius defendere concupiuit, ⌊&
ait dominus⌋ per angelũ ⌊ad Dauid,⌋ tamen p Abiathar, cui deus ministerio angeli manifesta
uit quid fieri vellet. ⌊Vade & percuties Philistæos & saluabis Ceilam. Et dixerũt viri qui erãt cũ
Dauid ad eũ: Ecce nos hic in Iudæa⌋ .i. in terra sortis Iudæ ⌊cõsistentes timemus,⌋ cũ tamen hic
non sint hostes. ⌊quãto magis, si ierimus in Ceilam⌋ .i. vsq; ad vrbem illã hostibus iam vallatã,
⌊aduersus agmina Philistinorũ⌋ timebimus. ⌊Rursus ergo Dauid consuluit dñm,⌋ nesciens an
timor suorũ esset à deo, vel ne inordinate formidando demererent adiuuari à dño, sicq; obicem
ponerẽt promissioni diuinæ. ⌊Qui respondens ait ei: Surge descende in Ceilam, ego enĩ tradam
Philistæos in manu tua,⌋ hoc responso confirmati sunt viri Dauid. ⌊Abijt ergo Dauid & viri
eius in Ceilam & pugnauit aduersum Philistæos. Et abegit iumenta eorũ⌋ .i. iumenta quæ addu
xerũt Philistæi ad asportandũ blada Iudæorũ in terrã suam abstulit Philistæis & ea remouit à Cei
la. ⌊Et percussit eos plaga magna, & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porro eo tẽpore quo fu-
1. Regũ. 22 giebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid,⌋ prout pcedẽti habet cap. ⌊in Ceilam.⌋ Ex quo
apparet, q̧ & tunc Dauid fuit ibidem aut prope ⌊Ephod secũ habens descenderat⌋ .i. Ephod il
lud secũ portauit. Hoc interponit hic ad insinuandũ q̧ Dauid consuluit dñm per Abiathar pon
tificem indutũ veste illa pontificali, in qua erat rationale iudicij seu doctrina & veritas, vt in Exo
Exodi 18 do expositũ est, p quæ manifestabat responsio dei. ⌊Nuntiatũ est aũt Sauli, q̧ venisset Dauid in
Ceilam. Et ait Saul: Tradidit dñs eum in manus meas, conclususq̧ est introgressus vrbem, in qua
portę & seræ sunt. Et pcepit Saul omni populo vt ad pugnã descenderet in Ceilam & obsideret F
Dauid & viros eius. Quod cũ Dauid resciisset, quia pararet ei Saul clàm malũ⌋ .i. cum Dauid co-
gnouisset q̧ Saul disponeret cũ exercitu venire ad obsidendũ Ceilam, ad cõprehendendũ ipsum
Dauid, ⌊dixit ad Abiathar sacerdotẽ: Applica Ephod⌋ .i. indue illud vt in eo cõsulas dñm, ⌊&
ait Dauid⌋ ad deũ per sacerdotẽ: ⌊Dñe deus Israel, audiuit famã seruus tuus, q̧ disponat Saul ve
nire in Ceilam, vt euertat propter me vrbẽ⌋ hanc, nisi habitatores eius tradiderint me manibus
eius. ⌊Si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus?
Domine deus Israel, indica seruo tuo. Et ait dominus: Descendet,⌋ id est, veniet huc, nisi ci-
to exieris. ⌊Dixitq̧ Dauid rursum: Si tradent me viri Ceilæ & viros qui mecum sunt in ma-
nus Saul. Et dixit dñs: Tradent⌋ si manseris hic quousq; vrbs obsideat à Saule, & in hoc fuissent
ingrati beneficijs Dauid, tamẽ ex timore forsan fecissent hoc. ⌊Surrexit ergo Dauid & viri eius
q̄si sexcenti, & egressi de Ceila huc atq; illuc vagabant incerti. Nuntiatũq; est Saul, q̧ fugisset Da
Iosue. 15 uid de Ceila & saluatus esset: quãobrem dissimulauit exire. Morabat aũt Dauid in deserto in locis
firmissimis. Mansitq;⌋ Dauid cũ viris suis quasi sexcentis, ⌊in monte solitudinis Ziph in monte
opaco,⌋ qa solitudo illa erat ppinqua oppido tribus Iudæ noĩe Ziph & erat mons ille opacus
seu obscurus, tamen ex eo longe poterat videri. ⌊Quærebat tamẽ eum Saul cunctis diebus⌋ .i.
assidue per annos aliquot multipliciter laborauit comprehendere Dauid, ⌊& non tradidit eũ do-
minus

A minus in manus eius. Et vidit Dauid q egressus esset Saul vt quæreret animã eius. Porro Dauid
erat in deserto Ziph in sylua. Et surrexit Ionathas filius Saul & abijt occulte ad Dauid in syl-
uam & confortauit manus i. potestatem eius seu vires operatiuas & ipsum Dauid & ex conse-
quenti eius exercitũ, in deo, quia iuste & sapienter hoc fecit, & fiduciam ipsius Dauid quã in
deo habuit, auxit & roborauit. Dixitq; ei: Ne timeas, neq; enim inueniet te manus Saul patris
mei i. non cõprehendet te, tamẽ paulo post inuenit eũ, ita q sciuit vbi fuit & fuit prope eundẽ
Et tu regnabis sup Israel, quod Ionathas sciuit ipsi Dauid esse promissum à deo, & ego ero
tibi secundus i. primus post te, sed & Saul pater meus scit hoc i. s. q regnabis post eũ. Si Sa-
ul hoc sciuit, cur persequebať Dauid? Et respondendum, q Saul ad mentẽ rediens & gesta ac ver
ba Samuelis reuoluens, bene aduertit, q Dauid vtiq; post se regnaret. Nihilominus passionibus,
& peruersitatibus mentẽ eius obtenebrantibus ad humanas vires respiciens, sperauit se posse ipm
Dauid occidere, sicq; ipsius promotionẽ ad regnum impedire. Percussit ergo vterq; fœdus co
ram dño i. pristinũ amicitiæ pactum innouauerunt & cõfirmauerunt coram dño, quod magi-
ster in historijs sic exponit. i. coram Gad propheta & Abiathar sacerdote, & iuxta hoc Gad fuit Pet. Co
cũ Dauid. Mansitq; Dauid in sylua, Ionathan aũt reuersus est in domum suã. Ascenderunt aũt bisto. lib. I. Reg. ca. 21
Ziphei ad Saul in Gabaa, dicẽtes: Nõne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in
colle Achilæ, quæ est ad dexterã deserti? Nunc ergo sicut desiderauit aĩa tua vt descenderes, des
cende: nostrum aũt erit vt tradamus eum in manus regis. Isti Ziphei fuerunt de tribu Iuda,
quia descenderunt de Caleb per filium eius Mesa, ipse est pater Ziph, vt primo Paralip. legitur. I. Para. 2
Sicq; Ziph quãdoq; est nomen viri, aliquando vrbis. Isti Ziphei inique egerunt cõtra Dauid co
gnatum & cõtribulem suũ. Dixitq; Saul: Benedicti vos dño i. ad laudẽ dei benedicti sitis seu
benedicti estis à dño, quia doluistis vicẽ meã i. mihi condoluistis, sicq; Saul benedixit eis pro
B opere vitioso, quod tamen sibi apparuit bonũ, quemadmodum latrones gratias agũt deo, dũ di
uidunt spolia hoȝ quos occiderũt. Abite ergo, oro, & diligentius pparate & curiosius agite &
considerate locũ vbi sit pes eius velociter, vel quis viderit eũ ibi, vbi dixistis: Recogitat enĩ de me
q callide insidier ei. Considerate & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur, & reuertimi
ni ad me ad rem certam vt vadam vobiscũ. Quod si etiam in terrã se obstruxerit i. i. foueis terræ
se occultauerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda i. cum omni multitudine, quæ est
in Iuda. Vel, in cunctis millibus Iuda. i. per omnia loca tribus Iudæ; in qua millia esse dicunť, vel
propter vrbium, vel propter hominũ copiositatem, iuxta illud Michææ: Et tu Bethlehem par- Mich. 5
uulus es in millibus Iuda. Per hæc insinuať, q etiam valde multi de tribu Iuda fauebant Sauli con
tra Dauid. At illi surgentes, abierũt in Ziph ante Saul. Dauid autem & viri eius erant in deserto
Maon in campestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendũ eum in
deserto Maon. Estq; Maon proprium nomẽ deserti illius, vel (vt alij dicunt) oppidi adiacentis.
Et nuntiatum est Dauid, qui tanq̃ vir prudens ordinauit quosdam ex suis qui explorarent stu
dia & itinera Saul. Vel per Gad prophetã dominus sibi talia reuelauit. Statimq; descendit ad
petram. Per petrã intelligit Hieronymus quendã munitissimũ locum, in quo Dauid & sui repo Hierony.
suerunt ea quæ ipsis oneri fuerũt, vt essent expeditiores ad omnia. Alij p petram intelligũt petro
sam & profundã cauernam vbi deposuerunt talia, & versabať in deserto Maon. Quod cum au
disset Saul, persequutus est Dauid in deserto Maon. Et ibat Saul & viri eius ad latus montis situa
ti in deserto Maon, ex parte vna, Dauid autem & viri eius erãt in latere montis ex parte alte-
C ra. Porro Dauid desperabat se à facie Saul posse euadere, cuius subiungiť ratio. Itaq; Saul & vi
ri eius in modũ coronæ cingebant Dauid & viros eius. ¶ Sed quæriť, qualr fidelis Dauid sciens
se vnctũ in regem ad succededdum Sauli in regno, diffidebat se posse euadere? Ad quod quidam
respondẽt, q non desperauit euasionem pro se, sed pro suis. Et iterum, aliqui dicunt, q non despe
rauit euasionem pro sua persona, qm̃ certus erat de impletione diuini promissi, sed desperauit se
posse euadere absq; bello cũ Saule, quod bellum exhorruit ex timore occisionis viroȝ suorum &
aliquoȝ qui erant cum Saul persequentes eũ inuoluntarie magis q̃ sponte. Hæ aũt responsiones
non videntur textui cõcordare, in quo clarissime dicitur, quod desperauit se posse euadere. De-
niq; supra legiť, quemadmodũ Dauid inter cætera dixit ad Ionathan: Viuit dñs & viuit anima I. Regũ. 20
tua, quia vno tantũ (vt ita dicam) gradu ego & mors diuidimur. Ideo ad istud quæsitũ est aliter
tibi responsum. Insuper dici potest, q desperauit se posse euadere secundũ ordinem & processum
proximaȝ, naturaliumq; causaȝ seu proprijs viribus. Quod vero timuit pro seipso, cõstat etiam I. Regũ. 17
ex hoc quod infra ait, Aliquando vna die incidam in manus Saul. Circa hũc locũ loquitur Rabbi R. Paul.
Paulus: Translatio nostra in hoc loco multũ deuiat ab hebraica veritate, Nam pro eo quod ha
bemus, Porro Dauid desperauit se posse euadere, In Hebræo habeť, Porro Dauid festinauit ad
eundũ à facie Saul. Sed (vt alibi demõstraui) male sonat asserere, q translatio nr̃a deuiet ab hebrai
ca veritate, Sic enĩ deuiaret à veritate, & falsa esset. Idcirco tenendum est, quod sermo ille hebrai- Hierony.
cus sit forsan ad vtrũq; hoȝ æquiuocus. Aptiusq; trãstulit Hieronymus, Desperauit se posse eua
dere, q̃ si transtulisset, Festinauit ad eundum à facie Saul, i. ad fugiendum ab eo. Cum enim se cer

neret einctum ab exercitu Saul in modum coronæ, non poterat fugere, nec festinauit ad fugien- D
dum, cũ sciret hoc impossibile sibi esse. ⌊Et nuntius venit ad Saul, dicẽs: Festina & veni, qm̃ insu
derunt se Philistijm super terrã⌋ regni tui. ⌊Reuersus est ergo Saul, desistens persequi Dauid, &
perrexit in occursum Philistinorum. Propter hoc vocauerunt locũ illum, petram diuidentẽ, ⌋ qm̃
iuxta petram ibi existentẽ diuisus est, Et abijt Saul cũ suo exercitu à Dauid & socijs eius, quod to
tum factũ est ex ordinatione diuina pro Dauid euasione.

¶ Tropologice, Per Philistæos expugnãtes Ceilã, qui & areas diripiebãt, quos Dauid .i. Chri-
stus repulit, vicit & spoliauit, designati sunt inuisibiles hostes, qui olim synagogã & modo eccle-
siam dire impugnãt & pro maxima vincũt parte, ita q̃ areas .i. cõgregatiões deuotas, cœnobia,
collegia particularia Christi ouilia, spiritalibus fructibus nudant ac priuant, sed dominus & salua
tor non deserit suos, sed pugnans pro ipsis inuisibiles illos aduersarios per sua auxilia atq; angeli-
Esa. 53 ca subsidia rursus expugnat. Et sicut in Esaia est prædictũ: Fortium diuidit spolia. Vnde de vasis
Ibidem misericordiæ dominus ibi præmittit, Ideo dispertiam ei plurimos. Hinc & ipsemet in Euange-
Luc. 11. lio protestatur: Cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt ea quæ possidet. Si aũt for-
tior illo superueniens vicerit eum, vniuersa vasa eius diripiet. Et consuluit Dauid dominum: sic
& Christus secundũ naturam assumptam nihil omnino egit sine familiari & certo consilio spũs
sancti, cuius donis anima eius fuit plenissima. Et per donum consilij dirigebatur à spũ sancto in
Matt. 4 vniuersis agendis. Vnde & à spũ vtiq; sancto ductus est in desertum. Ideo ait per Esaiam: Spiri-
Luc. 4 tus domini super me, eo quod vnxerit me. Et item: Et nunc (inquit dominus) misit me & spiri-
Esa. 61. tus eius. Et dixerunt viri qui erant cum Dauid. Per formidinem illorum virorum Dauid, præfigu-
Esaie. 48 ratus est timor apostolorum, discipulorumq; Christi, qui eum sæpe cum metu sequuti sunt pro-
Marci. 10 pter Iudæorum persequutiones. Et quoniam passionem suam eis prædixit. Hinc Marcus ait:
Erant autẽ in via ascendentes Hierosolymam & præcedebat illos Iesus & stupebant & sequen-
tes timebant. Præterea sicut viri Ceilæ ingrati à Dauid liberati, nihilominus tradidissent eum Sa
uli: sic Iudæi, quibus Christus beneficia multa exhibuit, prædicando, miracula faciendo & eos in
Matt. 27 terdũ ad deuotionis spm̃ conuertendo, tandem tamen corã Pilato petierunt eum occidi, ingra- E
Marci. 15 tissimi facti, quibus & antea dixit: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod
Luc. 23 horum me lapidatis. Iterum, sicut Dauid cũ suis frequenter moratus est in locis deserti, ita & do
Iohan. 19 minus Iesus. Amplius per Zipheos qui accusauerũt ipsum Dauid Sauli, intelliguntur carnales,
Iohan. 10 increduliq; Iudæi, qui visis mirabilibus saluatoris, ierunt & nuntiauerunt ea pontifici, scribis &
Matt. 4 pharisæis, qui & Christũ sæpe circundederunt in modũ coronæ, dicentes: Quousq; animã no-
Mar. 1 strã tollis? qui & sumptis saxis voluerũt eũ mox lapidare, ita q̃ supernaturali potestate trãsiens p
Luc 4 mediũ illorum ibat, factus inuisibilis eis. Discamus ergo & nos exemplo electorum libenter pati ad-
Iohã. 11 uersa atq; in omni tribulatione ad deum confugere, & in ipso inuicta mente confidere, cum san-
Iohan. 10 cto Iob protestantes: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Postremo pensandũ, q̃ Dauid & Io
Ibidem. nathas tribus vicibus fœdus amicitiæ inierũt. Primo in domo, secũdo in agro, tertio in deserto.
Iob. 13 Per quod figuratũ est, q̃ homo debet pactũ inire cũ saluatore. Primo, in cordis secreto, secundo
1. Regũ. 17 in exercitio actionis, tertio in abstractione contemplationis, vel corde, ore & opere. Item men-
1. Regũ. 20 te, corpore, & per alios quos conuertit.
1. Regũ. 23

¶ EXPOSITIO CAP. XXIIII. Ascendit ergo Dauid inde. Arti. LXI. F

ALia sancti Dauid persequutio hic narratur. ⌊Ascendit ergo Dauid in-
de, ⌋ videlicet de solitudine Maon, ⌊& habitauit in locis tutissimis En
gaddi ⌋ .i. firmissimis latibulis prope & extra vrbẽ sic dictam, in quo
(secundũ magistrum in historijs) erat vinea balsami. Vnde in Canti-
Sct. Co. cis dicitur: Botrus Cipri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Vi-
gist. li. 1. re gũ. ca. 22 neam illam transtulit postea in Babyloniam Cleopatra, vt narratur,
Cant. 1. quod forsan de Babylonia vrbe Aegypti est intelligendũ. ⌊Cumq; re-
uersus esset Saul postquam persequutus est Philistæos, nuntiauerũt ei,
dicentes: Ecce Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria
millia electorum virorum ⌋ .i. elegantium bellatorũ, ⌊ex omni Israel,
perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius etiam super abruptissimas petras ⌋ .i. altas &
eminentes in desertis, ab accessu hominũ abstractas, ⌊quæ solis ibicibus peruiæ sunt ⌋ .i. solis ca-
præis syluestribus perambulabiles. De his capræis fert, q̃ ab alijs locis se possunt præcipitare, &
sine læsione se in cornibus suis recipere, ⌊& venit ad caulas ouiũ q̃ se offerebant vianti ⌋ .i. quæ si
tæ erant prope cõmune iter, ad quas venit de locis heremi redeundo aut recedendo. ⌊Eratq;
ibi spelunca, quã ingressus est Saul vt purgaret ventrẽ. ⌋ Et mirum q̃ non timuit ibi forsan in-
esse aliquam ferã. Verum inconsultæ erat audaciæ. ⌊Porro Dauid & viri eius in interiori parte spe
luncæ latebant, ⌋ quo constat, q̃ fuit grãdis spelunca quã solũ virum intrare fuit periculosum. ⌊Et
dixerũt

A dixerunt serui Dauid ad eū⌋ Iam eñ elegerūt eū sibi in principē.⌊Ecce dies de qua loquutus est dñs ad te, Ego tradā tibi inimicū tuū vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis.⌋ Hucusq; nō legitur dñs ista dixisse ad Dauid. Creditur tamē, ꝙ ei in magna angustia alicubi cōstituto dñs ista promiserit pro cōsolatione ipsius. Quocirca orit difficultas, qa si dñs ista promisit Dauid de Saule pro tempore isto, ergo Dauid potuisset sine peccato occidere Saulē, qa adhuc fuit ei à dño traditus, vt faceret ei q̄d vellet, cū tamen paulo post legat Dauid pœnituisse de hoc, ꝙ partē chlamydis Saulis absciderit. Et respondendū, ꝙ promissio illa dei non fuit intelligenda de traditione Saulis in manus Dauid, ad hoc ꝙ occideret eum, sed vt faceret ei sicut placeret in oculis suis interioribus, hoc est, sicut recta conscientia sibi dictaret, seu ratio indicaret, imò nunq̄ dat deus vnū in manum alterius directe ad hoc ꝙ eum inordinate occidat. Quinimò deus sic dedit Saulem in manus Dauid, quatenus bonitas, virtus, perfectio ipsius ad omniū nostrū ædificationē claresceret, per hoc ꝙ crudelissimo hosti suo tā pius & clemens fuit.⌊Surrexit ergo Dauid & p̄cidit oram chlamydis⌋.i. extremitatem pallij⌊Saul silenter.⌋ Miræ ꝙ tam silenter hoc facere potuit, quod Saul nō sensit. Sed multa huiusmodi non nisi speciali dei moderamine fecit Dauid. Vel Saul intentus ad alia multa, & circa requisita naturæ, non percepit sonitū paruum, Dauid quoq; industriosissim⁹ fuit: Vel chlamys fuit pro tunc seorsum deposita. Deniq; iuxta Glossam, Chlamys est sagū militare, quod & pyrocita vocatur, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, quod est ignis, qm̄ eo vtebantur pyratæ.⌊Post hoc percussit cor suum Dauid, eo ꝙ abscidisset oram chlamydis Saul⌋.i. pectus suū in quo cor continetur tundebat pœnitendo & reprehendendo se de eo quod fecit, qa circa dñm suum irreuerenter habuerit se. Vel cor suū.i. conscientia sua redarguit eum.⌊Dixitq; ad viros suos: Propitius sit mihi dominus⌋.i. gratiose præseruet me à peccato, ad quod instigatis me. Nam vt Iosephus sen *Iose. lib. 6 an. tiq. ca. 13*

B sit, Viri Dauid cōtra eum murmurabāt, eo ꝙ nollet occidere hostē suū sæuissimū, quod dixit se sine peccato patrare nō posse, quēadmodū subdit,⌊ne faciam hanc rem,⌋ vtpote læsionē⌊dño meo Christo dñi⌋.i. vncto vnctione regali ex imperio dei,⌊vt mittā manū meā in eū, qa Christus dñi est,⌋ ideo reseruandus fuit diuino iudicio, nec interficiendus authoritate priuata, præsertim à subdito. Et quāuis fuit tyrannus, non tamen tantus, ꝙ fuit occidendus ab aliquo de populo suo, qui aliter potuit manū illius euadere. Porro quod subdit, Viuit dñs, vsq; ad id, & confregit *1. Regū. 26*
Dauid, non est de textu hoc loco, nec in Hebræo habetur, sed infra in casu consimili & ibi exponetur.⌊Et confregit Dauid seruos suos sermonibus istis⌋.i. pacatos reddidit & malū eoꝝ propositum fecit cessare sermonibus iam p̄tactis, & forsan pluribus verbis, quæ non sunt scripta,⌊& nō permisit, vt cōsurgerent in Saul.⌋ Veruntamē si consurrexissent in Saul, periculose egissent, qm̄ tria millia foris dñm suum præstolantia non abissent, quousq; nouissent quid dño suo accidisset, & cognita eius occisione, obsidissent Dauid cū suis in spelunca & vlti fuissent regis interitū.⌊Porro Saul exurgēs de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit aūt Dauid post eū,⌋ sequendo Saulē per aliquantulū spatiū extra speluncā,⌊& egressus de spelunca, clamauit post tergū Saul, dicēs: Dñe mi rex. Et respexit Saul post se, & inclinans se Dauid pronus in terrā, adorauit, dixitq; ad Saul: Quare audis⌋.i. audiendo vera esse credis⌊verba hominū loquentiū, Dauid quærit malū aduersum te.⌋ Aliqui nanq; detractores & odio habētes sanctū Dauid atq; Sauli placere optantes, vt Doeg & similes, cōcitauerūt Saulem cōtra Dauid, suggerendo Sauli ꝙ Dauid q̄reret eius interitū, vt posset regnare, ad quod etiam suspicandū, Saul ex propria malitia est satis

C pronus.⌊Ecce hodie viderunt oculi tui⌋.i. tu ipse nūc vides,⌊ꝙ tradiderit te dñs in manū meam in spelunca.⌋ Omnia eñ, etiam minima, cadunt sub prouidentia dei, & eius dispositione id contigit, ꝙ Saul introijt specum in quo latuit Dauid, quod respectu diuinæ prouidētiæ non fuit casuale,⌊& cogitaui vt occiderem te,⌋ ex quo videt, ꝙ Dauid habuit primum motū iræ inclinantis ipsum ad vindicandū se,⌊sed pepercit tibi oculus meus⌋.i. oculo exteriori respexi te pie, & oculus meus interior, vtpote ratio refrenauit iracundiæ motū.⌊Dixi eñ, Non extendā manum meā in dñm meum, quia Christus dñi est. Quin potius pater mi vide & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea, qm̄ cū præscinderem, summitatē chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animaduerte & vide qm̄ non est in manu mea malum neq; iniquitas⌋.i. tale peccatū in deum aut in proximū non est in mea operatione seu practica potestate, quale tu mihi imponis. Non tñ voluit Dauid asserere se esse immunē ab omni culpa,⌊neq; peccaui in te.⌋ Iam dictū est ꝙ percussit eū cor suum, eo ꝙ chlamydis oram p̄sciderit, ergo peccauit in Saul. [illegible] primus ille motus occidendi regē, non videt veniali caruisse peccato. Et respondendū, [illegible] nō nisi veniales culpæ fuerunt. Dauid vero nūc de mortali loquitur culpa.⌊Tu aūt insidiaris animæ meæ vt auferas eā. Iudicet dñs inter me & te,⌋ reddēdo vnicuiq; q̄d meret,⌊& vlciscat dñs me ex te,⌋ dādo tibi in vita hac correctionē pro excessibus tuis in me, ne pereas in æternum. Hoc ex zelo iustitiæ, imò & ex charitatis affectione deprecatus est Dauid.⌊Manus autem mea non sit in te⌋.i. absit vt ego ipse vindicem me de te, quia nec publica authoritate nec iurisdictione super te fungor,⌊sicut & in prouerbio antiquo dicitur: Ab impijs egredietur impietas⌋.i. impij agent inique. Hoc refertur ad id quod Dauid dixit ad Saul: Tu autem insidiaris animæ meæ vt auferas eā,

quasi dicat,ita me persequendo sic te habes,q̃ prouerbium illud antiquum competit tibi.[Vel refertur ad illud,Vlciscatur dominus me ex te.i.per alios tibi consimiles in malitia puniat te,sicut D
in prouerbio veteri fertur,Ab impijs egredietur impietas.i.vnus iniquus alium perimet,quod contingit frequenter iusto dei iudicio,qui propter illorum peccata occulta aut manifesta vult aut permittit sic fieri,sicut & vnum regnum iniquum frequenter destruxit per aliud regnum iniquum.[Circa hæc scribit Lyra,Prouerbium hoc dicebatur,quando domious per aliquem malũ vindictam sumpsit de alio peiore vel æque malo. Et quoniam Dauid sensit se innocentem,noluit q̃ talis vltio per seipsum fieret de Saule.[Hebræi aũt dicunt,q̃ prouerbium istud antiquũ est
Dani.7 lex data à deo,qui apud Danielem vocat antiquus dierum. Et accipiunt istud ex lege in Exodo,
Exod.21. vbi dicitur de occiso à casu,q̃ dominus tradidit eum in manum occidentis,quod dicunt accidere propter peccatum occultũ ipsius occisi,pro quo dignus fuit occidi,& etiam pro peccato occulto occidentis,pro quo dignus fuit expelli de sua ciuitate vsq; ad mortem pontificis. Et quia peccata ista occulta non possunt vindicari per humanum iudicium,vindicantur sic per diuinum.[Sed hoc dictum non semper est verum,licet aliquando possit contingere,quia frequenter contingit homicidium casuale absq; peccato occidentis vel occisi hoc demerente secũdum iudicia diuina si ue occulta,omnia tamẽ ad bonum electorum ordinantur. Hæc Lyra.[Circa hæc dico,q̃ cũ deus sit prouisor & moderator actuum humanorum,sine rationabili causa nil faciens aut fieri sinens raro aut nunquam permittit aliquem casualiter occidere aut occidi,nisi pro aliquo occidẽtis vel occisi peccato manifesto aut abdito,alioquin à tali articulo seu euentu vnum eripit,aliumq; præseruat. Propter quod etiam per angelos sanctos tuetur & regit hominum vitam.[Manus ergo E
mea non sit in te. Quem persequeris rex Israel,quem persequeris?] quasi dicat,non decet tantũ sic occupari & fatigari & varijs exponi periculis propter tantillum. Ideo subditur.[Canẽ mortuum persequeris & pulicem vnũ.] i.me,qui comparatione excellentiæ atq; potentiæ tuæ sum quasi mortuus canis & multum vilis ac similis pulici,qui hincinde saliendo euadit mortem,sic & ego ad diuersa loca confugiendo.[Itaq; humilis Dauid seipsum multũ humiliat,vt mitiget irã regis superbi,quo in veritate melior fuit,quantũ ad dona gratiæ ac virtutũ,tamen quantum ad dignitatem,quæ penes prælationes & principatus attenditur,Saul fuit maior.[Sit dominus iudex,& iudicet inter me & te,& videat] dominus.i.per effectum iustitiæ suæ ostendat se videere
Gene.18 quæ patior à te,videriq; faciat,vt & alijs innotescat,sicut in Genesi ait:Descendã & videbo,&c. [& iudicet causam meam & eruat me de manu tua.[Cũ autem complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul,dixit Saul:Nunquid hæc vox tua est fili mi Dauid?] Nunquid hic sumitur pro nonne,siquidem sciuit q̃ fuit loquutio Dauid,[& leuauit Saul vocem suã & fleuit.] Compunctus etenim fuit ex tanta humilitate,beneficentia,probitateq; Dauid,ex quibus & propriam peruersitatẽ,ingratitudinemq; perpẽdit.[Dixitq; ad Dauid:Iustior tu es q̃ ego.][Quare nõ dixit,misericordior tu es q̃ ego,cũ Dauid exhibuerit sibi misericordiam tantã?Et respondẽdum q̃ iustitia Dauid magna apparuit in prædictis,quoniam noluit vindicare seipsum,& diuini iudicij veritati suam commisit causam. Iustitia quoq; vno modo est generalis,omnisq; virtus. [Comparatio tamen illa,Iustior es q̃ ego,fuit impropria,quemadmodũ si dicatur,Homo est sapientior bruto,& angelus virtuosior diabolo.[Tu enim tribuisti mihi bona,ego aũt reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie quæ feceris mihi bona,quomodo tradiderit me dñs in manu tua F
& nõ occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicũ suum,dimittet eum in via bona?] quasi dicat,pauci sunt tantæ bonitatis,qui aduersarios suos læ tales dimitterent abire illæsos,data eis facul
Leuit.19 tate & opportunitate lædendi illos.[Et istud specialiter rarum fuit in veteri lege,quæ dixit:Diliges amicũ tuum & odio habebis inimicũ,nondũ promulgata euangelicæ legis perfectione,quæ
Ibidem. tamen in lege illa Mosaica velabatur,Nempe & Moyses scripsit:Non quæres vltionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.[Sed dominus reddat tibi vicissitudinem hanc.] i.similẽ tibi restituat,& pro beneficijs mihi impensis,vicẽ tibi rependat,[pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia scio q̃ certissime regnaturus sis & habiturus in manu tua regnũ Israel.] Hoc enim Saul perpendit ex consideratione virtutũ Dauid,per quas pensauit eũ dignũ esse ad impletionẽ promissionis ei factæ de regno obtinẽdo,sicut ipse per vitia sua factus fuit indignus permanere in regno,[iura mihi in domino.] i.vere & per deũ legitime,[ne deleas] i.quod post mortẽ meam nõ delebis nec penitus interficies [semẽ meũ,] quod erit superstes [post me,neq; auferas nomẽ meũ de domo patris mei.] i.memoriã personæ meæ de parẽtela & cognatione meã interficiendo posteros meos.[Parẽtes enim in sobole sua quodãmodo manẽt,& per generationũ successionẽ manet ac viget eorum memoria. Verum est dictũ illud cõmune:Qualis quisq; est,taliter iudicat & talia sentit de alijs.[Vnde Saul ambitiosus & vindicatiuus paulo ante miratus fuit,quod Dauid eũ non interfecit in casu pscripto. Nũc q̃q; timẽs & suspicãs ipsm Dauid ita actuꝝ cũ semine suo sicut ipse in simili casu egisset cũ semine Dauid,petiit iuramentũ pactũ,vt assecuraret de tali periculo.
1.Regũ.31 [Et iurauit Dauid Sauli,] q̃ nõ deleret semẽ eius in toto.[Veruntñ postea ad instantiã Gabaonitarũ occidit filios filiæ Saul,nõ tñ deleuit totalr̃ posteros Saul,nec illos occidit,nisi ex volũtate &
exactio-

A & exactione diuina. Nec deus sic reprobauit Saulē, sicut post ea aliquos reges Israel quorū totā posteritatē q̄tū ad masculos sc deletū p̄dixit, sed reprobauit eū pro se & sua sobole, quantū ad regiū principatū. Abijt ergo Saul in domū suā tristis de aduersis suis successibus, & pœnitens se totaliter p̄secutū fuisse Dauid, ac inde cessare proponens. In quo tñ proposito non diu p̄mansit. Et Dauid, & viri eius ascenderūt ad tutiora loca, quia non crediderūt verbis Saulis, cuius infidelitatem, instabilitatem, & odium toties erant experti, propter quod probabiliter coniecerunt, quod eos rursus in breui insequeretur sicut & fecit.

¶De spūali expositione eiusdem capl'i. XXIIII. Art. XLII.

Quod Saul toties insecutus & p̄secutus est sanctū Dauid cū suis in deserto, hoc allegorice p̄figurauit q̄ princeps tenebrarū dñm Iesum Chr̄m in deserto tētare p̄sumpsit. Tropologice quoq; designat, q̄ religiosos & hæremitas atq; veraciter pœnitētes acrius instantiusq; impugnat, imo quēadmodū Saul assumpsit tria milia acerrimorū bellatorū ad extinguendū Dauid, sic princeps caliginis callidiores crudelioresq; dæmones mittit ac dirigit ad tentādū p̄fatos etiā p abruptissimas petras. i. inaccessibilissima heremi loca, solis ibicibus. i. viris contēplatiuis q saliunt in montibus accessibilia, q per humilitatē seipsos in profundū p̄priæ paruipēsionis p̄cipitāt, atq; in cornibus fidei & spei se sine læsiōe recipiūt, qa in dño fideli confidentes nequaq̄ desperāt. Deinde p donū sapiæ, & charitatis diuinæ feruorem, ad montes potestatū cœlestiū ad excellentias virtutū, ad contemplationē limpidā æternorū, ad deū deorū exiliūt, sicq; fructuosissime conuersant, & tpe opportuno prout tangunt à spū sancto sup se eleuant, ita vt illud in beati Iob de eis possit pronūtiari. Nūqd nosti tempus part' ibicū? De qbus loqtur admirās præclarissimus Esaias: Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Et rursus: Qui sperant (inquit) in domino, assument pennas, vt aquilæ volabūt, & non deficient. Erat autē ibi spelunca. Per speluncā recte accipit defectuositas naturæ humanæ, in qua defectuositate latuit verbū æternū, itaq; eius dītas cognoscebat à paucis, in qua etiam latebāt viri ac socij eius sancti Apostoli, ceteriq; discipuli, q propter carnis mortalitatem vilipēdebant à multis, nec tātę vt erāt excellentiæ credebant, in quorum persona fassus est vnus eorū. Habemus thesaurū istū in vasis fictilibus, vt sublimitas virtutis sit ex deo. Hanc ipsam speluncā ingressus est Saul, q licet plurimū superbiret, & regio culmine efferret, tamen necessitatibus subiacuit corporis & ventrem cogebatur purgare. ¶Deniq; in hac spelunca traditus est Saul in manibus Dauid, hoc est, princeps sacerdotum in manus Christi, qui in Euangelio dixit: Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius. Itemq; ad patrem: Dedisti ei potestatem om̄is carnis. Vnde & passione instāte, vno verbo om̄es incredulos contra se stātes prostrauit, ita q̄ abeūtes retrorsum, corruerūt resupini in terrā. Inuitis quoq; principibus sacerdotū expulit negotiātes de tēplo. Insup quasi orā chlamydis pontificum Chr̄us abscidit, dū eos iuste & charitatiue rep̄hendēs, ipo pōtificio oñdit indignos atq; priuādos. Verum circa verba p̄scidit Dauid oram chlamydis Saul silenter, multa scribit Gregorius, cuius verba Richardus in suis moralitatibus & glossa inducunt. Per Saul nanq; signantur vitiosi prælati. Per Dauid subditi boni. Saul ventrem purgat dū praui pastores & prædicatores indigni, conceptam in corde malitiam fœde ac turpiter exequuntur. Ipsum tamen Saulem Dauid ferire veretur, quoniam subditi virtuosi suis superioribus, quàmuis iniquis non audent detrahere, nec vitam ipsorum vllo linguæ gladio cædunt. Qui si interdum ex humana infirmitate vix à superiorū increpatione valeant abstinere, excidunt qdem extrema & exteriora mala præpositorū, & tamen humiliter ac modeste loquuntur de culpis illorum, & q̄si orā chlamydis silenter incidunt, qa dum dignitati prælatice saltem & latenter & innoxie derogāt, quasi regis superpositi vestem fœdant. Tamen ad semetipsos mox reuertuntur, seq; de tenuissimo verbi excessu redarguunt. ¶Circa hæc quæritur, an liceat subditis superiores suos corripere, accusare, aut denuntiare, & ex verbis Gregorij allegatis videtur quod non, præsertim cum iterum protestetur: Facta p̄positi gladio oris ferienda non sunt, etiā dum recte reprehendenda iudicantur. Si quādo autem contra eos, vel in minimis lingua labit, necesse est, vt per afflictionem pœnitentiæ reprimat, quatenus ad seipsam redeat, & dū præpositæ dignitati deliquerit, eius contra se iudiciū perhorrescat à quo sibi præpositus est in quem peccat. Nam cū in præpositos delinquimus, eius ordinatioi obuiamus q ipsos præposuit nobis. Hæc Gregorius. ¶Præterea, beatus Anacletus papa ait: Sententia Cham filij Noe damnantur q præpositorum vel doctorum suorū culpam produnt. Rursus eadem causa sanctus Zepherinus disseruit: Maiorū quispiam minorū accusationibus non impetatur. Hinc & Thelesphorus papa sanctus testat: Dei ordinationē accusat, q eos q ab ipso constituunt sacerdotes accusat. His consonat qd sanctus Pius papa effatur: Oues pastorem suū non reprehendāt, plebs suū episcopum non accuset, sed nec vulgus arguat suū prælatū, qa non est discipulus super magistrū. In oppositum huius arguitur, qa sanctus Gregorius loqtur: Sicut laudabile est & discretū reuerentiā & honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis, & dei timoris est, si quæ in eis indigent correctione, nulla dissimulatione postponere, ne totū quod absit corpus inuadat corruptio, si non fuerit curatus in capite morbus. ¶Amplius Gelasius papa, sicut habetur, scribit quibusdam subiectis:

Matth. 4
Luc. 4
Iob. 38
Esai. 60
Esai. 40
2. Cor. 4
Iohā. 5
Iohā. 17
Iohā. 18
Matt. 21
Marci. 11
Luc. 19
Iohā. 2
Gen. 9

Si quid damni in ecclesia pontificem vestrũ videritis admittere, mox auribus nostris reuelatiõe si- D
gnate, vt qd fieri debeat, censeamus. ¶ Præterea, in eodem Gregorius approbat φ quidã epi-
scopus īter alia mala carnali crimine lapsus, atq; à suis clericis accusatus & cõuictus, episcopali est
sede depositus. Ad hãc quæstionem Alexãder de Hales super. 3. sententiarũ quæst. 28. respondet.
Dicendũ scd̃m quosdã, φ sunt subditi criminosi, & sunt subditi boni. Subditi criminosi prohibent
ab accusatione prælatorũ, non boni. Vnde dicit Anselmus seu Augustinus. Præsumũt prælati nõ
debere se reprehendi aut accusari, pro eo φ canones passim non statuunt eos esse reprehendendos
Iohan. 18 qd tamen criminosis negat, cũ de rep̃hendendo ipsa veritas dixerit: Si male locutus sum, testimo
nium perhibe de malo. Sed rursus opponit, quoniam canones determinãt, in quo casu pastores
sint à subditis accusandi, ergo in nullo alio casu poterunt accusari. Casus autem est cum à fide ex-
orbitauerint. Hinc beatus Eusebius papa: Oues (inqt) quæ pastori suo commissæ sunt, nequeunt
eum reprehendere, nec eum possunt vllatenus accusare, nisi exorbitauerint à fide. Dicendum, qd
est accusatio facta ex affectu charitatis fraternæ, & est accusatio facta ex malignitatis affectu.
Accusatio ergo prælatorũ facta à bonis, & ex charitatis affectu est licita. Facta autem à subditis
Genes. 9 criminosis & malignitatis affectu prohibetur. Et per hanc distinctionem soluuntur & concordã
tur omnes canones prænducti. ¶ Porro, ad illud quod obijcitur de Cham qui fuit maledictus,
eo φ patris sui verenda fratribus demonstrauit, dicendũ, per hoc intelligitur φ prælati non sunt
à subditis extraordinarie accusandi, hoc est, de criminibus quæ non possunt probari. Ideo signã-
ter dicit beatus Zepherinus, qd Cham vituperatur, qa verenda patris non operuit, sed ridenda
monstrauit quæ .s. solus vidit. ¶ Porro per hoc quod Dauid cor suum percussit, eo quòd absci-
dit oram chlamydis Saul, datur forma non accusandi prælatum de crimine qd scitur ab vno solo,
quod designatur per hoc qd in abscondito .s. in spelunca præscidit chlamydis oram. Vel secundũ E
Gregorium istud intelligitur de iudice, non de accusatore. Nam ait quod chlamydis oram præ-
scidit q sententia damnationis prælatum ferit, quod nulli subditorũ est licitum. Canon vero Eu
sebij q videtur determinare in quo casu tantum sit reprehendendus prælatus à subditis, scilicet
propter exorbitationem à fide, intelligitur de subditis criminosis atq; infamibus. Nam tales pa-
storem suũ accusare non possunt, nisi à fide exorbitet. Tãta quippe est labes criminis huius qd ad
eius accusationem seruus aduersus dñm, & quilibet criminosus aduersus quemlibet admittit. Hæc
Alexãder. Ex his itaq; innotescit, q̃ grauiter peccent q contra superiores suos, præsertim, si boni
sint, faciliter irascunt, indignant, & temerariè iudicãt eos, aut obloquunt, seu irreuerenter loquunt
eisdem, quæ oĩa cũ summa diligentia sunt vitãda. Intueamur & pro viribus imitemur patientiã,
& mãsuetudinem sancti Dauid, q cum suis parentibus ac tota parentela fuit innocenter pulsus de
regno & tã inhumaniter q̃rebat ad occidendũ, & tñ eũ, à quo tãta sustinuit, non solũ non læsit, sed
Roman. 13 nec lædi permisit. Itaq; circa omnes, potissime circa superiores simus patientes & mites, & pro-
pter eum à quo est omnis prælatio ac potestas deferamus eis vt decet.

¶DECLARATIO CAPITVLI VICESIMIQVINTI.

Mortuus est autem Samuel. Arti. XLIII.

HIstoria rerum inter Dauid & Nabal eiusq; vxorem gestarum hoc loco
describitur: Mortuus est autem Samuel ⌋ Senex & plenus dierũ, ⌊ & cõ
gregatus est vniuersus Israel ⌋ hoc est, maiores de toto populo, seu qui-
dam, imo & multi de singulis tribubus Israel, imo multi venerunt ad eũ F
ægrotantem anteq̃ obijt, inter quos aliqui opinantur & ipsum Saul ve
nisse, ⌊ & planxerunt eum nimis, ⌋ tanq̃ proprium & generalem oĩm
patrem, nec solum plãxerunt defunctum, sed & moriturũ, dolentes de
imminẽte eius discessu, cuius vita erat comunitati tam vtilis ⌊ & sepelie
runt eum ⌋ cum ingenti honore, sicut à tempore patriarcharũ consue-
uerunt maiores suos sumptuose & honorifice sepelire, ⌊ in domo sua, ⌋
Numer. 13 hoc est, infra septa suę domus, in horto aut sibi loco decenti ⌊ in Rama ⌋ vrbe sua. ⌊ Consurgensq;
Dauid descendit in desertum Pharan ⌋ id est, in solitudinem propinquam vrbi Arabiæ nomine
Iose lib. 6 Pharan, per quod desertum transierunt etiam filij Israel egressi de Aegypto, vt Iosephus scribit.
an. iu ca. 13 ⌊ Erat aũt vir quispiã in solitudine Maon ⌋ de qua dictũ supra, tamen (vt fertur) istud non est in
per. Co. textu, nec in Hebræorũ. Nã & in scholastica fertur historia, atq; in libro de hebraicis quæstionibus.
histo. lib. 1. Vir iste habitauit in vrbe Aman seu Maon, sed in solitudine iuxta Carmelum habuit domum pro
Reg ca 13 pastoribus & gregibus suis, & illuc cum coniuge & amicis conuenit ad epulandum in suarum oui-
1. Regñ. 23 um tonsione, ⌊ & possessio eius in Carmelo ⌋ id ẽ, in monte sic appellato eius pecora erant, & ale
Hierony. bantur, qui mons Carmelus situs fuit in funiculo tribus Iudæ. Fuit & alter mons Carmelus, vbi
Iosue. 19 interfecit prophetas Baal, Elias, situs in confinio palæstinæ & phœnicis, qui mons dicitur esse in
3. Re. 18 sorte Isachar, ⌊ & homo ille magnus nimis, ⌋ in diuitijs, in stirpe, & fama.
⌊ Erantque ei oues tria milia, & mille capræ. Et accidit, vt tonderetur grex eius in Carmelo.

Nomen

Nomen aũt viri illius erat Nabal,& nomen vxoris eius Abigail erat'q; mulier illa prudentissima.⌋
A Quod magnum & rarum est in fœminis, cum ex naturali dispositione communiter sint molles, instabiles ac debiles ratione. Ideo'q; passionibus subditæ, ⌊& speciosa⌋ sic'q; erat amabilis corde, & corpe. ⌊Porro vir eius⌋ Nabal ⌊durus⌋ corde seu immisericors, ideo corruit in multa & magna pctã. Cũ scriptũ sit: Qui cordis ẽ duri, icidet in mala & pessimis morib' & ĩprobus valde in verbis ⌊& maliciosus⌋ q̃tũ ad volũtatẽ seu habituatus in vitijs, ita q ex ,pposito & malitia certa peccauit, sic'q; apparet magna virtuositas fœminæ huius, quæ cũ tã vitioso marito, tã diu patiẽter & pacificẽ vixit. Cũ tñ ille ex bonitate suæ vxoris nequaq̃ proficeret. ⌊Erat aũt de genere Caleb,⌋ viri virtuosi cuius virtutes nõ imitabat. Vnde habet, q erat de tribu Iuda, sicut & Dauid. Propter qd peccauit enormiter, ita ad Dauid se habẽdo, vt statim patebit. Dicit demũ magister in historijs. In Paralipo. legit Caleb genuit † Archan, Archan genuit Iezem, hic est, vt putãt Iudæi Nabal. Veruntñ nõ est credendũ, q Nabal fuerit secũdus aut tertius à Caleb, q cũ Mose exiuit Aegyptũ. ⌊Cũ aũt audisset Dauid in deserto, q tunderet Nabal gregẽ suũ, misit decẽ iuuenes, & dixit eis: Ascẽdite in Carmelũ, & venietis ad Nabal, & salutabitis eũ ex noĩe meo pacifice, & sic dicetis. Sit fratribus tuis⌋ .i. propinquis & amicis quos tecũ habes, ⌊& tibi pax⌋ Aliqui textus habẽt: Sit fratribus meis pax, sic'q; pfatos propinquos, & amicos ipsius Nabal, Dauid noĩat frẽs suos, qm̃ erãt de tribu Iudæ, sicut & ipse, ⌊& domui tuæ pax, & oĩbus quæcũq; habes, sit pax.⌋ Quòd aũt in aliqbus libris subiungit: Ex multis annis saluos facies tuos & oĩa tua, nõ est de textu. ⌊Audiui q tonderẽt pastores tui † gregem⌋ ouiũ quæ tria milia erãt. ⌊qui⌋ pastores ⌊erãt in deserto⌋ Maon ⌊nobiscũ⌋ Consequenter Dauid insinuat ipsi Nabal beneficia sua pastoribus & pecoribus illius, exhibita, vt sic ,puocaret illũ ad charitatiuã coĩonem & piã subuentionẽ. ⌊Nunq̃ eis molesti fuimus⌋ imo ab inuasoribus defendimus eos. Ideo subdit: ⌊nec aliqñ quicq̃ defuit eis de grege omni tpe quæ fuerũt nobiscũ in Carmelo. Interroga pueros⌋ .i. pastores & seruos ⌊tuos & indicabunt tibi⌋ q ita sit. Aliq exponũt istud etiã pro tpe quo Dauid pauit gregẽ pris sui cũ pastoribus Nabal, vt dicũt, ita q tũc multa bona impẽdit eis. ⌊Nũc ergo inueniãt pueri tui grãm in oculis tuis⌋
B hoc est, iuuenes qs direxi ad te charitatiue & gratiose accepta, & p eos mitte mihi & viris meis sustentaculũ vitæ. ⌊In die em̃ bona venimus⌋ .i. ego & socij mei p nũcios meos ⌊venimus ad te⌋ & postulamus hãc grãm in tpe isto iocũdo & celebri, vtpote, dũ oues tuæ tundent, q ain tpe tali consueuerũt Hebræi exemplo pr̃iarcharũ celebrare cõuiuiũ suis amicis atq; tonsoribus, ita q tunc fuit tps lætitiæ. ⌊Quodcũq; inuenerit manus tua⌋ .i. qcqd tibi occurrerit & placuerit ⌊da seruis tuis & filio tuo Dauid,⌋ Ecce q̃ simplex, humilis, vrbana'q; petitio tãti viri, q gener iã fuit regis & vnctus fuit in regem, & grãm habuit prophetiæ, ad quã reprobus Nabal improbissime & superbissime respondit, vt subdit ⌊Cum'q; venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal oĩa verba hæc ex nomine Dauid, & siluerũt. Respondens aũt Nabal pueris Dauid, ait: Quis est Dauid, & quis est filius Isai?⌋ quasi dicat: Vilis & insidiator est dñi sui, ac capitaneus seruorũ fugitiuorũ. ⌊Hodie increuerunt serui q fugiunt dominos suos⌋ .i. tẽpore isto multiplicati sunt & collecti serui q propter suos excessus, & debitarũ timore pœnarũ, suos fugiunt dños. Quasi dicat, maliciosus & vilis cumulus est. ⌊Tollam ergo panes meos & aquas meas, & carnes pecorũ meorũ, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint.⌋ Ac si dicat: Non faciam cum sint tam viles, vt indignũ reputem quærere aut cognoscere, de quo loco sint oriundi. & aliqui erant inter seruos Dauid, quorum locum natalem & originem Nabal nesciuit.
C His auditis indignatus est Dauid, & iussit suis ⌊Regressi sunt itaq; pueri Dauid per viam suam, & reuersi, venerunt & annuntiauerunt ei omnia verba quæ dixerat Nabal. Tunc Dauid ait pueris suis: Accingatur vnusquisq; gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis. Accinctus'q; est & Dauid gladio suo, & sequuti sunt Dauid quasi quadringenti viri. Porro ducenti⌋ minus apti ad prælium. ⌊remanserunt ad sarcinas,⌋ hoc est, ad custodiendum vasa, in quibus necessaria erant, & ea quæ præliaturis oneri erant. ⌊Abigail autem vxori Nabal nuntiauit vnus de pueris⌋ hoc est, famulis ⌊suis⌋ prudens opilio. ⌊Ecce misit Dauid nuntios de deserto, vt benedicerent domino nostro,⌋ id est, ipsum Nabal salutarent per verba commendatoria, ⌊& auersatus est⌋ hoc est repulit ⌊eos. Homines isti boni satis fuerunt nobis, & non molesti, nec quicquàm aliquando perijt omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. Pro muro fuerunt nobis, tam in nocte, quàm in die omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quam ob rem considera & recogita, quid facias?⌋
Ad placãdum Dauid, ⌊quoniam completa est malitia aduersus virum tuum, & aduersus domum tuam⌋ hoc est, tanta est prauitas viri tui quod diutius tolerari non potest, & tempus suæ punitionis iam instat, non solum in malum viri tui, sed & domesticorum ipsius, ⌊& ipse est filius Belial,⌋ hoc est, diaboli seu homo prorsus indisciplinatus, ⌊ita vt nemo possit ei loqui,⌋ id est, vix aliquis potest eum sine periculo alloqui, quoniam statim peruerse respondet, aut respondere dedignatur aut alloquentem male tractat. ⌊Festinauit igitur Abigail,⌋ quæ sine aliorum consilio statim per suam prudentiam considerauit, quid esset agendum, ⌊& tulit ducentos panes & duos vtres vini⌋ Quo constat, & satis apertum est, quod supra per aquas intelliguntur quæcunque pocula.

Marginal notes: Pro. 28 — Vet. Co. dist libr. 1. Reg ca. 28 — Numer. 14 — alis gregem tuos — Deut. — 1. Regũ 16 — 1. Regũ 6

⌊& quinq;

⌊& quinq; arietes coctos, & qnq; sata polentæ⌋ satū scd̄m glossam est mensura continens vnum modiū cū dimidio. Modiorū vero quātitas apud diuersos diuersificat. Poleta verō ē accuratissima farina vł pultes factę de ea, seu triticū pilo tonsum. Andreas expositor dicit, q̄ sit grana tosta & manibus cōfricata, ⌊& centū ligaturas vuæ passæ⌋ Vua passa vocat quæ anteq̄ maturescat exiccat ad solē, sicq; cōseruat & colligat, ⌊& ducē tas massas caricarū⌋ .i. ficuū seu fructuū palmarū, vt aliqui dicūt ⌊& posuit sup asinos. Dixitq; pueris⌋ .i. seruis ⌊suis⌋ q̄ p̄fata victualia sup asinos deferebāt, ⌊præcedite me⌋ sic & Iacob fr̄ēm suū Esau timens præmisit cū muneribus seruos, vt illū placaret muneribus ⌊& ecce ego post tergū sequar vos. Viro aūt Nabal non indicauit. Cū ergo ascēdisset asinū, & descēderet ad radicē montis, Dauid & viri eius descenderūt in occursum eius. Quibus & illa occurrit. Et ait Dauid: Vere frustra seruaui oīa quæ huius erāt in deserto⌋ .i. sine grarū actione & recompēsatione huius Nabal dimisi pecora eius intacta & ab inuasoribus custodiui. Non tn̄ sine spe remunerationis diuinæ quæ nullū bonū dimittit irremuneratū, ⌊& non perijt quicq̄ de cunctis quæ ad eum ptinebāt, & reddidit mihi malū pro bono. Hæc faciet dn̄s inimicis Dauid & hęc addat⌋ .i. prosperitatē det hostibus meis in malū meū benefaciendo eis, sicut ego bn̄feci huic Nabal, ⌊si reliquero de oībus quæ ad ipsum ptinent vsq; mane mingentē ad parietē⌋ Istud est iuramentū per execrationē quo iurans sibiipsi malū imp̄cat, nisi suū impleuerit iuramentū. Ac si dicat: sic accidat mihi, nisi ante mane diei sequentis occidero ipsum Nabal, & quicqd viuū in domo eius inuenero, & cætera bona eius inuenta diripiā. Istud iurauit loquendo cū viris suis in via ad Na
22.q.4 ca. Quod Dauid ca. Iurauit bal. Vel visis & auditis seruis Abigail, durāte adhuc vehementia suæ cōmotionis. In hac quoq; iuratione scd̄m Augustinū peccauit, q̄a temeraria fuit, & ex ira immoderata, qua voluit omnes domesticos Nabal occidere. Cū tn̄ in hac causa fuerint innocentes, & q̄uis fuit vnctus in regem, nōdum tn̄ fungebat iurisdictione regali, nec debuit ea fungi viuente Saul. ¶ Præterea aliqui dicūt q̄ in hac iuratione, hæc faciat deus inimicis Dauid. Per inimicos Dauid intelligatur ipsemet Dauid, aliās iuramentū esset nullū, sed magis derisoriū. Tamen ex præinducta expositione patet huius oppositū. Alienū etiā impropriumq; videt per inimicos Dauid intelligere ipsum Dauid, q̄uis interdum in scripturis aliqd pro suo contrario accipiat, vbi ad hoc alia causa rationabilis assignat, atq; ex circumstātia literæ facile perpendit, quod ita sumat. ⌊Cum autem vidisset Abigail⌋ ipsum ⌊Dauid, festinauit & descendit de asino, & procidit corā Dauid sup faciē suā⌋ se humilr̄ prosternendo, vt sic orō sua fieret ipsi Dauid grata, ⌊& adorauit super terrā, & cecidit ad pedes eius & dixit: In me sit, domine mi, hæc iniquitas⌋ .i. mihi imputa transgressionem mariti mei commissam
Phile. in te, ita vt satisfactionem meā pro viro meo acceptes. Sic & Apostolus Paulus scribit ad Philemonem de Onesimo seruo illius: Si aliqd nocuit tibi, hoc mihi imputa, ego reddā. ⌊Loquat, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat, oro, dn̄s meus rex⌋ ipsum Dauid nominat regem, q̄a vnctus iam fuit, & ipsa certissime eum credidit regnaturū ⌊cor suum super virum istum iniquum Nabal⌋ hoc est, non ponderet facta & verba improba huius iniqui, ⌊quia scd̄m nomen suum stultus est⌋ hoc est, nomine & re fatuus est. ⌊& stultitia est cum eo.⌋ Siqdem Nabal stultus interpretatur. Ideo verba & gesta ipsius non sunt curāda viro prudenti. Cum & in
Prouer. 26. 2. Cor. 11. Prouerbijs dicat: Non respondeas stulto scd̄m stultitiā suā, ne ei similis efficiaris. Hinc Sapiens non debet se stulto opponere ad rixādum aut belligerādum. Propter quod ait Apostolus: Libenter sufferis insipientes cum sitis ipsi sapientes. ⌊Ego aūt ancilla tua non vidi pueros tuos dn̄e mi q̄s misisti⌋ quos si vidissem, reportassent copiose quæ petierunt. ⌊Nunc ergo domine mi viuit dn̄s & viuit anima tua⌋ hoc est, sicut verū est quod deus viuit, & etiā aīa tua, sic verū est qđ pueros tuos non vidi, ⌊q̄ prohibuit te, ne venires in sanguinem, hoc est, misericorditer ordinauit, vt nunc F per meum occursum auertaris, vt spero à tuo proposito contra Nabal concepto, & mens tua ad pietatem flectatur, ita vt à propria conscientia prohibearis ab executione illius propositi ⌊& saluauit manū tuā tibi⌋ .i. à tāto peccato p̄seruauit p̄tātem seu manū tuā, hoc est, teip̄m ⌊& nūc fiant sicut Nabal inimici tui & q̄ q̄rūt dn̄o meo malū⌋ Hoc multi exponūt sic, inimici tui fiant stulti & improbi, quēadmodū Nabal, sed non videt q̄ virtuosa & prudens mulier illa imp̄eata sit alijs in alia culpæ. Ideo videt sic exponēdū: Inimici tui fiāt sicut Nabal .i. aduersa pro suis peccatis sustineāt nec tibi præualeāt, sicut Nabal iam sustinuisset, nisi tibi occurrissem, & sustinebit, q̄a nō erit impunitus. ⌊Quapropter suscipe bn̄dictionē hāc⌋ .i. munera ista quę tibi adduco, & tribuo gratis, quę sunt cā & materia benedictiōis, ⌊quam attulit ancilla tua tibi dn̄o meo, & da pueris q̄ sequunt te dn̄m meū. Aufer iniqtatem famulæ tuæ⌋ .i. culpā viri mei quā sup me accepi ignosce. ⌊Faciēs enī faciet tibi dn̄s dn̄o meo domū fidelem⌋ .i. regiā domū quā tibi promisit fidelr̄ conferet tibi, & sobolē atq; familiā q̄ erit deo & tibi fidelis ⌊q̄a p̄lia dn̄i dn̄e mi tu p̄liaris,⌋ .i. iusta & strēnua bella tu exerces. q.d. regnabis, q̄a ad dei honorē pro Repub. pugnas. ⌊Malitia ergo nō inueniat in te omnibus diebus vitæ tuæ⌋ quasi dicat: Nunq̄ inhæreat tibi malitia, ita vt post rōnabilē persuasionē perseueres in malo. Hoc addit prudēs hæc fœmina, ad innuendū q̄ si Dauid occidisset ip̄m Nabal, nullo intercedēte, occurrēte & satisfaciēte p̄ illo, potuisset hoc ascribi passioni irę potius q̄ malitię. Sed si post tā affectuosam ac humilē precē & satisfactionē ipsius Abigail id fecisset, fuisset malitiæ ascri-

bendum

A Hanc ergo clementiã facies proximo, quatenus merearis pietatẽ & protectionẽ gratiosam impetrare à deo. Hinc subdit: ⌊Si eñ surrexerit aliqñ homo psequens te, vł quærens animã⌋ .i. vitam ⌊tuam⌋ ad occidendum, quemadmodũ Saul diu & multoties fecit, ⌊erit aĩa dñi mei custodita quasi in fasciculo viuentiũ apud dominum deũ tuũ⌋ .i. deus custodiet & defendet te à periculo tã diligenter, ac si in sorte & numero semp viuentiũ constitutus iam esses. Vnde Hebræus habet, quasi in vinculo vitæ, hoc est, in sanctorũ collegio. Alia litera habet: In fasciculo vitiũ, tanq̃ dicat: Ita custodiet dñs vitã & animã ad multiplicandũ actus virtutũ atq; ad prolificãdum in regno, quemadmodũ custodit fasciculus vitiũ in aqua vt trãsplantet, sicq; metaphorice loquit, tanquàm dicat: Sicut ramusculi vineæ colligant, & in aqua ponunt, vt alibi inserantur, aut transplantent, sic electi & virtuosi, nunc custodiuntur in aqua sapientiæ, roreq; gratiæ, quatenus tempore præfixo à domino transferantur ad regionem feliciter viuentium, & collocentur in patria beatorũ. ⌊Porro inimicorum tuorum anima rotabitur,⌋ hoc est, vita persequentiũ te erit instabilis, & per aduersa ac vitia circumuoluet, cadet, & de societate viuorũ proijciet, ⌊quasi in impetu & circulo fundæ⌋ hoc est, velociter, sicut lapis ex funda proijcit. ⌊Cum ergo dñs fecerit tibi dño meo omnia hæc quæ locutus est bona de te & constituerit te ducem super Israel⌋ id est, te regem fecerit ⌊non erit tibi hoc in singultũ⌋ hoc est, fletũ intensum, de quo singultus erumpit, ⌊& in scrupulum⌋ hoc est remorsum ⌊cordis domino meo q effuderis sanguinem innoxium⌋ domesticorũ Nabal qui nõ peccauerũt in te, ⌊aut ipse te vltus fueris⌋ de Nabal ppria manu aut vsurpata authoritate. Nondum enim dictũ est, habuit Dauid vsum & exercitiũ regię potestatis ac iurisdictionis, sed vnctus 1. Regũ.

B fuit ad succedendum post Saul in regno, idcirco nec verum reor quod in expositione huius capli asserit quidam, quòd Dauid de iure potuisset accipere de rebus Nabal pro sua voluntate, cũ esset rex vnctus, & in necessitate positus. Veruntamen (fateor) quod necessitas excusasset, si fuisset tam magna. ⌊Et cũ benefecerit dominus⌋ vniuersorum ⌊domino meo⌋ Dauid collocando eum in throno regali, ⌊recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei⌋ hoc est, memor eris mei in bonum & gratus beneficijs meis. Videt hæc mulier quasi prophetico spũ esse locuta. Nam & quidam Hebræi fatent quod per spiritũ prophetiæ nouerat suum virũ in breui moriturum, ⌊& ait Dauid ad Abigail⌋ grãs agẽs deo prudentiq; fœminæ de saluberrima informatione & de reuocatione à tãto excessu. ⌊Benedictus dñs deus Israel qui misit te hodie in occursum meũ⌋ quoniam ex diuina præordinatione, sic contigit, & benedictum⌋ hoc est, laude dignũ est ⌊eloquium tuũ & benedicta tu quæ prohibuisti me, ne irem hodie ad sanguinem & vlciscerer me manu mea⌋ effundendũ iniuste. Iam dictũ est, & paulo post subdit, quod dominus prohibuit eum inde. Quomodo ergo Abigail inde prohibuit eum. ¶ Deniq; ipsa non videt eum inde prohibuisse, sed humiliter supplicauit, ne faceret. Et respondendũ quod prohibere sumitur hic extense pro impedire. Deus quoq; per legem & per conscientiæ censuram, prohibuit eum ab omni homicidio & innoxij sanguinis effusione. Rursus deus prohibuit principaliter, Abigail autem dispositiue & ministerialiter. ⌊Alioquin viuit dominus deus Israel, qui prohibuit me ne facerem tibi, nisi cito venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsq; ad matutinam lucem mingens ad parietem⌋ hoc est, viuens ac dispositus ad mingendũ sup parietẽ. ¶ Porro, q dicit: Mingens ad parietẽ, primo exponit de mare seu masculo q mingit erectus & stando. Secũdo, exponit de cane q ad parietẽ mingere solet crure leuato. Tertio, de infirmo q ad mingendũ non potest longius ire. Et iuxta hęc,

C qd superius legit Dauid iurasse, q nõ relinqueret ex oĩbus ptinẽtibus ad Nabal mingentẽ ad parietem. Primo exponit, q intẽdebat occidere oẽs masculos domus Nabal. Scdo, q oẽe viuens in domo eius volebat perimere, intm̃, q nec canibus, nec infirmis voluerit parcere. Cum tñ canibus ppter eorũ vilitatẽ, & infirmis ppter eorũ imbecillitatẽ parcere cõgruat. Prima aũt expositio verior esse videt. Tum q̃a hic dr: Non remãsisset Nabal mingẽs ad parietẽ, per qd nõ dat itelligi, q pmãsisset canis aut infirmus, q̃a nec canis fuit, neq; infirmus, qñ Dauid istud iurauit, sed q nõ mansisset vir viuẽs. Tum q̃a hoc fuisset valde crudele, nec infirmis parcere velle ab occisiõe ppter improba verba vnius suppositi. ⌊Suscepit ergo Dauid de manu eius oĩa quæ attulerat ei. Dixitq; ei: Vade pacifice in domũ tuã. Ecce audiui vocẽ tuã, & honoraui faciẽ tuã. Venit aũt Abigail ad Nabal. Et ecce erat ei cõuiuiũ in domo eius quasi cõuiuiũ regis, & cor Nabal iucũdũ. Erat eñ ebrius nimis. Et nõ indicauit ei verbũ pusillũ aut grãde vsq; mane. Diluculo cũ digessisset vinũ Nabal indicauit ei vxor sua verba hæc⌋ qualiter .s. Dauid iurauit eũ occidere, & qualiter ipsa placauit illũ, qđ nõ indicauit ei in ebrietate cõstituto, q̃a ptũc capax nõ erat informatiõis, & idicauit ei hęc oĩa vxor sua, nõ malitiose, sed pie, vt eũ ad pœniam puocaret & cautiorẽ efficeret. ⌊Et emortuũ est cor eius intrinsecus⌋ p ingẽti timore. Quãuis eñ audiuit à cõiuge ipm Dauid esse placatũ, timuit tñ q mutato pposito iuramẽtũ suũ implere studeret, ⌊& factus est q̃si lapis⌋ .i. imobilis, q̃a ex vehemẽtia timoris sanguis decurrit ad cor, & sic mẽbra efficiunt rigida, impotẽtia, & male mobilia. ⌊Cũq; ptrãsissent decẽ dies, pcussit dñs Nabal, & mortuus ẽ. Qđ cũ audisset Dauid mortuũ Nabal ait: Bñdictus dñs q iudicauit cãm opprobrij mei de manu Nabal⌋ .i. in cã quã habui cõtra Nabal ppter verba opprobriosa q̃ aduersum me ptulit, iudicauit p me, illũ puniẽdo ppter suũ excessum

&hoc

&hoc infra decem dies, vt pœna proportionaretur culpæ, quoniā decem erant iuuenes quos misi ad eū, per quos tā obprobriosa verba mihi mādauit, [& seruū suū custodiuit à malo] i. ab homicidio, [& malitiā Nabal reddidit dñs in caput eius] i. pœnā debitā ei pro sua culpa inflixit, & D
Genes. 19 hoc ministerio angeli boni aut mali. Tales quippe vltiones aliqñ factæ legunt p angelos bonos, vt patet de subuersione pentapolis. Quādoq; p angelos malos. Sed videtur Dauid in verbis his grās deo egisse de suæ iniuriæ vltione, & de aduersarij sui ruina fuisse gauisus. Cū tñ in li. Prouerbiorū
Prouer. 24 dicat, Cū ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius nō exultet cor tuum. Respondet q; sanctus vir zelo iustitiæ cōgratulatus est iusto iudicio dei, & diuinę applausit, seq; conformauit iu
Iob. 22
Psalm. 17 stitiæ, non vltionis amore. Iuxta illud in Iob: Videbunt iusti & lætabunt & innocens subsannabit eos. Atq; in Psalmo: Lætabit iustus cū viderit vindictā. [Misit ergo Dauid] pueros [& locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eā, dicentes: Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem.] siquidem digna erat, vtpote virtuosa, prudens, eloquens, diues, pulchra, & nobilis. [Quæ consurgens, adorauit prona in terrā] i. dnm adorauit deuote in terrā prostrata, grās agens deo, q ita secum ordinauit, q; tanto viro sociaret coniugio, quod fecit non carnali libidine, sed sapientiali recognitione, [& ait] ad Dauid, quàmuis absentem per nuntios. [Ecce famula tua sit in ancillā, vt lauet pedes seruorum domini mei] Quasi dicat: Indigna sum, & secundum aliquam considerationem sic fuit. [Et festinauit & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinq; puellæ ierunt cū ea pedissequæ eius, & secuta est nuntios Dauid, & facta est illi vxor. Sed & Achinoem accepit Dauid de iezrael, & fuit vtraq; vxor eius.] Tunc enim licita erat saltem ex dispensatione diuina vxorū
Pet. Co. pluralitas. ¶Queri potest, quam harū duarū primo acceperit. Ad quod in scholastica respondet E
histo lib. 1 historia, q; prima ipsius vxor fuit Michol, secunda Abigail, tertia Achinoem. Veruntamē infra
Reg ca. 13 tertio secūdi libri caplo legitur, q; primogenitus Dauid fuit filius Achinoem. Ex hoc tamen non sequitur, q; illa fuit ante Abigail ducta à Dauid. [Saul autem dedit Michol filiā suā vxorem Dauid alio viro Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim] In quo patet impietas Saul in deum & proximum, qui propriā filiam voluit facere adulteram, dando eam alteri marito viuente priore, per qd etiam valde peccauit in Dauid. Dicunt tñ Hebræi, q; Phalti fuit vir timoratus, & in lege peritus. Propter qd abstinuit à copula carnali cum Michol, sciens q; esset vera vxor Dauid. Magister qq; in historijs ait, q; non cognouit eam, qm ipsa diligens virū suū Dauid, semper interim tristis fuit.
Iose. lib. 6 Iosephus etiam videt sentire, q; interim communiter simulauit infirmitatem, ne cognosceretur à
an. iu. ca. 13 Phalti. ¶Circa exordium huius capli querit, qualiter Samuel dicat ædidisse hunc librum Regū secundū sicut & primū, cum ea quæ post mortem suā contigerūt, non scripserit. Ad quod in histo
Pet. Co.
histo. lib. 1 rijs dicit, q; reliqua scripsit vnus prophetarū discipulus eius, cuius opus magistro ascribit. Aliqui
Reg ca. 13 tñ dicūt Nathan scripsisse sequentia, quem etiā nonnulli dicūt fuisse Samuelis discipulū. Aliter respondet, q; totū frequenter denominat à parte, præsertim à parte maiori, sicq; liber iste fertur à Samuele conscriptus, quia pro parte multum maiore ab ipso est compilatus.

¶De mysticis intellectibus capituli. XXV. Art. XLIIII.

ABigail propter excellentiam suæ sapientiæ ac virtutis, merito typum gerit sacratissimæ virginis. Nabal vero Iudæos designat, Dauid Chrm. Quemadmodū ergo Abigail iratum Dauid placauit, & ab occisione Nabal auertit, sic gloriosissima virgo Chrm peccatoribus irascentem sæpissime ad misericordiā flexit, & ipsa facta est sponsa singularis ac F spiritalis verbi æterni. Rursus per Nabal magnum nimis ac locupletem, designat quicūq; prælatus aut princeps iniquus, q magnus est authoritate, quāuis modicus aut nullus virtute. Cuius possessio est in carmelo, hoc est, in fertilitate terrena quam præponit diuinis. Talis tondet oues suas, qm subditorū suorū acquirit prouentus, ac sumit stipendia, seu diripit bona, decimas primitiasve sortit sicq; ex illis ditat, delicate viuit, carnaliq; resoluit. Nec tñ pastoralis seu præsidentialis officij debita illis impendit. Hinc per Ezechielem talibus improperat dñs: Væ pastoribus qui pascebāt se-
Ezech. 34 ipsos, lac comedebatis, & lanis operiebamini, gregem autem meum non pauistis. Talis præsidens secundum nomen suum stultus est, imo stultissimus, perdens non solum seipsum, sed & sibi com-
Zachar. 11 missos. Vnde per Zachariam dominus loquitur: Sume tibi vasa pastoris stulti. O pastor & idolū derelinquens gregem. Nonne talis stultissimus est, q diuini rigorem iudicij sibi instantes non inspicit, nec veret, & ista caduca & vana bona præfert spiritalibus & æternis. Non est in eo sapientiæ donum, sed puerilitatis & insipientiæ vitium. Est tamen de genere Caleb, per quem designat
Iohā. 3 saluator, quia renatus est ex Christo & ecclesia ex spiritu sancto & aqua. Mulier quoq; eius prudētissima est & formosa, quoniam ecclesia seu congregatio sibi commissa, frequenter gratiarū charismatibus adornatur. ¶Præterea, per hoc quod Dauid per decem iuuenes multum humiliter petiuit sustentaculum vitæ à Nabal, salutādo eundem pacifice, præfiguratum est, quod Christus quotidie per eos qui decem obseruant præcepta hortatur prælatos ac principes, vt iuste & pastoraliter seu exemplariter conuersando reficiāt saluatorem, fructu suæ passionis & mortis, hoc est, animarum conuersione, & conuersorum inflammatione ad meliora, sed improbi præsidentes ægre

suscipiunt

A suscipiunt hortamenta salutis, & si nõ verbo, tamen opere paruipendũt Christũ, quasi dicentes: Quis est filius Isai? Hodie increuerũt serui qui fugiunt dños suos, quoniam Christus & eius discipuli interdum consulte declinauerũt & absconderũt se à facie principis sacerdotũ & seniorũ. Veruntamen impijs principibus & prælatis tam peruerse loquentibus atq; agẽtibus, ecclesiæ eis cõmissæ frequenter deũ habent præ oculis & sanctis operibus, ipsum reficiunt, imò & pro suis orãt superioribus, & eos pro posse excusant, sed & suis imputãt culpis, q̃ ꝓfidentes eorũ male se habẽt scientes q̃ iuxta merita subditorũ quãdoq; afficiant ac disponant corda superiorũ. Si em̃ surrexerit homo persequẽs te, erit anima dñi mei custodita quasi in fasciculo viuentiũ. Porro anima inimicorũ tuorũ rotabit quasi in impetu & circulo fundæ. Circa hæc scribit Glossa: Pulcherrima cõparatione statũ iustorũ & reproborũ discernit. Iustorũ quippe animas appellat viuẽtes, Reproborũ vero spũali morte ꝓoccupatas, iustos fasciculo, reprobos lapidi fundæ assimilat. Fasciculus nãq; cõstringit vt seruet lapis, in funda ponit vt abijciat: sic electi ꝓfuris tribulationũ constringunt quatenus his admoniti, mutua charitate ardẽtius copulent, sicq; cõiuncti potestate & pietate saluatoris, ꝑpetue cõseruent. Porro reprobi & iniqui quãto propriæ volũtati latius dimittunt, tãto longius à diuinæ visionis gloria elongant ac proijciunt. Mire quoq; omnipotentẽ prouidentiã describit creatoris, dicẽdo, animã viri sancti esse custoditã apud ipsum quasi in fasciculo viuentium. Quẽadmodũ em̃ vnicuiq; facile est fasciculũ herbæ vel fœnũ manu retentũ cõseruare: sic virtus Iohan. 10
saluatoris nostri electos ab initio vsq; in finẽ custodit, sicut in Euãgelio protestat: Nõ rapiet eos quisq̃ de manu mea. Sint igit præsidẽtes timorati & efficaces ac feruidi in omni actu sui officij, 1.Cor. 10
non q̃ sua sunt, sed dei honorẽ & subditorũ salutem incessabiliter exquirentes.

¶EXPOSITIO CAP. XXVI. Et venerunt Ziphei ad Saul in Gabaa. Arti. XLV.

B VLtima persequutio quã Dauid à Saul sustinuit hic narratur. ⌊Et venerunt Ziphei ad Saul in Gabaa⌋ vrbe. De istis Zipheis dictum est supra. Venerunt autẽ iterato ad Saul, q̃a iam semel tã gratanter accepit q̃ prodiderũt ei Dauid, & forsan q̃a iam semel fecerunt hoc, timuerũt si Dauid post Saul viueret & regnaret, vlcisceretur in eos. Ideo satagebant vt occideretur à Saul, ⌊dicentes: Ecce Dauid absconditus est in colle Achila, quæ est ex aduerso solitudinis. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cũ eo tria millia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in Gabaa, Achila⌋ .i. in colle præfato, ita quod Gabaa est hic nomen commune significatq; excelsum, ⌊quæ erat ex aduerso solitudinis in via, Dauid autem habitabat in deserto. Videns autem q̃ venisset Saul post eum in desertum, misit exploratores & didicit q̃ illuc venisset certissime, surrexit Dauid clàm⌋ .i. occulte, ignorantibus viris suis, ne nimis solicitarentur & angustiarentur pro eo. Et dicit quidam, q̃ vestem mutauit ne cognosceretur, cum tamen totum negotiũ hoc voluerit in ipsa nocte complere, & paulo post prodiderit semetipsum, ⌊& venit ad locũ vbi erat Saul. Cũq; vidisset locũ in quo dormiebat Saul & Abner filius Ner princeps militiæ eius & Saulẽ dormientẽ in tentorio & reliquũ vulgus ꝑ circuitũ eius, ait Dauid ad Achi-
C melech Hitthæũ & Abisai filiũ Saruiæ fratrẽ Ioab, dicẽs: Quis descendet mecũ ad Saul in castra? Dixitq; Abisai: Ego descendã tecũ. Venerũt ergo Dauid & Abisai ad pplm̃ nocte & inuenerũt Saul iacentẽ & dormientẽ in tentorio & hastã fixã in terra ad caput eius, Abner aũt & pplm̃ dormientes in circũitu eius. Dixitq; Abisai ad Dauid: Cõclusit deus inimicũ tuũ hodie in man⁹ tuas. Nũc ergo perfodiã eũ, ⌋videlicet Saulẽ ⌊lancea in terrã semel⌋ .i. ꝑfecte, ita q̃ protinus moriet, ⌊& secũdo opus nõ erit⌋ amplius lædere eũ. ⌊Et dixit Dauid ad Abisai: Ne interficias eũ. Quis em̃ extẽdet manũ suã in Christũ dñi & innocẽs erit?⌋ q̃si diceret, hoc sine pctõ ꝑpetrare nõ posses. ⌊Et dixit Dauid: Viuit dñs, q̃a nisi dñs ꝑcusserit eũ,⌋ ita q̃ violẽta interierit morte, ⌊aut dies eius venerit vt moriat,⌋ ex naturalibus causis, naturaliq; nece, ⌊aut in ꝓliũ descendẽs perierit⌋ .i. occisus fuerit aut simili morte discedat, ⌊propitius sit mihi dñs⌋ .i. gratiose ꝯseruet me, ⌊ne extendã manũ meã in Christũ dñi. Nunc ergo tolle hastã, q̃ est ad caput eius⌋ sita & fixa, ⌊& scyphũ aquæ⌋ .i. vasculũ vini seu potus, vt ꝑ hæc tanq̃ per signa probemus paulo post nos hic fuisse. Quidã tñ exponunt de aqua proprie dicta, quã putant ibi fuisse ad lotionẽ manuũ regis. Vel de aqua rosacea pro refrigerio cõtra calorẽ adducta, ⌊& abeamus. Tulit igit Dauid hastã⌋ .i. ꝑ manũ Abisai eã accepit & secũ portauit, ⌊& scyphũ aquæ q̃ erat ad caput eius, & abierũt, & nõ erat quisq̃ qui videret & intelligeret & euigilaret, sed dormiebant, q̃a sopor dñi irruerat sup eos⌋ .i. vehemẽs dormitio immissa à deo, famulatu angelico. ⌊Cũq; trãsisset Dauid & stetisset in vertice mõtis,⌋ inter quẽ & exercitũ Saulis fuit torrẽs, vt in scholastica historia legit, ⌊de longe & esset grande interuallum inter eos, clamauit ad populum & Abner filium Ner, dicens: Nonne respondes Abner?⌋ quasi dicat, specialiter pertinet ad te respondere & pugnare pro rege. Pet. Co. histo. lib. 1. reg. ca. 24

X ⌊Et ref-

1.Reg. 23

⌊Et respondēs Abner, ait: Quis es tu, q clamas & inquietas regē? Et ait Dauid ad Abner. Nun- D
quid nō vir es tu? ⌋ .i. strēnuus & virilis, ita ꝙ vir hic sumitur à vigore potius q̄ à sexu, ⌊ & qs ali-
us similis tui in Israel ⌋ Videt Dauid quasi ironice loqui. Vel si seriose aut interrogatiue hoc pro-
tulit, verū est, ꝙ Abner fuit vir valde præcipuus, sagax, fortis & eminēs. Quare ergo non custo-
disti dn̄m tuū regē ⌋ & vtiq; reprehēsibile & incautū fuisse videtur, ꝙ non ordinauit de vigilibus
noctis, vel de efficaci custodia. ⌊ Ingressus est enim vnus de turba ⌋ videlicet Abisai nepos Da-
uid, ⌊ vt interficeret regē dn̄m tuū. ⌋ Ad hoc quippe paratus fuit & intendisse hoc ipsum videtur,
nisi prohiberetur à Dauid. Si aūt fuissent ibi custodū vigiliæ, non sic intrasset Abisai ⌊ Non est
bonum hoc quod fecisti, viuit dominus, qm̄ filij mortis estis vos ⌋ .i. mortis supplicio digni, non
solum tu Abner, sed & cæteri, præsertim quibus incūbebat custodia regis, ⌊ qui non custodistis
dominū vestrū Christū dn̄i. ⌋ Itaq; secūdū legē communē vidētur in hoc mortis incurrisse rea-
tum, ꝙ neglexerūt custodiam regis, in tantum ꝙ incidit in aduersarij manus. Verūtamen, quoniā
dictū est, ꝙ sopor domini irruit super eos, ita ꝙ dispositione diuina sic accidit, vidētur in foro cō-
Prouer. 21. scientiæ excusabiles fuisse, cū non sit sapiētia, prudētia aut consiliū contra dominū. ⌊ Nūc ergo vi
de vbi sit hasta regis, & vbi sit scyphus aquæ, quæ erat ad caput eius. Cognouit aūt Saul vocē Da
uid ⌋ imo & præinducta verba intellexit, sicq; considerauit se rursus incidisse in manus Dauid, &
parcitū sibi esse ab illo, ideo ad mansuetudinē versus, ⌊ dixit: Nunquid vox tua ⌋ hæc est, ⌊ fili mi
Dauid, & ait Dauid: Vox mea dn̄e mi rex. Et ait: Quam ob causam dominus meus persegtur ser
uum suum? Quid feci, aut quod malū est in manu mea? Nūc ergo audi, oro dn̄e mi rex verba ser-
ui tui. Si dominus incitat te aduersum me ⌋ .i. prouocari permittit, aut si putas te moueri à deo &
iuste procedere, ⌊ odoretur sacrificium ⌋ .i. oblatio fiat pro me deo, vt mihi reconcilietur, ne am-
plius incitet te contra me, quasi dicat, paratus sum sacrificijs & orationibus deū placare. Vel sic, E
odoret sacrificiū .i. ambo sacrificemus domino, quatenus ipse ostēdat an mouearis ab ipso. Qui-
dam exponūt sic: Odoretur sacrificiū .i. patiētia quam habeo in persecutione hac, instar sacrificij
sit deo accepta. Sed expositio hæc spiritalis magis quàm literalis esse censetur, ⌊ si aūt filij homi-
1. Reg. 24. num ⌋ incitant te contra me, sicut & incitabant. Vnde supra Dauid dixit ad Saul: Quàre audis
verba hominū loquentiū: Dauid quærit malū aduersum te? ⌊ maledicti sunt in conspectu dn̄i, ⌋
id est, praui & vitiosi sunt coram deo & maledictione cōdigni, ⌊ qui eiecerūt me hodie ⌋ .i. pro-
curauerūt à te, ꝙ expulisti me tēpore isto, & nūc vsq; protraxisti meā expulsionē. Veruntamen
Dauid hæc dicēs fuit in terra promissionis, sed iam ante fuit ebannitus & expulsus ab ea, ⌊ vt non
habitem in hæreditate domini ⌋ .i. in terra hac cultus diuini quæ fuit specialiter terra hæreditaria
dei, vtpote ab eo electa ad cultum diuinum. Vel, hæreditas dei vocatur Israelitica plebs, de qua
ait per Esaiam: Hæreditas mea Israel. In hac hæreditate non potuit pacifice & publice commo-
Esa. 19 rari, ⌊ dicentes ⌋ verbo aut opere ad me quāuis absentē ⌊ Vade, serui dijs alienis, ⌋ .i. inter idolo-
latras habita in terra aliena & ibi cole gentiū idola. Ita enim paruipēderūt salutē Dauid, & eū sic
despexerūt, ꝙ forsan quidam illorū dixerūt hæc verba. Vel ad minus dixerūt hæc facto aut æq-
ualenter. Ex q̄ eīm cultus veri dei non viguit, nisi in terra Israel, q expellebātur à terra illa, expo-
nebant idololatriæ vitijs. Iuxta illud: Cū peruerso peruerteris. Hinc lex non iniunxit exiliū, qm̄
Psal. 17 exulati à terra cultus diuini incidissent faciliter in idololatriæ crimina, vt in prima secūdæ asserit
Thomas & sup Pentateuchū dictū est plenius. ⌊ Et nūc nō effundat sanguis meus coram in terra
dn̄o ⌋ .i. absit vt iuste seu propter demerita mea occidar, nec in manus tuas me tradat, q̄d merito
oro, ⌊ q a egressus est rex Israel vt q̄rat pulicē vnū ⌋ .i. rex tā potens cū tāto exercitu venit ad ca-
piēdū me, q cōparatiōe illius modicus & impotēs sum, ac instar pulicis hinc inde trāsileo fugiē- F
do, ⌊ sicut psequitur perdix, .i. sicut bestiola illa fugat, persecutionēq; sustinet, ⌊ in mōtibus ⌋ ab au
cupe. Sicq; verbū istud, persequit, q̄d proprie est deponētale & actiue accipit, sumitur hic passiue.
Quēadmodū verbū hoc, promeret, ad Hebræos. Talibus hostijs promeretur deus, .i. meritorie
Heb. 13 obtinet pro præmio. Tamē, vt fertur, in Hebræo habet. Quoquim q̄d designat auē quæ inseq-
tur muscā aut tale q̄d vile, sicq; persequit, proprie sumitur, ⌊ & ait Saul, peccaui: Reuertere fili mi
Dauid. Nequaq̄ vltra tibi male faciā, eo ꝙ p̄tiosa fuerit aīa mea in oculis tuis hodie ⌋ .i. hac nocte
p̄seruasti me ab occisione, & custodisti me tanq̄ pretiosum thesaurū, & vtiq; p̄tiosa fuit aīa Sau-
lis in oculis Dauid, q noluit ip̄m Saul occidere in statu illo vitioso, in q̄ tūc fuit, in q̄ si eū occidisset
1. Regū. 16 aīa eius mox fuisset dānata. ⌊ Apparet eīm ꝙ stulte egerim nimis ⌋ volēdo te trucidare, quē deus
vnxit & elegit ad regnādum pro me, ⌊ & ignorauerim multa nimis ⌋ nō cōsiderādo iusta iudicia
dei, q̄bus nemo pōt resistere, & etiā me sæpe habēdo incaute, ita ꝙ bis incidi manus tuas. ⌊ Et res-
1. Reg. 24 pōdēs Dauid, ait: Ecce hasta regis, trāseat vnus de pueris regis & tollat eā. Dn̄s aūt retribuet vni-
cuiq; secūdū iustitiā suā & fidē ⌋ .i. fidelitatē, vel etiā iuxta fidei suæ actū, prout fides est theologi-
Abacuc 2 ca virtus. Nā iustus ex fide viuit, per q̄ verba notat Saulē qui toties tā iniuste ac infideliter se ha-
Romanı 1. buit circa Dauid. ⌊ Tradidit eīm te dn̄s hodie in manū meū & nolui extēdere manū meā in Chri-
Heb. 10 stū dn̄i. Et sicut magnificata est aīa tua hodie in oculis meis ⌋ .i. sicut valde clemēter me habui in
hac nocte circa vitam & animā tuā, eā honorādo, in tm̄, ꝙ nec læsi nec lædi p̄misi eādem, ⌊ sic
magni-

A magnificeť aĩa mea in oculis dñi.⌋.i. pie atq; magnifice custodiať à deo,⌊& liberet me de omni
angustia. Ait ergo Saul ad Dauid: Bñdictus tu fili mi Dauid.⌋.i. laude dignus & donis gr̃æ dei or
natus.⌊Et quidẽ faciẽs facies⌋.i. magna vt condecet regẽ ages, iuxta illud Esaiæ: Princeps ea q̃ Esa.32
digna sunt principe cogitabit,⌊& potẽs poteris⌋.i. mihi iã ꝑualens, adhuc amplius ꝑualebis, &
rex ꝑpotens eris & aduersarios superabis. Vtitur aũt Saul modo loquẽdi truncato ex vehementia
admirationis.⌊Abijt aũt Dauid in viam suã,⌋q̃a non credidit verbis Saul, cuius infidelitatẽ, in-
constantiã, furiã & rancorẽ fuit frequenter expertus.⌊Et Saul reuersus est in locum suum.⌋

¶EXPLANATIO CAP. XXVII. Et dixit Dauid in corde suo. Art. XLVI.

Recitatur hic qualiter Dauid terrã Israel exiens, à rege Philistinoꝝ susce
ptus sit, & qualiter infideles vastauerit.⌊Et ait Dauid in corde suo,⌋in-
tra se cogitãdo.⌊Aliqñ incidam vno die in manus Saul⌋.i. si diutius in
terra hac Israel mãsero, probabile est secũdũ coniecturã humanã, q̃ tan
dẽ cõprehendar à Saul. Qualiter aũt potuit hoc rationabilit̃r formidare
nõ obstãte q̃ sciuit se vnctũ in regẽ, dictũ est sæpe.⌊Nõne melius est vt
fugiã,⌋exeundo terrã dominij Saul,⌊& saluer in terra Philistinoꝝ, vt
desperet Saul⌋se posse cõprehẽdere me,⌊cesset'q; me persequi in cun-
ctis finibus Israel? Fugiã ergo manus eius. Et surrexit Dauid & abijt ip
se & sexcenti viri cũ eo ad Achis filiũ Maoch regẽ Geth.⌋ Achis iste (se Pet. Co. histo. lib. i.
cundum magistrũ in historijs) fuit filius illius Achis ad quem supra Dauid legitur confugisse, & reg. ca. 24
mater istius Achis vocata est Maoch. Geth quoq; fuit præcipua vrbs Philistinorum, ideo dici- i. Regũ. 21
tur fuisse rex vrbis illius, per quod notatur q̃ erat rex totius terræ Philistijm.⌊Et habitauit Da-
B uid cum Achis in Geth, ipse & viri eius & domus eius, Achinoem Iesraelitis & Abigail vxor Na
bal Carmeli. Et nuntiatum est Saul, q̃ fugisset Dauid in Geth & non addidit vltra quærere eum.
Dixit autem Dauid ad Achis: Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi⌋à te⌊locus⌋habitan-
di⌊in vna vrbium regionis huius, vt habitem ibi. Cur enĩ manet seruus tuus in ciuitate regis te-
cum?⌋quasi dicat, præsumptuosum videtur ex parte mei & onerosum est tibi, q̃ ego cum tot vi-
ris habito tecum in vrbe hac regia metropoli.⌊Dedit itaq; ei Achis in die illa Zicelag, propter
quam causam facta est Zicelag regum Iuda vsq; in diem hãc⌋.i. de cætero ad eos pertinuit, imo
etiam ex iure diuino pertinuit eis, quoniam erat ex vrbibus quas deus per Iosue filijs Israel depu Iosue. 19
tauit atq; ad tribum Iudæ fuit asscripta, vt in libro Iosue patet.⌊Fuit autem numerus dieꝝ, qui-
bus habitauit Dauid in regione Philistinoꝝ, quatuor mensium⌋.i. quatuor menses continuerũt
& constituerunt dies illi. Porro, vt dicitur, in Hebræo habetur, Dies & quatuor menses, atq; (vt Iose. lib. 6 an[illegible] ca. 13
Iosephus scribit) erant viginti dies & quatuor menses. Quidam per dies intelligunt duos dies na
turales, alij annum vel annos, quoniam infra Achis ait de Dauid: Est apud me multis diebus vel i. Regũ. 29
annis.⌊Et ascendit Dauid & viri eius & agebãt prædas de Gessuri & de Gezri & de Amalechi-
tis⌋.i. bona hominũ regionũ illaꝝ diripuerunt.⌊Hi enĩ *pagi habitabanť antiquitus in terra eun alias, vagi habitabãt
tibus Sur⌋.i. villæ terraꝝ præfatarum, quaꝝ villarum habitatores spoliauit, olim inhabitaban-
tur securæ, pergentibus ilico multis per viam qua itur ad territorium Sur,⌊vsq; ad terram Aegy
pti. Et percutiebat Dauid omnẽ terrã illoꝝ⌋.i. habitatores locoꝝ illoꝝ occidit,⌊nec relinque-
bat viuentẽ viꝝ & mulierem⌋.i. tam viros q̃ mulieres occidit,⌊tollensq; boues & oues & asi-
C nos & camelos & vestes, reuertebať & veniebat ad Achis.⌋Sed nonne istud videť crudelissimũ,
iniustissimum'q; fuisse? Respondeť, q̃ non, quoniam præfatæ terræ ad terrã totã filijs Israel repro
missam diuinitus pertinuerũt, sic'q; tempore opportuno poterãt occupari ab Israelitis & perfidi
habitatores territorioꝝ illoꝝ ex diuina iussione erãt tunc occidendi, sicut & tempore Iosue factũ Iosue. 16
est Chananæis.⌊Dicebat aũt ei Achis: In quẽ⌋ pp̃lm⌊irruisti hodie? Respõdebat Dauid: Con-
tra meridiẽ Iudæ & cõtra meridiẽ Ierahmeel & cõtra meridiẽ Keni⌋.i. filios Israel cõmorantes
versus plagã meridianã & versus vrbẽ Ierahmeelitaꝝ, & versus oppidũ Kenæoꝝ impugnaui, ꝑ
cussi & spoliaui. In his verbis aliqui excusant ip̃m Dauid à mẽdacio, q̃m ambigue & indetermina
te respõdit. Verũq; fuit q̃ hi in q̃s irruit morabanť versus meridiẽ. Alij dicũt eũ mentitũ, quia sic
respondit ex proposito, quatenus rex Achis deciperet, taliter intelligẽdo verba ipsius Dauid, q̃si
Iudæos inuasisset. Sic q̃q; Achis intellexit respõsum Dauid.⌊Virũ & mulierẽ nõ viuificabat Da-
uid, nec adducebat in Geth, dicens: Ne forte loquanť aduersum nos. Hæc fecit Dauid & hoc erat
decretũ illi oĩbus diebus q̃bus habitauit in regione Philistinoꝝ. Credidit ergo Achis⌋ipsi⌊Da
uid, dicẽs: Multa mala operatus est cõtra pp̃lm suũ,⌋filios⌊Israel.⌋Et dicũt istud fuisse mẽdaciũ
officiosum, q̃a pro cõseruatione sui ipsius & viroꝝ suoꝝ ita r̃ndit.⌊Erit igiť seruus mihi sempiter
nus⌋.i. p omne tẽpus vitæ suæ. Ista fuit vna causa q̃ Achis iste tã beniuole suscepit & tractauit
Dauid ac suos, q̃a pcepit q̃ Saul erat hostis eoꝝ & ipse Saul fuit lætalis aduersarius huius Achis.
Alia cã fuit, q̃m Achis iste ꝑpter virtutes & ꝓbitatẽ ipsius Dauid bñ afficiebať ad eũ, sicut & aliq̃
magni Philistinoꝝ, in tantũ q̃ Ethai Gethæus cũ viris suis p Dauid fuit ad Iudaismũ conuersus.

¶EXPOSITIO CAPITVLI XXVIII. Factum est au- D
tem in diebus illis. Art. XLVII.

REcitatur iam qualiter Philistæi & Israelitæ pparauerūt se ad pugnā vlti-
mā quā cōtra se inuicē habuerūt viuēte Saul. ⌊Factū est aūt in diebus il-
lis cōgregauerūt Philistħm āgmina sua⌋ particularia qbus satrapæ præ-
fuerūt, ex qbus oībus vnū gñale ac totale agmē cōstituerunt cui rex p-
fuit, ⌊vt ppararētur ad bellū contra Israel, dixitq; Achis⌋ rex Philisti-
noꝝ, ⌊ad Dauid: Sciēs nūc scito⌋ expressio est certitudinis tanq̄ dicat
pro certo agnoscas, ⌊qm̄ mecū egredieris in castris,⌋ .i. turmis Phili-
stħm, ⌊tu & viri tui⌋ ad pugnādū aduersus Saul / Hoc dixit Achis quasi
honorās ipm̄ Dauid, de cuius strēnuitate & fidelitate taliter sensit. ⌊Di-
xitq; Dauid: Nūc scies⌋ p effectū, ⌊q̄ facturus ē seruus tuus⌋ .i. quali-
ter me habebo & tibi astabo. ⌊Et ait Achis ad Dauid: Et ego custodē capitis mei te ponā cūctis
diebus⌋ .i. de tua fortitudine, prudētia, fidelitate & peritia in rebus bellicis sum tā certus, q̄ in cō-
gressibus, periculisq; belloꝝ faciā te custodē & defensorē mei ipsius / Recteq; ait, capitis mei, qm̄
caput in bellis ictibus magis patet & plus impeti solet, ideo fortiori eget custodia. ¶Circa hæc q̄-
ritur, an Dauid dixit hæc verba ex corde, scd̄m q̄ ea etiā Achis intellexit, hoc est an intendebat in
bello iuuare regē Achis cōtra Hebræos / Si sic, videt in hoc peccasse, q̄ .s. intēdebat pfidos Phili-
stæos cōtra cultores dei iuuare, psertim cū probabile sit, q̄ nō habuerūt plium iustū cōtra Iudæos,
Exodi. 13. qbus dn̄s p Mosen & Iosue promiserat terrā Philistinoꝝ / Insup Dauid iam añ ausus nō fuit mit-
Iosue. 13. tere manū suā in Chr̄m dn̄i, vtpote in Saul, cū ipse Saul q̄sisset occidere ipm̄ Dauid, ergo multo E
1. Reg. 24 minus extēdisset manū suā in Saul, in bello, in q̄ nō quærebat aīam eius / Si dicat q̄ nō intēdebat pu-
1. Reg. 26. gnare pro Achis contra aduersarios eius Hebræos, ergo pnitiose mētiebat, & deceptor regis sibi
propitij eē proposuit, atq; ingratus fuit bñficijs regis illius / Deniq; Glossa interlinearis super hæc
verba. Nūc scies q̄ facturus ē seruus tuus, ait vc; pro te cōtra inimicos tuos / Alia q̄q; Glossa, q̄ fa-
cturus est, inqt, seruus tuus cōtra hostes / Circa hæc scribit Lyra, dicēdū q̄ Dauid intēdebat de-
fendere ipm̄ Achis cui tenebat ex bñficijs ab illo receptis, nec peccasset in hoc duplici rōne. Vna
accipit ex pte Achis, ipse Achis habuit iustū præliū cōtra Saul q̄d potuit eē si Saul arreptitius fre-
git aliqua pacta aut iuramēta inita cū Philistæis / Alia rō sumit ex parte Dauid, q habuit ius in re-
gno Israel, ideo potuit illud acqrere virtute armoꝝ facultate occurrēte. Et in tali bello iusto pote-
rat licite vti Philistinoꝝ cōfortatione atq; auxilio / Cogitabat enim probabiliter, q̄ si Philistæi
pualerēt, amicus suus Achis ipm̄ iuuaret ad possidēdū regnū Israel / Verū cōtra hæc scribit Rabbi
R. Paulo Paulus multū prolixe & primo reprobat secundā rōnem, p quā scd̄m Lyrā poterat Dauid cōtra
filios Israel sine pc̄tō pugnare & Philistæos iuuare, qa rōne suæ inunctiōis in regē habuit ius in re-
gno Israel, ita q̄ potuit illud acqrere virtute armoꝝ facultate occurrēte. Nam quis fuit vnctus in
regē. Nō tñ sic vt regnaret aut executiōe seu iurisdictiōe ptātis regiæ vteret Saule viuēte. Nec sic
q̄ potuerit pro regno obtinēdo pugnare aduersus Saul facultate occurrēte, qa phabitū est, q̄ Saul
bis incidit in manus Dauid, ita q̄ ei occurrit facultas occidēdi Saulem, nec tñ hoc fecit nec fieri à F
1. Reg. 24. suis pmisit, protestās q̄ fieri nō posset absq; pc̄tō, vt plenius patuit supra / Porro, q̄ dicit ipm̄ Da-
4. Reg. 26 uid potuisse vti auxilio infideliū Philistinoꝝ, ad acqrēdū regnū Israel, nō videt vllū habere colo-
rē, qa iā dixerat ante, q̄ auxilio suoꝝ viroꝝ fideliū, q erāt sexcēti nō poterat sine pc̄tō vti ad oc-
cidēdū Saul vt ita rex fieret, multominus putauit se posse vti ad hoc Philistinoꝝ subsidio / Hinc
Rabbi Paulo apparet, q̄ Dauid in casu isto tā pplexo & intricato diuinæ prouidētiæ se cōmisit,
proponēs id agere, q̄ sibi dn̄s inspiraret. Vñ nec ex eius respōsione neq; ex Glossa pallegata cō-
cludit, q̄ intēdebat pugnare cōtra regē, plebēve Israel, qa nō dixit ad Achis: Nūc scies, q̄ pugna-
bo cōtra Saul ac suos, nec Glossa hoc dicit. Sed nūc inqt, scies qd facturus sit seruus tuus / Additq;
Glossa cōtra inimicos tuos, q̄ sunt verba indeterminate prolata, & poterant verificari siue pugna-
ret cōtra Israel siue nō / Præterea videt qbusdam q̄ Dauid intēdebat defendere regē Achis pro-
1. Regū. 25 pter bñficia sibi ab illo exhibita, q̄tū id facere potuisset sine culpabili Israelis læsione. ⌊Samuel āt
mortuus ē & planxit eū oīs Israel, & sepelierūt eū in Ramatha vrbe sua⌋ queadmodū supra ē de-
scriptū, & istud repetit hic propter hic sequētē historiam, in q̄ resuscitatus suo mō describit. ⌊Et
Saul abstulit magos & ariolos de terra⌋ .i. de regno suo illos expulit. Vel occidit q̄s potuit inue-
nire. Vel sub pœna mortis phibuit eis vsum huiuscemodi artis nefariæ / Magis tñ videt, q̄ fecit ta-
les occidi. Vñ in aliqbus textibus subdit, ⌊& interfecit eos q Pythones habebāt in vētre⌋ .i. artē
suscitādi mortuos gerebāt in mēte / Veruntñ hoc nō est in Hebræo nec in libris correctis / Deniq;
Leuiti. 20 Saul videt illos abstulisse zelo legis cū scriptū sit: Aīa q̄ declinauerit ad magos & ariolos & forni-
Ibidē cata fuerit cū eis, interficiā illā de medio populi sui / Itēq;: Vir siue mulier, in qbus Pythonic⁹ vel
Exodi. 22 diuinatiōis spūs fuerit morte moriat / In Exodo q̄q;: Maleficos non patieris viuere / Aliq tñ affir-
mãt q̄ illos occidit, qa dicebāt ipm̄ Dauid regnaturū. ⌊Cōgregatiq; sunt Philistħm & venerūt, &
4. Reg. 4. castrametati sunt in Sunā⌋ .i. iuxta vrbē sic dictā. Vñ vocata est mulier Sunamitis. ⌊Cōgregauit
autem

A autẽ Saul vniuersum Israel.⌋.i. quosdã viros de singulis tribubus, familijs & domibus Israeliticæ
plebis, ⌊& venit in Gelboe & vidit Saul castra Philistijm⌋.i. fortitudinẽ & multitudinẽ agmi-
nis Philistinorum, ⌊& timuit & expauit cor eius nimis.⌋ Nõ enim sperauit in dño, & iusto dei iudi-
cio ablata est ei audacia & magnanimitas pristina, qm̃ dies eius p̃finita à deo iã venit. Vnde tã im-
moderatus ac vehemẽs timor fuit probabile signũ, q̃ fuit vincendus. Talis etenim timor infrigi-
dat atq; debilitat hoĩem, & visum impedit rõnis, consilijq; acumen. ⌊Cõsuluitq; dñm, & nõ rñdit Iob. 33
ei neq; p somnia⌋.i. p visiones q̃ fieri solẽt in somnijs, iuxta illud in Iob: Per somniũ in visiõe no
cturna auperit aures uirorum, ⌊neq; p sacerdotes.⌋ Cõsueuit aũt dñs p pontificẽ specialiter respõ-
dere, & ille, puta Abiathar, pro tunc erat cũ Dauid. Indignũ q̃q; se fecerat Saul responso diuino p 1. Reg. 22
sacerdotes, q̃a Achimelech pontificẽ cũ alijs sacerdotibus multis impijssime trucidauit. Quidã
circa hoc scribit, Nõ respondit ei dñs p sacerdotes, qm̃ eos occidit, excepto Abiathar, q̃d nõ est
intelligendũ, quasi Saul occiderit oẽs sacerdotes suo tp̃e existentes, p̃ter Abiathar, sed sacerdotes
qui erãt in Nobe. Qui aũt in alijs vrbibus cõmanserũt, manebãt superstites, ⌊neq; p prophetas⌋
qui (vt credit) fuerunt Samuelis discipuli, quorum responsione propter sua peccata fuit indignus.
⌊Dixitq; Saul seruis suis: Quærite mihi mulierẽ habentẽ Pythonẽ⌋.i. artẽ diuinandi modo p̃ta
cto, ⌊& vadã ad eã & sciscitabor p illã⌋ euentũ belli. Circa hoc magister in historijs scribit, Py
thonem quidã dicũt artẽ esse suscitãdi mortuos, quã Pythius adinuenit.i. quærite mihi mulierem
peritã artis illius, q̃d cõgruit Hebræo, in quo legi, mulierẽ Bahalathob. Bahalath nãq; interpreta
tur dña, ob vero est nomẽ artis illius, quasi dicat, quærite mihi mulierẽ, q̃ sit dña seu magistra artis
illius. Pythius iste secundũ Glossam vocat̃ Apollo seu Phœbus harum artiũ inuẽtor & cultor, à quo
B Pythonissæ atq; Pythonici dicti sunt. Videt̃ demũ hæc ars in mulieribus p̃cipue viguisse. Nã &
Saul loquutus est, Quærite mihi mulierẽ habentẽ Pythonẽ, nõ dixit, q̃rite mihi virum talem. In actis Actor. 16
q̃q; apostolorum legit̃ de puella Pythonissa, q̃ magnũ p̃buit quæstũ suis dñis diuinãdo. Ex his in-
notescit defectuositas Saul, qui cũ quasi zelo legis p̃tẽdisset, se magos atq; hariolos abstulisse, iam
cõfugit ad eos, contra illud Leuitici: Ne declinetis ad magos nec ab hariolis aliq̃d sciscitemini. Leuit. 19
Vnde & in Deut. habet̃: Nõ inueniat̃ in te q̃ hariolos sciscitet̃ aut obseruet somnia atq; auguria. Deut. 18
Ne sit maleficus neq; incantator, nec Pythones cõsulat neq; diuinos & q̃rat à mortuis veritatẽ.
⌊Et dixerũt serui eius ad eũ: Est mulier habẽs Pythonẽ in Endor⌋.i. in loco seu oppido sic vo-
cato. ⌊Mutauit ergo habitũ suum, vestitusq; est alijs vestimẽtis,⌋ ne fœmina illa cognito eo me
tueret ac rennueret respõdere. In scholast. fert̃ hist. q̃ Hieronymus mulierẽ hãc asserat fuisse ma- Pet. Co.
trẽ Abner, sed cũ Abner fuerit cõsobrinus Saulis tã proximus, ita q̃ p̃r eius fuit frater patris Saul, hist. lib. 1.
non apparet quin mulier illa ex intuitu vultus & staturæ Saul, q̃ ab humeris eminebat & ex voce Re. ca. 24
ipsius eũ vtiq; agnouisset. ⌊Et abijt ipse & viri duo cũ eo, veneruntq; ad mulierẽ nocte, & ait illi:
Diuina mihi in Pythone⌋.i. p artẽ Pythonicã p̃nuntia mihi futura p apparitionẽ defuncti, ⌊& 1. Reg. 10
suscita mihi quẽ dixero tibi.⌋ Qualr intelligẽda sit suscitatio ista, in fine dicet̃ huius arti. Nec enim
putandũ, q̃ hæc mulier quacũq; arte nefãda habuerit potestatẽ suscitãdi defunctũ, sed p artẽ illã
fiebat q̃ diabolus in forma alicuius defuncti apparuit. Ideo si ĩ hac apparitiõe apparuit veraciter
Samuel suscitatus, hoc fuit nõ arte Pythonica, sed operatiõe & dispẽsatiõe diuina, ⌊& ait mulier
ad eũ: Ecce tu nosti quãta fecerit Saul, & q̃uo erasẽrit magos & hariolos de terra, quare ergo insi-
diaris aĩæ meæ vt occidar? Et iurauit ei Saul in dño, dicẽs: Viuit dñs, q̃a nõ eueniet tibi quicq̃ mali
C p̃pter hãc rẽ⌋.i. tẽporale suppliciũ ex iussu regis nõ patieris. Meruit tñ illa æternũ supplicũ, à q̃
Saul eã assecurare nequit. ⌊Dixitq; ei mulier: Quẽ suscitabo tibi? Qui ait: Samuelẽ mihi suscita.⌋
Sicut tãgit Petrus Comestor, ideo in cap. isto repetit̃ mors Samuelis, vt ostẽdat̃ Saulis angustia, Pet. Co.
in qua plurimũ ei fuit necessarius Samuel. Vel vt ostẽdat̃ Samuel recẽter defunctus, q̃ erat in pro histo. libr. 1
ximo suscitãdus. Tradunt q̃ppe nõnulli, neminẽ posse suscitari arte Pythonica, nisi recẽter mor Re. ca. 28
tuũ & integris adhuc vitalibus. Verũtamen huic dicto obijci potest, q̃a cõmuniter dr̃, q̃ Samuel
mortuus fuit biennio ante Saul. ⌊Cũ aũt vidisset mulier Samuelẽ, exclamauit voce magna,⌋ q̃-
niã cõturbata fuit, viso tanto propheta, secundũ vnã opinionẽ, & territa sciens ip̃m Saul adesse,
⌊& dixit ad Saul: Quare impõsuisti mihi⌋ istud negotiũ? quasi dicat, imposturã seu deceptionẽ
fecisti. ⌊Tu es enim Saul,⌋ hoc sciuit ex reuelatione suscitati. Et secundũ Iosephũ, aĩa Samuelis in- Iose. lib. 6
dicauit hoc mulieri, q̃ ita clamauit, cũ maleficijs suis pactis, suscitatũ vidisset. Præterea fabulantur an. ca. 14
quidã Hebræi, q̃ dũ mortuus magice suscitat̃ ad petitionẽ eius q̃ non est rex, primo mouet̃ & sur
git ac apparet à pedibus, dũ vero rege sciscitãte suscitat̃, primo surgit & apparet à capite propter
regiæ reuerentiã potestatis. Quidã dicũt prophetã suscitari nõ posse, nisi rege petẽte. Ideo muli-
er viso propheta, cognouit regẽ adesse. ⌊Dixitq; rex: Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad
Saul: Deos vidi ascendẽtes de terra.⌋ Secũdũ expositores catholicos, ponit̃ hic plurale pro singu
lari, sicut in Exodo: Isti sunt dij tui Isrl̃, cũ nõ fuerit nisi idolũ vnũ. Propter q̃d in Esdra legunt̃ di Exodi. 32
xisse: Iste est deus tuus Isrl̃, qui te eduxit ex Aegypto. Itaq; mulier: Vidi (inquit) deos ascendentes
de terra.i. virum diuinũ surgentẽ & suscitatũ è monumẽto. Hebræi imaginant̃, q̃ Samuel putãs se
ad diuinũ vocari iudiciũ, deprecatus est Moysẽ secũ venire ad protestandũ pro se, q̃ legẽ ple-

 narie

narie adimplesset, quasi nec Moses nec Samuel agnouerint diē iudicij eē futurū in fine mūdi post D
primū Christi aduētū, quē sciebat tunc nondū venisse. Vel, quasi aīa Samuelis fuerit tā ignara, ꝙ
nescierit in diuino iudicio neminē posse testibus adiuuari, cū oīa supcertissime summo iudici cō-
Iob. 9 stēt. Propter q̄d sanctus Iob dicit: Si æq̄tas iudicij q̄ritur, nemo audet pro me testimoniū dicere.
Quòd aūt ponat hic plurale pro singulari elicitur ex hoc ꝙ Saul singulariter quærit. ⌊Dixitq̄
ei: Qualis est forma eius? Quæ ait: Vir senex ascēdit & ipse amictus est pallio⌋ tali quali adhuc vi
uēs cōsueuit vestiri, ⌊& intellexit Saul ꝙ Samuel eēt⌋ Hoc nāq̄ putauit, siue sic fuerit siue nō. Itā-
4. Regū que sicut infra libro quarto habet, ꝙ Ochozias cognouit Eliam ex relatiōe sui vestitus & formæ
sic Saul Samuelē, ⌊& inclinauit se sup faciē suā in terra⌋ prosternēs se humi, ⌊& adorauit⌋ Sa-
muelē adoratiōe duliæ tanq̄ excellentē & sanctā psonā. Ex his trahitur ꝙ Saul nō vidit Samuelē
apparētē sed mulier, alias nō interrogasset, qualis est forma eius. Dicit tñ apparuisse Saul, qa al-
August. locutus est eū. Veruntñ Augustinus fatetur, ꝙ nō absurdū sit credere spm̄ iusti Samuelis ostēdisse
se regis aspectibus, q̄d pōt exponi de ostēsione p verba. ⌊Dixit aūt Samuel ad Saul: Quare in-
quietasti me⌋ .i. inquietari fecisti à requie q̄ est in lymbo patrū, ⌊vt suscitarer? Et ait Saul. Coar
ctor nimis. Siq̄dē Philistijm pugnāt aduersum me & deus recessit à me & exaudire me noluit, neq̄
in manu prophetarū, neq̄ per somnia. Vocaui ergo te vt ostēderes mihi q̄d faciā, & ait Samuel:
Quid interrogas me?⌋ quasi dicat, frustra hoc agis, ⌊cū dñs recesserit à te & trāsierit ad æmulum
tuū⌋ .i. ad Dauid cui tu inuides, cū tñ ipse te diligat. ⌊Faciet em̄ dñs tibi sicut loquutus est in ma-
nu mea⌋ .i. per obsequiū meū, seu ministerio oris mei, qa per manū potestas seu opatio designa-
tur. Vel, p manū meā .i. per verba q̄ scripsi manu. Siq̄dē prophetæ manu scripserunt q̄ dixerunt E
oretenus, ⌊& scindet regnū de manu tua⌋ .i. totū auferet tibi, ⌊& dabit illud proximo tuo Dauid,
quia nō obedisti voci dñi, neq̄ fecisti irā furoris eius in Amalec⌋ .i. rigorē diuinæ iustitiæ execu-
1. Regū 15 tus nō es in Amalechitis, prout supra expositum fuit. Falsa pietas illa qua pepercit Agag regi, imo
& cupiditas qua pepercit melioribus pecoribus, negligētia & inobediētia, fuerunt pcipua causa
reprobatiōis Saulis à regno. Fuerūt etiā aliæ causæ, vc3 ꝙ obtulit holocaustū vsurpās sibi sacer-
1. Regū 13 / 1. Regū 18 dotale officiū, & ꝙ tam impie psecutus est Dauid ac suos, & qm̄ sacerdotes sic trucidauit. ⌊Idcir-
19 20 21 co q̄d pateris fecit tibi dñs hodie, & dabit dñs etiam Israel⌋ .i. magnā partē exercitus tui ⌊in ma
1. Regū 22 nu Philistijm.⌋ Nam & populus Israel simul cū rege suo multipliciter erat culpabilis, & interdū
cōtingit ꝙ propter pctā principis percutitur populus, corpaliterq̄ punit, in quantū princeps &
populus eius sunt q̄dammodo vnū, & hoc ipm̄ nouit oīm moderator altissimus in bonum spiri-
tale populi aliunde innoxij ordinare. Ideo non contigit in hoc iniustitia aliqua deo attribuenda.
⌊Cras aūt tu & filij tui mecū eritis⌋ .i. in numero defunctorū & statu mortuorū seu in inferno, su
miēdo infernū totaliter prout quatuor loca includit, vc3 locū damnatiōis reproborū, purgatoriū,
lymbū patrū, lymbūq̄ paruulorū. Quid vero sentiēdū videat de dānatiōe aut saluatiōe Saulis di-
ctū est primo lib. Paralip. De Ionatha aūt tenet, ꝙ fuit vir magnæ virtutis. De alijs filijs Saul nil
1. Para. 10 certū habet. Sed sicut in euangelica lege viri cōgressuri pparant se p exercitia deuotiōis ad mortē
salubrē, ita credēdū videt de viris sub veteri lege, q̄uis non oēs sic fecerint, sicut nec mō. ⌊Sed &
castra Israel tradet dñs in manu Philistijm. Statimq̄ Saul cecidit porrectus in terrā. Extimuerat
em̄ verba Samuelis, & robur nō erat ī eo, qa nō comederat panē tota die illa⌋ .i. corpalis fortitudo
erat valde debilitata in Saul, ex q̄ tota die illa nil māducauit, & etiā ex apparitiōe & allocutiōe sibi F
exhibitis à suscitato. Ex talibus em̄ solet hō multū debilitari. Itēq̄ ex vehemētia sui timoris, quē
ex verbis & cōminatiōibus Samuelis incurrit. ⌊Ingressa est itaq̄ mulier illa ad Saul.⌋ Egressa em̄
de secretario, in q̄ maleficiū suū exercuit, intrauit ad Saul, ⌊cōturbatus em̄ erat valde. Dixitq̄ ad
eum: Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animā meā in manu mea,⌋ .i. vitā meam expo-
sui perditioni & periculo mortis, faciēdo ad tuam instātiā opus sub mortis periculo prohibitū à
lege & rege, ⌊& audiui sermones tuos q̄s loquutus es ad me. Nūc igit audi & tu vocē ancillæ tuæ,
& ponā corā te buccellam panis⌋ .i. cibū cōueniētē, ⌊vt comedēs cōualescas & possis iter agere⌋
Loq̄tur aūt mulier curialiter sicut dicere solemus his q̄s inuitamus: Comedatis vnū morcellum.
⌊Qui renuit & ait: Nō comedā. Coegerūt aūt eū serui sui & mulier⌋ .i. instāter rogando & ex-
hortando Saulē vt manducaret, habuerūt se quasi p modū cogētis, q̄uis non fuerit absoluta coa-
ctio. ⌊Et tandē audita voce eorū surrexit de terra & sedit sup lectū.⌋ Fuit aūt tam desolatus, tri-
stis & debilis, ꝙ nō sensit appetitū ad refectionē. Et ex isto eliciūt q̄dam, ꝙ nec mulier Pytho-
nissa nec serui Saulis audierunt verba Samuelis prolata ad Saul, q̄ si audissent, verisimile putāt, ꝙ
sicut rogauerūt Saulē vt manducaret, sic rogassent & psuasissent, vt nō iret ad pugnā in q̄ fuit ca
surus. ⌊Mulier aūt illa habebat vitulū pascualē⌋ .i. impinguatū, ⌊in domo & festinauit & occidit
eum⌋ ⌊ad coquēdū. ⌊Tollēsq̄ farinā⌋ triticeā, ⌊miscuit eam⌋ cū aqua, nō cū fermēto, ⌊& coxit
azima⌋ .i. azimos panes, ⌊& posuit ante Saul & ante seruos eius: Qui cū comedissent, surrexerūt
& ambulauerūt p totā noctē illā.⌋ Ita dictū est in isto capitulo, ꝙ venerūt ad mulierē nocte, de-
inde ꝙ Saul nō comederat tota die illa: Nūc vero ꝙ ambulauerūt p totā noctē illā. ¶ Quærit er-
go, an oīa ista facta sint vna nocte, an potius dies artificialis inter noctē qua venerūt, & noctem
qua re-

A qua redierũt fuerit medius. Ad q̃d ſi certo debeat reſpõderi, oporteret ſcire locoꝝ diſtãtiam, q̃ eſt
inter Endor & Gelboe. Deniq; ex hoc ꝙ Saul tam celeriter & audacter rediȷt ad ſuos, vt aſſiſteret
eis in ꝓlio, in q̃ ſe nouerat occidẽdũ, ꝑpẽdit magna eius audacia, animoſitas, fidelitasq; ad populũ
ſuũ. ¶ Quærit circa ꝓhabita, an Samuel in hac apparitione vere apparuit, an potius ſpũs malus
in eius effigie. Quòd aũt in ea apparuerit Samuel vere, videt textus manifeſte & copioſe ꝓtẽdere,
nec ex circũſtãtia literæ inſinuat oppoſitũ. Itẽ videt in Eccleſiaſtico doceri q̃ legit. Poſt hęc dor Eccl. 46
miuit Samuel & notũ fecit regi & oſtẽdit illi finẽ ſuũ. Hoc q̃q; Ioſephus ſentit & oẽs Hebræi, & Ioſe lib. 6
probat ex eo ꝙ ille apparẽs tã rigoroſe & vere corripuit Saul & futura ſecreta ei ꝑdixit. In oppo an. iu. c. 14
ſitũ argumẽtat, qm̃ mulier illa maga nequaq̃ habuit poteſtatẽ ſuſcitandi defunctũ, nec eius male-
ficiȷs aĩa ſancti Samuelis fuerat oblectata ad apparẽdũ & reſpõdẽdũ iniquo. Deniq; in Eſaia quo
legit: Erit quaſi pythonis vox tua, loqtur Gloſſa ꝙ mulier pythoniſſa nõ ſuſcitauit Samuelẽ, ſed Eſa. 29
dæmonẽ euocauit. De hac materia introducunt hic multa in Gloſſa ex verbis Auguſtini. Itaq;
ſicut refert Iſidorus: Simpliciano Mediolanẽſi ep̃o ſcribẽs Auguſtin⁹: Inquiris, inqt, an ſpũs ma Iſidorus
lignus potuit ſuſcitare animã iuſti & tanq̃ de abditis mortuoꝝ receptaculis reuocare, ita vt vide- Auguſt.
retur & loqueret cũ Saul. Deinde hoc fieri potuiſſe, oſtẽdit Auguſtinus ſubdẽdo. Nonne magis
mirãdũ eſt, ꝙ Chriſtũ aſſumpſit diabolus & poſuit ſupra pinnaculũ tẽpli, & ſi hoc nõ ꝑturbat nos
qm̃ Chrũs ꝑmiſit hoc ſponte. Ita etiã nõ abſurdũ eſt credere ex aliqua diſpẽſatione volũtatis di- Matt. 4
uinæ ꝑmiſſum fuiſſe, vt nõ inuitus nec dominãte magica arte, ſed volẽs atq; obtẽperans occultæ
diſpẽſatiõi dei q̃d pythoniſſam, Saulẽq; latuit, ſpũs Samuelis oñderet aſpectibus regis, diuina eũ
B ſentẽtia ꝑcuſſurus. Deinde tãgit Auguſtinus aliũ modũ dicẽdi, quanq̃ in hoc facto poterit eẽ ali- Auguſt.
us facilior intellectus, vt nõ vere ſpm̃ Samuelis excitatũ à requie ſua credamus, ſed apparuiſſe a-
liquod phãtaſma & imaginariã illuſionẽ machinatiõibus diaboli factã, quam ſcriptura noĩe Sa-
muelis appellat, qm̃ ſolẽt imagines appellari nominibus reꝝ quas repreſentãt. Queadmodũ de
imagine dicimus, ille Cicero. Et de pictura, illa eſt Roma. Porro in libro de ciuitate dei videtur
Auguſtinus ſe declinare ad hoc, ꝙ nõ fuit ibi veraciter aĩa Samuelis, & verba illa Auguſtini diffu
ſe allegant in decreto. Ait eñi: Quidã putant q̃rẽdũ, quõ ſcriptura narret pythoniſſam ſuſcitaſſe
Samuelẽ ad colloquiũ Saulis impͥſſimi regis, qbus reſpõderi põt: Indignũ omino facinus, ſi ſe-
cundũ hæc verba hiſtoriæ cõmẽdetur aſſenſus. i. ſi Samuel aſſenſit euocatiõibus pythoniſſæ, ſed
hoc eſt præſtigiũ ſatanæ q̃ cõfingit ſe habere in poteſtate ſua etiã iuſtos vt plurimos fallat, quod
apoſtolus oſtẽdit inter cætera dicẽs. Ipſe ſatanas ſe transfigurat in angelũ lucis. Vt eñ errorẽ fa 2. Cor. 11
ceret, in quo glorificaretur, in habitu & noĩe viri iuſti ſe ſubornauit. Multa de hac materia ſcri-
bit Auguſtinus ibidẽ exponẽs & probans, ꝙ diabolus in ſpecie apparuit Samuelis. Præterea mul-
tis hinc inde pẽſatis, Lyra dicit, ꝙ ſi iſta poſitio Auguſtini nõ eſt determinatio eccleſiæ ſicut ve-
riſimiliter nõ eſt, probabilius videatur eẽ dicẽdum, ꝙ aĩa Samuelis virtute diuina & eius diſpen-
ſatione apparuerit, quatenus Sauli propter ſua demerita annuntiaret diuina ſentẽtia ſup eũ mox
futura per Samuelẽ defunctũ: ſicut per ipm̃ viuẽtẽ reprobatio à regno ſibi erat ante denuntiata. 1. Re. 13. 15
C Nam huic dicto videt amplius cõcordare ſcriptura hoc loco, & in Eccleſiaſtico: Huic etiã dicto Eccl. 46
cõſonat, q̃d in libro Numeroꝝ fertur de Balaham, qa dũ iret ad quærẽdũ auguriũ, angelus prohi Nume. 23
buit dæmonẽ apparere & loqui ad Balaham. Poſuitq; verbũ in ore ipſius, dando ei reſponſum
ſuæ volũtati cõtrariũ. Sic in propoſito videtur rõnabiliter dici poſſe, ꝙ demon fuit prohibitus ad
vocationẽ pythoniſſæ venire, ſicq; pythoniſſa non ſuſcitauit Samuelẽ, ſed deus ꝑ angelũ fecit illũ
venire. Nec Samuel ꝑmiſit ſe adorari à Saul adoratiõe latriæ ſed duliæ, quẽadmodũ Nathan &
Betſabee Dauid regẽ adoraſſe legitur. Nec aĩa Samuelis fuit attracta aut delectata maleficiȷs py- 3. Reg. 1
thoniſſe, ſed deo obtẽperauit. Nec Samuel dixit Saulẽ & filios eius ſecũ craſtino futuros in pari
aut ſimili ſtatu ſalutis aut certitudinis gloriæ, ſed in eodẽ ſtatu & loco cõmuni, ſicut expoſitũ eſt.
Sed his obȷicit Rabbi Paulus, eo ꝙ Auguſtinus ꝓfato decreto aſſertiue teneat, nõ Samuelẽ, ſed dę R. Paulus
monẽ apparuiſſe, & nõ ſit alius de doctoribus eccleſiæ approbatus, q oppoſitum videat tenere.
Ad q̃d dicẽdũ, ꝙ multi doctores catholici & aliqui ſancti poſt Auguſtinũ de hac materia variȷs
modis loquuti ſunt, nec in talibus materiȷs opinabilibus q̃ citra certitudinem ſunt, nec ab eccleſia
determinate inueniũtur, neceſſe eſt ſeq vnũ quẽcũq; doctorẽ, q̃uis ſanctũ, ſicut & ipſemet aſſerit
Auguſtinus in Epiſtola cõtra Vincẽtiũ donatiſtã. Vnde & Rabanus dicit vtrãq; poſitionẽ prę- Auguſt.
tactã rõnabiliter poſſe defendi. Hinc & in ſcholaſtica narratur hiſtoria: Dicitur à qbuſdã ꝙ ſpi- Rabanus
ritus malignus apparuit in ſpecie Samuelis. Vel, phantaſtice imago eius ibi apparuit, ſicut fit in Per. Co.
aqua aut ſpeculo. Aliȷ dicũt, ꝙ deo ꝑmittẽte aĩa eius tãtũ cõſimili corpe induta apparuit ibi. Aliȷ hiſt. lib. 1.
ꝙ corpus eius tãtũ ſuſcitatũ eſt, ſpũ viuifico ſeu vitali aĩa in ſuo loco quieſcẽte. Hæ opiniones e- Reg c. 25
tiam in Gloſſa tanguntur. Poſtremo Rabbi Paulus ad ſaluandũ prę inductã eccleſiaſtici autho- R. Paulus
ritatẽ dicit, ꝙ corpus Samuelis in ſepulchro iacẽs cũ habitu proprio, in quo fuit ſepultũ deo per- Eccl. 46
mittẽte apparuit Sauli magica arte. Quocirca quærendum eẽt, an corpus illud fuit extra ſepul-
chrum ad Saulẽ deductũ, vel ſola eius imago phantaſtica, & an ſpũs malus loquebatur per corpus
illud. Poſitio autem quam tangit & ſeqtur Nicolaus de Lyra verior eſſe videtur.

X 4 ¶ Explana

❡EXPLANATIO CAPITVLI VICESIMINONI. D

Congregata sunt &c. Arti. XLVIII.

HIc describit, cur & qualr Dauid à Philistæis reuersus sit: ⌊Congregata
sunt ergo vniuersa agmina Philistijm in Aphec⌋ vniuersa q̃ erāt sub sa
trapis & oĩa filĩ fuerūt vnũ agmē sub rege in Aphec, q a ad locũ illũ vene
1. Regũ. 24 rũt de Suna vbi primo ad tp̃s mãserũt, vt p̄cedēti habeť cap̃lo, ⌊sed &
Isrl̃⌋.i. pp̃ls Israeliticus cũ Saule ⌊castrametatus est sup fontē, q erat in
Isrl̃⌋.i. ppe vrbē sic nũcupatã, & illuc venerũt à Gelboe. ⌊Et satrapæ
qdē Philistijm incedebãt in cēturijs⌋.i. in partibus pp̃li sui in centũ di-
uisis qbus preerãt cēturiones ⌊& milibus⌋ qbus millenarij p̄erãt. Fuit
itaq; pp̃lus ille diuisus p centenos atq; millenos. ⌊Dauid aũt & viri eius
Ibidē erãt in nouissimo agmine cũ Achis⌋ rege Philistinoꝝ, q ip̃m Dauid vo
luit habere p̄cipuũ capitis sui custodē. ⌊Dixeruntq; principes Philistijm⌋.s. satrapæ ⌊ad Achis.
Quid sibi volũt Hebræi isti⌋.i. cur venerũt nobiscũ, ⌊& ait Achis ad principes Philistijm. Nũqd
ignoratis, Dauid q fuit seruus Saul regis Isrl̃:⌋ ac si dicat: Mirũ si nõ scitis, q̃ fortis, strēnus ac fidelĩ
vir sit Dauid qui tãta à Saul est passus, ⌊& est apud me multis diebus & annis⌋.i. diu fuit in terra
mea, in qua eum benigne tractaui ❡Circa hoc scribit qdam: Qui dicũt, q̃ Dauid fuit tantum qua-
tuor mēsibus ibi, cõseqnter dicere hñt, q̃ Achis dixit plus de mora ipsius Dauid apud se q̃ fuit ad
pacificãdũ principes Philistinoꝝ, sed istud nõ videť, cũ Achis locutus sit disiũctiue, mltis dieb' vĩ E
annis, certũq; ē ad veritatē disiũctiue sufficere alterã partē eē verã. ⌊Et nõ iueni in eo qcq̃ mali⌋
.i. infidelitatis aduersum me, ⌊ex die q̃ trãfugit ad me vsq; ad in diē hãc,⌋ Attñ supra dixit Achis
de Dauid: Multa mala opatus ē cõtra pp̃lm suũ, ⌊Irati sunt ãt aduersus eũ principes Philistijm⌋
1. Regũ. 27 qm̃ iudicabãt regē suũ incaute egisse cõfidēdo in Dauid, ⌊& dixerũt: Reuertať vir, & sedeat in lo-
co suo, in q̃ cõstituisti eũ, & nõ descēdat nobiscũ in p̄liũ, ne fiat nobis aduersarius cũ p̄liari cœperi
mus. Quomodo aliter poterit placare dñm suũ, nisi in capitibus nr̃is⌋.i. nos pcutiēdo, nr̃aq; capi
1. Regũ. 17 ta amputãdo, sicut fecit Goliæ ❡Istud scd̃m humanã cõiecturã fuit pbabilr dictũ, sed vt ait Chry-
Chrysost. sostomus sup Matthæũ. Implacabilis est ira regũ, quam cõcepit cõtra eos à qbus timēt regno pri-
1. Re 17. 18 uari. Vnde & antea sæpe pcusserat Dauid Philistæos, sicut p̄habitũ est, nec tñ per hoc placauit Sau
1. Regũ. 18 lem. ⌊Nonne iste est Dauid cui cantabãt⌋ mulieres ⌊in choris⌋ sicut expositũ est supra, ⌊dicen
tes: ⌊Percussit in milibus suis Saul, & Dauid in decem milibus suis⌋ sensus huius verbi innotescit,
ex eo quod supra cecinisse legunť. Percussit Saul mille & Dauid decē milia. Itaq; sensus est: Per-
Ibidē cussit in milibus suis Saul. i. ipse Saul occidit mille Philistæos q dicunť milia Saul. i. milia ab eo per-
cussa in qbus verbis sumiť pl'e p singulari. Sic q̃q; Dauid pcussit in decē milibus suis .i. decē milia
⌊Vocauit ergo Achis⌋ rex ipsum ⌊Dauid & ait ei: Viuit dñs, q a rectus es tu⌋.i. iustus ⌊& bo-
nus, in conspectu meo & exitus tuus & introitus tuus mecũ est in castris⌋ Istum modũ iurandi vi
detur Achis didicisse à Dauid, nisi forte p dñm intellexerit deũ suũ, vtpote Dagon ⌊Et nõ inueni
in te quicq̃ mali ex die qua venisti ad me vsq; in diem hãc, sed satrapis non places.⌋ Sic frequēter
contingit in domibus principũ, q̃ aliqui boni & strēnui principibusq; placentes alioꝝ, p hoc dis-
Hester. 14 plicentiã odiumq; incurrũt à qbus & mendaciter accusanť, sicut in libro Hester plenius contineť
de impijs q aures principũ simplices callida fraude decipiũt. Et eos q credita sibi officia fidelr ex- F
equunť mendacioꝝ cuniculis conanť subuertere. ⌊Reuertere ergo & vade in pace, & nõ offendas
oculos satrapaꝝ Philistijm. Dixitq; Dauid ad Achis: Quid enĩ⌋ infidelitatis ⌊feci⌋ aut qd cul
pæ, ⌊inuenisti in me seruo tuo à die qua fuit in conspectu tuo vsq; in diē hãc, vt non veniã⌋ te-
cum ad bellum ⌊& pugnē contra inimicos dñi mei regis⌋ Si Dauid dixit hoc nõ ironice, sed serio
1. Regũ 28 se, & p dñm suum intellexit ipsum Achis nõ Saulem, videť habuisse propositũ p̄liandi contra He
2. Regũ. 1 bræos, quod tamen non videtur dicendum, prout in expositione præcedentis capituli est inductũ
Præsertim cum infra in exordio libri secundi legatur, intantum defleuisse interfectionem Saul &
filij eius, ac populi Israel. Ideo forsan ironice dixit hæc. ⌊Respondens autem Achis, locutus est ad
Dauid: Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus dei,⌋ hoc est, instar angeli excellentis es
bonitatis & virtuositatis iudicio meo tanquàm vir heroicus, & perfectus ❡Sed vnde sciuit alieni-
gena iste loqui de angelis, forsan ex conuersatione, & collatione cum Dauid, alijsve Hebræis,
⌊sed principes Philistinorum dixerunt: Non ascendet nobiscum in prælium. Igitur consurge ma
ne tu & serui domini tui, qui venerunt tecum.⌋ Nam serui qui erant cum Dauid, fuerunt serui
Saulis de iure communi, quia erant de populo eius. ⌊Et cum de nocte surrexeritis, pergite. Sur-
rexit itaq; de nocte Dauid, ipse & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuerterentur ad terram
Philistijm. Philistijm autem ascenderunt in Iezrael.⌋

❡DECLARATIO CAPITVLI TRICESIMI.

Cumq; venisset Dauid, & viri eius in Sicelag &c.

Articulus quadragesimusnonus.

Magna

A MAgna aduersitas & mira prosperitas sancti Dauid ac suorū hic describū-
tur. ⌊Cūq; venissent Dauid & viri eius in Sicelag⌋ quæ tñ iam fuit com
busta, ⌊die tertia Amalechitæ⌋ qui euaserāt manus Saul, & quorū maximā 1. Reg. 19
partē occiderat, vt supra habet, ⌊impetū fecerāt ex parte Australi in Si-
celag.⌋ Cognito enī recessu Dauid & suorū ab vrbe illa, eā subito inua-
serūt à parte, pſertim meridionali, ad quā commorabant. Oderant etenī
ipm̄ Dauid & suos, qa erāt Hebræi à qbus erāt vastati. Et etiā qa Dauid 1. Reg. 27
frequēter eos vastauerat, vt supra cōtinet, ⌊& pcusserāt Sicelag & succē- 1. Reg. 19
derāt eā igni. Et captiuas duxerūt mulieres ex ea à minimo vsq; ad ma-
ximū, & nō interfecerūt quēquā, sed secū duxerant & pgebāt itinere suo.
Dū ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatē & inuenissent eam succēsam igni⌋ quam eis cōtulit
Achis ad immorādū, ⌊& vxores suas & filios & filias ductas eē captiuas.⌋ Quāuis enī Dauid oc-
ciderat etiā mulieres Amalechitarū, illi tñ deo sic ordināte, nō occiderūt vxores ipsius Dauid & vi
rorū suorū. Nec hoc ex pietate omisisse vident, sed vel ex libidine vt earū fruerētur tōcubitu. Vel
ex cupiditate, q̄tenus vēderēt eas, earū filios aut filias, ⌊leuauerūt Dauid & pplus q cū eo erat vo-
ces suas⌋ qa ex intuitu improuisæ & magnæ aduersitatis subito erupērūt in gemitū & singultum,
imo & in clamorē, ⌊& plāxerūt donec deficerēt in eis lachrymę⌋ .i. quā diu lachrymarū humo-
rē producere potuerūt, maxime qm̄ putauerūt maiora accidisse aduersa q̄ acciderunt. Nā vxores
suas, filiosq; & filias suspicabant eē occisas. ⌊Siqdē & duæ vxores Dauid captiuæ ductę fuerant
Achinoem, Iezraelitis & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et cōtristatus est Dauid valde,⌋ nō solū
B propter propriā aduersitatē, sed & propter aduersitates suorū, qbus tātæ calamitatis fuit occasio.
Nā propter eū pro magna pte erāt de terra Israel pulsi, vel cōfugerūt ad eū. ⌊Volebat enī eū po-
pulus lapidare⌋ eo q fuerit eis tātæ aduersitatis occasio. Et qa eius negligētia factā reputabāt vr-
bis deuastationē & captiuationē suarū, qa nō reliquerat aliqs viros ad vrbis custodiā. Hinc subdit,
⌊qa amara erat aīa vniuscuiusq; viri sup filijs suis ac filiabus⌋ .i. vniuersi viri tūc ibi existētes cum
Dauid, amaritudine doloris & tristitiæ, iræ & impatiētiæ erāt repleti de captiuatiōe & abductiōe.
Vel vt ipsi suspicabant interfectiōe filiorū suorū ac filiarū. ⌊Cōfortatus est aūt Dauid in dño deo
suo⌋ spem assumēdo in ipso, ⌊& ait ad Abiathar sacerdotē filiū Achimelech. Applica ad me⌋ .i.
propter me seu pro me, ⌊Ephod⌋ .i. vestē illā sacerdotalē, eā induēdo, q̄tenus in ea cōsulas dñm
pro me. ⌊Et applicuit Abiathar Ephod ad Dauid. Et cōsuluit Dauid dñm⌋ per Abiathar, ⌊di-
cēs⌋ p illū. ⌊Persequar latrūculos hos, & cōprehēdā eos, an nō? Dixitq; ei dñs: Persequere⌋ eos,
⌊absq; dubio enī cōprehēdes eos⌋ ad occidēdū, ⌊& excuties prædā⌋ .i. hoīes & iumēta q̄s abdu-
xerūt vi armorū recuperabis. Itaq; vidēs pius & iustus dñs electū suū Dauid in tātis tribulatōibus
atq; angustijs positū, celeriter ei rñdit, cōsolatoriūq; donauit respōsum. Ex his sumit argumētū,
q princeps nō debeat bellū mouere dño incōsulto ipm̄ rogādo, vt p se aut p suū vicariū dignet
sibi ostēdere an debeat pugnā mouere, & tūc dñs ei inspirabit seu vicarius dei exponet an iustā
habeat causam, quā si habuerit, pōt pugnare si vicarius aut alij nō queunt cōponere. Si vero iniu-
sta sit eius causa, pcipiet dñs p suū vicariū vt nō moueat plium. ⌊Abijt ergo Dauid ipse & sexcēti
viri q erāt cū eo, & venerūt vsq; ad torrētē Besor, & lassi qdē substiterūt. Persecutus ē aūt Dauid
C ipse & quadringēti viri cū eo. Substiterāt enī ducēti q lassi trāsire nō poterāt torrētē Besor. Et in-
uenerūt virū Aegyptiū in agro, & adduxerūt eū ad Dauid. Dederuntq; ei panē vt comederet &
biberet aquā, sed & fragmē massæ caricarū & duas ligaturas vuæ passæ. Qui cū comedisset, reuer
sus est spūs eius & refocillatus ē. Nō enī comederat panē neq; biberat aquā tribus diebus & trib⁹
noctibus. Dixit ei itaq; Dauid: Cuius es tu⌋ .i. ad quē ptines, ⌊vel vnde⌋ es natus seu de qua re-
gione, ⌊aut q̄ pergis⌋ .i. pgere cupis. Veruntñ hæc tertia q̄stio vt fertur, non est in Hebræo nec Iose lib. 6
mouet à Iosepho. ⌊Qui ait: Puer Aegyptius ego sum, seruus viri Amalechitæ. Dereliqt sūt me an. iu. c. 14
dñs meus qa ægrotare cœpi nudiustertius. Siqdē nos erupimus ad australē plagā Cerethi, & cō-
tra Iudā & ad meridiē Caleb, & Sicelag succēdimus igni. Dixitq; ei Dauid: Potes me ducere ad
cuneū istū? Qui ait: Iura mihi p deum q nō occides me, & nō tradas me in manus dñi mei, & ego
ducā te ad cuneū istū. Et iurauit ei Dauid: Qui cū duxisset eū, ecce illi discūbebāt sup faciē vniuer-
sæ terræ comedētes & bibētes, & q̄si festū celebrātes diē pro cūcta prę da & spolijs, q̄ cæperāt de
terra Philistijm & de terra Iuda. Et pcussit eos Dauid & viri eius à vespera vsq; ad vesperā alteri⁹
diei.⌋ Ex q̄ cōstat, q victoria Dauid sup tot hoīes fuit valde miraculosa, præsertim qm̄ nullus de
viris Dauid in illo corruerat bello, ⌊& nō euasit ex eis quisq̄, nisi tm̄ quadringēti viri adolescētes
qui ascēderāt camelos & fugerāt.⌋ Ex q̄ rursus cōstat, q valde multi fuerunt occisi, q̄rū cōparatiōe
quadringēti viri reputātur ppauci. ⌊Eruit ergo Dauid oīa q̄ tulerāt Amalechitæ & duas vxores
suas eruit. Nec defuit quisquā à paruo vsq; ad magnū, tā de filijs q̄ de filiabus & de spolijs & q̄cūq;
rapuerāt, reduxit Dauid oīa & tulit vniuersos greges & armēta, & minauit añ faciē suam. Dixe-
rūtq;⌋ viri & socij Dauid. ⌊Hæc est prę da Dauid⌋ quasi dicāt, tā pclarā, copiosamq; pdā decuit
ipm̄ Dauid diuina virtute acqrere, ⌊Venit aūt Dauid ad ducētos viros q lassi substiterāt, nec seq

poterāt

poterãt David,& residere eos iusserat in torrente Besor. Qui egressi sunt obuiam David,& pplo D
q erat cũ eo, accedẽs ãt David ad pplm .i. ad viros ducẽtos q remãserũt ad sarcinas salutauit eos
pacifice. Rñdens'q; oĩs vir pessimus & iniquus de viris q erãt cum David. Ex hoc elicit, ꝙ aliq vi
tiosi fuerũt inter viros David. Et item, ꝙ viri David cõtulerũt in via de ꝑdæ diuisiõe, tũc'q; oĩs vir
pessimus .i. valde malus q̃ ad deũ,& iniquus q̃ ad proximos, dixit, qa nõ venerũt nobiscũ in bel
lũ isti ducẽti, nõ dabimus eis qcq̃ de ꝑda quã eruimus, sed sufficiat vnicuiq; vxor sua, & filij q̃s
cũ acceperit, recedãt. Dixit aũt David: Nõ sic facietis frẽs mei, de his q̃ tradidit nobis dñs & custo
diuit nos,& dedit latrũculos q eruperãt aduersum nos in manus nr̃as, nec audiet vos qsq̃ sup ser-
mone hoc, ecce quàm mansuete & humilr̃ sanctus David respondit auaris & immisericordibus
illis. Aequa enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, .i. vasa & onera
custodienda, & sĩlr̃ diuidẽt quia & ipsis ꝑt in tali occupatione periculum imminere, & quasi pu
gnãt cũ his, q̃s reddũt expeditos ad pugnã, dũ eoꝝ custodiũt sarcinas. Et factũ est hoc ex die illa
& deinceps cõstitutũ & ꝓfinitũ .i. statutũ seu firmũ decretũ & q̃si lex in Isrl̃, vsq; in diem hãc .i.
Israelitica plebe, sic'q; q̃si dicit hic veritatẽ nõ silr̃itudinẽ tm̃. Lex est em̃ idẽ qđ ꝓceptũ. ¶Deniq;
vt qdã scribit, David in facto hoc cõformauit se Abrahę pr̃iarchæ, q sĩlr̃ fecit socijs ad sarcinas re-
Genes. 4 manẽtibus, qñ q̃tuor reges debellauit, vt dictũ fuit in Genesi. Quocirca pẽsandũ, ꝙ in Genesi non
legũt aliq ex adiutorib' aut vernacl̃is Abrahæ, ad sarcinas remãsisse, sed poti' secũ in ꝓliũ oẽs venis
se. Et ĩsup fert ibidẽ, ꝙ Abrahã noluit aliquẽ reseruare de substãtia regis Sodomoꝝ, exceptis his q̃
comederũt iuuenes q erãt sui vernaculi & secũ cõgressi, partibus'q; viroꝝ q venerũt secũ. Erant E
quoq; quinq; reges q̃s debellauit, & ibi asserit glossa, ꝙ militibus debita dedit stipẽdia. Venit er-
go David in Siceleg & misit dona de ꝑda senioribus Iuda, & proximis suis, dicẽs: Accipite benedi
ctionẽ .i. gratiosam collationẽ de ꝑda hostiũ dñi .i. de spolijs q̃ iure gladij abstulimus idolola
tris Amalechitis aduersarijs veri dei. His q erãt in Bethel, & q in Ramoth ad meridiẽ, & q in Ia-
thyr, & q in Aroer, & q in Siphamoth, & q in Asthemoa, & q in Rachal, & qui in vrbibus Ierah-
meel, & q in vrbibus Ceni, & q in Horma, & q in lacu Asoam, & q in Atach, & qui in Hebron, &
reliqs q erãt in his locis, in qbus cõmoratus fuerat David, & viri eius. Dicũt aliqui, ꝙ ideo misit
dona suis cognatis, vt amicitiã cũ eis contraheret, & suo tpe facerent eũ regem. Potius tñ puto, ꝙ
ideo qm̃ Amalechitæ præfati magnã partem quasi abstulerunt de terra, & forte Iudæ, vt in textu
habetur. Nec videtur, ꝙ David per munuscula aspirauit ad regnum.

¶De spirituali huius capl̃i tricesimi sensu. Arti. L.

PEr David & viros eius iuxta præhabita intelligunt Chr̃us & eius vicarij. Per Sicelag ve
ro ecclesia. Per Amalechitas q̃q; inuisibiles seu visibiles hostes iustoꝝ. Amalechitæ nãq;
ppl̃us lambens interꝑtant. Impij aũt cupiendo terrena, & in vitioꝝ opibus delectãdo
quasi lambũt hæc infima. Quemadmodũ ergo David & viris eius absentibus Amalechi
tæ impetũ fecert in Sicelag, eam'q; succẽderũt, sic Chr̃o pplm suũ iuste relinquẽte ad tps aut dispẽ
satiue recedẽte ab illo, seu vicarijs eius absentibus, hostes iustoꝝ vastãt ecclesiã, aĩas vincũt, vitio-
rum'q; igne inflammãt, bonoꝝ ꝓcordia, vel etiã corporalr̃ demoliunt loca fideliũ, & ipsos occidũt
seu capiũt, qbus visis Chr̃us cõpatit suis, & eius vicarij deflent subditoꝝ dispẽdia, ac ꝑsecutores tã
impios insequunt, dum deceptis & victis succurrũt, & eos ad viã reducũt salutis, sic'q; excutiũt ꝑ-
dam. Queadmodũ demũ viri David præ mœrore & dolore voluerũt eũ lapidare, sic virtuosi ꝓla
ti de sibi cõmissoꝝ aduersitatibus & peccatis intime desolati, Chr̃m quasi lapidare velle vident, dũ F
pijs qbusdã querelis conquerunt in ipsius ꝓsentia, cur sic suũ reliquerit pplm, voluntati'q; impioꝝ
suã exposuerit portionẽ. ¶Porro p duas mulieres David, intelligunt seculares & spiritales fide-
les seu actiui & cõtẽplatiui. Per mulieres vero viroꝝ David, designant cõgregatiões fideliũ cõmis
sæ prælatis. Per filios autem & filias animæ magis seu minus ꝑfectæ. Consulit etiam dominus suis
vicarijs vt animaꝝ latrunculos insequant, conando indefinenter pro errantiũ conuersione quod si
fecerint (auxiliante dño) præualebunt. At vero p pueꝝ Aegyptiũ ægrotantem, à dño suo dereli-
ctum, intelligit quicũq; secularis aduersitatibus pressus, & propter sua aduersa à mũdi amatoribus
spretus, infideliter'q; desertus, quem saluator misericorditer intuet, consolatur, ac reficit, & suum
efficit ducem, dum salutari edoctum scientia virtutibus'q; nutritum, præficit ouibus suis, & per
eum animarum seductores prosternit. Talis puer postulat sibi iurari, quod non tradetur ampli-
us in manus domini sui, quia conuersus & illuminatus deprecatur altissimũ, ne de cætero ad prio-
ra sinatur corruere mala, cui dominus misericorditer spondet, quod quantum in se est ipsum non
deseret. ¶Præterea, per prædam David, quam Amalechitis percussis ante se duxit, designatur
electorum pluralitas, quam deuictis dæmonibus de lymbo Christus eduxit & in ascensione ve-
xit ad cœlos, imo & vniuersitas iustorum quos in fine mundi pacto extremo iudicio reprobis'q;
damnatis ad alta perducet polorum. ¶Postremo, p hoc qđ David misit dona suis cognatis de
præda quam idololatris abstulit, hoc potest significari, quod dñs & saluator, q̃uis sit causa pręcipua
oĩs boni meritorij hoĩm electoꝝ, non tñ sibi soli ascribit bona illoꝝ, sed apl̃is q̃q; cęteris'q; electis
doctoribus ac ꝓlatis, p quoꝝ orõnes, doctrinas, ꝓsidẽtiã & exẽpla ædificati fuerũt & profecerũt,
atq; sa

A atq; salutē sunt consecuti, quorū salus & gloria cōmunicant̄ & redundant in illos. Hinc ad Thessa
lonicenses scribit Apostolus: Quæ est enim spes nostra & gaudium aut corona gloriæ, nōne vos
ante dñm nostrum Iesum Christum in aduētu eius. 1. Thess. 2

¶EXPOSITIO CAPITVLI XXXI. Philistijm aūt pugnabāt aduersum Israel. Art. LI.

Hic mors Saulis describit̄. ⌊Philistijm autē pugnabant aduersum Israel.
Et fugerūt viri Israel⌋ qbus propter eorū pctā deus tūc subtraxit suum
auxiliū, & p idololatras illos puniuit plebis suæ pctā, quæ sub impio re
ge erāt multiplicata, ⌊ante faciē Philistijm. Et ceciderūt interfecti in
monte Gelboe.⌋ Nā & de pristinis victorijs sibi à deo clemēter cōtra
Philistæos cōcessis, facti erāt ingrati. ⌊Irruerūtq; Philistijm in Saul &
in filios eius, & pcusserunt Ionathan & Aminadab & Melchisua, filios
Saul, totūq; pondus⌋ .i. rigor, vigor seu acerbitas, ⌊plij versum est in
Saul⌋ qa nō solū in eius psonā, sed in filios qq; ipsius & seruos atq; do-
mesticos, qa specialiter secū erāt culpabiles, Ionatha tñ excepto, qui q̄
uis fuerit iustus, ab impijs tñ occidi pmissus est in suorū purgationē quotidianorū peccaminū, &
pro felicitatis suę augmēto. ⌊Et cōsequuti sunt eū⌋ Saul ⌊viri sagittarij, & vulnerat⁹ est vehemē
ter à sagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerū suum⌋ quē vt refert Hieronymus, dicūt Hebræi fuisse Hiero.
Doeg Idumæū, quē etiā ferūt fuisse sociū Saul, dū iuit quærere asinas. ⌊Euagina gladiū tuū & p- 1. Regū. 9
cute me, ne forte veniāt incircūcisi isti & interficiant me⌋ morte opprobriosa, ⌊illudētes mihi⌋
B anteq̄ me occidāt. Tale aūt illusionē ignominiosam magis abhorrēt magnates & animosi quàm
ipsam mortē. Sic etenī subdi hostium volūtati, grauissimū eis est. ⌊Et noluit armiger eius⌋ cuius
subiungit̄ ratio. ⌊Fuerat enī nimio terrore pterritus⌋ nō solū ex cōsideratiōe mortis sibi iam im
minētis, sed etiā qm̄ Sauli superuiuere verebat̄, ne in manus Dauid corrueret. Itēq; ex cōsideratōe
regiæ dignitatis ipsius Saul: abhorrebat in eū extēdere manū. ⌊Arripuit itaq; Saul gladiū suū &
irruit sup eū⌋ & vt in scholastica fertur historia, in tm̄ defecerat viribus q̄ se trāsuerberare neq- Pet. Co.
uit. Siqdē à sagittarijs fuit grauiter vulneratus. ⌊Quod cū vidisset armiger eius, irruit etiā ipse sup hist. libr. 1.
gladiū suū⌋ qa vt ait Glossa, noluit subesse Dauid quē nouerat regnaturū, cuius glorię inuidebat, Re. cap. 27
timuitq; male tractari ab illo sicut promeruit. ⌊Quod cū vidisset armiger eius, videlicet q̄ mor-
tuus eēt Saul, irruit etiā ipse sup gladiū suū & mortuus est cū eo. Mortuus est ergo Saul & tres fi
lij eius.⌋ Nam quartus vz. Isboseth domi remāsit, qa nec bellicosus erat neq; magnanimus, ⌊&
armiger illius & vniuersi viri eius in die illa⌋ .i. cūcti domestici Saul secū tūc existētes, ⌊pariter.
Vidētes aūt viri Israel q erāt trās Iordanē & trās vallē⌋ quæ erat circa Iordanē cāpestris & grā
dis. Vnde & in primo libro Paralip. legit̄: Cū audissent filij Israel q habitabant in cāpestribus 1. Para. 10
& trans Iordanē, vtpote tribus Ruben & Gad, ⌊q̄ fugissent viri Israelitæ, & q̄ mortuus eēt Saul
& tres filij eius, reliquerunt ciuitates suas & fugerunt⌋ qm̄ terra eorū fuit propinquior Philistæis,
ideo timuerūt primo vastari ab ipsis. ⌊Venerūtq; Philistijm & habitauerūt ibi. Facta aūt die al-
tera, venerūt Philistijm, vt explorarēt interfectos. Et inuenerūt Saul & tres filios eius iacētes in
mōte Gelboe. Et pciderūt caput Saul & expoliauerūt eū armis⌋ vt & mortuo cōtumelias irro-
C garēt & suū ostētarēt triūphū, ⌊& miserūt in terrā Philistinorū p circuitū⌋ caput abscisum, imo
& capita filiorū eius, vt magister in historijs dicit, ⌊vt annuntiaret̄ in tēplo⌋ vel in tēplis, ⌊ido- Pet. Co.
lorū & in populis⌋ ad idolorū honorē, qbus tātam asscripserūt victoriā, & vt populi dijs suis re- hist. libr. 1.
gratiarent̄. ⌊Et posuerūt arma eius in tēplo Astharoth⌋ cū arma illa cōsecrasse credunt̄. Quēad Reg. ca. 27
modū Dauid arma Goliath vero deo. ⌊Corpus vero eius suspēderūt in muro Bethsan⌋ q̄ erat ci 1. Re. 17
uitas Philistinorū in cōfinio seu terminis Israel. Hinc in muro vrbis illius, quasi in conspectu He-
bræorū in cōtemptū ipsorū suspēderūt corpus Saul & filiorū suorū cadauera, vt infra innuitur. Ve
runtamē Glossa sup Paralipomenon ait, Hebræi tradūt Bethsan vocari domū Dagon, q̄ inter- 1. Para. 10
pretatur domus dormiētis, ibiq; caput Saul eē suspēsum. Alia est enī Bethsan in libro Iosue & Iu- Iosu. 17. 18
dicū, q̄ interpretat̄ domus securitatis. Caput vero Saul posuerunt in tēplo Dagon, vt in primo li- Iudicū. 1.
bro Paralip. scribit̄. ⌊Quod cū audissent habitatores Iabes Galaad⌋ .i. vrbis sic noīate ī terra Ga 1. Para. 10
laad trās Iordanē, ⌊q̄cūq; fecerāt Philistijm Saul, surrexerūt oēs viri fortissimi, & ambulauerunt
tota nocte, & tulerūt⌋ .i. abstulerūt, ⌊cadauer Saul & cadauera filiorū eius de muro Bethsan. Ve-
nerūtq; viri Iabes Galaad, & cōbusserūt ea igni⌋ aromata & quæq; aromatica sup ea incēdēdo ac
cōburendo pro reuerētia speciali, prout olim fuit moris in celebrioribus sepulturis. Quēadmodū
etiā cadaueri Asa regis, libro secūdo Paralip. legit̄ factū. ⌊tulerūt & ossa eorū & sepelierūt in ne- 2. Par. 16.
more Iabes⌋ tanq̄ in loco vmbroso & pulchro arboribus consito. Sicut in Genesi recitat̄ Delbo- Gene. 35.
ra sub quercu sepulta, ⌊& ieiunauerūt septē diebus⌋ in signū mœroris & luctus, & pro defunctorū
spiritib⁹. Itaq; viri isti suā fidelitatē & gratitudinē, imo & charitatē audacter mōstrauerūt in Saul
& filios eius, quorum ignominiā ferre non potuerunt, & tātis se exposuerunt periculis, quoniam

primo

1. Reg. 11 primo adiuti & liberati fuerunt per Saul à rege Ammonitarum, vt supra narratum est. ¶Præterea, D
de expositione huius capli multa habent in expositione decimi capli, primi Paralipomenon libri,
atq; ex dictis ibidem patet solutio ad quæsitum, quo querit, An Saul virtuose se interfecit, an vitio
se, & quid de eius saluatione videat tenendum, de qua tamen materia nunc plenius est tangendū.
¶Quocirca Nicolaus de Lyra refert Hebræorum positionem dicentium, ꝙ Saul audita sñia dei per
Samuelem acceptauit eandem atq; pœnituit, & festinauit ad mortem paratus mori pro ppli sui
defensione, & bono communi. Et quis antea tā solicitus fuerit pro Ionathæ filij sui promotione
ad regnum, tunc tamen contentus fuit ꝙ moreret secū in prælio. Propter quod nec eum admo
R. Paul⁹ nuit de recessu. ¶Huic Hebræorum positioni Rabbi Paulus multiplr contradicit & obijcit, primo, ꝙ
Leu. 19. 20 ratio Hebræorum Saulem saluantium magis fit in contrarium, qa non solum prohibet in lege Py-
Exod. 22 thones consulere, sed etiā credere verbis eorum, ergo & Saul peccauit, credendo responsioni appa-
Deuter. 18 rentis sibi, & eius sñiam acceptādo. ¶Verum obiectio ista non ē valida cōtra Hebræos, qm̄ dicunt Sa
1. Regū 28 muelem vere apparuisse, nec Rabbi Paulus sufficienter hoc reprobat, prout in expositione supe-
riorum est inductū. ¶Nihilominus arguit in hoc loco, dato, ꝙ Samuel in propria apparuisset persona
adhuc Saul peccauit credendo verbis illius. Qui em̄ dicunt Samuelem vere suscitatū fuisse, affir-
mant hoc factū ex dispositione diuina, quæ Pytonissam latuit ac Saulem, ergo Saul non credidit
ipsum esse veraciter Samuelem, sed spm̄ malignū. ¶Istud argumentū ex inconsideratione procedit
Quāuis em̄ diuina dispositio, i. rō propter quā deus disposuit ipm̄ Samuelē suscitari ac apparere,
Saulem ac Pythonissam latuerit, non tñ consequit, ꝙ latebat eos illū q apparuit existere Samue-
lem. Latent nāq; diuina mysteria. ¶Insup dicit, ꝙ rōnabilius possit præsumi, ꝙ Saul iuit ad p- E
1. Regū. 18 liū credens sñiam sibi prolatā, non esse diuinā, sed diabolicā magis illusionem. ¶Sed hoc videt eui-
denter contrariū textui, in quo fert, ꝙ verbis Samuelis auditis ipse Saul statim cecidit porrectus
R. Paul⁹ in terrā. Extimuerat em̄ verba Samuelis, & turbatus erat valde. ¶Deinde R. Paulus reprobat solu-
tionē dicentiū ꝙ seipm̄ occidere intuitu diuini honoris, ne. s. vituperiū exerceat in proprio corpo
re redundās in dei iniuriā, non sit illicitū. Nā ludibria & opprobria propter deū sustinere, est tāto
plus ad dei honorē, quātō illa sunt magis ignominiosa atq; acerba, vt in martyribus innotescit. Et
2. Regū. 1 rursus: Si Saul hoc mō excusaret à culpa, in hoc ꝙ peremit seipm̄, sili modo Amalechites siue pctō
R. Paul⁹ eū interfecisset, cuius oppositū S. Dauid indicauit, vt sequenti habet libro. ¶Dicit q; R. Paulus ꝙ
determinatio doctorum sacræ scripturæ dicentiū, Saulē esse dānatū, tm̄ sufficere debet, ac si ab eccle
sia determinaret. ¶Qd nō est sapiētialr dictū, qm̄ ecclesia in suis diffinitōibus dirigit infallibilr à spū
sancto, non aūt doctores seorsum. ¶Veruntñ de Saulis saluatione seu dānatione nil assero, nec te-
Psalm. 35 mere iudico, sed ei cuius iudicia sunt abyssus multa, cōmitto. Potius tñ opinor, ꝙ sit dānatus, quia
1. Paral. 10 scripturæ canonicæ quæ in primo libro Paralipomenon continet, id magis consonum reputatur.
Hierony. Et sancti pr̄es Hieronymus, Augustinus, Bernardus hoc contestant. ¶Iuxta mysticos intelle-
Augustiñ. Bernard. ctus p Saul & filios eius intelligunt prælati, & eorum coadiutores q à Philistæis. i. dæmonibus mul-
tipliciter impugnant ac superant. Totumq; pondus prælij in Saul conuertit, qm̄ feruor & diffi-
cultas tentationū grauius irruit in eos q præsunt, quorum deiectioni, præsertim intenti sunt spūs vi
tiosi. ¶Rursus per destructionem præsidentiæ Saul à Philistæis & translationem eius ad Dauid,
figurata videt destructio regni Iudæorum per Romanos, & translatio regni illius in Chrm̄, in quo
Luc. 1. solo perpetuat, quemadmodū Gabriel virgini deiferæ prænūtiauit. Dabit ei (inquiens) dñs deus
sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. ¶Quē- F
admodū etiam Saul à sagittarijs Philistinorum grauiter vulneratus, petijt à proprio occidi armige-
ro, sic obstinati principes Iudæorum authoritatibus, & rationibus Gentium, præsertim conuersarum
deuicti maluerunt doctorum suorum, puta scribarum & pharisæorum falsis expositionibus persua
sionibusq; seduci, quàm à Gentibus informari. ¶Et sicut Saul occidit se gladio suo, sic multi illorum
à Romanis vastati se peremerunt. ¶Præterea loquit glossa gladio suo, quo Saul Amalechitis cō
tra dei pceptū pepercit merito seipm̄ occidit. Sic q potestate pro communi vtilitate accepta, nō
vtitur siue abutitur, suo se confodit gladio. Et quo ab hoste defendi debuerat, hostē iuuat. ¶Por-
ro, per armigerum Saul, designati sunt Iudæorum doctores, qui testimonijs legis ac prophetarum con
tra Christifideles se armauerunt, sed propria peremerunt se armatura occidentem scripturarum
2. Cor. 3 literam superficialiter assequendo, viuificantemq; spiritum refutando, quibus peractis, cæteri Iu-
dæi huc illucq; per mundum dispersi sunt, & terram promissionis conuersi ad Christum, Genti-
les multo tpe inhabitauerunt. ¶Postremo, Gentiles spoliauerunt Saul & filios eius armis, &
caput eius amputauerunt, dum scripturas & regnum & sacerdotium Iudæorum ad Christi trans-
tulerunt ecclesiam. ¶Et sicut viri Iabes corpora Saul & filiorum eius honorabiliter sepelierunt, sic
Roman. 1 vsq; in præsens infideles Iudæi extollunt magnifice eos, qui Christum & eius discipulos sunt pse-
cuti, quos in reprobum sensum tradidit dñs qui est super oīa deus sublimis & benedictus, Amen.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN PRIMVM
Librum Regum Finis.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN SECVNDVM LIBRVM SAMVELIS,

quem nos secundum Regum vocamus, Enarratio: In quo agitur de regimine populi Israel per regẽ Dauid, & de gestis per ipsum.

PROOEMIVM.

A Ompleto primo Regum volumine, in quo actũ est de regno & præsidentia Saulis, nunc in secundo hoc Regum libro tractatur de principatu atq; regimine Dauid, cuius virtuositas in primo istius libri monstratur capitulo, sicut patebit. Porrò quidam circa exordium expositionis huius libri affirmat. Postq̃ in primo libro actũ est de regno per electionem, hic consequenter agitur de regno per successionẽ, quia Isboseth successit Sauli, licet tempore breui, & Salomon regi Dauid. Cui dicto 2. Regũ. 2
obijci potest, ꝙ in toto isto secũdo Regum volumine nulla est mentio 2. Regũ. 7
de p̃sidentia Salomonis, nisi inquantũ prænuntiatur in libro isto, quẽadmodum etiam primo libro p̃nuntiata sunt per Samuelem principatus & præsidentia regis Dauid. 1. Re. 13. 15 Successio quoq; Isboseth fuit vsurpata, non legitima, qm̃ deus iã determinauit atq; p̃dixit regnum esse transferendũ à Saul ad Dauid. Aptius igitur dici potest, ꝙ postq̃ in primo libro tractatum est de regno Saul reprobati, hic agitur de regno Dauid electi. Nẽpe (vt super Iohãnem asserit Augustinus) Saul fuit vnctus in regem, nõ vt principatus in domo & posteritate sua maneret, sed vt transferretur ad Dauid de stirpe Iuda: quia & tribui Iuda ex diuina præordinatione & prophetica p̃nuntiatione debebatur regni primatus, quemadmodum Iacob patriarcha p̃dixit: Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. August. Gene. 49

B

¶EXPOSITIO LITERALIS CAP. .I. Factum est autem postquam mortuus est Saul. Arti. .I.

Continuando historiam libri istius ad ea quæ in fine præcedentis libri descripta sunt, dicitur. [Factum est aũt postq̃ mortuus est Saul] .i. interfectus à Philistæis, vel potius à seipso, prout in præcedenti libro est inductũ, [vt Dauid] cum suo exercitu [reuerteretur à cæde Amalec] .i. interfectione Amalechitarũ, quos grandi plaga occidit, sicut in primo libro est recitatũ, [& maneret duos dies in Sicelag] vrbe sic dicta, sibi à rege Achis concessa, iam tamẽ ab Amalechitis combusta, vt in p̃allegato primo libro patuit. [In die aũt tertia,] à reditu Dauid, [apparuit,] non similitudinarie, sed existẽtialiter, [homo veniens de castris] .i. tentorijs seu turbis ipsius, [Saul,] cuius seruus fuerat homo iste, [veste conscissa & puluere aspersus caput,] quia in signũ doloris sciderat vestẽ suam & puluerẽ superiecerat capiti suo, vt moris fuit Iudæis facere in magnis aduersitatibus, ad quorũ legem fuit conuersus, & etiam apud quosdam gentiles fuit huiusmodi cõsuetudo. Vnde in libro Iob legitur de eius amicis, ꝙ viso Iob à longe vulnerato vlcere pessimo, exclamantes plorauerunt, scissisq; vestibus sparserũt puluerem super caput suum. [Et vt venit ad Dauid, ceciditq; super faciem suã] .i. in terram prostrauit se, ita ꝙ facies sua attigit terrã, [& adorauit] ipsum Dauid adoratione duliæ, tanq̃ excellentem personã, & tanq̃ mox regem futurũ, cuius gratiam obtinere desiderauit, ita se humiliãdo, ac alijs modis, sicut patebit, [Et dixit ad eũ Dauid,] qui valde solicitus fuit & feruẽs ad percipiẽdum exitũ belli inter Israelitas & Philistæos commissi, quia pro repub. Hebræorũ fidelem habuit curam. [Vnde venis? Qui ait ad eũ: De castris Israel fugi] .i. de exercitu Hebræorũ. [Et dixit ad eũ Dauid: Quod est verbũ] .i. opus verbo seu recitatione dignũ, [quod factũ est?] Frequenter etenim in scripturis sumit verbum pro re significata per verba, iuxta illud in Zacharia: Hæc sunt verba q̃ facietis. In Esaia quoq; dicitur: Non fuit verbũ quod non ostẽderet eis Ezechias in domo sua. [Indica mihi.] Repetitio est sensus eiusdem, estq; additio ista signũ seriosi feruoris, quẽ habuit Dauid ad percipiendum rem gestam. [Qui ait: Fugit populus] Israel [ex prælio,] non totus populus ille fugit, sed quidam ex eis, nam multi fuerunt in prælio isto prostrati, de quibus subiungitur. [Et multi corruentes ẽ populo mortui sunt] .i. deiecti & victi à Philistæis. Deinde vir ille subiungit, quod putauit libenter audiendũ à Dauid. [Sed & Saul & filius eius Ionathas interierunt,] tanquã dicat, Iam certus esse potes, ꝙ regnabis, quia non solũ Saul persequutor tuus occubuit, sed & Ionathas, qui inter filios Saul videbat aptior ad regnandũ post patrem suum. [Dixitq; Dauid ad adolescentẽ qui nuntiabat ei: Vnde scis?] an scilicet ex aliorũ relatu aut proprio visu, [quia] .i. quod, iuxta morem idiomatis Hebræorũ, [mortuus est Saul & Ionathas filius eius.] Prudens Dauid nõ protinus credidit relationi adolescentis, sed certificari optauit, qa

Margin: 1. Regũ 31. — Ibidem. — 1. Regũ 30 — 1. Regũ 27 — 1. Regũ 30 — Iob. 2 — C — Zacha. 8 — Esa. 39

res nũtiata fuit magna & difficilis ad credendũ, pſertim de Ionatha viro iusto ac optimo, ꝙ s. oc- D
cisus esset & victus ab illis idololatris. Et mirum potuit apparere, ꝙ Saul hucusq; tam victoriosus
etiam cõtra Allophilos, iam victus esset ab illis. Ait adolescẽs qui nũtiabat ei: Casu veni in mõ-
tem Gelboe, i. fugiendo tandẽ fortuitu perueni ad montẽ sic appellatũ in terra Israel situm. Nec
opus est multum inquirere, an iuuenis ille veraciter dixit hoc, an mendose, sicut & alia quædam
infra mendaciter protulit. & Saul incumbebat super hastam suam, i. ex vulneribus & labore
belli lassatus ac debilitatus appodiauit & sustentauit se super propriam lanceam, quasi progredi
non valens. Porro currus & equites appropinquabant ei, i. Philistæi tam in quadrigis belli-
cis q̃ super equos, eum insequentes approximabant eidem, ita ꝙ non erat spes de euasione ipsi-
us. Pugnantium autem quidã pugnant ex curribus, quidam ex nauibus, quidã equestres, quidam
pedestres. Et conuersus post tergum suum, i. retrorsum se vertens ad videndum quis esset, cuius so-
nitum fugientis audiuit, vidẽsq; me, vocauit me, non proprio nomine meo, quia nondum co-
gnouit personã meam, sed cõmuni quodã vocabulo me vocauit. Cui cũ respõdissem, Assum,
tanq̃ paratus venire ad te. Dixit mihi: Quisnã es tu? vt paulo post refertur. Adolescẽs iste cre-
1. Regũ. 22 ditur fuisse filius Doeg, q erat familiarissimus Sauli, quõ ergo Saul nõ cognouit filiũ eius? Respon-
detur, ꝙ ex magna sanguinis effusione caligauit visus Saulis. Vel ex turbatione vehemẽti id con-
tigit ꝙ nõ cognouit iuuenem illum. Fuit quoq; debilis imaginatiuæ, instabilisq; memoriæ. Vel
Genes. 36 adolescens iste nondũ frequentauit curiam regis, sic Saul non habuit distinctã eius notitiam. Et
1. Para. 1. aio ad eum: Amalechites ego sum, i. natus de stirpe Amalechitarum. Amalec quippe fuit filius E-
Genes. 25 liphaz filij Esau, qui alio nõie dictus est Edom, à quo Idumæi vocati sunt, vt patet in Genesi.
Sicq; concordat, ꝙ adolescens iste fuit Amalechites, & nihilominus filius Doeg Idumæi, quia A- E
malechitæ Idumæi fuerũt. Sed cũ multi fuerint Amalechitæ, qualiter iuuenis iste satisfecit quæ-
stioni Saulis interrogãtis, quisnã es tu, dicendo, Amalechites sum? Ad qd respondendũ videtur,
ꝙ in familia Saul forsan non erant Amalechitæ, nisi Doeg & proles ipsius. Vel ipsi præ cæteris no-
ti fuerunt Sauli. Sicq; cognito ꝙ iuuenis iste non erat Doeg, mox Saul agnouit, ꝙ filius fuit illi-
us. Et loquutus est mihi: Sta super me & interfice me, quoniam tenent me angustiæ, i. dolo-
rum & pœnarum pressuræ, sicq; interficiendo me celeriori supplicio, liberas me à diuturniori
tormento. Et adhuc tota anima mea, i. totus vigor animæ meæ in me est, vt quidam ex-
ponunt. Sed nõ apparet expositio vera, quoniam Saul fuit iam valde debilitatus, & in vigore ani-
mali, vitali, sensitiuo ac progressiuo deficiens, imò lætaliter vulneratus, sicq; nõ fuit tunc in eo to-
ta anima sua quantum ad potestatem, sed quantum ad suam essentiam, quoniam anima est sim-
plex, incorporalis & indiuisibilis forma, quo ad suam essentiam, existens tota in toto, & tota in
qualibet eius parte. Stansq; super illum, occidi illum. Secũdum expositores communiter, iu-
uenis iste hæc finxit, ita quod nec Saul præcepit ei quod dictum est, nec ipse occidit Saulem, sed
Saul seipsum, vt dictum est in expositione capituli vltimi primi libri. Veruntamen dixit se Sau-
lem occidisse, sperans per hoc placere regi Dauid, quemadmodum infra Baana & Rechab leguntur
2. Regũ. 4 occidisse ipsum Isboseth, eiusq; caput tulisse ad Dauid, ad complacendum eidem. Verunta-
Iose. lib. 7 men Iosephus videtur sentire, ꝙ iuuenis iste veraciter dixit verba præhabita. Recitat namq; Iose-
ant. iu. ca. 1 phus, ꝙ quamuis Saul irruit super gladium suum, tamen præ debilitate non potuit se perforare,
ac subito trucidare, ideo iuueni huic commisit vt impingeret se tam impetuose in ensem, ꝙ pro-
tinus moreretur, quod & iuuenis fecit. Ad quod posset applicari quod subditur. Sciebam enim
ꝙ viuere non poterat post ruinam, ac si iuuenis dicat, ideo ipsum occidi, mortem eius accele- F
rando, quoniam certus fui, ꝙ nõ poterat diu viuere postquam cecidit super gladium suum, quod
faciendo, læsit seipsum lætaliter, quamuis potuisset ad tempus superuixisse. Alij tamen exponunt
hoc sic, Sciebam ꝙ viuere non poterat post ruinam, i. post vulnerationem qua à sagittarijs Phi-
1. Regũ. 31. listinorum fuit vehementer vulneratus, vt in præcedenti habetur libro. Maluit autem Saul oc-
cidi à iuuene isto, vel à Doeg patre ipsius, quoniam ambo erant proselyti, i. ad Iudaismum con-
uersi, ne occideretur à Philistæis incircumcisis, imò potius quia timebat à Philistæis confusibili-
Ibidẽ ter, turpiterq; tractari, vt in primo libro continetur. Et tuli diadema quod erat in capite eius,
i. quo Saul vti solebat in capite suo. Aliqui tamen per diadema intelligunt galeam diadematam
in regium signum. & armillam de brachio illius. Armilla est ornamentum brachij aureum si-
ue argenteum, sicut inauris ornamentum est aurium, & annulus digitorum. & attuli ornamẽ-
ta hæc ad te dominum meum huc, ad captandum beneuolentiam tuam. Circa hoc magister
Det. Co- in historijs scribit, Dicunt Hebræi, hunc esse filium Doeg, cui ipse Doeg, antequam irruit super
hist. lib. 2. 2 gladium suum, tradidit insignia regis quæ custodiuit, vt filius suus ferens ea ad Dauid, redderet
Reg. ca. 1. eum sibi placabilem. Sic & Catho inuidens gloriæ Iulij Cæsaris, suspendit seipsum, ne Iulio sub-
deretur, tamen antequam se suspendit, cõsuluit filio suo, quod se subderet Iulio, & gratiam apud
ipsum inuenire studeret, prout in libro de ciuitate dei recitat Augustinus. Apprehendens
autem Dauid vestimenta sua, scidit ea pro parte in signum magnæ tristitiæ ac doloris. Quo pa-
tet grandis perfectio sancti Dauid, qui de interitu tam crudelissimi hostis sui non fuit gauisus, sed
contri-

A contristatus, neq; gaudebat de sua mox futura promotione in regem, imò de morte Ionathæ & populi dei vehementissime doluit. L omnesq; viri qui erant cum eo, J sciderunt vestes suas ex causa eadem, quamuis probabile sit, quod multi eorum de morte Saul, à quo tantas sustinebant molestias, non doluerunt, sed magis gloriabantur, sperantes ipsum Dauid mox promouendum in regem, propter quod etiam de morte Ionathæ minus dolebât. Hi ergo morem gesserunt ipsi Dauid, conformantes se ei in vestium scissione. Erant autem cũ Dauid viri sexcenti, vt in primo libro patuit, L & planxerunt J lugubri corde, L & fleuerunt J lachrymarum effusione, L & ieiuna uerunt vsq; ad vesperam, J iuxta legem, L super Saul & super Ionathan filium eius, J quem specialiter defleuerũt propter probitates ipsius, tamen & alij duo filij Saul, videlicet Abinadab & Melchisua, fuerunt in bello illo occisi, vt in primo libro Paralipomenon legitur, L & super populum domini, & super domum Israel, J Quidam per populum domini intelligunt Leuitas ac sacerdotes, qui erant specialiter populus dei, vtpote diuino cultui deputati, quorum aliqui in prælio illo interierunt. Porro per domum Israel intelligunt reliquas tribus, ex quibus plurimi ceciderunt, L eo quod corruissent gladio J Philistinorum, quod fuit dolorosum, quod scilicet cultores veri dei fuerunt ab illis idololatris trucidati, tamen (vt tactum est) quidam existentium cum Dauid, de morte Saul non fleuerũt ex corde, ieiunabant autem ex mœrore & forsan pro animabus occisorum, vt citius transferrentur de purgatorij pœnis ad lymbum patrum, quod de Dauid & cæteris deuotioribus credi plus potest. Sed cum Dauid interrogauit iuuenem, Vnde scis, quia mortuus est Saul & Ionathas, cur iuuenis nihil respondit de Ionatha? Dici potest, quod ideo, quia sciebat quod Dauid tristaretur de obitu Ionathæ, tanquam charissimi sui. L Dixitq; Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei: Vnde es tu? J i. de qua stirpe & terra? L Qui respondit: Filius hominis B aduenæ Amalechitæ ego sum. J Tanquam dicat, alienigena sum natione de progenie & territorio Amalechitarum, ita quod pater meus in regno Israel habitauit peregrinus & aduena, atq; proselytus factus est, quod totum de Doeg verificatur, vt patuit. Sed cũ iuuenis iste agnouerit ipsum Doeg fuisse præcipuum aduersarium Dauid, cur ita respondit? Dici potest, quod ideo non expressit patrem suum proprio nomine, vel putauit ipsum Dauid sibi non indignaturũ, eo quod dixit se occidisse Saulem, & quia attulit ei pretiosa insignia regalia iam præfata. ¶ Præterea quæritur, Cur Dauid rursus quæsiuit, vnde es tu, cũ iuuenis iste paulo ante loquutus sit, Amalechites sum? Respondetur, quod Dauid præ admiratione facti & cordis turbatione non aduertit hoc verbũ. L Et ait Dauid ad eum: Quare nõ timuisti mittere J i. extendere L manũ tuam, vt occideres Christũ domini? J s. Saulem regem vnctũ per Samuelem ex dei præcepto, vt tuipse affirmas, tanquã dicat, merito debuisses, hoc facere timuisse, & ex timore dei vitasse. L Vocãsq; Dauid vnũ de pueris J i. ministris L suis, ait: Accedens irrue in eũ. Qui percussit illũ & mortuus est. Et ait ad eũ Dauid: Sanguis tuus super caput tuũ J i. tibi ipsi & tuo excessui imputanda est hæc tua occisio, qa hanc meruisti. Vnde de iuste occidẽdis aut iuste occisis, frequenter in Ezechiele habet. Sanguis eius in ipso erit, vel sanguis eius erit super caput ipsius. Porro per sanguinem in scripturis aliquando designat peccatũ, quandoq; pœna peccati, interdũ propinquus, nonnũquam carnalitas. L Os em tuũ loquutũ est aduersum te, dicens: Ego interfeci Christũ domini, J ac si dicat, qd putasti te dicere C ad tuam prosperitatẽ, versum est tibi ad tuũ interitũ, quoniam zelo iustitiæ displicuit mihi, quod ex tua malitia æstimasti mihi debere placere. Non est putandũ, quod Dauid ex ira aut odio fecerit adolescentem istũ occidi, eo quod pater suus Doeg fuerit persequutor ipsius Dauid, sed æquitatis amore, & vt iuuenis ille in præsenti punitus, euaderet damnationem perpetuam. ¶ Quocirca inquiritur, an iuuenis ille meruisset mortem, occidẽdo Saulem? an etiam meruit morĩ, mendose dicẽdo, se fecisse hoc ipsum? Et apparet quod non, qa secundũ narrationẽ adolescẽtis istius, quã Dauid credidit verã, ipse adolescens hoc fecit ex præcepto Saul. Præterea mendaciũ non videbatur morte plectendũ. Et respondendũ, quod sicut non licuit Sauli seipsum propria manu occidere, ita nec manu alterius. Idcirco iuuenis ille non debuit ei in iussione huiusmodi obedire. Aliqua quoq; mendacia pernitiosa, vt falsa testimonia, lex morte puniuit. Itaq; peccauit hic adolescens, vel taliter mẽtiendo, & pgesta in qua grãm Dauid quærendo, vel iuxta Iosephũ, impingendo Saulem in gladiũ, cũ propter regiam dignitatẽ & sanctam vnctionem debuerit hoc vitare, & Christum domini iudicio dei, cuius vicarius erat, committere. L Planxit aũt Dauid planctũ huiuscemodi J i. lugubre carmen, qd paulo post subdif, L super Saul & super Ionathan filiũ eius J i. de interfectione & morte ipsorũ, sicut adhuc fieri solẽt carmina mœsta de magnorũ debellatione ac strage. L & pcepit vt docerent filios Iuda arcũ J i. vt parẽtes nati ex tribu Iuda, instruerent filios suos in arte & exercitio sagittandi, vt de cætero possent resistere Philistæis, q sagittando præualuerũt, & hoc specialiter iussit tribui Iudæ, qa tribus illa cæteris bellicosior fuit & fortior, & Dauid natus fuit ex ea, & sciuit quod tribus illa primo susciperet se in regẽ, L sicut scriptũ est in libro iustorũ. J De libro iustorũ & allegatione ipsius fit mẽtio in duobus locis scripturæ canonicæ s. in libro Iosue, & hoc loco. Quid aũt per librũ iustorũ videat intelligendũ, super librũ Iosue diffuse induxi, idcirco pertransco, nisi vt breuiter aliqd tangã qd ad huius loci intelligentiã confert. Itaq; quidã per librum

Margin: 1. Regũ.30 — 1. Regũ.31 — 1. Para.10 — 1. Regũ.28 — 1. Reg.9.10 — Ezech.33 — 1. Regũ.28 — Exodi.20 Deut. — Iose.lib.7 an ti.ca.u — Iosue.10

brum iustorũ intellexerũt librũ Geneseos, in quo agiť de pluribus iustis, q à principio mũdi vsq; D
Gene. 49 ad Iacob patriarchã & filios eius fuerũt, & in libro illo dicũt istud arcu pronuntiatũ à Iacob in bene
dictione Iudæ, in qua inter cætera continet: Manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorũ, q̃d in Da
uid asserũt adimpletũ, quia aduersarios suos vndiq; expugnauit, ad q̃d arte sagittãdi fuit adiutus.
Gene. 48 ¶Alij dicũt istud de arte sagittandi insinuatũ in Genesi, vbi Iacob testať se tulisse agrũ de manu A-
morræi in arcu & gladio suo. Sed vt super Iosue scripsi, Nec istud de Dauid, nec q̃d in Iosue alle-
Iosue.10 gať de statione solis & lunæ scriptum esse in libro iustorũ, habeť in Genesi formaliter aut aperte,
imo nec quantũ ad sensum, nisi forsan valde obscure, Neq; in libris Regũ aut Paralip. legiť Dauid
prualuisse arcu in prælijs. ¶Porro aliqui libri nõ habent, arcũ, sed in Hebræo habeť ac libris correctis.
Rabanus Rabanus aũt per arcũ intelligit fortitudinẽ. Vnde & aliqui sic exponũt, præcepit vt docerent filios
Iuda arcũ .i. robur seu firmitatẽ virtutũ, quatenus fortes fierent in timore dei & obedientia legis,
1.Regũ.15 ne mererenť debellari, quemadmodũ Saul propter inobedientiã suã. ¶Sequiť carmen. ⌞Et ait⌟
Dauid, incipiens carmẽ lugubre per verba sequẽtia. ⌞Cõsidera Israel pro his q mortui sunt⌟ .i.
tu popule Israel adhuc superstes & viuens diligẽter perpende quid tibi agendũ sit propter eos q de
semine tuo iam corruerũt in bello, ne tale quid tibi contingat. ¶Considera quoq; q̃ præclari fuerũt
qui pro boni communis defensione occisi sunt, vt tempore opportuno mortem eorũ zelo iusti-
tiæ vlciscaris. ¶Considera item q̃ miserabiliter ceciderũt in propria terra. Vnde subiungiť, ⌞super
excelsa tua vulnerati⌟ .i. in montibus propriæ terræ læsi & victi, ita quod nec in propria terra, nec
in locis eius altioribus ac munitis potuerunt euadere. ¶Hinc clarius subdiť. ⌞Inclyti Israel,⌟ vt po-
te rex Saul & Ionathas ac alij nobiles, ⌞sup montes tuos⌟ .i. in aliquibus montium partibus ⌞in-
terfecti sunt.⌟ Ideo per modũ admirantis & dolentis Dauid adiecit. ⌞Quõ ceciderunt fortes?⌟ q̃si
dicat, mirũ & dolorosum est hoc, ac vltio dei esse videť propter peccata Saul & cõsimiliũ eius. ¶Cir- E
R. Paulus ca hæc scribit Rabbi Paulus: Hoc præceptũ Dauid, videlicet verba illa, Et præcepit vt docerent filios
Iuda arcum, vt quidam Hebræorũ expositores dicunt, est de substantia carminis huius, quia in car
mine hoc intendebat Dauid deplangere valetudinẽ & debilitatem populi Israel in propria terra
ac locis excelsis turpiter victi, ex quo intulit lamentando, q iam nõ restabat modus defendẽdi ple
bem ac patriã, nisi per sagittariã artẽ, per quam debiliores quãdoq; superãt fortiores, quod non solet
ita cõtingere in bellis quæ fiunt in gladio. Ideo Dauid tanq̃ procemiũ carminis sui præmisit lamen
tatorie dicens, præcepit vt docerent filios Iuda arcum. ⌞Nolite annuntiare in Geth⌟ .i. factũ istud
1.Regũ.6 non diuulgetis magis q̃ diuulgatum est in vrbe Philistinorũ, Geth nomine, ⌞neq; annuntietis⌟
hoc ⌞in cõpitis Ascalonis⌟ .i. triuijs, quæ sunt iuxta vrbẽ Philistijm, nomine Ascalon. ¶Compitũ
quippe est triuium seu locus in quo tres viæ concurrũt, in quo solent homines cõuenire & rumo-
res percipere ac referre, ⌞ne forte lætenť filiæ Philistijm⌟ .i. mulieres ac natæ Philistinorũ, ⌞ne ex-
ultent filiæ incircumcisorũ.⌟ Repetitio est eiusdem sententiæ, quia Philistæi incircumcisi fuerũt.
¶Exultatio tamen proprie diciť, quasi extra se saltatio, scilicet exhilaratio corporis in signã lætitiæ fo
ris erumpens ex redundantia interioris iucundationis in corpus. ¶Sicq; possunt hæc ad diuersa re-
ferri, vt sit sensus, ne lætenť intus in corde, nec exultent chorizando ac tripudiando de suorũ vi-
ctoria & Hebræorũ ruina. ¶Cõsueuerunt etenim puellæ & fœminæ in choræis & sessionibus suis
ac vijs cantare cantilenas de populi sui triumpho, & aduersariorũ deiectione compositas. Vnde
1.Regũ.18 & supra in primo lib. habeť: Cum reuerteretť Dauid, percusso Philistæo, egressæ sunt mulieres in oc
cursum cantantes, chorosq; ducentes, atq; dicentes, Percussit Saul mille & Dauid decem millia.
¶In prænductis verbis loquiť Dauid per modum optantis, quo quis non valens aliquid totaliter impe F
dire, cupit illud impedire quantum possibile est, vel prohibuit modum facti Philistæis referri, q-
bus notorium fuit ipsum factum. ⌞Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant sup vos⌟ .i. in
fructuosi de cætero sitis, nam fructificatio terræ requirit humorem, imo & pluuiam in terra Iu-
Deu.10 dææ, iuxta illud Deuteronomij: Terra ad quam ingrederis, montosa est, de cœlo expectans plu
uiam. ¶Sicq; in verbis his est metonomia, quoniam causa poniť pro effectu, videlicet ros & plu-
uia pro fructu, qui ex rore & pluuia nasciť. ⌞Neq; sint⌟ ibi ⌞agri primitiarũ⌟ .i. terra arabilis, in
Nume.28 qua nascanť gramina, quorũ primitiuas offeranť ministris templi secundum legem. ¶Itaq; Dauid
imprecatus est mala, seu maledixit his montibus, non quod montes peccauerint, sed propter aduersa &
vitia quæ contigerũt in eis in detestationem malorũ huiusmodi. Vnde subiungiť, ⌞quia ibi abie-
ctus est clipeus fortiũ⌟ .i. fortes Israel perdiderunt vel abiecerũt ibi clipeos suos ac alia arma vt ce
lerius fugerẽt, vel clipei ibi abiecti sunt .i. ablati per hostes qui spoliauerũt armatos Hebræos. ⌞Cli
peus Saul, quasi non esset vnctus oleo⌟ .i. etiam Saul rex viliter ibi deiectus est, clipeoq; priuatus
tanq̃ vnus de populo. ¶Porro quod sequiť, ⌞à sanguine interfectorũ ab adipe fortium,⌟ quidã re-
ferant ad verba præhabita, vt sit sensus, ita abiectus est clipeus Saul propter scelera quæ commisit,
occidendo sacerdotes domini, qui erant viri robusti, quorũ robur per adipem designať, de quibus
1.Regũ.18 in primo lib. habeť. Vel ita occisus est Saul & populus eius à sanguine interfectorũ & adipe fortiũ
.i. à Philistæis, in quibus viguit sanguis & adeps, per quæ duo fortitudo exprimiť, quoniam præstant
Iob.21 corpori robur, iuxta illud in Iob: Iste moriť robustus, ossa eius plena sunt adipe. ¶Quidam exponũt
sic, Ita

A fic, Ita abiectus est Saul à sanguine interfectorum.i. proppter peccatum quod cōmisit, vsurpando sibi sacerdotale officiū, quando obtulit holocausta & victimas, prout in primo lib. patuit. Porro Hebræi & quidā expositores catholici inchoant versum sequentē à verbis istis, A sanguine interfectorum, ab adipe fortiū. 1. Regū. 13 L Sagitta Ionathæ nunq̄ rediit retrorsum, & gladius Saul non est teuersus inanis J .i. Ionathas non direxit sagittas in hostes frustra, nec Saul percussit aduersarios sine effectu, sed perforauerunt & vulnerauerunt inimicos vsq; ad sanguinis effusionem, adipisq; læsuram, per quod insinuari videtur, q; etiam in hoc bello quo succubuerunt, multos Philistinorum interfecerunt antequàm interfecti fuerunt. L Saul & Ionathas amabiles & decori valde in vita sua. J Saul equidem in naturalibus donis fuit multum amabilis, strennuus quoq; in bellis, & pro defensione populi sui audacter ac sponte exposuit se periculis mortis. Et quāuis inique persequutus est Dauid, tamē amabilr habuit se ad pplm suum, & pplus valde dilexit eum, qa quocūq; se vertit, aduersariis suis præualuit. 1. Regū. 18 Denicq; ante promotionem suam ad regnū, atq; in regni sui principio erat tam bonus, & in grāe donis ita amabilis, q; in plebe non fuit melior & amabilior illo, vt dictum est in primo lib. 1. Regū. 9 Ionathas vero fuit excellenter amabilis in gratiarum ac naturæ muneribus, fidelis, probus & virtuosus, sic quoq; ambo fuerunt decori & pulchri. 1. Regū. 19 Nam vt in Ethicis Aristoteles protestat: Ad corporalem pulchritudinem tria requirunt, videlicet elegans statura, congrua habitudo, proportioq; membrorum, & superfusio viuidi ac conuenientis coloris. Hinc hoies paruæ staturæ non dicunt proprie pulchri, quāuis speciosi possint vocari. Saul aūt ab humero & supra, sup omnē pplm eminebat, & membra sua erāt adinuicē bene proportionata, atq; viuaci colore fuit pfusus. Ibidem. Ionathas quoq; quāuis minor fuit patre, tñ elegātis fuit staturæ, q etiam spiritali pulchritudine grāe ac virtutū fuit ornatus, sed & morali pulchritudine, q̄ cōsistit in morum

B condecentia vterq; resplēduit, quāuis Saul postea ex capitis debilitate interdū indecenter se habuit. L In morte quoq; nō sunt diuisi, J & ita sunt sibi inuicē assimilati ac counit in morte, quēadmodū & in vita. Vnde & amplius cōdolendū est eis, q; tales ac tanti pariter corruerūt. Hoc ipm & de pclarissimis viris Amico & Amilio, quorum miri & gloriosi gestus legunt, verissime dici potest, q sibi inuicē erant simillimi in vultu, mēbris, loquela ac moribus, erātq; pamabiles atq; pulcherrimi viri. L Aquilis velociores, J ad psequendū aduersarios, L leonibus fortiores, J ad pugnandū in pliis, quod tñ p modū hyperbolicæ loquutionis est intelligendū, vtpote p excessum prolatū, ad designandū, q; erāt valde veloces, agiles & robusti. L Filiæ Isrl', sup Saul flete J .i. eius mortem deplangite, L q vestiebat vos coccino in delitiis J .i. delitioso vestitu ex panno rubei coloris de hostium spoliis, L q pparabat ornamenta aurea cultui vro J .i. vestro amictui, circa quem estis multū intenti. Vel p cultum designat ornatus. Saul autem tam victoriosus fuit in pliis, quod de hostium pdis frequenter pstitit fœminis & puellis, pserttim nobilibus talia ornamenta. L Quomodo ceciderunt fortes in plio, J ex renouatione doloris istud repetiit Dauid, qa ex rememoratione pbitatum Saul ac Ionathæ, fuit in eo dolor de eorum interitu renouatus. L Ionathas in excelsis tuis occisus est J .i. sup montes pfatos terræ tuæ ò Isrl'. Vel, Ionatha in excelsis tuis occisus es, .i. ò tu Ionatha in iuuentute tua & in statu tuo sublimi es interfectus, qñ iam videbaris vicinior ad regnandum. Propter quod magis compatiendū est tibi. L Doleo sup te frater mi Ionatha, J frater mi ex familiarissima charitate & cultu religionis eiusdem, & qa de semine Isrl', & eiusdem speciei conformitate, & qñ soror tua est coniunx mea, L decora nimis, J sicut expositum est, L & amabilis sup amorem mulierum J .i. mulieribus amabilior, cū tamen viri vehemēter ad mulieres af- 1. Regū. 18

C ficiant, in tantū, vt sæpe vincant amore atq; delirent, prout in apocriphis Esdræ plenius recitat. Vel, amabilis sup amorem mulierum .i. affectū inflammans ad te amandū magis intense q̄ fœminę amant, q̄ etiam non mediocriter affici solent ad viros. Nā & sicut turpe appetit bonū, & materia formā, sic fœmina virum, vt dicit philosophus, quāuis & verba eius aliter queant exponi. L Sicut mater vnicū amat filiū suū, ita te diligebā, J tū ppter tuā bonitatē, tum ppter charitatem qua me pueniisti cū vicissem Goliam, vt dictū est in primo lib. tum ppter effectus charitatis tuæ ad me, & beneficia tua mihi impēsa, de qbus in multis cap. primi lib. est dictū, & ppter affinitatem. Ibidem. 1 Regū. 20 1. Regū. 22 Porro amor matris, pserttim viduæ ad vnicum filiū, est valde pcipuus, vt ait Hieronymus. Hierony. Talis etenim mater, viri solatio destituta, affectionē suam valde recolligit ac desigit in vnico pignore veteri sui. Vnde & Chrs dñs tali matri compatiens, suscitauit filium eius à matre. Luc. 7 His dictis rursus dolore stimulatus repetiit Dauid. L Quomodo ceciderunt robusti & perierunt arma bellica, J qa arma eorum fuerunt ablata p hostes, nec potuerunt armatos defendere. Iuxta hunc modū in carminibus iucunditatis solent aliqua verba iucundiora multoties repeti, & in carminibus tristibus aliqua verba dolorosiora. Circa phabita ait Petrus Comestor, Credit carmē istud metrice fuisse compositum, Estq; continentia huius carminis tripartita. Pet. Co. histo. lib. 2. reg. ca. 1 Primo agit de loco in quo facta est strages, & imprecat ei malum. Secundo, commendat Saul & Ionathan. Tertio specialiter commendat Ionathan, ostendens quantum dilexerit eum. Nec obest, si aliquando pluraliter, aliquando singulariter de eodem monte loquat. Est enim vnus mons plures habens colles. Montes isti (vt dicunt) ante fuerunt vberrimi, & imprecatus est eis Dauid non ariditatem, sed sterilitatem. Nā

 ait: Ne-

ait: Neq; ſint ibi agri primitiarum. i. fructuum optimorum, vt prius. ¶Alij dicunt maledictionem D
hanc prophetiam fuiſſe, quæ impleta eſt ſub Helia, quando facta eſt in Iſrael fames magna, vt in-
3. Reg. 17 fra tertio libro habetur. ¶Poſtremo, in verbis pſcripti carminis loquit̃ Dauid ad Ionathan mor-
tuum tanq̃ ad viuentem, vt moris eſt deplangentium mortuos, non q̃ mortui huiuſmodi verba
audiant, qui tamen ea varijs modis cognoſcere poſſunt. Nam corpore mortui, viuunt in anima,
& ea quæ fiunt pro ipſis, cognoſcere atq; percipere queunt pluribus modis.

¶De ſpiritali eiuſdem cap. primi intellectu. Arti. II.

EX iſto cap. docemur, virtutes ſancti Dauid conſiderare ac imitari. ¶Et primo eius pru-
dentiam, quia non ſtatim credidit adoleſcenti ardua recitanti, ſed certificari quæ ſiuit:
ſic & nos non ſine vera diſcretione credamus cuicunq; narranti, & rumores varios recitã
ti, aut etiam noua dogmata proponenti. Facili nanq; credulitate multi falluntur. Potiſ-
ſimũ vero difficulter credamus his qui referunt nobis mala de alijs & detrahentibus, ſeminanti-
busq; diſcordiam, nec proni ſimus alijs quaſi pro vero & certo narrare, quæ ex incerta relatione
Prouer. 14 audiuimus, nempe vt Salomon in libro prouerbiorũ loquit̃: Innocens credit omni verbo, aſtu-
tus autem conſiderat greſſus ſuos. In Eccleſiaſtico quoq; ſcriptũ eſt: Qui cito credit, leuis corde
Eccl. 19 1. Iohan. 4 eſt & minorabit̃. Hinc Iohannes apſus in ſua prima ſcribit canonica: Chariſſimi nolite omni ſpi-
Heb. 13 ritui credere, ſed probate ſpũs ſi ex deo ſint. Paulus quoq;: Doctrinis (inqt) varijs & peregrinis
nolite abduci. ¶Secũdo ex iſto cap. docemur charitatẽ, imò & euangelicã perfectionẽ electi Dauid
ſectari, q morteẽ ſui crudeliſſimi & iniuſtiſſ. inimici tã cordialr̃ deplorauit, q̃d vtiq; nõ feciſſet, ni E
1. Regũ. 20 ſi eũ dilexiſſet ex corde, à quo cũ tota ſua parẽtela fuit pulſus de regno, totiesq; quęſitus ad occidẽ
21. 22. 23 24. 26 dum. ¶Iam ergo ſub lege impleuit Dauid quod in Euangelio iubet Chrs: Diligite inimicos vr̃os,
Matth. 5 benefacite his qui oderunt vos, quod totum & nos implere conemur, alioquin non erimus veri
euangelicæ legis cultores. ¶Inſup nullus ſit ita maliuolus, vt de aduerſariorũ ſuorũ aduerſitate, rui-
na aut morte lætet̃. Imo cũ Dauid potius deplangamus illorũ interitũ, aduerſitatem, & caſum, cũ
Prouer. 24 ſcriptum ſit: Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuũ. Vnde
Iob. 31 & ſanctus Iob de ſeipſo ad noſtram ædificationem fatet̃: Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me
oderat, & exultaui q̃ inueniſſet eum malum. ¶Tertio inſtruimur ex hoc loco, quanta fuerit ſancti
Dauid humilitas, quia ad tanti regni principatum nequaquam aſpirauit ambitioſe, nam eos quo
rum præſidentia aut vita differebatur à regia dignitate, tam dire defleuit. ¶Abſit ergo à diſcipulis
& miniſtris filij dei omnis elatio & vniuerſa ambitio, nec pro ſuiipſius nec pro aliorũ promotiõe
quiſquam laboret incaute aut importune. ¶Veruntamen quidam in tantum excæcant̃ vaniſſima
ambitione, quod eorũ mortem deſiderant, quorũ officia aut prælationem ſiue præbendam ſibi,
aut ſuis exoptant, & ita coram deo ſunt homicidæ. ¶Quarto informamur ex iſto cap. ad zelum iu
ſtitiæ, vt exemplo Dauid afficiamur ſyncere ad omne bonum vere honeſtum, & recti ac æqui ſi-
mus tenaces, nulli parcentes contra iuſtitiam. Nam & illum Dauid fecit occidi, qui ſe dixit maxi
mum inimicum Dauid interfeciſſe. ¶Quidam vero ita iniuſti ſunt, vt mox ei applaudant, adhære-
ant & aſſiſtant, qui eorũ aduerſarijs ſe opponunt, & tales fiunt faciliter partiales, quod præſidenti
bus atq; iudicibus eſt maxime pcauendum. ¶Præterea aduertendum, q̃ Saule occiſo, Dauid ſciuit
1. Regũ. 16 ſibi iure diuino ius regale competere, quoniam ex dei iuſſione vnctus fuit in regem ad regnandũ
poſt Saulem, ideo habuit authoritatem occidendi præfatum adoleſcentem. ¶Quinto ex hoc loco
erudimur pia compaſſione mortuos deplorare, præſertim bonos prælatos ac deuotos preſbyte- F
ros, non quia migrauerunt de huius vitæ erumnis ad dominum, ſed quia eccleſia talibus filijs eſt
priuata, & plebs Chriſti talibus patribus, rectoribus ac patronis eſt deſtituta. Hinc tales preſby-
teros & paſtores ſanctus Ambroſius conſueuit amariſſime deplorare. ¶Et præcepit Dauid vt do-
cerent filios Iuda arcum. Per Dauid intelligitur Chriſtus, qui iubet vt prædicatores, paſtores &
ſuperiores doceant filios Iuda. i. fideles ſibi commiſſos, arcum. i. artem ſpiritaliter ſagittandi ad-
uerſarias poteſtates, qui feruentibus aſpirationibus, orationibusq; deuotis & omni exercitatione
virtutum ſagittantur ſeu affliguntur. ¶Ars etiam ſaluberrime ſagittandi eſt verbis feruidæ ſermo
cinationis & affectuoſæ exhortationis audientium corda accendere, amorisq; ſancti iaculo per-
forare. ¶Itaq; iuxta Gloſſam, Filij Iuda ſunt filij confeſſionis, qui corde credunt ad iuſtitiam & ore
Roma. 10 confitentur ad ſalutem. Qui duplici confeſſione ornantur, videlicet confeſſione laudis diuinæ ac
propriæ culpæ. Hos vult deus arcu ſcripturæ muniri, ne per ignorantiam in dæmonum conſpe
ctu ſuccumbant. ¶Præterea in ſcripturis per ſagittam multa ſignificantur. Primo, timor, pœna
Iob. 6 ſiue aduerſitas, vt cum ſanctus Iob proteſtatur: Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio
ebibit ſpiritum meum. Secundo, charitatis ſuccenſio, ſecundum illud in Canticis: Charitate vul-
Cant. 7 nerata ſum. Vnde & Auguſtinus loquitur deo: Sagittaueras tu cor meum.
Auguſt. Tertio, rancor ſiue detractio, quemadmodum in Hieremia habetur: Sagitta vulnerans lingua
Hiere. 9 eorum. Quarto, ipſe Chriſtus, qui ait per Eſaiam: Poſuit me dominus quaſi ſagittam electam.
Eſa. 49 Quinto, quicunq; prædicator idoneus. Vndè per Eſaiam loquitur deus: Mittam ex eis qui ſal-
Eſa. 66 uati fuerint in Aphricam & Lydiam tenentes ſagittam. Sexto, dura tentatio, iuxta id pſalmi:
A ſa-

A A sagitta volante in die. Septimo: Acuta & efficax prædicatio secundum illud in Psalmo: Sagit- Psal 90
tæ tuæ acutæ. Octauo: Iaculum corporale, vt hic: Sagitta Ionathæ nunquàm rediit retrorsum. Psal 44
Nono: Concupiscentia carnis, aut pœna damnationis. Vnde in Prouerbijs legitur: Ignorat q̄d Prouer. 7
sagitta transfigat cor eius. Considera Israel pro his qui mortui sunt. Per Israelem, q interpretatur
vir videns deum, Intelligit populus Chr̄ianus diuina contemplans q considerare debet ex morte
prædecessorum suorum, quam breuis fallax, incerta sit vita præsens, & q̄ stultum sit propter eius deli-
cias ac opes terrenas æternam mereri damnationem, & gloriam perdere æternalem. ¶ Insup,
pro his q mortui sunt morte peccati, & mortem incurrerunt infernalis miseriæ debemus ppende- Mich. 6
re, ne & nos taliter pereamus, sed corā deo iugiter ambulemus timorate, solicite, ac syncere. Sup
excelsa tua vulnerati, hoc est, in altitudine officiorum ac dignitatum vitijs læsi. In talibus quippe
contingunt multa & magna animarum pericula. Inclyti Israel super montes interfecti sunt. In-
clyti Israel sunt viri scientia atq; prudentia præditi, & in principatibus, seu prælationibus consti-
tuti. Qui super montes interficiuntur, quando de scientia sua inflantur, aut de sua eminentia intu-
mescunt, vel in suorum executione officiorum sunt negligentes. Vnde ait Hieronymus: Per gra- Hierony.
dus dignitatum, raro aut nunquàm ascenditur, q̄n multo grauius per vitia descendatur. Quomo
do ceciderunt fortes, hoc compassiue & dolorose dicendū est, dum personas religiosas & virtuo-
sas pcipimus esse subuersas, aut tentationibus victas, seu verba increpationis & virgam correctio-
nis impatienter sumpsisse, & eos q spū cœperunt, audimus carne consumari tepescere & neglige- Gala. 3
tius se habere. O quàm multi cadunt ac pereunt in montibus plationū, dignitatum, & officiorum, q
in conuallibus humilitatis, obedientiæ, timoris, ac simplicitatis possent saluari. Et tamen infelix ac
B stulta mens hoim semp ad altiora præsidendæ nitit, nec expauescit durissimū dei iudicium quod
in præsidentibus exercet. O ambitio crux ambientium, quomodo oībus placens, omnes tibi sub- Sap. 16
iectos torques. Nolite annuntiare in Geth, hoc est, secularibus hoībus non publicetis eccl̄iasticorum
peccata, nec aduersarijs fidei Chr̄ianæ insinuetis peccata, & aduersitates eccl̄iæ, ne exultent filiæ
incircūcisorum, hoc est, aīæ impiorum, q incircūcisi sunt corde ac moribus. Montes Gelboe, nec ros,
nec pluuia veniant sup vos. Gelboe interpretat decursus. Itaq; montes Gelboe designant maio-
res in pplo Iudæorum vitijs defluentium, q persecuti sunt Chr̄m, & inter quos Chr̄s ac plurimi eius
discipuli sunt occisi. Ideo iusto dei iudicio, neq; ros gratiæ, nec pluuia salutaris doctrinæ descen-
dit in corda ipsorum, sed aruerunt & tanq̄ infructuosissimæ arbores sunt extisi, atq; in ignem ęternū
proiecti. Quemadmodum enī in cacuminibus montium non colligit pluuia, nec peruenit humor
sed in concauis vallium, ita in superbis illis sacerdotum, scribarum, pharisæorum, ac pontificum cordi-
bus locum non repperit. Spūs sanctus, nec in eis sua charismata quieuerūt, sed in humilibus Chr̄i
discipl̄is, scd̄m quod dixit: Confiteor tibi pater, qa abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus Matth. 11
hoc ē, pfatis Iudęorum maioribus, q sapientes ac prudentes se esse iactabāt, & reuelasti ea paruulis. i. Luc. 10
humilibus. Nec sint ibi agri primitiarum, hoc est, congregationes hoīm fructuosorum, qm̄ q pfatos
Iudæos incredulos sunt secuti, omni fœcunditate gr̄æ ac virtutū sunt priuati. ¶ Porro, fideles di 1. Cor. 3
cunt agri ac vineæ dei, dicente Apl̄o: Dei agricultura estis, qa ibi abiectus est clypeus fortiū. Cly-
peus fortiū fuit pdicatio Chr̄i & Apl̄orum, contra vniuersa salutis obstacula muniens, & fideles audi
tores defendens, quam pdicationem infelicissimi abiecerunt Iudæi, & perierūt à sanguine interfe
ctorum, hoc est, propter scelera sua, quæ Chr̄m & eius discipulos occidendo, fecerūt. Sagitta Iona-
C thæ nunq̄ rediit retrorsum, hoc dici potest de efficaci pdicatore, cuius sermo nō caret fructu. Saul
& Ionathas amabiles & decori in vita sua, in morte quoq; non sunt diuisi, hoc dici pōt de quocūq;
fideli plato & martyre sctō, ac eius filio spūali seu fratre aut socio q in vita sua deo concorditer ac
feruide seruierūt, pariterq; pro Chr̄o martyriū sunt ppessi, vel, sil' in pace obdormierūt i dn̄o. Qua
les fuerūt beatissimi Petrus & Paulus, Symon & Iudas. Epictícus & Astion, multiq; tales sicut glo
riosus martyr Mauricius & qcūq; socius eius. Studeamus ergo, & nos esse vere amabiles bonitate
virtutū dulcedine morum, charitate obsequiorum, & decori luce, sapiæ ac gr̄æ venustate. Simus insup
aquilis velociores p dilectionis feruorem, contēplationis acumen. Et p agilitatem promptissimā
ad oēs obediētiā sanctā virtuosumq; actū vt viriľe ac celerrime, nō tn̄ sine discretōe aggrediamur
opa bona, & q̄cūq; deus reqrit à nobis. Simus itē leonibus fortiores, confidendo sp in dn̄o, & oīa
valendo in eo q nos confortat, ita vt eum vincamus, q tanquàm leo rugiens circuit, quęrens quem
deuoret. Filiæ Israel super Saul flete. Sic animæ subditorum bonorum debent lugere, cum fuerint Phil. 4
virtuoso pastore orbatæ, cuius exemplis atq; sermonibus vestiebantur, ac ornabantur amictu iu- 1 Pet. 5
stitiæ, splendore virtutum, & veste nuptiali quæ charitas est. ¶ Postremo, sicut Dauid tam ar- Matt. 21
denter ac tenerrime dilexit Ionathan syncero amore, tam naturali quàm sociali & familiari ac spi
rituali, ita ad proficiendum in omni virtute non mediocriter confert habere aliquem charissimum
frēm fidelissimumq; amicū veraciter virtuosum, quatenus seinuicem charitatiue corripiant exhor
tent, accēdant, ac iuuent ad oēm spūalem profectū, & ab omni carnali affectione abstineant, nec
vnus ab alio aliqd optet, q̄d sit virtuti contrarium, nec alter propter alium tale qd operetur, imo
omni homini magnū est releuamen atq; solaciū in omni hac vita habere familiarē & fidelē amicū,

Eccl. 6 Propter quod ait Eccl'iasticus: Amicus fidelis protectio fortis, q aũt inuenit illũ, inuenit thesauru. D
Amico fideli nulla est cõparatio, & nõ est digna põderatio auri & argenti contra bonitatẽ fidei il
Ibidẽ lius. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, & q metuunt dñm, inueniunt illum.
¶Veruntamen obseruandum est, quod ab eodem docet: Si possides amicum, in tentatione posside
illum, hoc est, tpe aduersitatis proba & experire, an veram amicitiam tibi ostendat effectu, & ne
facile credas ei teipsum. Est enĩ amicus scd'm tempus suum, & non pmanet in die tribulationis.
Amicus, si pmanserit fixus, erit tibi coæqualis, hoc est, humil'r habe te ad ipsum, quasi ad frẽm ac
socium, quàmuis sis maior eo. ¶Demũ & hoc ex isto inotescit capl'o, q iusto dei iudicio sæpe cõtin
gat, vt simulatores & callidi adulatores & humanæ grãæ potius quàm diuinæ exquisitores sæpe
incurrant detrimentum, displicentiam, aut etiam mortem ex verbis suis confictis, blandis, men-
dosis apud magnates seu alios, qbus putant p talia complacere. Idcirco nil melius quàm in verbis
& factis iuste atq; synceriter se habere, & cordis simplicitatem rectitudinemq; diligere. Quia &
Prouer. 22 Salomon contestatur: Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum regem.

¶EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI SECVNDI.

Igitur consuluit Dauid dominũ. Art. III.

Recitatur hic qualiter Dauid puenit ad regnum & aduersarius eius succu
buit. ⌊Igit post hęc consuluit Dauid dñm.⌋ Postquàm .s. deplanxit Sau
2. Reg. 1 lem & Ionathan, interfectosq; Israel. ¶An autem deplanxit eos septem
1. Reg. 31 diebus, quemadmodum in fine primi libri legun tur fecisse Iabitæ, hoc
2. Reg. 1 est, viri Iabes Galaad, an vno die dumtaxat, vt lra præcedentis capl'i vi- E
Eccl. 22 detur sonare, incertũ apparet. Iabitæ autem fecerunt, iuxta quod scri-
ptum est. Luctus mortui septem dies. ¶Deniq; iuxta præhabita in
primo libro Dauid consuluit dñm, hoc est, de agendis quæsiuit à deo
1. Re. 30 informationẽ atq; cõsiliũ per sacerdotem Abiathar iuxta modũ frequẽ
ter expressum, ⌊dicens⌋ ad dñm per sacerdotem: ⌊Num⌋ hoc ẽ, an ne
1. Re. 16 ⌊ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda⌋ id est, tribus Iudæ, de qua natus sum, & eam plus diligo
quæ & mihi magis assistet. Itaq; quando Dauid hæc dixit, videt adhuc fuisse in Sicelag quæ est in-
ferior situ q̄ regnum Iudææ. Ideo ait: Num ascendam. ⌊Et ait dñs ad eum: Ascende. Dixitq; Da
Gene. 35 uid: Quo ascendam?⌋ Ministerio angeli fiebat responsio sacerdoti, & p sacerdotem ad Dauid.
Iosu. 14. 15 ⌊Et respondit ei in Hebron⌋ Quæ fuit vrbs inclyta, & famosa, & data fuit Caleb in possessionẽ.
Gene. 23 in qua etiam Abraham aliquando habitauit, vbi & Sara defuncta est, vt in Genesi legit. Hinc dñs
iussit, vt Dauid inciperet regnare ibidem. ¶Circa hoc scribit qdam: In illa ciuitate sepulti sunt qua-
tuor principales patriarchæ, qđ stare non potest, nisi sic intelligat: In illa ciuitate .i. prope eã. Nam
Geñ. 23 extra Hebron in spelunca duplici, in agro sepulti fuerũt. Vnde & in Genesi Abraham ait: Interce
dite pro me ad Ephron, vt det mihi speluncam duplicem quam habet in extrema parte agri sui.
⌊Ascẽdit ergo Dauid & duæ vxores eius⌋ Quas accepit post Michol filiam Saulis. ⌊Achinoem
Iezraelitis⌋ quia de vrbe nomine Iezrael fuit. ⌊Et Abigail vxor Nabal Carmeli. Sed & viros q
erant cum eo, duxit Dauid⌋ hoc est, secum perduxit, ⌊singulos cum domo sua,⌋ id est, cum suis
domesticis, puta vxorę ac sobole, quos noluit in sua prosperitate relinquere, quia in aduersis com
municauerant sibi, adhuc quoq; indiguit eorum subsidio. ⌊Et manserunt in oppidis Hebron,⌋
hoc est, quæ erãt prope Hebron in Gyro, & pertinebant ad Hebron, tanquàm ad vrbem princi- F
paliorem. Nec poterant omnes conuenienter habitare in Hebron, quæ fuit aliunde satis populo-
Iosue 21 sa. Aliqui tamen ex maioribus habitauerunt cum Dauid in Hebron. ¶Porro, per oppida He-
bron intelligũtur hic forsitan villæ Hebron, de quibus legit in lib. Iosue. ⌊Veneruntq; viri Iuda⌋
hoc est, de tribu Iuda, quæ populosior, bellicosior, ac nobilior erat. ⌊Et vnxerunt ibi Dauid⌋ in
3. Reg. 1 regem, per manus sacerdotis, aut alicuius prophetæ. Vnde & infra tertio libro describitur Salo-
mon vnctus per manus Sadock pontificis, & Nathan prophetæ, ⌊vt regnaret super domum Iu-
da.⌋ Dauid quoque iam ante semel vnctus fuit in domo patris sui per Samuelem prophetam.
1. Re. 16 Vnctus est etiam tertio rex super vniuersum populum Israel, vt infra habetur. ⌊Et nuntiatum
2. Re. 5 est⌋ ipsi ⌊Dauid quod viri Iabes Galaad sepelissent Saul,⌋ & etiam Ionathan cum grandi pe-
1. Reg. 31 riculo & labore, vt in vltimo primi libri capitulo elucescit. ¶Probabile reor, quod hi qui istud
retulerunt regi Dauid, fuerunt amici Ioabitarum, volentes ipsum Dauid inclinare ad beneuolen-
tiam circa Ioabitas, quia iam satis fuit vulgatum, quod Dauid occiderat eum, qui dixit se occidis-
2. Reg. 1 se Saulem. Ideo non videtur quod isti intenderint ipsum Dauid auertere à Ioabitis recitando
hoc factum. ⌊Misit ergo Dauid nuncios ad viros Iabes Galaad⌋ Quæ erant de tribu Manasse, vt
Nu. 32. 36 patet in libro Numerorum. ⌊Dixitque ad eos⌋ Per os nuntiorum, vel per epistolam. ⌊Benedi-
cti vos à domino,⌋ hoc est, benedicti, & dona gratiæ consequuti estis à deo. Vel benedicti si-
tis, seu benedicamini à dño deo, ⌊qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, &⌋
pro id est, ⌊sepelistis eũ⌋ Siqdem mortuos sepelire inter septem corpalia miæ opa computat.

⌊Et nũc

L Et nunc retribuet vobis quidem dominus misericordiam ⅃ hoc est, veniam & grãm. Beati enim Matth.5
A misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequent. In Prouerbijs quoq; scriptũ est: Per fidem Pro 15.
& misericordiam purgant peccata, L & veritatem, ⅃ id est, veram mercedem ac summæ veritatis
beatam notitiã, dũmodo pseueretis in bonis, vel veritatem, hoc est, retributionem quã talibus ꝓ-
misit vere impendet vobis. L Sed & ego reddã grãm ⅃ .i. gratiosam retributionem vltra quã spe-
ratis à me, L eo ꝙ fecistis verbũ istud ⅃ hoc est, opus hoc significatũ p hoꝝ verboꝝ complexum.
Verbũ quippe frequenter accipit ꝓ verboꝝ congerie seu sermone. Et nunc ꝓ re significata p tale
verbũ accipit. Princeps aũt debet plebi suæ esse gratus, atq; beneuolus ꝓ fidelitate eius & pio obse
quio. Nam vt philosophus in politicis ait: Per hoc princeps subditos suos ad meliora ꝓcipue ꝓ-
uocat, quod circa obedientes fideles & pios exhibet se liberalem, gratum, beneficũ. L Confortent
manus vræ ⅃ id est, vos ipsi roboremini, quia p partem totum significat. Et quoniam manus est or-
ganũ organoꝝ secundũ philosophum, in quo ꝓcipue sita est vis operatiua, idcirco p manuum con
fortationem totius hoĩs fortificatio designat. L Et estote filij fortitudinis ⅃ hoc est, multũ fortes, si Ibidẽ
cut aliqs dr̃ filius inconstantiæ, qa multum inconstans, aut homo virtutis, qa valde est virtuosus.
Sic quoq; Antichrĩus vocat homo peccati. Et Ruth, mulier appellat virtutis, & sumit fortitudo 2. Thess.2
hic ꝓ virtute potius, q̃ ꝓ robore corpali. L Licet eñ mortuus sit dñs vester Saul, tñ me vnxit do- Ruth.3
mus Iuda ⅃ hoc est, familia stirpis Iudæ L in regem sibi ⅃ Ideo potens sum benefacere vobis & bo
næ spei esse debetis. Sequit de principatu Isboseth filij Saul. L Abner autem filius Ner princeps
exercitus Saul tulit ⅃ id est, secum sumpsit, L Isboset filium Saul, & circumduxit eum p castra, ⅃ id
est, p loca, & congregationes decem tribuum. Vel p castra, hoc est, p locum, sic proprie dictum.
B Qui in Hebræo Mahanaim nuncupat, quia in eo angeli occurrerunt sancto Iacob de Mesopo-
mia redeunti, iuxta illud Geneseos: Fuerunt ei obuiam angeli dei, quos cum vidisset, ait: Castra
dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim, id est, castra.

¶ Deniq; dictum est vltimo primi libri caplo: Quod filij Israel, qui erant trans vallem & trans 1. Regũ.31
Iordanem, mortuo Saul, ciuitates suas ex timore reliquerunt atq; fugerunt. Et illi deinde se colle
gerunt, vt fierent fortiores, atq; p castra, hoc est, p congregationes illas, ac alias circumduxit Ab-
ner hũc Isboseth, L regemq; constituit ⅃ ipsum Isboseth L sup Galaad ⅃ id est, sup habitatores ter
ræ Galaad trans Iordanem L & sup Gessuri ⅃ hoc est, terram sic dictam ad terram ꝓmissionis pti
nentem. Verũtamen qdam dicũt in Hebræo haberi, Sup Assuri, i. tribũ Aser. Nam tpe Saul filij Is
rael, nõdũ obtinuerũt dominiũ sup regnũ, seu territoriũ Gessuri, cũ & infra dicat q̃d Absolon fugit 2. Regũ.13
ad regem Gessuri, pſem mřis suæ, nisi forsan Gessuri hic sumat pro alio loco, aut oppido sic voca
to, sicut frequẽter in simili accidit in scripturis, L & sup Iezrael, & sup Ephraim, & sup Beniamin ⅃
hoc est, tribum Beniamin, quæ familiarius, ac vehementius adhæsit Isboseth Beniamitæ, quia de 1. Regũ.9
stirpe Beniamin fuit, L & sup Israel vniuersum, ⅃ id est, cæteras Israel tribus, tribu Iudæ excepta.
Sic q; p synecdochen sumit hic totum ꝓ parte sua maiori. Intelligendum est autem q̃d Abner qui
erat valde potens in pplo, induxit ꝓfatos filios Israel ad consentiendũ vnctioni Isboseth sup eos in
regem. Veruntamen constitutio illa Isboseth in regem sup illos, non fuit legitima, sed vsurpatiua,
nec fuit de iure, sed de facto, qa frequenter ꝓdixerat deus regnũ auferendũ à semine Saul, & ipsum 1. Reg.13.15
Dauid fecit vngi p Samuelem in regem. Præterea aduertendũ, qa vt refert Lyra, Rabbi Salomon 1. Regũ.16
dicit ipsum Abner constituisse Isboseth regem, ad verificandũ, q̃d in Genesi deus locutus fuit ad R Salo.
C Iacob: Reges ex te egredient, & tamen omnes filij Iacob erant tunc nati ꝓter Beniamin. Sicq; si- Genes.35
gnificatum fuit, quod ei de Beniamin essent duo reges futuri, vz Saul & Isboseth. Sed istud nulli-
us videt valoris. Nam dato quod de solo Iuda ortifuissent reges, adhuc verificata esset illa ꝓmissio
Constat nãq; quod nullus inmediatoꝝ filioꝝ Iacob rex fuerit, sed in posteris fuit sponsio illa im
pleta. Nec etiam p verba illa significatum fuit quod de quolibet filioꝝ Iacob eẽnt reges nasci turi,
imo nec nati sunt. Insup in Genesi legit deus Abrahæ ꝓmisisse nõ semel dũtaxat: Reges ex te egre Gene.17
dient, diu antequam Isaac fuit natus, in cuius posteritate fuit impleta illa ꝓmissio. L Quadraginta
annoꝝ erat Isboseth filius Saul cum regnare cœpisset sup Isrl̃, & duobus annis regnauit. ⅃ Abner
vero non videt excusari à culpa, ꝓcurando ꝓmotionem Isboseth huius in regem, qm̃ sciuit re-
gnum fuisse ꝓmissum ipsi Dauid à deo, idcirco non debuit regi Dauid resistere. L Sola aũt do-
mus Iuda sequebat Dauid ⅃ obediendo ei vt regi, & acceptando eum in regem. ¶ Sed obijci po-
test, ꝙ in primo libro Paral. legunt valde multi confugisse ad Dauid, cũ adhuc esset in Siceleg, de- 1. Paral.12
inde cum erat in Hebron valde multa milia de diuersis tribubus Isrl̃ venerũt ad eum, vt esset eoꝝ
rex Isboseth adhuc viuente atq; regnante. Nam legit ibi, de filijs aũt Beniamin tria milia venerũt
ad eũ. Magna eñ pars eoꝝ adhuc sequebat domũ Saul. Ad hæc respondendũ videt, ꝙ sola tri-
bus Iuda tota & integra sequebat Dauid. De alijs vero tribubus aliq quotidie confugerũt ad Da-
uid, prout in ꝓallegato libro satis innuit. L Et fuit numerus dieꝝ quos commoratus est Dauid im
perãs in Hebrõ sup domũ Iuda septẽ annoꝝ, & sex mẽsiũ. Egressusq; ẽ Abner fili' Ner & pueri ⅃
hoc est, serui seu etiã cognati, L Isboseth filij Saul de castris ⅃ .i. de turmis seu mãsionibus suis, L in
Gabaon, ⅃ hoc est, ad locum prope vrbem sic dictam. Vel in Gabaon cœperunt egredi.

L Porro

⌊Porro Ioab filius Saruiæ & pueri⌋ .i. ministri ac propinqui ⌊Dauid egressi sunt, & occurrerũt D
eis iuxta piscinam in Gabaon⌋ hoc est, prope oppidũ illud in campo. Non enim conuenerũt infra
vrbem. ⌊Et cũ in vnũ⌋ locum ⌊conuenissent⌋ ex condicto (vt aliqui opinantur) siue ex casu, ⌊è re
gione⌋ .i. ex opposito, ⌊sederũt hi in vna parte piscinæ, & illi ex altera⌋ parte. Piscina aũt vocat
congregatio aquarum, præsertim pluuialium. ⌊Dixitq; Abner ad Ioab: Surgãt pueri⌋ .i. aliqui pu-
gnatores ex vtroq; exercitu, ⌊& ludant coram nobis⌋ hoc est, delectabiliter prælient contra se-
Hierony. inuicem singulari certamine, ostendentes robur suũ atq; audaciam. Circa hoc scribit Lyra, quòd
R. Paulus verbũ hebraicũ pro quo Hieronymus transtulit, Ludãt, æquiuocũ est ad ludere & occidere. Hic
aũt pro occidere ponit, Et ad alia quædã. contra quod scribit R. Paulus: Quàmuis verbũ illud he-
bræum æquiuocũ sit, nunquam tamen significat occidere. Et in hoc loco proprie significat ludere. Verũ-
tamen ludicra quæ inter hostes fiũt, frequenter inducũt occisiones, vt in proposito. Quemadmodũ
etiam hastiludia ad militare exercitiũ facta, sæpe inducũt plagas & læsiones, non tamen ista signi-
ficant per verbũ hoc ludere. Hæc R. Paulus. ⌊Et ait Ioab: Surgant. Surrexerunt ergo & transie-
runt numero duodecim de Beniamin ex parte Isboseth filij Saul, & duodecim de pueris Dauid.
Apprehensoq; vnusquisq; capite comparis sui⌋ .i. æqualis seu socij sibi contrarij, ⌊defixit gladiũ
Iose. lib. 7 an. ui cap. 1 in latus contrarij⌋ Iosephus & quidam eũ sequentes, dicũt hoc sic intelligendũ, quod vnusquisq; illo-
rum duodecim puerorum Dauid, defixit gladiũ in latus sui contrarij, ita quod pueri Dauid manserunt
superstites. Sed obuiare videt quod subdit. ⌊Et ceciderũt⌋ hoc est, mortui sunt ⌊simul.⌋ Scri-
ptura quoq; hæc indeterminate affirmat, quod vnusquisq; transfodit latus comparis sui, nec innuit
hoc magis esse intelligendũ de pueris Dauid, quàm Isboseth, imo addendo, & ceciderũt simul, insinua E
re videt, verba illa esse de vtrisq; intelligẽda, idcirco hoc verius credit, quia plus cõsonat textui. ⌊Vo
catumq; est nomen loci illius, ager robustorum in Gabaon⌋ .i. prope, quia nec agri solent esse in vrbi
bus. Quidã refert, in hebræo haberi, cãpus conscisorum, quoniam gladijs mutuo conscisi corruerũt, sed po
tius reor in hebræo haberi, sicut Hieronymus trãstulit. Et forte verba illa hebraica vtrunq; desi-
gnãt, magisq; apte Hieronymus trãstulit, ager robustorum, quàm si transtulisset, cãpus cõscisorum. Primo
quoniam pueri vtriusq; exercitus audacter & fortiter videbant egisse. Secundo, quia transfixi fuerũt propriæ
non conscisi. ⌊Et ortũ est bellũ satis durum in die illa⌋ vterq; enim exercitus condoluit suis, ita occisis
& inflãmatus fuit ad præliãdũ, atq; ad vlciscẽdũ ruinã suorum. ⌊Fugatusq; est Abner & viri Israel à pueris
Dauid. Erant aũt ibi tres filij Saruiæ⌋ sororis Dauid vz. ⌊Ioab & Abisai & Asael. Porro Asael cur
sor velocissimus fuit, quasi vnus ex capreis quæ morant in syluis⌋ quæ velociores sunt domesticis
capreis. Ideo verbũ hoc intelligi potest per modũ hyperbolicæ locutionis. ⌊Persequebat aũt Asael
Abner⌋ iuuenili & incauta audacia, non cõsiderãs fortitudinem, experientiã atq; peritiam ipsius
Abner in bellicis rebus, ⌊& nõ declinauit ad dexterã, neq; ad sinistrã omittens persequi Abner. Re
spexit itaq; Abner post tergũ suũ, & ait: Tu ne es Asael? Qui respõdit: Ego sum. Dixitq; ei Abner:
Vade ad dexterã siue ad sinistrã, & apprehende vnũ de adolescentibus⌋ exercitus mei, ⌊& tolle ti-
bi spolia eius⌋ hoc est, rebus suis expolia eũ, vt iure prælij sint spolia tua, ea quæ habet ille, vel quæ
abstulit de parte tua, tanquàm dicat: Si fortitudinem tuam vis experiri, inuade vnum de iuuenibus
meis tibi similibus, & si queris vincere eum, accipe spolia eius. ⌊Noluit autem Asael omittere
quin vrgeret eum,⌋ hoc est, quin importune artaret ipsum Abner, atq; compelleret eum ad resi-
stendũ, quia velocior erat quàm Abner vir grandeuæ ætatis, non tamen robustior, imo multum imperitior il F
lo. ⌊Rursumq; locutus est Abner ad Asael. Recede, noli me sequi, ne fortè compellar confodere
te in terram,⌋ hoc est, ita transfigere, vt protinus cadas moribundus in solum. Ex his elicitur pru
dentia, patientia, mansuetudo, maturitas huius Abner, qui importunitatem illius iuuenis tã lon
ganimiter tolerauit, quem se posse faciliter superare non dubitauit. ⌊Et leuare non potero fa-
ciem meam ad Ioab fratrem tuum,⌋ hoc est, coram Ioab non potero apparere securus, nec eius
gratiam inuenire, si te fratrem ipsius occidero. Itaque Abner timuit ipsum Ioab potius propter
ipsius calliditatem, quàm vires. Nam & Abisai fortior fuit quàm Ioab, vt infra patebit, & primo
1. Paral. 11 libro Paralipomenon vndecimo capitulo satis innuitur.

¶ Insuper, Abner vidit partem Isboseth deficere omni die, & partem Dauid proficere. Sciuit
quoque quod regnum fuit promissum ipsi Dauid à deo, propterea conijciebat quod Dauid
præualeret, & regnaret in breui, & quod tunc Ioab fieret vnus de potentioribus regis, quia &
nunc fuit quasi princeps exercitus, sicq; indigeret fauore & gratia Ioab. ⌊Qui audire contem-
psit, & noluit declinare.⌋ Ex quo videtur, quod ex elatione & vana gloria desiderauit deijcere
ipsum Abner, vt videretur perpetrasse rem magnam, prosternendo principem militiæ partis ad-
uersæ. Si tamen Asael ex zelo iustitiæ sic insecutus est Abner, & eum audire contempsit, quate-
nus superaret capitaneum eorum, qui iniuste restiterunt regi Dauid, quatenus capitaneo illo occi-
so pax citius sequeretur, laudabiliter egit. ⌊Percussit ergo eum Abner auersa hasta.⌋ Ita quod
ipse Abner totus peritus in bellicis rebus, quasi progrediendo repente vertit hastam suam in pro
prijs manibus. Sicq; celerrime vulnerauit Asaelem ⌊in inguine,⌋ hoc est, in parte inferiore circa
virilia vbi vulnus letale est cum ferro seu mucrone lanceæ suæ.

Quidam

A Quidam tamen exponunt sic: Auersa hasta, id est, cũ ligno hastæ posteriore, cui expositioni obuiare videt, qđ subdit: ⌊Et transfodit⌋ quia non apparet qđ cum ligno illo potuerit eũ ita transfodere. Ideo qdam exponũt sic: Aduersa hasta, hoc est, hasta versa ad Asaelem. ¶ Porro vt fert in Hebræo habet: Percussit eũ post epar in quinta, i. iuxta vitalia membra in costa vbi ictus mortalis est, ⌊& mortuus est in eodem loco. Omnesq; q trãsibãt p locũ in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, subsistebãt⌋ ad videndũ cũ admiratione, & forsan compassione tã egregiũ audacem ac velocem iuuenem, tã subito interfectũ, vtpote regis Dauid nepotem. ⌊Persequentibus aũt Ioab & Abisai⌋ cum eorum exercitu ⌊fugientem Abner⌋ cũ suis ad vlciscendũ sanguinem fratris sui ⌊sol occubuit⌋ ideo propter imminentem noctis caliginem oportebat cessare à prælio ⌊Et venerũt vsq; ad collem aquæductus⌋ Propriũ nomen est montis illius, ⌊q est ex aduerso vallis & itineris deserti in Gabaon. Congregatiq; sunt filij Beniamin ad Abner⌋ tanq̃ ad principem. ⌊Et cõglobati in vnũ cuneũ⌋ Ad adiuuandũ seinuicem, ⌊steterũt in summitate tumuli⌋ hoc est monticuli ⌊vnius⌋ seu loci eminentioris scđm glossam, vt ex loco illo fortius repugnarẽt adiuti altitudine loci. ⌊Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait: Num vsq; ad internitionem tuus mucro desæuiet⌋ i. tam instãter & immoderate psequeris nos, ac si velles nos omnino occidere gladio, qđ tñ incautũ & indecens est. ⌊An ignoras qđ periculosa sit desperatio?⌋ hoc est, attendere deberes qđ valde periculosum sit aduersarios in tantũ artare, vt desperent se posse effugere, qa frequenter cõtingit, vt in tali casu pvocati, fortius reluctent, plurimosq; occidãt de psecutoribus suis. Sic intra se cogitãtes. Oportet nos mori aut pualere. Et siue resistamus siue non, nõ est spes de fuga. Sicq; animant ad dimicãdum fortissime. Hinc de Alexãdro magno narrat: Quod dum quadã vice fe-
B cisset pontem laboriose, & exercitus suus põtem esset trãsgressus, pontẽ iussit mox destrui. Vnde exercitus suus admirãs, dixit: Quo aut p quem locũ fugiemus, si defecerimus in pl'io. Respondit q; Alexãder: Ideo pontem fregi, vt nõ cogitetis de fuga, sed certi sitis vos, aut morituros, aut triumphaturos in bello. Quo audito, fortissime pugnauerũt atq; pualuerũt. Scđm R. Paulũ in Hebræo habet: An ignoras, qũo amara erit in vltimis, vt sit sensus: Quãuis amaritudo seu dolor proueniẽs ex his quæ contingunt in bello, non sentiat de ipso bello feruente, in vltimis tñ cessante belli ardore, dolorose & amare sentit ex strage & detrimento quæ solent in bellis cõtingere. ⌊Vsq; quo non dicis pp'lo tuo, vt omittat psequi frẽs suos.⌋ Nã omnes sumus de semine Iacob, & eiusdem legis cultores, ideo inuicẽ misericordes esse debemus. ⌊Et ait Ioab: Viuit dñs, si locutus fuisses mane⌋ i. mature & diu ante hãc horã, pacem petẽdo. ⌊Recessisset pplus psequẽs frẽm suũ.⌋ hoc est, exercitus mecũ existens, & hucusq; psequens pplm tuũ, frẽm suũ, sumendo singulare pro plurali, iam diu cessasset vos insequi. ⌊Insonuit ergo Ioab buccina⌋ pro signo cessationis à psecutione ac prælio, ⌊& stetit ois exercitus, nec psecuti sunt vltra Israel, neq; iniere certamen. Abner aũt & viri eius abierũt p cãpestria Moab, tota nocte illa, & transierũt Iordanem, & lustrata omi Bethoron venerũt ad castra.⌋ de qbus prædictũ est, qđ Abner circũduxit ipsum Isboseth p castra. ⌊Porro Ioab reuersus omisso Abner, congregauit oẽm pplm⌋ i. totũ exercitũ suum, vt sciret, quot occisi essent de suis. ⌊Et defuerũt de pueris Dauid⌋ qui fuerũt cũ Ioab. ⌊Decem & nouem viri⌋ Quo constat qđ pueri accipiunt hic pro viris, ⌊excepto Asaele,⌋ qui erat vicesimus occisorum, & solus plus computabat, q̃ oẽs seu multi alij interfecti. ⌊Serui aũt Dauid pcusserũt de Beniamin, & de viris q erant cũ Abner trecentos sexaginta q & mortui sunt. Tulerũtq;⌋ Ioab & frater eius ⌊Asael⌋ hoc est, corpus Asaelis. ⌊Et sepelierunt eum in sepulchro patris sui⌋ mariti Saruiæ ⌊in Bethleem. Et ambulauerunt tota nocte Ioab & viri q erant cum eo. Et in ipso crepusculo puenerunt in Hebron.⌋ Ad Dauid, postquàm sepelierunt Asaelem vel potius postea, quàmuis sepelitio il-
C la ante narretur. ¶ Præterea aduertendum, quòd præfata pugna inter seruos Dauid & Isboseth fuit iusta ex parte Dauid, cui iure diuino regnum debebatur, idcirco & duodecim iuuenes qui de exercitu Abner concertauerunt contra duodecim iuuenes Ioab periculose egisse videntur nisi forsan per ignorantiam aut iussionem sui principis excusentur.

¶ De mystico huius capituli secundi sensu.

Articulus Quartus.

DAuid fuit Christi figura, & sicut Dauid (regnante Saule) exul fuit de terra Iuda, sic Christus filius dei remotus fuit, & alienus à cordibus hoim, regnante in eis diabolo. Postea Christus p incarnationis mysterium ascendit in vnam ciuitatum Iudę cũ duabus vxoribus suis. i. eccl'ia ex iudaismo conuersa. Itemq; cũ eccl'ia cũ gentilitate collecta, q̃s & si nondũ actu conuerterat, tñ per pcognitionem & electionẽ portauit eas in mente sua. Venerũtq; viri Iuda & vnxerũt ibi Dauid. Per viros Iuda intelligunt electi ex iudaismo, q cõfessi sunt Christum, & crediderũt in eũ. Quem & sup se vnxerũt. i. spũaliter esse vnctũ à deo patre pfessi sunt. Vel spiritaliter eum vnxerũt confessione laudis diuinæ & deploratione propriæ culpæ, atq; odore laudabilis famæ. Et nũtiatum est Dauid, quod viri Iabes Galaad sepelissent Saul. In omni historia huius negotij, Dauid designat psonam iudicis summi, videlicet Iesu Christi. Itaq; per hoc qđ Dauid regi intantum complacuit, quod Iabitæ sepelierunt dñm suum Saul, quàmuis iniustum ac

æmulũ

æmulũ sancti Dauid, figuratũ est, quòd Christo placẽt opera misericordiæ in iustis deũ exhibita D
Et item quod Christus requirit à subditis vt superiores suos quàmuis iniquos honorent, inquantum sunt vicarij dei. Abner aũt princeps militiç Saul circũduxit Isboseth. Per Abner & adiutores ipsius hoc loco designant principes praui, & eorꝫ ministri, q diuino contrariant honori, iustosq́ persequunt, & iustorꝫ promotionem ac prælationem impedire conant, cupientes quacunq́ arte
Phil 2 aut practica promouere siue intrudere impios sibi cõsimiles, à quibus temporalia commoda, aut promotiones consequi præstolant, quoniã quærũt quę sua sunt, non quæ Iesu. Sola aũt domus Iuda sequebat Dauid, id est, iusti ac timorati, qui deo synceriter confitent, Christo adhærent, atq́ legitimis electionibus eorum q prælatione sunt digni, consentiunt, ac suis parent prælatis. Et fuit Dauid commoratus, imperans sup domũ Iuda in Hebron septem annis & sex mensibus. Hebron interpretat coniugiũ seu visio sempiterna, sicq́ per Hebron hic significat ecclesia militans cũ qua Christus spiritale contraxit coniugium, desponsando sibi eã per fidem & charitatem. In qua etiã ecclesia, deus per fidem & grãm cernit, sempiternaq́ visio inchoat. In hac ecclesia morat Chr̃us
Matt. 28 septem annis ac totidem mensibus. i. per omne tp̃s seculi huius, quemadmodũ ait: Ecce ego vo-
Luc. 12 biscũ sum cũctis diebus vsq́ ad consummationem seculi, & imperat suis electis q ei obtemperãt, quibus locutus est: Nolite timere pusillus grex, qa complacuit patri, dare vobis regnum. Dixitq́ Abner ad Ioab, surgãt pueri & ludãt corã nobis. Per duodecim illos pueros vtriusq́ exercitus cõtra seinuicem præliãtes, intelligi possunt viri periti in iure, & in disputatoria arte, q solent mutuo altercari atq́ contendere & pugnare gladio oris sui coram superioribus, qs duorꝫ debeat obtinere prælationem, in quo bello præualent q partem digni legitimeq́ electi defendunt, præualent (inquam) ratione & iure, q̃uis interdũ aduersariorꝫ suorꝫ multitudine importunitate & inquietudine E
obruant. ¶Porro, Asael cursor velocissimus fuit. Per Asaelem istum nepotem Dauid, primo significant qui propinquorꝫ suorꝫ q̃uis iustorꝫ promotionem & prælationem ex carnali affectu cu-
Rom. 10 piunt aut tuent, ideo vulnerant in vitalibus cordis ac pereunt. Secũdo, per Asael exprimunt, q zelum dei habent, sed non scd̃m sciam, & amore iustitiæ moueri se putant, sed carent discretione, &
Deuter. 16 irrationabili impetu agitant, nec iustã causam iuste ac sapientialiter prosequunt, iuxta qd̃ in Deuteronomio iussum est: Iuste qd̃ iustum est exequeris, Hinc ab aduersa parte vincunt. Nam & Salo-
Pro 19 mon protestat: Qui festinus est pedibus. i. nimis feruens in affectibus suis, offendit. Ideo ait glossa Necesse est, vt q furentes & errãtes conant reprimere non in furorem aut iram se excitent, sed quid tranquillitatis est, monstrent. Hinc in Ecclesiastico legit: Fili in mansuetudine opera tua fac,
Eccl. 3 & super gloriã hominum diligeris. Non eñ debet homo seipsum sp̃ualiter lædere per passionũ excessum, vt aliũ curet in anima. Congregatiq́ sunt filij Beniamin ad Abner: Sic impij confluũt ad præsidentem iniquũ capitaneumq́ peruersum & conglobant, stantq́ in colle suæ elationis ad resistendũ iustis ac bonis hominibus. Verunt̃ dum princeps eorꝫ veret succumbere, postulat pacem, non pacis amore, sed periculi sui timore. Iusti aũt non debent esse nimis difficiles ad parcendũ iniquis. An ignoras, ꝙ periculosa sit desperatio, vere periculosissimũ est desperare. Periculosum est quoq́ per sermonem nimie rigorosum, aut p immoderatã correptionem seu correctio-
Esa 42 nem inducere proximũ aut subditũ ad desperationis propinquitatem aut desolationem. Non eñ
Matt. 12 conterendus est calamus conquassatus, nec extinguendũ fumigãs linũ, imo pusilli, infirmi, & lapsi sunt p discretionem recuperãdi, per spem confortandi, p salutarem doctrinam illuminãdi. Hinc F
1. Cor. 10 & deus non permittit nos vltra vires tentari ne desperemus, sed facit cũ tentatione prouentũ, dũmodo pro viribus resistamus vt consolemur, & augeat spes nostra in dñ̃o. ¶Porro, Ioab congregauit omnem pplm̃. Sic prælatus & princeps debet subditos suos per charitatem colligere, p pacẽ atq́ cõcordiã adunare, atq́ prudenter ppẽdere, q & q̃t in sp̃uali aut corporali certamine sint deuicti, vt oretur & celebretur pro ipsis, & omni modo possibili subueniatur eisdem. Et ambulauerunt tota nocte, ita & nos in omni aduersitate, persecutione, ac tentatione debemus ad Christum accelerare, & per semitas lucis procedere, nõ stare p pusillanimitatem, neq́ succumbere per consensum, sed tanto instantius agere virtuose, tentationibusq́ resistere, quanto acrius & importunius à malignis impugnamur spiritibus, vel certe à mundo aut carne seu improba propria voluntate. ¶Postremo, per hoc quod ter inunctus est Dauid, allegorice denotatur, quod Christus plenissime fuit vnctus omni diuino charismate in corde, & omni discretione, ac salutari do-
Rom 4. 9 ctrina in ore, omni quoq́ æquitate in opere, & primo vnctus est secrete in vtero virginis. Deinde constitutus est rex super conuersos ex iudaismo. Tertio, super omnem Gentem credentem, quæ per fidem est Abrahæ semen. Per idem vero tropologice figuratur, quod vnusquisq́ fidelis debet esse vnctus in mente per fidem & gratiã. In ore per confessionem & ædificatoriam locutionem. In opere per præceptorum custodiam, perseuerantiamq́ finalem.

¶EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI TERTII.

Facta est ergo longa concertatio inter domum Dauid &c.

Articulus Quintus.

Hic reci-

A Hic recitatur qualiter Dauid profecit quotidie ad regnandũ super totũ Israeliticũ populũ, per hoc ꝙ princeps militie aduersarioꝶ suoꝶ subiecit se ei, atq; occisus est. L Facta est ergo longa concertatio inter domũ Dauid & inter domũ Saulis ⅃ .i. inter cognatos & seruos ipsius Isboseth filij Saul & Dauid regis. Et recte asserit, cõcertatio illa facta inter domũ Dauid & domũ Saul, quia nec Dauid nec Isboseth videt̃ psonaliter interfuisse certaminibus illis. Isboseth quippe ex desidia, Dauid vero ex humilitate & prudentia noluit interesse, ne videret̃ immoderãter aspirare ad regnũ. Verũ tamen dictũ est capitulo pcedenti, ꝙ Isboseth regnauit duobus annis dũtaxat, vnde sequi videt̃, ꝙ concertatio illa vltra biennium nõn durauit, sed tempus quod in prosperitate & pace breue censet̃, in aduersitate & ꝑlio longũ apparet. L Dauid proficiens, ⅃ q̃a in tẽporalibus & spiritalibus bonis prosperabat̃, & p suos ministros fuit victoriosus, L & semp seipso robustior ⅃ .i. quotidie in fortitudine & subditoꝶ multiplicatiõe crescẽs ac fortior q̃ fuit ante. Nã vt ait Guilhelmus Parrisien. Fortitudo principis cõsistit pcipue in ppria atq; spontanea obediẽtia subditoꝶ. L Domus aũt Saul decrescens q̃tidie, ⅃ viribus & numero psonaꝶ. Nã & multi de Biniamin cõfugerũt ad Dauid, & multi ex eis fuerũt occisi, vt patuit in literali expositiõe pcedentis cap. aut in textu. Multi quoq; ex Beniamin vidẽtes ipsum Dauid prosperari & crescere omni die, retraxerũt se ab adiutorio Isboseth. L Natiq; sunt sex filij Dauid in Hebron. Fuitq; primogenitus eius Ammon de Achinoem Iezraelitide, & post eum Chileab de Abigail vxore Nabal Carmeli. ⅃ Primo Paralip. libro legit̃, ꝙ de Abigail habuit filiũ nomine Daniel. Respondet̃, ꝙ filius iste fuit binomius, & primo vocatus

2.Reg.3 · 1.Par.11 · 2.Reg.3 · 1.Para.3

B est Daniel & deinde Chileab. Quocirca dicũt quidã Hebræi, ꝙ cito post mortẽ Nabal, Dauid duxit vxorẽ illius istã Abigail cõiugẽ, quã cũ impregnasset, quidã opinabant̃, ꝙ ex Nabal concepisset, ideo pueꝶ natũ, Dauid vocauit Danielẽ, quod interpretat̃ iudiciũ, dicẽs: Iudicet dñs cuius patris sit filius iste, tuncq; miraculose vultus infantuli assimilatus est vultui Dauid. Idcirco extunc puer nũcupatus est Chileab, q̃d interpretat̃, quasi pater .i. similis patri. L Porro tertius Absolon filius Maacha filiæ Thalmai regis Gessur. ⅃ Gessur & Gessuri est eadẽ regio. ¶ Quærit̃, an licuit Dauid regi sumere puellã illã gentilẽ in coniugẽ? Et videt̃ ꝙ nõ, tum q̃a dispar cultus etiã tunc videtur matrimoniũ impediuisse, tum q̃m viri tenebant̃ ducere vxores de propria cognatione & tribu, vt legit̃ in libro Numeroꝶ. Ad istud quidã respondẽt, ꝙ Dauid inter mulieres captiuas concupiuit puellã, quã volens accipere coniugẽ, fecit ei pscindi vngues & radi capillos, & post ad eam intrauit, quod secundũ legem licitũ fuit, vt patet in Deuteronomio. L Quartus aũt Adonias filius Haggith. Et quintus Saphatias filius Abital. Sextus quoq; Ietraan de Egla vxore Dauid. ⅃ Viri iusti in veteri testamento, q ex diuina inspiratione aut dispensatione habuerunt plures vxores, vnicuiq; illaꝶ successiue & tẽpore suo reddebãt debitũ carnis, sicut in Genesi cõstat de Iacob. Vnde Rachel dixit ad Lyam: Dormiat tecũ hac nocte, in qua .s. mecũ dormiret ex temporis reuolutione, dierũq; circulo, & ita egisse ipsum Dauid, probat̃ ex textu isto. ¶ Iteꝶ quærit̃, cur Ietraam dicat̃ natus de Egla vxore Dauid, quasi alij nati non essent ex eius vxoribus? Respondet Glossa, Hæc est Michol, quæ inter multos sola dicitur vxor, quoniam eam in adolescẽtia primã accepit, quæ in partu fertur obijsse. Hinc & alij dicunt, Michol filia Saul vocat̃ hic Egla .i. vitula, iuxta p-

Nume.36 · Deu.21 · Gene.30 · 1.Reg.18

C prietatem linguæ Hebrææ, quia fuit ei coniuncta in iuuentute, fuitq; ipsi Dauid multum dilecta. Vnde & Sampson dixit de prima sua vxore: Si non arassetis in vitula mea. Alij tamen probabilius dicunt, ꝙ propter inquietudinem atq; lasciuiam cordis vocatæ sint vitulæ. Et quamuis in veteri lege licuit vni habere coniuges plures, prima tamen specialiter ac principaliter vxor appellabatur, propter quod Iacob dixit de Rachele, quam primam accepit in coniugem, quamuis Lyam ex ignorantia facti primo cognouit. Vos scitis quod duos genuerit mihi vxor mea, vt in Genesi habetur. Veruntamen his obijcitur, quoniam isti qui vocantur hic filij Dauid, nati fuerunt in Hebron, antequàm Dauid regnauit in vrbe Hierusalem. Michol autem adhuc vixit, Dauid in Hierusalem imperante, & tamen ipsa non peperit filium, nisi in fine vitæ suæ, secundum quod infra fertur. Igitur Micol non est natus filius vsq; ad diem mortis suæ. Vnde qui vult prædicta saluare, habet dicere, quod quamuis quinq; præfati filij Dauid fuerunt nati in Hebron, antequam in Hierusalem præfuit, tamen sextus iste diu post natus est, ita quod Egla seu Michol vicina partui descendit in Hebron, peperitq; ibidem, quæ solutio in scholastica historia tangitur. Deniq; præfatum filium Michol seu Egla Iosesphus nominat Nathan.

Iudic.14 · Gene.44 · 2.Reg.6 · Pet.Co. histo.lib.2 reg.ca.4 · Iose.lib.7 an.ca.3

L Hi nati sunt Dauid in Hebron. Cum ergo esset prælium inter domum Saul & domum Dauid, ⅃ hoc est, inter Dauid & filium Saul, L Abner filius Ner regebat domum Saul, ⅃ imo & ipsum Isboseth regem, qui erat deses & pauidus, Abner vero prudens, expertus ac strenuus, idcirco rexit familiam, L Fuerat autem Sauli concubina, nomine REZPHA, filia Aia, ⅃ quæ (vt aliqui dicunt) fuit legitima vxor Saul, sed concubina vocatur, quia iunior fuit vxor secundo accepta, minusqúe principalis, prout in Genesi duæ vltimæ vxores Iacob in-

Gene. 30. Iacob interdum concubinæ vocantur. De Abraham quoq; asseritur in Genesi, filijs concubina- D
Genes. 25 rum largitus est munera, quæ vtiq; erant vxores eius legitimę, sed an Rezpha hoc modo voce-
tur concubina Saul, incertum existimo. Dicit e qdem Thomas sup quartum Sententiarũ, φ dũ hi
quos excusare oportet à culpa adulterij. concubinas habuisse dicuntur, per concubinas intelligũ-
tur vxores legitimę secũdariæ, non autẽ oportet excusare Saulem, nec alibi in scriptura autentica
inuenitur, φ Rezpha fuerit vxor illius. ⌊Ingressus'q; est ad eam Abner.⌋ Erāt quippe pulchra val
Pet. Co. de, vt magister in historijs scribit. ⌊Dixit'q; Isboseth ad Abner: Quare ingressus es ad concubi-
hist. libr. 2 nam patris mei⌋ quasi dicat. In hoc fecisti opprobrium mihi. Dicunt aũt nonnulli, φ accepit eã
Re. cap. 4 vxorẽ, sic'q; matrimoniali concubitu ad eam ingressus sit, & addunt φ ideo fecit hoc, vt prole ex
ea suscepta, per adiutorium tribus de qua fuit oriunda, vsurparet sibi regnum, ideo Isboseth indi-
3. Regũ. 1. gnatus est ei, quẽadmodum Salomon Adonie, vt infra libro tertio scribitur. Alij dicunt, φ non
duxit eam vxorẽ, sed fornicario eam accessit concubitu, quod erat illicitum, reprehensione'q; di-
gnum. ⌊Qui iratus nimis propter verba Isboseth⌋ quia increpationem illam valde egre accepit
Prouę. 12. & in hoc multum peccauit, cum in Prouerbijs scriptum sit: Qui odit increpatiões, insipiẽs est. Et
Prouc. 14 iterum Salomon loquitur: Qui impatiẽs est, exaltat iustitiam suam. Itẽ'q;: Ne sis velox ad irascẽdũ,
Eccles. 7. quia ira in sinu stulti requiescit. Verũ tamẽ si accessit illam matrimoniali concubitu ex bona intẽ-
tione, potuisset ira eius excusabilis apparere, tanq̃ ira p zelum, quæ tamẽ non debet nimia eẽ vt
ista, ⌊ait: Nunqd caput canis ego sum aduersus Iudam hodie?⌋ ac si dicat: Non recte ago in hoc
φ instar canis latro seu irrationabiliter clamo contra Dauid & eius promotionem ad regnum, &
sum capitaneus hominum contra Dauid latrantium. Vel, iste est sensus: Vilis & abominabilis fa- E
ctus sum tribui Iudæ, velut caput mortui canis, ⌊q fecerim misericordiam sup domum Saul pa-
tris tui,⌋ i. fidelis ac pius fui posteritati & cognatis atq; domesticis Saul, psertim tibi. ⌊&⌋ pro
id est, ⌊sup fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid⌋ non tamẽ ipse Dauid q̃-
siuit occidere Isboseth, nec eum occidisset q̃uis traditus ei fuisset, nisi aliunde meruisset occidi, ⌊&
tu reqsisti in me⌋ i. in tantum exegisti à me causam factorum meorum, ⌊quod argueres pro mu
liere hodie⌋ i. increpares me, eo φ mulierẽ accesserim, cũ nõ videat res magni momẽti, φ prin-
ceps militiæ mulierẽ sibi placẽtem cognoscit, tanq̃ dicat, tot & tanta feci pro te, φ debuisses istud
dissimulasse. ⌊Hæc faciat deus Abner & hęc addat ei⌋ i. sic & sic puniat me, & afflictioni meæ ad-
dat afflictionẽ, ⌊nisi quomodo iurauit dominus Dauid sic faciam cum eo,⌋ i. nisi studuero adim
plere quod deus cum iuramẽto promisit ipsi Dauid promouẽdo eum ad regnum, ⌊vt transfera-
tur regnum⌋ i. regius principatus, ⌊de domo⌋ i. sobole, ⌊Saul, & eleuetur thronus Dauid,⌋ i.
potestas eius, solium'q; regale, ⌊super Israel⌋ i. super decẽ & seu vndecim tribus, qbus tu impe-
rasti hucusq;, ⌊& super Iudam⌋ i. tribũ Iudæ, ita vt non solum præsideat tribui Iudæ, sed cæte-
ris quoq;, ⌊à Dan vsq; Bersabee⌋ i. ab vna extremitate terræ promissionis vsq; ad aliam eius ex-
tremitatẽ. ⌊Et non potuit ei respondere quicquam⌋ i. ipse Isboseth non audebat aliquid loqui
contra hæc verba Abner, ⌊quia metuebat illum⌋ tanq̃ rectorẽ domus suæ, principem'q; militiæ
habentẽ in manu sua populum Israel. Timuit quoq; φ Abner traderet se manibus Dauid regis, si
contradiceret verbis ipsius Abner. Erat etem̃ Isboseth deses & formidolosus, nõ audax ac strẽ- F
nuus. ⌊Misit ergo Abner nuntios ad Dauid⌋ Noluit statim personaliter accedere ipsum Dauid,
sed per nuntios explorare, qualiter posset ei reconciliari & beniuolẽtiam eius captare. Itaq; misit
nuntios ad Dauid, ⌊in Hebron pro se⌋ i. ex parte sua, vel pro pace obtinẽda sibi cum Dauid, ⌋
⌊dicẽtes: Cuius est terra⌋ tanq̃ diceret. Tu scis φ populus terræ Israel in mea sit potestate, ita
φ possim flectere eum ad te, & itẽ auertere à te. Vel, Cuius est terra, quasi diceret, q̃uis terra pro-
missionis spectet ad te, sicut ad regẽ iure diuino, quo desuper es electus in regem, tamen de facto
in mea est manu, ⌊& vt loquerẽtur⌋ ex sua persona ad Dauid, ⌊fac⌋ tu Dauid, ⌊mecũ amiciti-
as⌋ hoc est, confœderationes & mutuam dilectionẽ, ⌊& erit manus mea tecum, & reducam ad
te vniuersum Israel⌋ hoc est, cæteras tribus inducam ad suscipiẽdum te pro rege. ⌊Qui ait: Opti
me. Ego faciam tecum amicitias. Sed vnam rem peto à te dicẽs: Non videbis faciem meam⌋ i.
non occurrã tibi placatus, nec representabo tibi me gratiosum, ⌊anteq̃ adduxeris⌋ mihi, ⌊Mi-
chol filiam Saul⌋ vxorẽ meam, quam in contumeliam regis Dauid ipse Saul dedit alteri viro, vt
1. Reg 25. dictum est in primo libro, ⌊& sic venies & videbis me. ⌊Misit autem Dauid nuntios ad Isbo-
seth filium Saul, dicẽs: Redde vxorẽ meam Michol⌋ mihi, qa iniuriosum est mihi, φ detinet ab
alio viro, & eam specialiter diligo, ⌊quam despondi mihi centum præputijs Philistijm⌋ i. Phi
1. Regũ. 18 listinorum, prout istud plenius scriptum atq; expositum est primo libro. Hæc verba mandauit
Hiero Dauid ad Isboseth, quia vt ait Hieronymus libro de Hebraicis quæstionibus Abner remanda-
uerat regi Dauid: Non possum tibi restituere Michol coniugẽ, quia Isboseth rex frater eius ha-
bet eam in sua potestate, ideo eius consensu indigeo. ⌊Misit ergo Isboseth⌋ qui non audebat am
plius contradicere regi Dauid, ⌊& tulit eam à viro suo Phaltiel filio Lais⌋ i. ad virum illũ mi-
sit epistolam seu legatos iubens vt remitteret sibi sororẽ suam Michol. Verum tamen Phaltiel
non fuit maritus verus atq; legitimus huius Michol, cuius verus maritus, videlicet Dauid vixit,
⌊Seque-

A ⌊Sequebatur'q; eam vir suus⌋ Phaltiel,⌊plorans vsq; Bahurim⌋.i.locum sic dictũ. Posset quis 1.Reg.25
æstimare ꝙ plorauit, quia inuite amisit tam nobilẽ mulierem, sed (vt dictũ est) in expositione li-
bri prioris, Phaltiel nunquã cognouit Michol, quia ipsa interim simulauit infirmitatem, & (vt
alij dicũt) Phaltiel fuit legisperitus & timoratus, nec voluit alterius mariti vxorem cognoscere,
idcirco libenter remisit eam, & fleuit præ gaudio, ꝙ interim deo auxiliante ab ea continuit se, &
quia ad proprium reuertebatur maritum. Porro quidã Hebræi dicunt, ꝙ fleuit, quia exercitium p-
fectionis à se recessit, quoniã magnæ perfectionis exercitiũ reputauit tantã matronã, tanq̃ soro-
rem secũ tenere, & ab ea iugiter abstinere. Veruntamen potius reor, ꝙ ex mœrore quodã plora
uit, etiam dato ꝙ eã libenter dimiserit, quemadmodum Rebecca non sine fletu separabatur à filio
suo Iacob, quem tamen ad Mesopotamiã tendere persuasit. Naturale est equidem in separatio- Genes.28
ne diligentiũ se plorare, quãuis separatio secundum vnã considerationem sit placens. ⌊Et dixit
ad eum Abner: Vade, reuertere. Qui reuersus est. Sermonẽ quoq; intulit Abner ad seniores Is-
rael⌋.i.tribuũ adhuc adhærentiũ Isboseth regi, quorũ seniores conuocauit, vt p eos persuaderet
& alijs quod volebat, ⌊dicens: Tam heri q̃ nudiustertius⌋.i.tempore nõ diu euoluto, & etiam
tempore diu elapso, ⌊quærebatis Dauid vt regnaret sup vos,⌋ defuncto Saule. Sciuerũt enĩ Da-
uid esse inunctũ à Samuele & esse aptissimũ ad regnandum, ipsum'q; Isboseth ad hoc prorsus ine 1.Reg.16
ptum. Vnde elicitur, ꝙ Abner ad tempus auerterat eos à Dauid. ⌊Nunc ergo facite⌋ Dauid sup
vos psidere, ⌊quoniam dñs loquutus est ad Dauid⌋ per prophetas, puta p Samuelem & Gad,
⌊dicens: In manu⌋.i.per obsequiũ, potestatem & regnum ⌊serui mei Dauid saluabo populum
meũ Israel de manu Philistinorũ,⌋ qui tempore Saul ac Dauid præ cæteris gentibus erãt molesti
filijs Israel, ⌊& omniũ inimicorũ eius. Loquutus est autẽ Abner etiam ad Beniamin⌋.i.tribũ Ben-
B iamin, quæ magis zelabat pro Isboseth, tanq̃ nato de sanguine suo, & iam diu pugnauit pro eo,
& illi de Beniamin erãt domestici Isboseth atq; custodes capitis sui, & valde inuite permiserunt
regiam dignitatem transferri de tribu sua ad aliã tribũ. Ideo diligẽtius erãt monendi, vt acquies-
cerent promotioni Dauid in regem sup eos. Ecce quomodo omnipotẽs ac sapientissimus deus
ex malis elicit bona, quia ex ira Abner processit hoc bonũ. ⌊Venit'q;⌋ Abner ⌊ad Dauid in He
bron cũ viginti viris,⌋ certus de amicitia Dauid, ideo paucos & honorabiles viros secũ adduxit
⌊Et fecit Dauid Abner & viris suis q venerant cũ eo, cõuiuiũ⌋.i.magnifice suscepit ipm Abner
& solenne cõuiuiũ exhibuit ei ac viris suis in signũ amicitiæ & cõfœderatiõis. ⌊Et dixit Abner⌋
facto cõuiuio ⌊ad Dauid: Surgã vt congregem ad te dñm meũ regẽ* vniuersum Israel,⌋ sicut ex als, omnẽ
positum est, ⌊& ineam tecum fœdus⌋.i.amicitiæ pactũ, quod feci tecũ secrete, coram omnibus
renouem, quatenus secure subdãt se tibi, ⌊& imperes omnibus, sicut desiderat anima tua,⌋ per
hoc non est intelligendum, ꝙ Dauid afficiebatur ambitiose ad dominãdum, sed ꝙ appetijt p-
esse vtiliter atq; pacifice, quærens bonum commune, nõ proprium & priuatum. ⌊Cum ergo de
duxisset Dauid⌋ ipsum ⌊Abner,⌋ eundo cum Abner per spatium aliquantum propter reueren-
tiam Abner, ⌊& ille isset in pace, statim pueri Dauid⌋.i. ministri & milites, bellatores'q; eius,
⌊& Ioab venerunt cæsis latronibus,⌋ qui terram Israel intrauerunt, defuncto Saul, & duobus re
gibus contra se dimicantibus, ⌊cum præda magna nimis,⌋ quam extra terram Israel acceperũt,
vel in terra Israel latronibus prædantibus abstulerunt. ⌊Abner autem non erat cum Dauid in
Hebron, quia iam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace, & Ioab & omnis exercitus qui erat
C cum eo, postea venerant. Nuntiatũ est itaq;⌋ ipsi ⌊Ioab à narrantibus⌋ domesticis Dauid. ⌊Ve
nit Abner filius Ner ad regẽ & dimisit eũ & abijt in pace. Et ingressus est Ioab ad regem & ait:
Quid fecisti?⌋ quasi dicat, incaute egisti. ⌊Ecce venit Abner ad te. Quare dimisisti eũ, & abijt &
recessit? Ignoras Abner⌋.i.non attendis fraudulentiam huius Abner, ⌊filiũ Ner, qm̃ ad hoc ve-
nit ad te, vt deciperet te, & sciret exitũ tuum, & introitũ tuum, & nosceret oĩa quæ agis?⌋.i. vt con
sideraret qualiter sit dispositũ tecũ & in domo tua, sic'q; agnosceret, q̃liter possit te facilius supera
re. Vnde Alexander magnus sub habitu alieno intrauit pro tali causa palatium Darij regis, & alij
plures fecerũt similia. Per hæc verba tentauit Ioab mutare & inclinare cor Dauid ad violandum
initum fœdus cũ Abner, sed Dauid non credidit verbis Ioab, qa & aliunde agnouit probitatem
ipsius Abner atq; versutias Ioab. ⌊Egressus itaq; Ioab à Dauid,⌋ quando vidit se non posse per
suadere regi quod voluit, vt Iosephus ait, ⌊misit nuntios post Abner,⌋ qui dixerunt, ex informa- Iose.lib.7
tion Ioab, ꝙ Dauid rex vellet adhuc conferre cum eo, ⌊& reduxit eum à cisterna Syra,⌋ quia iu- ant iu.ca.1
xta cisternam sic cognominatã, nuntij Ioab inuenerũt ipsum Abner, & ibi cœpit reuerti, ⌊igno
rante Dauid. Cum'q; redijsset Abner in Hebron⌋.i.esset in via redeundi, ⌊seorsum adduxit eũ
Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei in dolo,⌋ id est dolose. Ioab enim occurrit ipsi Abner,
quasi ex commissione regis habens secreta tractare cum ipso, & prætendebat vultum iucundum
ac gratiosum ad Abner. Quamuis enim dispositio cordis & vehementia passionum animæ so-
leant apparere in vultu, Ioab tamen ex sua calliditate sciuit in facie assumere apparatum dispositi-
tioni interiori contrarium, & in hoc quidam simulatores & callidi sequuntur callidum Ioab, ⌊&
percussit eum ibi in inguine,⌋ id est, improuise & proditorie trusit pugionem in vitalia Abner,

quem non audebat aggredi manifeste, nec Abner obseruauit se, eo ꝙ cõfœderatus eẽt Dauid re- D
gi & fautoribus eius, nec putauit ꝙ Ioab violaret amicitiæ pactũ, ⌊ & mortuus est in vltionẽ san
Iose lib. 7 guinis Asael fratris eius.⌋ Hoc Ioab allegauit pro causa homicidij huius, tamẽ vt Iosephus, aliiq́
an. iu ca. 1. cõmuniter dicũt, potius fecit istud ex ambitione atq; inuidia, q̃a ad principatũ militiæ aspirauit,
2. Reg 20. quẽ suspicabat̃ cõcedendũ ipsi Abner à Dauid, sicut & factũ fuisset, & ex tali radice occidit etiã
Per. Co. postea Amasam proprium cõsobrinum, vt infra habet̃. Hinc magister in historijs scribit: Verius
hist. libr. 2. est ꝙ Ioab timuit ne Abner fieret secũdus à rege. Nec propter interfectionẽ Asaelis habuit Ioab
Reg ca. 5 iustã causam aduersus Abner, qm̃ Abner occiderat Asaelem cum diligẽti præadmonitione & ex necessitate defendẽdi propriã vitã, cum adhibitiõe inculpatę cautelæ. Videt̃ quoq; ꝙ Ioab dimi-
2. Regũ. 2 ferat ipsi Abner interfectionẽ fratris sui, qñ insonuit buccina, & dixit: Viuit dñs si loquutus fuisses
mane, &c. Quamuis forsan ex dolo tunc tacuit de interfectione fratris sui, vt postea eũ vlcisceret̃
2. Regũ. 13 in Abner se non præcauẽte, iuxta quẽ modũ Absolon nihil loquutus fuit ad Amnon de violatiõe
suæ sororis. Aliqui tñ opinãtur, ꝙ Ioab adhuc non sciuit fratrẽ suum esse occisum, quãdo prætacta verba dixit ad Abner, & q̃uis Abner peccasset fratrẽ Ioab occidẽdo in prælio, hoc tñ debuit
esse sopitum atq; indultũ, per amicitiæ pactionẽ inter Dauid & Abner contractã. ⌊ Quod cũ audisset Dauid rem iam gestã ⌋ videlicet Abner sic esse occisum, ⌊ ait: Mundus ⌋ .i. innocens, ⌊ ego
sum & regnum meum ⌋ .i. successio mea regnatura, seu populus regni mei, vel regia mea authoritas, aut regnatio & præsidẽtia mea, ⌊ apud deũ in sempiternũ à sanguine ⌋ .i. à crimine quo effusus est sanguis. ⌊ Abner filij Ner & veniat super caput Ioab ⌋ .i. iuste ac debite puniatur pro tanto
facinore, quẽadmodũ postea factũ est, qñ Salomon ex cõmissione Dauid iussit ipsum Ioab occi- E
3. Regũ 2. di, ⌊ & super omnẽ domũ patris eius ⌋ .i. super eius cognatos, qui ei cõsenserunt, aut aliquo modo
cõmunicauerunt in crimine isto, ⌊ nec deficiat de domo ⌋ .i. posteritate, ⌊ Ioab, fluxum seminis
sustinẽs ⌋ hoc est, semifluus, etiam vltra q̃ passio talis naturaliter solet accidere, ⌊ & leprosus &
tenẽs fusum ⌋ .i. debilis viribus. Vnde vt fertur, Hebræi dicũt, tenẽs apodiamẽtum. Quidam per
tenentem fusum intelligũt effœminatũ & euiratum. Nonnulli per leprosum & tenentem fusum
intelligunt idem, videlicet virũ lepra infectum, atq; in manu tenẽtem fusum, hoc est breue vẽtilabrum, quod de folijs fit palmarũ, & inter digitos voluitur instar fusi. Vel, fusum .i. ligneũ instrumentum cum duabus, pluribusve tabellis, quas concutit leprosus, quando mendicat, ⌊ & cadens
Iose. lib. 7 gladio ⌋ .i. stragem in prælio patiens, ⌊ & indigens pane ⌋ .i. necessarijs vi[illegible] Præterea Iosephus
antiq. ca. 1. refert, ꝙ Dauid se excusando tetẽdit manum in cœlum quasi iurans, ꝙ [illegible] Abner eẽt occisus. Maledixit quoq; Dauid hoc modo Ioab & suis, imprecando eis tot mala pœnæ ex zelo iustitiæ, non ex vituperabili passione. ¶ Sed merito quæritur, cur & posteris Ioab sic maledixit, qui
nequaq̃ rei fuerunt criminis huius. Cũq; pœna debeatur culpæ, videtur fecisse iniuste, imprecãdo
tot pœnas innocẽtibus, saltem ab isto excessu. Respondetur, ꝙ cũ proles sit aliq̃d suorũ parẽtum
quantũ ad corpus quod ab illis contraxit, nõ quantũ ad animã quæ tota ab extra est per creationem. Idcirco proles quãdoq; pro parẽtum peccatis punitur in corporalibus per mala pœnalia, F
sicq; parẽtes puniuntur in sobole sicut in re sua, quemadmodum etiam pro crimine læsæ maiestatis filij hæreditate priuantur ac patria. Sic quoq; aliqui sancti in nouo testamẽto legũtur mala pœnalia imprecati, non solum authoribus criminis, sed & posteritati eorũ, quemadmodum sanctus
Remigius dixit de his qui sua blada incẽderant. Qui hoc fecerunt & posteri eorũ viri in genitalibus erunt rupti, fœminæ gutturosæ. Insuper dici potest, ꝙ sanctus Dauid hæc dixit per modũ
prænuntiationis propheticę ad designationẽ & cõmendationẽ longæuam diuinæ iustitiæ, iuxta
quẽ modũ loquutus est in psalmis multa similia. Itaq; imprecatus est illis quinq; mala, si leprosus
& tenẽs fusum pro diuersis sumãtur, quę si pro eodẽ accipiantur, imprecatus est eis quatuor ma-
Leuit. 15 la. Quinq; mala fuerũt, fluxus seminis, lepra, effœminatio, gladius, mendicitas. Porro fluxus se-
Numer. 5 minis & lepra fuerũt immũditiæ legales. Mendicitas quoq; multum à Iudæis abhorrebatur, eo
Leuit. 13 q̃d in Deuteronomio scriptum sit: Omnino indigẽs & mẽdicus non erit inter vos, imo omnia ista
Deute. 15 erant contraria terrenæ prosperitati quæ promittebat̃ in lege. ⌊ Igitur Ioab & Abisai frater eius
interfecerũt Abner, eo ꝙ occidisset fratrẽ eorũ in Gabaon ⌋ .i. iuxta Gabaon in campo, ⌊ in prę-
Iose. lib. 7 lio. ⌋ Videtur Iosephus velle ꝙ ipso Ioab loquẽte cũ Abner in dolo Abisai occiderit eũ, sed po-
ant. iu ca. 1 tius tenẽdum videtur, ꝙ Ioab propria manu hoc fecerit, sicut & textus aperte iam recitauit, & si
Abisai hoc fecisset Dauid maledixisset ei sicut & ipsi Ioab. Infra quoq; habetur, ꝙ Dauid in extre-
3. Regũ. 2 mis agẽs, filio suo Salomoni p̃cepit, vt mortem Abner vindicaret in Ioab, ꝙ si Abisai occidisset
hunc Abner, Dauid nõ dimisisset eum innoxiũ. Abisai etiã fuit tam audax & fortis, ꝙ bene ausus
fuisset aperte inuadere Abner, nec erat ita callidus ac dolosus vt Ioab. Cur ergo Ioab & Abisai dicuntur occidisse Abner, nisi quia Ioab id egit & Abisai consentiẽs astitit & paratus erat iuuare, si
si necessariũ eẽ vidisset. ⌊ Dixit aũt Dauid ad Ioab, & ad omnẽ populũ qui erat cũ eo ⌋ qui consensisse vidẽtur ipsi Ioab in hoc facto. ⌊ Scindite vestimẽta vestra ⌋ in signũ mœroris. Quod vero in Iohele habet̃: Scindite corda vestra & nõ vestimẽta vestra, intelligit̃ de scissione curiositatis
Iohelis 2 ac supstitionis, ⌊ & accingimini saccis ⌋ in signũ doloris & pœnitẽtiæ de vestris sceleribus, quẽadmodũ

A admodum in Iona fertur de Niniuitis: Operti sunt saccis à maiore vsq; ad minorem. & potest
per saccum intelligi vestis grossa & dura, quasi facta de panno, de quo sacci fieri solent. ⌊& plan- Jonæ.3
gite ante exequias Abner.⌋ Exequiæ appellantur planctus, siue officium pro defuncto.
⌊Porro, rex Dauid sequebatur feretrum,⌋ id est, lectum seu loculum in quo iacuit corpus exani
me, & deferebatur ad monumentum. ⌊Cum'q; sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid
vocem suam & fleuit,⌋ ita quod præ cordis dolore erupit in singultum & lugubrem vocem, ⌊su
per tumulum Abner. Fleuit autem & omnis populus,⌋ præsertim qui non erat de parte Ioab. Io
ab vero & sui non fleuerunt multum ex corde, vt creditur. ⌊Plangens'q; rex & lugens⌋ ipsum
⌊Abner, ait: Nequaquã vt solent mori ignaui mortuus est Abner,⌋ id est, non ita occubuit Ab-
ner, vt cadere solent negligentes & formidolosi in prælijs, qui videntes hostem super se venien-
tem, stant velut effœminati, non audentes viriliter reluctari, & ita non accidit huic Abner, qui
improuise occisus fuit. ⌊Manus tuæ non sunt ligatæ & pedes tui non sunt compedibus,⌋ id est,
catenis ⌊aggrauati,⌋ hoc est, non es ligatus iure prælij, nec captus aut vinctus occisusve viribus,
⌊sed⌋ dolose, ⌊sicut solent cadere coram filijs iniquitatis, sic corruisti,⌋ id est, ita occisus es frau-
dulenter, iniuste ac turpiter, sicut viri boni ac strennui solent interfici ab iniquis & fraudulentis,
qui violant pactum pacis, & quos non audent aperte inuadere, student sub specie amicitiæ clàm
necare. ⌊Congeminans'q; omnis populus,⌋ id est, planctum, singultum'q; duplicans ac resumẽs
⌊fleuit super eum.⌋ Nempe ex verbis regis tam dolorosis & affectuosis, atq; ex planctu eius tã
cordiali & copioso, mota fuerunt eorum corda vehementer ad fletum, & quia recordebant pro-
bitatum ac fortitudinum tanti viri, qui taliter corruit, & tanta bona frequenter fecit pro populo
tempore Saul. ⌊Cum'q; venisset vniuersa multitudo cibũ capere cum Dauid clara adhuc die,⌋
ipso Abner sepulto, ⌊iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi deus & hæc addat⌋ .i. quacunq; gra
B ui aut grauiori afflictione me puniat, & istud fuit iuramentum per execrationem, qua aliquis si-
bijpsi imprecatur malum pœnæ, si aliter egerit aut fuerit quàm iurat, iuxta quem modũ ait Apo 2.Cor.1
stolus: Ego testem inuoco deum in animam meam, &c. ⌊si ante occasum solis gustauero panẽ⌋
id est cibum, ⌊vel aliud quicquam.⌋ Circa quod aliqui scribunt. Ex hoc sumitur argumentum,
ꝙ ieiunium soluitur etiam potu, si vltra necessitatem sumatur. Itaq; istud iurauit rex, quatenus in
teriorem suam tristitiam designaret exterioris ieiunij inedia & labore, sic'q; innocentia sua de oc-
cisione Abner cunctis innotesceret certius. ⌊Omnis'q; pplus⌋ ibi existens, ⌊audiuit⌋ verba re-
gis, absentes quoq; postea audierũt ex relatione pñsentiũ, ⌊& placuerũt eis cũcta ꝗ fecit rex in cõ
spectũ totius populi,⌋ ad demonstrationẽ innocẽtiæ suæ, & ad ostendendũ suã charitatẽ ad Ab
ner atq; dolorẽ suũ de illius interitu. Item'q; ad declarandũ indignationẽ & iram suã per zelũ cõ-
tra Ioab & suos. Præterea talis ac tanta expurgatio ipsius Dauid fuit necessaria ad tollendũ om-
nem sinistram plebis suspitionẽ, quia faciliter ac veri similiter poterat æstimari à multis, ꝙ ex cõ
missione aut cõsensu Dauid fuisset Abner occisus, qa iam ante restiterat regi Dauid, & à filio soro
ris regis fuit occisus. Gaudebat q̊q; populus de expurgatione tã copiosa, & innocẽtia Dauid, qa
ex hoc libẽtius acceperũt eũ in regẽ, & securius adhæserũt ei, tanq̃ vere iusto & digno regia pote
state, & qa dilexerant ipsum Abner. Si aũt habuissent regem suspectũ de amicitiæ violatione &
homicidio tã iniusto, nõ immerito exhorruissent eius dominiũ. ⌊Et cognouit omne vulgus &
vniuersus Israel in die illa, qm̃ non a ctũ fuisset à rege, vt occideret Abner filius Ner. Dixit quoq;
rex ad seruos suos: Nũ ignoratis⌋ .i. ignorare nõ debetis, ⌊qm̃ princeps & maximus⌋ .i. ipse Ab
C ner q fuit princeps militiæ Saulis & filij eius, atq; secũdus post regẽ, vir vtiq; valde magnus pru-
dentia, strennuitate ac virtutibus ad bellatorẽ tantũ spectantibus, ⌊cecidit⌋ hodie ⌊in Israel⌋ .i.
in terra & pplo Israelitico, ideo valde dolẽdũ est. ⌊Ego aũt adhuc delicatus sum & vnctus rex⌋
.i. adhuc sum nouiter cõstitutus & nõ bene firmatus in regno, qa nondũ habeo totũ populũ Isrl'
mihi subiectũ, sed tribũ Iuda dũtaxat, nec scio dispositionẽ atq; negotia regni tã perfecte vt no-
uerat Abner, q tot annis fuit ea expertus, ideo eius consilio & auxilio ꝑcipue indigebã. Pro delica
to in Hebræo habet (vt fert) tener, & sensus redit in idẽ. Nã sicut planta recenter terræ inserta in-
diget nutrimẽto, sic Dauid nouiter regnare incipiẽs indiguit subsidio Abner, q poterat totũ po-
pulũ ad Dauid reducere. ⌊Porro viri isti filij Saruiæ duri sunt mihi⌋ .i. frequẽter me grauãt & pa
rũ me curãt, dũ aliter eis videt, & magnũ damnũ mihi iam intulerũt, priuãdo me tanti viri auxi-
lio. ⌊Retribuat dñs facienti malũ iuxtã maliciã suam⌋ .i. iuste ac debite puniat transgressores, pręsertim in vita hac, ne pereant in æternũ. Diuina nanq; iustitia nullũ malũ deserit impunitũ, iuxta
iuxta illud in Iob: Deus inultũ abire non patit. Nã & qui pœnitẽt, puniunt semetipsos suo pœni Job.24
tẽtiali dolore ac opis satisfactione, sic'q; deus punit eos ꝑ seipsos, dando eis grãm qua sic sponte
se puniunt aut puniri faciũt seu permittunt. Hæc verba protulit Dauid zelo iustitiæ cõtra Ioab &
suos, quasi dicat, Quãuis ego pro nũc non valeam eos punire sicut promeruerũt, qa potẽtes sunt
& multam ac magnam assistentiam habent, & nouus sum rex, vnam tantummodo tribum ha-
bens mihi subiectam, tamen eoꝝ punitionem diuinæ committo iustitiæ, & tẽpori opportunio
ri reseruo. Vnde & punitionẽ Ioab, qm̃ sceleratior erat in crimine isto, postea Salomoni cõmisit

2. Regū 2. rex Dauid. Sicq́ ex his patet solutio quæstionis qua quæritur, cur Dauid statim non puniuit Ioab D
2. Regū 4 & fratrem eius, quemadmodum paulo post puniuit eos, qui ipsum Isboseth peremerunt. Hinc vt asserit Rabbi Paulus, in Hebrę̈o habet, filij Saruiæ duriores me sunt, hoc est dicere, nō possum in eis iustitiam exercere, pro nunc.

¶ De mystica expositione huius capituli tertij. Art. VI.

PEr domum Saul ciuitas Babylonica. i. ecclesia malignantiū, regnū mūdi, societas impiorum significat. Per domū Dauid ciuitas dei ecclesia electorū, congregatioq́ iustorū exprimitur. Inter has domos est longa ac iugis concertatio, quia iniqui ac reprobi psequūtur electos & iustos. Sed Dauid quotidie proficit, & semper seipso robustior reddit, qa electi & virtuosi prælati quotidie prosperant in donis gratiæ ad salutem æternā, & per incremēta virtutū magis ac magis confortant in domino. ¶ Allegorice quoq; Christus in exordio militantis ecclesiæ profecit q̄tidie, quando assidue multi de synagoga & innumerabiles de gentilitate ad ipm conuertebant, & nunc domus Saul decrescebat quotidie, quia de societate carnalium, mundanorumq́ hominum plurimi confugerunt ad ecclesiæ gremiū. ¶ Porro, per filios Dauid natos in Hebron ex diuersis vxoribus intelligunt fideles quàmplurimi, qui ex particularibus ecclesiis &
Iobā 3 gratia Christi nascunt, dum in varijs locis ex aqua & spū sancto regenerant per officia sacerdotum, omnis tamen in vniuersali ecclesia, quæ per Hebron accipit, perseuerant, quoniam extra ecclesiam vniuersalem nulli est salus. ¶ Abner autem regebat domū Saul. Per Abner qui interpretat lucerna patris, designant prudentes seculi, in quibus est philosophica & mundana scientia, p quā regunt filios & magnates seculi huius. Sed tales prudentes concupiscentijs carnis deseruiētes obiecta quærunt delitiarum suarum, & Rezpham concubinam Saul cognoscunt. Rezpha eīm currens aut velox interpretat, per quam quæcunq; mulier lasciua & inquieta exprimit, cuius gressus sunt vagi & inuestigabiles, & nunc foris nunc domi, nūc in plateis apparet parata ad aīas capiēdas. Propter huiuscemodi fœminas frequenter dissentio oritur inter carnales & potentes in seculo, sicq́ interdum contingit vt vir naturali scientia præditus, atq; in mundo expertus consideret vanitatem & vilitatem, imo & peruersitatem mundanæ & carnalis conuersationis, & quàm miserum sit seculo deseruire, idcirco proponit ad Christum conuerti, imo & alios secum ad ipsum reducere, cui Christus remandat: Non videbis faciem meam, nisi adduxeris mihi Michol coniugē meam, id est, animas quas à spiritali meo connubio auertisti, eas trahendo ad vitia, studueris rursus mihi vnire, & spiritalia damna recuperare, quam cum Abner reducit ad Christū, amator carnalis contristatur & luget. Deinde vir talis rationabili persuasione inducet homines seculares ad Christi obsequium, cui in baptismo incorporati fuerūt, quàmuis postea eo relicto per varia vitia sint fornicati & auersi à deo suo, sicq́ Abner cum viginti viris, id est, cum adiutoribus & cooperatoribus suis Christo reconciliatur & venit ad ipsum per satisfactionem condignam, ac pie à Christo suscipitur, imo solenniter, quia qui alios quoq; conuertunt, acceptissimi deo sunt, quibus & in præsenti vita facit conuiuium & cœnat cum eis reficiens eos pane supersubstantiali ac sacra-
Io. 6. mentali, qui est Christus de seipso protestans: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descēdi. Itēq;
Ibidē Qui manducat me, viuet propter me, pane consolationis internæ, refectione dulcis orationis, cibo salutaris doctrinæ, esca contemplationis supernæ, consortatione bonæ operationis & virtutum profectibus, quibus omnibus veri fideles salubriter reficiunt, sicq́ ad triumphantis ecclesiæ beatificam alimoniam perducuntur. Cūq́ boni prælati & prædicatores idonei fuerint sic refecti & confortati, amplius inardescunt ad aliorum conuersionem & honorificentiam saluatoris, F quatenus ipse in omnibus regnet per charitatem & obedientiam sanctam, & dicit vnusquisq; eorum. Surgam, à quiete contemplationis, vt, prædicationis obsequio vitæ, exemplo & orationis suffragio, congregem ad te dominum meum regem omnem Israel. i. Christianos per vitiorum deuia hinc inde dispersos, & imperes omnibus, per fidem & dilectionem, sicut desiderat anima
Iohan. 14 tua. Anima etenim Christi omnium cupit salutem, ideo optat vt omnes sibi obediant, quia ne-
Psal. 15 mo venit ad patrem nisi per ipsum, idq́ desiderat non propter commodum suum, quia bonorum nostrorum non eget, sed propter nostram saluationem ad dei patris honorem. ¶ Cūm ergo deduxisset Dauid Abner. Christus nanq; electos suos gratiose ducit per semitas æquitatis &
Sapię. 10 & pergit cū eis, iuxta illud: Iustū deduxit dn̄s p vias rectas. Specialiter q̄q; adest eis & comes eorū est, q ex charitatis feruore gradiunt ad aliorū cōuersionē. ¶ Nūciatū est itaq; Ioab. Per Ioab & pueros eius accipiunt hoc loco iniq ministri platorū ecclesiæ, q cęsis latronibus cū grandi valde veniunt pda, qm̄ puniunt reos, nō ex syncero iustitiæ zelo, sed cupiditatis affectu, vt propria cōmoda cōsequātur, propter q̄d spoliāt subditos. Hi supioribus indignant dū viros vere iustos assumūt, promouēt, atq; ad aliorū cōuersionē & regimē dirigūt. Ideo talib' obloquunt & facta eorū ac studia interpretant in peius, & pcutiūt eos in inguine. i. carnalitatis vitia eis imponūt, vel ad ea ipsos ptrahere moliunt, formidātes, ne ad ecclesiasticas dignitates pmoueant, & sibi pficiant. Vñ ex ambitiōe & odio ipsos infestāt & interdū occidūt affectu aut ope. Ad multa qppe & maxima scelera trahit detestāda & infelix ambitio, facitq́ hoīem jugiter ad seipm inordinate reflexum, vanis suspi-

A nis ſuſpitiōibus,mordacibus,rācoribus,& nōnunq̄ deſiderio mortis eius à q̄ metuit præueniri ac
vinci repletū. Efficit q̄q; hoīem ſimulatorē,blādū,callidū,& varijs practicis occupatū,appatēter
amicū & vere hoſtē,duplicē & bilinguē,ita vt blādiat in publico & noceat in ſecreto,quē admo-
dū ait pſalmiſta:Qui loquunt pacē cū proximo ſuo,mala aūt in cordibus eoꝝ. O q̄ multi ſequū- Pſal.27
tur in his callidū illū,ambitioſumq; Ioab,qbus graues ſunt ad vidēdū hi,à qbus putāt humiliari,
atq; à deſideratis promotiōibus impediri,aut à ſtatiōibus ſuis expelli. Propterea dn̄s ac ſaluator
& veri eius vicarij iuſti ac ſapiētes talibus imp̄cant,vel magis p̄dicūt hęc mala,vcꝫ ſeminis fluxū,
vt.ſ. p verba qbus defluūt nihil proficiant cōtra iuſtos,& leprā.i.infectiuā doctrinā,effœmina-
tionē q̄q; & deiectionē in bello tētationū,in qbus ſuccūbūt,& diuinoꝝ priuationē charismatū.
Tales em̄ iniqui incidūt oīa mala iſta,qa inutiliter fabulant,aliosq; inficiunt prauitatis ſuæ exē-
plis ac informatiōibus venenoſis,carnalibus q̄q; cōcupiſcētijs effœminant,& dū à mūdo vel dia-
bolo īpugnātur,ſtatim vincunt. Ideo inopes ſunt,gr̄a ac virtutibus deſtituti. Quæ oīa etiā eoꝝ fi-
lijs.i.imitatoribus,diſcipulisq; proueniūt,qa ſi cæcus cæco ducatū exhibeat,ſimul cadūt in lacū. Matt.15
Veruntn̄ pius dn̄s ipſos ad pœniam cohortat,ſcindite(ingens)veſtimēta vr̄a.i.praua opa diſſipa
te,corpa vr̄a p flagella diſciplinæ corrigite,& accingimini ſaccis.i.pœnīæ veſtibus,& plāgite añ
exequias Abner.i.deplorate ſpiritalē eoꝝ interitū,q̄s ſcādalizādo traxiſtis ad vitia,& iniurias q̄s
proximis irrogaſtis,deflete. Porro rex Dauid ſequebat feretrū. Per hoc inſinuat,q̄d bon⁹ paſtor
debet eē officioſus circa defunctos,& eoꝝ mortē ac culpas deflere. Quēadmodū etiā Dauid cō-
mēdauit Abner ſepultū,ſic virtuoſi p̄lati cōſueuerūt recōmēdationē facere poſt ſepulturā ſubdi-
B toꝝ ſuoꝝ,q̄s bn̄ migraſſe cōfidūt,ita q̄d manus illoꝝ nō ſunt ligatę.i.opatiōes ipſoꝝ nō ſunt vin-
culis vitioꝝ cōſtrictę ac īpeditę à regni cęleſtis ingreſſione,nec pedes eoꝝ ſunt cōpedibus aggra
uati.i.affectus ipſoꝝ nō ſunt terrena cupiditate aut carnali fœditate depreſſi,ſed charitatiui ac liberi
ad cęleſtia eleuātes. Poſtremo p Ioab q ipm̄ Abner occidit,pōt deſignari diabolus,q p̄dicatores
bonos conat ſubuertere,& cōcupiſcētiaꝝ mucrone trāſfodere,atq; ab alioꝝ cōuerſione penitus
impedire. Diſcamus ergo ex iſto capitulo oēm ambitionē odire,oēm ſimulationē,fraudulētiāq;
vitare,nec iniuriari cuiq̄,ſed eē ſynceri ac recti in omnibus.

¶EXPOSITIO CAPITVLI IIII. Audiuit autem Iſboſeth filius Saul. Art. VII.

Ecitata occiſione ipſius Abner principis militiæ Iſboſeth,hic narratur
qualiter Iſboſeth ſit occiſus. ⌊Audiuit aūt Iſboſeth filius Saul, q̄ ceci- 2.Regū.3
diſſet Abner in Hebron,& diſſolutæ ſunt manus⌋.i.vires,⌊eius⌋ qa
rumore illo audito expauit,nec habuit confidentiā præualēdi aduerſus
Dauid,timuitq; de periculo proprio,& forſan putauit q̄ de cōſenſu re
gis Dauid eſſet Abner occiſus,⌊omniſq; Iſrael p̄turbatus⌋eſt.i.tribus
quæ hucuſq; obedierūt ipſi Iſboſeth & Abner principi eius,obſtupue-
rūt de morte Abner. ⌊Duo aūt viri principes latronū erant filio Saul⌋
id eſt,ipſe Iſboſeth filius Saulis habuit principes duos,q̄s vt in libro de
Hebraicis quæſtionibus fertur,conſtituit principes ſeu exercitus ſeu tur- Hiero.
barum ſibi adhuc obedientiū,vnde in Hebræo habet,vt dicitur,principes turmaꝝ. Potius tamē
C reor verbum illud Hebræū eſſe æquiuocū ad vtrūq;. ¶Porro,aliqui dicūt,q̄d erāt principes q̄-
rundam prædantiū alios,in q̄rum deprędatione quādoq; latrocinia accidunt,propter q̄d latro-
nes vocantur. ⌊Nomen vni Baana & nomen alteri Rechab, filij Remmon Beerothitæ de filijs
Beniamin⌋.i.viri ſic dicti,q erat de vrbe noīe Beeroth ad tribū Beniamin pertinēte. Ideo ſubdi- Ioſue.18
tur. ⌊Siqdem etiā Beeroth reputatā eſt in Beniamin. Et fugerūt Beerothitæ in Gethaim.⌋ Hoc
quidā exponūt ſic,q̄d prædicti duo principes nati ex Beeroth,voluerūt occidere Iſboſeth regē,
& propoſitū ſuū inſinuauerūt Mephiboſeth filio Ionathæ,aſſerētes q̄d facerēt eū regē,eo q̄d eēt
filius primogeniti Saulis,qbus nō acquieuit Mephiboſeth,& patruum ſuū Iſboſeth præmonuit
de hoc. Quo cognito principes iſti fugerūt in oppidū Gethaim,⌊fuerūtq; ibi aduenæ vſq; ad tē-
pus illud⌋ quo.ſ.redierūt ſecrete ad interficiendū Iſboſeth. Alij ſic exponūt,q̄d Beeroth fuit vrbs
Philiſtæis propinqua,ideo Saul occiſo Beerothitæ fugerūt ab vrbe ſua in Gethaim. ⌊Erat autē
Ionathæ filio Saul,filius debilis pedibus⌋ id eſt,claudus,nō à natiuitate,ſed ex diſfortunio caſus.
⌊Quinquēnis em̄ fuit,quādo venit nuntius de Saul,& Ionatha ex Iezrael. Tollēs itaq; eū nutrix
ſua fugit. Cūq; feſtinaret vt fugeret,cecidit & claudus effectus eſt,habuitq; vocabulū Mephibo
ſeth. Veniētes ergo filij Remmon Beerothitæ⌋ vtpote duo principes illi,⌊Rechab & Baana,in-
greſſiq; ſunt feruēte die domū Iſboſeth. Qui dormiebat ſup ſtratū ſuum meridie,& oſtiaria do-
mus purgās triticū obdormiuit. Ingreſſi ſunt aūt domū latēter aſſumētes ſpicas tritici,⌋ ad p̄ſen-
tādū eas Iſboſeth regi,tanq̄ primitias,q̄ſi ad honorandū eū vt regē,ne dolus eoꝝ pciperet,vel vt
alij dicūt,intrauerūt ſub ſpecie mercatoꝝ,velut volētes emere triticū,⌊& pcuſſerūt eū in inguine
Baana & Rechab frater eius⌋ ipm̄ videlicet Iſboſeth,dormiētē ſup lectū ſuū meridie, vt ſolet fie
ri in æſtate,⌊fugerūt. Cū iam ingreſſi fuiſſent domū ille dormiebat ſup lectum ſuū in cōclaui, &

percutiētes interfecerūt eum. Sublato'q; capite eius⌋ quod præsciderūt eo iam mortuo. D
⌊Abierunt per viam deserti tota nocte illa, attulerunt caput Isboseth ad Dauid in Hebron⌋ ad complacendū regi, eo q; eius aduersariū occidissent, & vt consequerent ab eo promotionem

2. Regū. 4 ac munera. ⌊Dixerūt'q; ad regē: Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui, q quærebat aīam tuā. Et dedit dn̄s dn̄o nr̄o regi vltionē hodie de Saul, & de semine eius⌋ R̄ndens aūt Dauid Rechab & Baana fratri eius filijs Remmon Berothitæ ad eos: Viuit dominus q eruit aīam meā de om̄i angustia⌋.i. de afflictiōibus quas sub Saul sustinui, ⌊qm̄ eum q annūtiauerat mihi, & dixerat, mortuus est Saul, q putabat se prospera nūtiare, tenui, & occidi eū in Sicelag⌋ vt patuit supra, nō tn̄ pro sola illa denūtiatione, sed qa asseruit se occidisse Saulē, ⌊cui oportebat me dare mercedē⌋.i. iustā retributionē ⌊pro nūcio⌋.i. ambaciata seu rumore, quo retulit se Chr̄m dn̄i interfecisse. ⌊Quātomagis nūc cū viri impij interfecerūt virū innoxiū in domo sua super lectū suū⌋ ac dormientē videlicet ipsum Isboseth. q vocat innoxius, non qd̄ fuerit penitus innocens, sed qa nō meruit ab illis ita occidi, quoꝝ homicidiū grauabat ex hoc, quod tam fraudulenter atq; crudeliter peremerunt filium regis in somno, ac propria domo, ⌊* nunc quæram sanguinem eius de manu vestra⌋

alias, non quæram hoc est, debitam vltionem à vobis exquiram, & vobis infligam, pro tam iniusta sanguinis illius effusione, ⌊& auferam vos de terra? Præcepit itaq; Dauid pueris⌋ id est, ministris, ⌊& interfecerunt eos. Præcidentes'q;⌋ pueri Dauid ⌊manus & pedes eoꝝ, suspenderunt eos super piscinam in Hebron.⌋ Hæc oīa fecit Dauid ex debito sui officij ac zelo iustitiæ, atq; vt vniuerso Israelitico populo constaret certissime se esse immunem ab interfectione ipsius Isboseth. ⌊Caput autem Isboseth tulerunt⌋ hoc est, serui Dauid acceperunt, portauerunt, ⌊& sepelierūt in sepulchro Abner in Hebron.⌋ Quia non potuerunt illud ibidem cum honorabiliori mortuo sepelire.

¶Iuxta intelligentiam spiritalem, per Isboseth intelliguntur desides & carnales, qui dum corporali repausationi superflue vacant, à principibus latronum, hoc est, malignis spiritibus superantur, præsertim, dum ostiaria domus obdormit, hoc est, ratio cuius est domum animæ custodire, & ianuam oris gubernare, per negligentiæ suæ torporem à vigilantia solicitudinis bonæ cessat. E
Possunt quoq; per principes istos latronum, concupiscentia gulæ, & libido luxuriæ designari, quæ in animabus plurimorum ea quæ carnis sunt amantium, exercent latrocinia sua, assumentes secum tritici spicas, id est, præcipua quæ'q; edulia oblectantia gustum, & sub specie boni ingrediuntur, quia delectant. Quæ etiam præcidunt Isboseth caput quoniam rationem obtenebrant ve-

Osee. 4 hementer, iuxta illud Osee: Fornicatio, & ebrietas, & vinū auferunt cor. ¶Insuper, maligni spiritus eum quem ita deuicerint, præsentant iudici Christo, tanquàm iuste damnandum, & aduersarium dei, sed qm̄ praua intētione egerūt hoc, dānationis augmentum recipere promerentur.

¶ENARRATIO LITERALIS CAPITVLI QVINTI.

Et venerūt vniuersi tribus Israel ad Dauid. Art. VIII.

QVALITER DAVID CONSTITVTVS SIT REX super totam Israeliticam plebem, & qualiter obtinuerit vrbem Hierusalem, ac Philistæos deuicerit, præsens describit capitulum. ⌊Et venerunt vniuersæ tribus Israel,⌋ hoc est, quidam principales de singulis tribubus, super quas hucusq; nondum regnauerat ⌊ad Dauid in Hebron dicentes: Ecce nos, os tuum & caro tua sumus⌋ id est propinqui tibi secundum carnem, quia ex semine Abrahæ, Isaac & Iacob sicut & tu, ideo F
non suspiceris malum de nobis. ⌊Sed & heri & nudiustertius⌋ hoc est præteritis & non diu elapsis diebus, ⌊cum esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel⌋ hoc est, dux populi præliātis, vt patuit

1. Re. 17. 18 primo libro, quo inter cætera dictum est, quod Saul constituit Dauid super viros belli. ⌊Dixit autem dominus ad te⌋ per Samuelem aliosve prophetas, & per inspirationem ac allocutionem internam. ⌊Tu pasces populum meum Israel⌋.i. per sapientiā & doctrinā tuam reges, atq; reficies Israeliticū ppl̄m, ⌊& tu eris dux⌋ hoc est ductor & rex ⌊super Israel⌋ sic'q; dux sumitur hic extense, prout regem includit. ⌊Venerunt quoq; & seniores Israel ad regem in Hebron. Et percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram domino,⌋ hoc est, amicitiæ pactum cum eis iniit ac firmauit. Nam pauloante contra se inuicem pugnauerunt, ideo primo reconciliabantur, ⌊vnxe-

2 Regū. 2 runt'q; Dauid regem super Israel⌋.i. sup totum Israeliticū populum. Fiebat'q; vnctio illa per manum pontificis aut prophetæ. ⌊Filius triginta annoꝝ⌋.i. triginta annos ætatis habens. ⌊erat Dauid cum regnare cœpisset⌋ quæ ætas apta est ad præsidendum. ⌊In Hebron regnauit super Iehudam septem annis, & sex mensibus. In Hierusalem autem regnauit triginta tribus annis, super omnem'q; Israel & Iehudam. Et abijt rex & omnes viri, qui erant cum eo in Hierusalem,⌋ hoc est, vsque ad mœnia ciuitatis, quam primo obsedit, quia erat præcipua, quatenus ea capta, amplius timeretur. Vel, eam partem ciuitatis obsedit, in qua Iebusæi manebant, videlicet, arcem, & item quoniam plures alieni ac infideles habitabant ibidem, quos volebat fugare.

Et rursus,

A Et rursus, quoniã ex reuelatione diuina cognouit ciuitatẽ illã esse electam à deo, pro loco cultus
diuini, & tẽpli ædificãdi in ea, ac sacrificioꝝ, ideo tanq̃ vere deuotus & lumine prophetiæ edo-
ctus, voluit cõmorari in ea. Itaq; iuit ad ciuitatẽ Hierusalẽ, L ad Iebusæũ habitatorẽ terræ, ⅃.i. ad
impugnãdũ Iebusæos in Hierusalẽ cõmorãtes, q̃s tẽpore Iosue nõ potuerũt filij Iuda à Hierusa- Iosue.15
lem extirpare, iuxta illud Iosue Iebusæũ habitatorẽ Hierusalẽ, nõ potuerũt filij Iuda delere. Habi
tauitq; Iebusæus cũ filijs Iuda in Hierusalẽ. Deniq; tempore procedente, fuerũt Iebusæi rursus in
Hierusalẽ valde multiplicari, vnde vt in libro Iudicũ legit, puer Leuitæ dixit ad dñm suum. De Iudic.19
clinemus in vrbẽ Iebusæoꝝ. Cui respõdit Leuites: Nõ ingrediar oppidũ gẽtis alienæ. L Dictũq;
est ad Dauid ab eis ⅃.i. Iebusæi dixerũt ad Dauid. L Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos &
claudos, dicẽtes: Nõ ingredietur Dauid huc. ⅃ Hoc magister in historijs compendiose exponit tri- Pet. Co.
pliciter: posuerũt inquiẽs Iebusæi cæcos & claudos supra murũ Hierusalẽ in derisionẽ Dauid di- hist.li.2.re
cẽtes: Nõ intrabis huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, quasi dicãt. Tã fortis est ciuitas, q̃d fortiũ gũ.ca.7
auxilio nõ egemus. Alij dicũt eos posuisse imagines supra muꝝ, q̃s dixerũt cæcos & claudos. I. ni-
hil agẽtes, quasi diceret. Etiã nobis nihil agẽtibus intrare nõ potes. Vel seipsos dixerũt cæcos &
claudos, eo q̃ Dauid reputauit eos debiles, & claudis ac cæcis cõsimiles. Hæc ibidẽ. Insuper circa
hæc scribit Lyra: Dicũt doctores catholici cõmuniter, q̃d Iebusæi illi in fortitudine murorum
suoꝝ confidẽtes, posuerũt aliquos cæcos & claudos ad propugnacula in cõtemptũ exercitus Da
uid, quasi diceret. Tales sufficerẽt ad defendendũ fortalitiũ nostrũ, iuxta quẽ modũ in Ezechiele Ezech.27
legitur: Pigmæi pharetras suas suspẽdisse in muris Tyri ad ostẽtationem fortitudinis loci, quasi
B diceret. Tales sufficerent ad defensionẽ turrium ac muroꝝ. Rabbi Salomon dicit, q̃d isti cæci & R. Salo
claudi, erãt duæ imagines, vna repræsentãs ipm Isaac, q ante finẽ vitæ fuit cæcus, alia ipm Iacob, mon.
qui ex lucta cũ angelo claudicauit. Et addit q̃d Iebusæi isti, descẽderũt de Abimelec rege Palesti- Genes.27
noꝝ, cũ quo Abraham inijt fœdus pacis & iuramẽtũ, vt legit in Genesi. Itaq; posteri huius Abi- Gene.32
melec, s. Iebusæi isti vidẽtes filios Abrahæ multiplicari, timuerũt ne postea impugnarent ab ip- Gene.21
sis, ideo in superiori parte fortalitij sui posuerũt prædictas duas imagines in signũ pacti præfati,
& in ore cuiuslibet imaginis erat scriptũ Abrahæ iuramẽtum, quasi diceret. Posteri Abrahæ non
possunt hunc locum inuadere: & secũdum hoc dicunt iste imagines odientes animã Dauid, quo-
niam repræsentabãt eũ esse trãsgressorẽ iuramẽti Abrahæ, & per cõsequens odibilẽ Isaac & Iacob
quoꝝ erãt imagines. Sed Dauid licite impugnauit fortalitium illud, q̃m iuramẽtum Abrahæ non
fuit ad semper, sed ad tempus determinatũ, quod tẽpore Iosue nondũ effluxerat, sed tẽpore Da-
uid fuit finitum. Verum cõtra hæc scribit Rabbi Paulus, dicẽdo q̃d ista positio videt præsuppo- R. Paulus
nere aliqua falsa, & etiã quædã incerta. Præsupponit em̃ q̃d Iebusæi descẽderũt de Abimelec, cũ
quo Abraham inijt fœdus, q fuit rex Palestinoꝝ. Philistæi aũt descẽderãt à Mesraim secundo fi
lio Cham filij Noe, vt patet in Genesi: Iebusæi vero descẽderũt à Chanaan quarto filio Cham, Gene.10
vt patet ibidem. Præsupponit quoq; quod posteri Abrahæ non poterant inuadere Hierusalem Ibidẽ
ratione iuramenti prædicti, quod falsum est. Nam in prætacto fœdere cum Abimelec inito, q̃-
uis Abraham iurauit non nocere Abimelec nec posteris eius, non tamen iurauit quod posteritas Gene.21.
sua non noceret posteritati illius, vt patet intuenti formã illius iuramẽti. Insuper Abimelec con- Genes.26
C fœderauit se cũ Isaac filio Abrahæ, quod nõ oportuit si Abraham iurauit etiã pro sua posteritã-
te. Sicq; dato q̃d Iebusæi descẽdissent de Abimelec, nihilominus potuissent eos filij Israel impu-
gnasse. Præsupponit quoq; quod iuramentum Abrahæ durauit ad certum tempus quod tempo
re Iosue nondũ effluxit, sed tempore Dauid, quod nullum fundamentum videt in scripturis ha-
bere. Propter quod de tali expositione non videt mentio facienda. Expositio aũt doctoꝝ catho
licorum est satis applicabilis literæ. Est tamẽ & alius modus dicẽdi, qui literæ forsan magis pro-
priæ adaptat, videlicet quod cæci illi & claudi fuerũt simulachra deoꝝ Iebusæoꝝ posita in sum-
mitate fortaliciorum suoꝝ qui Iebusæi deos suos appellabãt cæcos & claudos, secundum sentire
Dauid qui deos illos improperando dicebat. Oculos habẽt & nõ videbũt, aures habent & nõ au- Psalm.113
dient, pedes habent & non ambulabunt, idcirco credẽtes quod Dauid non sustineret in regia vr-
be illa huiusmodi deos, excusabant se à receptione ipsius dicendo. Non ingredieris huc, nisi abstuleris
cæcos & claudos, quasi diceret. Scimus quod si possideres hũc locum, auferres deos nostros quos
putas cæcos & claudos quod nullatenus permittemus. Vnde oportet, quod per potentiã auferas
eos si vales, quia non eos tibi trademus. Vnde Dauid de hoc indignatus postq̃ cœpit arcẽ Sion
potẽter, posuit præmiũ facientibus tria in debellatione Iebusæoꝝ. Primo, illi qui pcussisset Iebu-
sæum, q̃d fuit cõtra personas eoꝝ. Secũdo, illi qui tetigisset domoꝝ fistulas, & hoc cõtra sustẽta-
tiones eoꝝ. Hierusalem em̃ nõ habebat aquã intra muꝝ, sed ex pluuialibus aquis in cisternis colle
ctis sustentabant. Ideo frangendo stillicidia illa, videlicet fistulas, per quas aqua pluuialis fluebat,
maxime q̃s affligebat eos. Tertio, ordinauit cõtra deos eoꝝ, dicẽs qui abstulissent cæcos & clau-
dos, hoc ẽ, simulachra Iebusæoꝝ. Et nota q̃d vbi trãslatio nostra habet odiẽtes animã Dauid, He
braica veritas habet, q̃s odiuit aĩa Dauid. Nam Dauid simulachra illa odiuit. Similiter q̃d in Pro
uerbio dicebat: Cæcus & claudus nõ intrabũt in ecclesiã dei, videt huic expositioni magis aptari.

Nam

Nam iste locus fuit præassignatus diuino cultui à tpe Abrahæ, qñ voluit ibi ipsum Isaac immo- D
Genes. 22 lare, & Iacob vidit ibidẽ scalam, ibiq; tẽplũ fuit p Salomonẽ fundatũ, in quo nulla immũditia de-
Gene. 28 buit habere ingressum, sed solus deus fuit in eo colendus, & ob tantũ præsagiũ huius futuri boni,
3. Reg. 6. 7 quasi prouerbialr dicebat, non intrabit cæcus & claudus in templũ dñi. Quasi diceret: Vere pro-
gnosticauerũt Iebusæi, q̃d in templũ dñi in ciuitate hac ædificandũ non intrabũt cæci & claudi hoc
est, dij gentium, q cæci & claudi dicunt. Hæc Rabbi Paulus, cuius dicta p reprobatione positionis
Rabbi Salomonis apta vident, tamẽ q̃d ait Dauid proposuisse mercedem, postq̃ cœpit arcẽ Sion
Pet. Co. expositoribus non cõcordat. Cũ enĩ fortaliciũ illud obtinere difficillimũ foret, vt milites animarẽ
histo lib. 2 tur ad inuasionẽ illius, pposuit pmiũ, q̃d q illud primo ascenderet ac obtineret, fieret princeps mili
Regũ ca. 7 tiæ. Hinc in scholastica fert historia. Cumq; arcẽ obtinere nõ posset, pposuit in pmiũ militiæ prin
cipatũ. Itaq; dictũ est ad Dauid ab eis, vtpote Iebusæis, nõ ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos &
claudos, dicentes: Non ingrediet Dauid huc. Si enĩ per cæcos & claudos intelligunt hoies cæci &
claudi, vel ipsemet Iebusæi, certũ est, q̃d illi poterant propriæ verba ista proferre. Si vero p cæcos
& claudos intelligunt simulacra deoꝝ, illa dixerũt hæc verba materialr aut interpratiue, vl dæmo
nes loquebant per idola illa. Si aũt p cæcos & claudos intelligant præfatæ imagines, quod apparen
tiam modicã habet, dicendũ quod imagines illæ dixerunt hæc materialr aut interpratiue, quem-
admodum inanimata dicunt deum benedicere & laudare. ⌊ Cæpit aũt Dauid arcem Sion ⌋ .i. for
taliciũ sæpe dictũ, q̃d vocabat arx Sion .i. altitudo speculationis, qm̃ sitũ fuit in loco alto montoso,
ex quo vndiq; longe ac late poterat quis videre, ⌊ hæc est ciuitas Dauid ⌋ Tota Hierl̃m ex hoc tẽ
pore cœpit esse & nominari ciuitas Dauid, atq; metropolis regni eius. Veruntamen ista pars vr-
bis, in qua parte fuit fortalicium, specialr dicta est ciuitas, q a meliorauit eam p ædificia, & in ea cõ E
morari elegit. ¶ Consequenter exprimit, qualiter arcem obtinuit. ⌊ Proposuerat enĩ Dauid in
die illa pmium ⌋ ei ⌊ q percussisset Iebusæũ ⌋ hoc est, q primo ascenderet arcem, & ea obtenta oc-
cideret Iebusæos commorãtes in turri illa, ⌊ & tetigisset domatũ fistulas ⌋ Doma vocat tectũ do-
mus. Fistula aũt canale p quod stillicidia fluunt seu aquæductus. Vel (vt aliqui dicũt) fistulæ erant
subterranei cuniculi seu meatus, p quos ascendebat vsq; ad tectũ. Itaq; sensus est: Et tetigisset do-
matũ fistulas .i. canales aquaꝝ vastasset, vel p meatus illos ascendisset vsq; ad murũ. Et p illos mea-
tus dicit Ioab ascendisse, siue p aquæ ductũ, ⌊ & abstulisset cæcos & claudos ⌋ .i. hoies illos seu ima-
gines, siue simulacra, ⌊ odientes animã Dauid ⌋ vere formalr, aut repñtatiue, sicut expositum est.
⌊ Idcirco dicit in Prouerbio: Cæcus & claudus non intrabũt in templũ. ⌋ Ad lrãm q̃ppe prohibuit
dominus in Leuitico natos ex semine Aaron cæcos & claudos ingredi templũ, ad exercendũ sa-
cerdotale officium, atq; ex verbis & factis his inter Iebusæos & Dauid habitis, conuersa sunt ver-
Leui. 21 ba illa Leuitici in Prouerbiũ. Propter verboꝝ similitudinem aut coincidentiã, vel propter rationes
R. Paul. Rabbi Pauli inductas. Et sicut magister in historijs tangit, forsan dum ianitores templi arcebant
Pet. Co. immundos à templi ingressu, ænigmatice loquebant. Cæci & claudi non intrabunt &c. Ponen-
hist. lib. 2. tes cæcitatem & claudicationem pro immunditia quacunq; legali, p quam reddebantur ad tem-
Regũ ca. 7 pli ingressum indigni. ⌊ Habitauit autem Dauid in arce Sion ⌋ hoc est, fortalicio illo Iebusæis eie-
ctis, ⌊ & vocauit eam ciuitatem Dauid ⌋ ex noie suo ob causas prætactas. Estq; intelligendũ, quod
arcẽ illã cũ habitaculis & attinẽtijs suis p gyrũ ita vocauit. ⌊ Et ædificauit p gyrũ à Mello & intrin
secus, ⌋ Mello fuit præcipitium quoddã, profundaq; vallis, & vt alij dicũt, vorago ante castrum,
seu fortalicium pro eius munimine situata. Fuit aũt & spaciũ inter voraginẽ illã & castrum, in quo
spacio per fortalicij gyrum Dauid construxit aliquas domos, atq; vt aliqui scribunt. à Mello vsq; F
sursum ædificauit Dauid murũ p circuitũ arcis Sion, faciẽs vnũ murũ intrinsecus, aliũq; extrinsecus, &
ita duplici muro muniuit arcẽ. ¶ Porro .1. Paral. legit. Aedificauitq; vrbẽ in circuitu à Mello vsq;
1. Par. 11 ad gyrũ. Ioab aũt reliqua vrbis extruxit, vbi p vrbẽ intelligit pars illa Hierl̃m, quæ vocata ẽ ciuitas
Iose. lib. 7 Dauid. Vnde & Iosephus, supiorẽ (inqt) ciuitatẽ Dauid muniuit, eiq; arcẽ iũgẽdo vnũ corpus effe
an. ca. cap. 3 cit. De pmio aũt q Dauid hic legit pposuisse, nec tñ in isto libro exprimit .1. libro Paralip. legit.
1. Par. 11 Dixit: Ois q percusserit Iebusæũ, in primis, erit princeps & dux. ⌊ Et ingrediebat ⌋ viã iustitiæ, &
domũ suam, ac coram deo, ⌊ proficiens ⌋ in temporalibus ac spũalibus bonis, ⌊ atq; succrescens, ⌋
fama, potestate, ac meritis, ⌊ & dominus deus exercituum erat cum eo, ⌋ per gratiam copiosam,
per quam bene se habuit circa regimen suijpsius, & in regimine populi sibi commissi, & in diuino
obsequio. Itaq; per gratiam tantam ordinate se habuit circa seipsum, prudenter & exemplariter
circa subiectos, deuote ad deũ. ⌊ Misit quoq; Hirã rex Tyri nũtios ad Dauid & ligna cedrina, &
artifices lignoꝝ, artificesq; lapidũ ad parietes, & ædificauerũt domũ Dauid ⌋ Iste Hirã vt infraha
betur, fuit amicus Dauid omni tempore, scriptura tñ non exprimit, qualr Dauid & Hirã amicitiã
contraxerint mutuã, nec legunt accessisse se inuicem. Verũ qñq; contingit, q̃d aliqui efficiunt cor
diales amici ex fama & perceptione probitatum ac amabilitatum suaꝝ. Misit aũt Hirã nũtios pri
mo ad Dauid, ad inquirendum de statu suo. Deinde cognita voluntate regis Dauid, misit ei ligna
pretiosa & apta, conuenientesq; lapides, ac viros peritos operari in lignis & saxis, q artifices con-
struxerunt regi Dauid domũ infra eã partem Hierusalem, quæ specialiter dicta est ciuitas Dauid.

A In regno equidē Tyri amplius abundabāt ligna & saxa pro domibus cōstruēdis cōuenientia q̄ in
Iudæa. Meliores quoq; artifices erāt ibi, propter q̄d postea Salomon misit ad Hiram dicēs: Scis, 3 Regū 5
qm̄ in populo meo nō est vir q nouerit ligna cedere sicut Sidonij, vt infra tertio libro legit. ⌊ Et
cognouit Dauid, qm̄ cōfirmasset eū dn̄s regē sup Israel, & qm̄ exaltasset regnū eius super populū
suum Israel. ⌋ Hoc vtiq; sciuit ex reuelatiōe diuina seu inspiratione interna, & ex prophetica de- 1. Regū 16
nuntiatione, qua sibi per Samuelē & Gad fuit prædictū, q̄d electus eēt à deo ad præsidendū vni-
uerso Israelitico populo, atq; ex euidentia facti, & experientia propriæ prosperitatis, qm̄ vidit se
prosperari in cūctis, totūq; populū suū sibi fauētem ac applaudētē. ⌊ Accepit ergo Dauid adhuc
cōcubinas, & ⌋ pro id est, ⌊ vxores de Hierusalē postq̄ venerat de Hebron. ⌋ Nō em̄ accessit ad
illegitimū thorū, nec fuit fornicator, nisi q̄d postea cū Bethsabee peccauit. Itaq; fœminæ istæ fue 2. Regū 11
runt eius vxores legitimæ, sicut in Genesi Zelpha & Bala quādoq; vocātur cōcubinæ, quādoq;
vxores ipsius Iacob. Fuit etem̄ cōsuetudo in veteri testamēto, q̄d vxores minus principales & se-
cūdario sumptæ, vocabātur cōcubinæ, q̄a in aliquo cōcubinis assimilabantur. ⌊ Natiq; sunt ⌋ ipsi
⌊ Dauid & alij filij & filiæ. Et hæc noīa eorum q nati sunt ei in Hierusalē, Samua & Sobab, Na-
than & Salomon, & Iabahar & Elisua & Nepheg, & Iaphia & Elisama & Eleiada & Eliphalet. ⌋
Exprimunt hic vndecim filij, q ei in Hierusalem nati sunt, inter q̄s ponitur Nathan, q alius fuit à
Nathan propheta, quē Dauid sibi adoptauit in filiū post mortē patris illius. Circa hæc scribit q-
dam, q̄ Dauid sumpsit has plures vxores ad multiplicādum prolē quæ coniungeret in matrimo
nium nobilioribus regni sui, & sic eēnt sibi affinitate cōiuncti ad firmitatē regni sui maiorē. Hoc
B reor etiā quod ideo accepit tot coniuges, vt augeret in sobole sua cultus vnius veri dei, cuius cul-
tus tūc cōseruabat in populo Israel p carnalē propaginē, cæteris gētibus ad idololatriā lapsis. Cō
sequēter duplex victoria narrat regi Dauid cōtra Philistæos cōcessa. ⌊ Audierūt ergo Philistijm
q̄d vnxisset Dauid in regē sup Israel. ⌋ Iā aūt audierāt q̄d Dauid regnaret sup tribum Iuda in He- 2. Regū 5
bron, sed de hoc minus curabāt. Cognito aūt q̄d vnctus eēt sup duodecim tribus in regē, timue-
rūt q̄d eis resisteret, nec solita tributa psolueret, vt aliqui dicūt, & q̄a sciuerūt ipm̄ Dauid eē strē-
nuissimū atq; fortissimū virū, metuebāt vastari p eū, ideo voluerūt eū tēpestiue in propria terra
opprimere. ⌊ & ascēderūt vniuersi ⌋ .i. q̄dā de oībus, ⌊ vt q̄rerēt Dauid ⌋ ad impugnādū. ⌊ Qđ
cū audisset Dauid, descēdit ⌋ de arce Sion, ⌊ in p̄sidiū ⌋ .i. ad munitionē vel ad salutis propugna-
culū, aut auxiliū regrēdum. ⌊ Philistijm aūt venientes diffusi sunt in valle Raphaim ⌋ non procul à
Hierusalē. ⌊ Et cōsuluit Dauid dn̄m ⌋ p pōtificē, ⌊ dicēs: Si ⌋ id est, an, ⌊ ascēdā ad Philistijm, &
si dabis eos in manu meā? ⌋ Vn̄ cōstat, q̄d Dauid totā spem suā collocauit in deo, eius cōsilio, au-
xilioq; innitēs, sciēs q̄d equus parat ad diē belli, dn̄s aūt salutem tribuet. Voluit aūt dn̄s in talibus Prouē. 21
haberi recursum ad se, propter q̄d de pfidis filijs Israel ita nō agētibus, ait p Esaiā: Veh filij deser- Esa. 30
sertores vt faceretis cōsiliū & nō ex me, & ordiremini telā & nō p spm̄ meū, & os meū nō interro Esa. 8
gastis. Vn̄ rursus loqtur Esaias: Nunq̄d nō à deo suo populus reqret. ⌊ Et dixit dn̄s ad Dauid: ⌋
Qualiter iste cōsultatiōes ac diuina respōsa fiebāt, dictū est sæpe. ⌊ Ascēde ⌋ cōtra eos cū populo
tuo, ⌊ q̄a tradens dabo Philistijm in manu tua. Venit ergo Dauid in Baalpharasim, & pcussit eos
ibi & dixit ⌋ deo gratias agēs, & ei triūphū ascribēs. ⌊ Diuisit dn̄s inimicos meos corā me sicut di
uidūtur aquæ ⌋ .i. dedit mihi & exercitui meo virtutē vincēdi hos Philistæos, ita q̄d q̄sdā occidē
C do, q̄sdā fugando diuisimus illos ab inuicē satis faciliter, quēadmodū facile est aquā tanq̄ rē mollē
diuidere. ⌊ Propterea vocatū est nomē loci illius Baalpharasim ⌋ q̄d interp̄tat virorū diuisio, q̄a
viri Philistæi ibi ab inuicē sunt diuisi. Vel à Baal q̄d est cāpus siue planicies, & phares diuisio, q̄si
cāpus diuisionis. Vel à Baal, q̄d est idoli nomē, & phares diuisio, q̄a reliquerūt ibi idola sua, & ab
eis diuisi sunt. Vn̄ subiungit. ⌊ Et reliquerūt ibi sculptibilia sua ⌋ vz simulachra Dagon, q̄ attule-
rūt secū, vt eorū auxilio p̄ualerēt, ⌊ q̄ tulit Dauid & viri eius ⌋ secū non vt colerēt ea, sed cōflarēt. 1. Para. 14
cet imperfecte, & de Christo perfectius, cuiusmodi sunt quæ hic ponuntur in litera, saltem pro
Ibidẽ parte magna. Istud conuenienter dictum videtur, excepto eo, quòd præsupponit prællegatum
versiculum. Dominabitur à mari vsq; ad mare &c. imo & Psal. illum: Deus iudiciũ tuũ regi da, scri
Ibidẽ ptũ esse de Salomone ad literam, imo ad l̃ram de Christo conscriptus est, secundũ doctores catho
Ibidẽ licos, cum multa dicanť in Psalmo illo, quę nequaquàm conueniũt Salomoni, videlicet: Et perma
nebit cum sole & ante lunã. Item'q;: Corã illo procident Aethiopes. Et: Adorabũt eũ omnes re-
ges, omnes gentes seruient ei. Et: Ante solem permanet nomen eius. Et: Benedicenť in ipso om̃es
tribus terrę. Itaq; exponẽda est l̃ra ista primo quãtum fieri p̃t de Salomone. Cum'q; completi fue
rint dies tui, suscitabo semen tuũ post te. i. Salomonem filiũ tuũ te defuncto eleuabo, & confirma
3. Re. 1. 2 bo in regno. Quàmuis etem̃ viuente Dauid Salomon fuerit vnctus in regem, & sedit in solio re-
gni (vt infra habetur) tamen post mortem Dauid principatus Salomonis cœpit omnibus diuul-
gari, & dominatu patris sui sublimior atq; potentior fieri, iuxta illud libri primi Paralipomenon:
1. Para. 29 Magnificauit dominus Salomonem & dedit ei gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex
Israel. Hinc aliqui dicunt, quod quàmuis Salomon Dauid viuente fuit vnctus & inthronizatus in
3. Reg. 2 regem, non tamen firmiter stabilitus in regno, quousq; defuncto Dauid, & interfectis Ioab &
Adonia, dissipati sunt q Adoniæ fauebant. Quod egredieť de vtero tuo. i. nasceť ex semine tuo se
cundum corpus, non q aĩa traducať cum semine, & quàmuis mater ministret substantiã fœtus. F
vis tñ formatiua, & ratio seminalis in semine patris sunt. Quàmuis autẽ Salomon natus fuit ante
Ibidẽ obitum Dauid, non tamen quãdo ista prædicebanť per Nathan, ideo prætactæ clausulæ ad diuer
sa sunt tempora referendæ, [& firmabo regnum eius.] Vnde infra habetur, firmatum est regnũ
eius nimis. [Ipse ædificabit domum nomini meo] hoc est, templum ad laudem & gloriam meã
[& stabiliã thronum regni eius vsq; in sempiternũ.] i. per omne tp̃s veteris testamenti, præsertim
Genes. 49 nisi posteritas sua peccãdo ponat obicem impletioni p̃missionis istius. Etenim sicut Iacob p̃dixerat
non fuit in toto ablatũ sceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius nõ defecit p posteros Dauid, p̃ser-
1. Mach. 1 tim vsq; ad tp̃s Herodis alienigenæ & veri Messiæ. Nã & Macchabæi ex vno latere erãt de tribu
Lucæ. 1 Iuda. Potest quoq; veraciter dici, quòd thronus Dauid ac Salomonis sit perpetuatus in Christo,
Roma. 1 cuius regni nõ erit finis, q de illorũ natus ẽ semine. [Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium]
hoc est, per gratiam adoptionis, & curam prouisionis ero pater ipsius, & ipse erit filius meus ado
ptiuus, saltem ad tempus, & scd̃m p̃sentẽ iustitiã. Salomon quippe lõgo tempore habuit se deuo-
te. Nam & infra habetur quod dominus dilexit eũ & à Nathan vocatus est amabilis domino. An
2. Regũ. 12 vero etiam secundum æternam prædestinationem fuerit talis, infra queretur. Hinc primo Esdrę
1. Esdrę. 10 libro scriptũ est. Certe in gentibus multis, non erat rex similis Salomoni, & dilectus deo suo erat.
3. Reg. 11 [Qui si inique aliquid egerit.] Nam & Salomon tandem grauissime est transgressus. Verũta-
men vniuersorum præscius dominus, sic quasi ambiguæ & conditionaliter est locutus, ne Salo-
mon videretur ex necessitate quadam peccasse, si eius transgressionem deus absolute prænunti-
asset, [arguam eum in virga virorũ] hoc est, afflictione inferenda à viris seu gladio aduersariorũ.
Vnde infra

A Vnde infra libro tertio recitatur, quòd propter scelera sua dominus suscitauit ei aduersarios multos,& per Ahiam prophetam prædixit regnum diuidendum, atq; pro maiori parte ipsi Hieroboam tribuendum,quo cognito,valdè afflictus est Salomon,⌞& in plagis filiorum hominum⌟ hoc est,diuersis incommodis,atq; molestijs, qbus filij hominum solent affici in hac vita,ac inuicem sibi inferre. Cũ enĩ peccasset tam dirè in senio suo,tandem ad diuersas deuenit tristitias,prout ipse in Ecclesiaste testat: Vidi(inquiens) vniuersa sub sole,& ecce vanitas,& afflictio spũs. Idcirco tæduit me vitæ meæ. Tũc quoq; minorata est fama eius.⌈Circa hoc refert Lyra,in Hebræo habet,in plagis filiorũ Adã. Quod exponunt Hebræi,dicentes,quòd primus Adã in centum tribus annis,qbus continuit ab Eua propter occisionem Abel commixtus est dæmonibus succubis,quę conceperũt ab eo,pepererũtq; dæmones,q postea incitauerũt Salomonẽ ad peccandũ, propter quod diuisum fuit regnum suum tempore filij sui. Ecce quàm stolidissimis erroribus inuoluuntur Iudæi.⌞Misericordiam autem meam non auferam ab eo.⌟ Qui dicunt Salomonem finaliter pœnituisse,& esse saluatum,Exponunt hoc sic: Misericordiam autem meam,hoc est,gratiã finalem non auferã ab eo,sed temporaliter castigatum ac pœnitentem saluabo.⌈Hinc magister in historijs loquitur:Ex hac promissione conijcitur,quòd saluus sit Salomon. Cęteri q vel putãt vel affirmãt eum esse damnatum,ita exponunt: Misericordiã meã non auferã ab eo,id est,propter scelera sua non tollã ab eo ac posteris eius regiã potestatem, successorem'q; regni, cui expositioni videtur consonare,quod subditur:⌞sicut abstuli à Saul,quem amoui à facie mea.⌟ hoc est,à pietatis meę respectu,ita vt in posteris eius non mansit regale imperium. Vel(vt aliqui dicunt)quem iuste damnaui. De qua re quid sentiendum appareat,tactum est plenius vltimo primi libri capitulo.

B ¶Præterea, quis non solũ Lyra,sed alij quoq; quidã expositores catholici,ablationem istã misericordiæ dei referãt ad destitutionem regiæ successionis,tñ Rabbi Paulus circa hoc specialr scribit contra Lyrã,dicendo:In hoc quòd dicit postillator verbũ illud: Misericordiã autẽ meã &c.non intelligi,nisi quantũ ad temporale regnũ, videt nimis literalizare. Manifestũ est nãq; scdm doctores nostros,puta catholicos,q lex vetus disponebat ad Chrm, sicut imperfectũ ad perfectũ, vnde communiter temporalia bona Dauid & filio eius promissa, sub ppetuitas fidelitatis domus eius,& si intelligant de regno temporali,principalius tamen etiã ad literã intelligenda sunt de regno æterno,sicut illud quod dictum est Abrahæ:In semine tuo benedicent omnes gentes.⌞Et fidelis erit domus tua,& regnũ tuũ,vsq; in æternũ ante faciem meam,& thronus tuus erit firmus iugiter.⌟ Quãmuis istud aliquo modo dicat posse exponi de posteris Dauid,& successoribus regni sui,videlicet Salomone ac cæteris,quoniã multi eorũ fuerunt iusti,& veræ deitatis cultores, q & auersos reduxeruntad dei cultum,ipse'q; Salomon multo tempore fuit fidelis,tamen scdm Augustinum ista expositio est valde impropria. Nam & Salomon eius'q; filius Roboam, ac multi alij reges,ex eis nati ad idololatriã & carnalitates nimias corruerunt. Ait itaq; Augustinus: Errat q putat promissionem hãc in Salomone completã,attendit quod dictũ est,hic ædificabit mihi domũ, quoniam Salomon nobile templum extruxit, & non attendit quod dicitur: Fidelis erit domus tua &c. Attendat ergo domum Salomonis plenam mulieribus alienigenis colentibus falsos deos, & ipsum regem quondam sapientem ad idololatriam eandem seductum. Nec audeat æstimare deum istud mendaciter promisisse, & talem Salomonis ruinam deum non præscisse. Idcirco in Christo qui factus est ex semine Dauid secundum carnem,videmus ista impleta. Nec alium quęrimus sicut Iudæi. Nam & ipsi hunc filiũ Dauid promissum, non intelligunt Salomonem,sed alium sperare se dicunt,cuius imago aliqua seu figura,præcessit in Salomone,qui templum ædificauit,& iuxta nominis sui interpretationem,habuit pacem, atq; in regni sui exordio fuit laudabilis.

C ⌞Secundum omnia verba hæc,⌟ iam descripta,⌞& iuxta vniuersam visionem istam⌟ imaginariam,imo & prophetalem,cuius sensum intellexit Nathan propheta,propter quod fuit quantum ad hoc visio seu reuelatio etiam intellectualis,⌞sic locutus est Nathan ad Dauid.⌟

¶Iam exponẽda est l'ra ista de Chro,de q planius veriusq; exponit: Cumq; completi fuerint dies tui,suscitabo semen tuũ post te,id est,Chrm ex semine tuo faciã nasci ex virgine gloriosa,iuxta illud in Hieremia: Ecce dies veniunt,dicit dñs,& suscitabo Dauid germen iustũ,qd egredietur de vtero tuo,non immediate,sed p intermedios multos,vt ex vtero tuo,i.ex vtero virginis ex te nate,& firmabo regnũ eius. Vnde angelus dixit ad virginẽ:Dabit illi dñs sedẽ Dauid pris eius,& regnabit in domo Iacob in æternũ,& regni eius nõ erit finis. Ipse ædificabit domũ noi meo.i. militantẽ ecclesiã,qa cõgregauit fideles p fidẽ & charitatẽ,ex qbus tanq; ex viuis & electis lapidibus, deo pri seu sublimissimæ trinitati tẽplũ cõstruxit,in quo deus habitat gratiose,& regnat benigne. Hinc p Zachariã prædictũ est:Ecce vir oriẽs nomẽ eius,& ædificabit templũ dño. De hac domo ait Apłus ad Hebræos:Chrus tanq; filius in domo sua quæ domus sumus nos. Atq; ad Timotheũ: Scias quõ oporteat te in domo dei conuersari,quæ est ecclesia dei viui,colũna & firmamentũ veritatis. Et stabiliã thronũ regni eius.i.regnũ eius authoritatẽ ac iudiciariã potestatẽ, vsq; in sempiternum. Chrus qppe regnat in militãti ecclesia p fidem & gratiam vsq; ad finem mundi. Deinde per beatificam visionem & gloriæ lumen regnat in ea, in patria, & in tota triumphante ecclesia.

Vnde à

Margin: 3. Regũ.11 · Eccles.1 · Pet. Co. hist. libr. 2 Re. cap. 10 · 1. Regũ.15 · R. Paul' · Gene. 12 · 3. Reg. August. 3. Regũ.12 · August. 3 Reg. 6.7 3. Regũ.11 Roman.1 · Hiere. 23 · Luce.1 · 1 Pet.2 · Zach.6 Hebr.3 · 1.Timot.3

Dani.7 Vnde à Daniele est prædictum: Dedit ei antiquus dierum, videlicet, pater æternus potestatem D
& honorem & regnum, & omnes populi tribus & linguæ seruient ei. Potestas eius potestas æter-
Esai.9 na quæ non auferet, & regnū eius quod non corrumpet. Hinc Esaias: Sup solium (inqt) Dauid &
sup regnū eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio, & iustitia, & amodo & vsq; in
sempiternum. Ipse erit mihi in filiū, hoc est, filius meus naturalis, verus & vnicus erit, imo & æter
Prouer.30 Romani.1 naliter est. De quo in Prouerbijs dicitur. Quod nomen eius, & quod nomen filij eius si nosti, q (vt
ad Romanos asseritur) prædestinatus est filius dei in virtute, & ego ero illi in patrem, id est, pater
eius consubstantialis & æternalis ero & sum. Qui si inique aliqd gesserit, arguam eum. Hic Iudæi
insultant nobis, dicentes. Aut inique aliqd egit Christus vester aut non. Si sic, ergo peccator est.
Esa.53 Si non, ergo istud non est de ipso prædictum. Ad quod respondet, quia vt apud Esaiam legitur:
Christus iniquitatem non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed cum ipse sit caput omnium
electorum, cum quibus constituit vnum mysticum corpus. quædam in scripturis dicuntur de ipso
in persona membrorum suorum, propter connexionem & condescensionem capitis huius ad mem-
bra sua. Sicq; mos est scripturæ ea quæ capitis sunt asscribere mēbris, & econuerso. Vnde in Psal.
Psal.40 cuius exordium est: Beatus q intelligit sup egenū & pauperem, q de Chro eiusq; traditore manife
Ibidē co conscriptus est, legit: Ego dixi dne miserere mei, sana aiam meam, qa peccaui tibi. Arguam eū
in virga virorum .i. membra eius corripiā, puta credentes, vel ipsum pro peccatis membrorum, iuxta
Esa.53 Psal.68 illud in Esaia: Dns posuit in eo iniqtatem omnium nostrum. Vnde ait in Psalmo: Quæ non ra-
Psal.87 pui, tunc exoluebam. Itemq;: Sup me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti
super me. Misericordiam autem, hoc est, grām meam non auferam, qm Chrus fuit summe puen E
tus, repletus, & confirmatus in gra secundum naturam assumptam, & fuit in eo gra vnionis, gra ca
pitis, gra personalis, & gra beatificæ visionis. Vel misericordiam meam non auferam ab eo, quia
Christus in suis vicarijs, principibus, ac prælatis, iugiter regnat in vniuersali ecclesia, & membris
ipsius abundantissima gratia est collata sub euangelica lege, propter quod tempus noui testamen
Zach.12 ti, tempus gratiæ appellatur. Vnde in Zacharia scriptum est: Et erit q offenderit ex eis in die illa,
quasi Dauid, & domus Dauid quasi dei, sicut angelus domini in conspectu eorum. Quod prędi-
ctum est ad designandum magnitudinem pietatis, ac græ dei tempore Chri ac euangelicæ legis.
Et fidelis erit domus tua, hoc est, Christi familia constans erit in fide & gra, quæ vocatur domus
Dauid, hoc est, Christi pręfigurati per Dauid. Vel, quia fideles sunt spūales filij Dauid per fidei ac
Gala.3 virtutum sequelam, sicut in simili ait Apostolus ad Galatas: Qui ex fide sunt, hi filij sunt Abrahæ.
Acto.4 Hinc in Actis primitiua ecclesia legitur orando dixisse: Deus q dixisti per os Dauid patris nostri.
Ideo ait Glossa: Ecclesia dicitur domus Dauid propter genus Dauid, & domus dei propter tem-
plum dei de hominibus factum.

¶ Consequenter describitur, qualiter Dauid ex tantis dei promissis, non est inaniter eleuatus,
2.Regū.6 sed humiliter regratiatus. Ingressus est autem Dauid rex, Quo introiuit, puto quòd in locū seu
tabernaculum, in quo collocauerit arcam, vt præcedenti habet caplo, vt in loco illo sacro deuo-
tius se haberet. Siqdem dispositio, consecratio, & sanctimonia loci cooperantur ad deuotionis au
gmentum, sedit coram dño hoc est, humilr posuit se in dei præsentia, quæ ibi specialr fuit pro
pter arcæ præsentiam, & loci consecrationem. Vnde qdam exponunt coram dño, id est, coram
arca in qua deus specialr præsentabatur. Nam & supra arcam facta fuit ac stetit aurea tabula, quæ
dicebatur propitiatorium atq; oraculum, qa ex illo loco dns exaudiuit orantes, & dedit rnsa, ac F
Exo.25 propitiabat populo suo, sicq; tabula illa fuit quasi sedes dei, vt dictum est plenius in Exodo, & di
xit: Quis ego sum dñe deus? Quasi dicat: Indignus sum tantis beneficijs tuis, & tam gratioso re-
spectu maiestatis tuæ ad me, & quæ domus mea hoc est, soboles tribus seu familia, tanquàm di
cat, nec ipsa hæc meruit, quia adduxisti me hucusq; .i. ab exordio vitæ meæ fuisti mihi gratio-
sus defensor & conseruator vsq; in præsens, atq; per semitas æquitatis me direxisti, quēadmodū
Sap.10 scriptum est: Iustum deduxit dominus per vias rectas. Ita vt dicere queam: Tenuisti manum de-
Psal.72 xteram meam, & in volūtate tua dedixisti me, vel adduxisti me hucusq;, hoc est, vsq; ad soliū istud
regale, & vsq; ad prosperitatē qua polleo. Itaq; sanctus Dauid quanto summi & primi benefacto
ris maiestatem ac munificentiam plenius considerauit, tanto seipsum profundius humiliauit, &
præcordiali affectu gratias egit. Sed & hoc ipsum paruum visum est in conspectu tuo do-
mine deus, hoc est, excellentiæ tuæ non suffecit, nec satis multum reputasti conferre mihi bene-
ficia multa & magna in vita præsenti propriaq; persona, nisi loquereris etiā de domo serui tui in
longinquum id est, nisi etiam promitteres mihi pro successoribus ac posteris meis magna & pro
spera, quòd scilicet succedent mihi in regia dignitate. Ista enim est lex Adam domine deus,
hoc est, proprietas hominis prothoplasti, seu iussio ei facta, videlicet solicitudinem gerere de pro
Gen.2 lis successione ac prosperitate. Vnde primis parentibus dictum est, Genesis secūdo caplo: Cresci-
te & multiplicamini. Hæc autem lex ab Adam est in posteros deriuata. Vel hæc est lex Adam, id
est, hominis, vt gratias agat deo de beneficijs suis. ¶ Porro, Adam in Hebræo est no-
men commune significans hominem, nomenq; proprium hominis primi. Quid ergo addere
poterit

poterit adhuc Dauid vt loquaẽ ad te,⌋.i.tanta est pietas ac liberalitas tua in me, vt tibi sufficienter
A & pleene nequeam grates rependere, nec maiora audeo postulare, imo plura & ampliora dedisti
ac spopondisti, quàm petere præsumpsissem. ⌊Tu enĩ scis seruum tuum dñe deus,⌋ hoc est. cor
meũ cognoscis, & scis quod ex animo loquor ista, per effectum quoq; beneficiorũ ac promissorũ
iam prætactorũ demonstras, q̃ memor sis mei, & per approbationem me noscas, ac speciali mo-
do me scias, quemadmodũ dixisti ad Mosen: Teipsum noui ex noĩe. ⌊Propter verbum tuum,⌋ Exodi.19
id est, ad verificandũ promissa, quæ sanctis patriarchis Abrahæ, Isaac, & Iacob promisisti de re- 1.Reg.2.ca
gia stirpe oritura, ex eis p̃ tribum Iuda, & quæ specialr prædixisti Samueli de me ⌊& secundũ cor
tuum⌋ hoc est, ex cordis tui ꝓposito, & iuxta magnitudinem liberrimæ tuæ liberalitatis. Itemq́;
secundũ cor tuum, hoc est ex pietate & charitate voluntatis tuæ ad nos, & secundũ propriam tu-
am bonitatem, qua propriũ tibi est diuitias tuas alijs communicare ⌊fecisti oĩa magnalia hęc⌋.i.
tot & tanta beneficia dedisti ac promisisti. Hinc ad Ephesios ait Apl̃us: Deus operaẽ oĩa secundũ Ephe.1
propositũ & consiliũ voluntatis suæ, ⌊ita vt notũ faceres seruo tuo⌋ hoc est, mihi hæc ipsa notifi-
cares, & q̃d in posterũ sis facturus prædiceres. Nam & hoc est speciale donum dei, scire beneficia
eius. Sĩr futura prænoscere. Propter quod loquiẽ Paulus: Non spm̃ huius mundi accep imus, sed
spm̃ qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. ⌊Idcirco magnificatus es domine 1.Cor.2
deus⌋ hoc est, excellentiã magnifice demonstrasti, atq; in corde meo, magnus es cognitus ac ho-
noratus. Nam & hoc ad magnificũ spectat, dare & agere ampliora quàm mereẽ, recipiens. ⌊quia
non est similis tui,⌋ in creaturis, i. æqualis, cũ sis vniuersis ac singulis infinitæ sublimior. ¶Verũ nĩ
rationales & intellectuales creaturę sunt sĩles deo sĩlitudine participata & imitatiua, imo ad dei ima
B ginem sĩlitudinemq́; creatæ, ad quam sĩlitudinem hortatur nos Chr̃us: Estoĩe (inquiens) perfe- Genes.1
cti, sicut & pater vester cœlestis pfectus est. ⌊Neq; est deus extra te in oĩbus quæ audiuimus auri Matth.5
bus nr̃is⌋ hoc est, prẹter te non est verus deus, nec dij gentium, de q̃bus audiuimus, veram habent
in se deitatem. ⌊Quæ est autem vt populus tuus Israel gens in terra,⌋ id est, in mundo hoc inferio
ri non est gens tantæ dignitatis & gratiæ vt plebs Israelitica, quod verum fuit tempore veteris te
stamenti, sub quo plebs illa fuit à deo prælecta, & multis ac magnis donis, virtutibus, miraculis,
præ cæteris decorata. Propter quod locutus est Moses: Te elegit dominus, vt sis ei populus pecu
liaris de cunctis populis q̃ sunt super terram, q̃a dilexit vos dominus, ⌊propter quam⌋ Israeliti-
cam gentem, ⌊iuit deus⌋ hoc est, per opa sua gratiosa atq; miraculosa processit, & in Mose iuit. Deuter.7
Iuit quoq; per angelum qui filios Israel in columna ignis & nubis præcessit & duxit, iuxta illud
Exodi: Ecce ego mitto angelum meum, qui præcedat te, & introducat ad locum quem paraui. Exo.13
Et angelus iste interdum vocatur deus aut dominus, prout in Exodo patet, quia in dei persona ap- Exo.23
paruit, loquebatur, aut aliqua faciebat, vt sanctus exponit Gregorius. ⌊vt redimeret eam sibi in Exodi.14
populum,⌋ hoc est, quatenus deus ad suum honorem liberaret plebem Israeliticam à seruitute Gregori⁹
Aegyptiorũ ad hoc q̃ eẽt ppl̃s suus peculiaris & suis bñficijs gratus, ac libere sibi seruiret in terra
ꝓmissionis ⌊& poneret sibi nomen⌋ hoc est, denoĩationem acciperet à plebe præfata, quoniam
propter opera circa eam exhibita, vocatus est deus Israel, & deus Hebræorum, iuxta illud Exo-
di: Deus Hebræorum vocauit nos, vel poneret sibi nomen, hoc est, præclaram acquireret famam
per mirabilia pro populo illo peracta. Vnde in Exodo dixit ad Mosen: Videntibus cunctis, signa Exodi.3
faciam, quæ nunquàm visa sunt super terram, nec in vllis Gentibus. Et cur faceret ea, exprimit in Exo.34
C libro Numerorum, dicens: Viuo ego, & implebitur gloria domini vniuersa terra. Hinc cum do- Nume.14
minus permisisset filios Israel à viris Hai fugari Iosue plorans & orans, inter cætera dixit ad de- Iosue 7
um: Quid facies magno nomini tuo? Hinc demum scriptum est in Esa: Qui scidit aquas ante Esa.63
eos, vt faceret sibi nomen sempiternum. Et rursus ibidem loquitur deo Esaias: Sic adduxisti po- Ibidẽ
pulum tuum, vt faceret tibi nomen gloriæ, ⌊faceretq́; eis,⌋ hoc est, pro redemptione Israelita-
rum ⌊magnalia,⌋ id est, supernaturalia signa, atque magnifica opera, quoad Hebræorum edu-
ctionem, quæ erant Aegyptijs metuenda. Propter quod subditur: ⌊& horribilia super terram,⌋ Exo.10
sicut quod tribus diebus fuerunt palpabiles tenebræ in Aegypto, ita quod nullus Aegyptiorum Ex 7.8.9
videre potuit proximum suum, & aliæ plagæ Aegyptijs inflictæ, quæ in Exodo sunt descriptæ. & 10.ca
⌊à facie populi tui,⌋ hoc est, hæc magnalia peregisti intuitu Israeliticæ plebis tuæ, ac diuidendo
inter populum tuum atque Aegyptios. Propter quod Moses dixit ad Pharaonem, vt scias quan- Exo.11
to miraculo dominus diu dat inter filios Israel & Aegyptios. ¶Quidam exponunt aliquid subin-
telligendo, vt sit sensus: Fecisti magnalia & horribilia illa, supple, ejciendo ac dejciendo aduersa-
rios à facie populi tui Israel, per quem Aegyptios ac Chananæos multipliciter peremisti. Huic
expositioni consonat illud primi Paralipomenon decimiseptimi: Magnitudine sua atq; terrori-
bus ejceret nationes à facie eius. ⌊Quem redemisti tibi ex Aegypto.⌋ Vnde per Mosen tuum 1 Reg.17
populum eduxisti ad tuiipsius laudem & gloriam ⌊† gente & deo eius,⌋ hoc est, ex Aegyptiaca al's getem
gente, & dijs eorum, tuum populum eruisti, qui non solum Aegyptijs, sed & Idolis eorũ in Aegy et deum
pto seruiuit. Quemadmodum in Deuteronomio & Ezechiele manifeste habetur. Itaq; ponitur Deute.28
hic numerus singularis pro plurali, cum dicitur, & deo eius. Ezech.20

¶Porro

Numer.33 ¶Porro deus nō ſolum Aegyptios,ſed & deos eorum contriuit,iuxta illud in Numeris:Nam D
& in dijs eorum exercuit vltionem. Aliqui textus habent,gentem & deum eius. Quod quidam ex-
ponnut ſic,gentem,vtpote,præfatum Iſraeliticum populum,& deum eius,hoc eſt, Moyſen, cui
Exodi.7 in Exodo loquitur dominus: Ecce conſtituite deum Pharaonis. Alij ſic exponunt,gentem &
deum eius, id eſt , plebem Chananæorum , ac deos eorum , ſupple , expulit & eiecit deus à facie
Iſraelis. Veruntamen ſenſus iſte non videt̃ ex textu haberi. Et firmaſti tibi populum tuum Iſra
el in pplm ſempiternum hoc eſt,per dona gratiæ tuæ firmiter ſtatuiſti hunc pplm, eſſe populū
Eſa 19 tuum hæreditarium ac iugiter te colentem, iuxta illud in Eſaia: Hæreditas mea Iſrael, & hoc per
Romañ.11 ſucceſſionem impletum eſt in electis ex populo Iudæorum,quia reliquiæ per electionem gratiæ ſal-
uæ factæ ſunt. Vel ſenſus eſt, quòd hoc deus fecit quantum in ſe fuit, quis pplus ille ſe frequenter
auertit à deo, & tandem pro maxima parte omnino auerſus fuit ac induratus. Et factus es tu
domine deus eis in deum, hoc eſt,tu qui vniuerſorum creator ac dominus es,factus es ſpecialiter
deus plebis illius,conferendo eis legem,ac alia beneficia multa & magna,ſicq́ factus es deus illorum
abſq́ tui ipſius mutatione per nouos effectus omnipotentiæ ac beneficentiæ tuæ,iuxta quem ſen
Pſalm.88 ſum fertur in Pſalmo: Domine refugium factus es nobis. Hinc in Exodo dominus ait filijs Iſrael:
Exod.6 Educam vos de ergaſtulo Aegyptiorum , & redimam in brachio excelſo, & aſſumam vos mihi in
Deuter.4 pplm,& ero veſter deus. ¶Deniq́ de hac Iſraelitici ppli electione, claritate, & excellentia ait
Moyſes: Non eſt alia natio tam grandis quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut deus noſter
adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias iu-
ſtaſq́ iudicia, & vniuerſam legem quam ego proponam hodie ante oculos tuos. ¶Circa hæc
ſcribit Lyra. In Hebræo habetur,quæ eſt gens vt populus tuus Iſrael, propter quam iuerunt dij E
R. Salo Quod exponit Rabbi Salomon, de Moyſe & Aaron qui miſſi fuerunt ad educendum Iſrael de
Aegypto, & dicuntur dij participatiue. Sed melius poteſt exponi de pluralitate perſonarum in
diuinis,quarum indiuiſa eſt ſunt opera,ſicq́ notat̃ pluralitas perſonarum,cum dicit̃, iuerunt dij, quia
tres perſonæ veræ dicunt̃ deitatem habentes. Quoniam tamen deitas illa & eſſentia ſimplex vna eſt
in tribus perſonis,ideo ſubditur ſingulari, vt redimeret eam ſibi. Nunc ergo domine deus ver-
bum quod locutus es ſuper ſeruum tuum, & ſuper domum eius,ſuſcita in ſempiternum hoc eſt,
perpetuo imple præfatam promiſſionem mihi,ac poſteritati meæ à te factam, & fac ſicut locu
tus es,vt magnificet̃ nomen tuum vſq́ in ſempiternum hoc eſt,ad tui ipſius reuerentiam fac hoc
atq́ dicat̃: Dñs exercituum deus ſuper Iſrael hoc eſt,deus omnipotens & dñs cœleſtium agmi
num,dignanter factus eſt deus Iſraeliticæ plebis,ſuper eam ſpeciali prouiſione reſpiciens, & do
mus ſerui tui Dauid erit ſtabilita coram dño hoc eſt,ſoboles familia ſeu ſucceſſio mea coram te
firmiter pmanebit,ſi feceris ſicut locutus es,& ſicut oro impleri. Quia tu domine exercituū de-
us Iſrael reuelaſti auriculam ſerui hoc eſt,auribus meis per Nathan prophetam denuntiaſti, di
cens Domum ædificabo tibi id eſt,ſucceſſores in regno ex ſemine tuo tibi præſtabo, ſicut expo
ſitū eſt. Propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuū hoc eſt,fiduciam iſtam orandi concepit, iſtamq́
voluntatis ſuæ diſpoſitionem ſenſit in ſe, vt oraret te orōne hac. Quaſi dicat: Niſi tua pia pro-
miſſione & gratioſa præuentione mihi tanta ac talia ſpopondiſſes ac prædixiſſes, non præſume-
rem iſta orare. Nunc ergo dñe deus tu es deus Qui nec mentiri, nec fallere potes,cum ſis ſub-
ſtantialiter verus & veritas, & verba tua erūt vera. Locutus es enim ad ſeruū tuū bona hæc. Incipe er
go implere quæ promiſiſti, & benedic domui ſerui tui .i. in prole atq́ domeſticis meis auge,
& conſerua tuarum munera gratiarum, vt ſit in ſempiternum coram te, hoc eſt,iugiter tibi ſit pla-
cita,& coram te pmanſura, quia tu dñe deus locutus es hæc,& benedictione tua benedicet̃ domus
ſerui tui in ſempiternum. ¶Præterea queri poteſt,cur Dauid tam feruētibus repetitiſq́ verbis
rogauit verba diuinæ promiſſionis impleri, cum verba dei caſſa eſſe non queant, nec falſa. Et re- F
ſpondendū, quod Dauid nō ignorauit promiſſiones dei frequenter eſſe intelligendas ſub conditione
implicita, vtpote niſi hoīes peccando obicem ponerent,ideo exorauit pro gr̃a, ne vel ipſi vel po
ſteri ſui obſtaculū ponerent impletioni diuinæ promiſſionis. ¶Inſuper ſciuit deum ſic multa p-
mittere, vt tamē velit ea p orōnes & opa bona promereri ſeu obtineri. Propter quod etiam Chri
Johan.17 ſtus paſſione inſtante orauit pro ſua glorificatione, dicens: Pater, venit hora, clarifica filium tuū.
Hiere.18 Hinc quoq́ p Hieremiā loquit̃ deus: Subito loq̄r de gente & regno, vt ædificem & plantem illud.
Si fecerit malum in oculis meis, pœniam agam ſup bono quod locutus ſum, vt facerem ei. Itaq́ ſi
cut iuxta commune dictum ſanctorum, quædam eſt prophetia prædeſtinationis, quæ ſemp certitu
dinaliterq́ implet̃. Alia eſt prophetia comminationis, quæ aliquando non implet̃. Sic quædam diui-
na pmiſſio, eſt promiſſio prædeſtinationis quæ implet̃ certiſſime, & quædam conditionis, cuius im-
pletio ex meritis pendet eorum quibus fit ipſa, & hi quibus fit interdū, non ſciūt qualiter ſit intelligenda di
uina promiſſio eis facta. Et quamuis contingat non fieri qđ deus promiſit, nihilominus verba dei
ſunt vera, quia ſecundum intellectum, quo à deo prolata ſunt, & ſecundum quem vere accipien-
da ſunt, indubitanter ſunt vera

¶De ſpūali & myſtica eiuſdem capit. VII, intelligentia. Art. XIII.

Facta eſt

A FActum est autē cum sedisset rex Dauid in [illegible]
instruunt Christiani principes ac plati[illegible]
otio, ludis, iocis, libidini, sed zelo diuini [illegible]
riores consistunt, atq; maiori quiete & pro[illegible]
stes solicitius vigilent, & beneficia dei profundius p[illegible]
cultus promotionē. Vides neq; ego habitem in do[illegible]
tium suū pulchrius ac ptiosius fuit tabernaculo dei, i[illegible]
plati diuites ac nobiles carne redarguunt, qui pretios[illegible]
talitia, palatia aut castella, nec curāt q; materiales eccle[illegible]
tur, aliaq; sacramenta ac diuina exercent, de vili constan[illegible]
rantur, imò ad reparationē huiusmodi inueni[illegible]
derat zelo dei, idcirco sunt ministri diaboli. In[illegible]
dum deo templū in semetipso, & item in cordibus proximo[illegible]
deinde verbo aut exemplo proximoꝝ purgationi & ædification[illegible]
lus: Non solū animæ, sed & corpora nostra templa sunt spūs sancti, si v[illegible]
rum sicut Dauid quamuis rex magnus & sapientissimus fuit, tamen à Nat[illegible]
consiliū; sic magnates & omnes qui psunt, à viris iustis ac prudentibus, qu[illegible]
sed & futura prospiciunt, debent inuestigare, quid psertim in arduis sit age[illegible]
siastico scriptū est: Cum viro sancto assiduus esto, & quemcūq; noueris obs[illegible]
B cuius anima est secundū a[illegible] Nun[illegible] tu ædificabis mihi dom[illegible] omnipo- 3. [illegible]
tens, iustus & sanct[illegible] plū ædificari à Dauid [illegible] iudicū Israel, q
ante eum fuerunt, q[illegible] enim quāuis infr[illegible] Salomon dicat pa
trem suū Dauid n[illegible] ruere propter in[illegible] diq; bella, attamen ve- 1. Para. 22
riorat atq; potio[illegible] semet D[illegible] moni aperuit, primo Paral.
libro loquens ad eū: F[illegible] domū nomini dei mei, sed factus
est sermo dñi ad me, d[illegible] a bella bellasti, nec poteris ædi-
ficare domū nomi[illegible] o etiam testamēto effu-
sores sanguinis sunt irregulares [illegible] templi prohibi-
ta fuit Dauid mystica significa[illegible]e, ad del[illegible] bus carna
libus occupant, [illegible] vindictæ intendunt ad [illegible] dei
b[illegible] reform[illegible] em q; proximoꝝ inepti existunt. De [illegible]
rius, [illegible] p prohibitionem illā (vt ait) est design[illegible]
ipso debe[illegible] corrigere. Quod vtiq; decet, ne[illegible]
dice cura teipsum. Et illud [illegible] Po[illegible]
stamento quo a[illegible], viri sanguinarij materiales eccle[illegible]
imo plurimū com[illegible] circa religiosoꝝ lo[illegible]
libera[illegible] existunt, [illegible]
dñs[illegible] domus [illegible] stis [illegible]
vos prohibiti sunt cœli ne[illegible] ro[illegible] ne [illegible]. Vnde e[illegible]
q; liberales circa construend[illegible] sacra [illegible] etiam in psen[illegible] affluentiam temporalem ac cor-
C poris sospitatē, & vltra hæc, dona gratiæ in psenti, ac bona gloriæ in futuro. Ego te tuli de pas-
cuis. Dauid fuit euidens Christi figura. Christū aūt deus pr constituit regem, ducē atq; pontificē
super vniuersum populū suum, imò cum Iesus Christus greges populoꝝ sequeretur, eundo inter il- Mat. 3. 4
los ad baptismum sancti Iohānis, & in deserto ieiunasset, mox à patre missus est ad popul[illegible] Mar. 3. 4
instruendū, & tunc p diuersa miracula ac pclarissima signa est magnificatus, & præ cunctis ho-
minibus spectabilis factus. Et ponā locū populo meo Israel & plantabo eū, & habitabo cum eo,
&c. Omnia ista multo excellentius sunt impleta in populo Christiano sub euangelica lege, q̄
vnq̄ in populo Iudæoꝝ. Nempe populum Christianū posuit deus non solū in terra promissio-
nis, sed toto orbe terraꝝ, quem plantauit p dona gratiæ in pace & securitate & habitauit varijs
modis in medio eius. Quæ est gens vt populus tuus Israel. Ista excellentia populo Christiano p-
clarissime competit. Etenim propter redemptionē & salutē populi huius, deus dei filius descen-
dit in mundū, & intrauit Aegyptū, ad literam, spiritali[illegible] assumendo pœnaꝝ & tribulatio
num obscuritatē. In Apoca. autem hic mūdus Aegyptus & Sodoma nuncupat. Chrūs quoq; à Apo. 11.
populo quem sanguinis sui prio de spiritali Aegypto seu vitioꝝ caligine liberauit, deus Christia-
noꝝ vocat. Quæ autem, qualia & quanta miracula, signa, prodigia & portenta fecerit Christus
p seipsum, p gloriosos apostolos, p martyres [illegible] electos pro populo Christia-
no conuertendo, corroborando, saluando, nūllus plene potest exprimere, imò omnia illa mag-
nalia quæ olim in lege exhibuit p pulo Iudæoꝝ, p beatissimos apostolos transtulit ad plebem
Christianoꝝ, inter quos incomparabiliter plura & maiora egit miracula, atq; effudit gratiarum
charismata, q̄ olim in veteri testamento. [illegible] populū [illegible] æternū. Matt. 28
Ecce

Matt. 18 Ecce(inquiens)ego vobiscũ sum cunctis diebus vsq; ad consummationẽ seculi, & populũ illum D
antiquũ ob suam incredulitatem, vsq; in finem reliquit. ¶Preterea exemplo sancti Dauid, dis-
camus vniuersa beneficia dei generalia ac specialia, naturalia & supernaturalia, corporalia ac spi-
ritalia, quantum nobis possibile est vigilanter attendere, frequenter recolere, ac super his deo al-
tissimo totis viribus, deuotissima ac ardentissima mẽte grates referre, non lingua tantum & ver-
bis, sed opere quoq; & virtuosis obsequijs. Ex consideratione demum præteritorum beneficio-
rum atq; præsentium munerũ, augeatur in nobis iugiter humilis ac filialis ad deum fiducia, ita vt
eum indesinenter oremus, in fide nil hæsitantes, sicq; inueniamus cor nostrum ad ista ac cætera bo
na agenda, quia vt asserit Glossa, nihil fugacius est corde humano, nec instabilius videtur qd eo,
quod peccando & stolide imaginando, ac friuole discurrendo, atq; indomite euagando mox p-
dimus: sed reducẽdo illud ad deum, & à vanis dispersionibus recolligendo ad necessarium vnum,
Luc. 10 protinus illud inuenimus, & quasi cancellis clausum tenemus, dũ ex assidua diuinæ maiestatis oĩa
intuentis consideratione illud coram deo stabilire ac semper salubriter occupare conamur, cum
3. Reg. 17 Helia dicentes: Viuit dominus ante cuius vultum sto hodie. Quod qui pensare non desinit, cor
suum possidet, inuenit, figit, custodit ac saluat.

¶Postremo, cum beato Dauid deũ affectuosissime deprecemur, vt bona gratiæ ac gloriæ quæ
promisit populo Christiano, consequi mereamur, nec vitijs nostris indigni reddamur eisdẽ, nec
obicem ponamus spiritui sancto. Quemadmodum etiam Dauid rex solicitus fuit pro filio ido-
neo successore, sic principes & prælati tota diligentia enitantur, vt viri vere idonei, virtuosi pru-
dentes, eis in principatu & prælatione succedant, nec aliquos nisi tales in officijs ponant, aut vi-
ces suas committant. Ad quod tam dei quàm proximorum & subditorum amore debent induci, E
alioquin grauissimis atq; innumeris inuoluentur peccatis. ¶Circa dicta in isto capitulo quæri-
tur, an Salomon sit saluatus? Et videtur q imo, ex multis verbis in isto capitulo de ipso expositis,
quia de ipso dominus dixit: Quod si inique aliqd gesserit, arguam eum in virga virorũ, & in pla-
gis filiorum hominum, misericordiam autem meam non auferam ab eo. Et rursus: Ego ero illi
Pet. Co. in patrem. Vnde magister in historijs ait: Ex hac promissione conijcitur, q saluus sit Salomon.
histo. lib. 2 Idem videtur sentire Hieronymus in pluribus locis, Ambrosius quoq; dicit eum ante obitũ ve-
reg. ca. 9 re pœnituisse. Lyra etiam refert hic, q quędam Glossa Hebraica dicit hoc ipsum super Ecclesia-
Hierony. Ambro. sten: Et alibi narrat, q apud Iudæos est quidam libellus de pœnitentia Salomonis. Deniq; in Ec
Eccles. 1 clesiaste ipse Salomon loquitur: Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem. Circa quod aliqui
Eccles. 1. scribunt, q ex humilitate dixit, fui rex, quasi indignum se reputãs nomine regis impresentiarum,
cum tamen rex esset, & dicunt q ædidit librum illum in senectute, cum pœnituisset. In oppositũ
3. Reg. 11 huius arguitur, quia neq; in libro Regum nec Paralipomenon aliquid de eius pœnitentia tangi-
2. Para. 9. tur, in quibus tamen eius grauissima scelera describuntur, sicut de pœnitentia Manasse secundo
2. Par. 36. Paralipomenon agitur. Insuper Lyra scribit hoc loco: Istud est mihi valde dubiũ, q scilicet Sa-
lomon pœnituit, quia si vere pœ[illegible] esset rex valde potens, destruxisset templa idolo-
rum quæ ædificauerat, vt videtur, [illegible] steterunt vsq; ad tempus Iosiæ re-
4. Reg. 23 gis, vt infra quarto libro habetur. Nec [illegible] hoc loco [illegible] arguì de misericordia dei ad
eum, nisi quantum ad temporale regnum, vt præcedenti articulo dictum est. Hæc Lyra. Sed qd F
contra vltimam rationem hanc Lyræ scribat Rabbi Paulus, præcedenti habetur articulo: Prima
quoq; ratio Lyræ, q scilicet templa idolorum destruxisset, non apparet idonea. Constat enim
3. Reg. 15 quod infra Salomonẽ & Iosiam fuerunt virtuosi reges, videlicet Asa, Iosaphat, Ezechias, ac alij
2. Para. 14 qui nec templa nec idola illa destruxerunt, qui tamen toto corde idololatriam abhorrebant. Po
3. Reg. 15 tuisset etiam Salomon in extremis pœnituisse, quando nec tempus, nec facultatem habuisset de-
2. Para. 17 moliendi idola illa. Veruntamen de hac re diffinire nil audeo, & quod sine periculo ignoraĩ, di-
4. Reg. 17 2. Para. 28 29. uino committo iudicio. Siquidem multa sunt ex quibus satis timendum videtur de eius damna-
3. Reg. 11 tione. Nam & infra tertio libro continetur, qualiter propter scelera sua increpatus fuit à domi-
no, nec tamen tunc acquieuit, imo volebat occidere ipsum Hieroboam, eo quòd ab Ahia pro-
pheta esset designatus & prænuntiatus rex futurus super decem tribus, quod tamen Salomon
sciuit propter sua facinora iussum à domino. Amplius, primo Paralipomenon libro legitur Da-
1. Para. 28 uid Salomoni dixisse: Si quæsieris deum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proijciet te in æter-
Eccl. 47 num. Similiter in Ecclesiastico, vbi præconia & vituperia seu vitia Salomonis scribuntur. Reci-
tatis postremo sceleribus eius, nil prorsus de eius pœnitentia tangitur. Itaq; non simus curiosi de
hac re inquirenda: sed tanti viri lapsu pensato, vereamur occulta dei iudicia, neq; de sua scientia
Luce 12 aut sapientia quis præsumat, sed magis formidet, sciens q verissime dicat scriptura: Seruus sciẽs
Iude voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Et: Cui plus datum est, plus re-
quiretur ab ipso.

¶EXPLANATIO CAPITVLI VIII. Factum est autem post hæc. Art. XIIII.

Recita

A R Ecitatur in cap. isto, qualiter dñs contulit sancto Dauid merito suæ de-
uotionis magnas victorias. Nam quia gratus fuit deo, meruit plura ac
cipere, & narrantur hic quatuor victoriæ eius, quibus quatuor genti-
bus deo auxiliante præualuit. ⌊Factũ est autem post hæc, percussit Da 1. Para 18
uid⌋ cum suo exercitu ⌊Philistĳm & humiliauit eos,⌋ ipsorũ robur at-
q; victoriam prosternendo. ⌊Et tulit Dauid frenum tributi de manu
Philistĳm⌋ .i. potestatem & ius quoddam exigendi tributũ à filĳs Isra-
el abstulit Philistæis vincendo eosdẽ. Nã longo tempore filĳ Israel sol-
uerunt Philistæis tributũ, sed Dauid in tantũ præualuit illis, q; facti sunt
ei tributarĳ. Deniq; potestas illa exigendi tributum, recte vocatur fre-
num, quoniam sicut freno subditur equus sessori, sic tali potestate vna gens subĳcitur alteri. Cõ- Gen. 49
sequenter tangitur qualiter vicerit Moabitas. ⌊Et percussit Moab⌋ .i. Moabitas natos ex semi-
ne Moab filĳ Loth, ⌊& mensus est eos funiculo⌋ .i. terram eorum in suam redegit potestatem,
atq; ad libitum pertransiuit, & cui voluit dedit hæreditatem. Est quippe funiculus instrumẽtum Ezech. 40
metiendi, iuxta illud Ezechielis: Funiculus lineus in manu eius, vtpote viri mensoris. In Zacha- Zach. 11
ria quoque: Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decus, & alteram funiculum, ⌊coæquans
terræ⌋ .i. valde prosternens atq; humilians Moabitas. Vel, mensus est eos funiculo .i. mensura
iustitiæ & æquitatis rigore eos diiudicauit & castigauit, coæquans terræ .i. fortiora eorum ca-
stra ac habitacula omnino euertẽs, ne rebellarent. ⌊Mensus est autem duos funiculos⌋ .i. dupli-
B cem modum procedendi cum eis considerauit, ⌊vnum ad occidendum & vnum ad viuifican-
dum⌋ .i. principaliores & magis reos per viam iustitiæ interfecit, alĳs per viam pietatis pepercit
puta vulgaribus, quos reliquit in vita, vt sibi sub tributo seruirent, nec sine rationabili causa vasta
uit sic Moabitas, quamuis non exprimat in textu. Sequitur qualiter vicit Syros. ⌊Et percussit Da
uid Hadadæzer filium Rehob regem Soba⌋ .i. regionis sic dictæ pertinẽtis ad Syriam, vt aliqui
dicunt, sic'q; alia fuit à regione in qua regnauit regina Saba. Nam & primo Paralip. dicitur, So- 1. Para 18
ba, non Saba, & ibi additur Zoba regionis Hæmath .i. Antiochiæ, quo cõstat, quod ad Syriam
pertinebat, ⌊quando profectus est vt dominaretur super flumen Euphraten⌋ .i. vsq; ad flumen
illud. Hinc in præallegato libro Paralip. clarius dicitur, Quando perrexit vt dilataret imperium Ibidẽ
suum vsq; ad flumen Euphraten, & hoc iuste facere potuit, imo & debuit. Nam vsq; flumen il-
lud quod est vnũ de quatuor fluuĳs paradisi, promiserat deus filĳs Israel terras Chananæorũ, iu- Gene. 2
xta illud Deuteronomĳ. A deserto & Lybano, & vsq; ad flumen Euphraten erunt termini ve- Deut. 11
stri. ⌊Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum sub
neruauit omnes iugales curruum⌋ .i. equos qui assueti erant trahere bellicos currus. Non ex cru-
delirate hoc fecit, sed ne equi illi amplius apti essent ad talem vsum, & ne cõtra legem videretur
sibi equos multiplicare superflue, quoniam in Deuteronomio dominus iussit: Cum fuerit rex cõ Deu. 18
stitutus, non multiplicabit sibi equos. ⌊Dereliquit autem ex eis centũ currus⌋ .i. equos tot qua-
drigarum, aut etiam ipsas quadrigas reseruauit sibi ad vtiles vsus, & (vt aliqui dicunt) ad vnũ cur-
rum pertinebant quatuor equi. Dicitur autem primo libro Paralip. q; Dauid cæpit mille quadri 1. Para. 18
gas Hadadæzer, & decem millia equitum, quod qualiter valeat concordari cũ his quæ isto haben
tur cap. in quo fertur q; cæpit ex parte illius mille septingentos equites, in pallegato lib. Paral. est
expressum. ⌊Venit quoq; Syria Damasci⌋ .i. Syrorũ exercitus, quorũ metropolis est Damascus, Ibidem
iuxta illud in Esaia: Caput Syriæ Damascus, ⌊vt psidiũ⌋ .i. auxiliũ ⌊ferret Hadadæzer regi Zo Esa. 7
C ba⌋ aduersus Dauid. ⌊Et percussit⌋ Dauid ⌊de Syria vigintiduo millia virorũ.⌋ In Paralip. dici 1. Paral.
tur viginti millia, sed minor numerus non excludit maiorem, nisi signum exclusiuum addatur.
Maior quoq; numerus includit minorem. ⌊Et posuit Dauid præsidium⌋ .i. custodiam militum,
⌊in Syria Damasci.⌋ Vnde in Paralip. legitur, Posuit milites. Hos etenim posuit ibi, vt tenerẽt Ibidem
Syros sub iugo Dauid. ⌊Factaq; est Syria seruiens Dauid⌋ regi ⌊sub tributo. Seruauit'q; domi-
nus Dauid in omnibus, ad quæcũq; profectus est⌋ .i. in omnibus bellis cõcessit ei victoriam. ⌊Et
tulit Dauid⌋ .i. secũ accepit ⌊arma aurea & torques aureos quos habebãt serui Hadadæzer, & tu
lit ea in Hierusalẽ. Et de Betah & de Berothai ciuitatibus Hadadæzer, tulit Dauid rex æs multũ ni
mis.⌋ In Paralip. scriptum est: De Tebath & Chun, sed diuersa ista vocabula significant eadem
oppida. Porro quod subditur, De quo ære fecit Salomon omnia vasa ærea in templo, & mare Ibidẽ
æreum, & columnas & altare, non est hoc loco de textu, imo (vt ait quidam) appositum fuit à q-
dam Glossatore, & postea vitio scriptorum hæc glossa inserta est textui. Sed aduertendũ, q; ver-
ba ista in Paralip. continentur præallegato libro, quo habetur, De quo fecit Salomon mare æne Ibidẽ
um & columnas & vasa ænea, sic'q; verba hæc nõ sunt omnifarie verba Glossantis, quãuis hic per
modũ Glossæ sint addita, qa de textu alterius scripturæ canonicæ sunt accepta. ⌊Audiuit autem
Thoi rex Hamath⌋ .i. Antiochiæ, quæ & Epiphania nuncupatur secundum Glossam, ⌊q; per-
cussisset Dauid omne robur⌋ .i. totum exercitũ ⌊Hadadæzer⌋ regis. ⌊Et misit Thoi Ioram fi-
lium suum.⌋ In Paralip. dicitur, Aduram filium suũ, sic'q; filius ille videtur fuisse binomius, ⌊ad

regem Dauid vt salutaret eum, congratulans⌋ suæ victoriæ, ⌊& gratias ageret, eo q expugnasset D
Hadadæzer & percussisset eum. Hostis quippe erat Thoi⌋ ipsius ⌊Hadadæzer⌋ idcirco de eius
Prouc. 24 ruina gaudebat. Non enim didicit adimplere, quod in Prouerbijs iubetur: Cum ceciderit inimi-
cus tuus ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum. Quod tamē de ruina culpæ potest in-
telligi. De ruina autem & oppressione iniusti aduersarij reipublicæ, potest quis gaudere zelo iu-
stitiæ, imo & ex boni communis amore. Frequenter autem contingit, q aliqui confœderant, &
amicitia copulant ad inuicē, qa aduersariū habēt eūdē. Vnde & Aristoteles in lib. ait Posteriorum,
q sollertia est industria inueniendi causam rei seu medium subito, vt si quæratur cur isti facti sunt
amici ad inuicem, & respondeatur, qa eūdem habent inimicum. ⌊Et in manu eius⌋ videlicet p-
sam filij Thoi, ⌊erāt vasa argētea & vasa aurea & æ nea⌋ qa omnia ista misit Thoi regi Dauid
per manum filij sui pro encennijs & gratiarum actione, q hostem suū prostrauerit, ⌊quæ & ipsa san-
ctificauit rex Dauid domino⌋.i. diuino vsui deputauit, vt.s. ex eis fierent instrumenta diuini cul-
tus, ⌊cū argēto & auro⌋ & manubijs.i. alijs, ⌊quæ sanctificauerat⌋.i. consecrauerat, ⌊domino⌋
ne amplius conuerterentur in vsum humanum, sed in ministerium templi futuri, ⌊de vniuersis
gentibus quas subegerat⌊.i. quæ abstulit gentilibus quos sibi iure prælij subiugauit, ⌊de Syria
& Moab & filijs Ammon & Philistijm & Amalec, & de manubijs Hadadæzer filij Rohob regis
Iose. lib. 7 an. 11 cap. Zoba.⌋ Quod autem Dauid vastauerit Syriam. Iosephus quoq ostēdit. Sequitur qualiter Da-
uid vicerit Idumæos. ⌊Fecit quoq Dauid sibi nomen cum reuerteretur capta Syria in valle Sa-
linarum⌋ quæ abundabant ibidem, ⌊cæsis decem & octo milibus⌋ quia tot milia Idumæorum oc
1. Para. 18 cidit ibidem per manum seruorum suorum. Siqdem in Paralipomenon legitur: Abisai filius Sar
uiæ, percussit de Edom in valle Salinarum decē & octo millia, sicq victoria illa ascribitur regi Da- E
uid, vt principaliori & ipsi Abisai tanq ministro & executori. Aliqui textus hic habent, duode-
Hiero. cim milia, quod teste Hieronymo ex scriptorum vitio contigit. Nam decem & octo erāt. Ioab
vero percussit ibidem duodecim milia, vt patet in titulo Psalmi quinquagesiminoni, cuius ex-
ordium est: Deus repulisti nos & destruxisti nos: in cuius titulo inter cætera continetur. Et cō-
Psalm. 59 uertit Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum duodecim milia, ⌊& posuit in Idumæa custo-
des⌋.i. militarem custodiam. ne fierēt Idumæi sibi rebelles, ⌊statuit'q præsidiū. Et facta est vni-
uersa Idumæa seruiens Dauid⌋ sub tributo, tunc'q impletū est quod dictū fuit Rebeccæ. Maior
seruiet minori, id est, populus natus ex Esau primogenito Isaac, seruiet regi ac populo nato ex Ia
Genes. 25 cob secūdo genito. ⌊Et seruauit dominus Dauid in omnibus ad quæcūq profectus est⌋ præser-
uando eum à diuersis periculis, dādo'q ei virtute diuina tantos triūphos. Aut vero cū dicitur Dauid
sibi fecisse nomen In valle Salinarum: potest per nomen intelligi fama notabilis, quam ex illa cōse-
quebatur victoria. Veruntamen Glossa exponit sic: Fecit sibi nomen.i. arcum seu fornicem triū-
phalem sibi erexit in signum triumphi. Sed contra hoc obijcit Lyra, quia tale sit ad iactātiā, pro-
pter quod Saul increpatur de erectione arcus triūphalis. Hinc (vt ille subiungit) Rabbi Salomon
1. Regū. 15 R. Salo. exponit de sepultura Idumæorum, tunc occisorum in prælio, quos Dauid fecit sepeliri, per qd acq-
Deute. 23 siuit sibi nomen bonum, exercendo pietatem circa defunctos, & etiam quoniam in Deuterono- F
Genes. 25 mio dominus iussit Iudæis. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est. Iudæi nāq & Idu-
3. Regū. 11 mæi à duobus fratribus, scilicet Iacob & Esau descenderunt, ideo Dauid misericordiam istā ipsis
exhibuit, quod & infra tertio libro legitur Ioab fecisse. Sed quamuis istud probabiliter dictū sit,
non tamen habet vigorem ratio illa Glossæ obiecta, quia quod vnus facit ex elatione, alius facere
potest ex virtute ac zelo iustitiæ. Eiusdem quoq scripturæ multiplex potest esse sensus etiam li-
teralis vt asserit Augustinus. ⌊Et regnauit Dauid super omnem Israel. Faciebat quoq Dauid iu-
August. dicium & iustitiam omni populo suo⌋ quoniam sine personarum acceptione causam cuiuslibet
sibi propositam diligenter considerauit, prudenter iudicauit, & quæ dictauit ac diffiniuit, recte
est exequutus, faciens vnicuiq reddi quod meruit, suumve fuit. Iudex nāq in omnibus debet se
iuste habere, & omnem priuatum affectum ac passionem inordinatam excludere, quia ad ipsum
tanquàm ad viuam legem ac animatam iustitiam confugiunt subditi, secundum Philosophum.
¶ Præterea, quoniam rex non potest per seipsum exequi vniuersa, nunc subditur qui fuerunt co-
adiutores & officiati Dauid regis. ⌊Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitū⌋ id est, princeps
militiæ. ⌊Porro Iosaphat filius Ahiud erat à commentarijs⌋ id est, cancellarius vel scriptor ge-
Pet. Co. hist. libr. 2 Re. cap. 10 storū secūdum Petrū Comestorem. Nam reges gesta sua conscribi secerūt. Porro, secūdū Glos-
sam à commentarijs fuit, q causas annotatas ad memoriam regi reduxit. Vnde (vt dicitur) in He
bræo habet, recordator. Cuius (vt aliqui dicūt) officiū fuit repetere coram rege casus ad eius sc pe
deductos, vt congruo ordine expedirent, vtpote primus casus primo, deinde secūdus, & ita p or
dinem. Est aūt à commentarijs vocabulū vnū indeclinabile, ⌊& Sadoc filius Achitob, & Achi-
melech filius Abiathar, erāt sacerdotes⌋ principales post Abiathar pontificem. Vel sacerdotes
specialiter regis. Post quos erant alij plurimi sacerdotes. Pater q istius Abiathar vocabat Achi-
Reg. 22 1. Para. 18 melech, vt patuit primo libro, q etiam in Paralipomenon appellat Achimelech. Infra quoq le-
2. Regū. 15 gitur de Ionathan filio Abiathar, & forsitan idem fuit binomius, aut duo fuerūt, ⌊& Saraias scri-
ba⌋.i.

A ba.⌋ i. legisperitus aut doctor, vel (vt aliqui dicunt) temporum scriptor. In Paralip. fertur, & Su-
sa scriba. Vnde elicitur ꝙ eadem persona duo hæc habuit nomina, ⌊Banaias aūt filius Ioiadæ⌋
erat ⌊super⌋ legiones ⌊Cerethi & Phelethi,⌋ quia præfuit phalangis bellatorum ac militū, qui
taliter vocabant, qui (vt in scholastica habet historia) erant custodes capitis Dauid. ¶Translatio Pet. Co. histo. lib. 2
autem Chaldaica (vt refert) per Cerethi & Phelethi intelligit sagittarios, balistariosq́. ¶Nonnul- reg. ca. 10
li per Cerethi & Phelethi intelligunt septuaginta iudices ac seniores locoꝝ, qui successerunt his
quos in libro Numeroꝝ legitur Moyses elegisse. Nam Cerethi sonat, exterminatores, Phele- Nume. 11
thi aūt admirabiles. ¶Porro (vt Glossa refert) quidam dicūt Ceretheos ad hoc deputatos, vt reos
punirent, Pheletheos, vt insontes defenderent. ¶Vnde vt Rabbi Paulus testat, Cerethei & Phele R. Paulo
thei secundū Hebraicam veritatē, quæ hic in Glossa habet, interpretant interficientes & viuificā
tes, quia eoꝝ officio secundū iudiciū regis vel officialiū eius, digni reseruabant ad vitam, & rei du
cebantur ad mortem. ⌊Filij aūt Dauid sacerdotes erant.⌋ In Paralip. legitur, Filij Dauid primi 1. Para. 18
ad manum regis, quod secundum Glossam ideo dictum est, quoniam cæteris erant priores ac
nobiliores. ¶Ideo ait Petrus Comestor: Sacerdotes erant. i. post regem cæteris digniores, quēad Pet. Co.
modum in Exodo, Iethro sacerdos Madian dicitur. Hinc aliqui dicunt, ꝙ non habebant nomē hist. lib. 2
officij, sed dignitatis primatum & prioratum honoris. Non autem fungebant officio sacerdotali reg. ca. 10
in templo, quia nō erant de semine Aaron, aut tribu Leui, sed Iuda, de cuius tribu nemo præsto Exod. 2
fuit altari, secūdum Apostolū ad Hebræos. Heb. 7

¶De spiritali huius cap. VIII. intellectu. Arti. XV.

B PEr hoc ꝙ Dauid percussit & sibi subiecit, ac obsequi compulit quatuor gentes in literā
nominatas, est præfiguratū, ꝙ Christus legis suæ pceptis subijceret gentiles in quatuor
mūdi partibus commorantes, iuxta quod scriptū est: Adorabunt in conspectu eius vni Psalm. 21
uersæ familiæ gentiū. ¶Rursus per hoc ꝙ Dauid pplm Israel eripuit à tributo atq; obse-
quio Philistinoꝝ, est pręmonstratum, ꝙ rex Messias pplm in se credentem erueret de potestate
inuisibilium hostiū, imo & infidelium hominū & tyrannoꝝ persequutoꝝ ecclesiæ, quos frequē
ter subiecit suis fidelibus. Etenim dū peccamus, diabolo quasi sub tributo seruimus & ab eo ca-
pti tenemur. Sed dū deo auxiliante tentationibus ac vitijs pualemus, seruit nobis hostis ille anti-
quus, quoniam machinationes eius cooperant nobis in bonū. ¶Et percussit Moab. Per Moab,
qui interpretat, ex patre, designant impij ac superbi, de quibus in Euangelio ait saluator: Vos ex Joh. 8
patre diabolo estis. Hos Christus metitur funiculo, id est, iuste iudicat iuxta quod promerentur.
Vnde & ait: Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. ¶Quos terræ coæquat, quia quanto al Matth. 7
tius se extollūt, tanto profundius deijcit eos, ita vt velint nolint, vilitatem suam tandem agnos- Luc. 6
cant, & cinerem ac puluerem esse se fateant, & istud est proprium deo, qui ait ad Iob: Si habes Gene. 3
brachium sicut deus, & si simili voce tonas, respiciens omnem arrogantem humilia. Absconde Job. 40
eos in puluere simul, & facies eoꝝ demerge in foueam. ¶Mensus est autem funiculos duos. Sic fi-
lius dei, cui omne indiciū dedit pater, quosdam impios ac superbos rigore iustitiæ damnat, quos- Johā. 5
dam dulcore clementiæ conuertit & saluat, qui cuius vult miseret, & quem vult indurat. ¶Et per-
cussit Dauid Hadadæzer quādo profectus est vt dominaret super fluuium Euphraten. Sic Chri
stus prostrauit gloriam mūdi, principesq́; conuertit, ita ꝙ vulnerati corde præ contritionis dolo Roman. 9
C re aut charitatis ardore deo se subiecerūt, quando per sanctos apostolos vndiq; prædicantes pro
cessit vsq; ad maria & flumina, ac terminos terræ, vt regnū militantis ecclesiæ toto diffunderet
orbe terraꝝ. Vnde præcepit apostolis: Euntes in mundū vniuersum, pdicate Euangeliū omni
creaturæ. ¶Subneruauit omnes iugales curruū. Per equos, qui animalia sunt velocia & robusta, Marc. 16
designatur acumen humani ingenij, psumptio philosophoꝝ, qui per suam prudentiam homines
tanq̄ quadrigam traxerūt post se, quoꝝ robur dn̄s vicit, & sapientiam fecit stultitiam, omnemq́;
altitudinem se extollentem contra fidei veritatē confudit, quemadmodū ait Apostolus: Nonne 1. Cor. 1
stultam fecit deus sapientiam huius mūdi. Vnde promisit discipulis: Dabo vobis os & sapientiā, Ibidem
cui non poterūt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. ¶Et tulit Dauid arma aurea & Luc. 21
torques. Sic saluator omnia naturalia dona, & acquisitas scientias, ac venustatem rhetoricæ intu-
lit suæ ecclesiæ, vt fideles talibus vtant salubriter contra hæreticos, & abstulit ea ingratis quos sta
tuit in inferno, vbi non est sapientia nec scientia neq; consilium. ¶Venit aūt Syria Damasci vt psi- Eccles. 9
dium ferret Hadadæzer. Sic principes seculi, philosophi atq; hæretici, adiuuerunt se mutuo con
tra ecclesiam, sed pariter defecerūt. ¶Audiuit aūt Thoi rex Hemath. Per hūc regem figurati sunt
principes & magnates, qui primo crediderūt in Christum, & de eius prosperitate, diuulgatiōeq́;
fidei gratulabant. Propter quod subditos ac domesticos suos ditexerūt ac conuerterūt ad salua-
torem, in quoꝝ manibus erant vasa aurea, argentea & ærea, id est, corda diuersis modis disposi-
ta, & magis ac minus nobilia, seu dona clariora & obscuriora, sapientia, eloquentia, constantia,
quæ omnia Christus deo patri consecrauit, cui omne bonum ascripsit, atq; ad cuius honorem
& gloriā retulit vniuersa. ¶Prætereà p Idumæoꝝ detectionē intelligit carnaliū & auaroꝝ cōuer-
sio gratiosa seu damnatio iusta. Edom nanq; terrena vel rubens interpretat. ¶Insup per hoc quod

 David

David posuit in terris ac gentibus à se victis præsidiũ & custodes, designatur q̃ dñs in populis na- D
tionum quas cõuertit ad fidẽ, posuit virtuosos prælatos & homines sapiẽtes, q cõuersos cõfirma-
uerũt ac cõseruauerũt in fide & Christi dominio. Postremo, per officiatos David, significãtur vi
carij Christi, Imperator, reges ac iudices, doctores, prælati & prædicatores, q varia exercẽt ope
ra in dei ecclesia, & præsunt militibus eius, ac opera dei describũt, & gesta sanctorum, decursusq́
tempoꝝ. Filij vero David sunt viri heroici & perfecti in dono sapientiæ & charitatis vertice cõ-
summati, sicq́ secretarij & consiliarij omnipotentis effecti, qui Christo sunt proximi, & genus
1. Petri. 2. electum valde, sacerdotiumq́ regale, spiritales deo, hostias orationum, præconiorum, sacrificio-
rum & operũ perfectoꝝ iugiter immolantes, idcirco sunt primi ad manũ regis altissimi, tanquàm
ad eius volũtatem in omnibus adimplendam feruentissimi atq; pronissimi.

¶DECLARATIO CAPITVLI IX. Et dixit David: Articulus. XVI.

2. Reg. 3 Fidelitas & pietas David ad filiũ Ionathæ dilectissimi sui amici hic de-
scribũtur. Et dixit David forsitan durante ea quæ præcedenti capi-
tulo sunt descripta, quàmuis postea recitetur, qa in recitatione eerum ge
starum, non semper ordo temporis obseruatur. Putasne est aliqs qui
eemanserit de domo Saul præsertim ex semine Ionathæ. Quod peto,
vt faciã cum eo misericordiã dei. i. veram pietatem & misericordiã
deo placentem, ac imitatiuam misericordiæ dei ad homines, propter
Ionathan. i. amore Ionathæ, atq; vt impleam fœdus amicitiæ ac fide-
litatis quod inij secum. Unde in primo libro Ionathas ait ad David: Si
1. Reg. 20. vixero facies mihi misericordias domini, si vero mortuus fuero, non au E
feres misericordiam tuam à domo mea in sempiternum. Et percusserũt fœdus vterq;. Erat aũt
de domo. i. familia, Saul seruus nomine Ziba natus de tribu Beniamin sicut & Saul. Quem
cum vocasset eex ad se dixit ei. Tu es Ziba? Et ille respondit: Ego sum seruus tuus. Et ait rex ad
Ziba. Nunqd superest aliqs de domo Saul, vt faciã cum eo misericordiam dei? i. de semine
2. Reg. 4 eius. Dixitq; Ziba regi: Superest filius Ionathæ debilis pedibus. i. claudus existens, q qualiter
factus sit claudus, præhabitum est. Ubi (inqt) est? Et Ziba ad regem. Ecce (ait) in domo est Ma
chir filij Ammiel in Lodabar. Cum autẽ venisset Mephiboseth filius Ionahæ filij Saul ad David
corruit in faciem suam hoc est, in terram prostrauit se vt flecteret ipsum David ad pietatem, à
quo timuit forsitan dure tractari, propter iniurias David à Saul illatas. Ex humilitate quoq; exhi
buit illũ honorem regiæ maiestati, & adorauit eegem adoratione duliæ, non latriæ. Dixitq;
David, Mephiboseth? Qui respondit: Adsum seruus tuus. Et ait ei David: Ne timeas me timo-
re humano. Sic itaq; pius David consolabatur ipsum Mephiboseth, qa vt dicitur, vidit eum pa-
uentem. Vel forsan non formidauit, qa percepit à Ziba q̃ David voluit ei benefacere propter Io-
nathan patrem suum, quia faciens faciam in te misericoediam propter Ionathan patrem tuum,
& restituam tibi omnes agros Saul patris Id est aui, tui qui agri iure regni ad meam deuolu-
ti sunt potestatem, & tu comedes panem in mensa mea semper. i. omni tempore opportuno
reficieris eegijs cibis ac potibus. Qui adorans dixit humiliãdo se corã rege ex tãta regis di-
gnatione ad se. Quis ego sum seruus tuus, quoniã respexisti super canẽ mortuũ similem mei? F
Tanquàm dicat. Indignus sum tanta dignatione ac beneficentia tua ad me, & q̃ tam gratiose me
aspexisti, qui similis sum mortuo cani ob meã defectuositatem ac vilitatem, cuius pater, auus, &
patrui sunt occisi. Ecce quantum humiliauit se bonus iste Mephiboseth de regia stirpe natus, fi-
1. Regũ. 31 lius nobilissimi Ionathæ, non solum carnis propagatione, sed etiã imitatione virtutum. Voca-
uit itaq; rex Zibã puerum. i. seruũ Saul, & dixit ei: Omnia quæcũq; fuerũt Saul, & vniuersam
domũ eius. i. totã substãtiam Saul, dedi filio domini tui. i. huic Mephiboseth filio Saul, qui
fuit dominus tuus. Quidam tamen exponũt istud de Micha filio Mephiboseth, quod non opor-
tet, sed aliqua quæ sequũtur de illo Micha sunt exponenda. Operare igitur ei terrã tu & filij tui
& serui tui & inferes. i. apportabis, filio domini tui, cibos vt alatur quod non potest exponi
de Mephiboseth, quia in mensa regis, de cibarijs eius nutriebatur. Mephiboseth autem filius
domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erãt autem Zibæ quindecim filij &
viginti serui. Dixitq; Ziba ad regem: Sicut iussisti domine mi rex, seruo tuo, sic faciet seruus tuus.
Et Mephiboseth comedet super mensam meã, quasi vnus de filijs regis. Habebat aũt Mephibo-
seth filiũ nomine Micha. Omis vero cognatio domus Zibæ, videlicet viginti filij eius & qn-
decim serui, seruiebat Mephiboseth agros eius colendo ac bona leuãdo & disponẽdo. Por
ro Mephiboseth habitabat in Hierusalem, qa de mensa regis iugiter vescebatur, & erat claudus
vtroq; pede. ¶ Moraliter ex isto capitulo admonemur sequi fidelitatem ac pietatem David
atq; humilitatem Mephiboseth: & si Mephiboseth tantũ humiliauit se coram eege mortali ter-
reno, ex cõsideratione dignationis, beneficiorũq; regis illius ad se, ita q̃ comparauit se mortuo ca
ni, quã-

A ni, quanto magis contemplatione dignationis, pietatis & beneficiorum regis æterni inuariabilis &
immensi, debemus nos profundissime humiliare, præsertim quia de mensa altaris sui assidue re-
ficimur pretiosissimo sacramento. Rursus per Dauid intelligit Christus, per Mephiboseth filiũ Io-
nathæ, quicunq; fidelis filius gratiæ, vere humilis ac vilis in oculis suis. Talem itaq; Christus miseri- 1. Cor. 1
corditer suscipit, quia infirma & abiecta mũdi deus elegit. Et sicut ait Gregorius: Hos eligit de- Grego.
us quos despicit mũdus. Talis quoq; in Christi mensa nutritur. i. in diuina scriptura, ac multiplici
eius intelligentia delectatur corde, ac alitur. Specialiter etiã per Mephiboseth claudũ, possunt in-
telligi simplices religiosi veræ interni, ad ea quæ mũdi sunt prorsus debiles & inepti, quos deus in
mensa sua. i. in sua prouisione paterna, ecclesiasticis reficit sacramentis, contemplationibus diui-
norum, suauitate spiritaliũ gaudiorum. Et sicut Ziba cũ sua familia seruiuit Mephiboseth, ita actiui de
bent contemplatiuis seruire, ac corpori necessaria præparare.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI X. Factum est autẽ post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon. Art. XVII.

SAnctus Dauid non solum studuit esse gratus personis eorum qui sibi bẽ
nefecerũt, sed & posteritati earum. Ideo sicut præcedenti capitulo re- 2. Regũ. 9
B citatum est, qualiter benefecerit ipsi Mephiboseth propter Ionathan
patrem suũ, sic hic narratur, qualiter voluit benefacere regi Ammoni-
tarũ propter beneficia patris ipsius. Factum est aũt vt moreretur rex
filiorum Ammon. i. Nahas rex Ammonitarum, & regnauit Hanun fili-
us eius pro eo. Dixitq; Dauid: Faciã misericordiã cum Hanun filio Na
has. consolando eum de morte patris sui, quod est misericordiæ opus
iuxta illud Ecclesiastici: Ne desis plorantibus in consolatione, sicut fe- Eccl. 7
cit pater eius mecum misericordiam. Secundũ Glossam iste Nahas 1. Regũ. 11
fuit rex Ammonitarum quem Saul expugnauit & vicit, ac fugere compulit, vt in primo libro reci-
tatur, & quia hic Nahas fuit hostis Saulis, benigne recepit ipsum Dauid confugientem ad se, quẽ Hierony.
sciuit fugere à facie Saul. Hoc idem dicit Hieronymus. At vero primo Regum libro habet, quod Da 1. Regũ. 22
uid fugiẽs à facie Saul, venit ad Achis regem Geth, à quo cũ timeret occidi, fugit ad regẽ Moab;
& apud eundem regem dimisit suos parentes. Et ita dicendum relinquitur, quod Nahas iste fuit rex
Moabitarum & Ammonitarum, sicut frequenter contingit eũdem præesse pluribus regnis, quẽ-
admodum etiam tempore Mosi, Balac fuit rex Moabitarum & Madianitarum, vt in libro legi- Nume 22.
tur Numerorum. His concordat, quod magister in historijs scribit, dicendo: Cum fugisset Dauid ab Per. Co
Achis, à patre istius Hanun benigne collectus fuit, quo patet quod rex ille Moab, fuit etiam rex filio- mestor. libr 2
rum Ammon, & pater istius Hanun. Verum, vt refert Lyra, Rabbi Salomon dicit contrarium; Regũ c 10
vtpote quod rex Moab ad quem fugit Dauid, non fuit iste Nahas rex Ammon, & quòd rex ille R. Salo.
Moabitarum, quàmuis primo pie recepit Dauid ac eius parentes, postea tamen indignatus con-
C tra Dauid, quia recessit de regno suo ad exhortationem Gad prophetę, & redijt in terram Israel,
occidit parentes Dauid, & quosdam eius cognatos apud se derelictos & sibi recommendatos.
Cæteros vero fugientes Nahas rex Ammonites apud se pie seruauit, & hoc vocat hic Dauid mi-
sericordiam sibi factam à Nahas. Istud quoq; videtur Lyræ rationabilius dictum, quoniam su-
pra scriptum est, qualiter Dauid valde dure processit contra regem Moab & populum eius. Hic 2. Regũ. 8
vero narratur, qualiter amicabiliter voluit procedere circa regem Ammon. Ex quo manifeste vi-
detur, quòd iste Nahas fuit alius à rege Moab, cui recommendauit suos parentes. Circa istud ap-
paret dicendum, quòd verior & rationabilior sit dicta expositio Glossæ & catholicorum docto- Ibidẽ
rum, quia magis concordat scripturæ. Nec verum est, quod supra dictum sit ipsum Dauid dure aut
rigide processisse contra regem Moab: sed contra Moabitas, qui forsitan suo regi erant rebel-
les, aut iniuriosi in Dauid, ita quod contra eos habuit causam & pugnam: non contra eorum re-
gem, de cuius consensu potuit vastatio illa contingere. Vel forsitan assumpserunt sibi alium re-
gem. Nec verisimile esse apparet, quod Dauid qui erat vir totus idoneus, discretus, vrbanus re-
cessit à terra & rege Moab, sine scitu & consensu ipsius. Nec probabile reputatur; quod ideo oc-
cidisset parentes Dauid, etiam si eo ignorante redisset Dauid ad tempus in terram Iuda, sed ma-
gis gauisus fuisset, putando quod Dauid redisset illuc ad nocendum ibidem. Misit ergo Da-
uid legatos, consolans eum, per seruos suos super patris sui interitu. Nam hortabatur, vt a-
micitiæ quæ erant inter patrem suum & se, fixe manerent inter eos ambos, exhibuitq; se para-
tum ad ipsius subsidium. Sic & Apostolus consolabatur Thessalonicenses super morte charo-
rum suorum: Nolumus (inquiens) vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & 1. Thess. 4
cæteri qui spem non habent. Et tandem concludit. Itaque consolamini inuicem, in verbis istis.
Cum autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon. Dixerunt principes filiorum
Ammon qui sub rege erant in maioribus constituti officijs.
Ad Hanun dñm suum, Putas quòd propter honorem patris tui miserit Dauid ad te cõsolatores,

&non ideo vt te inuestigaret & exploraret ciuitatẽ⌋ Sic & Ioab dixit ad Dauid cũ Abner venisset
ad eũ in Hebron,⌊& euerteret eam, misit Dauid seruos ad te?⌋ Impij nanq; & callidi ita faciũt de
Sap.17 alijs sentiũt, dicũt, & iudicant, qualiter ipsi in seipsis dispositi sunt. Ideo in libro Sapientiæ scriptũ D
Iob.15 est: Semp præsumit sæua pturbata consciã. In Iob quoq; fert: Sonitus terroris semp in auribus im
pij, & cũ pax sit, ille semp insidias suspicat.⌊ Tulit itaq; Hanun seruos Dauid⌋ Hanun ille nimis ci
to credidit consiliarijs suis. Facilitas aũt credendi decipit multos, præsertim maiores, q ex tali er
rore frequenter in diuersa labunt pericula & peccata. Propter q̃d expertus hoc ipsum rex Assue
Hester.13 rus ait. Quidam aures principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude deci
piunt. Quæ res veteribus probat historijs, & ex his quæ gerunt quotidie, quomodo malis quorũ
1 Paral.19 dam suggestionibus regũ studia deprauant.⌊ Rasitq; dimidiam partem barbæ eorũ.⌋ Primo Pa
Leui.19 ralipomenon scriptũ est, quod decaluauit eos, quorũ vtrunq; fuit Iudæis valde ignominiosum, &
Deute.14 cõtra ritum legis eorũ, quia in Leuitico iussum fuit: Non radetis barbam. Et in Deuteronomio:
Non facies caluiciũ, imo vsq; in præsens apud aliquas nationes viri imberbes refutant, irrident,
& spernunt, vt fœminæ,⌊& præscidit vestes eorũ medias vsq; ad nates⌋ hoc ẽ, inguina, ita vt ve
recundiora parebant,⌊& dimisit eos.⌋ Vnde elicit, quod serui Dauid erant honeste vestiti, vide
licet vestibus satis longis.⌊ Quod cũ nuntiatũ esset Dauid, misit in occursum eorũ. Erant enĩ viri
confusi turpiter valde. Et mandauit eis Dauid: Manete in Hiericho, donec crescat barba vestra,
& tunc reuertimini⌋ ne augeat vestra confusio in hac terra. Hiericho aũt ciuitas fuit eis redeunti
bus primo occurrens.⌊ Videntes aũt filij Ammon, quod iniuriã fecissent Dauid⌋ regi in suis mini
stris. Vnde apparet, q perceperunt regem Dauid misisse seruos suos ad regem ipsorũ bona inten
tione, & ex amicitia vera,⌊ miserũt & conduxerũt mercede Syrum Rohob & Syrum Zoba vi
ginti milia peditum, & à rege Maacha mille viros & ab Istob duodecim milia virorũ.⌋ Nouerant
enim Dauid regẽ esse bellicosum, & tantam iniuriam zelo iustitiæ vindicaturũ, nec volebant se ei E
humiliare & recognoscere culpam, ac petere veniam, sed auxerũt contemptũ in deũ Israel, & in
Dauid dei vicarium.⌊ Quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitũ bellatorũ,⌋ non
volens expectare tam diu q ipsi ingrederent regnum suum.⌊ Egressi sunt ergo filij Ammon⌋ de
sua metropoli nomine Rabbath, & direxerũt aciem ante ipsum introitũ portæ⌋ vt si contingeret
eos succumbere, possent celeriter in vrbem confugere.⌊ Syrus autem Zoba & Rohob & Istob
& Maacha⌋ & q erant cũ ipsis⌊ seorsum erãt in campo⌋ sic volebant exercitũ Dauid intra se clau
dere, & ex vtraq; parte impugnare, & quoniam Syri cum alijs erant subditi regi Dauid, & seruien
4.Reg.25 tes ei sub tributo, infideliter egerunt, associando se aduersarijs Dauid, & contra eum pugnando,
quod tamen egerunt, vt liberarent ab eius dominio, ac tributo, quemadmodũ Sedechias rex cupi
ens liberari à iugo & tributo quod regi Babylonis soluebat, misit ad regem Aegypti, vt sociarent
contra Chaldæos.⌊ Videns ergo Ioab quod præparatum esset aduersus se p̃lium, & ex aduerso⌋
scilicet ante portam,⌊& post tergũ⌋ puta in campo, vbi conductitius stabat exercitus. Hoc enim
callidus Ioab expertus in re militari, ac bellica considerauit, aut inquirendo percepit, quia in bel
lis plus valet prudentia, quàm fortitudo corporea,⌊ elegit sibi ex omnibus electis Israel,⌋ id est,
ex militibus, & pugnatoribus elegantioribus sui exercitus assumpsit quos voluit,⌊& instruxit,⌋
hoc est, ordinauit, vel etiam de modo pugnandi ac procedendi informauit⌊ aciem⌋ .i. militum
suorũ multitudinem ordinatã ad pugnã,⌊ contra Syrũ⌋ .i. Syrorũ exercitũ, quem sciuit esse robu
stiorem, ideo psonalr contra eos congressus est, tanq̃ vir audax. Propter q̃d etiã fortiores milites F
als Abisa secũ assumpsit contra Syrũ.⌊ Reliquã aũt partem ppli⌋ .i. exercitus⌊ tradidit* Abisai fratri suo⌋
hoc est, sub eius directione, qa exercitũ suũ diuisit in duas partes, scd̃m q̃d aduersarij erant in duas
partes diuisi, quatenus vtraq; pars aduersariorũ impugnaret ab ante.⌊ Qui direxit aciem aduer
sus filios Ammon. Et ait Ioab: Si p̃ualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutoriũ⌋ quantũ po
tueris, & præsertim, si aduersarios tuos fugaueris, vel quidam de tuo exercitu adiungent se mihi,
⌊ si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi⌋ in casu quo indigueris, & mihi
possibile fuerit.⌊ Esto vir fortis⌋ corde & corpore, aggrediendo viriliter ardua, & pro bono com
muni ac defensione subeundo pericula mortis sine inordinato timore. Ideo subdit:⌊& pugne
mus pro populo nostro, & pro ciuitate dei nostri⌋ ne scilicet aduersarij nostri inuadant & vastent
terram ac plebem nr̃am, nr̃asq; vrbes, p̃sertim metropolitanam Hierl̃m vbi sunt sancta nostra.
⌊ Dñs aũt faciet, q̃d bonũ est in cõspectu suo⌋ .i. de exitu belli disponet, put sapiẽtiæ atq; iustitiæ suę
placuerit. In his verbis insinuauit Ioab victoriã à diuina puidẽtia depẽdere, atq; in deo principalr
Pro.21 eẽ sperãdũ in p̃lijs, queadmodũ Salomon ait: Equus parat ad diẽ belli, dñs aũt salutem tribuet, ni
hilominus pugnatores facere debẽt q̃d in ipsis ẽ. ¶ Deniq; ad Ioab ptinebat sic alios exhortari qm̃
princeps fuit militię.⌊ Inijt itaq; Ioab & ppl̃s eius q erãt cũ eo certamẽ cõtra Syros, q statim fuge
rũt à facie eius⌋ qa deus oipotens corda Syrorũ pterruit, obstupefecit, debilitauit.⌊ Filij aũt Am
mõ vidẽtes, qa fugissent Syri, fugerũt & ipsi à facie Abisai, & igressi sunt ciuitatẽ. Reuersusq; ẽ Ioab
à filijs Ammon & venit Hierl̃m. Vidẽtes igit filij Ammõ, qm̃ Syrus expauit, & qm̃ corruisset corã
Isrl̃ cõgregati sunt pariter⌋ vt cũ fortiori exercitu pugnarẽt cõtra hebręos⌊ Misitq; Hadadęzer⌋

rex

A rex ⌊& eduxit⌋ .i. ad se vocauit. ⌊Syros q̄ erāt trās fluuiū⌋ Mesopotamię seu Euphraten. Vñ in Iosue li. habet: Trās fluuiū habitauerūt p̄res vr̄i. ⌊& adduxit eoꝝ exercitū. Sobach āt mgr̄ militiæ Hadadæzer erat princeps eoꝝ. Quod cū nuntiatum esset Dauid⌋ regi, ⌊contraxit⌋ .i. congregauit, ⌊omnem Israelem⌋ .i. vniuersos viros aptos ad prælium, ⌊& transiuit Iordanem, venitq́ in Helam. Et direxerūt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerūt contra Israel. Fugerūtq́ Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingētos currus⌋ id est, pugnatores, qui ex curribus illis pugnabant. Sicq́ ponitur hic continens pro contento, ⌊& quadraginta milia equitū.⌋ His contrariari videtur, quod primo Paralipomenon legitur: Interfecit Dauid de Syris septem milia curruū, & quadraginta milia peditū. Sed q̄d pro horum concordantia sit dicendum, primo libro Paralipomenon est expressum, ⌊& Soba principem militiæ percussit, qui statim mortuus est. Videntes autem vniuersi reges qui erant in præsidio Hadadæzer se victos esse ab Israel, expauerunt & fugerūt quinquaginta & octo milia coram Israel. Et fecerūt pacem cum Israel & seruierūt, timuerūtq́ Syri auxilium præbere filijs Amnon.⌋ Textus huius & consimiliū verba quæ non exponūtur, adeo plana sunt, q̄ expositione non indigent. ¶Moraliter ex isto docemur capitulo, non faciles esse ad credendū malū de alijs, præsertim de bonæ famę hominibus, neq́ ex leui suspitione ad iudicia incauta procedere. Alioquin multa & magna incidemus incommoda.

¶Allegorice per Dauid & eius ministros ac nūtios, intelligūtur Chr̄us & eius fideles, præsertim
B doctores & prædicatores. Per regem aūt Hanun & seruos ipsius, designant diabolus & angeli eius, aut etiā hoīes vitiosi mūdani. Per barbā vero q̄ est signū virilitatis, significant soliditas salubrium doctrinaꝝ, atq́ bonoꝝ constātia opeꝝ. Per vestes q̄q́ virtutes ac dona sp̄ūs sancti, q̄bus anima induitur & ornat, intelligūtur. Dū itaq́ dæmones aut impij hoīes trahūt Christi ministros prædicatores, doctores, p̄latos, ad cessandū à salutaribus documētis, aut virtuosis, exēplaribusq́ operibus, abradūt mediā barbā eoꝝ. Quod si ad cessationē ab vtroq́ ptraxerint eos, totā eorum barbā abradūt. Et q̄a prædicatio eius cōtemnit, cuius vita vitiosa aspernabilisq́ cōsistit, pręcipue studēt inducere eos ad cessandū ab actibus virtuosis, q̄a & hi q̄ nō implēt ea quæ docēt ac sermocinātur, grauiter peccāt sermocinādo. Peccatori etenī dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas? Et sicut oratio, ita & p̄dicatio eius q̄ auertit aures suas ne audiat legē, est execrabilis. Conformiter dū impij illi inducūt hos Christi ministros ad peccandū mortaliter, præcidūt vestes eoꝝ de q̄bus legit in Apocalypsi: Qui nō inquinauerūt vestimenta sua, ambulabūt mecū in albis. Sed dū eos alliciūt ad carnalia vitia, vitāq́ euidēter scādalosam & turpē, præcidūt vestes ipsoꝝ vsq́ ad nates. Insuper, sicut rex Hanun & serui eius præciderūt vestes seruoꝝ Dauid vsq́ ad inguina, sic dæmones inducūt hoīes Christianos ad tantam fatuitatē, q̄ vestimēta sua superiora decurtant quasi vsq́ ad nates, atq́ in tātū corda eoꝝ excæcāt, q̄ sponte ipsimet faciūt sibi, q̄d serui Dauid inuitissime sustinuerūt, nec in vestitu tā breui intelligūt se potius eē derisos q̄ vestitos.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI XI. Factum est autem vertente anno. Art. XVIII.

C Consequēter describitur grandis & multiplex ipsius Dauid trāsgressio, nō ob eius diffamationē, sed ad diuinæ misericordiæ cōmēdationē, atq́ ad copiosam nostrā instructionē, cautelā & cōfortationē, quatenus ex tāti viri ruina grauissima, discamus de propria fragilitate & lapsu eē formidolosi, custoditi, soliciti. Nēpe felix quē faciunt aliena damna peritū. Quod si ceciderimus, non desperemus: sed pœnitētiā, humiliationem, cōpunctionē, satisfactionē ipsius Dauid sequamur. ⌊Factū est autē vertente anno⌋ .i. anno sequēte ac reuertēte; ⌊eo t̄pe q̄ solēt reges ad bella procedere⌋ vtpote t̄pe veris, initiove æstatis dū aura est temperata, & equi ac animalia in agris, cāpis & pratis inueniūt pabula, ⌊misit Dauid Ioab & seruos suos cū eo & vniuersum Israel⌋ .i. multos de singulis tribubus, ⌊& vastauerūt filios Amnon & obsederūt Rabba⌋ metropolim regni. ⌊Dauid aūt remāsit in Hierusalē⌋ reputās p̄sentiā suā cū exercitu suo nō eē necessariā propter hostiū insufficiētiā ad resistēdū. ⌊Dū hæc agerētur, accidit quadā die vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiē, & deambularet in solario domus regiæ, viditq́ Dauid mulierē se lauātem⌋ aqua frigida propter refrigerationē caloris, secundū quosdam. Vel propter menstruum fluxum purgandū, vt alij dicūt, ⌊ex aduerso super solarium suum. Erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex & requisiuit quæ eēt mulier,⌋ an scilicet esset soluta & virgo aut vidua an maritata; vt si esset soluta & virgo aut vidua, in coniugem eam acciperet, sicq́ optato vteretur amplexu. ⌊Nuntiatumq́ est ei, quod esset Bethsaba filia Eliam vxor Vriæ Hitthæi.⌋ In scholastica fertur historia, quòd erat filia Eliæ filij Achitophel consiliarij Dauid. ⌊Missis itaque Dauid nuntijs, tulit eam⌋ victus concupiscentia mala, & oblitus diuini timoris, non obstante quòd iam percepit eam esse maritatam. Pet. Co. hist. libr. Reg. ca.

⌊Quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea. Statimq́ sanctificata est ab immūditia sua.⌋

Quarę

Quare non potius ait: Statim inquinata est & priuata munditia sua, q̃a & si ante hoc crimen fuerit D
virtuosa, tñ adulterino illo cõcubitu fuit puritate virtutũ ac grẽ spoliata. Sed hoc dici nõ oportuit quia p se euidens fuit. ¶ Porro, sanctificatio illa ab immũditia multipl'r p̃t exponi. Primo, quòd post coitũ mane se lauit, corporal'r'q; purgauit. Scdo, q statim concepit, ppter qđ menstruus sanguis in ea cessauit, vel deinceps non fuit vsq; ad partũ. Nam menstruũ reseruat natura post conceptionẽ in alimoniã fœtus vsq; ad natiuitatem ex vtero. Quidã tñ dicũt eã tunc menstruatã, atq; ad tactũ regis menstruum mox cessasse. Iam em̃ per tp̃s notabile fuit incognita viro. Veruntamen alij dicunt huius oppositum, q̃a durante hmõi fluxu, fœminæ sunt male colorate atq; inepte ad coitum. Nonnulli dicunt eã à sua immunditia sanctificatã. i. à sterilitatis obprobrio liberatã, q̃niã ante non genuit. Breuiter aũt & certe dici potest, q ab immũditia, hoc est, sup̃fluo seminis sui purgata sit. Circa hæc magister in histori js refert: Dicit Epiphanius, q cũ vocasset Dauid ad se Bethsabee, Nathan propheta cognouit hoc ipsum in spũ, & festinauit ad Dauid, vt anteq̃ mulier veniret, prohiberet ipsum Dauid à crimine, sed ipsum Nathan impediuit Belial, quia in via inuenit hoĩem occisum, nudũ iacentem, & fecit morã apud eundem. Eaq; nocte peccauit Dauid, & luxit Nathan. ⌊ & reuersa est in domũ suã, concepto fœtu. Mittens'q; ⌋ Bethsabee nuntiũ familiarẽ secretum, ⌊ nuntiauit Dauid, dicens: Concepi. ⌋ Sensit se concepisse per signa, q̃bus hoc scit. Nã & tunc fœminæ grauiter affligunt, & graues sunt corpore. Quo contra beatissima atq; mũdissima virgo Maria cum concepisset de spũ sancto, abijt cum omni alacritate & agilitate in montana. Insinuauit itaq; mulier regi se concepisse, vt rex prouideret suo honori, nec tanq̃ adulter diffamaret, & etiã ne ipsa velut adultera lapidaretur. ⌊ Misit autem Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Vriã Hitthæũ. Misit'q; Ioab Vriã ad Dauid, Quæsiuit'q; Dauid, q̃ recte ageret Ioab & populus & quomodo administraret bellum. Et dixit Dauid ad Vriã. ⌋ quem de obsidione fecit redire ad se, quatenus ipse Vrias iret, & dormiret cũ coniuge sua, & sic proles ei asscriberet, adulteriũ'q; lateret. Et dixit ad Vriam: ⌊ Vade in domum tuã, & laua pedes tuos. ⌋ hoc est, post viæ laborem te refoue balneis, & ita à parte intelligitur totum. Vel, de pedibus special'r dictum est, q solent itinerantibus ablui. ⌊ Et egressus est Vrias de domo regis, secutus'q; est eũ ⌋ puta Vriã, ⌊ cibus regius. ⌋ id ẽ, Dauid misit delicata & pretiosa calida'q; cibaria ac pocula post Vriã, vt illis vesceret cum coniuge atq; per talia concitaret libidinẽ. ⌊ Dormiuit autem Vrias ante portã domus regiæ cum alijs seruis dñi sui, & non descendit in domum suã. Nuntiatum'q; est Dauid à dicentibus. Non iuit Vrias ad domum suã. Et ait Dauid ad Vriã: Nunquid non de via venisti? Quare non descendisti in domum tuã? ⌋ Tanquàm dicat: Cum vtiq; tã longum confeceris iter, deceret te vti solatio, & vxorem inuisere. ⌊ Et ait Vrias ad Dauid: Arca dei. ⌋ quã aliqui sacerdotũ secũ tulerũt, vt eius virtute daret à deo subsidiũ. Nã & diuina responsa p applicationẽ arce dari solebãt, vt dictum est sæpe, ⌊ & Israel ⌋. i. tribus Iacob, ⌊ & Iuda ⌋. i. tribus Iudæ, quæ special'r noĩatur, q̃a regalis erat, & numero maior ac viribus fortior, bellicosior, atq; audacior, ⌊ habitant in papilionibus, ⌋ id ẽ, tentorijs. ⌊ & dñs meus Ioab ⌋ militum princeps ⌊ & serui dñi mei ⌋ vz milites præclarissimi q̃bus præest, ⌊ sup faciem terræ manent ⌋ in armis ac vestibus, ⌊ & ego ingrediar domũ meã, vt comedã & bibã, & dormiã cũ vxore mea? ⌋ q̃si dicat, illis me maioribus ac melioribus in laboribus & afflictionibus taliter constitutis, non decet me delectatiõibus gustus & tactus vacare sed condolere, & instar illorum affligi. ⌊ Per salutem tuã ⌋ corporalem ⌊ & salutem aĩæ tuæ ⌋ spũalem, iuro & testor, q ⌊ non faciã hãc rem ⌋ quã mihi iniungis, non ex inobedientia aut contẽptu tui imperij, sed amore iustitię. Qualiter aũt liceat p creaturas, & p regis salutem iurare, inquãtum in eis resplendeat aliq̃d F
maiestatis diuinæ, alibi dictũ ẽ. Sic & Ioseph in Genesi, p salutẽ legit Pharaonis iurasse. ⌊ Ait ergo Dauid ad Vriam: Mane hic, etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Vrias in Hierusalem in die illa & altera die. Et vocauit eum Dauid, vt comederet coram se & biberet, & inebriauit eum. ⌋ Quatenus ratione sopita à p̃tacta consideratione rationabili deficiens, concupiscentiam sequeretur: non tamen fuit ita inebriatus, quod vsum rationis in toto amisit. ⌊ Qui egressus vespere, dormiuit in stratu suo cum seruis domini sui, & in domum suam non descendit. Factum est ergo mane, & scripsit Dauid epistolam ad Ioab. ⌋ In qua significauit Vriam in se peccasse, & ideo morte dignum. Quod & Ioab credidit verum. Fuit autem, vt Iosephus ait, Vrias armiger Ioab, ⌊ misit'q; per manum Vriæ, scribens in epistola: Ponite Vriam ex aduerso belli ⌋ hoc est, in acie contra hostes directe, ⌊ vbi fortissimum est prælium, & derelinquite eum ⌋ abstrahendo ei auxilium ⌊ vt percussus intereat ⌋ sic'q; offensa eius in me, & pęna mortis ei pro ea inflicta perseuerent ignotæ. ⌊ Igitur cum Ioab obsideret vrbem, posuit Vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos. Egressi'q; viri de ciuitate bellabant aduersum Ioab. Et ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Vrias Hitthæus. Misit itaque Ioab & annuntiauit Dauid omnia verba prælij, præcepit'q; nuntio, dicens: Cum compleueris vniuersos sermones belli ad regem, si eum videris indignari, & dixerit, quare accessistis ad murum vt præliaremini, an ignorabatis quod omnia desuper ex muro tæla mittantur? Quis percussit, ⌋ hoc est, occidit. ⌊ Abimelec filium Hierobeal, ⌋ hoc est, Gedeonis. ⌊ Nonne mulier misit super eum fragmen molæ? ⌋ hoc est, lapidis magni, ⌊ de mu-

Idem vbi supra.

Luc. 1.

2.Reg.10.

Genes. 41.

Iose. lib. 7 an. ca. 7

A L de muro & interfecit eum in Thebes?⌋ qualiter hoc factũ sit, in Iudicum libro habet. L Quare Iudic. 4
accessistis ad murum? dices. Etiã seruus tuus Vrias Hitthęus occubuit.⌋ Sciuit enim callidus Ioab
ꝙ hoc L rumore audito, rex contentaretur. Abijt ergo nuntius & venit & narrauit Dauid omnia
quæ ei pceperat Ioab. Et dixit nuntius ad Dauid: Præualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt
ad nos in agrum. Nos autem facto impetu persequuti eos sumus vsq; ad portas ciuitatis, & dire-
xerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper, mortuiq; sunt de seruis regis. Quin etiam
seruus tuus Vrias Hitthæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nuntium: Hæc dices Ioab⌋ ex parte
mei. L Non te frangat ista res⌋ id est, fiduciam tuam non minuat. Vnde de Iuda legitur Macha- 1. Mac. 8
bæo, ꝙ confractus est corde, quando non habuit spem triumphi. L Varius enim euentus est belli
& nunc hunc, nunc illum consumit gladius. Conforta bellatores tuos aduersus vrbem vt destruas Leuit. 20
eam, & exhortare eos. Audiuit autem vxor Vriæ, ꝙ mortuus esset vir suus, & planxit eum.⌋ Ali-
qui dicunt, ꝙ ficte tãtum, quia gauisa fuit de morte mariti, vt sic pœnam lapidationis euaderet, &
vxor fieret regis. Veruntamen potius reor, ꝙ etiam ex corde plorauit de mariti interitu quem di
lexit, quamuis eius dolori consolatio quædam ex prætactis causis fuerit mixta. Circa hoc scribit
Lyra. Ad cuius intellectum sciendum, quod Rabbi Salomon dicit hic, quod viri procedentes ad R. Salo.
bellum, dabãt vxoribus libellum separationis, quatenus libere possent contrahere si ipsi viri in bel
lo occumberent & computabatur tempus, id est hora separationis seu diuortij à die datiõis libelli
Et ideo quia vxor Vriæ conceperat ex Dauid post recessum sui mariti, ideo eo defuncto euade-
bat pœnam lapidationis. Istud dictum videtur omnino absurdum & falsum, quia si sic, Dauid nõ
commisisset adulterium cum Bethsabee, quæ secundum hæc non fuisset tunc vxor Vriæ, nec ipsa
B meruisset lapidibus obrui. Nec diuortium fuit ita permissum tanquàm licitum & absq; peccato, Malac. 2
sed sicut vsura cum alienis. Propter quod dicitur à Malachia: Operiet iniquitas vestimentũ eius,
videlicet viri dantis vxori libellum repudij. Quod ibidem diffusius demonstraui. Hinc etiã Rab- R. Paulus
bi Paulus seriose contra præfata Rabbi Salomonis verba scribit dicẽdo: Rabbi Salomon & alij
expositores Hebræi sæpe corrumpũt verũ intellectũ scripturæ, sequendo literã plus quàm opor-
tet. Sic quoq; frequenter labũtur in oppositũ vitiosum extremũ, fabulando multa contraria lite-
ræ, & quæ nũquàm in scripturis reperiũtur autẽticis. Nam & ista Rabbi Salomonis assertio, de-
pendet ex opinione quorũdam Thalmudistarũ, asserentiũ, ꝙ Dauid nũquàm fuit adulter cũ vxo
re Vriæ. Ad q̃d probandũ, fingũt istud de libello separationis, q̃d Rabbi Salomon hic inducit, q̃d
est maxime contra textum, in quo Dauid reprehendit tanq̃ vere adulter, q̃d & ipse fatetur. Si au
tem illa fictio esset vera, nunquàm fuisset adulterij reus. Nam vxor Vriæ fuisset libera à tempo-
re dationis libelli quæ præcessit primam commixtionem Dauid cũ ea, vt certũ est secũdũ illam
confictionem. Causa quoq; dationis huius libelli repudij quam assignat Rabbi Salomon, vt scili-
cet mulieres viris in bello mortuis libere possent contrahere, est penitus vacua & inanis: quoniã
quamuis viri nũquàm dedissent talẽ libellũ repudij, nihilominus defunctis maritis libere potuis-
sent contrahere, cũ certũ sit, ꝙ in morte alterius coniugũ, soluat vinculũ cõiugale, etiã si libellus re
pudij non præcedat. Hæc Rabbi Paulus. L Transactoq; luctu⌋ .i. euoluto tẽpore quo Bethsabee
virũ suum defleuit, nam certis diebus solent vxores deplangere viros defunctos, & lugubres ferre
vestes. Scriptũ est aũt in Ecclesiastico: Luctus mortui septem dies. Porro, in Deuteronomio le- Eccli. 22
gitur, quod vxor seu filia viri in bello occisi, quam aliqs Iudæorũ volebat habere vxorẽ, sederet p
vnum mensem in domo deplorans maritũ seu patrẽ in prælio interfectũ. Itaq; transacto hoc lu-
ctu, L misit Daiud & introduxit eã in domũ suã, & facta est ei vxor, peperitq; ei filiũ. Et displicuit
verbũ hoc q̃d fecerat Dauid⌋ .i. opus seu illud significatũ per verbũ, L coram domino.⌋

¶ De morali ac mystico huius. XI. capituli, intellectu. Art. XIX.

C Capitulũ istud moralibus plenũ est documentis. Factũ est vertẽte anno, eo tẽpore quo
solent reges ad bella procedere. Quamuis militia atq; tẽtatio sit vita hominis sup ter-
ram, ita vt iugiter omni tẽpore, die ac nocte debeamus esse spiritalibus armis præcin- Iob. 7
cti ac præparati ad dimicandũ contra aciem vitiorũ, contra carnẽ & seculi vanitates,
cõtra inuisibiles hostes: quædã tamẽ tempora sunt specialiter deputata hmõi pugnæ, vt tempus
quadragesimæ, & aduentus, ac alij pœnitentiarũ, abstinentiarũq; dies, in qbus reges qui rationis
gubernaculo, & euãgelicæ legis freno ac directorio, regũt in primis seipsos, deinde & alios, pro-
cedũt ad spiritalia prælia contra veræ salutis ac gratiæ impedimẽta. ¶ Præterea, p Dauid po-
test hoc loco intelligi quicũq; magnus prælatus ac præsidens, q subditos ac vicarios suos ad ex-
ercẽda pastoralia opera dirigit, & ad expugnandũ aduersarios humanæ salutis: & tamẽ persona-
liter negligenter se habet, & per otiositatem vitia carnis illabitur. De quibus dum statim nõ pœ-
nitet, multa quoq; alia incidit scelera. Viditq; mulierẽ se lauãtem. Ecce Dauid mulierem incaute
respiciẽs, & in eã aspectũ figẽs, concupiscẽtiæ mucrone est læsus. Ex incustodia etenim oculorum
multitudo quędam oritur vitiorum, ideo morose non licet inspicere quod non licet appetere, &
specialiter periculosum est viro taliter inspicere fœminam, sicut econtra. Hinc ait Glossa: Iusto Grego.
retributionis examine agitur, quod qui exteriori oculo neglig ẽter vtitur, interiori obtenebretur.

Sic mors

Hiere. 9 Sic mors ingredit animam per fenestras sensuū corporis. Propter quod dominus loquit per Pro- D
Ezech. 20 phetam: Vnusquisq; offensiões oculorū suorū abiiciat. In Numerorū quoq; libro scriptū est: Præ-
Numer. 15 cepit dñs filiis Israel, vt facerent sibi fimbrias p quatuor angulos palliorū, ponerentq; in eis vittas
hyacinthinas, quas cū viderent, recordarent oīm mandatorū dñi, ne sequerentur cogitationes, &
Ecci. 9 oculos p res varias fornicantes. Hinc Ecclesiasticus monet: Virginē ne conspicias, ne scandalize
ris in decore eius. Noli circumspicere in vicis ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere compta.
Psal. 118 Et quoniam sic visum custodire est donum dei. Ideo ait Psalmista: Auerte oculos meos, ne vi-
deant vanitatem. ¶ Deniq; euagatio oculorū stultitiæ signum est, & eorū refrenatio actus est sa
Ecclo. 2 pientiæ. Ideo Salomon dixit: Oculi sapientis in capite eius, oculi autem stultorū in finibus terræ.
Iob 31 Ideo sanctus & sapiens Iob testatur: Pepigi fœdus cum oculis meis, ne saltem cogitarem de virgi
Ibidē ne. Itemq;: Si secutus est oculus meus, cor meū, hoc est, visum exteriorem refrenaui ab eorū intuitu
ad quæ inspicienda inclinatio cordis mouebat. Itaq; si tantum reprehendit David, q ideo concu-
piuit, q a inspexit, quanta increpatione sunt digni, q idcirco inspiciunt, quoniam concupiscunt.
Misit Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Vriā. Dauid de adulterio suo statim non pœnitens ad
tantā quoq; iniqtatem mox corruit, quòd prolem ex suo semine nasciturā optauit legitimo con-
thorali asscribi, & ei in hæreditate succedere. Deinde virū illū iustū circūuenire tentauit & inebria
uit, quē cū à iusto suo pposito nō posset auertere, accusauit eū prīcipi militū false, ac iussit in mortē
pcipitari, retribuēs ei mala p bonis, & traditor factus, in tm̄ fraudulēter egit cū milite strēnuo ac fi
deli, q pprię mortis eplam fecit eū portare. De cuius etiā morte gauisus fuit, & vxorē eius acce-
pit, ppter qd poterat ei dici: Occidisti & insup possedisti. Sic vnū pctm̄ p pœnīam nō deletum,
Gregor. mox pondere suo trahit ad aliud, & sæpe ad grauiora. Nā Dauid regio cibo delicate refectus dor E
miuit post prādiū, & somnolentiæ dedit locū. Deinde incaute aspexit, vitiose concupiuit, irrefre-
nate impleuit, & cætera mala iam recitata illapsus est, quorū oīm origo quædā videt otiositas exti
Ecci. 33 tisse. Otia quippe dant vitia, & multa mala docet otiositas. Ideo Salomon protestat: Qui sectat
Pro. 12 otium stultissimus est. Et in Ecclesiastico dicit: Mitte seruum in operationem ne vacet. Ezechiel
Ecci. 33 / Ezech. 16 quoq; ait: Hæc fuit iniqtas Sodomæ, supbia, saturitas panis abundātia & otiū eius, & manum pau
peri & egeno non porrigebat. Dixit Vrias: Arca dei & Israel & Iuda habitāt in tentoriis &c. Per
Vriam hoc loco intelligunt viri discreti & pii q superioribus suis vel parentibus, aut amicis in tri-
bulatione, infirmitate, aut angustia cōstitutis, in tm̄ eis compatiunt, q rēnuūt carnaliter delecta-
ri ac viliter consolari, q cōtra insipientes lasciui & improbi, nō omittūt vacare suis deliciis vanitati
busq; intendere, quicqd eorū propinqui, amici, plati, seu ecclesiasticæ psonæ sustineāt. Contra qs
Amos. 6 scriptū est p Amos: Veh q dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vīs, & nihil patiebant
super contritione Ioseph. ¶ Præterea, per arcam potest designari ecclesia, per Israel contempla
tiui, per Iuda actiui, per Ioab & eius seruos, præsidentes & eis subiecti, qui nunc in tentoriis com-
2. Cor. 5 morantur, quoniam peregrinant à domino in præsenti exilio, atq; in loco certaminis sunt consti
tuti, multisq; tribulationibus affligunt, idcirco est condolendū, plorandū, non carnalr delectandū
¶ Insup aduertendum, q a vt tangit glossa, interdū quod secundū lram bonum est, malum in my-
Isidorus sterio repræsentat, atq; quod malum est in se, bonum iustitiæ signat. Sicq; Isidorus p Dauid hoc
loco intelligit Chrm̄, p Vriam diabolum, p Bethsabee ecclesiā ex gentilitate collectā, ita q sicut
Dauid occiso Vria, sortitus est coniugem eius, sic Chrus victo diabolo copulauit sibi ecclesiam ex
gentibus, quā ante possedit diabolus. Alii p Vriā intelligūt synagogā, p Bethsabee legem, p Da- F
uid Chrm̄, q synagoga conculcata ac derelicta, legē trāstulit ad ecclesiā scdm̄ intelligentiā spualē
atq; ad euangelicæ legis confirmationem. ¶ Postremo, circa hæc aduertendum, q a vt scribit
Gulielmus Parisiensis libro de fide & legibus, tales expositiones quosdā audientes & legētes graui
ter offendūt, dū imperite pponunt. Propter qd ait: Significationes non lrales quatuor modis fi-
Esa. 20 unt. Primo, ipso facto, vt dū res ad hoc factæ sunt, vt aliqd significarent, vt q Esaias iuit nudus &
Ezech. 12 discalceatus. Et Ezechiel fecit sibi vasa transmigrationis. Scdo, quando aliquid dicit expresse ad
Ezech. 17 significandum, vt illud Ezechielis: Aquila grādis magnarū alarū, per quam significat ibi rex Baby-
lonis. Tertio, p consequentiam, vt q vbi prohibet idololatria exterior corporalis, prohibet con-
sequenter idololatria spualis. Quarto, p rerū silitudinem quę non ad hoc factæ sunt vt significent.
Et tres primæ expositiones non sunt audientiū offensiuę, sed quarta hæc si inepte pponat, vt si di
cat, hoc significat illud. Si aūt dicat, q silitudo seu modus vnius designat modū alterius, non est of
Hiere. 3. fensiuum, quemadmodum p Hieremiam non ait dñs quicq̄ de significatione, sed modū & silitudi
nem tm̄ exprimit, dicens. Quō si mulier contemnat amatorem suū, sic contēpsit me domus Israel
nec dixit q amator hmōi significet ipm, sed modū expressit, & silitudinē inter amatorem & mu-
lierē, & inter se & synagogā. Si hoc modo loquerent expositores in allegoriis & tropologiis suis,
nō offenderēt audiētes, sed qm̄ dicunt, tale qd significat tale qd, & est figura vel pphetia, seu para
bola talis rei, cum alterū non sit dictū aut factū propter alterū significandū, offendunt grauiter au-
dientes, sicut in facto Dauid & Vriæ, vbi dicūt, q Dauid q vtiq; in illo facto fuit proditor, adulter,
& homicida, significat Christum, & Vrias vir fidelis & sanctus, diabolum, & Bethsabee ecclesiam.

Si autem

A Si autem sic dicerent, Sicut Dauid amauit vxorem Vriæ, & præ eius amore procurauit mortem sui mariti, sic rex cœlorũ amauit synagogam siue ecclesiam, ac præ eius amore destruxit diabolũ, vel principes synagogæ, & eam assumpsit in sponsam, non offenderent audientes. Hæc doctor præfatus.

¶EXPLANATIO CAP. XII. Misit ergo dominus Nathan ad Dauid. Arti. XX.

HIc recitantur increpatio ac pœnitentia Dauid & misericordia ei à deo exhibita. ⌊ Misit ergo dñs Nathan ad Dauid ⌋ ad increpandũ. Dominus aũt totum quod gestũ fuit à Dauid circa Vriam & coniugẽ eius, reuelauerat Nathan prophetæ. ⌊ Qui cũ venisset ad eũ, dixit ei: Responde mihi iudicium ⌋ .i. iustam sentẽtiam profer de causa quam tibi proponam. ⌊ Duo viri erãt in ciuitate vna. ⌋ Nathan proposuit parabolã, & Dauid putauit eũ referre rem gestam. Voluit aũt deus ipsum Dauid sic circũuenire & ꝓpria capi respõsione, vt cognita sua culpa, profundius humiliaret seipm̃, nulla via euadendi aut excusandi inuẽta. Exponẽdũ est itaq;, quid parabola ista signauerit. Duo viri, videlicet Dauid & Vrias, erant in ciuitate vna Hierusalem, ⌊ vnus diues, ⌋ quia Dauid fuit rex opulentus, ⌊ & alter pauper, ⌋ comparatiue loquẽdo. Nam quamuis esset diues miles, tamen respectu regis fuit pauper. ⌊ Diues habebat oues & boues plurimos valde, ⌋ quia Dauid multas habuit vxores & cõcubinas, ⌊ pauper aũt nihil habebat omnino ꝑter ouem vnam paruulã. ⌋ Nam Vrias vnã dumtaxat habuit coniugẽ, quæ respectu regalium fœminarũ modica fuit dignitate, ⌊ quam emerat, ⌋ dando
B pro illa, ⌊ & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cũ filijs eius, simul de pane illius comedens, & de calice illius bibens ⌋ .i. adolescentulam illã accepit, quæ fuit sibi commensalis quasi domestica ouis, nõ pascualis, ⌊ & in sinu illius dormiens ⌋ .i. conthoralis. ⌊ eratq; illi sicut filia ⌋ .i. valde familiaris atq; dilecta. ⌊ Cum aũt peregrinus quidã venisset ad diuitem ⌋ .i. spũs fornicationis, alienus à patria beatorũ accessisset Dauid, ipsum tentando, ⌊ parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis ⌋ .i. nullam vxorũ suarũ cognoscens, ⌊ vt exhiberet conuiuiũ peregrino illi qui venerat ad se ⌋ .i. spũi fornicationis oblectaret, satisfaciendo cõcupiscentiæ, in quo delectat immunditiæ spũs, ⌊ tulit ouem viri pauperis, & ꝑparabat cibos homini illi q venerat ad se ⌋ .i. vxorem Vriæ cognouit. ⌊ Iratus aũt Dauid ⌋ zelo iustitiæ ⌊ aduersus hominẽ illum indignatione nimis, dixit ad Nathan: Filius mortis est vir qui fecit hoc ⌋ .i. morte dignus, quamuis em̃ secundũ legem fur non occidebat pro furto, tamen furtum seu rapina poterat ex circũstantijs & alijs additamentis in tantũ grauari, ꝙ mortis sententiam incurrebat. ⌊ Ouem reddat in quadruplũ, eo ꝙ fecerit verbũ istud, & non pepercerit ⌋ .i. quatuor oues pro vna sublata restituat, ptout in Exodo ꝑceptũ est. Salomon tamen in libro prouer. ait de fure, ꝙ deprehensus, septuplũ restituet. Reges nãq; secundum exigentiã causæ, loci & temporis ac ꝑsonę, poterant circa iudicialia legis ꝑcepta addere aliqua pro maiori rigore, non tamẽ textum scripturæ mutare. Hinc & Zachæus ait ad Christũ: Si quẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Porro pro vno boue sublato, iussit lex restitui quinq; boues. Ad propositũ quoq;, pro eo ꝙ Dauid occidit Vriam, occisi sunt quatuor filij eius. Nam primogenitum eius ex Bethsabee dñs fecit mori, postea Absolon occidit Amnon, Ioab Absolonem, Salomon Adoniam, quod deus partim permisit in vltionẽ tanti flagitij Dauid. ⌊ Dixit aũt Nathan ad Da-
C uid: Tu es ille vir q fecisti hanc rem. Hæc dicit dñs deus Israel: Ego vnxi te in regẽ ⌋ .i. feci te vngi, ⌊ sup Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum dñi tui, ⌋ bona Saul qui fuit ad tẽpus dñs tuus, ⌊ & vxores dñi tui in sinu tuo. ⌋ Alibi nõ legit, ꝙ vxores Saul defuncti duxerit Dauid in coniuges, attamen forsitan fecit hoc. Non em̃ omnia gesta sunt scripta. Vel si nõ fecit hoc tantam tamẽ habuit dominationẽ in populo, ꝙ poterat facere, ⌊ dediq; tibi domũ Israel & Iuda ⌋ .i. tam tribum Iuda q̃ cæteras tribus Israel tibi subieci. ⌊ Et si parua sunt ista, adijciã tibi multo maiora. ⌋ Quasi dicat, nõ sunt parua, attamen comparatione supernaturalium donorũ, beneficiorumq; gratiæ, ꝓsertim gratum facientis, quæ dñs dederat Dauid, parua fuerunt ista exteriora. Deniq; ista loquutus est dñs, quatenus ex consideratione multitudinis ac magnitudinis beneficiorũ dei, transgressio Dauid grauior appareret, sicq; vehementius pœniteret. Vel dixit hæc deus, improperãdo ipsi Dauid beneficia tanta ex zelo iustitiæ, ad confundẽdum ingratitudinẽ, cõgeriemq; vitiorũ ipsius. Veruntamen deus omnipotẽs, liberalissimus, supnobilissimus & immensus, nec ex parcitate, neq; ex instabilitate, nec quantũ in se est, impropetat beneficia sua alicui, secũdum ꝙ Iacobus apostolus ait de eo: Qui dat omnibus affluenter & nõ improperat, sed ꝙ interdum ex zelo iustitiæ, & pro impiorũ iusta confusione, atq; vt ingratorũ malitia clarius innotescat vel eis vel alijs, deus quãdoq; improperet, in multis patet locis scripturæ, ꝓsertim in Ezechiele & alibi sæpe. ⌊ Quare ergo contempsisti verbũ dñi? ⌋ .i. ꝑceptum eius de adulterio, homicidioq; vitandis, cũ tamen debuisses deo tanto gratior, obedientiorq; fuisse, quãto maiora ac plura ab eo

Margin references: Exodi. 22. (beside "grauari, ꝙ mortis sententiam…"); Prouer. 6 (beside "mon tamen in libro prouer."); Luc. 19 (beside "maiori rigore…"); 2. Regũ. 13, 1. Regũ. 18, 3. Reg. 2 (beside "positũ quoq;…", "eius ex Bethsabee…", "Adoniam…"); Iaco. 1. (beside "dum ꝙ Iacobus…"); Ezech. 16 (beside "dum ex zelo iustitiæ…"); Leuit. (beside "alibi sæpe…").

beneficia suscepisti. Porro in omni mortali pctō est implicite aut æquiualēter, aut formaliter & D
directe cōtemptus dei & eius pcepti, eo ꝙ homo tam irreuerenter se habeat coram deo, nec so-
licitus sit eius psentiam venerari. Sed vix aliquis potest esse tam malitiosus, vt formaliter & dire-
Job. 21 cte contemnat dei verbum. i. exaspernatione dei seu vilipensione actuali sui præcepti peccet,
quales videntur fuisse, de quibus in libro Iob legitur: Dixerunt deo, recede à nobis, scientiam via
Ibidem rum tuarū nolumus. Et rursus: Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? ⌊vt faceres malū in con-
spectu eius.⌋ Cuius psentiam & intuitum non pensasti, tam impie te habendo. Quod ait, vt, ex-
Psal. 50 ponendum est cōcomitanter, non directe causaliter, sicut in psal. Tibi soli peccaui, vt iustificeris
⌊Vriam Hitthæū percussisti gladio & vxorem illius accepisti in vxorē tibi, & interfecisti eū gla
dio filiorū Ammon. Quamobrem non recedet gladius⌋ .i. grauis tribulatio seu interfectio ⌊de
domo⌋ .i. posteritate ⌊tua⌋ ac sobole, ⌊vsq; in sempiternū,⌋ quādiu durauerit in hoc mundo,
psertim nisi iuste agendo relaxationē promereat, ⌊eo ꝙ despexeris me & tuleris vxorem Vriæ
Hitthæi, vt esset vxor tua.⌋ Sed cum mala culpæ non sint à deo, nec proles aliquid sit suorum pa
rentum, quantum ad spm̄ suum, sed quo ad corpus, quomodo intelligēdum est, ꝙ mala hæc cul-
pæ inflicta sint à deo posteritati & soboli Dauid propter ipsius Dauid transgressionē? Et respon
dendum, ꝙ mala huiusmodi, inquantum sunt formaliter mala culpæ, non fuerunt à deo, nisi p-
missiue, nec aliquid positiuum erāt, sed inquantum mala pœnalia erāt à deo etiam effectiue, quo
Amos. 3 ad id quod entitatis fuit in eis. De tali eñ malo scriptum est: Si erit malum in ciuitate, quod do-
Esa. 45 minus non fecit. Vnde & per Esaiam dominus loquitur: Ego dominus creans lucem, & formās
tenebras, faciens pacem & creans malum. Et iuxta hunc modum intelligenda sunt quæ sequunt. E
⌊Itaq; hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo⌋ .i. venire faciam ⌊super te malū⌋ magnæ tribu-
lationis, ⌊de domo tua,⌋ & ita fuit effectiue à deo, quod etiam fuit malū grauissimæ culpæ, &
ita fuit à deo permissiue, nec tamen deus permisisset filios Dauid ad tanta corruere scelera, sed gra
tiam ea vitandi ipsis dedisset, si ipsi fecissent quod erat in ipsis, ⌊& tollam vxores tuas in oculis
tuis⌋ .i. euidenter, ita quod hoc statim percipere poteris, ⌊& dabo proximo tuo⌋ .i. proprio fi-
2. Regū. 15 lio tuo, videlicet Absaloni, ⌊& dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius⌋ .i. scietibus eis,
qui aderunt manifeste. Quod qualiter factum sit, infra habetur, vbi narratur quod tetenderunt
Absaloni in solario tabernaculum, vbi publice intrauit ad decem concubinas patris sui. Ex quo
etiam constat, quod concubinæ illæ erāt veræ vxores Dauid, sed secundariæ & minus principa-
les, propter quod concubinæ vocantur. ⌊Tu eñ fecisti abscondite⌋ adulterium cum vxore V-
riæ, quamuis eñ vocauit & introduxit eam per nūtios, occulte tamē peccauit cum ea, vel saltem
perpaucis scientibus, ⌊ego vero faciam verbū istud⌋ .i. rem significatam per verba hæc, ⌊in con
spectu omnis Israel,⌋ qui fuit cum Absalone, ⌊& in conspectu solis huius⌋ .i. in exteriori aspe-
ctu, qui fit per lumen solare. Veruntamē multa tropice in scripturis dicuntur, vt illud: Mare vi-
Psalm. 113 dit & fugit, sicq; sol dicitur conspexisse, & item quoniam alios facit conspicere, lucem fundendo,
quæ ad exteriorem requiritur visum, vel propter colores, vel propter mediū, vel propter visum
ipsum, aut propter plura eorū. ⌊Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui domino⌋ .i. ad dei iniuriā
male, imò & pessime feci. ⌊Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoq; transtulit⌋ .i. à te abstu-
lit & tibi dimisit ⌊peccatum tuum⌋ .i. congeriem scelerū quæ fecisti, quæ omnia quantū ad cul-
pam tibi ignouit eodem momēto, quo ex vera contritione dixisti, Peccaui domino, sed quo ad
pœnam nō dimisit ea tibi plenarie, quia deus inultū ire non patitur vllum peccatum, vt fertur in F
Job. 24 Iob. Et tamen ipsa contritio de peccato, est magna pars vltionis, imò & satisfactionis, sicut & pu-
dor de enormitate & turpitudine culpæ, similiter humilis cōfessio oris, imò contritio, pudor, hu
miliatio possent esse ita intensæ, ꝙ totam delerēt iniquitatem, etiam quantū ad pœnā, prout do-
ctores super quartum Sententiarū declarant. Deniq; ꝙ Dauid dixit, peccaui domino, potest in-
Psalm. 50 telligi, sicut & illud quod ait in psal. Tibi soli peccaui. Quo circa asserit Glossa, ꝙ rex qui superio
rem in terra non habuit, soli deo qui eius fuit iudex peccauit. Veruntamē Dauid etiam valde pec
cauit in proximū, cuius violauit vxorem, & cuius occidit personam, sed nō peccauit in proximū
Nume. 35 tanquā in iudicem se superiorem, sed tanquā in eum quem damno atq; iniuria læsit. ⌊Non mo-
Leuit. 20 rieris.⌋ morte æternæ damnationis, vt meruisti peccando, quoniā merito tuæ cōtritionis & hu-
milis confessionis, pœna illa æterna, in temporalem pœnā est commutata. Vel, non morieris, sta
tim morte temporali ac corporali, quæ secūdum legē est inferenda homicidis atq; adulteris. Cer
tum reor, ꝙ nisi vas misericordiæ electus Dauid ex inenarrabili contritionis dolore dixisset. Pec-
caui domino, nequaquam Nathan propheta tam subito eum consolatus fuisset, dicendo: Domi
nus transtulit peccatū tuum. Nempe electus vir ille occulta diuinæ sapientiæ moderatione tam
diu relictus in mentis suæ caligine, ita quod infra tot dies non aduertit nec considerauit suę trās-
gressionis immanitatem, subito præuentus & irradiatus ab infinita misericordia omnipotentis
ex consideratione bonitatis & beneficiorum dei ad se, atq; ex inspectione transgressionis & in-
gratitudinis suæ tam vehementissime doluit vera contritione, ꝙ cor suum pene scissum fuit præ
dolo-

A doloris acerbitate & quantitate. Propter quod necessarium fuit eum sic cōsolari. Quod Nathan ex diuina illustratione perpendens, tam repente, deo instigante, cōsolabatur dolentem. Nam (vt sanctus ait Hieronymus) oportet vt dolor contritionis sit adæquatus multitudini, magnitudinique iniquitatis. Et vt beatus dicit Bernhardus: Non sufficit labijs dicere, peccaui, quia & Saul hoc dixit, non tamen veniam obtinuit, quam Dauid vno verbo promeruit. Dicitur quoque in scholastica historia, ꝙ Dauid verbis Nathan auditis, & dicens, peccaui domino, mox descendit de throno consistorij & sedit in terra, & tanquam verus deicola non erubuit peccata sua coram omnibus confiteri. Præterea aduertendum, qualiter in Dauid impletum est quod in libro sapiētiæ legitur: Quia per quæ quis peccat, per hæc & punitur, quoniam sicut Dauid in alterius vxore & sanguine deum offendit, maritatam cognoscendo, eiusque virum necādo, sic suę vxores sunt violatæ & filij occisi, & quod grauius erat, à proprio filio vxores eius violabantur incæstu nephario, & filij eius se inuicē occiderunt. ⌊Non morieris. Veruntamē, quoniā blasphemare fecisti inimicos nomen domini, propter verbū hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.⌋ Hoc aliqui sic exponūt, ꝙ homines vitiosi vituperauerūt deum tanquā iniustum, pro eo quod reprobauit & amouit Saul à regno, qui minus peccauit q̄ Dauid in his propter quæ fuit regia successione priuatus, non tamē sic reprobando, derelinquendoque ipsum Dauid, ita exponit istud cōmuniter. Sed non videtur idonee dictum, quoniam quādo hæc dicebantur à Nathan, peccatū hoc Dauid adhuc latebat, nisi quātum forsan ex increpatione Nathan cœpit vulgari, sicque ob hanc rem nondū fuit deus ab impijs blasphematus, nisi forsan sumatur p̄teritum pro futuro, per modum p̄nuntiationis propheticæ propter certitudinem prophetiæ. Videtur aūt sic posse exponi, Nā occasione adulterij fecit Dauid ipsum Vriam ab idololatris Ammonitis occidi, & cū Vria fuerunt & alij interfecti, ex qua victoria Ammonitæ inducti sunt ad laudandū deum suū falsum ac idola, quorum

B laus fuit quædam veri dei blasphemia. Vel forsitan deum Israel tanquā impotentem ad suorum defensionem blasphemauerunt, dicentes: Vbi est deus eorum? Ex his constat ꝙ infantulus ille propter patris sui iniquitatem, vita priuatus sit, ita ꝙ pater in filio est punitus, quoniam filius quantum ad corpus, est aliquid suorum parentum. Nec in isto derogatum est illi infantulo, cui deus conuertit ac ordinauit mortem illam ad maius bonū. Qualiter vero istud non contrarietur diuinæ iustitiæ, imò nec pietati diuinæ, nec verbis Ezechielis ac Hieremiæ dicētium: Vnusquisque in peccato suo morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, supra atque in alijs locis dictum est sæpe. Præterea ex his apparet, ꝙ increpatus sit Dauid à Nathan longo tempore post adulterij sui perpetrationem, vtpote nato infantulo tūc concepto, quo circa non tantū admiror, ꝙ vir ille tā virtuosus post tanta gratiarum charismata, repente ad tanta deuolutus est scelera, quantū ꝙ infra totum tempus quod fluxit ab adulterio illo vsque ad increpationē ministratam per Nathan, nō considerauit suos excessus neque pœnituit. In quibus omnibus innotescit q̄ ineffabiliter magna & miseranda sit humana fragilitas, cæcitas ac defectuositas, & ꝙ vera cōtritio non nisi ex speciali dei præuentione ac gratia oriatur. ⌊Et reuersus est Nathan in domū suam. Percussit quoque dn̄s paruulum⌋ infirmitate lætali, ⌊quem pepererat vxor Vriæ Dauid, & desperatus est⌋ posse conualescere. ⌊Deprecatusque est Dauid dn̄m pro paruulo,⌋ vt deus dignaretur eum supernaturaliter curare, & quāuis Dauid audiuit à Nathan infantulum moriturum, attamen ignorauit an prophetia

C illa fuerit prænuntiatio cōminationis, & conditionatæ assertionis, sicut prophetia de obitu Ezechiæ, subuersioneque Niniue. ⌊Et ieiunauit Dauid ieiunio & ingressus seorsum⌋ in locū secretū, orationi, compunctioni, & lachrymis aptum, ⌊iacuit sup terram,⌋ seipsum profunde humiliando coram altissimo. ⌊Venerunt aūt seniores domus eius cogentes⌋ .i. obnixe & quasi importune rogantes ⌊eū vt surgeret de terra⌋ ad edendū. ⌊Qui noluit, nec comedit cū eis cibum. Accidit autem die septima vt moreretur infans.⌋ Vnde aliqui dicunt, ꝙ circūcisus non fuit, quia circūcisio fiebat die octauo. Alij putant ꝙ in periculo licuit tempus hoc præuenire. ⌊Timuerūtque serui Dauid nuntiare ei ꝙ mortuus esset paruulus. Dixerūt enim: Ecce cum paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & nō audiebat vocem nostram, quanto magis si dixerimus, mortuus est puer, se affliget? Cum ergo Dauid audisset seruos suos mussitantes, intellexit ꝙ mortuus esset infantulus. Dixitque ad seruos suos: Nū mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra,⌋ cognita morte infantuli, nolens de malo irremediabili seipsum magis affligere, ⌊& lotus, vnctusque est.⌋ Nam faciem lauit & vnguento aut balneo vsus est. ⌊Cumque mutasset vestem,⌋ quia in veste pœnitētiali dominū exorauit, fleuit & ieiunauit, & forsan in cilicio aut in sacco, ⌊ingressus est domū domini⌋ .i. tabernaculum, in quo constituerat arcam, ⌊& adorauit⌋ dominū, gratias agens iustis ac pijs iudicijs eius, fuitque patiens in suarum precum & abstinentiarum repulsione ac filij morte, conformans in hoc voluntatem suam voluntati ac ordinationi diuinæ. Exhilarauit quoque ita seipsum, vt consolaretur ipsam Bethsabee, quā diligebat. ⌊Et venit in domū suam, petiuitque vt ponerent ei panem, & comedit. Dixerunt autem ei serui sui: Quis est sermo quē fecisti propter infantem, cū adhuc viueret, ieiunasti & flebas, mortuo aūt iam puero surrexisti, & comedisti panē? Qui ait: Propter infantem cū adhuc viueret ieiunaui & fleui

Marginal references: Hierony. — Bernard. — 1. Regū 15 — Pet. Co. hist. libr. 2 Regū. c. 12 — Sapię. 11. — 2. Reg. 15 — 2. Regū. 13 — Psalm. 113 — Ezech. 18 — Hiere. 31 — 4 Reg. 20 — Esa. 38 — Ionæ. 1.3 — Leuiti. 14

Dicebam enim: Quis scit, si forte donet mihi eum dominus & viuat infans? Nunc autẽ quia mor- D
2.Reg.7 tuus est, quare ieiuno? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vadam magis ad eum: ille
vero non reuertetur ad me. Et consolatus est Dauid Bethsaba vxorem suã, ingressusq; ad eam,
Sap.11 dormiuit cũ ea, non ante eius purificationem secundũ legem, sed tempore procedẽte. Quæ
genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, quod interpretatur pacificus, sicq; deo inspirã
te ac disponente vocatus est, quoniã fuit puer, de quo deus per Nathan prædixerat Dauid regi, q
filius eius ei successurus in regno, in quiete & pace regnaret, ac templũ construeret, & dñs di-
lexit eũ. Quamuis deus diligat cuncta q̃ fecit, rõnales tñ creaturas proprie dicit diligere quas
Malach.1 prædestinauit, sicut de Iacob per Malachiam testat: Iacob dilexi. ¶ Hinc multi coniiciunt Salomo
nem esse saluatum. Qui aũt super hoc dubitant, aut aliter opinantur, dicuntq; dominus Salomo-
nem dilexit, quia ad tempus fuit bonus & gratiosus, & quia multis naturalibus ac temporalibus
bonis eum ornauit. ¶ Dicitur enim deus aliquem duobus modis diligere, vtpote dilectione præde-
stinationis æternæ, qua soli diliguntur electi, & dilectione præsentis iustitiæ, qua diligũtur à deo
omnes qui in charitate existunt. Misitq; in manu Nathan prophetæ, i. ipsum Nathan mi-
sit ad puerum, & per ministerium Nathan imposuit puero aliud nomen, vnde subiungitur, &
vocauit nomen eius, amabilis domino, i. Ididiah in Hebreo, quod interpretatur dilectus do-
mini, vel amabilis deo, eo q; diligeret eum dominus. Aliqui habent, misitq; eum in manu Na
than prophetæ. i. Salomonem commisit ac voluit deus educari ac informari per Nathan, vt in
virtutibus crescens fieret dignus regno. ¶ Consequenter describitur qualiter capta est Rabba. Igi
tur pugnabat Ioab contra Rabba filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. Misitq; Io-
ab ad Dauid nuntios, dicens: Dimicaui aduersum Rabba, & capienda est vrbs aquarum, i. Rab-
bath metropolis aquis vallata. ¶ Vel vt aliqui dicunt, vrbs aquarũ. i. populorum, quoniam fuit plu E
rimum populosa. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem & cape
eam, ne cum à me vastata fuerit vrbs, nomini meo ascribatur victoria. Hoc Ioab vel ex humi
litate, vel ex quadam fidelitate ad regem ei denuntiauit. ¶ Vel potius ex quadam versutia, adulatio
ne, & ambitione, quia ambitiosus erat, & regi complacere desiderans, gratiam eius captauit, vt in
suo firmaretur officio. Congregauit itaq; Dauid omnem populũ prælio aptum atq; residuũ,
& profectus est aduersum Rabba. Cumq; dimicasset cum suo exercitu contra vrbem, cæ-
pit eam. Et tulit diadema regis eorum de capite eius. Per regem Ammonitarum non intelligi
tur hic filius Nahas regis, qui patri suo Nahas successit in regno, sed falsus deus seu idolũ Ammo-
1.Para.20 nitarum, nomine Melchon, quod interpretatur rex eorum. Vnde primo Paralip. legitur: Tulit
autem Dauid coronam Melchon de capite eius. ¶ Circa hoc scribit Hieronymus, & habetur in
Hierony. Glossa super Paralipomenon, Tradunt Hebræi, q illicitum erat Iudæis de idolis aliquid auri vel
Exodi.20 argenti accipere, quia lex idololatriam vetat. Ideo Ethai qui de Philistæis ad Dauid venerat, ra-
puisse coronam de capite Melchon, vt liceret Dauid Iudæo de manu hominis capere, quod de
capite idoli capere sibi nõ licuit, pondo auri talentum, quia hoc diadema continebat in pon-
dere talentum auri, iuxta illius regionis mensuram, habens gemmas pretiosissimas. Hinc in
Pet. Co. scholastica fertur historia: Erant in diademate illo gemmæ pretiosæ & auri talentum. ¶ Veruntã-
hist. libr. 2 men Dauid iuxta tenorem legis primo conflauit & purgauit metallum, & postea sibi inde dia-
Reg ca.12 dema formauit, in cuius medio sardonicem incomparabilem collocauit. Nec tamen in hoc fe-
Deut.7 cit contra illud Deuteronomij: Sculptilia eorum igni combures, & non concupisces aurum & ar
gentum de quibus facta sunt. Quia hoc fuit præceptum de idolis, idolorumq; ornamentis, quæ F
erant in terra promissionis, quando filij Israel primo ingressi ac demoliti sunt eam, & imposi-
tum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde. Populum quoque
eius adducens ad forum iudicij seu locum supplicij, serrauit, i. serris diuisit per medium, &
circumegit super eos ferrata carpenta, i. ferrea seu ferrata quædam vehicula rostris incidentia,
scilicet currus falcatos siue ferratos, imo carpentis huiusmodi ipsos serrauit. Carpentum namq;
securis est, diuisitq; cultris & traduxit in typo laterum, i. cultros traduxit seu traxit per eos eo
modo quo traducuntur cultelli per lateres adhuc molles vt apte formentur seu figurentur. Itaq;
quosdam per vehicula illa serrauit, vel serris diuisit, quosdam cultris secauit, nec tantum rigorem
exercuisset in eos mansuetus & pius rex Dauid, nisi valde peccassent in deum & in pplm suum ac
se. Veruntamen non puniuit totum pplm illum hoc modo, sed eos qui consilium dederant regi
suo, q præfato modo seruos Dauid irrisit. Sic fecit ciuitatibus vniuersis filiorum Ammon, id
2.Reg.10 est, rectoribus ciuitatum illarum, qui ad illam irrisionem instigauerunt, aut simili modo speciali-
ter ac grauiter erant culpabiles. Non enim omnes nobiles terræ illius occidit, imo nec omnes fi-
2.Reg.17 lios regis Nahas, sed filium eius regem, à quo serui sui fuerunt irrisi. Vnde infra legitur, quod So-
bi filius Nahas de Rabbath filiorum Ammon præbuit Dauid regi necessaria quando fugit à fa-
cie Absalonis. Nam illum Sobi constituit regem pro fratre suo quem interfecit. ¶ Porro primo Pa
1.Para.20 ralipo. scriptum est, quod Dauid eduxit populum Rabbath, & fecit super eos tribulas & trahas
& ferrata carpenta transire ita vt dissecarentur & contererẽtur. ¶ Tribulæ autem vocant vehicula
quibus

A quibus teruntur messes. Et vt ait Isidorus, Tribula est genus vehiculi quo teruntur frumenta. Isidorus
Trahæ vero dicuntur alia genera vehiculorum quæ rotas non habent, vel instrumenta quæ trahũ
tur super terram de nouo seminatam ad complanandũ eandem. Et reuersus est Dauid & om-
nis exercitus eius in Hierusalem, non tamen habitauerũt omnes ibidem, sed cum rege in-
gressi sunt primum illuc communiter, deinde redierunt in sua. Asportauit etiam secum de Rab-
bath plurimam prædam.

¶ De eiusdem cap. XII. intelligentia spirituali. Arti. XXI.

PEr hoc quod deus (cuius sapientiæ non est finis aut numerus) increpauit Dauid regem, per Psal. 144
os prophetæ proponendo illi paradigma aptissimũ, datur intelligi, quod excellentes per- Psal. 146
sonæ, præsertim reges & principes, non qualitercunque, sed parabolica loquutione, aut pia
quadam circũuentione, aut captatione beneuolentiæ eorundem sint arguendi, ne si ni- Eccl. 4
mis audacter aut irreuerenter reprehendant, magis exasperent. Ideo scriptũ est: Noli resistere
contra faciem potentis, neque coneris contra ictum fluuij. Insuper ex isto docemur cap. quàm enor-
me vitium sit adulterium, quod (nõ obstante intensissima cõtritione, profundissima humiliatio-
ne, integerrima emẽdatione beati Dauid) deus omnipotẽs tam horribiliter ac multipliciter in il-
lo puniuit, vt patuit & patebit. Qualis ergo post vitam hanc erit eorum damnatio, qui cum nũc nõ
semel dumtaxat, sed & frequenter adulterij crimen committere non verent, non tamen in vita Pro. 11.
hac castigant. Nonne post vitam præsentem ineffabiliter torquebunt? Ideo Salomon dixit: Si iu- Heb. 13
stus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Et Apostolus ad Hebræos: Fornicatores Iob. 31.
B & adulteros iudicabit dominus. Denique huius facinoris enormitatem, proportionatamque vltio-
nem tangit sanctus Iob dicens: Si deceptũ est cor meum sup mulierem, & si ad ostiũ amici mei
insidiatus sum, scortũ sit alterius vxor mea, & sup illam incuruent alieni. Hoc etenim nephas est,
& iniquitas maxima. Ignis est vsque ad perditionẽ deuorans, & omnia eradicans genimina. ¶ Am-
plius ex isto cap. arguunt auari, raptores, & pauperum impotentiumque oppressores, qui si aliquan-
do faciant alios bene tractando expensas, nitunt expensa ab impotentioribus & egenis recupe-
rare & extorquere, quorum iniquitas clamitat ante deum, & diram expetunt vltionẽ. Qui aũt lau-
tatenent conuiuia, aliosque inuitant desiderio laudis humanæ, aut simili elatione seu iniusta inten
tione, faciunt hoc accedente ad eos peregrino, puta diabolo, qui respectu electorum qui diu in pec-
catis non permanent, recte dicit peregrinus, quia non diu in eorum cordibus commorat. In reprobo
rum autem & impœnitentium cordibus habitat tanquã ciuis. Iratus autem Dauid aduersus ho-
minem illũ. Sic multi cognito aliorum excessu, zelo vident iustitiæ incitari & inflammari cõtra pec
catores, sed propria vitia non emendant, imò nec pensant, nec corrigi & obijci sibi ea æquanimi
ter patiunt, de quibus constat quod nec alios ex charitate corripiant, quoniam charitas incipit à se- Matt. 16
ipsa. i. proprio suo subiecto. Nempe quid proficit homo si vniuersum mundum lucret, & perdat Marci 8
seipsum. Ideo in Ecclesiastico scriptũ est: Miserere animæ tuæ placens deo Et in prouerbijs: Iu- Eccl. 30.
stus in principio accusator est sui. Vnde & in Matthæo ait saluator: Quid vides festucam in ocu Pro. 18
lo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce primũ trabem de oculo tuo, & Matth. 7
tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Tu es ille qui fecisti hanc rem. Hoc impropera-
C ri potest ac obijci his qui contra propriam operant doctrinam, & quæ condemnant in alijs perpe-
trare, non verecundant. Quorum vnicuique dicet iudex: Ex ore tuo te iudico serue nequam. Vnde Luc. 19
ad Romanos ait Apostolus: Existimas autem ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, Roman. 2
quod tu effugies iudiciũ dei? Et denuo: Qui prædicas, non furandum, furaris: qui dicis, non mœchan-
dum, mœcharis: qui abhorres idola, sacrilegium facis. Quare contempsisti verbum domini, vt Ibidē
faceres malum coram domino. Pensemus quàm enorme atque damnabile sit, præceptum dei contemne
re, & deo inspiciente mandata ipsius violare, & tamen id agit omnis qui peccat mortaliter. Ad-
uertamus beneficia dei generalia ac specialia, sup nos & in nobis, & ita pensare poterimus, quàm enor
mia sint nostra peccata, & satagemus vitare ea. Dixit Dauid, Peccaui domino. Ita & nos à superio-
ribus aut proximis nostris correpti, recognoscamus humiliter proprias culpas, nec corripienti in-
dignemur, nec excusemus vel alleuiemus vitia nostra, certi quod in multis offendimus, & innume- Iaco. 3
rabilia lateant nosmetipsos. Nam vt Salomon loquitur: Viro qui corripientem dura ceruice cõ- Pro. 28
temnit, repentinus superueniet interitus. Ecce Dauid non dixit reprehensori: Nunquid consilia-
rius regis es, imò celerrime etiam coram alijs sua confitebat ac defleuit peccata, ita agamus & nos
nec publice argui & pœnitere ac recognoscere nostra peccata erubescamus. Ingressus Dauid se-
orsum, iacuit sup terram. Ita & nos ad orandum intente, quæramus locum seorsum quietum, ab- Matth. 6
stractum, sicut docet saluator: Tu autem cum oraueris, intra cubiculum, & clauso ostio, ora patrem Actorum. 10
tuum in abscondito. Hinc fert in actis, quod Petrus ascẽdit in superiora vt oraret. Et scriptum est
in Luca, quod ascendit Christus in montem orare. Orationi autem ieiunium, aut saltem sobrietas iu- Luce. 6
giter debet addi, & humiliatio magna cordis ac corporis, & aspera vestis. quatenus caro castige- Gala. 5
tur. Qui enim sunt Christi, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigunt. Quod si ad li-

 bum

Psalm. 61 bitum non fuerimus exauditi, non ob hoc pusillanimes mox reddamur, sed deo subiecta sit anima nostra in omni spe, humilitate & patientia vera, & propter ineuitabilia mala non doleamus inordinate, nec amicos seu propinquos defunctos inconsolabiliter defleamus, sed diuinæ prouidentiæ & iustis eius iudicijs subditi simus. ¶Ioab pugnauit cõtra Rabbath. Sic miles dei contra omnem seculi vanitatem, fœditatem & impietatem iugiter debet pugnare. Complementũ autem huiusmodi prælij debet per Christũ fieri velle, & non sibi, sed domino omnem triumphũ ascribere. Nam ipse est qui operatur in nobis velle atq; perficere ex sua pijssima voluntate. ¶Congregauit Dauid omnẽ pplm, Sic saluator suos electos vnit p fidẽ, spem, charitatem, quatenus contra suæ salutis aduersarios concorditer þliẽt, & adiuuent in tali conflictu se mutuo. ¶Tulit diadema regis eorũ, & impositũ est sup caput Dauid. Impij sunt quasi corona diaboli, qui dum conuertuntur ad dñm, fiunt diadema ipsius, iuxta illud Esaiæ: Eris quasi corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. D

Phil. 2

Esa. 62

¶EXPOSITIO LITERALIS CAP. XIII. Factum est autem post hæc. Arti. XXII.

Modo narrat qualiter dominus (sicut per Nathan prędixit) suscitauit, vel permissiue vel effectiue sup Dauid malum de domo sua. Factũ est autem post hæc, vt ipsius Absalom filij Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar adamaret filius Dauid, Amnon, qui etiã fuit frater ipsius Thamar ex parte patris, vt infra tanget, sed ipsa vocat specialiter soror Absalonis, quoniam ex vtroq; parente fuit soror sua, & deperiret in eam valde, non solum corporali languore, sed & libidinosa ac vitiosa affectione, ita vt propter amorem i. ex vehemẽti & pdominante amore eius carnali ægrotaret, fuit etenim amor hereos, q sæpe corporalem inducit languorẽ, imò aliquando mortẽ, nã passiones appetitus sensitiui, cum fiãt cum corporali transmutatione, eo q sint in organo corporali, quanto sunt intensiores & immoderatiores, tanto immoderatius atq; nociuius corpus immutant. Sic & iuuenis ille qui beatissimã Agnetem amauit, præ eius ęgrotauit amore, quia cũ esset virgo ipsa Thamar, difficile ei videbat, vt quippiam inhoneste ageret cũ ea, non q virginis deflorationem vel incæstũ horreret, quia passionis vehementia fuit victus & excæcatus, sed qm filiæ regis virgines sub arcta & diligenti erãt custodia, ita q viris nõ patebat ad eas priuatus & periculosus accessus, propter quod Iosephus ait: Cum neq; propter virginitatem, neq; propter custodiã eius posset þualere, crudeli percussus vulnere carpebat. Erat autem ipsius Amnon amicus, nomine Ionadab, filius Simeah fratris Dauid, vir prudens valde. Vera prudentia non nisi virtuosis inest hominibus, vt etiam in Ethicis docet philosophus. Cum ergo in isto negotio Ionadab vitiosissime se habuerit, non vtiq; prudens, sed nequã & callidus fuit, quando consuluit istud quod sequitur. Veruntamen ex naturali dispositione & alijs causis potuit esse ad prudentiam veram dispositus, prudensq; fuit, si quando fuit virtuosus. Ionadab iste in Iosepho Ionathan appellatur. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie fili regis p singulos dies. Tanquam dicat, Cum sis primogenitus tanti regis & successurus ei in regno, merito esses iucundus ac florens. Cur non indicas mihi? cum sim tibi familiaris & fidelis amicus, & tamen reuera non fuit verus amicus, qa (vt etiam Tullius protestat) quicquid contrariat virtuti, repugnat & amicitiæ. Dixitq; ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo, in tantum q ex amoris magnitudine & alteratione corporali excessiua illum sequente egroto, nec edere valeo, sicq; pallor & macies signa sunt amoris. Cui respõdit Ionadab: Cuba sup lectum tuum, & languorem simula, alium, inquam, languorem q̃ eum quem habes. Cũq; venerit pater tuus vt visitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea vt det mihi cibum & faciat pulmentũ, & comedam de manu eius. Accubuitq; Amnon & quasi ægrotare cœpit. Cũq; venisset rex ad visitandũ eum, ait Amnon ad regem, qui visitauit Amnon iacentẽ in lecto. Veniat, obsecro, Thamar soror mea. Amnon loquens ad Ionadab, dixit, sororem fratris mei, non sororem meã amo, quatenus Ionadab minus abhorreret illum amorẽ tam libidinosum, sed loquẽs ad patrem: veniat, inquit, soror mea vt rex minus suspicaret aliquid mali, & faciat in oculis meis, vtpote me þsente, vt eã intuendo sic occupatã delecter, duas sorbitiunculas i. pulmẽta apta ad glutiendũ, tamen vt Iosephus scribit, erant frixæ collyridæ, quæ quid sint, supra patuit, & cibum capiam de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitq; Thamar in domum Amnon fratris sui. Ille autem iacebat. Quæ tollens farinam commiscuit, & liquefaciens in oculis eius, coxit sorbitiunculas. Tollẽsq; quod coxerat, effudit in scutellam seu vas, & posuit corã eo, & noluit comedere. Dixitq; Amnon: Eijcite vniuersos à me. Cumq; eiecissent oẽs, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in cõclaui, vt in loco illo secreto apro facinori fruar te, vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, & attulit

Marginal notes: E (beside "pe corporalem inducit languorẽ"); Hebro. (beside "iuuenis ille qui beatissimã Agnetem"); Iose. lib. 7 Anti. ca. 8 (beside "sus accessus, propter quod Iosephus"); Ibidem (beside "verã dispositus"); F (beside "Cum sis primogenitus"); Ibidem, 2. Reg. 6 (beside "do sic occupatã delecter" and "scribit, erant frixæ").

A & attulit ad Amnon fratrem suum in conclaui. Cumq; obtulisset illi cibum, apprehendit eam, & ait: Cuba mecum soror mea. Sororem vocat, ne illa scelus percipiat, & amoroso nomine ad consensum trahatur. Quæ respondit: Noli frater mi. Fratrem suum vocat, vt tantæ propinquitatis nomine audito, retraheret à crimine. Noli opprimere me, cum etiam alienam opprimere sit iniquum. Neque enim hoc phas id est, licitum est in Israel, hoc est, quia in lege prohibitum est sub pœna mortis. Noli facere stultitiam hanc, hoc est, opus tam irrationabile & brutale, in quo ratio & omnis sapientia maxime absorbentur. Estq; stultissimum taliter vinci libidine. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, hoc est, tam ignominiosam mei constuprationem, nec occultare potero, nec æquanimiter tolerare. Leuit. 18

Et tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel, hoc est, diffamiam magnam incurres & reputaberis fatuus homo, cum tamen oporteat te bonæ famæ studere, vt posses pr̄i tuo in principatu succedere. ¶ Porro, quod ait, quasi, dicit hic veritatem non similitudinem tantū. Quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi dare in coniugē. Dicūt aliq qđ Dauid in bello acquisiuit matrem istius Thamar, & q̄ mater eius tunc fuit prægnans hac filia ab alio viro, sic quod non fuit naturalis filia Dauid, & p̄ consequens, nec vera naturalisq; soror ipsius Amnon, sed hoc non videt textui concordare, nec in aliqua autentica reperit historia, & sup illud Ezechielis: Frater sororem suam in te polluit nepharię, communiter dicunt expositores, quod intelligat de Amnon & Thamar. Ideo potius reor q̄ Thamar protulit verba hæc vt auerteret frēm suum à tanto facinore, spe obtinendi eam licite & honeste, & q̄uis mentiret, dicendo, rex non negabit me tibi, fuit Ezech. 22

B officiosum mendaciū, & leue peccatū. Hoc & Iosephus sensisse videt, dicendo: Thamar ita locuta est, vt ad tempus petulantem fratris sui impetū valeret refrenare. Magister quoq; in historijs hoc (inquit) dicebat, vt subterfugeret manus eius. Veruntamen aliqui dicūt, pręceptū legis prohibens sororem ex patre à fratre sumi in coniugem esse intelligendū, quando frater & soror fuerint gentis eiusdem. Thamar autem fuit filia Maacha mulieris gentilis, quam tamen (vt credit) Dauid ad iudaismum conuertit. Amnon vero ex vtroq; parente fuit Israelitica, sicq; potuisse Thamar fieri coniugem Amnon. Sed istud saluari non potest, quoniam in Deuteronomio legit: Maledictus qui dormit cū sorore sua filia p̄ris sui vel matris suæ. Idem quoq; in Leuitico p̄hibet: Noluit aūt Amnon acquiescere p̄cibus eius rationabilissimis sed p̄ualens viribus oppressit eam, & cubauit cum eā. ¶ Sed queri potest, cur non clamauit, cum scđm legem debuisset clamare, q̄a fuit in ciuitate, imo in palacio, nec longe erāt q̄ poterāt subuenire. forsan ne frēm suū confunderet, & mortis sententiæ subderet eum. Et exosam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius esset odiū, quo eam oderat amore quo ante dilexerat. Illa etenim quantū poterat viriliter restitit, idcirco (vt ferūt Hebræi) miser ille se grauiter læsit. Dixitq; ei Amnon: Surge & vade. Ipsa autē (vt ait Petrus Comestor, rogauit vt maneret cū ipso, & fieret ei vxor, putans forsan in hoc posse dispensari. Quæ nolente ipso respondit: Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me, expellens me inquantū hoc agis ex maximo odio & contemptu p̄sonæ meæ, cui post tantam iniuriā teneris ad recompensam & compassionem, non ad contumeliæ huius augmentum, quàm quod antefecisti me opprimens quod aliquam videt excusationem admittere, inquantum venit non ex malitia, sed infirmitate & passione prædominante, imo quoniam deflorauit eam, tenebat eam habere vxorem, secundum legis præceptum, in Leuitico ac Deuteronomio scriptum, nisi aliun- Iose. lib. 7 an. iu. ca. 8 Pet. Co. hist. libr. 2 Re. cap. 13 Deuter. 27 Leui. 18 Pet. Co. histo. libr. 2 Re. cap. 13

C de fuisset obstaculum, quo existente debebat ei alijs modis pro posse pro illato damno possibilem restitutionem, quàmuis condignam non potuit, iuxta quod in Ecclesiastico fert: Omnis ponderatio non est digna continentis animæ, Et noluit audire eam, sed vocato puero qui ministrabat & dixit: Eijce hanc à me foras, & claude ostiū tuū post eam. Quę induta erat talari tunica. Quę scilicet vsq; ad talos eius descendit, quam Iosephus vocat collobium manicatum. Tamen vt quidam refert, in Hebræo habet, serica tunica, sed potius est tenendum, lrani hanc veritati hebraicæ consonare, & verbum illud hebraicum esse forsitan æquiuocum ad vtrunq;. Huiuscemodi enim filiæ regis Dauid virgines vestibus vtebant in quo religiositas regis Dauid apparet, q̄ tā humilibus vestibus non in terrā defluentibus, sed vix eā tāgentibus, iussit suas filias vti, nec dubiū, q̄n in cæteris suis domesticis p̄portionabiliter vestiū condecentiam obseruauit. Ex quo reprehendunt superbæ ac fatuę mulieres ac virgines temporis huius, q̄ licet à regia nobilitate plurimū distent, tamē vestibus enormiter lōgis, ac se p̄ terrā trahentibus induunt, in ornamentis etiam p̄tiositate, figura ac multitudine vestium grauissime peccant. Similiter adolescentes ac viri suo modo. Eiecit itaq; eam minister illius foras, clausitq; fores post eam. Quæ in signum doloris, aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, impositisq; manibus super caput suum, ibat, per palacium regis, vt aliqui dicunt, cum tali dispositione, vt pote, victa dolore ac mœrore ob tantas sibi illatas iniurias, ingrediens domum Absalonis, & clamans cum lachrymis. Aliqui tamen dicunt, quod non fecit hęc mox, vt fuit eiecta ab Amnon, nec in regis palacio, sed postquàm venit ad domum Absalonis, alioquin scandalizasset seipsam. Sed prima expositio verior reputatur. Leuit. 20 Deute. 27 Ecci. 26 Iose. lib. 7 ant. iu. ca. 8

Nam Amnon taliter eam eijciendo satis eam scandalizauit, & ipsa erat tanto confecta mœrore,

&tã irreuerẽter tractata, qd nõ pẽsauit se graui⁹ posse cõfundi, nec ipsa in hac re culpabilis fuisse vi D
det. Dixit aũt ei Absalon frater suus: Nunqd Amnõ frater tuus cõcubuit tecũ? hoc Absalon ex gestibus illis suæ sororis aduertit, pſertim, qm̃ illa non negauit, nec aliã suæ afflictionis exposuit causam. Sed nũc soror tace: Frater tuus est ideo eius improbitati compati debes, neq; affligas cor tuũ pro hac re tã immoderate, sicut nũc agis. Ista locutus est Absalon ꝓ sororis suę charissimæ consolatione, q̃uis vtiq; illa merito tristabat, quæ tñ tristitia fuit rõnis gubernaculo moderãda. Mansit itaq; Thamar contabescens .i. mœrore & dolore seipsam cõsiciens, & q̃si in viduitate ꝑsistens, in domo Absalon fratris sui. Cũ aũt audisset rex Dauid verba hæc, hoc est, hæc gesta significata ꝑ verba hæc, contristatus est valde tã de filij sui primogeniti inhõnestissimo ac vitiosissimo facto, q̃ de filiæ suæ deturpatione, & maxime de dei offensione ac ppl'i scandalizatione, & noluit contristare spm̃ Amnon filij sui eũ increpãdo ac castigãdo vt meruit, qa diligebat eũ, non qualitercũq; nec tantũ, qa & alios filios suos dilexit, sed dilexit eum præcipue, idcirco subiungitur: Quia primogenitus erat ei. Sed ista videtur fuisse carnalis, & praua dilectio cũ vera dilectio exigat corripi, ac corrigi dilectũ peccãtem, & tanto plus, quãto magis diligit, iu-
Eccl. 30 xta illud Ecclesiastici: Qui diligit filiũ suũ, assiduat illi flagella. Vnde iter; ait scriptura: Quis filius
Heb. 12 quem non corripit pater. ¶ Insuꝑ, qui oppressit virginem secundũ legem meruit mortem, er-
Deu 17
1. Regũ. 2 go non solũ corripere, sed & occidere debuit Dauid iudex & rex filiũ oppſſorem. Iter; Eli reprobatus ẽ, qa nõ satis acriter suos corripuit filios, quos tñ corripuit, magis ergo Dauid meruit reprobari, q tã sceleratissimũ filiũ incorreptũ & impunitũ reliqt, pſertim cũ iudex debeat sine ꝑsonarũ acceptione iudiciũ atq; iustitiã exercere. Ad ista quidã respondent, excusantes ipsum Dauid, di- E
centes, qd in correptione & castigatione rei, seruanda sunt & consideranda modus, tempus, ꝑsona, ideo interdum est differenda ad horam, propter quod Dauid distulit corripere istũ Amnon, quoniã vidit eũ pœnitentem de suo excessu & tristem, ne absorberet abundãtiori tristitia. Vnde aliqui dicunt, quod postea corripuit eũ secrete. Et qdam ait, quod protũc non corripuit eũ, quoniam Amnon erat debilis & infirmus, & dolens de facto suo, qd falsum videt, qa vt dictũ est, fuit iã fortis, q ꝓualens viribus oppſsit sororem, & Dauid iã nouerat eũ infirmitatem illã, qua lecto decubuit consinxisse. Textus quoq; aptissime dicit, q noluit spm̃ ipsius Amnon contristari, vc; corrigendo, qa diligebat eũ. Hinc alijs magis apparet, q Dauid in hac re fuit culpabil', sicut in alijs mul-
3. Reg 1 tis. Nam & infra tertio libro habet, q non corripuit Adoniam dicentem: Ego regnabo. Veruntamen aliq dicunt, q non tenebat ipsum Amnon occidere, quoniam violentia illa fuit occulta, sic defloratio Thamar, quæ probari non poterant, nisi ꝑ querimoniã Thamar, & sui corporis ostensionem. Thamar autem tacuit de consilio Absalonis. Veruntamen si Absalon putasset se posse ꝓcurare occisionem Amnon à rege ꝑ accusationem Thamar, maluisset hoc, quàm quod ꝑ seruos suos ipsum occidit. ¶ Deniq; si Amnon vere de suo pœnituisset facinore, veniam postulasset, vel reconciliasset se, aut satisfecisset pro posse sorori, quo; nullũ videt fecisse, imo si ea egisset, non fuisset, (vt creditur) occisus ab Absalone. Porro non est locutus Absalon ad Amnon, nec malum, nec bonum quod intelligi potest, ita q de ista materia nihil locutus sit ei, ne Amnon se ob-
seruaret, quatenus suo tempore illum occideret. Vel quod omnino abstinuit ab eius colloquio, qd F
non puto, ne Amnon consideraret auersionẽ & odiũ Absalonis aduersum se. Oderat eñ Absalon Amnon, eo q violasset Thamar sororem suã. Factũ est aũt post tempus biennij, vt tonderent oues Absalon in Balahazor quæ est iuxta Ephraim. Et vocauit hoc est, ad prandium inuitauit. Absalon omnes filios regis q sine licentia pr̃is sui hoc facere non audebant. Venit'q; ad regem & ait ad eum: Ecce tondent oues serui tui. Veniat oro rex cum seruis suis hoc est, filijs alijs'q; ministris sibi complacentibus, ad seruum suum id est, ad prandium quod parabo. Hoc Absalon non dixit ex animo, qa pr̃is sui ꝓsentiam non optauit ibidem, sed pr̃em ideo inuitauit, ne suspicaret aliqd mali eẽ in cã, & vt sine scrupulo ac timore ꝑmitteret ipm̃ Amnon ꝑgere illuc. Dixit'q; rex ad Absalon: Noli fili mi, noli rogare vt veniamus oẽs & grauemus te. Cũ aũt cogeret eũ, .i. instãter, q̃si importune, & noluisset ire .s. rex, & bñdixit rex ei hoc est, filio quasi charitatiuo ac liberali. Et ait Absalon ad Dauid: Si non vis venire, veniat (obsecro) nobiscum Amnon frater meus. Dixit'q; ad eũ rex: Nõ ẽ necesse, vt vadat tecum. Coegit itaq; Absalon eũ, & dimisit ire cũ eo Amnõ & vniuersos filios regis residuos & satis adultę ætatis ad hoc. Nã Salomon videt adhuc fuisse infantulus. Fecerat'q; Absalon conuiuiũ q̃si cõuiuiũ regis. Iudæi nãq; in tonsione ouiũ suarũ, sicut & in sepultura parentũ suorũ consueuerũt facere magna cõuiuia, sicut & primo dictũ est libro, de Nabal. Nã oues & pecora erãt ꝓcipue eorũ diuitiæ, qd & in cõmemorationem fecerũt ꝓriarchæ, q pastores ouiũ fuerãt. Pręcepit ãt Absalõ pueris .i. seruis suis, dicẽs: Obseruate cum temulentus fuerit Amnon vino hoc est, inebriatus, & dixero vobis percutite eum, & interficite eum, quia tunc non poterit præcauere, resistere, aut fugere. Nolite timere: Ego sum qui præcipio vobis qui sum filius, sicut & Amnon & auum habeo regẽ, qd ipsi Amnon non competit, ideo sufficientis sum potestatis respondendi pro vobis, vos'q; tuendi. Forsan serui isti fuerunt natione Gentiles, & ex patria matris Absalonis, ideo minus timuerunt hoc facere.

Robora-

L Roboramini & estote viri fortes. Fecerunt ergo pueri Absalon aduersum Amnon, sicut præce
perat eis Absalon. Surgentesq; oẽs filij regis ascenderũt singuli mulas suas. ⅃ Istæ mulæ (vt credit)
A datæ fuerũt regi, qa vt in Leuitico legit, ꝓhibitũ fuit Iudæis facere commixtiones animaliũ diuer Leui.19
saꝝ specieꝝ, ex qbus & mulæ nascunt, non tamen fuit eis prohibitũ vti eis. Nam & Dauid infra 3.Reg.1
legit mulam sedisse. Forsan & isti filij regis timuerũt occidi, qa subiungit: L & fugerunt ⅃ relinquen
tes corpus fratris insepultũ. L Cumq; adhuc pergerent in itinere, fama puenit ad Dauid, dicens:
Percussit Absalon omnes filios regis, & non remãsit ex eis saltem vnus. Surrexit itaq; rex Dauid
& scidit vestimenta sua, & cecidit super terram, & omnes serui illius q assistebant ei, sciderũt vesti
menta sua ⅃ Nam ille q nuntiauit hoc, cępit forsitan fugere dũ Amnon adhuc pcuteret & putauit
alios filios regis simili mõ tractãdos. Veꝝ talia mala solẽt exaggerari. L Respondens aũt Ionadab
filius Simeah fratris Dauid, dixit: Ne existimet dñs meus rex, quòd omnes pueri regis occisi sint,
Amnon solus mortuus est ⅃ Hoc dixit non spũ prophetico, vt qdam stulte dixerũt, adijcientes, ꝙ
Ionadab iste fuit Nathan propheta, cũ certũ sit, ꝙ sanctus Nathan, nequaq̃ dederit pessimũ illud
consiliũ de virgine opprimenda, sed dixit istud ex humana versutia, atq; probabili coniectura, qa
sciebat inueteratum rancorem Absalonis in Amnon, propter deflorationem sororis. Propterea
subdit, L qm̃ in odio Absalon erat positus, ex die qua oppressit Thamar sororem eius, ⅃ & quoniã
Ionadab sciuit hoc, merito auisasset ipsum Amnon ad præcauendũ se ab Absalone. L Nunc ergo
ne ponat dñs meus rex super cor suũ verbũ istud, dicens: Omnes filij regis occisi sunt, quoniam
Amnon solus mortuus est. Fugit autem Absalon. Et eleuauit puer speculator oculos suos & aspe
xit. Et ecce populus multus veniebat per iter deuiũ ex latere montis. ⅃ Qui fugiũt, disperguntur
hinc inde frequenter per deuia. L Dixit autem Ionadab ad regem: Ecce filij regis adsunt, iuxta
verbum serui tui, sic factum est. Cumq; cessasset loqui, apparuerunt & filij regis, & intrantes, le-
uauerunt vocem suam, & fleuerunt. Sed & rex & omnes serui eius fleuerunt, ploratu magno ni-
mis. ⅃ Sicut in morte primogeniti fieri solet, & condoluerunt iuueni tam inopinate occiso, q spe-
B rabatur tãius futurus. Rex quoq; non ignorauit sua peccata esse occasiones tantoꝝ maloꝝ, pro-
pterea magis dolebat. L Porro Absalon fugiens, abijt ad Thalmai regem Gessur ⅃ hoc est, regio-
nis sic dictæ auum suum, forsitan etiam quia cognouit quòd imparatus ad mortem, & ebrius fuit
occisus. L Luxit ergo Dauid filium Amnon multis diebus. Absalon autem cũ fugisset, & venisset
in Gessur, fuit ibi tribus annis ⅃ cum seruis suis q ipm Amnon occiderant. L Cessauitq; rex Dauid
persequi Absalon, eo quòd consolatus esset super Amnon interitu. ⅃ Considerauit em̃ hæc iusto
dei contigisse iudicio, & ipsum Amnon valde peccasse, mortemq; meruisse sic propriã opprimen
do sororem. Est etiam valde naturale, quòd dolor, mœror, ac cæteræ passiones appetitus sensiti-
ui paulatim decrescant. Nam & earum organum ac subiectum lassatur, & considerationes ex q-
bus immediate nascuntur, successiue deficiunt, aut remittuntur, corde circa alia occupato ac fuso,
& quoniam homo perpendit se dolendo, tristando, imaginando de præteritis illis, nihil profice-
re, sed seipsum infructuose affligere, & quòd contra irremediabilia mala, pręcipue valeat eorum
obliuio. Dicit autem Rabbi Paulus, quòd Dauid nunquàm incepit persequi Absalonem, ideoq; R. Paul.
improprie dici, quòd cessauit persequi eum. Vnde ait: Verbum illud Hebræum pro quo Hierony Pet. Co.
mus transtulit, cessauit, esse æquiuocũ ad cessare & desiderare. Hinc & in scholastica historia di- histo lib.2
citur. Rex cessauit persequi velle Absalon, hoc est, voluntatem persequendi deposuit. Nihilomi- Reg.ca.14
C nus dici pt, ꝙ hoc ipsum fuit psecutio quædã, quod oportebat Absalonem esse profugum à ter
ra natali, nec interim posse propria bona leuare, nec puto, quòd Dauid voluerit vnquàm Absalo- 2.Re.16.18
nem pro fratricidio illo occidere, cum & postea quando grauius peccauit, prohibuerit eum occi-
di, vt infra habetur. ¶ Præterea, in scripturis leguntur fœminæ multis viris nocuisse, vel deci- Genes.3
piendo, vel incitando, vel mala pœnalia infligendo, videlicet ipsi Adæ, quem Eua traxit ad cul- Gene 4
pam, vt patet in Genesi: Lamech qui bigamiam primo induxit duas coniuges accipiendo. Pha- Gene.12
raoni qui vxorem Abrahæ introduxit ad se, propter quod fuit ꝑlagatus, Iudæ patriarchæ, qui Gene.38
peccauit cum Thamar, vt Ruben qui cum vxore patris sui peccauit, vtpote cum nouerca. Loth, Gene.35
qui cum proprijs commixtus est filiabus. Filijs Israel & Zambri, qui sicut in libro Numerorum Gene.19
narratur, peccauerunt cum filiabus Madian, Dauid, Salomoni, Adoniæ, & Amnon, sicu: in libro Nume 25
isto refertur. Adonias quippe petendo Abisac mortem incurrit. Holophernes quem Iudith occi- 2.Regũ.11
dit. Abimelec qui & ipse Saram vxorem Abrahæ abstulit, vt in Genesi scriptum est. Sisare, quem 3.Regũ.11
vt in libro Iudicum continetur, Iael occidit. Naboth quem Iezabel lapidauit, vt tertio Regum as 3.Regũ.2
seritur. Item Abimelec filio Gedeonis, quem mulier saxo peremit. Et beatissimo Iohanni Bapti- Judi.12.13
stæ, quem Herodias procurauit interfici, Principi quoq; Apostolorum, qui ad interrogationem Gene.20
ancillæ Christum negauit. Judic.4
3 Reg.21
Judi 9
Mar.6
Matt.26

¶ EXPOSITIO CAPITVLI DECIMIQVARTI.

Intelligens autem Ioab, quòd cor regis versum esset ad Absalon.

Articulus Vicesimustertius.

Nunc de-

NVnc describit, qualiter Dauid pro suo adulterio sit punitus per propria- D
rum vxoꝝ incestuosam violationem, & ꝑ ſuꝑpſius à regno expulsionē.
⌊Intelligens autem Ioab filius Saruiæ, quòd cor regis versum esset ad
Absalon⌋ hoc est, inclinatum ad recipiendum eum in grām suam. ¶Hoc
autem astutus Ioab ex aliqbus regis verbis aut factis ꝑpendit, attamen
Dauid erubuit ex seipso hoc facere, ne vel de inconstantia argueret, vel
contra legem agere videret, filiū fratricidam nullo pro illo rogante acci
piendo ad veniam, ⌊misit Thecuam⌋ id est, ad villam sic dictā de q̃ fuit
Amos propheta, ⌊& tulit⌋ .i. ad se vocauit ⌊inde mulierem sapientē,⌋
Amos 1 quæ scdm magistrū in historijs & glossam, credit fuisse proauia seu auia
Hier. Tra. Amos prophetæ; Fuitq; fœmina famosæ prudentiæ atq; facundiæ. ⌊Dixitq; ad eam: Lugere te
hist. li. 2. re simula & induere veste lugubri.⌋ Circa hoc scribit qdā. Ex hoc videt esse falsum, quòd aliqui di-
gū, ca. 14 cunt ad lrām, hāc mulierem duos filios habuisse, quoꝝ vnus interfecerat alium, qa sic nō fuisset si
mulatio luctus, sed veritas, nec esset locutio figuralis, sed magis rei gestæ, cuius contrariū dicitur
infra: Posuit in os ancillæ tuæ oīa verba hæc, vt verterem figuram sermonis huius. ¶Veruntamen
legi in quadam glossa, quòd Hebræi dicant hanc fœminam duos filios habuisse, qbus pro hæredi-
tate diuidenda inter se litigantibus, vnus aliū interfecit. ¶Qui ergo vult hoc tenere, dicere potest, ꝙ
locutio huius fœminæ quantum ad hoc fuit figuralis, ꝙ non narrauit rem gestā propter seipsam
nude, sed transtulit eam ad alia designanda, ponens se in ꝑsona Dauid, & duos filios suos in ꝑsona
Amnon, ac Absalon, & cognationem suam, in persona alioꝝ filioꝝ Dauid regis. Sicq; vertebat
Luce 16 figuram silitudinis huius. ¶Deniq; quod saluator in euangelio tanq̃ parabolam ponit de La- E
zaro ac diuite, expositores communiter dicunt fuisse rem gestam, & tamen vocat parabola, in-
Iob. 27. 29 quantum per silitudinem alterius rei significatiua. Sic etiam sanctus Iob de seipso loquens dicit
Nume. 24 assumpsisse parabolam. In libro quoq; Numeroꝝ habet: Assumpta Balahā parabola sua irruente
in se spū dei ait: Dixit homo, cuius obturatus ē oculus, dixit auditor sermonum dei, q̃d vtiq; ad li
teram locutus est de seipso, & tamen præmittit parabolam assumpsisse, ⌊& ne vngaris oleo⌋ re-
frigeratiuo caloris, hoc est, quouis subtili vnguento pro corporis resocillatione, ⌊vt sis quasi mu-
lier iam plurimo tempore lugens mortuum⌋ quæ corporis delinitiones ac mollia solet contem-
nere, sicq; facilius ad misericordiā flectas regem, ⌊& ingredieris ad regem & loqueris ad eum ser
mones huiuscemodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius. Itaq; cum ingressa fuisset mulier The-
cuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adorauit, & dixit: Serua me rex.⌋ hoc est, præ-
Deute. 25 be auxilium, & in vita conserua me, succurrendo, ne præ tristitia moriar. ⌊Et ait ad eā rex: Quid
causæ habes? Quæ respondit: Heu mulier vidua ego sum. Mortuus est eñ vir meus, & ancillę tuę
erant duo filij⌋ .i. ego ancilla tua habui duos filios. ⌊Qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusq;
erat, q eos prohibere posset, & ꝑcussit alter alteꝝ, & interfecit eum. Et ecce consurgens vniuersa
cognatio aduersus ancillam tuam dicit: Trade eum q percussit frēm suum, vt occidamus eum pro
anima fratris sui, quem interfecit, & deleamus hæredem. Et quærunt extinguere scintillam meā,
quæ relicta est⌋ hoc est, cognati volunt occidere filium meum residuum, in quo & ꝑ quem relu-
cet nomē, memoria, & virtus parentū suoꝝ, quēadmodū ignis in scintilla resplendet, & ꝑ eam ma F
nifestat. ⌊vt nō supsit viro meo nomē⌋ .i. memoriale, ⌊& reliqę⌋ .i. posteritas ꝓlis ⌊sup terrā⌋
qđ valde vitabat in lege, imo ob hoc vitādū, iubebat ꝓpinqs defuncti sine liberis, ducere cōiugē
ei⁹, & suscitare sobolē ei. ⌊Et ait rex ad mulierē: Vade in domū tuā, & ego iubebo ꝓ te⌋ .i. cogna
tis & cęteris ꝓhibebo occidere filiū tuū. ⌊Dixitq; mulier Thecuitis ad regē: In me dñe mi rex sit
iniqtas, & in domū pr̄is mei⌋ .i. si qd pc̄ti est in hoc, ꝙ sic filio meo ignoscis, mihi & parētelę meę
imputet. ⌊Rex aūt & thronus eius sit innocēs⌋ nec ei nec eius prāti aut successori iponat. ¶Hebræi
vt fert exponūt sic: Dñe mi rex cōtingere pt, vt tu aliūde multipl̄r occupatus, obliuiscaris hāc cām
& sic in domo mea eueniet, ꝙ filius meus occidet à sua cognatiōe, & tu eris innocēs, qa ꝑter tuā fiet
intentionē. Hæc expositio videt inepta, qa mulier ꝑ modū optātis dixit: In me dñe mi rex sit hęc
Deuter. 25 iniqtas &c. nō aūt optauit filiū suū occidi. ¶Deniq; filius eius scdm legē merebat à sua cognatiōe
occidi, suū frēm sic occidēdo, nō ergo fuisset iniqtas, sed iustitia eū occidere. ⌊Et ait rex: Qui con-
B cessum: abusus vero illius audaciæ, vtpote ꝙ Semei ꝑuersa intẽtione hoc egit, in q̃ fuit culpa, nõ fuit à deo. Et iuxta hũc modũ in Hieremia, Ezechiele, alijsq́; prophetis multoties legit̃ deus excitasse, vocasse, mouisse Chaldæos, aliosq́; Gẽtiles ad vastãdũ filios Israel, in quãtũ iusto iudicio per illos puniuit populũ suũ. Illi tñ peruersa intẽtione secerũt hoc, propter q̃d meruerunt perire. Propter q̃d ꝑ Esaiã ait dñs de rege Assyrioꝶ. Veh Assur, virga furoris mei & baculus ipse ẽ. Ad gentẽ fallacẽ mittã eũ, ipse aũt nõ sic arbitrabit̃, sed ad cõterẽdũ erit cor eius. Sic q̃q; dicitur deus per Iudæos implesse ea q̃ de Christi passione per prophetas ꝑdixit, quemadmodũ sacratissimus princeps aplõꝶ protestat̃: Deus q prænũtiauit per os oĩm prophetaꝶ pati Christũ suũ, impleuit sic. ⌊Ambulauit itaq; Dauid & socij eius ꝑ viã cũ eo. Semei aũt per iugũ mõtis,⌋.i.per mõtis cacumen, ⌊ex latere cõtra illũ gradiebat̃⌋ quẽ etiã propria inuidia atq; diabolus cõtra regẽ iã patiẽtem excitauerũt, ⌊maledicẽs & mittẽs lapides aduersum eũ, terrãq́; spargẽs. Venit itaq; rex Dauid & oĩs populus⌋ eius, ⌊cũ eo lassus ad Iordanẽ, & refocillati⌋.i.cibo, potu, & quiete recreati, ⌊sunt ibi. Absalom aũt & oĩs populus eius ingressi sunt Hierusalẽ, sed & Achitophel cũ eo. Cũ aũt venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom⌋ in Hierusalẽ, in palatio regis, ⌋dixit: Salue rex, salue rex.⌋ Nã verã eius salutẽ, vcꝫ cessationem à malo incepto, pœnĩamq́; cupiuit. ⌊Ad quẽ Absalom. Hæc est (inq̃t) gratia tua ad amicũ tuũ⌋ quasi dicat, bene ostẽdis ꝑ verba hæc nũc fidelitatẽ & pietatẽ tuã ad Dauid, cuius vocaris amicus, à quo in tanta necessitate recedis. Quod
C Absalom vel increpatorie vel irrisorie dixit. Vel ad ꝑscrutãdũ an Chusai ex aĩo veniret ad se, & vt ait Hieronymus, Absalom nõ dixit hoc affectãdo, sed negãdo. Vel, ad insinuãdum q̃d non posset homini tali faciliter credere, ne simili modo deciperet̃ ab eo. ⌊Quare nõ iuisti cũ amico tuo? Respõditq́; Chusai ad Absalom. Nequaq̃⌋ supple infidelis sum amico meo Dauid, q secũdum te iusto iudicio est expulsus, ⌊q̃a illius ero⌋.i.tibi adhærebo, ⌊quẽ elegerit dñs⌋ saltem ꝑmissiue, ⌊& om̃is hic populus & vniuersus Israel, & cũ eo manebo⌋ corꝑe, nõ cordis intentione. Quãuis hæc verba possent in aliq̃ sensu à mẽdacio excusari, q ad tẽpus corꝑaliter fuit cũ Absalom, tamẽ, prout Absalom ea accepit, vera nõ erãt, nec à talibus venialibus culpis necesse ẽ ipsm̃ Chusai, ac similes excusari. Nã subdit, ⌊sed vt & hoc inferã⌋.i.decet vt adijciã verba sequẽtia, ex quo pateat ꝙ infidelitatẽ nõ exhibeo patri tuo. ⌋Cui ego seruiturus sum⌋ q̃d interrogatorie dixit, idcirco respõdet. ⌊Nõne filio regis? Ac si dicat. Si alieno regi relicto Dauid adhærerẽ, posset interpretari in malũ: nõ aũt ꝙ filio regis prioris adhæreo. ⌊Sicut parui⌋.i.obediui, ⌊patri tuo, ita parebo & tibi⌋ in licitis. ⌊Dixit aũt Absalom ad Achitophel. Inite cõsiliũ⌋.i.cõuenite ad cõsulẽdũ, ⌊q̃d agere debeamus. Et ait Achitophel ad Absalom⌋ cõsilio nondũ celebrato vt videt̃ ⌊Ingredere ad cõcubinas patris tui q̃s dimisit ad custodiẽdã domum, vt cũ audierit oĩs Israel ꝙ fœdaueris patrẽ tuũ⌋.i.turpiter inhonoraueris eũ incestuoso cõcubitu, cognoscẽdo eius vxores. Cũq́; maritus & vxor sint vna caro Absalom fœdãdo carnẽ vxorũ patris sui, patrẽ q̃q; fœdauit. Gene. 2
Iniuria q̃q; vxoꝶ redũdat in viros, ⌊roborẽtur tecũ manus eoꝶ,⌋.i.secure & firmiter tibi assistant, certi ꝙ post tantã cõtumeliã patri tuo illatã nunq̃ recõciliandus sis ei, idcirco nõ timeãt q̃d nũc quidã eoꝶ pauide suspicãtur, q̃d.s.tu & pater tuus tãdẽ recõciliabimini, sicq́; ipsi ingratitudinem sustinebũt, & displicebũt tã tibi q̃ patri tuo, eo ꝙ in ista rebellione te foueãt. Aliqui opinãtur, ꝙ & ideo Achitophel cõsuluerit istud, qm̃ Dauid fœdauerat Bethsabee neptẽ ipsius Achitophel. Veruntñ quãuis istud cõsilium & tãtus incestus poterãt populũ certificare, de eo q̃d dictũ est, & quod Absalom ex aĩo ipsm̃ Dauid persequeret̃: tamẽ ex tãtis flagitijs patuit, ꝙ factũ Absa- 2. Reg. 16

Margin: 1. Para. 8; 3. Reg. 2; Esaie. 47; 8.; Hiere. 21; Ezech. 4; 17. 21; Esa. 10.; Acto. 3; Hiero.

lonis non erat scd'm deũ, & q eius promotio deo non complaceret, ideo si in pp'lo illo erant aliq D
vere sapiẽtes & virtuosi, displicuit eis tal' pcessus. Tetẽderũt ergo Absalõ tabernaculũ in solario
Ingressusq; ẽ ad cõcubinas pr̃is sui corã vniuerso Isr'l ibi p̃sente, sicq; ĩplebat̃ q̃d supra dñs dixit
2.Reg.12 ad David p Nathã: Tollã vxores tuas, & dabo proximo tuo & dormiet cũ eis in oculis solis, & fa
ciã verbũ istud in cõspectu oĩs Israel. Consiliũ aũt Achitophel, q̃d dabat in diebus illis reputa-
1.Mach.2 bat̃, quasi si qs consuleret deũ .i. tã diligenter audiebat̃ & acceptabat̃, ac si deus consiliũ daret,
sicq; quãtum ad aliq̃d sil'e fuit. Vnde sicut .i. Machabæo℞ de Symone dixit pater ipsius: Scio, q̃a
vir consilii est, ita Achitophel acutissimus fuit consultor, & t̃n sicut vera carebat prudentia quæ vi
tiosis non inest, ita nec vere salubria dedit consilia, quæ sunt actus prudẽtiæ, q̃diu impius fuit. Sic
erat om̃e consiliũ Achitophel, & cũ esset cũ David, & cũ esset cũ Absalom. Istud t̃n eius consiliũ fu
it tã sceleratissimũ, q propter eius impletionẽ deus merito fecisset Absalonẽ cũ suis succũbere, &
mi℞, q Achitophel hoc ip̃m nõ cõsiderauit nec timuit. ¶Præterea, ex historia huius cap'li, accipe
reposum' multa moralia documẽta. Primũ, ne simus nimis proni ad credẽdũ mala de aliis, p̃serti
de bonæ famę hoĩbus, nec detrahentibus acquiescamus, sed increpemus, auertamusq; eos, vel sal
Eccl.7 tem mœstũ vultum eis monstremus, q̃a vt Salomon ait: Per tristitiã vultus corrigit̃ animus delin
Pro.25 quentis. Qui rursus fatet̃: Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguã detrahentẽ. Scd'm ẽ
Job 26 ne simus p̃cipites ad iudicãdum de aliis, sed causam, quã iudex ignorat, diligentissime inuestiget &
Eccl.32 pars altera audiat̃. Impleamus ergo q̃d Ecclesiasticus docet: Fili, sine consilio nihil facias, & post
1.Timo.5 factũ non pœnitebis. Hinc ad Timotheũ monet Ap'lus: Sine præiudicio .i. prævio iudicio rõnis,
nihil facias, in aliã partem declinãdo. Tertiũ est, q valde difficile sit in magnis officiis vitare pec-
cata, qm̃ David vir tãtæ prudentiæ, tam præcipitãter dedit s̃niam contra absentem innoxiumq; E
Mephiboseth, ideo status officiato℞ ac iudicũ est periculosus, nec appetendus. Quartũ est pręcla
rum exemplũ patientiæ magnæ, qm̃ David tam mendosa, & opprobriosissima verba contra se à
vili hoĩe coram tãta plebe prolata, imo & proiectiones saxo℞ tam patientissime tolerauit, nec vl-
cisci permisit, imo oĩa illa reputauit (deo iubente) sibi inferri propter sua piacula, considerauitq; ea
quasi vulnerum animæ suæ remedia. Ita & nos certi de prouidentia dei, quicq̃d aduersum, aspe-
rũq; occurrerit, patienter feramus, & quasi de manu omnipotentis pro dono suæ paternæ proui
sionis accipiamus, etiã si de speciali excessu non fuerimus nobis mox conscii, cum sciamus, quod
Iaco.3 in multis offendimus omnes, imo & maxime virtuosum sit, non solum sine propria culpa, sed
Mat.5 etiam pro iustitia pati. Et ecce tot & tanta David rex tolerauit, nos autem vix increpari & corrigi
Job.4 volumus pro nostris peccatis, etiã à superioribus nostris. Nõne ei q talis est improperatorie dici
potest illud in Iob: Venit super te plaga, & defecisti, tetigit te & conturbatus es. Vbi est timor tu
us, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum.

¶EXPLANATIO CAPITVLI DECIMISEPTIMI.

Dixit ergo Achitophel ad Absalom. Arti. XXVI.

Recitat̃ in isto cap'lo, qualiter existentes cũ Absalom duplex dederũt con-
silium de modo impugnãdi David regem, & qualiter hoc ipsum regi sit
annuntiatũ. Dixit ergo Achitophel ad Absalom: Eligã mihi hoc est,
ad subsidiũ meũ, duodecim milia viro℞ forsitã de qualibet tribu mil
le, ne aliqua tribus videret̃ contemni, voluit aũt eligere duodecim mi- F
lia præ cæteris fortiora ac prælio aptiora, iuxta nume℞ duodecim p̃triar
cha℞, & q̃a tot milia ęstimauit ad aduersario℞ expugnationem suffice-
re, & consurgens, persequar ipsum David hac nocte, anteq̃ ad
resistendũ se p̃paret, vel loca munita ingrediat̃, aut adiutores sibi adipi-
scat̃, & irruens .i. cũ robore & impetu veniẽs sup eum improuise,
quippe q lassus est & solutus manibus .i. viribus suis priuatus prę lassitudine, mœstitia & timo-
re, p̃cutiã eum. Cumq; fugerit oĩs pp'lus q cum eo est, percutiã regẽ desolatum, & reducã ad te
vniuersum populum qui est cum illo, quomõ vnus homo reuerti solet hoc est, concorditer
& de facili. Nempe, vt dicunt Hebræi. Achitophel cũ suis persuasit populo, quod David propter
scelera sua reprobatus & abiectus esset à deo, sicut & Saul, ideoq; iuste impugnaret̃, & ad filiũ eius
Absalom regnum esset iam deuolutũ. Vnum enim virum tu quæris principaliter ad occiden-
dum, videlicet proprium patrem, qui tibi nil forefecit, quod agendo peccas contra legem natura
lem, diuinam, ac positiuã, & ingratissimus es, cũ parentibus nequeat reddi æquiualens, & omnis
populus tuus erit in pace temporali, vno illo occiso. Placuitq; sermo eius Absalom & cun-
ctis maioribus natu Israel Ibi præsentibus. Nam & multi erant cum David, quibus non placuit,
quia erat vtiq; bonum consilium ad obtinendum intentum, quàmuis iniquum. Et mirum, quod
vniuersi illi ita erãt subuersi atq; ingrati David regi, per quem tot beneficia & triũphos erãt sortiti
q tã sceleratissimo crudelissimoq; consenserũt consilio, cũ nec afflicto sit addenda afflictio. Ait
aũt Absalom: Vocate Chusai Arachiten, & audiamus q̃d etiã ipse dicat. Iam eñi Absalom credi-
dit indu

dit indubitãter, ꝙ Chusai sibi faueret ex animo, & voluit tam prudentē ad se confugiẽtem hono-
A rare consulendo eundem. ⌊ Cumq; venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum: Huiusce-
modi sermonem loquutus est Achitophel, facere debemus, an non? Quod das consilium? Et dixit
Chusai ad Absalom: Non est bonū ⌋ hoc ⌊ consiliū quod dedit Achitophel hac vice ⌋ Quasi di-
cat, quamuis sit prudens, & communiter bonoꝝ dator consilioꝝ, tamen sicut humanum est, pro
nūc non bene consuluit. ⌊ Et rursus intulit Chusai. Tu nosti patrē tuū & viros q cum eo sunt, esse
fortissimos. ⌋ Reges nãq; prælijs occupati, solẽt secū habere strenuiores, bellicosioresq; viros
⌊ & amaro aīo ⌋ indignãtes se ita expulsos, & ex cordis amaricatiōe paratos ad pugnãdū sine for
midine, ⌊ velut si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. ⌋ Vrsa nãq; pditis catulis suis, cū ferocitate &
mœrore circūspicit, & quē primo viderit, sæuissime & īpetuosiss. mox īuadit, putãs sibi ab illo catu
los suos eē subtractos. Itaq; rōne fortitudinis Dauid & seruoꝝ ipsius, nō expedit agere sicut Achi
tophel cōsuluit, & hoc Chusai cōsequẽter probat alia rōne, vz ex cōsideratiōe prudẽtiæ & expe-
rientię Dauid regis, q̃ plus valẽt in bellis q̃ fortitudo, iuxta illud Sapiẽtiæ: Melior est sapīa q̃ vires,
& vir prudẽs q̃ fortis. ⌊ Sed & pater tuus vir bellator est ⌋ .i. expertus in bellicis rebus, ⌊ nec mo-
rabitur cū populo ⌋ .i. ad præcauẽdū periculū, & ne tradatur ab aliquo, ad secretiora quæq; cōfu-
giet loca in nocte ista. ⌊ Forsitan nūc latitat in foueis, aut in vno q̃ voluerit loco ⌋ Qđ vt creditur
etiam ideo dixit Chusai, qm̃ Dauid quãdo fuit cū alijs, temporibus nocturnis in deserto aut rure,
cōsueuit causa orationis, contẽplatiōis & cōpunctionis se absentare ad tẽpus, atq; in suis latibulis
deo vacare. Si em̃ domi egit in lecto, qđ ait in psalmo: Lauabo per singulas noctes lectū meum, Psalm. 6
lachrymis meis stratū meū rigabo: non videtur ambiguū, quin in desertis & cãpis existens id e-
gerit. Erat em̃ totus internus, & in sensibilibus illis deuotionibus exercitatissimus, & fecit qđ ceci-
B nit. In die tribulatiōis meæ deū exquisiui manibus meis nocte cōtra eū. Rẽnuit consolari aīa mea, Psalm. 76
memor fui dei & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spūs meus. Anticipauerūt vigilias Ibidē
oculi mei. Et: Meditatus sum nocte cū corde meo, & exercitabar, & scopebã spm̃ meū. ⌊ & cum
ceciderit vnus qlibet in principio, ⌋ .i. qcūq; paruus vel magnus occisus fuerit in acie tui exerci-
tus, vel in exordio regni tui, ⌊ audiet qcūq; audierit, & dicet: Facta est plaga in populo q seque-
batur Absalom ⌋ .i. modicū reputabit magnū, & malū tale exaggerabit. ⌊ Et fortissimus q̃sq; cu-
ius cor est quasi leonis, pauore soluet. Scit em̃ om̄is populus Israel fortē eē patrem tuū & robustos
oēs q cum eo sunt. ⌋ Deinde reprobato Achitophel cōsilio, dat Chusai suum consiliū. ⌊ Sed hoc
mihi videtur rectū esse cōsilium. Cōgregetur ad te vniuersus populus Israel ⌋ residuus, q nūc non
est tecū, neq; cū Dauid, ⌊ à Dan vsq; Bersabæa, quasi arena maris innumerabilis, & tu eris in me-
dio eoꝝ ⌋ tanq̃ caput & princeps ac forma audaciæ, ⌊ & irruemus sup eū in quocūq; loco inuẽ-
tus fuerit. ⌋ Cōminuerat se alijs Chusai iste, vt videat ex corde eē cū Absalone & sibi credatur,
⌊ & operiemus eū sicut ros cadere solet sup terrã, & nō relinquemus de viris q cū eo sunt, ne vnū
quidē. Quod si vrbē aliquã fuerit ingressus, circūdabit om̄is Israel ciuitati illi funes, ⌋ .i. machinas
quaslibet. Est tñ hyperbolica, metaphoricaq; locutio. Nã subdit, ⌊ & trahem⁹ eã in torrẽtem, vt
nō reperiat, nec calculus qdē ex ea ⌋ .i. funditus eã destruemus, sicut cū chordis trahit res mobilis
deorsum in terrã. Secūdum Lyrã in Hebræo habet, circūdabit om̄is Israel ciuitati illi societates,
C id est, acies armatoꝝ: sed Rabbi Paulus dicit in Hebræo proprie haberi funes. Forsan dictio illa R. Paul
Hebraica est æquiuoca. ⌊ Dixitq; Absalom & oēs viri Israel. Melius est cōsiliū Chusai Arachitæ
cōsilio Achitophel. Dñi aūt nutu dissipatū est cōsilium Achitophel vtile ⌋ .i. deo volẽte ac dispo-
nẽte Absalom & sui, iudicauerūt cōsiliū ipsius Achitophel eē inutile aut minus idoneū; qđ tñ vtile
fuit secūdū humanū modū pro Absalone ad præualendū, ⌊ vt induceret dñs sup Absalom malū ⌋
.i. quatenus faceret eū superari, sicut scelera eius promerebant. ⌊ Et ait Chusai ⌋ per se vel p inter-
nuntiū, ⌊ Zadoc & Abiathar sacerdotibus: Hoc & hoc cōsiliū dedit Achitophel Absalom & se-
nioribus Israel, & tale & tale dedi ego cōsiliū. Nūc ergo mittite cito & nūtiate Dauid dicentes: Ne
moreris in nocte hac in cãpestribus deserti, sed absq; dilatione trãsgredere ⌋ Iordanem, ⌊ ne forte
absorbeat rex ⌋ Dauid .i. ne Absalom ad instigationē Achitophel mutet propositū, & permit-
tat ipsum Achitophel hac nocte venire cum duodecim milibus ad persequēdum te Dauid, sicq;
gladio cōsumaris, ⌊ & om̄is populus q tecū est. ⌋ Vnde vt ait Lyra, vbi nostra habet translatio, ne
absorbeat rex, in Hebræo habet, ne cōsulat regi .i. Absaloni, ꝙ impleat cōsiliū ipsius Achitophel.
Veruntñ Rabbi Paulus affirmat, in Hebræo expresse haberi, ne absorbeat rex. ⌊ Ionathan aūt ⌋ R. Paulꝰ
filius Abiathar, ⌊ & Achimaaz filius Zadoc stabãt iuxta fontē Rogel ⌋ secrete, extra & prope ci-
uitatē expectãtes qd eis denuntiaret, ad insinuandū regi. ⌊ Abijtq; ancilla ⌋ à sacerdotibus infor-
mata & missa, ne qd malæ suspitionis oriret, si vir vrbē egrederet, ⌊ & nūtiauit eis. ⌋ Porro ancil-
la illa exiuit portãs pannū ad abluendū. ⌊ Et illi profecti sunt vt referrẽt ad regē Dauid nuntium.
Non enim poterant videri, ⌋ Ionathan atq; Achimaaz, vel quia steterunt abscondite, vel quia
periculosum eis fuisset videri, quoniam Absalom sciuit, ꝙ erant de parte Dauid. Ideo subditur,
⌊ aut introire ciuitatē ⌋ Hierusalē, quã si ingressi fuissent, & Absalom hoc sciuisset, male tractasset
eos. ⌊ Vidit aūt eos puer qdã ⌋ vz filius prætactæ ancillæ, vt aliqui opinãtur, q forte iuit cum ea.
⌊ & indi-

L& iudicauit Absalom⌋ cupiens ei placere,& commodũ consequi. Attamen Iosephus refert, ꝙ
Iose. lib. 7 ant. iu. ca. 9 eqtes qdã eos viderũt & Absaloni dixerũt. L Illi vero cócito gradu ingressi sunt domũ cuiusdã viri in D
Bahurim q habebat puteũ⌋ forsan siccatũ, aut modicũ aquæ habentem L in vestibulo suo⌋ .i. por
ticu, curia seu atrio, L& descenderũt in eũ.⌋ Vnde elicit, ꝙ sciuerũt se visos ac notatos, timuerũtq́
capi, ꝑpter qd rogauerũt viꝝ seu fœminã domus quã intrauerũt, vt abscóderet eos, sicq́ꝫ demisit
eos in puteũ, ex q patet, ꝙ in puteo illo nõ fuit aqua multa. L Tulit aũt mulier, & expãdit velamen
sup os putei⌋ ne quærerent in puteo, L quasi siccãs ptisanas⌋ .i. hordeũ pilotusum decorticatum.
L Cũq́ꝫ venissent serui Absalom in domũ mulieris⌋ missi ad cóprehẽdendũ eos, L dixerũt: Vbi est
Ionathã & Achimaaz. Et rñdit eis mulier: Trãsierũt festinãter gustata paululũ aqua.⌋ scd̃m Lyrã
in Hebræo habet, trãsierũt Iordanẽ, ideo nũtij Absalonis de illoꝝ cõprehẽsione desperãtes, reuersi
sunt. Verũtñ potius puto trãslationem nr̃am cõtinere, sicut habet hebraica veritas. Nec nũtij illi
credidissent mulieri, si dixisset ipsos trãsisse Iordanẽ, certi ꝙ nõ diu recesserũt de fonte Rogel. Qd
aũt insecuti fuerint eos ꝑ spaciũ aliqt, videt ex eo ꝙ subdit: L At hi q qrebãt cũ nõ inuenissent, re-
uersi sunt in Hierl'm. L Cũq́ꝫ abijssent, ascẽderũt illi de puteo, & pgẽtes, nũtiauerũt regi Dauid, &
dixerũt: Surgite, & trãsite cito fluuiũ, qm̃ huiuscemodi cõsiliũ dedit cõtra vos Achitophel. Surre-
xit ergo Dauid & oĩs ppl's q erat cũ eo, & trãsierũt Iordanẽ, donec dilucesceret, anteq̃ denudaret
verbũ, & nec vnus qdẽ residuus fuit, q nõ trãsisset fluuiũ. Porro Achitophel videns, qd nõ fuisset
factũ cõsiliũ suũ, strauit asinũ suũ, surrexitq́ꝫ & abijt in domũ suã, & in ciuitatẽ suã, & disposita do
mo sua⌋ .i. testamẽto facto L suspendio interijt⌋ .i. seipm̃ suspẽdit, qa ex indignatione, qd cõsiliũ
Chusai fuit ꝑlatũ consilio suo, & ex tristitia, qa considerauit certissime regẽ Dauid esse superaturũ, E
& ipm̃ Chusai amicitiã Absalõis finxisse, in tm̃ attędiat' fuit ꝙ occidit seipm̃, erubescẽs aut metuẽs
corã Dauid amplius apparere, vl' inuidẽs futurę eius ꝓsperitati ac gl'iæ, L& sepultus ẽ in sepulchro
p̃ris sui⌋ Sic & Catho occidit se laqueo, ne videret gl'iam Iulij Cęsaris. L Dauid ãt venit in castra⌋
.i. locũ fortẽ munitũ, seu vrbẽ vbi circa obuiauerũt angeli Iacob de Mesopotamia redeunti, vt in
Gene. 32 Geñ. habet: L& Absalom trãsijt Iordanẽ ipse & oẽs viri Isr'l cũ eo. Amasam vero constituit Absa
lom ꝓ Ioab sup exercitũ.⌋ Nã sicut priuauit ipm̃ Dauid regno, sic & ipm̃ Ioab principatu militiæ.
alio Jsrael L Amasa aũt fuit filius viri noĩe Iethra de * Iezrael, q ingressus est ad Abigail filiã Nahas sororem
Saruiæ, quæ fuit mater Ioab⌋, Vnde constat, ꝙ ꝑ Nahas hic intelligat Iesse seu Isai, ita ꝙ idem vir,
1 Paral. 2 habuit tria hæc noĩa. At vero .1. lib. Paral'. legit, Abigail genuit Amasa, cuius pr̃ fuit Iether Ismae
lites, qd qualr̃ intelligi debeat, ibi expositũ est. Itaq; idẽ est, Iether & Iethra q dr̃ esse de Iezrael ciui
tate, qa fortassis habitauit in ea. L Et castrametatus est Isr'l cũ Absalom in terra Galaad. Cũq́ꝫ ve-
2. Regũ 12 nisset Dauid in castra, Sobi, filius Nahas, de Rabba filioꝝ Ammon⌋ quẽ Sobi cõstituit Dauid re-
gem ꝓ fratre suo quẽ occidit, eo ꝙ seruos suos ignominiose tractauit, ꝑut in expositiõe superioꝝ
plenius fuit dictũ, L& Machir filius Ammiel de Lodebar & Barzillai Galaadites de Roglim ob-
tulerũt ei stratoria & tapetia⌋ .i. lectisternia, & ea quę vestibus substernunt, vl' parietibus affigunt
L& vasa fictilia, frumentũ, & hordeũ, & farinã, & polentã, & fabã, & letẽ, & frixũ oleo cicer & mel
& butyrũ, oues & pingues vitulos⌋ .i. abundantiã victualiũ copiosam, L dederũtq́ꝫ Dauid & pplo
Pro. 21 qui cũ eo erat ad vescendũ. Suspicati em̃ sunt ppl'm fame & siti fatigari in deserto.⌋ Siqdem Sobi
Pro. 21 rex gratus studuit inueniri Dauid regi tpe tãtæ indigẽtiæ eius. ¶ Ex capl'o isto docemur ꝙ non
Iob. 5 sit sapientia, nec scia, nec consilium contra dñm, in cuius manu sunt omniũ corda, & quocũq́ꝫ vo-
Ibidem luerit, vertit ea, qui vt in Iob asserit: Apprehẽdit sapientes in astutia eoꝝ, & consiliũ prauoꝝ dissi- F
pat. Et: Qui dissipat consilia malignoꝝ, ne manus eoꝝ possint implere, quæ cœperant. Sic plane
contigit Absaloni atq́ꝫ Achitophel, fautoribusq́ꝫ eoꝝ. Docemur quoq́ꝫ ex præinductis, quòd
deus permittit frequenter peccatores ad damnabilissimũ ac vitiosissimũ finem venire, propter ꝑ-
cedentia eoꝝ facinora, sicut de Achitophel iam est dictum, quẽ deus ad tam periculosissimũ, mi-
serrimũ, ac stolidissimũ finem venire non ꝑmisisset, nisi ante tam enormiter excessisset. Et ecce vir
1. Cor. 1. ille q tam prudentissimus habebat, tam fatuissimus est effectus, ꝙ suspendit seipm̃. Nullus ergo in
oculis suis sit sapiens, nemo inaniter gloriet, neq́ꝫ præsumat, qa qualiter cursum vitæ terminabit
præsentis, ignorat. Hinc in timore dei, & vera humilitate expedit semp stare. ¶ Postremo, iu
xta allegoricũ intellectũ, ꝑ Dauid accipit Chr̃us. Per Absolom principes synagogæ, ꝑ Achito-
phel, ꝓditor Iudas, ꝑ Chusai, discipl'i Chr̃i ex iudaismo & cęteri maiores q ex synagoga ad Chr̃m
Iohã. 3 cõuersi sunt, vt Nicodemus, Ioseph, Gamaliel. Quẽadmodũ ergo ambitiosissimus Absalom expu
Matt. 27 Acto. 5 lit ꝓpriũ p̃rem regno, & eũdem occidere ẽ molitus, sic supbi & ambitiosi principes sacerdotũ, scri
Matt. 21 bæ & pharisæi ꝑsecuti sunt Chr̃m, veꝝ Isr'l regẽ, ejciẽtes extra vineã veꝝ hæredẽ, à quoꝝ tyrã-
Iohã. 6. 10 nide Chr̃us interdũ fugit ad tp̃s, quousq́ꝫ tpe suæ salutiferæ passionis desuper ꝓstitutũ, fuit impletũ.
Quemadmodũ etiã Achitophel conatus est ipsum Dauid improuise occidere, sic traditor nisus est
Christũ manibus tradere Iudæoꝝ clã ad occidendũ. Hinc ambo silẽm exitũ sunt adepti. Et sicut
Iohan. 7 Chusai restitit cõsilio Achitophel, sic Nicodemus & Gamaliel, restiterũt frequenter cõsilijs prin-
cipũ & scribaꝝ Chr̃o & eius discipulis insidiantiũ. Quẽadmodũ etiã Chusai de voluntate Dauid
finxit se esse fratrẽ Absalonis, vt eius mysteria regi Dauid insinuaret, ita de voluntate apostoloꝝ,

Gama

A Gamaliel inter principes sacerdotum, scribas & pharisęos ad tempus resedit, quasi ipsorum vnus quatenus eorum machinas reseraret apostolis, & pro fidelibus loqueretur, vt partim in Actis apostolorum, & plenius in Itinerario sancti Clementis describitur. Acto. 5

¶EXPOSITIO CAPITVLI XVIII. Igitur considerato Dauid populo suo. Art. XXVII.

VIctoria Dauid & deiectio Absolonis hic describūtur. ⌊Igitur considerato Dauid populo suo⌋ videlicet qualis & quātus esset, & qualiter aptius posset diuidi ac disponi, ⌊constituit super eū tribunos⌋.i. millenarios, q̄rum vnusquisq; mille bellatoribus præerat, ⌊& centuriones, & dedit populi tertiā partem sub manu Ioab, & tertiā sub manu Abisai, filij Saruiæ fratris Ioab: & tertiā partē sub manu Ethai, q erat de Geth⌋ id est, natione Philistæi, sed ad Iudaismū conuersi. Itaq; Dauid peritus & expertus in re militari & bellicis rebus, diuisit totū exercitū suū in tres partes principales, q̄bus præfecit tres viros præcipuos, vnicuiq; parti vnū, & quālibet illarū triū partiū diuisit in millenos atq; centenos, pręficiens millenarios mille, centurionesq; centū. Verūtamen Ioab tanq̄ princeps militiæ, præfuit omnibus illis. Porro in bellis potissime confert ad præualendū apta ordinatio & collocatio ac distinctio populi, multitudo vero inordinata, non est nisi hostiū victima, imo pauci conuenienter dispositi, constātesq; corde, plus valēt q̄ multo plures inordinati. ⌊Dixitq; rex ad populū. Egrediar & ego vobiscū⌋.i. paratus sum exire vobiscū, præbere exēplū, & subire periculū, imo & esse

B primus in acie, præsertim q̄m propter me orta est hæc tēpestas. Talis aūt audacia regis seu principis multū animauit subditos. ⌊Et respōdit populus⌋ nō rebellione, sed reuerētia ad regē. ⌊Non exibis. Siue eṁ fugerimus non magnopere⌋.i. non multū, ⌊ad eos de nobis ptinebit, siue media pars ceciderit de nobis nō satis curabūt⌋.i. nō quærūt principaliter interficere nos, sed te, ⌊q̄a tu vnus pro decē milibus cōputaris⌋.i. mallēt te perimere q̄ decē milia auxiliatorū tuorū. Dicitur aūt in scholastica historia, φ populus Dauid fuit septē milia. Sic & primo libro habet, φ totū pondus belli versum est in Saul. Et infra tertio libro legit̄ rex Syriæ suis iussisse. Nō pugnabis cōtra quēpiam, nisi contra regem Israel. ⌊Melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio⌋.i. pro refugio & auxilio, vt si cōtigerit nos fugere, valeamus p te instaurari & reparari ad pugnā. Capite eṁ sublato corpus truncatū est. ⌊Ad q̄s rex ait: Quod vobis rectū videt̄, hoc faciā⌋ vnde patet φ rex seu princeps debet dirigibilis nō pertinax eē in arduis. ⌊Stetit ergo rex iuxta portā⌋ deducēs exercitum vsq; ad locū illū, & roborās populū atq; cōsiderās qualiter egrederent̄. ⌊Egrediebaturq; populus p turmas suas cēteni & milleni. Et p̄cepit rex Ioab & Abisai, & Ethai, dicēs: Seruate mihi⌋ id est, nō occidatis, nec occidi pmittatis, ⌊puerū Absalom⌋ Vnde elicitur, φ Dauid ex reuelatiōe certus fuit, vel ex cōfidētia dei probabiliter nouit exercitū suū præualiturū, valdeq; timuit de periculo Absolonis, & de ęterna dānatione ipsius, sciens quātis inuolutus eēt criminibus, idcirco p̄cepit ne occideret̄. ⌊Et oīs populus audiebat p̄cipiētē regē cūctis principibus pro Absalō. Itaq; egressus est populus in cāpū cōtra Israel. Et factū est præliū in saltu Ephraim,⌋.i. iuxta nemus illud in cāpo, & q̄uis vltra Iordanē in terra Galaad facta sit pugna, tñ facta fertur in saltu Ephraim

Pet. Cō. hist. libr. 2 Reg. ca. 17 1 Regū. 11 3 Reg. 22

C q̄m saltus ille vltra Iordanē situs fuit ex opposito tribus Ephraim, habitantis ab alia parte Iordanis, propter q̄d vocatus est saltus Ephraim. ⌊Et cæsus est ibi populus Israel,⌋.i. viginti milia de populo Absalonis, ⌊ab exercitu Dauid, factaq; est plaga magna in die illa viginti miliū. Fuit aūt præliū ibi dispersum sup faciē oīs terræ. Et multo plures erāt q̄s saltus cōsumpserat, q̄ hi q̄s vorauerat gladius in die illa⌋ q̄a inter arbores illas fugere nō valebāt, sed à feris plurimi occidebant̄, & multi corruerūt in foueas. ⌊Accidit aūt vt occurreret Absalom seruis Dauid⌋ q tñ nō inuaserunt eum, sed fugere pmiserūt propter regis præceptū, ⌊sedēs mulo. Cūq; ingressus fuisset mulus⌋ super quē sedit, ⌊subter cōdensam quercū & magnā⌋.i. spissam ac plenā ramis ac frondibus, ⌊adhæsit caput eius quercui⌋ per capillos longissimos q̄s habebat. Vnde videt̄ capitis armaturā non habuisse vel deposuisse, ⌊& illo suspenso inter cœlū & terrā, mulus cui insederat, ptrāsiuit. Vidit hoc quispiā, & nūtiauit⌋ ipsi ⌊Ioab, dicēs: Vidi Absalom pēdere de quercu. Et ait Ioab viro qui nūtiauerat ei. Si vidisti, quare nō cōfodisti eū cū terra⌋.i. tā valide cū lancea φ corruisset in terrā, ⌊& ego dedissem tibi decem argenti siclos & vnū baltheum. Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argēteos, nequaq̄ mitterē manū meā in filiū regis. Audiētibus eṁ nobis p̄cepit rex, tibi & Abisai & Ethai dicēs: Custodite mihi puerū Absolom. Sed & si fecissem⌋ hoc, ⌊audacter cōtra animā meā⌋.i. in periculū vitæ meæ, & cū grandi pctō, regis p̄ceptū trāsgrediendo, ⌊nequaq̄ hoc regē latere potuisset⌋ q̄a tādē hoc pcepisset, vel ex hūana, vel ex diuina insinuatiōe & sic vindicaret in me, ⌊& tu stares ex aduerso⌋.i. ad cōplacēdū regi, fingeres te iratū mihi, & diceres me male egisse interficiēdo filiū regis cōtra eius imperiū. Vir iste videt̄ magnus & audax fuisse, q principi militiæ audebat sic loqui. ⌊Nō sicut tu vis, sed aggrędiar eū coram te. Tulit ergo

Ioab

Ioab tres lãceas in manu sua,& infixit eas⌋ successiue ⌊in corde Absalom⌋.i.pectori ei⁹ seu cordi
aut ppe.sumẽdo cor p materiali & organica corpis pte. Vnde dici solet,ꝙ cor in aĩali est primũ D
viuẽs,& vltimũ moriẽs. ⌊Cũq; adhuc palpitaret ihẽrẽs q̃rcui,cucurrerũt decẽ iuuenes armigeri Io
ab,& pcutiẽtes,interfecerũt eũ. Cecinit aũt Ioab buccina⌋ ad insinuãdũ,ꝙ cessarẽt ab insecutio
ne fugiẽtiũ. ⌊& retinuit ppl'm ne psequeret fugientẽ Isrl',⌋ volẽs parcere multitudini,⌋ capitaneo
interfecto,sicq; rigori clementiã miscuit. Et quis Absalom fuit publicus hostis boni cõis & tyrã-
nus,videt tñ Ioab peccasse,eũ sic perimẽdo in suis peccatis,eo ꝙ rex phibuerat istud,& qm̃ aliter
poterat Absolom impediri ab ampliori Reipublicæ pturbatione & q̃a pceptũ regis ex pietate de-
scenderat. ⌊Et intulerũt Absalom,& piecerũt eũ in saltu in foueã grãdem & cõportauerunt sup
eũ aceruũ lapidũ magnũ nimis. Oñis aũt Isrl' fugit in tabernacula sua. Porro Absalom erexerat si
Pet. Co. hist lib. 2. Reg. ca. 17 bi cũ adhuc viueret titulum q est in valle regis.⌋ Quocirca magister in historijs ait: Absalom erexe
rat titulũ sibi in regia valle duobus stadijs à Hierl'm distãte. ⌊Dixerat enĩ: Nõ habeo filiũ & hoc
erit monimentũ nominis sui⌋.i.ad ppetuã sui memoriã, vt viueret semp in cordibus hoim,q̃a cu
pidissimus fuit laudis humanæ,eratq; nomen tituli. ⌊Vocauitq; titulũ noie suo & appellat. Ma-
nus Absolom⌋ quẽ titulũ aliqui dicũt fuisse arcũ seu fornicẽ triũphalem,In quo sculpta fuerit ma
nus Absalom. Putãt qdam fuisse ædificiũ quoddã pulchrũ & altũ,quod esset memoriale suæ pso-
Iose. lib. 7 an in ca. 10 næ. Iosephus aũt,cui in hoc magis videt credendũ,scribit ꝙ fuit marmorea statua, ⌊vsq; in di-
em hanc.⌋ Dixerat enĩ: Non habeo filium,q succedat mihi,& sit memoriale nois mei. Supra scri-
2. Reg 14. ptũ est: Nati sunt Absolom tres filij. Vnde elicit, ꝙ interim obierũt. ⌊Achimaas aũt filius Sadoc
ait⌋ ad Ioab: ⌊Currã & annũtiabo regi,q̃a iudiciũ fecerit ei deus de manu inimicoꝝ eius⌋.i.iu-
stã vltionẽ in eius inimicos exercuit. ⌊Ad quẽ Ioab dixit: Nõ eris nũtius in hac die,sed nũtiabis in
alia⌋ die, ⌊hodie nolo te nũtiare. Filius enĩ regis mortuus est⌋ Aliqui tñ exponũt in alia.i.in alio
trĩũpho.i.dũ rex habuerit victoriã sibi magis placentẽ. Nã istã victoriã audiet cũ timore de oc- E
cisione filij sui,q̃ cognita vehemẽter tristabit. ⌊Et ait Ioab ad Chusi: Vade & nuntia regi quæ vi-
disti. Adorauit Chusi Ioab⌋ adoratione duliæ regratiãs ei,ꝙ illã legationẽ sibi iniunxit. Hierony
Hiero. mus dicit,ꝙ Chusi sit hic nomen cõe designãs Aethiopẽ. Non enĩ putandũ,ꝙ Ioab miserit Chu-
R. Paul⁹ sai Arachiten,amicum & consiliariũ Dauid p ista denũtiatione agẽda. Hinc alij dicũt, ꝙ fuit alter
eiusdẽ nois,& lõge inferior. ¶Porro R. Paulus affirmat,ꝙ hi duo in hebræo diuersa habeãt noĩa,
ita ꝙ amicus Dauid vocet Husai,& iste Chusi. Asserit quoq; q̃d Chusi in hebræo sit nomẽ æquiuo
cum,q̃a vno mõ est nomẽ cõe significãs idẽ q̃d Aethiops, alio mõ nomẽ ẽ propriũ,& qualr hic
sumat,dicit nõ bene posse pbari ex lrã, ⌊& cucurrerit. Rursus aũt Achimaaz filius Zadoc, dixit
ad Ioab: Quid ĩpedit,si etiã ego curro post Chusi? Dixitq; ei Ioab: Quid vis currere fili mi? Veni
huc,non eris boni nũtij baiulus. Qui respõdit: Quid enĩ si cucurrero? Et ait ei: Curre. Currens er-
go Achimaaz p viam compendij trãsiuit Chusi. Dauid aũt sedebat inter duas portas. Speculator
vero q erat in fastigio portæ sup murũ,eleuans oculos,vidit hoiem currentẽ solũ. Et exclamans:
Dixitq; rex: Si solus est⌋ currens, ⌊bonus est nuntius⌋ hoc est,prospera annuntiatio est ⌊in ore
eius.⌋ Qui enĩ aduersa annũtiant,non solent se mutuo puenire,nec taliter festinare,sed simul ve-
nire. Silr si fugisset de plio,nõ venisset sic solus. ⌊Properãte aũt illo & accedente propius,vidit spe
culator hoiem alteꝝ currentẽ. Et vociferans in culmine,ait: Apparet mihi alter hõ currens solus.
Et ait rex: Et iste bonus ẽ nũtius. Speculator aũt,cõtemplor,ait, cursum prioris q̃si cursum Achi
maaz filij Zadoc. Et ait rex: Vir bonus est,& bonũ portans nuntiũ,venit⌋.s.ipse Achimaaz,quẽ
vides venire,idcirco non est verisimile,ꝙ fugit de plio solus,aut præ alijs,q̃a ad ignauiã hoc specta F
ret. Interdũ tamen magnitudo periculi cogit etiã eos currere,aliosq; pcurrere, q aduersa nuntiãt
& sinistra. ¶Præterea,querit qũo Dauid veraciter dixerit,vir bonus est & nuntiũ portãs bonũ
venit,cũ Ioab ad Achimaaz dixerit,qd vis currere fili? non eris boni nuntij baiulus. Ad quod faci
liter respondet,quòd annuntiatio illa fuit bona,inquantum significauit victoriam regi datam,sed
mala inquantũ admixtam habuit significationem occisionis filij regis. ⌊Clamans autem Achi-
maaz dixit ad regem Saule rex: Et adorans regem coram eo pronus in terram ait: Benedictus do
minus deus tuus,qui conclusit hoies q leuauerũt manus suas contra dominũ meum regem. Et ait
rex: Est ne pax puero Absalom⌋ hoc est,est ne viuens adhuc & sanus. ⌊Dixitq; Achimaaz: Vidi
tumultum magnũ⌋.i.inquietudinem & concursum multoꝝ,seu murmur & strepitũ plurimoꝝ
audiui, ⌊cũ mitteret Ioab seruus tuus ô rex me seruũ tuũ⌋ Qđ veꝝ est. Ideo Achimaaz hoc dicẽ
do,non mentiebat,vt aliqui opinant,nec enĩ negauit se scire quod querebat,& veritatem obscu-
ra oratione cælauit,quod licet,& hoc,ne regem cõtristaret. Sed forsan videt mentitus in eo quod
addidit. ⌊Nescio aliud⌋ & tamen qui vult eum à mendacio excusare,dicere potest,ꝙ in noie ma
gni tumultus mors Absalonis includebat,vt causa in suo effectu. ⌊Ad quem rex: Transi,ait,& sta
hic. Cumq; ille transisset,& staret,apparuit Chusi. Et veniens ait: Bonum apporto nuntium do-
mine mi rex. Iudicauit enim pro te dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te.
Dixit autem rex ad Chusi: Est ne pax puero Absalom?⌋ ex paterna & tenera affectiõe consueuit
ipsum Absalonem sic puerum nominare, quia in naturalibus erat valde amabilis & decorus.

⌊Qui re-

A Qui respondẽs Chusi: Fiant, inquit, sicut puer, inimici dñi mei regis, & vniuersi qui consurgũt aduersus eum in malũ. i. sic pereant & occidant sicut puer de quo quæris. Et loquitur Chusi iste af pernatorie de Absalone, quasi dedignans eũ nominatim exprimere, & velut irrisorie eũ puerũ vocans, Quasi dicat, Talis hostis proprij patris, & turbator totius cõmunitatis, non est dignus puer vocari. Contristatus itaq; rex, ascendit cœnaculũ portæ & fleuit. Et sic loquebatur vadẽs, imò (vt sequenti habetur cap.) operuit caput suum, & alta voce clamabat. Fili mi Absalom, Absalom fili mi. In quibus verbis repetitio est magni amoris, imo & doloris indiciũ. Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalom fili mi, fili mi Absalom? i. vtinam mortuus essem, ita q̄ tu adhuc viueres, & tua peccata corrigeres. Vel, vtinam adhuc mori possem, quatenus tu suscitateris à morte & pœnitentiam ageres. Ista itaq; fuit causa tanti doloris in rege deuoto, spiritali contemplatiuoq; viro, qa perpendit q̄ periculosissime obierit filius suus vir speciosissimus, & q̄ grauissima esset eius damnatio, & qm̃ sciuit se ac sua peccata fuisse occasionẽ, q̄ omnia mala illa deus, cuius iudicia sunt abyssus immensa, permisit. 2.Reg.19 Psalm.35

¶De mystico huius cap. XVIII. sensu. Arti. XXVIII.

PEr Dauid qui populum suum considerauit dominus Iesus Christus omniũ iudex accipitur, qui vniuersorũ corda scrutatur ac opera intuetur, & qualiter dispositi sint fideles, quibus gratiæ donis indigeant, vigilãtissime pensat. Per hoc quoq; q̄ Dauid exercitũ suũ in tres partes diuisit, est figuratũ, q̄ Chrs populũ suũ partitur in statũ incipientium, proficientium & perfectorũ, item in actiuos & cõtemplatiuos, ac eos q medio modo se habent, & de vtroq; participant aliquid, vt sunt plati, doctores ac pdicatores. Itemq; in seculares, spiritales seu ecclesiasticos & religiosos, siue in virgines, coniugatos ac viduas. Vel in animales, rationales, ac spiritales. Per Ioab demũ, Abisai & Ethai intelliguntur maiores, principes ac plati, per tribunos & centuriones, minores. Hæ sunt tres turmæ quas fecit & Ioab, quas Chrs mittit, instruit, distin- Apoca.2 Genes.32
B guit & ordinat ad dimicandũ contra aciem vitiorũ, contra seculi vanitates, contra dæmonũ tentationes, pficiens vnicuiq; psidentem, iuxta sui status gradũ & qualitatem. Dixitq; Dauid ad populum: Egrediar & ego vobiscum. Et respondit populus: Non exibis. Sic & Chrs cum dixisset apostolis: Eamus in Iudæam iterũ. Responderunt: Iam quærebãt te Iudæi lapidare, & iterũ vadis illuc. Malunt quoq; veri Christi fideles pugnare & mori pro Christo, q̄ vt ipse blasphemetur, aut eius fides, fama, religio extinguantur. Et sicut Absalom & eius exercitus maxime ipsum Dauid quærebant occidere, Sic principes sacerdotum, tyranni, regesq; perfidi summe conati sunt nomen atq; memoriã, cultum & religionem Christi omnino auferre de terra. Et pcepit rex: Seruate mihi puerũ Absalom. Chrs etenim iussit aduersarios diligi, & persequutoribus bene fieri, imò & pro crucifixoribus exorauit. Et possunt hoc loco p Absalom significari Iudæi, q erãt pdilectus peculiarisq; populus dei, qui vult vt Christiani non occidant Iudæos, sed inter se viuere ac manere permittant, imo & conentur ipsos conuertere, iuxta illud: Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos. Et factũ est prælium in saltu Ephraim. i. in latitudine seculi huius in quo est pluralitas impiorũ tanquam multitudo arborũ infructuosarũ. Est etenim iuge quoddam bellum inter electos & reprobos, inter fideles ac perfidos, inter virtuosos & vitiosos. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid. Impij enim tandem succumbũt, & fideles pualent perfidis & iniquis, saltem ratione, authoritate, scriptura, virtute, sapientia, signis atq; miraculis, multos quoq; conuertunt. Porro q̄ Ioab contra pceptum Dauid infixit tres lanceas pectori Absalonis, hoc po Joh.11 Psalm.58
C test significare, q̄ quidam magnates ex cupiditate, crudelitate seu odio, interdũ varijs modis infestant, spoliãt, vel occidunt Iudæos. Et quamuis Ioab in eo q̄ princeps erat militiæ Dauid, designet platum, tamen inquantum inobediens fuit regi, potest figurare diabolum, qui Absaloni infigit tres lanceas, dum amatores seculi huius inflammat concupiscentia carnis, concupiscentia oculorũ & superbia vitæ. Nempe & Absalom suorũ pulchritudine crinium delectatus, designat homines vanos, exteriori gloriantes ornatu, non conscientiæ puritate, qui proprio ornatu suas strangulãt animas. Et quercui. i. inquinamẽto carnis seu altitudini mundani honoris manẽt appensi. Etenim quercus in eo q̄ pascit porcos, designat luxuriã, in eo autem q̄ pulchra ac fortis est arbor, prosperitatem & honorem vitæ psentis designat. Insup sicut Ioab infixit cordi Absalonis suspensi ad quercum tres lanceas, ita diabolus cordibus hominũ immundorũ & superborũ, in extremis dum agonizant infigere solet tres tentationes grauissimas, vtpote desperationis aut vanæ psumptionis seu securitatis de misericordia dei, vel negligentiæ, ita q̄ non curant se præparare. Quemadmodũ etiam Absalom præcisus à quercu, in magnam proiectus est foueam, sic impij & superbi de tumore suæ elationis & sublimitate psentis status proijciuntur in Acherontis profundissimũ lacum, quorũ post hanc vitam tanto est maior confusio, quãto in seculo isto honoratio maior pcessit, quod vituperiosa illa Absalonis sepultura pfigurauit. Siquidem magnũ aceruũ lapidum super ambitiosissimũ proiecerunt, qui etiam ante obitũ suũ sibi erexerat titulum, ne eius periret memoria, quemadmodũ & filij Adam dixisse leguntur: Venite faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius cacumen pertingat vsq; ad cœlũ, & celebremus nomen nostrũ antequam diuidamur in 1.Joban.2 Gene.11

EE mur in

mur in vniuersa terra. De talibus fertur in psal. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Titulũ autẽ D
Psalm. 48 suũ vocauit Absalom. Manũ suam, seu manũ Absalom, quoniã tales propriũ quærunt honorẽ.
Deute. 32 Et si quid magni agere videant, viribus suis ascribũt, dicentes: Manus nostra excelsa. Et: Nonne in
Amos 6 fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Econtra dicũt electi: Non nobis dñe non nobis, sed
Psalm. 113 nomini tuo da gloriã. Et: Gratia dei sumus quod sumus. Et: Misericordiæ dei est quod nõ sumus cõ
1. Cor. 15 sumpti, quia nõ defecerũt miserationes eius. Et: Nisi quia dñs adiuuisset nos, paulo minus habi-
Threno. 3 tasset in inferno anima nostra. Postremo, per legatos qui victoriam regi Dauid nuntiauerũt, intel-
Psalm. 93 ligunt feruentes & charitatiui, qui de omni bono quod in ecclesia agit, de impiorum pia conuersione
aut iusta damnatione glorificãt, saluatorem & opera sua cũ gratiarum actione recitant ei. Sed sicut
Dauid fuit de Absalonis pace solicitus, & eius mortem acerbissime deplorauit, sic filius dei de Iu-
dæorum salute habuit curã, & varijs modis laborauit pro ipsis, quorum ciuitatem, cõmunitatẽ, mise-
riam, malitiamq́ defleuit, tandemq́ obijt pro eisdem. Et quantũ in se est, adhuc mallet pro pere-
untibus crucifigi, quam illos perire permitteret.

¶EXPOSITIO CAP. XIX. Nuntiatum est autem Ioab, quod rex fleret. Arti. XXIX.

IN isto cap. narrat deductio regis in regnũ suum, & quid circa illã acci
derit. Nuntiatũ est autẽ ipsi Ioab, forsan à Chusi vel Achimaas,
1. Regũ. 1. quod rex fleret, cordialiter dolendo, & lugeret, lachrymas effundẽ
do, filiũ suum Absalonẽ. Et quid mirum, quod filium, quãuis aduersariũ,
fleuerit, qui & Saulem hostẽ lætalem tam mentaliter deplorauit? Siqui
dem charitatis visceribus affluebat. Et versa est victoria in die illa in
luctũ omni populo, i. toti exercitui regis aut multis. Veruntamẽ non
doluerũt se præualuisse, sed regi condoluerũt, & forsan multi eorum de Ab- E
salonis tristabant interitu propter regẽ. Audiuit enim populus in die illa di
ci: Dolet rex super filio suo. Et declinauit populus in die illa ingredi ci
uitatem, in qua rex erat, ne eius dolor ex eorum intuitu augeret, quo declinare solet populus ver
sus & fugiẽs de prælio. Porro rex operuit caput suũ & clamabat voce magna: Fili mi Absalom, Ab
salom fili mi. Ingressus ergo Ioab ad regem in domũ suã, dixit: Confudisti, i. erubescere fecisti
& inhoneste tractasti hodie vultus omniũ seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animã tuã, i. vi-
tam tuã à lætali impugnatione ac morte eripuerunt, deijciendo aduersarios tuos, & animã filio
rum tuorum, quorum aliqui credunt fuisse in prælio illo, & filiarum tuarum, & animã, i. animas uxorũ
tuarum, principaliũ, & concubinarum tuarum, i. secũdariarum & minus principaliũ coniugũ. Quãuis
enim Absalom, si præualuisset, illas fœmineas nõ occidisset personas, tamen minus reuerenter eas tra-
ctasset, & saluæ factæ fuerũt de timore & cordis afflictione in quibus erãt, ne Dauid succũberet.
Diligis odientes te, non solũ diligẽdo eos cordis affectu, sed exteriori quoque effectu hoc ipsum
Deut. 1 immoderate monstrãdo, sicut nũc agis in inimicissimũ filiũ deplorando. Et vtique Dauid vir euange
licæ perfectionis, inimicos dilexit, amãdo personã siue naturã, nõ vitiũ, idcirco quod interdũ inimi
cos persequutus est & occidit, nõ fecit ex odio, sed iustitiæ zelo, & odio habes diligẽtes te, i. ita
te habes, ac si eos odires, quia ad magnã tristitiã eos inducis, nec signa beneuolẽtiæ & amoris nũc F
eis ostẽdis, cũ tamen modo sit tẽpus opportunũ ad hoc. Nõ autẽ oderat eos odio vitioso aut inui
dentiæ motu. Et vere cognoui modo, quia si Absalom viueret, & nos oẽs occubuissemus, victi
ab illo, tũc placeret tibi, res gesta huiusmodi. Nõ oportet ipsum Ioab in hoc verbo à mẽdacio
excusare. Nõ enim optauit rex triumphũ Absalonis, sed vt nõ occideret in bello imparatus omni-
no ad mortẽ. Et tñ possent hæc verba intelligi, quod rex taliter deflendo inuidiosum ac pessimum fi
liũ, ita se gessit, ac si maluisset totũ suũ occubuisse exercitũ, quam solũ Absalonẽ. Et ostendisti hodie
quia nõ curas de ducibus tuis & de seruis tuis, i. officiatis & ductoribus particulariũ turmarum
tui totius exercitus, s. me & fratre meo Abisai ac Ethai, quia per modũ nõ curantis te habes, dũ to-
tus intentus es deplorationi sceleratissimi filij tui. Nũc ergo surge & procede. In fine præceden
2. Regũ. 18 tis habet cap. quod Dauid Absalonẽ defleuerat trãseundo, sed in præsenti cap. legit, quod operuit caput su
um & clamabat voce magna: Absalon fili mi, &c. Vnde elicit, quod postquam defleuit illũ eundo & for-
sitan capite nudo, operuit caput suũ & deplorauit illũ sedendo. Ideo Ioab dixit, surge, quod tamen
sic posset exponi, i. à luctu desiste, & alloquens satisfac seruis tuis, i. gratias age eis, & iucunde
alloquere, vicemq́ redde. Iuro enim tibi per dñm, quod si non exieris, sicut nũc consulo eundo de
domo vsque ad portã, ne vnus quidem remãsurus sit tecũ nocte hac, i. ante noctis aduentũ om
nes relinquent te, prouisuri sibi de alio rege. Ad hoc enim Ioab exercitũ suis persuasionibus induxis-
set. Vel si aliqui forsan mansissent cũ rege per cordis adhæsionẽ, tamen tã pauci fuissent, quod aliorum
respectu quasi nulli apparuissent, & peius erit hoc tibi, i. maior aduersitas, seu maius malũ pœ
nale, quam omnia mala, pœnalia seu aduersa, quæ venerũt sup te ab adolescentia tua vsque in præ-
sens. Et quod ait, oĩa mala, intelligendũ est exclusiue, vtpote cætera præter ista. Et rursus quod ait, expo
ni po

A ni poteſt vel diſtributiue vel collectiue, vel diſtributiur & diuiſiue, hoc eſt, ꝙ oĩa mala illa ſimul
accepta, vel vnumquodq; eoꝝ ſeorſum conſideratũ. & hoc ſecũdo modo potius accipiendũ vi-
drf. Veruntamẽ multa mala culpæ acciderũt ipſi Dauid, peiora his malis pœnæ. └ Surrexit er-
go rex ┘ Dauid, └ & ſedit in porta, ┘ quouſq; exercitus venit ad rũ. └ Et omni populo nuntiatum
eſt ꝙ rex ſederet in porta. Venitq; vniuerſa multitudo ┘ .i. pplꝰs, └ corã rege ┘ q̃ veniente, aſſur-
rexit, & eos gratanter, hilariterq; ſuſcepit. └ Iſrael aũt fugit in tabernacula ſua, ┘ videlicet illi, q̃ fu
erunt cũ Abſalone & euaſerunt de ꝑlio. └ Omnis quoq; pplꝰs, ┘ qui adhæſerat Abſaloni, └ certa
bat ┘ .i. verboꝝ diſceptatione laborabat pro rege reuocãdo, └ in cunctis tribubus Iſrael, dicens:
Rex liberauit nos de manu inimicoꝝ noſtroꝝ. ┘ Itaq; beneficia atq; victorias regis ad memo-
riã reuocabãt, ſicq; ad eũ rehabendum accendebant, └ ipſe ſaluauit nos de manu Philiſtinoꝝ, &
nunc fugit de terra propter Abſalom. Abſalom aũt quẽ vnximus ſup nos, mortuus eſt in bello.
Vſquequo ſiletis, ┘ nõ loquendo ac cohortando, vt rex reuertat, └ & nõ reducitis regem? ┘ ſic lo
quebant ad inuicem. └ Et conſilium totius Iſrael venit ad regẽ ┘ quia ꝑcepit, ſiue ꝑ legatos miſſos
ab illis, ſiue per aliquem ꝓuenientẽ & regi placere optantẽ. └ Rex vero Dauid miſit ad Zadoc &
Abiathar ſacerdotes, dicẽs: Loquimini ad maiores natu Iuda ┘ .i. tribus Iudæ, └ dicẽtes: Cur ve-
nitis nouiſſimi ad reducendũ regẽ in domũ ſuã? ┘ ac ſi diceret, Cũ ſitis conſanguinei mei, & de tri
bu eadẽ ſimus progeniti, nõ decet ꝙ aliæ tribus veniãt ante vos ad reducendum me. Iſti de tribu
Iuda magis peccauerũt in regẽ, recedendo à rege, & adhærẽdo ac aſſiſtẽdo aduerſario eius, & ta-
men rex ꝑ humilitatẽ præuenit eos, & reddit bona pro malis, memor ꝙ erãt ſui cognati, & ꝙ pri
B mo vnxerunt eũ ſibi in regẽ. Et forſan corã rege apparere erubuerũt propter infidelitatẽ, quã ei 2. Regũ. 2
exhibuerũt. Eadẽ ratione ſanctus Dauid ꝓuenit Amaſam filiũ ſuæ ſororis ꝑ humilitatẽ, qui tãto
plus reus fuit in regẽ, quãto eius inimico Abſaloni familiarior factus erat. Etẽm factus fuit prin- 2. Reg. 18
ceps militiæ eius, ſpecialiterq; ſolicitus & laborãs pro ipſius Dauid deletione. └ Sermo aũt oĩs Iſrl
ꝓuenerat ad regẽ vt reducerẽt eũ in domũ eius, q̃ a dixit eis: Hæc dicetis ad pplm̃ Iuda: Frẽs mei
vos, os meũ, & caro mea vos. Quare nouiſſimi reducitis regẽ? Et Amaſæ dicite: Nõne os meũ &
caro mea es? Hæc mihi faciat deus & hæc addat ┘ .i. ꝑ execrationẽ iuro, └ ſi non magiſter militiæ
fueris corã me omni tp̃e pro Ioab ┘ .i. non ſolũ tibi offenſam ignoſco, ſed inſup aſſero ꝙ faciã te
principẽ militiæ loco Ioab, erisq; vita comite princeps militũ q̃diu regnauero. Veruntamẽ qui-
dã exponit ſic, pro Ioab .i. ſub Ioab, adiiciens ꝙ dictio in Hebraico poſita, q̃n q; ſignificat pro, Ibidem
q̃n q; ſub, tñ eſt eadẽ ſentẽtia, qm̃ Dauid nõ intendebat amouere ipm̃ Ioab à ſuo officio, ſed ꝙ iſte
ſuppleret vices eius, loco & tp̃e opportuno. Hæc ille. Alij dicunt, ꝙ Dauid propoſuit ipm̃ Ioab
ab officio ſuo deponere, qm̃ Abſalonẽ filiũ ſuũ contra ꝓceptũ ſuũ occidit in ſuis pctĩs, q̃d vtiq; rex
valde dolenter accepit. Et verius puto, ꝙ propoſuit eũ ab officio remouere, q a & Ioſephus hoc Ioſe. lib. 7
ſenſiſſe videt, & magiſter in hiſtorijs ait ſequẽti cap. ꝙ Dauid ꝓcepit Amaſæ tanq̃ principi mili- an. ca. 8
tiæ, cõuoca mihi oẽs viros Iuda. Cõmuniter quoq; expoſitores teſtant, quod eadã cauſa ipſe Io- Per. Co.
ab occidit Abner & Amaſam, puta ex ambitione, ne ꝑ eos impediret à principatu militiæ. Et hiſto. lib. 2
poteſt ſic argui, quia vel ante iſtud tempus quo Dauid demandauit quæ dicta ſunt Amaſæ, ha- reg. ca. 18
buit ipſe Dauid aliquem quaſi vicariũ Ioab, qui ſub eo militibus ꝓfuit, tanq̃ ex ſpeciali officio vica
riatus ad hoc determinatum, vel non. Si habuit, cur voluit illum remouere, à quo offenſus non le
gitur, & non potius ipſum Ioab, à quo fuit offenſus? Si non, cur voluit iam de nouo inſtituere
C tale officium? Nullibi quoq; in ſcriptura canonica vel autentica legitur, quod Dauid aut poſteri
eius habuerint aliquem talem determinatum ad officium principatus militiæ ſub principe mili-
tum, imò ſi Dauid talẽ habuiſſet, maxime (vt apparet) fuiſſet Abiſai, cui & ſequẽti cap. legit com-
miſiſſe actũ principis militiæ, nec aliquo modo videt, quod Dauid voluerit illum à tali dignitate
deponere. Inſuper ſuper id quod ſequenti cap. ſcriptũ eſt: Tolle ſeruos dñi tui & perſequere Zi- Ibidẽ
ba, dicunt multi expoſitores, quod Dauid cõmiſit hoc Abiſai, nõ Ioab fratri ipſius, quia iam vo-
luit Ioab deponere, imo in ſcholaſt. fertur hiſtoria, & ait rex Abiſai, nõ Ioab, quem iam amoue-
rat à principatu. Poſtremo, quod Amaſa fuiſſet princeps militiæ ſub Ioab, nõ fuiſſet contra ho-
norẽ ipſius Ioab, cur ergo ob hoc Amaſam occidiſſet? └ Et inclinauit cor omniũ viroꝝ Iuda qua
ſi viri vnius ┘ .i. Dauid tam humiliter & benigne ꝓueniendo pplm̃ tribus Iudæ, attraxit eos con
corditer ad ſe, ita quod omniũ eoꝝ erat quaſi cor vnum ad regis reuocationẽ & reductionẽ. Vn
de ſubiungit. └ Miſeruntq; ad regẽ, dicentes: Reuertere tu & oẽs ſerui tui ┘ ſpeciales atq; dome-
ſtici, & qui tibi in perſequutione hac adhæſerunt. └ Et reuerſus eſt rex & venit vſq; ad Iordanem
& oĩs Iuda ┘ .i. tribus Iudæ, └ venit vſq; in Galgala ┘ .i. loco ſic dicto, └ vt ┘ honorifice └ occurre
ret regi & traduceret eũ Iordanẽ. Feſtinauit aũt Semei filius Gera filij Iemini de Bahurim, ┘ de q̃
dictũ eſt ante, q̃ grauiſſime peccauit in Dauid, ideo timuit iã occidi, ſed cõfidens de clemẽtia re- 2. Regũ. 16
gis, q̃ ad Amaſam, alioſq; offenſores ſuos tã benigne ſe habuit, properauit, └ & deſcendit cũ viris
Iuda in occurſum regis Dauid cũ mille viris de Beniamin & Ziba puer de domo Saul & quinde-
cim filij eius ac viginti ſerui erãt cũ eo. Et irrũpentes Iordanẽ, ┘ ipſe Semei & q̃ erãt cũ eo, q̃ cum
velocitate ꝑ tranſierũt Iordanẽ vſq; ad ripam oppoſitam in qua adhuc rex ſtetit, └ ante regem

 tranſierũt

transferunt vada⌋.i.aquas Iordanis, per quas pcesserunt regẽ vt serui, & ⌊vt traducerent domũ D
regis⌋.i.ipsum regẽ & eius domesticos, ⌊& facerent iussionẽ regis.⌋ Aqua autem Iordanis cõ-
muniter magna fuit, propter quod aliqui dicũt, φ traducebãt p naues, Alij, φ per equos, & φ p-
Iosephus lib. 7. an. iu. ca. 11 fati pcedebant regẽ equestres ad perscrutandum vbi aqua erat minus profunda. Porro Iosephus
dicit, φ hi inter quos Semei venit, fecerũt pontẽ Iordanis, quatenus facilius cũ exercitu suo rex
transiret. ⌊Semei aũt filius Gera prostratus corã rege, cũ iam transisset Iordanem, dixit ad eum:
Ne reputes mihi dñe mi iniquitatẽ⌋.i.excessum meũ nõ imputes mihi p iustã vindictã, ⌊neque
2. Reg. 16 memineris iniuriarũ serui tui, ⌊in die qua egressus es dñe mi rex de Hierusalẽ, neq; ponas rex in
corde tuo. Agnosco enĩ seruus tuus pctm̃ meũ⌋.i.ad vlciscendũ nõ recorderis iniuriarũ quas ego
seruus tuus tibi irrogaui, qñ à facie Absalonis fugisti, ⌊& idcirco hodie primus veni de omni do-
2. Regũ 16 mo Ioseph, descendiq; in occursum dñi mei regis. Rñdens aũt Abisai filius Zeruiæ, dixit: Nun-
quid pro his verbis nõ occidet Semei q maledixit Chr̃o dñi?⌋ Tanq̃ dicat, Non pmittit iustitia,
vt propter hæc verba veniã cõsequat, q regi vicario dei, & deo iubẽte vncto in regẽ, tã enormi-
ter forefecit & impie maledixit, ac crimẽ læsæ maiestatis incurrit in eum. ⌊Et ait⌋ rex ⌊Dauid:
Quid mihi & verbis filij Zeruiæ⌋.i.cur intromittitis vos de vltiõe iniuriæ meæ aliter q̃ mihi pla
cet, nã in hac re Ioab cõsensit Abisai. Vel loquit rex ambobus pluraliter, eo modo q̃ solet aliquid
ascribi cõmunitati aut societati, qa cõpetit vni aut quibusdã ex ea, iuxta quẽ modũ Chr̃s in Euã
Matt. 26 gelio dixit discipulis: Quid molesti estis huic mulieri? vt vno modo exponitur. ⌊Cur efficimini
mihi hodie in Satan?⌋.i.in aduersarios, qa si occiderem iuxta vestrã volũtatẽ nũc Semei, alij qui
mihi forefecerũt, suspicarent sibi idẽ futurũ in posterũ, sicq; modo discederent à me præ timore.
⌊Ergo ne hodie interficiet vir in Israel? Et ait rex Semei: Nõ morieris⌋.i.iã & me regnãte non
occideris pro culpis tuis in me cõmissis. ⌊Iurauitq; ei⌋ hoc ipm̃. Veruntamen Dauid in extremis E
agẽs, iussit Salomoni occidere eũ ob causas infra tertio lib. exponẽdas. ⌊An ignoro me hodie fa-
2. Regũ 2 ctũ regẽ sup Israel?⌋.i.iã quasi de nouo factus sum rex p hoc φ illi q me abiecerũt, recipiũt me
in regẽ, idcirco nõ decet φ quenq̃ illorũ modo occidã, sed sicut rex in exordio sui dominij exer-
cet clementiã & subiectos hilariter tractat, ita me facere nunc oportet. ⌊Mephiboseth q̃q; filius
Saul⌋.i.filius filij Saulis, vtpote Ionathæ, ⌊descendit in occursum regis illotis pedibus & intonsa
Pet. Co. hist. libr. 2 barba.⌋ Circa hæc scribit Petrus Comestor, Hebræus habet, infectis pedibus, dicẽs, quod fece-
Regũ c. 18 rat sibi ligneos pedes. Asserit q̃q; Lyra in Hebræo haberi, incõposita barba, qũ filij Israel nõ so-
2. Regũ 10 lebãt tũc tondere barbã, vt supra expositũ est. Attamẽ dici pt, quod aliqui pili barbæ tũc tondebã
tur, sicut & nũc in eis quorũ barba nõ radit. ⌊Vestes q̃q; suas nõ lauerat, à die qua egressus fuerat
rex vsq; in diẽ reuersionis eius in pace⌋.i.lauari nõ fecit vestes suas, volens cõpati regi, nec viue-
2. Regũ 11 re delicate rege charissimo in angustijs cõstituto, similis Vriæ, q vxorẽ accedere & pedes lauare
nolebat, principe suo Ioab & pplo dei in rure iacẽtibus. ⌊Cũq; occurrisset regi, dixit ei rex: Qua-
re nõ venisti mecũ Mephiboseth?⌋ Aliqui dicunt quod quasi indignans vocauit eũ noĩe suo. Vel
2. Reg. 16 forte quasi cõpatiens, & sicut Mephiboseth iã perceperat qualiter accusatus erat regi à seruo suo,
& qualr rex ipm̃ ob hoc spoliauit hæreditarijs bonis, sic forsitan rex pcepit innocentiã huius Me
phiboseth, quã nihilominus ex ore eius volebat audire. ⌊Et rñdens ait⌋ Mephiboseth: ⌊Dñe
mi rex, seruus meus⌋ Siba ⌊cõtempsit me⌋.i.inobediẽs fuit, qa noluit mihi prouidere de animali
quo veherer. ⌊Dixiq; ei: Ego famulus tuus vt sterneret mihi asinũ vt ascendẽs abirẽ cũ rege, clau F
dus enĩ sum seruus tuus. Insup & accusauit me seruũ tuũ apud dñm meũ regẽ. Tu aũt dñe mi rex,
sicut angelus dei es⌋.i.iustus & sapiẽs, ⌊fac q̃d placitũ est tibi⌋ de hæreditate quã mihi abstulisti,
& seruo meo dedisti. ⌊Neq; enĩ fuit domus patris mei⌋.i.posteritas Saul, ⌊nisi morti obnoxia,
dño meo regi⌋.i.ab eo occidi promeruit, habẽdo respectum ad iniurias Saul, quas per se & suos
fautores tibi inflixit. Ionathas tamen & alij nõ consentiẽtes, nõ erant ita morti obnoxij, magisq;
1. Re. 18. 20 tenebat benefacere ipsi Mephiboseth propter virtutes immediati patris sui Ionathæ, & pactum
q̃d pariter inierunt, q̃ lædere eũ propter malitias Saul. Sed Mephiboseth humiliter loquit, profe
rens ea q̃ ad regis excusationẽ videbant aliqualiter ptinere, ⌊tu aũt posuisti me seruũ tuũ inter cõ
uiuas mẽsæ tuæ. Quid ergo hodie habeo iustæ q̃relæ? aut q̃d possum vltra vociferari ad regẽ?⌋
quasi dicat, Tanta beneficia mihi exhibuisti ex vna parte, q̃d ex altera parte cõqueri nequeo, etiã
si auferas data. ⌊Ait ergo ei rex: Quid vltra loqueris?⌋.i.nõ oportet te de hac re amplius loqui.
⌊Fixũ est q̃d loquutus sum⌋.i.sñia cõtra te prolata qua bona tua cõtuli seruo tuo, nõ potest à me
reuocari in toto. Q̃ tñ vtiq; potuit, imo & debuit totaliter reuocari, imò in cõtrariũ potuisset mu-
tari, cognito errore proprio, & fraude atq; malitia Zibæ. ⌊Tu & Ziba diuidite possessiones,⌋
quasi dicat, Ambobus totũ dedi diuersis tpibus, sed qa vterq; totũ habere nõ pt, inter vos diuidat.
Sed ei cui iniuste datũ fuit, debuit auferri, & iusto possessori totũ restitui. Insup Ziba fuit iuste &
acriter puniẽdus propter iniq̃tates suas in deũ ac dñm suũ Mephiboseth, atq; ad pœnã talionis
fuisset astrictus. ⌊Rñditq; Mephiboseth regi: Etiã cũcta accipiat postq̃ reuersus est dñs meus rex
pacifice in domũ suã. Barzillai quoq; Galaadites senex valde descendẽs de Roglim, traduxit re-
gẽ Iordanẽ, paratus etiã vltra fluuiũ prosequi eum. Erat aũt Barzillai Galaadites senex valde⌋.i.
octoge-

A octogenarius, ex quo patet, quod & illis temporibus ætas illa valde magna reputabaẗ. Nam & David tunc dixerat: Dies annoꝝ nostroꝝ in ipsis septuaginta anni. Vnde quidam concludũt, supernaturale fuisse, ꝙ homines ante diluuium vixerunt annis nongentis aut circiter, ⌊& ipse præbuit alimenta regi cum moraret in castris. Fuit quippe vir diues nimis, ⌋& tamen liberalis ac iustus, vt ex scripturis apparet, quia suis diuitijs vtebatur prudenter. ⌊Dixit itaq; rex ad Barzillai: Veni mecũ vt requiescas securus in Hierusalem. Et ait Berzillai ad regem: Quot sunt dies annoꝝ vitæ meæ vt ascendam cũ rege in Hierusalem? Octogenarius sum hodie. Nunquid vigent sensus mei ad discernendũ suaue vel amaꝝ ⌋.i. tantæ sum senectutis, ꝙ gustus meus vigorosus non est ad discernendum inter dulcia & amara, ⌊aut delectare potest seruum tuum cibus & potus ⌋.i. amplius nõ delector in delicatis ac regijs escis ac poculis, ⌊vel audire possum vltra vocem cantorum atq; cantatricum ⌋.i. in melodijs vltra nõ glorior, consumpto vigore sensuum exterioꝝ. ⌊Quare seruus tuus sit oneri dño meo regi? ⌋.i. non decet vt ego qui aliunde satis abundo, grauẽ regis præsentiam, cui deseruire non valeo, cõfectus iam senio. ⌊Paululũ præcedam famulus tuus ab Iordane tecũ. Non indigeo hac vicissitudine, sed obsecro vt reuertar seruus tuus & moriar in ciuitate mea & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & matris meæ. Est aũt seruus tuus Chamaham, ipse vadat tecũ dñe mi rex, & fac illi quicquid bonũ tibi videẗ. Dixit itaq; rex: Mecum transeat Chamaham & ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod petieris à me, impetrabis. Cũq; transisset vniuersus populus & rex Iordanẽ, restitit & osculatus est rex ⌋ipsum ⌊Berzillai, ⌋ valedicendo ei ex amore ꝑcipuo, & pro pacis indicio, ⌊& benedixit ei, & ille reuersus est in locum suum. Transiuit ergo rex in Galgalam ⌋.i. locum famosum sic appellatum, ⌊& Chamaham ⌋filius ⌊Barzillai cũ eo, ⌋quoniã David filium illũ loco patris sui secũ accepit. ⌊Omnis aũt populus Iuda traduxerat regem, & media tm̃ pars affuerat de populo Israel. Itaq; omnes viri Israel, ⌋qui nondũ aduenerant neq; adfuerãt traductioni regis ꝑ Iordanem, ⌊concurrentes ⌋ in Galgala ⌊ad regẽ, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanẽ, oẽsq; viros David cũ eo? ⌋.i. cur te occulte seu non ꝑsentibus ac scientibus nobis deduxerunt? ⌊Et respondit omnis vir Iuda ⌋.i. quidã pro omnibus de tribu Iudæ natis, ⌊ad viros Israel: Quia propior est mihi rex, ⌋cũ sit natus de tribu Iuda. ⌊Cur irasceris sup hac re? Nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera data sunt nobis? ⌋.i. ea quæ fecimus, fecimus ex charitate ad regẽ, non propter bonũ delectabile aut vtile quod contulerit nobis, quia nec pauit nos nec munuscula nobis largitus est. ⌊Et respondit vir Israel ⌋.i. populus vndecim tribuum, ⌊ad viros Iuda, & ait: Decẽ partibus ego maior sum apud regẽ, & primogenitus ego sum ⌋.i. vndecim tribus continenẗ in nobis, & sic decẽ tribubus te excedo, vna quoq; tribus in me cõtenta de primogenito Iacob est nata, videlicet tribus Rubẽ, ⌊magisq; pertinet ad me David q̃ ad te. ⌋ Propter has duas causas, videlicet ob dignitatẽ primogenituræ & abundantiã multitudinis meæ, ꝑ quã valeo ei amplius deseruire, in qua etiã dignitas regis cõsistit, iuxta illud prouerbij: In multitudine populi dignitas regis, in paucitate plebis, ignominia principis. ⌊Cur fecisti mihi iniuriã & non mihi nunciatũ est priori vt reducerem regem meum? Durius aũt responderunt viri Iuda filijs Israel, ⌋quoꝝ verba non sunt descripta. Sed forsan dixerunt se digniores, qa reges ex Iuda nascituros Iacob ꝓdixit, & alia multa priuilegia tribui illi fuerũt collata, & primo sup se in regẽ ipsm David vnxerũt. Credendũ aũt videẗ, quod in hac contentione superba, C pueril atq; inutili David rex libẽter interposuisset se mediũ ad concordandũ, sed præ tumultu nequiuit. Et ecce quãta est inconstantia hoim, quãta mutabilitas euentuum humanoꝝ, qm̃ tribus istæ quæ paulo ante regi concorditer restiterũt, iam inter se cõtenderunt, eo ꝙ vna præ alijs fuit honorata in regis reductione. Hoc quoq; pensandũ ꝙ per Israel hoc loco intelligunẗ vndecim tribus. Tertio ãt & q̃rto libris, ꝑ Israel intelligunẗ decẽ tribus post regni diuisionẽ, qa extunc tribus Beniamin adhæsit tribui Iudæ, propter quod ꝑ tribũ Iuda intelligunẗ ibi duę tribus aut tres, qa & tribus Leui eis adhæsit, vt infra habeẗ. ¶ Spiritaliter ex isto edocemur cap. exemplo sancti David, deplangere eos q in peccato moriunẗ mortali, & improuise seu alio modo in suis occidũt pc̃tis, in qbus incõparabiliter plus dolẽda est mors aĩæ sempiterna q̃ mors corporalis breuissima. Per Ioab vero intelligunẗ hoies carnales, mũdani, q ꝑsentia attendũt potius q̃ futura, & mala pœnalia ponderãt magis q̃ mala culpæ, summũq; malũ existimãt ꝑcipuas aduersitates vitæ ꝑsentis, quas vir vere spiritalis, internus & cõtemplatiuus respectu maloꝝ culpæ ac infernalis miserię pro nihilo arbitraẗ. Insup docet nos historia ista ꝙ vexatio sæpe dat intellectũ, qm̃ ppl'us Israel cum succubuisset in ꝓlio, cõsiderauit bñficiã David, & petijt eũ redire, sic multi in aduersitatibus pensant bñficia Chr̃i, q eos de iugo diaboli, de seruitute peccati, de tormentis liberauit inferni, propter q̃d deꝓcanẗ, vt gratiose reuertaẗ ad eos. Quẽadmodũ etiã David specialr̃ reuocauit ad se tribũ Iuda & Amasam, sic Chr̃s ecclesiasticos viros ac ꝑlatos specialr̃ exhortaẗ ad vitæ emendã, ad grãm pristinã, ad ꝯfidentiã salutarẽ. At vero ꝑ Semei designanẗ, q in aduersis iniurianẗ iustis & superioribus suis, sed eisdẽ in prosperis blandiunẗ, veniãq; ꝑcanẗ. Per Mephiboseth vero accipiunẗ boni fideles q Chr̃o capiti suo cõpati studẽt, & eius amore affligunt seipsos, ac viles cõsolationes

Psal. 89 | Genes. 25 | Pro. 14 | Gene. 49 | 2. Regũ. 2 | 3. Regũ. 12 | Esa. 14 | 2. Regũ. 18

Tribui Iuda adhaeserunt
tribus beniamin et
tribus Leui

tiones despiciũt, dũ spiritalis cõsolatio Chri eis subtrahit, nec exteriori ornatu pompatico se de- D
2. Reg. 19 corãt, qbus tñ maligni multipliciter obloquunt. Ex hoc demũ q̃ Dauid occasione Zibæ pecca-
uit tam grauiter, cõstat q̃ vitãdi ac periculosi sint detractores & adulatores principibus ac plátis.
Porro ex responsione & facto Barzillai reprehendunt antiqui, q nõ obstãte senio suo, adhuc mo
liunt placere magnatibus, & magnorũ se ingerũt curijs, atq; in delicatis cibis & potibus, in canti-
cis & musicis delectari exquirũt, cũ iã pœnitẽtiæ fletibus & meditationi mortis assidue deberẽt
insistere. Veruntamẽ regibus licet talibus melodijs atq; solatijs pro recreatione cũ moderamine
vti, qa diuersis curis atq; oneribus affligunt, pmunt & distendunt. Postremo p contentionẽ illã
stultã ac friuolã inter tribũ Iuda & cæteras tribus, pfigurata est contentio ambitiosorũ in ecclesia
dei, q ex ambitione pro dignitatibus inter se litigant, pro proprijs solicitant honoribus, atq; in-
Roma. 12 uicẽ non honore & humilitate, sed inani suspitione & elatione pueniunt, dũ vnusquisq; seipsum
nitit exaltare, & proximũ suum vilificare. Possunt quoq; p vndecim tribus intelligi seculares, per
tribũ Iuda regi propinquiores, ecclesiastici, inter quos est frequens dissensio.

¶EXPOSITIO CAP. XX. Accidit quoq; vt ibi esset vir Belial. Arti. XXX.

FRequenter contingit vt post bella cõtra extraneos & expugnationem
illorũ sequunt periculosiora pſlia intestina, sicut in libro de ciuitate dei
August. ostendit August. de Romanis. Sic in ista historia partim iã patuit, atq;
in isto cap. adhuc aliqualiter tangit de Iudæis. ⌊Accidit quoq; vt ibi⌋,
videlicet in cõtentione descripta in fine pcedentis cap. ⌊esset vir Be- E
2. Reg. 20 lial⌋. i. sine timore, iugoq; disciplinæ, ⌊noie Siba, vel vt aliqui dicũt,
Sæba, itaq; p punctũ segol. i. æ diphthongon scribit in Hebræo, ⌊fi
lius Bochri, vir Iemineus⌋. i. de semine Iemini, de quo dictũ est sæpe,
eratq; de semine Beniamin, & ita hic Sœba videt fuisse de cõsanguini
tate Saulis, vnde & pronus fuit ad rebellionẽ cõtra Dauid, dolẽs ac in
uidens de trãslatione regiæ dignitatis à tribu Beniamin, posteritateq; Saul, ad tribum Iuda, & ad
ipm Dauid, ⌊& cecinit buccina⌋ vt ei audientia pberet, cũctis mirantibus de improuiso clangore
⌊& ait: Nõ est nobis pars in Dauid⌋. i. nõ indigemus cõmunionẽ & participationẽ habere cum
ipso sicut cũ rege, & prout ipse inhonorauit nos, ita & ipm despiciamus, ⌊neq; hæreditas in filio
Isai⌋. i. opus nobis nõ est vt iugiter huic Dauid & eius posteritati adhæreamus, quasi eo relicto
nõ valeamus puideri de rege, nec ipse hæreditario iure rex ẽ, cũ sit filius Isai, q simplex fuit ciuis,
nõ rex aut filius regis. ⌊Reuertere in tabernacula tua Israel⌋ vnusquisq; nostrũ de quacũq; vnde-
cim tribuũ natus, ad ppria reuertat, vt inter nos puideamus nobis de rege. ⌊Et separatus est oĩs
Israel à Dauid, sequutusq; est Sœba filiũ Bochri⌋. i. vndeci tribus cũ Sœba recesserũt à rege, ⌊vi
ri aũt Iehuda adhæserũt regi à Iordane vsq; Ierusc halaim. Cũq; venisset rex in domũ suã in Hie-
rusalẽ, tulit decẽ mulieres cõcubinas⌋. i. secũdarias coniuges suas, cognito q̃ filius suus Absalom
cognouisset eas, ⌊quas dereliquerat ad custodiendã domũ, & tradidit eas in custodiã⌋. i. reclusit
& à virorũ retraxit consortijs, non tamen quasi reas in captiuitatem aut carcerẽ trusit, quãuis for
san culpam inciderunt in cõcubitu illo incæstuoso, nõ satis dissentiendo, aut renitendo quantũ in
ipsis fuit, ⌊alimenta eis pbens. Et nõ est ingressus ad eas, sed erant clausæ vsq; in diẽ mortis suæ⌋ F
Reclusit aũt eas Dauid, qa nec ipse voluit amplius eas cognoscere, cum essent à filio suo fœdatæ,
nec ab alio voluit eas cognosci, qm̃ erant suæ vxores, & erant ⌊in viduitate viuentes⌋. i. instar
viduarũ, atq; in continentia viduali, sicq; in viduitate viuebant, non q̃ maritus earũ obierit, sed
quantum ad thori separationem. ⌊Dixit aũt rex Amasæ: Conuoca mihi omnes viros Iuda in
diem tertium, & tu adesto præsens⌋. i. cum eis redi ad me, vt in eorum præsentia constituam te
principem militiæ, vt aliqui dicunt. ⌊Abijt ergo Amasa, vt conuocaret Iudam. Et moratus est
extra placitũ quod eis statuerat rex⌋. i. infra tres dies non redijt, qa fortassis infra spatiũ illud nõ
potuit negotiũ adimplere, vel aliud impedimentũ ei occurrit. ⌊Ait autem Dauid ad Abisai: Nũ
magis afflicturus est nos Sœba filius Bochri, q̃ Absalom⌋. i. non decet vt permittamus nos in-
festari ab eo durius q̃ nos Absalom infestauit, quod tñ fieret, si permitteremus eũ diu impunitũ,
ita q̃ vel ipse vel alius constitueretur rex vndecim tribuum. ⌊Tolle ergo seruos domini tui⌋. id
est pugnatores ac milites qui erant vel adhuc sunt sub Ioab principe militum, qui tamen secun-
Pet. Co. histo. lib. 2 reg. ca 19 dum magistrum in historijs, iam fuit à principatu illo amotus, vel secundum alios, amoueudus.
Propter quod Dauid non commisit ei istud negotium. Attamen quidam dicunt, quod Ioab iã
fuit absens ad congregandos viros qui adhæserant Dauid regi in persequutione Saulis. Quod nõ
Iose. lib. 7 an. ca. 11 videtur, quia secundum Iosephum, Ioab fuit præsens, nec propter illos iam paucos congregan-
dos oportuerat ipsum Ioab exire. Imo secundum Iosephum, illi viri, qui erant sexcenti, exierunt
cum Dauid fugiente, & redierunt cum eo. Denique, ex statim sequentibus innotescit, quod Ioab
fuit in via cum Abisai, nec vlla fit mentio, quod in via venit ad eum cum congregatis ab ipso,

⌊&

A & persequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoq; & Pheleti, & omnes robusti exierunt de Hierusalem, ad persequendũ Sæba filium Bochri. Cumq; illi essent iuxta lapidem grãdem q̃ est in Gabaon, Amasa veniens, occurrit eis. Porro Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensurã habitus sui, & desuper gladio accinctus dependente vsq; ad ilia in vagina, q̃ fabricatus leui motu egredi poterat & percutere. Ilium seu ile dicit intestinum paruum, rotundum, renibus animalis adhærens. Ex his satis apparet, q̃ Ioab exiuit cum Abisai volens placere regi, quem offendit, Absalonem contra regis imperiũ occidendo. Dixit itaq; Ioab ad Amasam: Salue mi frater. Consuetudo eñ nobiliũ est, vt consanguinei seinuicem vocent frẽs ac sorores. Et tam amoroso eum noĩe appellauit, vt ille minus sibi p̃caueret de dolo, & tenuit manu dextera mentũ Amasæ quasi osculãs eũ. Porro Amasa non obseruauit gladiũ quem habebat Ioab. i. à vulneratione gladij non p̃cauit, & forsan nec gladiũ attendebat, nec mali q̃d suspicabat̃ de consobrino, pace iam facta p̃ regem, & culpa sua sibi dimissa: Qui p̃cussit eũ in latere, & effudit intestina eius in terrã, & mortuus est. Vnde patent crudelitas, falsitas, calliditas, simulatio impij Ioab, q̃ strenuissimũ iuuenem, p̃priũ consobrinũ, quem aperte inuadere nõ audebat tã proditorie atq; sæuissime vno ictu occidit, q̃a nec secũdum vulnus apposuit. Percussit aũt eũ manu sinistra & sub specie amicitię, ac osculi blãdimento, apparatuq; faciei serena tantã texit mentis suæ sæuitiã atq; inuidiã, ac tñ commisit flagitiũ. ¶ Porro vt in scholastica fert̃ historia: Ioab arte quadã simulãs quasi gladius cecidisset & reciperet eũ, improuise & subito latus Amasæ p̃forauit, & gladium extrahendo vulnus sic auxit, q̃ intestina elapsa sunt. Hinc refert Lyra Pet. Co. histo. libr. 2 Re. cap. 20

B q̃ in Hebræo habet̃, exijt. s. ensis & cecidit, q̃a vc; Ioab ex proposito ita disposuit, vt caderet gladius de vagina in terrã, quatenus Amasa æstimaret quod Ioab leuaret gladium ad reponendum in vaginã, non ad vulnerãdum. Verum vt dictum est præcedenti articulo Ioab occidit Amasam, eadem causa qua occiderat Abner, ne. s. principatũ obtineret militiæ. Special'r quoq; indignabat̃, ac inuidebat nepoti, quod ille qui pauloante fuerat contra Dauid, quãdo ipse Ioab non sine periculo astitit ei, iam promoueret̃ à rege, & loco sui esset secundus post regem, seu militũ princeps, & quãtum ad hoc, videbat̃ factũ Ioab aliquãtulũ habere colorem, nisi tã proditorie hoc fecisset. 2. Regũ 3 2. Regũ 17

Ioab aũt & Abisai frater eius p̃secuti sunt Sebę filiũ Bochri. Interea q̃dam viri cum stetissent iuxta cadauer Amasæ de socijs hoc est, militibus & amicis ipsius Ioab, dixerũt: Ecce q̃ esse volebat comes Dauid. i. princeps militiæ regis p̃p Ioab. Quasi dicãt: Iam apparet, q̃ insipienter egit, opponendo se Ioab, atq; ad principatũ militiæ aspirãdo, & vbi iam excellentia eius. Veruntamẽ isti loquebant̃ ex affectione sua pro Ioab. Non eñ legit̃ Amasa aspirasse ad illud officiũ, & infra habet̃, q̃ Salomon asserit Amasam iustũ fuisse. Non aũt est mirum, aut nouum, q̃ vir bonus ad præsidẽtiã bene dispositus ab hoĩe ambitioso seu impio occidat̃. Et forsan deus permisit Amasam sic occidi, q̃a excessit adhærendo Absaloni contra Dauid. Amasa aũt cõspersus sanguine hoc est, corpus eius proprio p̃fusum cruore, iacebat in via. Vidit hoc quidã vir, q̃ subsisteret oĩs populus ad videndũ eũ, sicut adhuc moris est, q̃ ad inspiciendũ noua, rara, insolita, mira, & improuisa, confluunt homines, & amouit Amasam de via in agrum clamãs, quod iuste occisus 3. Regũ 2. Regũ 17

C esset, q̃a dolose fecisset morã redeundi ad regem vltra tempus præfixum. Quod dixit, ne astãtes mouerent̃ aduersus Ioab, & eũ seq̃ rennuerent, opperuitq; eũ vestimento, ne subsisterent trãseuntes propter eum. Amoto ergo illo de via trãsibat oĩs vir sequens Ioab ad persequendũ Sęba filium Bochri. Porro ille videlicet Sæba transierat per omnes tribus Israel vsq; in Abelah, & in Beth Maacha hoc est, per vndecim tribus. Non eñ per tribũ Iudæ trãsierat, sed per vndecim tribus, quas hortabat̃, ne redirent ad obedientiã Dauid, sed se potius constituerent regẽ, omnesq; viri electi. i. præcipui elegãtesq; viri de vndecim tribubus congregati fuerãt ad eũ, hoc est, ad Sæbã, volentes eũ promouere. Aliqui tñ exponunt, ad eũ. i. ad Ioab. Sed hoc non videt̃ textui cõsonare, q̃uis etiã multi electi fuerint secũ. Et quod ait omnes, exponendũ est, quidã de omnibus. Venerũt itaq; & oppugnabãt eum in Abelah & in Beth Maacha, & circundederũt munitiõibus ciuitatem, & obsessa est vrbs. Omnis aũt turba quæ erat cum Ioab, moliebant̃ destruere muros. Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate Abelah, in qua Ioab cũ exercitu obsedit Sæbã. Audite, audite, dicite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecum. Qui cũ accessisset ad eã, ait: Tu es Ioab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: Audio. Rursumq; illa: Sermo inq̃t dicebat̃ in veteri prouerbio. i. ex antiquis t̃pibus vulgariter & quasi p̃ modũ prouerbij dici consueuit. Qui interrogãt hoc est, aliquid scire, addiscere, seu quærere volunt interrogent in Abelah id est, in vrbe illa inueniet abundantiam sapientium hominum ad respondendum idoneorum. Vt autem Petrus Comestor affirmat, in Hebręo non habetur, prouerbio, sed sic: Sermo dicebatur, in veteri videlicet lege, hoc est, olim in lege Mosi iussum est vt filij Isr'l prius offerant pacẽ vrbibus impugnãdis, prout in Deuteronomio legitur. Sed & alij quidã fatentur, quòd vetus prouerbium accipitur hic pro lege. Nihilominus aduertendum, quòd illud præceptum de pace offerenda, non erat intelligendum de vrbibus Chananæorum, quas filijs Israel deus promisit ac dedit in primo eorum ingressu in terram promissionis. Pet. Co. hist. libr. 2 Re. cap. 19 Deut. 20

Ibidem. Vnde cũ in Deut. dñs præcepisset: Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem offeres ei pri D
alias proficiebant. mũ pacem, paulopost subdidit. De his aũt ciuitatibus quæ dabunt tibi, nullũ oino pmittes viuere.
⌊& sic † proficiebãt⌋ hoc est, iuxta ea quæ in Abela didicerũt esse agenda, agebãt. ⌊Nonne ego
sum quæ respondeo veritatem in Israel?⌋ i. credere debes mihi, qm ex speciali gfa & sapia mihi
collata, possum & soleo respondere, q̃ verũ & iustũ est filijs Israel. Circa hoc refert Lyra. Dicunt
Gene. 46 Hebræi, q̃ mulier ista fuit Sara filia Aser quæ cũ Iacob intrauit Aegyptũ, & q̃ habuit spm̃ pro-
phetiæ, annuntiãs Iacob pr̃iarchæ ipsum Ioseph non esse defunctũ, quãdo Iacob putauit q̃ mor-
tuus esset. Sed Lyra satis hoc reprobat, qa scd̃m fabulã istã fuisset hæc mulier, qñ hęc dixit circiter
septingentorũ annorũ. ⌊Et tu quæris subuertere ciuitatem & euertere matrem in Israel?⌋ Quasi
dicat: Contra legem agis, in hoc q̃d oppidũ istud quæris destruere anteq̃ ei pacem offers, p̃sertim
cum ciuitas ista ob sapiam habitãtium in ea, sit mater Israelitarũ, quos instruit. Aliq textus habent
matrem ciuitatum, & sensus redit in idem, sumendo continens pro contento. Tamen in Hebræo
nõ habet ciuitatum. ⌊Quare præcipitas hæreditatẽ dñi?⌋ hoc est, cur conaris deijcere vrbem hãc
quæ est pars terræ promissionis, quã deus pro hæreditate promisit ac contulit filijs Israel. ⌊Respõ
densq; Ioab, ait: Absit, absit hoc à me, non præcipito neq; demolior⌋ i. nõ intendo directe hoc
facere, dũmodo ipm̃ Sæbã seditiosum dederitis manibus nostris. ⌊Non sic se habet res, sed homo
de monte Ephraim, Sæba filius Bochri cognoẽ, leuauit manũ suã contra regem Dauid. Traditæ il
lum solũ & recedemus à ciuitate⌋ ¶Quocirca est quęstio, qualiter dicat esse de monte Ephraim,
cũ sit dictũ, q̃ fuit de Beniamin tribu. Respondet, q̃ habitauit in monte Ephraim. ⌊Et ait mulier
ad Ioab: Ecce caput eius mittet ad te per murũ⌋ Vnde elicit, q̃ mulier ista cognouit, vl' ex reuela
tiõe diuina, vl' ex coniectura humana, q̃ ciues acqescerent suo consilio. ⌊Ingressa est ergo ad oẽm
ppl'm⌋ q erat in Abela, potissime ad maiores ⌊& locuta ẽ eis sapienter⌋ i. rõnabiliter ipsis psuasit
q̃ non possent resistere regi Dauid, qa electus esset à deo, & p̃ualuisset in prælijs vndiq;, & quòd E
omnes q opposuerũt se ei perijssent seu victi essent. ⌊Qui abscisum caput Sæbæ filij Bochri proie
cerũt ad Ioab⌋ per murũ. Maluerũt enĩ illũ solũ decapitari, q̃ periculis secum inuolui. ⌊Et ille,⌋
vz Ioab, ⌊cecinit buccina,⌋ in signum victoriæ, ⌊& recesserunt ab vrbe, vnusquisq; in taber-
nacula sua. Ioab aũt reuersus est in Hier'm ad regem. Fuit ergo Ioab sup oẽm exercitũ Isrl'.⌋ Qui
aũt dicũt eũ fuisse ab officio illo pauloante depositũ, asserũt eũ iam restitutũ. Et q̃uis non legit hic
increpatus à rege de occisione proditoria Amasæ. Probabile tamen est, q̃ rex dure increpauerit
2. Reg. 8 eum, q̃uis in officio suo reliquerit eũ ad vitã dum disturbiũ. ⌊Banaias aũt filius Ioiadæ⌋ erat ⌊sup
Cerethæos & Phelethæos⌋ Hoc supra fuit expositũ. ⌊Aduram vero⌋ erat ⌊sup tributa⌋ leuã-
Ibidẽ da ab his q regi sub tributo seruiebãt. ⌊Porro Iosaphat filius Ahilud⌋ erat ⌊à cõmentarijs⌋ hoc
alias Seua. quoq; superius expositũ est. ⌊† Siba aũt scriba⌋ supra scriptũ est, & Saraias scriba. Vnde vir iste
videt fuisse binomius, nec erat Siba seruus Mephiboseth, ⌊Zadoc aũt & Abiathar sacerdotes. Irã
aũt Iairites⌋ hoc est, de vrbe sua ita cognominatus, ⌊fuit sacerdos Dauid⌋ i. specialis & proprius
eius sacerdos in sacrificijs offerendis, & quasi capellanus ipsius. Velut qdam exponunt, fuit sacer-
Exo. 4. 18 dos Dauid. i. magnus apud eũ, quemadmodũ Iethro dr̃ sacerdos Madian fuisse, atq; vt fert scd̃m
Hiero. Hieronymũ fuit magister ipsius regis, ad cuius consiliũ corripiebat. ¶Iuxta mysticũ intellectũ,
per Sæbã virum Belial intelligunt turbatores cõitatis, rebelles, & seditiosi q facili occasione suis se
opponũt superioribus, atq; ad schisma, resistẽtiã ac inobediẽtiã cõcitãt alios, canũtq; buccina, su-
pbe aut facũde seu clamorose loqndo Ad extrusionẽ q̃q; supioris sui aspirãt & seipsos ad p̃sidentiã F
nitunt ingerere. Viri aũt Iuda adhæserũt regi suo ab Iordane vsq; Hier'm. Sic veri fideles corde,
ore, & opere dño confitentes confessione proprię culpæ ac laudis diuinæ, adhærent Christo non
in prosperis tantum, sed etiam in aduersis à tempore sui baptismi, quousq; ad supernam Hierusa-
lem perducantur. Et si aliquando cadant peccando, surgunt veraciter pœnitendo. Cumq; venis-
set rex in domum suam in Hierusalem, tulit mulieres decem concubinas suas. Per concubinas Da
2. Regũ. 16 uid ab Absalone pollutas, intelligunt aniæ impfectę à quocũq; hęresiarcha deceptę, q hęresiarcha
vocat se filiũ Chri. i. vere fidelem, & in baptismo in Chro renatus est. Christus vero tales animas
quandoq; illuminat, gratiose redeundo ad eas, atq; ad ecclesiasticam vnitatem has reducendo, à q
bus quasi discessit, cõsolationẽ seu gr̃am suspẽdẽdo aut subtrahẽdo, dũ eas tentari & falli permisit.
Quas cum ad verã reduxerit fidem, tradit custodiæ, præseruando ac separãdo eas ab omni hæ-
reticorũ communione ac pristina deceptione, nec ad eas ingredit, dũ solita cõsolatiõe priuat eas-
dem, vt magis humiliẽt se. Dixit aũt rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertiũ
& tu adesto p̃sens. Sic saluator iubet prælatos, vt subditos suos reducãt ad ipsum in fide superbene
dictissimæ trinitatis, & personaliter assint membris ac ouibus Christi sibi commissis, ne insuffici-
entibus eas committant vicarijs. Dixit Ioab ad Amasam. Salue mi frater. Per Ioab hoc loco intel
ligũtur homines, fraudulenti, venenati, ambitiosi, simulatores, crudeles, inuidiosi, ac pessimi, qui
proximorũ tenent mentũ dextera manu, dulciterq; salutãt, sinistra vero occidũt, & intestina eorũ
effundunt, dum ipsis adulant, laudesq; exhibẽt, ac foris applaudũt, sed occulte obloquunt, nocent
Hierem. 9 affligunt, seu supplantare conantur, de quibus loquitur Hieremias: Sagitta vulnerans est lingua
eorum,

A eorum, pacem cum amico suo loquit, & occulte ponit ei insidias. Vnde & in Prouerbijs asseritur: Homo q blandis fictisq; sermonibus loqtur amico suo, rete expādit pedibus suis. Impijssima aūt ambitio ita excęcat, puertit, obdurat cor hois, vt in oīa scelera paulatim labat, nec ꝓpinquis parcat, neq; amicis, & qd manifeste facere erubescit aut nequit, occulte ꝑpetrare conet, iustos quoq; & meliores se, nitat à prælatione deijcere & omni timore dei neglecto seipsum studeat inthronizare, sed & fautores sibi studet acquirere, ꝑ quos palliat sua mala, & bonos accuset. Ioab aūt & Abisai ꝑsecuti sunt Sębam. Sic non solum iusti, sed & impij qdam prĕlati & officiati, ꝑ excōicationes, interdicta, suspensiones, pecuniarumq; extorsiones, ac alios modos puniunt quosdam reos. Exclamauit mulier sapiens de ciuitate. Per mulierem hanc sapientem & eloquentem, designat sacra prædicatoꝶ religio & sapiētia sacerdotum, quæ in ecclesia clamat, atq; ad inquisita respondet, & increpat eos, qui sacra loca demoliuntur. Caput etiam Sebæ amputari procurat, & proijcit ipsi Ioab, quoniam seditiosoꝶ rebelliumq; superbiam ostendit esse mox perituram & condemnandam. Fuit ergo Ioab super exercitum. Nam & Christus interdum ambitiosos ac impios ꝑmittit ad tempus regnare, qui propter peccata populi, facit regnare hypocritam. Job.34

¶ELVCIDATIO CAPITVLI VICESIMI PRIMI.

Facta est quoq; fames in diebus Dauid. Art. XXXI.



Ræsens describit caplm, qualiter incomprehensibilis deus, cuius iudiciā sunt velut abyssus multa, declarauit suā iustitiā in vltiōe iusta, ꝑpter iniuriam Gabaonitis illatā. ⌊Facta est quoq; fames in diebus⌋ regni ⌊Dauid⌋ hoc est, in regno suo, fames (inquā) sterilitatem terræ sequens ⌊tribus annis iugiter. Et consuluit Dauid oraculum dñi⌋.i. responsum à deo petitum ꝑ sacerdotem pontificem, vt sæpius dictū est, aut ꝑ Prophetas. Dicuntq; aliqui, ꝙ primo anno illius famis non consuluit dñm, qa putauit sterilitatem illā ex naturali contingere causa, nec anno secundo, qa putauit eam venire propter idolum Michæ, quod erat adhuc in tribu Dan, propter quod idolum illud destruxit, sed sterilitate non cessante, consuluit dñm. Sed istud de idoli Michæ destructione facta per Dauid, non videt consonare ei, quod scriptū est in Iudicū libro: Posuerūtq; sibi sculptile, & Ionathan filiū Gersan, filij Mosi, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsq; ad diem captiuitatis suæ. Mansitq; apud eos idolū Michæ, omni tpe quo fuit domus dei in Sylo. Et q̄uis verba hæc dupłr exponant, prout super Iudicū scripsi, tamen scdm nullā expositionū illaꝶ, conueniunt præfatæ assertioni. ⌊Dixitq; dñs,⌋ rñdendo regi deuoto ꝑ sacerdotem, seu alio modo ꝑacto. ⌊Propter Saul & domū eius sanguinum, qa occidit Gabaonitas⌋.i. propter scelera ipsius Saul & sobolis suæ, atq; fautoꝶ & cooperatoꝶ ipsius, qa Gabaonitas interfecerūt iniuste, idcirco domus sanguinū appellant. Vel qa multoꝶ sanguinem fuderūt iniuste, vel qa sanguinis proprij effusionem promeruerūt. Vel sanguinum, id est, vitiorum. ¶Præterea querit, cur pro peccato Saul & suoꝶ tam diu præterito, puniti sint Dauid, ac ppłus eius fame tam longa, seu terræ sterilitate. Respondet, ꝙ Dauid negligens fuit, non faciendo iustitiā Gabaonitis pro eoꝶ iniuria, & multi eoꝶ q participes erāt peccati Saul, ac ei fuerūt cooperati, vixerūt adhuc. Communitas quoq; frequenter punit propter pctm̄ cōmissum ab aliqua parte seu ꝑsona ipsius, inquātū oēs de vna cōitate sunt quodāmodo vnū, queādmodū in lib. Iosue fert de Achā & filijs Isrł. Nec tñ deus in tali casu derogat his q in ipsa cōitate sunt innocētes de huiuscemodi vitio qd punit, qm̄ pius ac sapiēs deus pœnā quā sustinent, ordinat eis ad maius bonū, vcȝ ad purgationē aliaꝶ quas habēt culpaꝶ seu grē incremētū. ⌊Vocatis ergo Gabaonitis rex dixit ad eos.⌋ Cur aūt nō licuit Saul & suis occidere Gabaonitas subiūgit. ⌊Porro Gabaonitæ⌋ habitātes in vrbe noie Gabaon & alijs oppidis ei annexis. s. Caphira & Beerot & Cariathiarim, ꝑut Iosue describit, ⌊nō erāt de filijs Isrł⌋.i. de stirpe Iacob, aut tribub⁹ eius, ⌊sed reliquiæ⌋.i. posteri quidā ⌊Amorrhæoꝶ⌋ q cōfugerūt ad Iosue. ⌊Filij quippe Israel iurauerāt eis⌋ vcȝ Iosue & principes tribuū, quod non occiderent, nec ipsi, nec eoꝶ posteri à filijs Israel. Nā fœdus pacis inierūt cum eis, vt Iosue narrat, idcirco & Saul ac suo tpe existentes Iudæi tenebant fœdus illud implere. ⌊Et voluit Saul ꝑcutere eos zelo, quasi pro filijs Israel & Iuda⌋ hoc est, interficere voluit Gabaonitas, & quosdam eorum percussit, fingens & simulans se hoc facere zelo legis, in qua Moses iussit Amorrhæos oīno exterminari ad vtilitatem vndecim tribuū, ac cōmodū tribus Iudæ, dicens, qd Gabaonitæ terrā filijs Israel promissam occuparent iniuste, & expedire ꝙ vrbes ac terræ Gabaonitaꝶ filijs Israel redderent. Veruntamen zelus Saulis fuit indiscretus, & magis credit motus auaritia quàm iustitia, quoniam vrbes & possessiones Gabaonitarum erant in Beniamin tribu, ideo eas optauit, atq; vt fertur, percussit Gabaonitas ex odio sacerdotum quos ante occiderat, quoniam Gabaonitę sacerdotibus seruiebant, ligna & aquas comportando ad domū dei, prout Iosue scribitur eis iniunctum. ¶Porro, quod in multis libris subiungitur, ne perimerent eos, in Hebræo non habetur, ideo non est de textu, sed ab aliquo expositore fuit adiunctum, eo quòd subintelligatur.

Margin references: Pro.29; Psal.35; Iudic.18; Iosue.7; Iosue.9; Iosue.9; Ibidem; Deut.20; Iosue 9.

⌊Dixit er

⌊Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid faciam vobis, & quod erit vr̃i piaculum⌋ .i. placatio,
ac satisfactio pro iniuria vobis illata. Piaculum quoq; sumit pro peccato, aliquando pro satisfactio D
ne peccati, & ita hic capit, ⌊vt benedicatis hæreditati dñi⌋ hoc est, bona imprecemini filijs Israel
orando pro ipsis ex corde, & pro terræ fœcũditate, sicq; vobis reconciliatis deus populo suo pe-
culiari ac terræ benedicat. ⌊Dixeruntq; ei Gabaonitæ. Non est nobis super auro & argento quæ-
stio⌋ id est, pecuniam non quærimus, ⌊sed contra Saul & contra domũ, neq; volumus vt interfi
ciat homo de Israel. Ad quos rex ait: Quid ergo vultis vt faciam vobis? Qui dixerunt regi. Virũ
al's inique, qui attriuit nos & oppressit, iniuste,⌋ vc; ipsum Saul seu posteros eius, & ipsum in sua posteri-
tate ac sobole, ⌊ita delere debemus, vt nec vnus qdem residuus sit de stirpe eius, in cunctis finibus
Israel⌋ His auditis, Dauid eis psuasit quod id facere non posset propter fœdus quod iniit cũ Io-
1 Re 18. 20 natha, vt dictum est sæpe, imo & cum Saul, vt patuit primo libro, vbi legit, Saul dixisse ad Dauid:
1. Regũ 24 Iura mihi in dño, ne deleas semen meum post me, neq; auferas nomen meũ de domo patris mei.
Et iurauit Dauid Sauli. Dixit etiam Dauid Gabaonitis, quòd vindictam quærerent nimis magnã
ideo temperauerunt postulationem suam, dicentes: ⌊Dentur nobis septem viri de filijs eius⌋ .i.
de semine eius, & propinquiores eidem, ⌊vt crucifigamus eos dño⌋ .i. ad dei honorem, & ad diui
næ æquitatis ostensionẽ, qa non solũ peccauit in nos, sed item in deũ ⌊in Gabaa⌋ vrbe ⌊Saul⌋
1. Reg. 9. 10 in qua habitauit ⌊quondã electi dñi⌋ qa electus fuit ex toto pp̃lo vt vngeret à Samuele in regem
& ad regnandũ temporalr̃ sup pp̃l'm dei. ⌊Et ait rex: Ego dabo⌋ qa deo sic placet, & qa bonũ rei
publicæ id requirit. Qualiter aũt filij propter peccata parentũ, quoq; temporalr̃ ac corporalr̃ iuste
Ezech. 18 puniant, qa quantũ ad corpus sunt aliqd suorũ parẽtũ, & propter alias causas dictũ ẽ sæpe. Filij aũt E
nõ portãt iniqtatem parentũ, quantũ ad aĩam. ita q; bonis grãæ non priuant propter parentũ ex-
cessus, qm̃ aĩam immediate habent à deo. ¶ Præterea, mirũ videt, q; deus filios Israel & poste-
1. Regũ. 22 ros Saul ita puniuit, propter iniuriã à Saule Gabaonitis illatã, & non etiã propter interfectionem
sacerdotũ, quos sceleratissime interfecit. Ad qđ aliqui dicũt, qđ filij & cognati sacerdotũ illorũ, in-
dulserũt tantã iniuriã. Multa quoq; sunt facta, quę non sunt descripta. Sed & interfectio sacerdo-
tum, & percussio ciuitatis eorũ, fuit vna causa non minima, ob quã interfectus & regno priuatus ẽ
Saul. Est quoq; probabile, qđ pp̃lus Israel magis consensit Sauli in psecutione Gabaonitarũ, quàm
sacerdotũ ⌊Pepercitq; rex Mephiboseth filio Ionathæ filij Saul, ppter iusiurãdũ dñi, q; fuit inter
2. Reg. 3 Dauid & Ionathan filiũ Saul. Tulit itaq; rex⌋ Dauid ⌊duos filios Rezpha filię Aia quos peperit⌋
ipsi ⌊Saul⌋ Ista est Rezpha concubina Saul, ad quã ingressus est Abner, vt supra legit ⌊Armoni
& Mephiboseth⌋ ita vocati sunt. Et est iste Mephiboseth alter à filio Ionathæ. ¶ Porro, secun
Pet. Co- dũ magistrũ in historijs, hi duo adhuc pueri cũ Doec occiderũt sacerdotes Nobæ, & postea Gabao
mest. libro 2 nitas, idcirco specialr̃ nominant, qui specialr̃ erant culpabiles. Omnes autem legitimi filij Saul iã
Re. cap. 20 mortui erãt, ⌊& quinq; filios Michol filiæ Saul qs genuerat Hadrieli filio Berzilai fuit de Mehola
1. Reg 18 thi, & dedit eos in manu Gabaonitarũ⌋ Qui tanq̃ alieni à sanguine Israelitarũ, fuerunt satis feruen
tes ad suarũ vltionem iniuriarũ. ¶ Deniq; in primo libro continet, quòd Merob filia Saul maior da
1. Regũ. 17 ra est Hadrieli vxor, & in eodem libro fert, quòd Michol vxorẽ Dauid dedit Saul Phalti filio Lais
Quomodo ergo Michol dicit hos quinq; filios peperisse Hadrieli? Et respõdendũ, quòd erãt na
turales atq; legitimi filij Merob præfatæ ex Hadriele, sed filij adoptiui istius Michol. ⌊Qui cruci
fixerũt eos in monte coram dño⌋ .i. ad beneplacitũ dei. Pauloante dixerũt Gabaonitæ, crucifiga
mus eos in Gabaa. quod fuit in maiorẽ Saulis confusionem, quod in vrbe sua seu prope eam in lo- F
co tam eminenti, posteri sui sunt lignis appensi ⌊Et ceciderũt hi septẽ siĺ occisi in diebus messis pri
mæ incipiente messione hordei. Tollens aũt Rezpha filia Aia ciliciũ, substrauit⌋ .i. substratoriũ, &
quasi lectũ sibi fecit ⌊ibi supra petrã⌋ .i. locũ petrosum, ⌊ab initio messis⌋ quæ in terra illa incipit
cito ppter calorẽ, ⌊donec stillaret sup eos aqua de cœlo⌋ .i. circiter vsq; Calen. Septem. qa tunc
iuxtà terræ illi9 naturã prio descẽdere solet pluuia p9 messem. Alij sic exponũt, & forsitã melius di
cẽtes, quòd iuxta cõe legis pceptũ, suspẽsi in patibulis debebãt primo die deponi ac sepeliri, put in
Deut 21 Deut. habet, sed hoc in istis seruatũ nõ est, qm̃ Dauid ex diuina reuelatiõe cognouit, vt manerẽt in
ligno, qusq; imber descẽderet, in signũ, qđ dñs ppitiatus esset terræ ac pp̃lo. Nã fames orta fuit ex
sterilitate, sterilitas ex siccitate, cuius ablatio fuit irrigatio terrę ex pluuia. Alij dicũt, qđ manserũt tã
diu in ligno, qtenus gẽtiles audiẽtes eos eẽ occisos, ppter iniuriã irrogatã Gabaonitis ex gẽtilitate
ad iudaismũ cõuersis, allicerent ad ritũ fidẽq; Iudæorũ. ⌊& nõ dimisit aues lacerare eos p diẽ, neq;
bestias p noctẽ⌋ qa erãt de semine regio, & filij sui aut affines. Habuit qq; aliqs secũ custodientes
corpa illa, alioqn timuisset sola de nocte, nec tp̃s dormiẽdi habuisset aliqñ. ⌊Et nũtiata sunt Dauid
q̃ fecerat Rezpha filia Aia cõcubina Saul⌋ vc; tãta eius fidelitas, reuerẽtia, & dilectio etiã circa de-
functos, qđ placuie regi. Vnde & ipse aĩatus exẽplo Rezphę fecit, qđ subdit: ⌊Et abijt Dauid⌋ cũ
comitiua honesta, ⌊& tulit⌋ p suos ministros ⌊ossa Saul & ossa Ionathæ filij eius à viris Iabes Ga
laad⌋ qui morabantur in terra Galaad, in oppido nomine Iabes. ⌊Qui furati fuerant ea de pla-
tea Bethsam, in qua suspenderant eos Philisthĳm, cũ interfecissent Saul in monte Gelboe⌋ hoc ẽ,
qui in nemore iuxta oppidũ suũ sito sepelierãt corpa Saul ac Ionathæ, vt habet in fine primi libri.

A ⌊Et asportauit inde ossa Saul & Ionathæ filij eius, & colligentes⌋ cum reuerentia ⌊ossa eorũ, q
affixi fuerant, sepelierũt ea cũ ossibus Saul & Ionathæ. Filij eius in terra Beniamin, in latere in se- 1. Regũ.31
pulchro Cis pfis eius⌋ hoc est, ad latus illius sepulchri, quod & fecerũt solennius. ⌊Feceruntq̃ oĩa
quæ pceperat rex. Et repropitiatus est deus terræ⌋ fœcũditatem condonans. ¶ Consequenter
tangunt in lra quatuor bella Dauid aduersus Philistæos. ⌊Factũ est aũt rursus plium Philistinorũ
aduersus Israel. Et descendit Dauid & serui eius cũ eo & pugnauit contra Philistijm. Deficiente
autem Dauid⌋ Forsitan ex labore & eo lassato, psertim quia iam erat antiquus, qa vt infra tanget
istud fuit vltimũ prælium eius ⌊Iesbi de Nob⌋ Philistæus vir giganteus, ⌊q fuit de genere Ara- Pet. Comesto lib 2
pha⌋ .i. gigantæo scdm Hebræos. ¶Veruntñ magister in historijs circa hoc scribit. Tradunt He- Reg. ca. 21
bræi Arapham fuisse Orpham nurũ Noemi, quæ genuit viro Gethæo quatuor gigantes, q hic nomi-
nant, quorũ vnus dictus ẽ Iesbi de Nob, secũdus Sephi vel Ziph, tertius Goliath, quartus q habuit
senos digitos in manibus ac pedibus, ⌊cuius ferrũ hastæ trecentas vncias appendebat, & accinctus
erat ense nouo,⌋ Scdm Lyrã in Hebræo habet: Qui accinctus erat de nouo, ita q ense non est de
B textu. Et dicũt Hebræi, q factus erat miles die illo, propter qd voluit fortitudinem suã monstra-
re in psona regis, vt subdit: ⌊Nisus est pcutere Dauid. Præsidioq̃ ei fuit,⌋ id ẽ, subsidiũ impendit
⌊Abisai filius Saruiæ,⌋ interponens se fortiter, & caput regis defendens viriliter, ⌊& pcussum
Philistæum⌋ illum ⌊interfecit⌋ quod fuit probissimũ factũ. ⌊Tunc⌋ vcz bello pacto, ⌋ iuraue-
rũt viri Dauid⌋ .i. pcipui & familiares pugnatores ac milites eius, ⌊dicentes: Iam non⌋ .i. plus de
cætero ⌊egredieris nobiscũ in bellũ⌋ Vnde elicit, q istud fuit vltimũ præliũ Dauid, ⌊ne extinguas
lucernã Israel⌋ hoc est, ne clara tua psentia & psona tollat à nobis. Vel, ne claritas tuæ memoriæ
minuat per hoc, q in bello victus dicaris. ⌊Secundũ quoq; bellũ fuit in † Gob⌋ .i. loco sic nũcu- alias Nob
pato ⌊contra Philistæos⌋ q ait: secundũ: non designat hic ordinem rei gestæ, sed narrationis, nã
præliũ istud contigit ante illud qd immediate iam descriptũ fuit, qd vltimũ erat tpe, ⌊tunc⌋ .s. in
plio illo, ⌊pcussit Sobochai⌋ .i. vir & miles Dauid sic dictus ⌊de Husathi⌋ .i. loco illo, ⌊Saph de
stirpe Araphs⌋ sicut expositũ est ⌊de gñe gigantũ⌋ ¶Hic interponit Iosephus historiã belli vnius, Iose. lib. 7 an. ca. 12
qd in lra nõ narrat, & ait q aliud bellũ fuit in Gob, in quo fuit robustus vir Ephron noĩe, cognatus
Dauid, q suis in fugã versis, plurimos hostiũ solus occidit, cæterosq̃ fugauit. ⌊Tertiũ qq;⌋ Scdm
ordinem descriptionis & narrationis istius, ⌊fuit bellum in Gob contra Philistæos,⌋ qd tñ scdm
ordinẽ tpis fuit primũ inter hæc bella ⌊in quo pcussit Adeodatus filius saltus polymitarius Bethle- 1. Regũ. 17
hemites Goliath Gethæũ⌋ Istud oẽs exponũt de bello, in quo Dauid prostrauit Goliam seu Go-
liath gigantem de Geth, & ponunt hic quatuor nomina Dauid, q primo vocat Adeodatus, quia
desup fuit gratiose concessus populo Israel pro eius regimine ac salute. Secundo, vocat filius saltus
quia de saltu seu locis arboreis & pascuis fuit assumptus in regem, cum greges pauisset ibidem. Vel
quoniam tempore Saul frequenter morabat, ac latebat in syluis. Tertio, dicit Polymitarius, quo-
niam fuit de stirpe Bezeliel Polymitarij egregij, tempore Mosi, vt patet in Exodo. Vel, quoni- 1. Regũ 18
am cultum dei magnifice decorauit & auxit. Quarto, vocat Bethlehemites, quia de Bethlehem na- 1. Regũ. 16
tus. ¶Veruntamen primo libro habetur, quòd Dauid in valle Therebynthi percussit Goliam. ¶Ad 21. 24 26
quòd respondet, quòd in valle illa fuit quædam pars quæ vocata est Gob, eratq̃ particularis locus Exo. 31. 36 1. Regũ. 17
situs in valle illa, ⌊cuius hastile⌋ hoc est stipes ⌊hastæ, erat quasi liciatoriũ texentiũ⌋ id est dispo-
situm instar ligni, circa quod texentes licia inuoluunt, quo insinuat fortitudo, siue soliditas hastæ il-
C lius. ¶Circa hæc scribit qdam quòd Dauid non fuit in aliquo bello ante singulare illud certamen cũ
Goliath. ¶Contra quod obijci posset, quia vt dictũ ẽ primo libro, ante illud singulare certamen 1. Regũ. 16
vnus dixit ad Saul de Dauid: Vidi filium Isai Bethlehemitem fortissimum robore, & virũ bellico-
sum. ⌊Quartum bellum fuit in Geth⌋ hoc est, prope oppidum illud Philistinorũ, ⌊in quo vir fu-
it excelsus⌋ id est, giganteæ staturæ, ⌊qui senos in manibus pedibusq̃ habebat digitos⌋ hoc est,
sex in qualibet manu, & totidem in pede vtroq;. Ideo subdit, ⌊id est viginti quatuor,⌋ sicq̃ fuit
homo monstrosus, terribilis, ⌊qui fuit de origine Arapha, & blasphemauit Israel⌋ hoc est, Israe-
liticum populum tanquàm superstitiosum atq; sacrilegum. ⌊Percussit autem eum Ionathan fili-
us Semmaa, fratris Dauid.⌋ Dicunt aliqui, quòd Ionathan iste fuit frater ipsius Ionadab, qui vt su- 1. Regũ 13
pra legit, dedit consilium Amnon non bonum. ¶Veruntamen Iosephus illum Ionadab nominat Io- Iose lib 7
nathan, sicq̃ videri potest alicui, quòd idem ipse fuerit Ionadab, ac binomius fuerit. Et tamen vnũ an. ca. 8
& idem nomen frequenter habet aliquam variationem in syllaba vna vel pluribus, præsertim in si-
ne. ⌊Hi quatuor⌋ præfati, gigantes, ⌊nati sunt de Arapha,⌋ hoc est, Orpha aut alia fœmina gi-
gantea ⌊in Geth⌋ vt dictum est plenius, ⌊& ceciderunt in manu Dauid & seruorum eius⌋ singu-
li in manibus singulorum, ita quod vnus corruit in manus ipsius Dauid, alter in manu Abisai &c.
¶Iuxta intelligentiam spiritalem patet ex isto capitulo, quàm enorme peccatũ sit frangere votum,
aut iuramentum, aut impotentes ac subditos iniuste opprimere, qa pro tali excessu punitus est po-
pulus Israel tribus annis continue grandi caristia. ¶Rursus patet ex dictis quàm culpabiles coram
deo existant prælati ac præsidentes, qui subditos delinquentes corripere negligunt, ex qua negli-
gentia oritur fames, hoc est, spiritalis inopia refectionis internæ.

¶ Insuper,

¶Insuper patet ex isto capitulo, ꝙ quàmuis valde commendabile sit propriam iniuriam propter deum omnino dimittere, quo ad culpam & pœnam, interdũ tamen sie licitum zelo iustitiæ vltionem secundum ordinem iuris expetere, ne pericliteť bonum commune, nec iustitia conculceť, & ne mali fiant ad peccandum audaciores. ¶Postremo, p bella Dauid regis, & fortissimoꝝ militum eius contra quatuor Philistæos gigantes, præfigurati sunt spiritales conflictus Christi & fidelium perfectorum contra principes tenebrarum. D

¶EXPLANATIO CAPITVLI VICESIMISECVNDI.

Locutus est aũt Dauid dño. Arti. XXXII.

SAnctus Dauid post labores certaminum, post impugnationes ac vulnera vitioꝝ, post inquietudines multas, magnam tandem quietem sortitus, studuit deo gratus existere, & grates ei deuotissime obtulit, sup his Psalmũ metrice faciens, sicut nunc legiť: ⌊Locutus est aũt Dauid dño⌋ hoc est, deo cecinit ad ipsius honorẽ, ⌊verba carminis huius in die,⌋ .i. tempore & interiori mentis fulgore ex diuina illuminatione quæ diem grãæ produxit in eius corde, ⌊qua liberauit eum dñs de manu oĩm inimi-
2. Re. u. 12 coꝝ suoꝝ,⌋ non solum visibilium, vtpote gentium quæ in circũitu eius erant, sed etiam inuisibilium, à qbus in aliqbus tentationibus fuerat victus, sed p pœnitentiam (deo auxiliante) surrexit, prçualuit, ac deinceps custoditior fuit, ⌊& de manu Saul⌋ q præ cæteris hoĩbus ipsum Dauid fuit acrius psecutus, idcir-
Iose. lib. 7 co post generalem inimicoꝝ expressionem specialiter nominať. Quemadmodũ autem Iosephus E
an ti. ca. 12 protestať, cum Dauid pace altissima frueret, cantica & hymnos composuit, alios trimetros, alios
Psal. 17 pentametros, & organa fecit diuersa, in qbus Leuitæ & cantores in sabbatis aliisq; solennitatibus canerent deo hymnos seu psalmos ⌊& ait: Dñs petra mea, & robur meũ, & saluator meus⌋ Psalmus iste in libro Psalmoꝝ septimusdecimus est in ordine, & titulus ibi ei præscriptus, ex pinductis verbis ab Esdra est sumptus. ¶Porro, ad exponendum hoc loco psalmũ istum, laborare, aut immorari non volo, quia in expositione sup psalterium, eũ lĩaliter spũaliterq; exposui. Aliqua tamen exponam, in qbus verba cantici huius à verbis differunt psalmi illius. In psalterio quippe psalmus iste sic incipit: Diligam te domine fortitudo mea, sicq; pro eo quod diciť ibi fortitudo mea, diciť hic, petra mea, hoc est, causa totius soliditatis ac fortitudinis meæ, q figit me, ac fundat
1. Cor. 10 in stabili fidei fundamento. Sic & Aplus loquiť: Petra erat Chrũs. ⌊Deus⌋ meus ⌊fortis⌋ .i. fortificator ⌊meus, & sperabo in eum. Scutum meũ, & cornu salutis meæ, & eleuator meus,⌋ qa in sublimitate & excellentia donoꝝ naturæ ac grãæ, in regiæ dignitatis fastigio me locauit, ⌊& refugium meum saluator meus de iniquitate liberabis me. Laudabilem inuocabo dominum & ab ini-
Psal. 17 micis meis saluus ero. Quia circũdederũt me cõtritiões⌋ .i. dolores ⌊mortis⌋ vt habeť in Psalmo ⌊torrentes Belial terruerunt me⌋ In libro Psalmoꝝ habeť: Torrentes iniquitatis conturbauerũt me. Et p torrentes Belial possunt ad lĩam intelligi abundantia & impetus psecutionum qbus Saul
1. Reg. 23 frequenter ipsum Dauid terruit ac turbauit, ita vt aliquando desperauit se posse euadere. ⌊Funes
A videlicet ꝙ Ioab subticuit multos regi & in Regum poni q̃s ei expressit, vel in Paralipomenon etiam illos poni, q de tribu Leui ac Beniamin poterãt æstimari, siue vt alij dicũt, in Paralipomenon numerati sunt & illi qui interfecti erãt ante cum Absalom. ⌊Percussit ergo cor Dauid eum postq̃ numeratus est populus⌋. i. remorsum habuit conscientiæ de hoc quod clemẽter à deo tactus iam considerauit ex superbia prouenisse. ⌊Et dixit Dauid ad dñm: Peccaui valde in hoc facto⌋ non solũ ex superbia, numerãdo, vt scirem quãtis præsiderem hominibus, sicq̃ in potẽtia & excellentia mea inaniter gloriarer, sed etiã quia trãsgressus sum legis præceptũ in Exodo scriptũ, quo dicitur: Loquutus est dñs ad Mosen, dicens: Quãdo tuleris summã filiorum Israel, iuxta numerum dabũt singuli pretium pro animabus suis domino, & non erit plaga in eis cũ eis fuerint recensiti. Hoc aũt dabit omnis qui trãsit ad numerum: dimidium sicli, ⌊sed precor domine vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi nimis. Surrexit itaq; Dauid mane,⌋ vt orationibus & sacrificijs deũ sibi ac populo reconciliaret, ⌊& sermo dñi factus est ad Gad prophetam, &⌋ pro id est, ⌊videntem⌊ ipsius, ⌊Dauid⌋ quia per Gad deus frequenter aliqua regi Dauid annũtiauit, ideo dicitur eius propheta, ⌊dicens: Vade & loquere ad Dauid⌋ non ait ad seruum meũ Dauid, vel ad ducem populi mei, quãuis enim iam poeniteret, nondum tamen sustinuit debitã poenam, nec per satisfactionem fuit deo reconciliatus. ⌊Hæc dicit dominus: Trium⌋ plagarum, ⌊tibi datur optio. Elige vnũ quod volueris. Cumq̃ venisset Gad ad Dauid, nũtiauit ei dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua⌋. i. caristia ad tuã afflictionem, q de populi tui inopia affligeris, ⌊aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & isti persequent te, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nũc ergo delibera & vide quem respondeam qui misit me sermonem. Dixit autẽ Dauid ad Gad: Coartor nimis⌋. i. angustijs præmor valde, quoniam quicquid horum elegero graue est vehemẽter, ⌊sed melius est mihi⌋. i. salubrius animæ meæ, ⌊vt incidam in manus dñi⌋. i. vt pestilentiam eligam quæ à deo infligitur, ⌊multæ enim misericordiæ eius sunt,⌋ ideo poenã hanc forsitan relaxabit, & q̃d comminatus est poenitẽtibus nobis forsan nõ adimplebit, ⌊quàm in manus hominũ⌋ impugnantium regnũ meũ & spoliantiũ illud bladis, ita vt fames sequatur in populo meo. Istud dixit & petiuit ex charitate plebis ac zelo iustitiæ, tanq̃ diceret. Si famem petiero, ego & diuites satis habebimus, sed pauperes affligentur, similiter si fugã elegero, cõmunis plebs erit vastanda & occidenda, sed ego & potentiores effugiemus, q castris & fortalitijs abundamus. Ideo pestem cũctis communem volo eligere. Verum huic verbis Dauid obijci potest, quod in Daniele ait Susanna: Melius est mihi incidere in manus hominum q̃ peccare in conspectu domini. Daniel. 13
Et quod ait apostoles: Horrendũ est incidere in manus dei viuentis. Et respondendũ est, ꝙ melius est quæcũq; mala poenalia ab hominibus sustinere, q̃ coram deo malũ culpæ committere siue admittere. Dauid vero facit comparationem inter mala poenalia vitæ præsentis, sicq̃ tolerabilius est à deo in hac vita pie & paternaliter corrigi, q̃ ab inimicis hominibus deuastari. Hinc secundo libro Machabæorum legũtur Iudæi deũ orasse, vt si quãdo peccarẽt, ipse eos corrigeret, nec barbaris nationibus eos traderet puniendos. Similiter in Iudicum libro scriptũ est: Dixerũt filij Israel ad dominum: Peccauimus, redde tu nobis quicq̃d tibi placet: tantũ nũc libera nos. ⌊Immisitq̃ dominus pestilentiam in Israel, de mane⌋ in quo Gad dixit ista ad Dauid, qui mane surrexerat, ⌊vsq; ad tempus constitutum⌋. i. præfixum. Ex quo videtur & multi dixerunt, ꝙ per duos
C integros dies, & per tertiæ diei partem durauerit pestis illa, sed qm̃ paulopost subdit. Venit Gad in die illa ad Dauid, &c. quod videtur dici de die, in cuius mane venit ad Dauid, ideo per tẽpus constitutũ Iosephus intellexit prandij tempus, ita ꝙ pestis non durauit nisi vsq; horã prãdij primæ diei, sed quoniam tempus prandij non vocatur in lege tempus constitutum, seu sacrificijs & holocaustis præfixum, sed potius tempus vespertinum, in quo & agnus paschalis, & iuge sacrificium offerebãtur, vt patet in Exodo, ideo per tempus constitutũ, alij dicũt tempus sacrificij vespertini intelligendũ. Attamen exponi potest de tertio die, prout litera sonare videtur, vt sit sensus: Misit dñs pestilentiam vsq; ad tempus constitutũ. i. vt duraret vsq; ad tertium diem prædeterminatũ, nisi Dauid & seniores sua humiliatione, oratione & poenitẽtia obtinuissent plagæ abbreuiationem. Sed si constitutũ fuit vt duraret per triduum, quomodo poterat aliter fieri? Respondetur, ꝙ determinatio illa tridui, fuit comminatorie prænuntiata, & cum omni conditione implicita intelligenda, videlicet nisi poenitendo aliq̃d remissionis ac veniæ mererent, iuxta quẽ modũ dictum est Ezechiæ: Dispone domui tuæ, q a morieris tu & non viues. ⌊Et mortui sunt de populo à Dan vsq; Beersaba septuaginta milia virorum.⌋ Magister in historijs circa hoc scribit. In Paralipomenon legitur, fere trecenta milia, & aiunt Hebræi ibi positum numerum plebis defunctæ, hic aũt numerum nobilium peste hac mortuorum. Verũtamen in libris quos vidi, etiã textus Paralipomenon in primo libro habet septuaginta milia. ⌊Cũq; extendisset manũ suã angelus domini super Hierusalẽ vt disperderet eam⌋. i. aliquos de habitatoribus eius peste occideret. Vnde elicitur, ꝙ ministerio angeli boni facta sit illa percussio, ⌊misertus est dominus super afflictionem, & ait angelo percutiẽti populũ. Sufficit nũc, contine manum tuam. Erat autem angelus dñi iuxta aream Araunæ Iebusæi. Dixitq; Dauid ad dñm cum vidisset angelum cædentem populum.

Egoium

Exod. 30
Hebr. 10
2. Mac. 10
Iudic. 10
Iosephus lib. 7 an[tiq]. ca. 13
Exod. 29
Esa. 38
Petr. Co[mestor] hist. lib. 2 Re. cap. 23
1. Para. 21

Ego sum qui peccaui, & ego inique egi. Isti qui oues sunt, ⌋ hoc est, subditi mihi pastori & regi,
vt grex, ⌊ quid fecerunt? ⌋ ex hoc videtur Dauid insinuasse, ꝙ populus suus etiã ille q̃ fuit pcussus
Gregor. nõ fuit in populi numeratione culpabilis. Cuius oppositũ apparet ex dictis, & ex verbis Gregorij D
aliorumq́ dicentium, quòd dominus permisit ipsum Dauid ad peccatum illud corruere, propter
demerita plebis suæ. Ad quod dici potest, ꝙ Dauid hoc tunc forsitan ignorauit. Vel ideo populum excusauit, quia ipse immediate fuit culpabilis in elatione, & ppl'i numeratione, & transgressione, præcepto, de dando dimidio siclo pro quolibet numerato. ⌊ Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domũ patris mei, ⌋ i. in domesticos atq; cognatos meos mecum culpabiles. Ecce verba fidelissimi regis seipsum pro suo ppl'o eruendo exponẽtis discrimini mortis, in quo declarantur charitas eius ad subditos suos, & zelus iustitiæ contra seipsum ac suos, humillima quoq; re-
Paral. 21 cognitio suæ culpæ, & præcordialis contritio sua. Siquidem in Paralipomenõ additur, ꝙ cũ Dauid vidisset angelum stantem inter cœlum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & ver-
Ibidem sum contra Herusalem, ceciderunt tam ipse quàm maiores natu, vestiti cilicijs proni in terram, & tunc angelus iussit Gad prophetæ, vt diceret Dauid regi, quatenus ascenderet, & extrueret altare domino in area Ornam Iebusæi, tuncq; vt legitur hic in textu. ⌊ Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & † construe ⌋ per manum seruorum tuorum ⌊ altare domino in area Areunæ Iebusæi, ⌋ Qui vt iam patuit, in Paralipomenon dicitur Ornam, & vidit
cum quatuor filijs suis angelum dei, atq; ex timore tam ipse q̃ filij sui se absconderunt. Fuit autem E
natione Gentilis ac Iebusæus, sed cum sobole sua erat ad iudaismum conuersus. ⌊ Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei dominus. Conspiciensq; Arauna animaduertit regem, & seruos eius transire ad se. Et egressus adorauit regem prono vultu in terram, & ait: Quid causæ est, vt veniat dominus meus rex ad seruũ suũ? Cui Dauid ait: Vt emam à te aream, & ædificem altare domino, & cesset interfectio, quæ grassatur in populo. Et ait Arauna ad Dauid: Accipiat & offerat dominus meus rex, sicut placet ei. Habes boues in holocaustum. Et plaustrum & iuga boum in vsum lignorum. Omnia dedit Arauna regi. Dixitq; Arauna ad regem: Dominus deus tuus suscipiat votum tuum. Cui respondens rex, ait: Nequaquàm vt vis, sed emam pretio à te, & non offeram domino deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream, ⌋ quam Areuna
Ibidẽ præbuit gratis dare, ⌊ & boues ⌋ qui immolarentur, in holocaustũ ⌊ argenti siclis quinquaginta. ⌋ In Paralipome. scriptum est, quod Dauid dedit ipsi Ornã pro loco areæ siclos auri iustissimi ponderis sexcentos, idcirco quod dicit hęc, argenti siclis quinquaginta, referendum est ad id quod immediate prædictum est, & boues, ita quod precium areæ non ponitur in hoc loco, & faciendum est punctum post verba hic. Emit ergo Dauid aream, ⌊ & ædificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocausta ⌋ quæ ad diuinæ maiestatis honorem totaliter comburebantur, ⌊ & pacifica ⌋
Gene 22 hoc est, hostias pro pace, & venia obtinenda, quę partim cesserunt in offerentium vsum & esum.
Gene. 28 ¶ Deniq; area illa, & locus in quo Dauid construxit altare, erant in monte Moria, in quo Abrahã
3. Re. s. 6. 7 voluit ipsum Isaac immolare, vbi & Iacob vidit in somnis scalam, in quo monte (vt infra habetur)
Hierony. Salomon templum ædificauit. ⌊ Et propitiatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. ⌋
2. Reg 11
2. Regũ. 20 ¶ Circa præhabita queritur, pro quo peccato populi fuit Dauid relictus sic cadere, & pro quo percussus est populus. Ad quod aliqui dicũt, quod sicut in libro de hebraicis quæstionibus fertur, peccatum illud fuit, quod populus communicauit ipsi Dauid in flagitijs contra Vriam, non satis
dissentiendo, aut consentiendo, quando innotuerunt. Alij dicunt, quod fuit rebellio populi con- F
tra Dauid, quando secuti sunt Sæbam filium Bochri, pro qua rebellione solus Sæba fuit punitus. Vnde & populus fuit puniendus. ¶ Sed contra hoc obijci potest, quia in illa rebellione, tribus Iuda & habitatores Hierusalem adhæserunt fideliter regi Dauid, & ideo non meruissent peste hac percuti, cuius contrarium patet ex textu. Ideo verius reor, quod populus ex multis prosperitatibus, opulentijs, victorijs, & consimilibus donis sibi desuper præstitis in superbiam & vanã gloriã
Gregor. se erexit. ¶ Postremo, circa hæc ait Gregorius: Pro qualitatibus subditorum disponuntur corda, & facta regentium, vt sæpe pro culpa gregis, etiam boni delinquat vita pastoris. Dauid à deo laudatus, elatione repente inflatus, populum numerando peccauit, & populus pœnam suscepit, quia secundum merita plebium, disponuntur corda rectorum. Iustus vero deus regis iniquitatem ex illorum animaduersione corripuit, quorum causa peccauit. Sed quia propria voluntate superbiens, à culpa alienus non fuit, vindictam etiam ipse suscepit. Ita quippe sunt iuncta merita rectorum ac plebium, vt sæpe ex culpa rectorum deterior fiat vita plebium, atque ex merito plebium, mutetur vita pastorum. Sed quia rectores habent iudicẽ suum, non temere iudicent subditi vitam regentium, imo magis eam committant infallibili iudici vniuersorum, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

DIVI DIONYSII CARTHVSIANI IN SECVNdum librum Regum, Finis. Sequitur Tertius.

A

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN PRIMVM MALACHIM, ID EST, REGVM TERtium librum, Enarratio.

In quo agitur de morte regis Dauid, de successione, regimine & gestis Salomonis, à quorundã alioꝝ Regũ Iuda, & Israel.

PROOEMIVM.

IN duobus libris præhabitis, de duobus regibus Israel actũ est, quoꝝ vnus regnauit post aliũ, iam de tertio rege, q sup totũ Israeliticũ populum regnauit, tractatur p mediã circiter partẽ huius tertij libri. Deinde per aliã eius partẽ, atq̃ p totũ quartũ volumen, fit mẽtio de regibus Israelitici regni in duo regna diuisi & regibus eorũdem, q vel simul, vel successiue regnauerũt. Hinc qdam expositores testãtur, ꝙ in præhabitis libris duobus tractatũ est de vnico filioꝝ Israel regno, hic tractaẽ de regno illo diuiso, quod iuxta ꝓtractũ accipiendũ est sensum, ideo apud Hebræos duo præcedẽtes libri sunt vnus liber, q apud eos Samuel appellatur, similiter duo sequẽtia volumina sunt apud eos vnũ volumen quod
B
Malachim dicit in plurali. Hinc magister in historijs ait: Incipit hic Malachim secũdũ Hebræos q̃d sonat Regũ. Nã quãuis in duobus præcedentibus libris actum sit de duobus regibus Hebræorum non simul regnãtibus, tamen quia in opere isto agit de regibus qui simul regnauerunt in Iuda & Israel, merito Regum dicitur. Pet. Cō. hist. ... Re cap. 1. 3. Re. 1. 2.

¶EXPLANATIO LITERALIS CAPITVLI I.

Et rex Dauid senuerat. Art. I.

IN primis duobus huius tertij libri capitulis adhuc de Dauid tractaẽ, qualiter scilicet successorẽ regni sui instituit. Vnde sequitur: Et rex Dauid senuerat, habebatq̃ ætatis plurimos dies. Erat quippe circiter septuagenarius, qa triginta erat annoꝝ dũ cœpit regnare & quadraginta annis regnauit, prout in secũdo libro habeẽ. Statũ aũt duratio tpis reputaẽ senectus in hoĩe, cuius vitæ periodus vsq̃ ad septuaginta annos secũdum naturalẽ cursum cõiter se extẽdere põt, iuxta id psalmi: Dies annorum nostroꝝ in ipsis septuaginta anni, verũtñ vnus alio celerius senex efficitur, q̃d ex diuersitate cõplexionũ, infirmitatũ, læsionũ, fatigationũ & solicitudinũ põt accidere. Cũq̃ operireẽ vestibus nõ calefiebat. cuius rei variȩ causæ traduntẽ, vna, qa de parẽtibus senibus natus est, cũ & Ioab filius Zeruiæ etiam iam fuerit canus & grandeuæ ætatis, vt sequẽti patet capitulo. Alia, qa ex visione angeli, ꝓcedẽti libro recitata, fuit vehemẽter ꝑterritus, ex qua excessiua ꝑterritione infrigidationẽ incurrit, q̃ permãsit in eo vsq̃ ad mortem. Vehemens etenim timor parit frigus, propter quod formidantes tremunt & pallent. Tertia, qa frequenter fuit in prælijs, in qbus vt fertur fuit aliquãdo vulneratus, sicq̃ ex sanguinis emanatione citius senuit atq̃ refriguit. Hanc causam assi-
C
gnat Lyra, imo & aliqui ante eum, cõtra quam scribit Rabbi Paulus. Nunq̃ legitur Dauid in bello vulneratus siue percussus, vel ꝙ sanguinis copia de ipso effluxerit, quod si accidisset, nõ est verisimile ꝙ scriptura hoc tacuisset. His verbis Rabbi Pauli videẽ scriptura fauere, qa frequẽter ait ꝙ dñs saluauit Dauid in omĩbus ad quæcũq̃ profectus est, imo in ꝓlijs cũctis videẽ valde faciliter diuina ꝓualuisse virtute, in tantũ ꝙ raro vel nunq̃ legĩtur aliqui de suo corruisse exercitu, maxime ipso ꝑsente, imo nec ipso absente, nisi in strage Asaelis fratris Ioab, atq̃ in strage Vriæ. Dauidq̃ in ꝓlijs habuit fortissimos & peritissimos capitis sui custodes. Hinc Rabbi Paulus aliã causam assignãs, verius, inqt, dici põt, ꝙ Dauid à iuuẽtute fuit libidinosus & actibus venereis excessiue implicatus, vt patet ex toto processu suæ historiæ, & ex multitudine suaꝝ vxoꝝ & cõcubinaꝝ. Excessiuus ãt vsus venereoꝝ naturalẽ cõsumit calorẽ & humidũ radicale, propter q̃d in prouerb. habeẽ: Ne des mulieribus substãtiã tuã. Substãtia nãq̃ vitæ corpalis in calore naturali & humido radicali cõsistit, ꝓcipue ideo qa sicut igni seu calori illius deficiẽtibus escis mors naturaliter sequitur sic ex illoꝝ notabili diminutiõe seu cõsumptiõe frigiditas q̃si irrecuperabilis subsequi habẽt. Sed q̃uis hæc verba Rabbi Pauli pro maiori parte sint vera, attamẽ valde indecẽter & male sonaẽ de tãto propheta & viro heroico ac maxĩe cõtẽplatiuo asserere, ꝙ à iuuẽtute sua fuit libidinosus, venereisq̃ excessiue intẽtus, nec tãtas credẽdum est accepisse vxores desiderio voluptatis, sed prolis ad dei obsequiũ educãdæ. ¶ Præterea certũ est, ꝙ Dauid sex annis qbus ꝑsecutiões Saulis sustinuit multa tolerauit incõmoda in desertis, diebus ac noctibus, & qa tota sua progenies ac parẽtes propter ipsum sustinuerũt expulsionẽ, deinde ex morte filij sui Amnon & violatiõe Thamar & ꝑsecutione, occisioneq̃ Absalonis ineffabiliter magnas gessit in corde tristitias atq̃ angustias q̃ non medio-

Margin notes: 2. Regũ. 5. — Psal. 89. — 3. Regũ. 2. 4. Reg. 24. — 1. Regũ. 18. 27. 2. Reg. 24. — Prouer. 31. — 1. Re. 18. 19. 20. 21. et c. — 2. Reg. 13. — 2. Reg. 15. 16. 17. 18.

mediocriter senectutem accelerant, complexionemq́ lædunt. Ad oculum quoq; videmus quòd D
Eccl.10 reges & principes satis cito senescunt. Propter quod in Ecclesiastico scriptum est: Omnis poten
tatus breuis vita, sic & rex hodie est, & cras morietur. Aliqui vero dicunt, quod Dauid ex vestibus non
calefiebat in vltionem suæ culpæ, qua orā chlamydis Saulis præsciderat, vt primo libro narratur,
4. Reg. 24 quatenus per quæ peccauerat, per ea & puniretur, quod dictū modici est momenti. Dixerunt ergo
Sap. 11 ei serui sui in naturalibus periti, vt medici, aliiq́ experti. Quæramus dño nostro regi adolescē-
tulā virginem, & stet corā eo, & foueat eum, dormiatq́ in sinu suo, & calefaciat dñm nrūm regē
& minus affligatur frigoribus & viuat diutius, cuius præsidentia vtilis est communitati. Quæsierūt
igitur adolescentulā speciosam, in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitem, & ad-
duxerunt eā ad regem. Erat autem puella pulchra nimis. Dormiebatq́ cum rege, & ministrabat
ei. Rex vero non cognouit eam, vc3 Abisag Sunamitem, hoc est, de vrbe nomine Suna, de qua
4. Regū 4. fuit, & hospitatrix beatissimi Helisæi, vt infra quarto libro describitur. Certum est autem, quod Dauid
rex nequaquàm cum illa speciosissima dormiuit puella, nisi ante acciperet eā in coniugem. ¶ Por
ro, quod non cognouit eā, vel ex impotentia, vel ex occupatione interna circa diuina processit. Verū
Origenes vt recitat sup Genesim Origenes: hæretici, q scripturā veteris testamenti dixerūt non esse a deo
Genes. 25 lucis, irriserunt Abrahā, Dauid, & alios quoq; testamenti illius pr̄es, eo quod in senectute sua accepe-
runt vxores, quasi & tunc libidine insanientes, vnde & Origenes connubia illa ad spiritalem intel
ligentiā trahit, per vxorem accipiendo sapiam, quā sibi sponsam sumpserunt. Et iuxta hunc mo-
Hierony. dum dicit glossa Hieronymi sup hunc locū. Nōne videtur tibi, si literā quæ occidit, sequaris, figmen
2. Cor. 3 tum esse Athletarū vel ludicra, quod frigidus senex vestibus obuolutus, nisi cōplexu adolescētule nō
calescit. Sicq́ secundum mentem Hieronymi videtur hic esse parabolica seu metaphorica quædam E
locutio vt per Abisag intelligatur sapia quæ est pura & incorrupta & senioribus magis coniungi so-
let, sicut in Dauid, in quo tēpore senectutis magis viguit spūs prophetiæ. Hæc aūt sapia calefecit
Iudic. 9 Dauid regem ad diuinum amorem, & iuxta hunc sensum dicitur in libro Iudicum: Ierunt ligna, vt
vngerent sup se regem. Sed contra hęc scribit Lyra, quoniā circumstātia lr̄æ manifeste ostēdit quod
Abisag fuit corporalis puella regi adducta in remedium suæ frigiditatis corporeæ, quod etiā con
3. Reg. 2 stat ex hoc quod Adonias adhuc iuuenis, Dauid defuncto, petiit sibi hāc dari vxorem, cuius petitio-
nis occasione fuit occisus, non autem fuisset occisus, si sapiam sibi desponsari petisset, ideo fateri
oportet quod ad lr̄am fuit puella. Dicunt etenim medici quod præcipuum remedium contra frigiditatem
membrorū atq; paralysim imminentem sit amplexus mulieris maxime iuuenculæ virginis, ideo
talis fuit adducta regi Dauid, nec peccauit in hoc, qa cum ea contraxit connubium. Senes enim
quantumcunq; possunt contrahere, quàmuis non valeant generare, & vt dicunt doctores, si mu-
lier scienter contrahat cū sene, quem scit impotentem, tenet matrimonium, ideo vti amplexibus
virginis huius in statu coniugali, non videtur regi Dauid illicitum, prǽsertim cum esset ei in tātæ fri
giditatis remedium. Sed cōtra hanc beati Hieronymi reprehensionem satis apte scribit hic Rabbi
Paulus: Glossa Hieronymi non est, sic reprobāda, sed ad bonum potius sensum trahenda, sequen
tes em̄ sensum literalem sunt in duplici differentia, quidam etenim tenent, quod solus sensus literalis
Acto. 23 est verus & ab authore intētus, sensus aūt spūales dicunt fictos & nullius authoritatis, quem errorē
secuti sunt Sadducęi negātes resurrectionem, & alia quæ ad pedem lr̄æ prima facie non apparēt.
Gregor. Alii dicunt quòd scriptura sub vna lr̄a habet plures sensus, vt patet per Gregoriū tertio moralium
August. & per Augustinum in epistola contra Vincentiū, licet omnes fundentur sup vnum sensum lr̄alem. Er
ror aūt primorū patet ex verbis Chr̄i volentis ostendere errorem Sadducæorū ex sensu lr̄ali eius, F
Daniel quod scriptū est: Ego sum deus Abrahā, deus Isaac, & deus Iacob, ex qbus verbis probat esse vitā,
Mar. post vitā prǽsentem, qd tamen prima facie non videtur insinuari per verba illa. Patet quoq; error illo-
rum ex hoc, qa contingit, quòd aliqua scriptura scd̄m vnū sensum lr̄alem intellecta non inducit ali
1. Cor. 9 quā vtilitatem in fide aut moribus, vel ad conuersationem humanā, & hoc modo allegat Ap̄lus il
Deuter. 25 lud Deuteronomii: Non alligabis os boui triturāti, vbi quasi arguens subdit, nunquid cura est deo
de bobus, quasi dicat, si hoc prǽceptū solū ad pedem lr̄æ intelligatur, nullā inducit vtilitatem. Et hoc
modo arguit Hieronymus in verbis prallegatis contra sequentes lr̄am occidentem, dicens: Si hæc
historia de Dauid & Abisag tm̄ ad lr̄am intelligatur, non referenda ad aliquem sensum spūalem vti-
liorem, videtur, quasi Athletarū ludicra seu fabulationes quæ nil proficiūt, idcirco historiā istā expo
1. Cor. 9 nit pulcherrime. q sensus Hieronymi est in loco hoc lr̄alis eo modo quo ap̄lus ex authoritate prǽ-
tacta sumit argumentū scd̄m mysticū intellectū. Quòd aūt inducit postillator, vc3 Lyra pro fulci-
mento plane expositiōis lr̄æ de authoritate medicorū dicentiū, quòd optimū remediū cōtra frigi-
ditatē mēbrorū ē amplex' mulieris iuuēculæ, nō facit pro eo. Quāuis em̄ dicāt, quod calor alicuius hoīs
aut aīalis cōfortet suo contactu calorem naturalem hoīs debilitati, non tm̄ faciūt differentiā de ca
lore iuuenculæ virginis seu corruptæ, pulchræ, aut incompositæ, ideo prǽinducta magis intelli-
gēda sunt scd̄m mysticā significatione verborū, quā principalis author scripturæ (q deus ē) hic in
tendit ad nostrā doctrinā. Hæc R. Paulus, cuius dicta satis probabilr̄ sonāt, dempto eo qd asserit
medicos non distinguere in re illa, vc3 ad confortādum calorem hoīs infrigidati de calore iuuen-
culæ

A culæ virginis aut corruptæ pulchræ aut incompositæ. Nam & physici tradunt, ꝙ puellæ virgi-
nes sunt calidiores ꝗ fractæ, pulchræ quoq; plus mouent appetitũ, cuius accẽsio calefacit. ⌊Ado
nias aũt filius Haggith eleuabať⌋.i. erexit seipsum ambitiose, ⌊dicens: Ego regnabo, fecitq;⌋.i.
ꝑparauit ⌊sibi currum & equites & quinquaginta viros, qui ante eũ⌋ in curru sedentem ⌊curre-
rent,⌋ sicut hoc supra libro secundo magis expositum est. Ideo aũt aspirauit ad regnũ, qm̃ inter 2. Reg. 15
filios Dauid superstites senior fuit, nam erat quartus in ordine, Amnon aũt & Absalom fuerũt oc 2. Reg. 13
cisi, & tertius, scilicet Cheliab creditur iam obijsse, vel iners seu ineptus ad regnũ fuisse, & itẽ qm̃ 2. Regũ. 18
fuit iuuenis pulcher, amabilis, populoq; acceptus. ⌊Nec corripuit eum pater suus aliqñ dicens:
Quare hoc fecisti?⌋ per hoc videť scriptura innuere, ꝙ Dauid ꝑ negligentiã fuit culpabilis, non
corripiendo Adoniam de vanitate & vsurpatione seu ambitione ꝑfata, vnde & Adonias magis
audacter prosequebať suum conceptũ, suspicans ꝙ pater suus nõ resisteret ei. Veruntamẽ expositores in hac re excusant Dauid à culpa siue à tanta siue à tota, dicẽtes, ꝙ ignorauit Adoniã aspira
re ad regnũ. Nam paulo post Nathan dixit ad Bathseba: Nũ audisti ꝙ regnauerit Adonias & dñs
noster Dauid hoc ignorat? Bathseba quoq; ad regẽ: Ecce (inquit) nunc Adonias regnat, te dñe
mi rex ignorãte, ⌊& sermo eius cũ Ioab filio Zeruiæ, & cũ Abiathar sacerdote, q adiuuabãt pat
ter Adoniæ⌋.i. cõsilio atq; auxilio Ioab principis militiæ atq; Abiathar pontificis ꝑcipue vteba
tur. Ioab eñi in ciuilibus & bellicis rebus fuit summus post regẽ, & Abiathar in spiritalibus ac di-
uinis, sicq; ꝑ Ioab sperauit acquirere assistentiã militũ, & ꝑ Abiathar sacerdotũ ac Leuitarũ, & ab
B ipso Abiathar tanꝗ̃ à ꝑsule volebat iungi. Diciť q̊q; ꝙ Ioab suspicabať regẽ vindicaturũ in se ini-
quitatẽ, quã cõmisit in Abner & Amasam, q̊s proditorie interfecit, & ꝙ rex filio sibi succedẽti in 2. Re. 2. 20
regno, vltionẽ illã cõmitteret, ideo voluit sibi mercari fauorẽ filij regnaturi, ne puniref ab eo. Si-
militer de Abiathar ferť, ꝙ nouerat deũ dixisse ad Eli, ꝙ sacerdotij dignitas transferenda esset à 1. Regũ. 2.
posteris suis, Abiathar aũt descendit ab Eli, idcirco ne sacerdotio priuareť, voluit noui regis fauo
rem mereri, atq; vt diciť, Hebræi affirmãt, dñm non dedisse responsa ꝑ Abiathar à tpe quo Da-
uid à Hierusalẽ fugit à facie Absalonis. ⌊Zadoc vero sacerdos⌋ primus post Abiathar, ⌊& Ba- 2. Regũ. 15
naias filius Ioiadæ, & Nathan propheta & Semei,⌋ alter ab illo, qui maledixit regi, ⌊& Cere- 2. Regũ. 16
thi & Phelethi,⌋ per quos q designenť, dictũ est in expositione lib. 2. ⌊& omne robur exercitus
Dauid,⌋ videlicet robusti, de q̃bus in secũdo lib. satis dictũ est, ⌊nõ erãt cũ Adonia,⌋ qa sciebãt 2. Regũ. 8
ꝑnuntiatũ esse à deo ꝑ Nathan, ꝙ Salomon patri in regno succederet, prout in secũdo lib. patuit, 2. Reg. 23
in primo quoq; lib. Paralip. aperte habeť. ⌊Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis & vni- 2. Re. 7. 28
uersis pinguibus⌋.i. multis & magnis sacrificijs quæ obtulit ꝑ manus sacerdotũ velut rex nouus, 1. Para. 28
⌊iuxta lapidẽ Zohæleth, q est vicinus fonti Rogel,⌋ volens deo gratus videri, & quasi religiose
incipere, ⌊vocauit⌋.i. ad conuiuiũ inuitauit, ⌊vniuersos fratres suos, filios regis, & oẽs viros Iu-
da seruos regis. Nathan aũt prophetã, & Banaiã, & robustos quosq;, & Salomonẽ fratrẽ suum
non vocauit,⌋ qa fuit sibi suspectus. Oẽs eñi viros Iuda seruos regis sibi putauit fauere. ⌊Dixit
itaq; Nathan ad Bathsaba matrẽ Salomonis: Nũ audisti ꝙ regnauerit Adonias filius Haggith, &
dñs Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe consiliũ à me, & salua animã tuã, filijq; tui Salo-
monis⌋.i. teipsam & filiũ tuum ꝑserua à morte, q̃si Adonias post Dauid regnauerit, faciet te oc
cidi tanꝗ̃ adulteram, & filiũ tuũ tanꝗ̃ adulteræ prolẽ, vel aliam cõtra eũ quæret occasionẽ ad occi
dendũ. ⌊Vade & ingredere ad regẽ & dic: Nonne tu dñe mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ dicens,
ꝙ Salomon filius tuus⌋ ô Bathsæba ⌊regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo?⌋ vbi vel qñ
C Dauid hoc iurauit Bathsæbæ, scriptura non refert, sed cognita volũtate dei ꝑ Nathan de Salomo
nis promotione ad regnũ, indicauit hoc tẽpore opportuno ipsi Bathsæbæ, & iurauit ei se ita factu
rum. ⌊Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cũ rege, ego veniã post te, & com-
plebo sermones tuos. Ingressa est itaq; Bathsæba ad regẽ in cubiculo. Rex autẽ senuerat nimis, &
Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bathsæba & adorauit regẽ. Ad quã rex: Quid tibi
(inquit) vis? Quæ respondens, ait: Dñe mi rex, tu iurasti ꝑ dñm deum tuũ ancillæ tuæ, Salomon
filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, & ecce nunc Adonias regnat, te dñe mi
rex ignorante. Mactauit boues & pinguia quæq;, & arietes plurimos, & vocauit oẽs oẽs filios re
gis, Abiathar quoq; sacerdotẽ, & Ioab principẽ militiæ, Salomonẽ aũt seruum tuũ non vocauit.
Veruntamen dñe mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis, quis sedere debeat in so
lio tuo dñe mi rex post te,⌋ quasi dicat, quãuis iam multi sint cũ Adonia, cõmunitas tñ præstolať
à te audire diffinitiue, quis debeat tibi succedere in primatu. ⌊Eritq;⌋.i. eueniet, ⌊cũ dormierit
dñs meus rex, cũ patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon pc̃tõres⌋.i. si ꝑmiseris Ado-
niam tibi in regno succedere, ipse te defuncto obijciet mihi adulterij crimen & Salomonẽ faciet
accusari, vt occidat nos ambos, quasi aliter nõ sit pax in cõmunitate possibilis. ⌊Adhuc illa loquẽ
te cũ rege, Nathan propheta venit. Et nuntiauerũt regi, dicẽtes: Adest Nathan propheta. Cũq;
introisset in cõspectu regis, & adorasset eũ pronus in terrã, dixit Nathan: Dñe mi rex, tu dixisti:
Adonias regnet post me, & ipse sedeat sup thronũ meũ?⌋ Interrogatio est, quasi dicat, mirum si
hoc dixisti, cũ ego ex dei ꝑcepto reuelauerim tibi, ꝙ Salomon post te ꝑsidebit. ⌊Quia descendit 2. Re. 7. 12

GG hodie,

hodie, & immolauit boues & pinguia, & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & D
principes exercitus, Abiathar quoq; sacerdotē. Illisq; vescētibus & bibētibus corā eo, & dicenti-
bus: Viuat rex, Adonias, me seruū tuū, & Zadoc sacerdotē, & Banaiā filiū Ioiadæ, & Salomonē
famulū tuū nō vocauit. Nunquid à dño meo rege exiuit hoc verbū, & mihi nō indicasti seruo tuo
quis sessurus esset sup thronū dñi mei regis post eū? ⌋ quasi dicat, absurda res est, ꝙ te nesciēte at-
q; viuēte vsurpauerit sibi Adonias regiā dignitatem. ⌊ Et rñdit rex Dauid, dicēs: Vocate ad me
Bathsæba, ⌋ q̄ finito suo sermone, exiuit regis cubiculū, ⌊ q̄ cū fuisset ingressa corā rege, & stetisset
ante eū, iurauit rex & ait: Viuit dñs, q eruit animā meā de omni angustia, qa sicut iuraui tibi per
dñm deū meū Israel, dicēs: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit sup soliū meum
pro me, sic faciā hodie. Summissoq; Bathsæba in terrā vultu ⌋ .i. facie profunde inclinata ad re-
gis honorē atq; in signū gratitudinis, ꝙ rex suæ acquieuit petitioni, ⌊ adorauit regē, ⌋ adoratione
duliæ, sicut & Nathan, dicēs: Viuat dñs meus rex Dauid in æternū, ⌋ quasi dicat, quāuis filij mei
promotionē desiderem, tñ quantū possibile est, malo vt tu Dauid rex adhuc feliciter viuas ac re-
gnes, & cū hic diutius viuere & regnare nō poteris, opto vt inter sanctos post hanc vitā æterna-
liter pseueres. ⌊ Dixit quoq; rex Dauid: Vocate mihi Zadoc sacerdotē & Nathan prophetā & Ba
naiā filiū Ioiadæ. Qui cū ingressi fuissent corā rege, dixit ad eos: Tollite vobiscū seruos dñi vñi ⌋
.i. robustos q permā serunt in Hierusalē & in palatio q sunt serui & milites Ioab principis militiæ
⌊ & imponite filiū meū Salomonē sup mulam meam, ⌋ cui ego solus sedere cōsueui, vt pateat, ꝙ
dignitatē meam ad filiū transtuli Salomonē, ⌊ & ducite eū in Gihon ⌋ .i. ad fontē sic nominatū
.s. aquā Silohe, iuxta quosdā. Gihon aūt quandoq; est nomē fluuij de paradiso egrediētis & terrā
Gene.2 Aethiopiæ circueuntis, vt in Genesi habet, ⌊ & vngat eū ibi Zadoc sacerdos & Nathan prophe E
ta, in regē sup Israel. Et canetis buccina, atq; dicetis: Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eum
Apoc.3 & venietis in Hierusalem, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me, illiq; præci
piam, vt sit dux sup Israel, & super Iudā. Et rñdit Banaias, filius Ioiadæ, regi, dicēs: Amen ⌋ .i.
Johan.12 sic fiat. Amen aūt quādoq; nominaliter sumit, iuxta illud in Apoca. Hæc dicit amē testis fidelis,
& quādoq; verbaliter, pro fiat, vt hic, quādoq; aduerbialiter, pro vere, sicut apud Iohannē: Amē
amen dico vobis. ⌊ Sic loquatur dñs deus dñi mei regis, ⌋ quasi dicat, verba tua ò rex, sunt verba
3.Regū.4 dei loquētis per te & verba tua, quasi verba dei suscipimus. Et quod ait Banaias, sic loquat, di-
5.10.11. xit cōgratulando, ⌊ sic sit cū Salomone, & sublimius faciat soliū eius à solio dñi mei regis Dauid ⌋
2.Regū.6 .i. latiorē dominationē tribuat Salomoni q̄ contulit tibi, Quod etiā infra legit factū. ⌊ Descēdit
ergo Zadoc sacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi, & im
posuerunt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerūt eum in Gihon. Sumpsitq; Za-
doc sacerdos cornu olei ⌋ .i. vasculum continens oleum vnctionis, quo rex & pontifex inunge-
bantur, ⌊ de tabernaculo, ⌋ in quo fuit arca, vt patuit libro secundo, ⌊ & vnxit Salomonē ⌋ astan
te & cooperante ei in hoc Nathan propheta. Nā dixerat Dauid, Vngat eum Zadoc sacerdos &
Nathan propheta, sicq; dignitatē officij pōtificalis ipsius Abiathar cœpit Dauid trāsferre ad Za
doc. Fiebat aūt (vt aliqui dicunt) vnctio illa regis in fronte ipsius in modū coronæ. ⌊ Et cecine-
runt buccina, & dixit omnis populus: Viuat rex Salomon. Et ascendit vniuersa multitudo post
eū, & populus canentium tibijs, & lætantium gaudio magno, & insonuit terra à clamore eorum.
Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo. Iamq; conuiuium finitum erat. Sed
& Ioab audita voce tubæ, ait: Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? ⌋ .i. quid prætendit,
aut designat sonitus existentium in Hierusalem, qui vocifrari videntur, tanquā tumultum aut se-
ditionē habentes, quia à remoto nō poterat clamor perfecte discerni & forsan suspicabat aliqd F
ortum in ciuitate contra Adoniæ præsumptionem. ⌊ Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abia-
thar sacerdotis venit. Cui dixit Adonias: Ingredere, qa vir fortis es, & bona nuntiās. Respōditq;
Ionathan Adoniæ: Nequaq̄, dñs enī noster rex Dauid regem cōstituit Salomonem. Misitq; cū
eo Zadoc sacerdotem & Nathan prophetam, & Bananiam filiū Ioiadæ & Cerethi & Phelethi,
& imposuerunt eū super mulam regis, vnxeruntq; eū Zadoc sacerdos & Nathan propheta regē
in Gihon, & ascenderunt inde lætantes, & insonuit ciuitas. Hæc est vox quā audistis. Sed & Salo
mon sedet super solium regni, & ingressi serui regis, benedixerūt dño nostro regi Dauid, dicētes:
Amplificet deus nomen Salomonis sup nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronū
tuum. Et adorauit rex Dauid in lectulo suo, insuper & hæc loquutus est: Benedictus dñs deus Is-
rael, qui dedit hodie sedentem in solio meo videntibus oculis meis. Territi sunt ergo, & surrexe-
runt omnes qui inuitati fuerant adonia, & iuit vnusquisq; in viam suam. ⌋ Puto ego ꝙ Ionathan
ex industria & de consilio Ioab atq; Abiathar mansit in vrbe ad perscrutandum, si aliquid ibi age
Exodi.28 retur, siue insurgeret cōtra Adoniam, vt illud velociter nuntiaret, sicut & fecit, cuius relatione au
dita, territi sunt qui interfuerunt cōuiuio, ne indignationē Dauid ac noui regis incurrerēt. ⌊ Ado-
nias autem timens Salomonem, surrexit, & abijt in tabernaculum dñi, tenuitq; cornua altaris, ⌋
Pet. Co. vt ibi tutius existeret. Nam ad altare holocaustorum, quod erat exterius, poterant & vulgares ac
histo. lib. 3 cedere, ad altare vero thymiamatis sacerdotes dumtaxat. In scholastica autem fertur historia, ꝙ
reg. ca pt

tenuit

A tenuit cornu altaris thymiamatis, quod non creditur verum. Et nũtiauerũt Salomoni, dicentes:
Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenet cornu altaris, dicens: Iuret mihi rex Salomon
hodie, quod non interficiat seruum suum gladio. Dixitq́ Salomon: Si fuerit vir bonus ⌋.i. si de
cætero abisto & similibus criminibus custodierit se immunem, ⌊non cadet nec vnus quidem
capillus eius in terram ⌋.i. nil mali faciam ei, ⌊sin autem malum inuentum fuerit in eo ⌋.i. aliqd
criminale, præsertim crimen læsæ maiestatis, aspiratio ad regnandum, seminatio seditionis in
populo, aut partialitas contra regem, & communitatis turbatio, ⌊morietur ⌋.i. statim faciam eũ
occidi. ⌊Misit ergo rex Salomon ⌋ministros solennes, ⌊& eduxit eum ab altari, ⌋ non violen-
ter, cum esset ibi locus refugij, sed persuasit ei per nuntios vt confidenter egrederetur, dummodo
de cætero vellet se bene habere, ⌊& ingressus ⌋ palatium ⌊adorauit, ⌋adoratione duliæ ⌊regem
Salomonem, ⌋recognoscendo se nihil iuris habere ad regnandũ, sed Salomonem esse legitime in
stitutum in regẽ. ⌊Dixitq́ ei rex Salomon: Vade in domũ tuam. ⌋Filij etenim regis Dauid adul 2. Reg.13
tæ & virilis ætatis habebãt specialia habitacula quædã, quãuis ad placitũ fuerint in palatio. Vnde
& dictũ est lib. secũdo, ꝙ Thamar mãsit contabescens in domo Absalom fratris sui.

¶De spirituali huius cap. ꝑtimi sensu. Arti. II

ET rex Dauid senuerat. Per Dauid ꝓfiguratus est Christus, q in iuuentute sua est crucifi-
xus, idcirco nõ senuit senio corporali, sed spirituali, de quo scriptũ est: Senectus venerabi Sap.4
lis est, nõ diuturna, neq; annoꝝ numero cõputata. Cani aũt sunt sensus hominis, & ætas
senectutis vita immaculata. Hæc ergo senectus est moꝝ maturitas, probitas vitæ, sapiẽ
tia salutaris, q̃ in Christo summe fuerũt. Cumq́ operiret vestibus, nõ calefiebat. Per vestes q̃nq;
B intelligunt hoĩes aliquẽ circũdantes, iuxta illud Esaiæ: His oĩbus quasi vestimẽto ornaberis, sed Esa.49
Iudæi q Christũ in carne inter eos ambulantem corporaliter sequebant, & instar vestiũ circũda-
bant eũ, nõ calefecerũt ⌋.i. ignẽ charitatis nõ cõtinuerũt, nec cõsolationẽ pepererũt eidẽ, sed ma-
gis tristitiã, in tantũ, ꝙ dixit: O gñatio incredula q̃diu apud vos ero, q̃diu vos patiar. Dixerũt ei Matt.17
serui sui: Quæram᷒ dño nr̃o regi adolescẽtulã virginẽ: sic apl̃i vidẽtes icredulitatẽ obstinationẽq; Mar.9
Iudæoꝝ, & regẽ Chr̃m toto corde desiderare aĩaꝝ salutẽ, iter se cõcordauerũt ire ad gẽtes & ex
ea congregare ecclesiã, quã congregatã, regeneratã & speciosissime decoratã Christo ꝓsentaue
runt, calidissimã in amore & obdormientẽ in Chr̃i cõtemplatione. Potest quoq; ꝑ Abisag intel-
ligi primitiua illa ecclesia ex Iudaismo cõuersa, omniũ virtutũ splendore conspicua, q̃ in pace in
idipsum dormiuit & requieuit in suo dilecto, & dixit: Leua eius sub capite meo & dextera illius Psalm.4
amplexabit me. Rursus, Abisag virgo pudicissima atq; pulcherrima, Dauid regi desponsata, sed Cant.4
manẽs inuiolata, fuit beatiss. Christiferæ virginis Mariæ figura, q̃ est singularis & vnica Christi
sponsa, sed virgo mũdissima. Præterea ꝑ Dauid designat quicunq; fidelis ꝓlatus aut princeps seu
rector, q senectute confectus aut spiritali senio decoratus, in carnalibus nõ inflammat, neq; in ex
terioribus delectat, idcirco quærenda est ei adolescentula virgo pulcherrima .i. sapiẽtia vere flã-
migera & diuina, quæ donũ est spũs sancti, & vere accendit vim affectiuã in charitate, cũ sit scien Esa.11
tia sapida & formata, de qua ait syncerus & pudicus amator: Hanc amaui & exquisiui à iuuẽtute
C mea & quæsiui eã sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Intrans in domũ Sap.8
meã, cõquiescã cũ illa. Non eñi habet amaritudinẽ cõuersatio cuius nec tædiũ cõuictus illius, sed
gaudiũ & lætitiã. Rursus ꝑ puellã illã ꝑt intelligi sacræ scripturæ intelligẽtia, q̃ etiã scia affectiua
vocat, & vtilis est ad docẽdũ, ad exhortãdũ, ad increpãdũ, ad cõsolandũ, ad inflãmandũ scipm ac 2.Timo.3
ꝓximos, q̃ corruptionẽ .i. falsitatis admixtionẽ nõ suscipit, sed inuiolata est veritas. Hęc in senib᷒
esse debet, iuxta illud in Iob: In antiquis est sapĩa & in multo tp̃e prudẽtia. Adonias aũt eleuabat,
dicẽs: Ego regnabo. Queadmodũ Dauid est Chr̃i figura, sic ea q̃ in domo Dauid fiebãt, ꝓfigura Job.12
uerunt ea q̃ in Chr̃i fiunt ecclesia, sicq́ ꝑ Adoniã pulchrũ & eius fautores Ioab atq; Abiathar, si-
gnant superbi & ambitiosi, donis naturæ seu bonis fortunæ ornati, q ad ecclesiasticas dignitates,
ad principatũ, ad regnũ ingerunt semetipsos & per potentes seculi huius, per ꝓlatos ecclesiæ quæ
runt iuuari, atq; ꝑ munera ac lauta conuiuia, per promissiões ac promotiones alliciunt sibi quos
possunt, sed viri timorati, sapientes, integri & constãtes, qui per Zadoc, Nathan, Banaiã ac ꝓro-
bur exercitus designãtur, talibus nõ assistũt nec fauent, imò renitunt & eos promouere conãtur,
qui ætate, scientia & moribus sunt ꝓlatione aut principatu cõdigni, q vngunt, per Zadoc & Na-
than q̃si legitime consecrant ac instruunt, post quos canit buccina q̃si eoꝝ Institutio solenniter
diuulgat. Deniq; infelix & insensata ambitio aliquos sic excæcat vt adhuc viuẽtibus his q ꝓsunt,
ꝓlationẽ arripere nõ formidẽt, q dũ à suo impediunt proposito, solẽt seruil'r eos vereri, q ipsis ꝓ-
ficiunt & quærũt sibi ignosci. Salomon aũt .i. iustus ac sapiẽs pastor, iudex seu princeps q sine ac
ceptione iudicat ꝑsonaꝝ, & magis dolet de dei offensa q̃ de sua iniuria dat dignũ responsum, vt
pote ꝙ iuxta eoꝝ merita fiet eis.

¶EXPOSITIO CAP. II. Appropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur. Arti. III.

QValiter Dauid rex extremũ clauſerit diem & qualiter filius ei ſuccedens D
in regno cœpit regnare atq; iuſtitiã exercere in iſto cap. narraẽ. ⌊Ap
propinquauerunt aũt dies Dauid vt moreret, p̄cepit'q; Salomoni filio
ſuo, dicens: Ecce ego ingredior viam vniuerſæ terræ⌋ .i. ſtatim ſubibo
mortẽ cunctis mortalibus in terra cõmorantibus generalẽ, p quã exe-
unt de hoc mũdo & rediguntur in puluerẽ ſeu p̄iacentẽ materiã. Mors
aũt hoĩbus q̃tũ ad principale ſuũ, videlicet animã immortalẽ, eſt ſpe-
cialiter via, q a p eã tendũt ad aliud ſeculũ ac vitã futurã. ⌊Cõfortare &
eſto vir fortis⌋ .i. aſſume fiduciã & in virtutibus proficeac aĩo ſis virilis
q̃uis ætate & corp̄e puer ſis, ita vt ætatẽ moribus, virtutibus'q; excedas,
⌊& obſerua vt cuſtodias mãdata dñi dei tui⌋ .i. diuina imple p̄cepta q̃ deus præcepit ſeruari, vel
Pro. 4 obſerua cuſtodias dñi .i. cuſtoditionibus cordis tui & vigilãtijs animi q̃ cõplacẽt deo ſis ſemp in-
Deu. 4 tentus, iuxta illud: Omni cuſtodia cuſtodi cor tuũ. Vnde & in Deut. iubet: Cuſtodi temetip̄m &
animã tuã ſolicite. Oportet eñ regẽ & omnẽ q p̄eſt tanto eſſe cuſtoditiorẽ & ſolicitiorẽ in oĩbus
q̃to pluribus p̄ſidet, tanq̃ diſtrictius iudicãdũ à deo, ⌊vt ambules in vijs eius⌋ .i. cõſilijs & doctri-
nis ip̄ſius atq; in actibus bonis, p q̃ ad ip̄m deũ itur ac p̄uenit, de q̃bus in prouerb. legit: Viæ eius
Prou. 3 viæ pulchræ & oẽs ſemitæ eius pacificæ, ⌊& cuſtodias⌋ memoriter recolẽdo & ope adimplen-
do ſeu vitia euitãdo, ⌊ceremonias eius⌋ .i. p̄cepta ceremonialia q̃ p̄ſigũt modũ colẽdi deũ in ſacri
ficijs, obſeruãtijs'q; ſimilibus, ⌊& p̄cepta eius⌋ moralia, ⌊& iudicia⌋ .i. p̄cepta iudicialia, ⌊& te-
ſtimonia, ſicut ſcriptũ eſt in lege Moyſi⌋ .i. ea q̃ credẽda ſunt & ſperãda credas ac ſperes, ⌊vt in
telligas oĩa q̃ facis⌋ .i. diſcernas an bona vel mala ſint op̄a tua, ſic'q; iuxta diuinæ legis p̄cepta, te-
ſtimonia & doctrinas, in cũctis te dirigas, ⌊& quocũq; te verteris⌋ .i. agnoſcas in q̃bus retroce-
dis, deficiẽdo à proceſſu virtutũ, vel in q̃bus redis ad cõmoda tua, vel certe ad cõſiderandũ & diſ- E
cutiendũ teip̄m aut ſubditos. Rex nãq; & oĩs q p̄ſidet, debet eſſe circũſpectus in oĩbus & maxime
Aggæi. 1 oculatus, ac iugiter cõſiderare ſeip̄m atq; ſubiectos, ſic'q; (iuxta Aggæũ p̄phetã) ponere cor ſuũ
ſup vias ſuas, ⌊vt confirmet dñs ſermones ſuos q̃s loquutus eſt de me⌋ .i. promiſſa ſua mihi facta
adimpleat, ⌊dicẽs: Si cuſtodierint filij tui,⌋ p̄ſertim ſuccedẽtes in regno ⌊vias ſuas⌋ .i. in actib⁹
ſuis ſe habuerint cuſtodite, ⌊& ambulauerint⌋ .i. vixerint ⌊corã me in veritate⌋ doctrinæ & vi
tæ atq; iuſtitiæ, cõuerſando ſynceriter ſine ſimulatiõe, duplicitate ac dolo, ⌊in omni corde ſuo⌋
.i. toto intellectu ac volũtate, ⌊& in omni aĩa ſua⌋ .i. etiã ſcd̃m vires inferiores & aĩales, appetitũ
ſenſitiuũ, cõcupiſcibilẽ & iraſcibilẽ cũ ſuis paſſiõibus refrenãdo & rõni ſubdẽdo, imaginatiões'q;
vanas abijciẽdo, ⌊nõ auferet tibi vir de ſolio Iſrl̃⌋ .i. ſucceſſor in regno nõ deficiet ex ſemine tuo,
q̃d ſi fieret, eſſet ad minorationẽ famæ & eminẽtiæ tuæ. Sic'q; pateſcit q̃ promiſſiões factæ ip̄i Da
uid de poſterorũ ſuorũ ſucceſſiõe in regno erãt ſub cõditiõe ĩtelligẽdæ, vtpote niſi peccãdo obi-
cẽ ponerẽt impletioni p̄miſſionis diuinæ. Veruntñ nõ ſunt hæc ita intelligenda, q̃ſi ſucceſſio illa
tẽporalis in regno terreno fuerit principalis cã aut rõ implẽdi diuina p̄cepta, qm̃ tp̄alia bona, ter
rena & exteriora nequaq̃ ſunt p̄miũ dignũ, plenũ atq; ſufficiẽs actuũ virtuoſorũ, p quos fit homo
aptus regno cœleſti & ſaluti æternæ. Multa hic omittunt de factis & verbis ac ordinationib⁹ ſan
Pet. Co- cti Dauid, q̃ primo Paral. p octo cap. deſcribunt, à cap. 21. vſq; ad finẽ libri illius. Vnde magiſter
meſto. lib. 3 in hiſtorijs refert, volẽs Dauid oſtẽdere pp̄lo, regẽ ſe feciſſe Salomonẽ, conuocauit in Hieruſalẽ
reg. cap 2 principes vniuerſos & ſacerdotes ac Leuitas & inuncto iterũ Salomone ac cõfirmato ab oĩbus,
regno ip̄ſius p̄fecit, p̄cepit corã oĩbus Salomoni de legis cuſtodia, iuſtitia, pietate ac tẽpli ædifica F
tione, Tũc q̃q; diſtinxit Leuitas & ſacerdotes & cætera fecit, q̃ in p̄fatis Paral. cap. ſunt cõſcripta
⌊Tu q̃q; noſti q̃ fecerit mihi⌋ .i. ad meã cõtriſtationẽ ⌊Ioab filius Zeruiæ,⌋ Dicũt aliqui, q̃ Io
ab mõſtrauit alijs ep̄l̃am ſibi à Dauid ſecrete miſſam de morte Vriæ, p q̃d regẽ ſcãdalizauit, & hoc
ip̄m Dauid notaſſe in verbis iſtis, ſed an Ioab hoc fecit, incertũ eſt, textus q̃q; videt loqui de geſtis
2. Re. 3. 20 ſequẽtibus, ⌊q̃ fecerit duob⁹ principib⁹ exercitus Iſrl̃ Abner filio Ner⌋ .i. quẽ Saul cõſtituit prin
2. Regũ. 14 cipẽ militiæ totius exercitus Iſraelitici, ⌊& Amaſæ filio Iether,⌋ quẽ Abſalom poſuit principem
2. Regũ. 17 militiæ ſup totũ exercitũ ſuũ pro Ioab, tñ ſicut Abſalõ nõ fuit verus rex Iſrl̃, nec legitime ĩſtitutus
2. Regũ. 15 ſed ambitioſe intruſus & vſurpatus, ita ſic nec Amaſa fuit legitimus princeps militiæ Abſalonis,
Vnde q̃ nũc vocat priceps militiæ Iſrl̃, p̄t intelligi pro eo, q̃ Dauid p̄miſit, vel (vt aliq dicũt) de
2. Regũ. 19 dit ei principatũ illũ pro Ioab, vt fuit expoſitũ in lib. 2. ⌊q̃s occidit⌋ proditorie, ferociter & ini-
que, q̃s nõ audebat manifeſte inuadere, ⌊& effudit ſanguinẽ belli in pace⌋ .i. ſanguinẽ principũ il
lorũ q̃s nõ debuit occidere niſi in p̄lio iuſto, vel iuſto cõgreſſu, fudit tp̄e pacis, qñ videlicet ipſe Da
uid cũ Abner inierat fœdus pacis & qñ indulſerat Amaſæ ſuũ delictũ, vel in pace .i. ſub apparatu
2. Regũ. 3 & ſigno pacis, Nã Amaſam interfecit, oſculãdo eundẽ & ſalutãdo verbis pacificis, dicẽdo: Salue
2. Reg. 20 mi frater, ſic̃r ip̄m Abner duxit ſeorſum, q̃ſi alloquuturus eũ ex parte regis pacifice, ⌊& poſuit cru
2. Regũ. 3 orẽ p̄lij in baltheo ſuo q erat circa lũbos eius & in calciamẽto ſuo q̃d erat in pedibus⌋ .i. ſine bel-
lico labore illos occidit, ita q̃ propter tale q̃d p̄petrandũ nõ indiguit ſe armare, ſed ſuffecit ei bal-
theo eſſe p̄cinctũ & corio calciatũ. Quidã exponũt ſic, Poſuit cruorẽ belli in baltheo .i. baltheũ
ſuũ ac veſtes & calcios fecit ſanguine illorũ p̄fundi, non arma ſua, q̃a cũ eis nõ dimicauit. Vel i deo

A dictũ eſt iſtud, qa percuſſit illos in inguine, brachiũ ſuũ cõtra ipſos nõ leuãdo, ſed ab infra pungen
do, ſicq; ſanguis illoꝝ ſup baltheũ eius ac calciamẽtũ poterat ꝓſilire, nõ ſup veſtiũ ſuaꝝ partes ſu
periores. Aliq exponũt, dicẽtes, pugnatores ſolebãt in armis ſuis inſignia opa ſua ad oſtentatio-
nẽ deſcribere, ſed cũ Ioab facinoroſa homicidia illa nõ auderet in ſuis deſcribere armis & publi-
ce oſtẽtare, ſaltẽ in baltheo & calciamẽto ſuo ea notauit. Facies ergo ei iuxta ſapiam tuam
ipm debite puniẽdo, & nõ deduces caniciẽ eius pacifice ad inferos. i. eũ iã canũ facias violẽta
morte occidi, vt deſcendat q̃ meruit. Circa hoc qdam ſcribit, Hebræi dicũt, ad ſoſſam, qm̃ Dauid
nõ intendit, ꝙ Ioab deſcẽderet ad infernũ, ſed potius, vt p pœnã tẽporalẽ euaderet pœnã infer
nalẽ. Ad qd dicendũ, ꝙ infernus q̃tuor modis accipit, puta pro loco & ſupplicio dãnatoꝝ, pro
purgatorio, pro lymbo patrũ & pro lymbo pueroꝝ. Sed cur Dauid perſonalr̃ nõ puniuit ipm Io
ab hoc mõ? Rñdet, ꝙ nõ poterat cõuenienter hoc facere ſine grandi cõitatis ꝑturbatione, in qua
Ioab ꝑpotens fuit, vel propter multa ipſius Ioab obſeqa, q̃ regi impẽdit, pepercit ei ad tẽpus vel
ex occulto dei inſtinctu, ad ꝑſigurandũ magnũ myſteriũ in vltima mũdi ætate & tpe incarnatio-
nis, nã Dauid in hac re gerit ꝑſonã dei patris, Salomon Chri filij pr̃is æterni, Pater aũt omne iu- Iohã. 5
diciũ dedit filio, in cuius rei figura Dauid rex in extremis cõmiſit filio ſuo Salomoni iudiciũ, tã cir
ca reos q̃ circa bñficos, de qbus ſubiungit. Sed & filijs Barzillai Galaaditæ reddes grãm. i. fa-
uorẽ & vicẽ pro bñfactis eoꝝ, erũtq; comedẽtes in mẽſa tua. i. volo & hortor vt ſint cõmẽſa
les tui, ſeu regijs cibis reficiant. Occurrebãt em̃ mihi qñ fugiebã à facie Abſalom fratris tui, de 2. Regũ 19
illo occurſu añ nihil ſcriptũ eſt, ſed ꝙ Berzillai ꝓbuit regi Dauid neceſſaria abundãter, veꝝ ex iſto
B loco colligit, ꝙ Barzillai miſit filios ſuos in regis occurſum. Præterea vt aliq opinant, ideo quoq;
iuſſit Dauid Salomoni occidere Ioab, ne ipſe Ioab poſt mortẽ Dauid moliret aliqd mali cõtra Sa
lomonẽ, laborãdo pro Adoniæ intruſione cui fauebat, prout Dauid ipſe iã nouit, q ſciuit verſu-
tias Ioab & practicas eius atq; potẽtiã. Habes q̃q; apud te Semei filiũ Gera filij Iemini de Bahu 2. Regũ 16
rim, q maledixit mihi maledictiõe peſſima qñ ibã ad caſtra. i. ad fortia loca refugij propter per-
ſequutionẽ Abſalonis. Hæc aũt hiſtoria in lib. 2. expoſita eſt & cur Dauid ei pepercit ad tempus,
ſed qa deſcẽdit mihi i occurſum cũ tranſirẽ Iordanẽ, & iuraui ei p dñm, dicẽs: Nõ te interficiã
gladio, tu noli pati eũ eẽ innoxiũ. i. ipunitũ in vita hac, vt in futuro ſaluet aut leuius habeat. vir
aũt ſapiẽs es, qñ Dauid hæc iuſſit, Salomon adhuc puer erat & iunior ac minimus inter frẽs ſuos Pet. Co. hiſto. lib. 3
Vnde in ſcholaſt. hiſt. recitat, ꝙ Dauid filios ſuos rogauit ne grauiter ferrẽt minimum inter eos Re. cap. 2
ſublimatũ, qm̃ deus ita mãdauit, ſicut & ipe minim⁹ inter frẽs ſuos fuerat vnctus. Deniq; 1. Paral. 1. Regũ. 16
Dauid ait ad ppl̃m, Filiũ meũ Salomonẽ elegit deus adhuc pueꝝ & tenellũ. Qualr̃ aũt Dauid iã 1. Para. 29
dixit ad Salomonẽ, vir ſapiẽs es, imò ſecundũ Ioſephũ, alioſq; Hebræos, & vt videt ſẽtire Hie- Ioſe. lib. 7
ronymus, nõ erat vltra duodecim annos aut circiter. Veꝝ ad hæc erit infra inquiſitio maior, ſo- an. ij ca. 4
lutioq; diffuſior, q ergo vult tenere ꝙ adhuc erat tã iuuenis, dicere p̃t ꝙ tũc vocatus eſt vir, nõ ꝓ- Diere.
pter ætatẽ, ſed propter prudentiã ſuã, q̃ exceſſit ætatẽ, * & ſcies q̃ facias ei. Nã Salomon mul- als, vt ſtiae
tũ prudẽter & pie egit cũ Semei, eũ nõ ſtatim occidendo, imo niſi trãſgreſſus fuiſſet Salomonis ꝓ
ceptũ, nõ fuiſſet ab eo occiſus, deducesq; canos eius cũ ſanguine. i. morte illata ac violẽta, ad
inferos, cũ nõ obſeruauerit q̃ per tuã prudentiã ei iniunges. Dormiuit ergo Dauid cũ patrib⁹
ſuis. i. ſomno mortis quieuit à tumultibus vitæ ꝑſentis & à vita corporea aiali, ſicut & pr̃es eius
ante eũ, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid. i. in ea parte Hierl̃m, in qua erat arx Sion. Vnde legit 2. Regũ 5
ſecũdo li. Cæpit aũt Dauid arcẽ Sion, hæc eſt ciuitas Dauid, ibi qppe cõſtruxit palatiũ & in eodẽ
C monte templũ Salomonis cõſtructũ eſt. Circa hæc magiſter in hiſtorijs refert, Circa tumulum Pet. Co. hiſt. lib. 3.
eius, videlicet Dauid regis, fecit Salomon octo loculos theſauroꝝ, quoꝝ vnũ poſt mille & trecẽ Reg. ca. 8
tos annos aperuit Iohannes Hircanus pontifex, aliũ Herodes, alij vero nõdũ manifeſtati ſunt. In
Reg. cap. erat in exteriori parte templi, ⌊ texit auro ⌋ & illud altare vocat altare oraculi, nõ ꝙ fuerit sitũ in-
tra sctm̃ sanctoꝝ seu in parte inferiori ipsius templi, sed qa stetit ante oraculũ extra & prope illud,
& qm̃

A & quoniam vapor, odor seu fumus inde ascendens, intrauit oraculum. i. sanctum sanctorum per
modum præhabitũ. At vero secundo Paralipomenon habet: Fecit quoq; altare æneum viginti 2. Para. 4
cubitorum lõgitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decẽ cubitorum altitudinis, quod stetit in
atrio sacerdotum, sicut ibidem expositum est, & super illud holocausta comburebantur, alia quoq;
sacrificia offerebantur in eo. Incensum vero & holocaustũ aliquãdo pro eodẽ accipiũtur, quoniam ho-
locaustũ incẽdebat totaliter, sed nunc altare incensi pro altari thimiamatis sumptũ est, quia & thi
miama cremabat super altare illud, prout super Exodũ plenius dictũ est. ⌊Et fecit⌋. i. posuit, ⌊in Exod. 25
oraculo⌋ vtpote in parte templi inferiori, ⌊duos Cherubim⌋ qui secũdum Hebræos erãt formati
instar pulchrorum, splendidorũq; iuuenũ. Sed Iosephus ait, quod erãt formati ad similitudinẽ auiũ ho Iose. lib. 8
minibus nunquam ostensarum, sed Moysi in visione imaginaria, qua vidit deũ quasi in sublimi solio re- an. ti. ca. 8.
sidentem, ⌊de lignis oliuarum⌋ idcirco non erãt aurei, vt Cherubim quos Moses fecit, de quibus in
Exodo dñs iubet, duos Cherubim aureos & productiles facies, ⌊decem cubitorum altitudinis⌋ sic
quod vnusquisq; Cherub habuit altitudinem decem cubitorum, & stabãt super pauimentũ in lateribus
arcæ. ⌊Quinq; cubitorum ala Cherub vna, & quinq; cubitorum ala Cherub altera⌋. i. quilibet Che- Exodi. 25
rub habuit alas duas, & quælibet ala fuit quinq; cubitorum in longitudine sua, ita quod simul habebant
longitudinem decem cubitorum, & tãto spacio distabãt summitates seu extremitates alarum illarum ex-
pansarum ab inuicem, & hoc est quod in litera subditur, ⌊id est, decẽ cubitos habẽtes à summitate alæ
vnius, vsq; ad alterius alæ summitatẽ. Decẽ quoq; cubitorum erat Cherub secũdus in mẽsura pari⌋
quia eodem modo fuit dispositus & formatus in longitudine sua & alis vt primus, vnde subiungi-
tur. ⌊Opus vnũ⌋. i. similis formatio, ⌊erat in duobus Cherubim, id est, altitudinẽ habebat vnus

B Cherub decem cubitorum & similiter Cherub secũdus, posuitq; Cherubim in medio templi inte-
rioris⌋. i. in medio interioris partis totius templi, cuius interior pars vocat hic templum interius,
sicq; arca stetit inter duos hos Cherubim. ⌊Extendebãt aũt alas suas Cherubim, & tãgebat ala
vna parietem⌋ vnũ. i. ala vna vnius Cherub extensa fuit vsq; ad murum templi meridionalem, ⌊&
ala Cherub secundi tangebat parietẽ alterum⌋. i. murum oraculi seu sancti sanctorum aquilonarem.
⌊Alæ aũt alteræ in media parte templi se inuicem contingebãt⌋. i. alia ala vnius Cherub tange-
bat alteram alam alterius Cherub, ita quod alæ illæ non erãt directæ extensæ in altũ, sed transuersali-
ter versus arcã quã & operuerunt, sicq; quatuor alæ illæ fuerũt extẽsæ per totam latitudinẽ sancti
sanctorum, cuius latitudo vt patuit, fuit cubitorum viginti. Hinc secũdo Paralipomenon scribit, quod ex 2. Pari. 3
tendebãtur per cubitos viginti, alia quoq; aliqua scripta sunt ibi de Cherubim istis, quæ hic non
sunt descripta, sicut econtra, quæ diligens lector simul consideret. ⌊Texit quoq; Cherubim⌋ istos,
⌊auro⌋. i. laminis aureis, alæ vero istorum Cherubim, vt aliqui dicũt, aureæ erãt, ⌊& omnes parietes
tẽpli per circuitũ sculpsit variis cælaturis & torno⌋. i. cũ instrumento sic dicto. Dictũ est nãq; quod
in tabulis illis cedrinis, quibus muri in inferiori parte tẽpli erãt operti sculptæ, formatæ siue cæla-
tę erant prominẽtes imagines. ⌊Et fecit in eis Cherubim & palmas & picturas varias quasi pro-
minẽtes de pariete & egredientes. Vnde & in Paralipomenon scribit, sculpsit in eis palmas & quasi Ibidẽ
cathenulas se inuicem complectẽtes & cælauit Cherubim in parietibus, ⌊sed & pauimentũ do-
mus⌋ de quo in Paralipomenon legit, strauit pauimẽtũ tẽpli pretiosissimo marmore decore mul- Ibidẽ
to, ⌊texit auro intrinsecus & extrinsecus⌋. i. tã in parte tẽpli interiori quam exteriori operuit pauimẽ
tum illud lapideũ aureis laminis. ⌊Et in ingressu oraculi⌋. i. in pariete, per quẽ trãsiebatur ab ex-

C teriori parte tẽpli in sanctũ sanctorum ⌊fecit duo ostiola,⌋ quæ dicũtur ostiola, quoniam parua erãt res-
pectu ianuarum, per quas fuit ingressus ab orientali plaga in exteriorẽ tẽpli partẽ, ⌊de lignis oliua
rum, postesq; angulorum quinq;⌋. i. ipsos postes ita formauit, quod quilibet postis secũdũ longitudi-
nem suã habuit angulos quinq; & vt in scholastica fertur historia in quinto angulo medio, hoc Pet. Co.
est in medio anguli quinti, cardines stabãt affixi, circa quos ostiola mouebant. Veruntñ quidã expo histo. lib. 3
nũt ita supplẽdo, & postes angulorum erãt quinq;, supple cubitorum, ⌊& duo ostia de lignis oliuarum. Et Re. cap. 10
sculpsit in eis picturã Cherubim⌋ sicut expositũ ẽ, ⌊& palmarum species & anaglypha valde pro-
minẽtia⌋. i. eminẽtes picturas seu prominẽtes cælaturas, ⌊& texit ea auro⌋. i. laminis aureis, ⌊&
operuit tã Cherubim quam palmas & cætera auro, fecitq; in introitu tẽpli⌋. i. in pariete oriẽtali, per
quẽ intrabat in primã & exteriorẽ templi partem, ⌊postes de lignis oliuarum quadrangulatos⌋. i.
quatuor angulorum, & sic postes oraculi qui erãt quinq; angulorum erãt ornatius facti quàm isti, sicut
oraculum sanctius fuit, ⌊& duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus.⌋ Nã inter ostia illa situs exti-
tit postis, firmus & grandis, ad quem claudebantur, sicq; vna ianua fuit ex vna parte postis illius
& alia ex altera postis parte, idcirco dicuntur fuisse altrinsecus. ⌊Et vtrũq; ostiũ duplex erat & se
inuicem tenens aperiebatur⌋ quod duobus modis exponit. Primo, quia vnũ pendebat in exterio-
ri parietis superficie & aliud in superficie eiusdẽ parietis interiori prope ostiũ iam præfatũ. Secũ-
do, quod vtrũq; ostium fuerit de duabus partibus fortiter sibi cõnexis, ita quod vna pars ianuæ poterat
claudi alia aperta manẽte, sicut in ostiis quæ fracta vocãtur, videmus. & iuxta hũc duplicem sensum
etiã quod dictũ est de ostiolis oraculi, dupliciter explanat, quia secũdum quosdã ambo ostiola erãt
in eadem parietis parte, vnum in exteriori superficie muri, aliud in interiori, sic quod dum ambo
clausa

clausa fuerunt videbatur paries ille ex vtraq; parte continuus, secundum alios autem erant sic posi- D ta, quòd vnum stetit iuxta latus meridionale oraculi, aliud iuxta latus aquilonare in muro oraculi, qui diuidebat inter sanctum & sanctum sanctorum. [Et sculpsit Cherubim & palmas & cælaturas valde eminentes, operuitq; oĩa laminis aureis opere quadro.] prout forma eorum quæ operiebant exegit, [ad regulã.] hoc est, ad lineam, vel aureæ illæ laminæ factæ fuerunt quadrangulari figura cum lineali directione. De p̃satis hostijs scribit magister in historijs, fores istæ tãtæ fuerãt venustatis, vt etiã Dauid pphetãs de templi destructione eas noĩatim expressetit, dicens: Exciderunt ianuas eius, atq; vt Iosephus ait non erat in eis lignum maius palmo, quod forte notatur in libro Regum cum dr̃ opere quadro ad regulam, & erat altitudo earum triginta cubitorum secundũ altitudinem inferioris cœnaculi seu partis templi, sed q adicit altitudinem earum fuisse viginti cubitorum videt stare non posse, quoniã tanta templi latitudo, sicq; ab oriente non fuisset murus, sed ex libro Regum patet determinatio, vbi sic legitur: Ostium duplex erat, & seinuicem tenens operiebatur. Erat eqdem latitudo muri decem cubitorum & apertura, in qua ianuæ erant, fuit decem, & ita in muro orientali altrinsecus supererant qũinq; cubiti. In apertura vero erant quatuor fores, duæ extrinsecus, & duæ intrinsecus, quarum vnaquæq; habuit latitudinem quinq; cubitorum, & erant tam artificialr̃ positæ & clausæ, quasi continuum parietem facerent. Intus autem & extra aperte sibi in medio muri obuiabãt, & totã latitudinem eius tegebãt, tamq; artificiose mutuo adhærebant, ꝙ quãdo claudebant exteriores, claudebant simul & interiores. Nullus enĩ nocte in templo remansit, q clauderet eas interius. Cumq; aperiebant exteriores, aperiebant simul & interiores. Propterea dictum est: Ostium duplex erat, & seinuicem tenens, aperiebat. ¶ Insup patet ex dictis, in isto capitulo, & ex his quæ in Exodo scribunt, quòd Cherubin isti in templo Salomonis, & Cherubin q E erant in tabernaculo Mosi conueniebant in forma & situ, q a eodem modo erant dispositi & alati, & ex vtroq; latere arcæ locati, sed differebant in materia & quantitate. Nam Cherubin quos Moses fieri iussit, erant parui & aurei, isti vero magni & lignei ac deaurati atq; sub alis suis continebant arcam ac Cherubin factos sub Mose. [Et ædificauit atrium interius.] hoc est, iuxta templum murauit atrium quod atrium fuit muro clausum. Vnde subiungit, [tribus ordinibus lapidũ politorum.] itaq; in spissitudine, vel (vt aptius dicunt) in altitudine muri erant tres ordines lapidum politorum, hoc est, lapides politi, diuersorum colorum triplici ordine collocati. [& vno ordine lignorum cedri,] hoc est, lignis tabulisve cedrinis sub vno ordine sitis interius. Ad intelligentiam huius valet, ꝙ in scholastica fert historia: Plura (inqt) fuerũt atria circa templum, sicut in psalmo legit: Qui statis in domo dñi in atrijs domus dei nostri. De interiori autem atrio fit hic tantum mentio. De eodem & de secũdo tractat Iosephus, præter quæ duo fuerunt & alia atria duo. Itaq; atrium istud interius erat platea grandis ex omni parte circa templum diffusa per quadrum, hoc est, quadrata in gyro templi, sicut & templum erat in quadro formatum, eratq; platea illa altera parte longior sicut & templum & ante fores templi ad orientem plurimũ extendebat, quoniam ibi stabat altare holocaustorum æreum & mare, in quo lauabant se sacerdotes & luteres, in qbus hostiæ lauabant, atq; ibidem sacerdotes ac Leuitæ coram dño (astante populo) ministrabant, & circa vtrunq; latus templi non erat tam magna. Ab occidente vero strictior erat, pauimentum autem vario marmore stratum erat, & diuersis imaginibus venustatum, & breuis murus cingebat ipsum q murus fuit in altitudine triũ cubitorum, eratq; cubitus vnus de lapidibus vnius coloris, cubitus secundus de lapidibus alterius coloris, & tertius tertij. Interius quoq; murus iste vestiebat cedro, & positus fuit F murus p gyrum in extremitate huius, vt cæteros à ministris diuideret, & ab ingressu huius atrij prohiberet. Ad hunc murum se appodiabant psallentes, & conuersi ad populum alloquebant eundem. [Anno quarto] regni Salomonis [fundata est domus dñi,] hoc est, incepta fieri, vt patuit in exordio huius capitis, [mense Ziph, & in anno vndecimo] regni eius [mense Bul] vel vt alij dicunt Zebul [ipse est mensis octauus] vndecim anni præfati cui mensi correspondet secundum nos September, vt dicit Beda, seu partim Octobris, vt aliqui dicunt, [pfecta est domus in omni opere suo & in vniuersis vtensilibus suis, ædificauitq; eam annis septem.]

Per. Co. hist. lib. 3 Re. cap. 10
Psal. 73
Iose lib 8 ant. iu. ca 3
Exo. 25
Ibidẽ
Per. Co. hist. li. 3. regũ, ca. 14
Psalm̃ 133
Iose lib. 8 ant iu. ca. 3
Beda

¶ De spũali & mystica expositione huius capl̃i sexti. Art. X.

PEr hoc quòd Salomon rex opulentus ac sapientissimus ædificauit deo speciosissimũ ac p̃tiosissimũ templum, præfiguratum fuit, ꝙ Chr̃us in cuius manu sunt regnum, potestas & imperium ædificaret deo patri seu superbeatissimæ trinitati pulcherrimũ incomparabilis p̃tiositatis, dignitatisq; templum, vniuersalem ecclesiam, quam toto terrarum orbe per Apostolos p fidem, charitatem, & gr̃am congregauit, p cuius salute p̃tiosissimũ proprij sanguinis effudit ac dedit thesaurum, de quo à Zacharia prædictum est: Ecce vir oriens nomen eius & ædificabit templum dño. Quemadmodũ aũt Salomon fecit templũ in monte Moria, sic Chr̃us in sublimitate gr̃æ ac virtutũ, in apice contemplationis, in charitatis pfectione statuit, construxit & consummauit ecclesiam suam. ¶ Deniq; p hoc, ꝙ in area Ornam Iebusæi templũ Salomonis constructũ est, præsignatũ videt, ꝙ in terra gentilitatis ecclesia est diffusa. At vero p hoc quod templum Salomonis quadrangularis fuit figuræ præmonstrabatur, ꝙ ecclesia Chr̃i æqualitate iustitiæ ornatet

Dani. 7
Apo 1
Zach. 6

A ornaretur & quatuor virtutibus cardinalibus ad pclaram pertingeret quadraturã. Per longitudinem templi, longanimitas ecclesiæ in expectatione futuræ beatitudinis denotat, per latitudinem charitas, quæ ad omnes extendit & inimicos complectit, per altitudinem, pfectio insinuat internoꝝ profectuum, sublimitas contemplationum, vertex diuinoꝝ charismatum, per porticũ templi, status incipientium, per primã templi partem, status proficientium, per partem templi interiorem, status pfectoꝝ exprimit. Per fenestras templi obliquas, intelligunt libri sacræ scripturæ illuminantes ecclesiam, vel ipsi pdicatores qui lumen veritatis pandunt hominibus, & solem iustitiæ adducunt credentibus, sed qa in scripturis est quædam obscuritas atq; in pdicatoribus ac plaris cognitio imperfecta, qa per speculum in ænigmate vident. Culpaꝝ quoq; admixtio ac defectus iustitiæ inuenit in eis, recte fenestræ istæ dicunt obliquæ. Vnde & Esaias: Vniuersæ (inqt) iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Insuper per tres templi mansiones seu partes ab infimo vsq; ad supremum, significant tres status fidelium, vtpote coniugatoꝝ, religiosoꝝ ac plarorum, inter quos coniugati sunt infimi, religiosi medij, plati supremi. Per parietes templi signant diuersæ gentes, ex qbus constat ecclesia, per pauimentũ sancta humilitas multipliciter decorata, per deambulatoria, diuina pcepta & euangelica Christi concilia, in qbus & per quæ salubriter ambulatur ac tendit ad salutem, per latera & appodiamenta à casu pseruantia, intelligunt discretio, timor dei, custodia cordis, oratio ardens & confidentia iugis in dño, per atrium templi, occupatio fideliũ in exterioribus rebus, per quam a barta vita salutis frequenter recedit, tamẽ ne nimium recedat, per muꝝ atrij regimen pastorale muniens ac circundans gregẽ fidelium recte accipitur,

1.Cor.13.
Esa.64.
Math.7

B per quod à damnabili pseruant ac cohibent recessu. Tabulæ cedrinæ qbus parietes sunt operti, designant exterioꝝ exemplaritatem & virtuosæ famæ odorem, per quas efficimur bonus Christi odor in omni loco, proximisq; suaues atq; nosipsos ac proximos à vitioꝝ putredine pseruamus, dæmones quoq; persequimur & fugamus, deo etenim cõscientiæ puritatem, proximis exemplaritatem ac bonã tenemur famam. Nempe vt asserit Glossa, Cedrus est imputribilis arbor boni odoris, iucundi aspectus, q̃ accensa suo odore fugat, perimitq; serpentes. Trabes sunt grandia illa diuinæ pietatis auxilia, angelicaꝝ potestatum subsidia, psidentium sustentamenta, qbus in electis conseruant, deportant ac roborant virtutes, gradus & status fidelium. Domus autẽ de dolatis & perfectis lapidibus ædificata est. Non enĩ aliquis Christo atq; ecclesiæ potest salubriter incorporari, nisi in baptismo aut pœnitentiæ sacramento ab inculta, rudi & cruda conuersatione sua pristina, originali ve culpa mundatus, & fide, spe ac charitate ornatus. Et malleus & securis & omne ferramentũ non sunt audita in domo dum ædificaret, qa fideles capiti suo Christo ac matri suæ ecclesiæ incorporant quieta & interiori ac insensibili operatiõe spũs sancti per vitioꝝ expulsionẽ & infusionem virtutũ. Spiritalis nãq; & interna est ædificatio ista, sicut ait Apostolus: In Christo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctũ in dño, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei in spũ sancto. Per ostium templi intelligit fides quam primo ac firmiter oportet habere, vel baptismus, q est ianua sacramentoꝝ, vel Christus, q protestatur: Ego sum ostium ouium. Et p cocleam ascendebãt, p cocleam designat difficilis ad virtutũ profectum ac pfectionẽ ascensus. Ars quippe & virtus sunt circa difficilia, & in ascensu nostro ad verã felicitatem nõ itur semp directe, sed frequenter hincinde gyrat, tarde procedit, tortuositates oc-

2.Cor.2
Ephe.4
Johan.10.
2.Timo.2

C currũt, qbus oportet resistere, nec coronat nisi q præualet. Texit q̃q; domũ laquearijs cedrinis. Laquearia ista sunt ornata ac dulcia dona spũs sancti, qbus & ipsę virtutes perficiunt & expediuntur, ac ipsi fideles, dirigibiles ac dociles à spũ sancto reddunt, sicut in Euangello ait saluator: Erunt omnes docibiles dei. Et Psalmista: Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectam. Et ædificauit tabulatum sup omnem domũ. Tabulatum istud altissimũ toti ecclesiæ eminens, est conuersatio Christi in seculo isto, quã nullus valet plenarie imitari. Rursus, Tabulatũ seu deambulatorium vel domicilium istud, est charitatis perfectio, mystica theologia, angelica & cœlestis conuersatio ducta in carne, vt quidã fatet: Nostra (inquiens) conuersatio est in cœlis. Denicq; tria deambulatoria illa designãt tres vias perueniendi ad totius fontem salutis, Prima & infima est via mandatoꝝ. Secunda est professio & conuersatio religiosoꝝ, cœnobitaꝝ in societate viuentium. Tertia Anachoretaꝝ, quoꝝ vita est super hominem, cũ homo sit naturaliter animal sociale, ciuile. Et operuit domũ lignis cedrinis. Ligna cedrina sunt homines sublimis dignitatis, exemplaris ac dulcis conuersationis synceri ac integri cordis, qbus ecclesia operit, dum tales cæteris præficiuntur. Et texit pauimẽtum domus tabulis abiegnis, quemadmodum per pauimentum humilitas, q̃ in basso & imo se collocat, designatur, sic per abietem arborem altam, magnanimitas insinuat, quæ diuinæ omnipotentiæ innitendo auxilijs, in summo se figit. Deus autem mira moderatione disponit, vt in electis suis humilitas magnanimitatem non excludat, & magnanimitas humilitatem perficiat ac venustet. Insuper per hoc, quod exterior pars templi fuit interiori parte ipsius in duplo maior ac longior, figuratur, quod in ecclesia multo plures sunt seculares & coniugati quàm spiritales ac religiosi. Per arcam significat Christi humanitas seu eucharistiæ sacramẽtum, vel mens viri heroici quæ arca in oraculo ponitur, quia in secretioribus ecclesiarum locis, atq; in

Johan.6
Psal.142.
Philip.3.

1. Cor. 13 deuotissimis dei seruis Christus homo ac sacramentum custodiuntur. Altare vestiuit cedro. Altare est fides in qua quicquid boni agimus, deo offerimus, vel charitas, sine qua nil meritorium & deo acceptum est, seu Christus, in cuius merito deo omnia nostra sacrificia immolamus, huius altaris operimentum & vestitus ac decoratio est deuotionis suauitas, feruor orationis, conuersatio sacrificiis correspondens.

Domum operuit auro purissimo, id est, Christi fideles fide & opere, Christianos tegit ac perficit dominus syncero ac spirituali amore, de quo fertur in Apocalypsi: Suadeo tibi emere aurum
Apoc. 3 ignitum, probatum. Et fecit duos Cherubim, per quos intelliguntur excellentes illuminationes atque scientiæ vtriusque testamenti, ac dignitates angelicæ & supernorum obsequium ciuium aut
Malac. 2 etiam sacerdotum, qui in scripturis angeli nuncupantur, qui ad Christi obsequia sunt parati, & in ipsum respiciunt, dum omne quod operantur, ad eius honorem & gloriam recta intentione ordinant ac reducunt. Alæ Cherubin sunt agilitates eorum, ad exequendum celerrime quicquid iusserit conditor deus, vel subsidia, obsequiaque ipsorum, quibus & creatori iugiter obsequuntur, & militanti ecclesiæ suffragantur, ac sibi commissos custodiunt, obumbrant ac tegunt, ideo alæ Cherubin tangebant parietes, sed & ala vnius alam alterius, quia concorditer faciunt hæc & sibi inuicem cooperantur, charitate quoque nectuntur & totam militantem perambulant ac circumdant ecclesiam. Qui tecti sunt auro, i. ardentissima charitate, & sculpsit variis cælaturis, per omnem illam templi picturam & cælaturam recte accipiunt multi ac magni ornatus ecclesiæ in fructibus & beatitudinibus, in desideriis sanctis, in operibus supererogationis, exercitationibusque internis & aspirationi- E
Cant. 1 bus ac occupationibus mentis in deo assiduis. Vnde in Canticis loquitur sponsa: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo, quæ & panaglipha exprimunt. Nempe vt ait Isido-
Isidorus rus: Anaglipha sunt vasa escaria sursum sculpta, ἀπὸ τὸ ἀνὰ, quod est sursum, & γλύφω sculpere.
Beda Et vt asserit Beda, ἀνάγλυφα græce, latine dicuntur cælaturæ, quibus infigi Cherubin facit, qui puritatem angelicam edocet esse sectandam, præsertim religiosis & clericis ac prælatis, quatenus qui gradu ac ordine præminent aliis, præ polleant & virtutum operibus. Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur, sic nemo est in ecclesia tanquam viuum ipsius membrum & fide ac merito, nisi qui
Sap. 7 charitate resplendet, & salutari sapientia decoratur, siquidem neminem diligit deus, nisi qui cum
Sap. 13 sapientia inhabitat, & vani sunt omnes quibus non subest scientia dei, qui per Osee testatur: Quia
Osee 4 tu scientiam repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Sed & pauimentum domus texit auro. Vera nanque humilitas semper charitate ornatur. Et rursus veraciter ait scriptu-
Prou. 11 ra: Vbi humilitas, ibi & sapientia. In ingressu oraculi fecit duo ostiola, per quæ designantur, vita prælatica & contemplatiua monastica, per quas ad interiora pertingitur. Rursus, ostiola ista sunt humiliatio profunda sui ipsius & timor diuinæ maiestatis, per quæ ad secreta altissimi contemplanda intratur. Ostiola quoque sunt lumen naturæ & lux gratiæ, per quæ ad lumen gloriæ itur ac peruenitur. Postes demum & columnæ sunt maiores & perfectiores, qui portare possunt minorum imbecillitates, qui postes esse debent de lignis oliuarum. i. personæ gratia pietatis & lumine sapientiæ decoratæ, vt nouerint quibus & qualiter debeant condolere, ita vt bonitate, disciplina, discretioneque vigeant & vinum rigoris, oleumque dulcoris proportionate contemperent. & duo ostia de lignis abiegnis, duo ostia intelligi possunt, obseruatio præceptorum atque impletio consi- F
Matt. 19 liorum, iuxta illud: Si vis ad vitam intrare, serua mandata. Itemque: Qui vult venire post me abne-
Luc. 9 get semetipsum. Iterum, ostia sunt pastores ac prædicatores, præsertim apostoli & prophetæ, vel patientia in aduersis & constantia in prosperis. Et vtrunque ostium duplex erat. i. per fidem & operationem distinctum charitate dei ac proximi copulatum intus & extra illuminatum, & se inuicem tenens aperiebatur, quoniam vnum istorum fulcitur ac adiuuatur ex altero, sicque ad profe-
1. Cor. 13 ctum procedunt. Et operuit omnia laminis aureis, id est, charitatiuis affectibus, sine quibus nil meriti sortirentur. Affixæque erant aureis clauis, id est, Incitamentis ac motibus filialis timoris ac sancti amoris, quibus nil fortius ligat, nectit aut penetrat. Vnde & scriptum est: Confige timore
Psalm. 118 tuo carnes meas. Vel claui aurei sunt verba diuinæ scripturæ ac salubria documenta, per quæ homo adhæret virtutibus, compungitur & vnitur. Hinc in Ecclesiaste scriptum est: Verba sapien-
Eccles. 12 tum quasi stimuli & quasi claui in altum defixi. Aedificauitque eam annis septem. Septenario vniuersitas designatur, iuxta illud in Tobia, quod Raphael dixit: Ego sum vnus de septem, qui sta-
Tob. 12 mus ante deum, Atque in Apocalypsi: Et a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.
Apoc. 1. Christus autem ecclesiam suam ædificat per totum tempus seculi huius, quemadmodum conte-
Matt. 28 statur: Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus vsque ad consummationem seculi, Quam & septem donis spiritus sancti construit, perficit & sustentat.

DECLARATIO LITERALIS CAP. VII.

Domum autem suam ædificauit Salomon.

Artic. XI.

A H Vius capituli exordium describit ædificia illa regalia, quæ Salomon fe-
cit pro se & coniuge sua & pro commodis suis. Deinde reditur in isto
capitulo ad describenda instrumenta cultus diuini & vtensilia templi
ac rerum quarundam contentarum in eo. ⌊Domum autem suam⌋
.i. regale palatium cum attinētijs suis, ⌊ædificauit Salomon tredecim
annis, & ad perfectum vsq; perduxit,⌋ non ꝙ domus sua fuerit pre-
tiosior aut pulchrior templo & attinentijs suis, imo econtrario fuit,
sed quia adhuc erat multum deuotus, ardentior fuit circa ea quæ dei
sunt, quàm circa propria, multoq́ plures operarios habuit simul occu-
patos ad templi quàm ad palatij sui constructionem. Populus quoq;
fertur fuisse feruentior circa structuram templi q̃ domorum regalium, sed & necessaria pro tem- 2. Regū. 7
plo ædificando erāt Salomoni præparata à Dauid, non aūt pro alijs domibus cōstruendis, facta
fuit ei talis prouisio. ¶Sequit̃ de secunda domo regali, nō ꝙ in ea cōmoratus sit rex, sed in ea repo-
suit aliqua pretiosa, quæ infra tangent̃. ⌊Aedificauit quoq; domū saltus Lybani,⌋ quæ domus
interdum vocat̃ domus saltus, interdum domus Lybani, aliquādo domus saltus Lybani, q̃a con
structa fuit de lignis Lybani montis seu syluæ circumiacentis, saltus nāq; pro sylua accipit̃. De
quātitate aūt & dimensionibus domus saltus, subiungit̃, ⌊centum cubitoꝝ longitudinis,⌋ sicq́ 3. Regū. 6
longior fuit tēplo quod habuit sexaginta cubitos longitudinis, vt in principio p̄cedentis cap. re-
citat̃, ⌊& quinquaginta cubitoꝝ latitudinis,⌋ latitudo aūt templi fuit cubitoꝝ viginti, ⌊& tri-
ginta cubitoꝝ altitudinis,⌋ templū vero fuit altitudinis centū viginti cubitoꝝ, vt secūdo Paral. 2. Paral. 3
B habet̃. ¶Veruntamen ꝙ domus saltus dicit̃ in altitudine cubitoꝝ fuisse triginta, quidā exponunt,
ꝙ tāta extiterit altitudo ipsius vsq; ad eius solarium, quod vocat̃ māsio secunda, quia in duas mā
siones fuit ascendendo diuisa, habens tātum vnum solarium. Tectum quoq; ipsius fuit planum,
iuxta consuetudinem Palestinæ, cuius pars fuit Iudæa, ⌊& quatuor deambulatoria inter colum-
nas cedrinas.⌋ In vtraq; etenim māsione domus istius erāt tres cedrinaꝝ ordines columnaꝝ se-
cundum longitudinem māsionum, sicq́ tā inferius q̃ superius inter ipsas columnas erāt deambu
latoria duo & inter columnā ex vna parte extremā & parietem sibi proximum fuit deambulato
rium vnum, similiter inter columnā in alia parte extremā & parietem sibi vicinum. ¶Vnde sub-
iungit̃, ⌊ligna quippe cedrina exciderat in columnas⌋ .i. de ipsis cedris fecit columnas in domo
ista, ⌊& tabulatis cedrinis⌋ .i. asseribus de cedro p̄scisis, ⌊vestiuit totā camerā⌋ domus istius, vi-
delicet superiorem concamerationem, ⌊quæ quadragintaquinq; columnis sustentabat̃.⌋ In quo
libet nāq; trium ordinū columnaꝝ erāt quindecim columnæ, quæ simul sunt qoadragintaquin-
q;. Hinc subdit̃, ⌊vnus aūt ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem⌋ lateralr̄ ⌊posi-
tas, & è regione se respicientes⌋ ex latere ⌊æquali spatio inter columnas⌋ existente, ita ꝙ æqua-
liter distabat vna ab alia, & similr̄ vnus ordo columnaꝝ ab alio, ⌊& sup columnas⌋ posita erāt
quadrāgulata ligna in cunctis æqualia⌋ in quātitate & similia in q̄litate figuræ quadrāgularis, quę
erāt ibi pro trabibus sita ad sustentādum solarium & etiā tectum planū. Deniq; ante palatiū erāt
tres porticus, prima, palatioq; vicinior, fuit maior, de q̃ sequit̃. ⌊Et porticum columnaꝝ⌋ .i. co-
lumnis subnixā, ⌊fecit quinquaginta cubitoꝝ longitudinis,⌋ totq́ cubitoꝝ fuit latitudo palatij
⌊& triginta cubitoꝝ latitudinis,⌋ de cuius altitudine hic tacet̃. ¶Sequit̃ de porticu secunda, ⌊&
alterā porticum⌋ fecit ⌊in facie porticus maioris⌋ .i. directe ante eā. In secūda hac porticu fie-
C bāt & proferebātur communia quæq; iudicia, ⌊& columnas & epistilia,⌋ quæ ponebātur in ca-
pitibus columnaꝝ, & erāt capitella ac ornamēta eaꝝ, ⌊sup columnas fecit. Porticū quoq; solij⌋
in qua rex Salomon sedebat ad iudicādum. Vnde subdit̃, ⌊in qua tribunal est, fecit & texit⌋ .i. in
tus operuit ⌊lignis cedrinis à paulmento vsq; ad summitatē⌋ .i. tectū ⌊& domūcula, in qua *se- *Alij legūt
debat ad iudicādum, erat in media porticu⌋ .i. in medio porticus huius seu infra eā, ⌊simili ope⌋ ret, vel, &c.
Quidā p domunculā istā intelligunt ipsum thronū iudicialē Salomonis situ in porticu ista. ¶Alij derctur
veri simillus dicūt, ꝙ in porticu ista erat facta quædā domūcula in q̃ collocatus fuit thronus regis
p̄fatus, de cuius formatione, dispositione & p̄ciositate infra habet̃. ¶Porro vt Rabanus ait, Solium 3. Regū.
p̄prie dicit̃ regū, thronus iudicū, cathedra doctoꝝ. Frequenter tn̄ vnum istoꝝ pro alio sumitur. Rabanus
¶Præterea pro clariori hoꝝ intelligentia aduertendū, ꝙ magister in historijs scribit: Domus (in- Dec. Com.
quit) saltus duplex erat .i. in superiorē & inferiorem p̄tem diuisa, vnū habens solariū & ex duplici hist. tit. 3
erat materia, pars inferior erat lapidea & dicebat̃ nechota .i. pigmentaria, in qua reponebātur a-
romata & pigmenta ad vsus templi ac regiæ domus, vt ex beneficio .i. proprietate & virtute ter-
ræ ac muri lapidei diutius vigerent quasi recentia. Vnde & sup Esaiā scribit Hieronymus p do-
mo Nechota quidā trāstulerunt, domus thymiamatis, quidā, domus storacis. ¶Porro supior pars
domus istius lignea erat de lignis Lybani facta, propter q̄d vocata est domus saltus Lybani. ¶Ali-
qui tn̄ putāt eā ideo sic vocatā, quoniā circumquaq; consita erat arboribus & viridarijs miræ re-
creationis, iuxta densitatem seu diuersitatē & amœnitatem saltus Lybani. ¶Scriptū est em̄ secun-
do Paralip. Posuit ea, videlicet scuta rex in armamentario, quod consitum erat nemore. In hac

 etenim

etenim parte reponebant arma, vt beneficio ligni rubiginem nō sentirēt. i. nō contraherēt. Nec D
solū ponebant ibi arma ad pugnādum, sed etiā ad decorē & ostentationem regij fastus. Fecit enī
2. Paral. 9 rex Salomon ducenta aurea scuta, in quorum vnoquoque erāt sexcenti sicli aurei, imò & totidem lānceas aureas, vt secundo Paral. habet. Fecit quoque trecentas aureas peltas, quarum quędā erāt rotundę, alię instar semicirculi factę. Peltę nāque dicunt hic media scuta, figurata instar lunę semiplenę, his vtebant custodes regis ante ostium domus excubātes, & quādo rex egrediebat, pcedebāt eum equitātes & ferentes huiusmodi arma iuuenes flaui, quorum capilli descendebāt vsque ad dorsa equorum, adijcientes comis suis tincturā auri, siue vt aliqui legunt, cincturā auri. i. aurea quędā secta, vt eorum capita radijs solis pfusa fulgerent ac radiarent, his rex sequebat in curru. Solebat enim exire Hierusalem vsque ad quendā locum distātem ab vrbe duobus funiculis. i. duobus appensis & dicebat locus ille ortus Edem. i. deliciarum. ¶ Sequit de domo reginę. Domum quoque fecit filię Pharaonis coniugis suę supmę, quā duxerat Salomon vxorem, quā & prę cęteris valde dilexit, tali ope qsi & hāc porticum, de qua immediate iā dictum est, non tñ p omnia similis fuit domus reginę huic porticui, quia non claudebat columnis vt porticus, sed in materia similis fuit, quia de ptiosis lapidibus habuit fundamentū & muros siue parietes. Vnde subiungit. Omnia lapidibus ptiosis qui ad normā quādā. i. regulā atque mensurā congruę quātitatis, Tā intrinsecus quàm extrinsecus. i. in vtraque superficie, serrati erāt. i. secti & cōplanati, à fundamento vsque ad summitatem parietū, videlicet vsque ad solariū, & intrinsecus. s. in domo positi erāt huiusmodi lapides, puta in pauimento, vsque ad atrium maius, quod fuit in circuitu huius domus, vel vsque ad atrium domus regis, quod fuit rotundum, Atrium āt templi erat qdratum, sicut phabitum est, Fundamenta autem domus reginę erāt de lapidibus ptiosis, forsan marmoreis lapidibus magnis decem siue octo cubitorum, in longitudine aut latitudine, & E
desup, videlicet sup lapides illos in fundo locatos, lapides ptiosi, forsan alterius speciei, ęqualis mensurę secti erāt dispositi, similiterque de cedro. i. ligna cedrina erāt ibi disposita. Et atrium maius rotundum, iā pfatum, trium ordinum de lapidibus sectis fuit, qui tripartito ordine erāt situati, & vnius ordinis dedolata cedro. i. tabulis cedrinis dolatis vestiebant. Nec non & in atrio domus domini interiori fuit dispositio talis, hoc est, in atrio sacerdotum. Vnde
3. Reg. 6 in fine pcedētis cap. scriptum est: Aedificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum & vno ordine lignorum cedri, sicque ex illorum expositiōe verborum ibi inducta patet sensus istius passus,
Ibidē & in porticu domus, videlicet templi taliter fuit dispositum. Hęc est porticus sita in facie templi, de qua pcedenti cap. scriptum est, Et porticus erat ante templum.

Misit quoque rex Salomon ad Hirā regem Tyri, & tulit. id est, inde fecit sibi sponte adduci, Hirā operarium, artificem, regis ministrum, de Tyro, filium mulieris viduę de tribu Nephthalim, patre eius Tyrio existente. i. de Tyro, & sic ex parte patris fuit gentilis, vt litera sonare videt, & si pr ille fuit ad cultum vnius veri dei seu ad Iudaismum conuersus excusabilior fuit illa Hebręa q contraxit cum illo. Tamen de hoc, an scilicet pr eius fuit natione gentilis, plenius sup
2. Paral. 2 Paral. dictum est. Sed his obuiare videt quod secundo Paral. sic legit, Misit Salomon ad Hirā regem Tyri, dicens: Mitte mihi virum eruditum qui nouerit opari in auro & argento, &c. & postea legit ibi Hirā rex Salomoni inter cętera scripsisse, Misi tibi virum prudentem & sciētissimum &c. Sed horum concordantia facilis est, vt dicat, quod Salomon p lrās & p nuntios rogauit & pcurauit F
sibi mitti huiusmodi virum, sicque rex Tyri ad instātiā Salomonis misit hunc ipsum. Quod vero hic scribit, Salomon misisse & tulisse hunc virum de Tyro, p recapitulationem est accipiendum. Nā fecit hoc anteq constructionem templi incepit, Artificem ęrarium, & plenum sapientia & intelligentia & doctrina ad faciendum omne opus ex ęre. i. scientem opari in ęre, imò & in auro, argento, ferro, marmore, lignis, purpura, hyacintho, bysso & coccino, & sciuit cęlare omnem scul
2. Paral. 2 pturā & inuenire prudenter quicquid in ope necessarium fuit, vt pallegato Paralipomenon continet libro. Vnde ad tātam viri illius peritiā, Hirā rex vocauit eum patrem suum.

¶ Pręterea quęri potest, qualiter artifex ille dicat hic filius mulieris viduę de Nephthalim tribu
Ibidē cum in Paralipomenon asserat filius mulieris de filiabus Dan? Ad quod sup pallegata Paralipomenon verba responsio est conscripta. Qui cum venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus eius, id est, ędificia quę Salomon fieri iussit, & vtensilia eorundem, non quod Hirā ille ppria manu fecerit omnia illa, sed tanquam architectus direxit cooperatores suos & aliqua p se fecit. Et finxit. i. formauit duas columnas ęreas, quę fusiles erāt, & fusę ex ęre non ductiles,
Hiere. 52 & erāt cauę non solidę, iuxta illud Hieremię: Grossitudo columnę quatuor digitorum & intrinsecus caua erat, decem & octo cubitorum altitudinis fecit columnam vnam, tantę quoque
2. Paral. 3 altitudinis fuit & alia. Verum his obuiare videt illud secundi Paralipomenon, Triginta & quinque cubitos altitudinis habebāt. Respondet, quod stipes vtriusque columnę habuit decem & octo cubitos in altitudine, vt hic fert, & pter stipitem quęlibet habuit basim & caput ac capitellū, longitudoque capitis fuit quatuor cubitorum, vt aliqui dicunt, tamen in Paraliponmenon legitur,

Porro

A Porro capita eaꝝ quinq; cubitoꝝ, ⌊Longitudo quoq; capitelloꝝ quinq; cubitos continebat, ⌊vt in textu,⌋ Hic scribit ex quibus relinquit, quod longitudo basis, de qua scriptura non loquit, fuit septem seu octo cubitoꝝ, ⌊& linea duodecim cubitoꝝ ambiebat⌋ .i. circuibat ⌊columnã vtrãq;,⌋ hoc aliqui sic exponunt, ꝙ quælibet columna continebat in circuitu seu rotunditate sex cubitos, sed verius perhibet, quod quælibet in gyro rotunditatis suæ continebat duodecim cubitos, cũ in Hieremia scriptum sit: Decem & octo cubiti altitudinis erãt in columna vna & funiculus duodecim cubitoꝝ circuibat eam. Quidã vero istos duodecim cubitos lineæ seu funiculi addunt cubitis columnaꝝ, dicentes, quod erãt triginta cubitoꝝ, sed inepte hoc dicunt, quia in Paralipomenon scriptum est manifeste, quod erãt trigintaquinq; cubitoꝝ in altitudine. In isto quoq; cap. & in Hieremia fert, quod duodecim cubiti erãt in circuitu columnaꝝ, quãdo videlicet aliquis voluit cingere eas. Attamen ꝑ lineã duodecim cubitoꝝ ambientem ipsam columnã, quidã intelligunt lineã operẽ fusili circumductã columnæ in medio eius, quod aliis non videt, quia à Hieremia linea illa vocat funiculus, quo nomine designat mensura. ⌊Duo quoq; capitella fecit, quæ poneret sup capita columnaꝝ fusilia ex ære⌋ .i. vnicuiq; columnæ fecit vnũ capitellũ ære fusum, imò totum columnaꝝ, capitelloꝝq; opus formatum fuit ꝑ fusionem, non ꝑ malleorum ꝑcussionem. ⌊Quinq; cubitoꝝ altitudinis⌋ fuit ⌊capitellum vnũ,⌋ similiter aliud. Nã subditur, ⌊& quinq; cubitoꝝ altitudinis capitellum alteꝝ, &⌋ facta erãt ⌊quasi in modum retis & catenaꝝ sibi inuicem miro opere contextaꝝ,⌋ Circa quod ait Petrus Comestor, Latera capitelli ex omni parte in modum retis & catenaꝝ erãt contexta, tam artificiose vt retia & catenæ magis viderent apposita quàm insculpta, vel quia solida non erãt, sed concaua, ꝑforata vndiq; fusa sunt, vt connexiones formã retis ꝑferrent. Hinc secundo Paral. fert, & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnaꝝ, quod ibidem diffuse expositum est, ⌊vtrunq; capitellum columnaꝝ fusile erat, septena versuum retiacula in capitello vno,⌋ erãt ⌊& septem retiacula in capitello altero⌋ .i. septem ordines habentes eandem cælaturã occupãtes in gyro totum capitelli circuitum, vel septem ordines isti erant dispositi, ascendendo à parte capitelli inferiori, ita quod omnes illæ protractiones erãt eodem modo cælatæ, considerariq; poterãt ex omni parte ꝑ transuersum siue ꝑ longũ, sicq; versus vocant hic lineæ protractæ in latitudine ad modũ versuum in eadem linea ac latere conscriptoꝝ. Hinc alii dicunt, ꝙ versus sumit hic pro ordine, sicut & in Exodo, ibi scribit: In primo versu erat sardius, vt sit sensus, septem versuũ retiacula .i. septẽ retiacula erãt in quolibet duoꝝ ordinum ꝑfatoꝝ. Erãt etenim ibi duo ordines retiaculoꝝ, vnus super malagranata inferiora, & alter sup superiora atq; in quolibet ordine illo fuerant septem partes ꝑforatæ, quę retiacula hic vocant. Retiacula vero proprie nominant retia parua. ⌊Et fecit columnas⌋ duas ꝑdictas, in quibus epistilium fuit supra, stilus autem seu stipes in medio & basis inferius, ⌊& duos ordines singuloꝝ retiaculoꝝ per circuitum,⌋ quod de duobus retiaculoꝝ ordinibus prædictis exponit, ⌊vt tegerent capitella quæ erãt super summitatem malagranatoꝝ,⌋ quæ dependebãt pro parte sub capitellis, vt infra patebit. ⌊Eodem modo fecit & capitello secundo. Capitella autem quæ erãt super capita columnaꝝ, quasi opere lilii fabricata erãt⌋ id est, in suprema sua parte fuerant liliata, hoc est, lilii figuram habentia, erãt situata ⌊in porticu⌋ templi, vt patuit, ⌊quatuor cubitoꝝ.⌋ Iam dictum est, ꝙ capitellum quodlibet fuit quinq; cubitoꝝ, qualiter ergo nũc dicit quatuor cubitoꝝ? Ad istud quidam respondent, hoc quod dicitur, hic quatuor cubitoꝝ, esse referendum ad capita columnaꝝ, quæ dicũt fuisse quatuor cubitorum in alto, sed hoc videt alienum à textu, quia præmittit, Capitella autem, &c. & rursus, quia vt allegatũ est, secũdo Paralipomenon legit, Capita eaꝝ quinq; cubitoꝝ. Ideo respondendum ex verbis Bedæ dicentis, Cũ opus lilii in capitellis quatuor cubitoꝝ esse memorat, nec addit longitudinis vel latitudinis, relinquit lectoris iudicio, vtrùm in longitudine vel latitudine intelligi debeat. Cum ergo superius dictum sit, altitudinem capitellorum fuisse quinq; cubitoꝝ, restat mensuram hanc quatuor cubitorum ad latitudinem posse referri. ⌊& rursum alia capitella in summitate columnarum desuper iuxta mensuram columnæ contra retiacula.⌋ Circa hoc scribit quidã, loquitur de prædictis capitellis quæ erant super capita columnarum, Sed hoc videtur textui repugnare, dicenti, & rursus alia capitella. Melius ergo istud referendum censetur ad capitella aliarum columnarum templi, de quibus huiusq; specialem mentionem non fecit. Hinc in scholastica fertur historia: De reliquis columnis vestibuli .i. porticus, modicum agit scriptura, dicens, & rursus alia capitella in summitate columnarum, Fecit ergo alia capitella in summitate .i. capitib⁹ seu super epistilia columnarum illarum iuxta mensuram columnæ .i. secundum exigentiam proportionis quantitatis vniuscuiusq; columnarum illarum minorum, quæ quanto minores fuerũt in stipite quàm columnæ illæ duæ maiores eo & earum capitella fuerunt minora, contra retiacula .i. è regione seu ex opposito lateraliter aut directe ipsorum retiaculorum quæ erant in columnis maioribus. ⌊Malogranatorum autem⌋ .i. pomorum sic dictorum, ⌊ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi,⌋ Locus iste est multum difficilis, non propter profunditatem mate-

Hiere. 52
2. Para. 3
Hiere. 52
Ibidẽ
Per. com. li. 3. Regũ ca. 12
2. Paral. 3
Exo. 28
2. Paral. 3
Beda
Pet. Co. hist. li. 3. regum ca. 12

B

C

Pet. Co. dit lib. 3 Reg. ca. 13 riæ sex ex imaginationis defectu de re non visa & obscure descripta. Vnde secundũ magistrum in historijs, Ambiguũ est an istud dicat de capitellis prioribus. Multi quoq; expositores ptranseunt locũ istum, sicut & alia quædam cap. huius obscura. Porro Lyra circa hæc scribit, Prope inferiorem partem capitelli erant centũ malagranata superposita & totidem dependentia eis correspondentia, sicq; vnũ malagranatum superpositũ & vnum dependens ei correspondens faciebant vnum ordinem, ideo erant ibi centum ordines malagranatorũ & ducenta malagranata, & eodem modo in malagranatis superioribus tales & tot ordines erant, sicq; erant ibi ducenti ordines malagranatorũ in vniuerso in vno capitello, ideo subdit, In circuitu capitelli secundi, quod vocat secundum, respectu capitis columnæ, cui superpositum erat, quod quidem caput vocatur hic quodammodo capitellum respectu stipitis columnæ. Iterum ante hæc scribit, Capita columnarum istarum in parte superiori dilatabant ad modum floris lilij, & capitella ponebant sup stipitem quasi in medio dilatationis illius, & inferior pars capitelli aptabatur stipiti illi, & post aliquam eleuationem erat quædam dilatatio in circuitu capitelli per modum cuiusdam circuli eminentis & super circulum illum erant septem malagranata, & sub eodem erant totidem dependentia & super circulum istum & super eius malagranata erat quædam eleuatio strictior vsque quasi prope medium altitudinis capitelli, & diuidebat in septem portiones seu partes per intermedias lineas seu circulos graciles, & quælibet pars erat perforata in circuitu subtiliter secundum varias figuras, sicut fieri solet in ostijs laternarum ærearum, & quoniam capitella & columnæ erant interius concauæ, ideo lumen transiens per illa foramina circumquaq; ostendebat pulchritudinem operis illius. Et super istas septem portiones, quæ in litera vocant retiacula & catenæ, eo quod in retibus & catenis talia foramina & intricationes apparent, erat prope medium capitelli alia dilatatio ciecularis prædictæ dilatationi omnino consimilis & ibi erant centum malagranata superposita & centum supposita & desuper septem portiones distinctæ ac pforatæ sicut præfatæ, sed erant strictiores, quoniam capitellum in ascendendo restringebat, & in summitate capitelli erat opus simile lilio, quia videlicet figura lilij fuit ibi impressa seu sculpta. Hæc Lyra. Contra cuius verba obijci potest, quia ex eis habet, quod in quolibet capitellorũ illorũ fuerunt malagranata quadringenta, cuius contrarium apparet ex eo quod secundo Paral. dicit, Malogranata centum fecit, quæ catenulis interposuit. Vnde videnf in quolibet capitello fuisse ducenta malagranata dumtaxat, & sic p ducentos ordines malogranatorũ intelligenda videnf ducenta malogranata linealiter sita, ordinateq; posita per capitelli circuitum in locis duobus. Deniq; in Hieremia scriptum est: Fuerunt malogranata nonaginta & sex dependentia, nec aliquid dicit ibi de malogranatis superpositis & erectis super illa pendentia. Iterum scriptum est secundo Paralipomenon: Malogranata quoq; quadraginta & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerent. Circa quod quidam dicunt expositores, duo erant ibi ordines malogranatorum, & in quolibet ordine centum malogranata, & ita ducenta in duobus ordinibus. Deniq; in isto cap. infra malogranatorum numerus quasi summarie videtur expressus, cum dicitur, Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis, nec alicubi ponit scriptura, quod fuerint in columnis illis malogranata octingenta. D E

2. Paral. 3 (margin, at "Contra cuius verba"); Hiere. 52 (margin, at "granata dumtaxat"); 2. Para. 4 (margin, at "menon: Malogranata")

2. Paral. 3 Præterea extraneum esse videt, vt per capitellum secundum intelligat caput vtriusq; columnæ per respectum ad caput columnæ cui superpositum erat, quia in toto isto cap. & in Paral. loquitur scriptura de capitibus & capitellis columnarum istarum distincte, tanquam de rebus diuersis. Amplius, paulo ante hæc verba habet in litera, Eodem modo fecit capitello secundo, & ibi capitellum secundum pro capitello sumitur speciali. Ista inquisitiue sint tacta. F

Hiere. 52, 2. Paral. 3 ¶ Præterea quærit, quare in Hieremia dicant fuisse malogranata nonaginta & sex, cum in Paralipomenon asserant centum fuisse? Ad hoc aliqui dicunt, quod quædam malogranata tẽpore Hieremiæ forsan iam deciderunt. Alij dicunt, quod quator malogranata quæ Hieremias omittit, Ingredientibus porticum non apparuerunt, quoniam columnæ steterunt iuxta muros porticus hincinde, sicq; capitella parietibus iungebant, peopter quod videri non poterãt quædã malagranata. Vnde nec exprimunt à Hieremia. Hãc vltimã responsionẽ ponit & sequit quidã ex verbis R. Salomonis, quæ tñ responsio apparentiã modicã habet, psertim cũ ex ipsius verbis iã dictũ sit q portiones columnarũ erant vndiq; perforatæ, ita q lumen transiens p illa foramina, satis ostendere potuit omnia malogranata cuiuslibet capitelli, cũ & porticus fuerit luminosa. ¶ Item quæritur, quomodo in Paral. dicant fuisse quadraginta malogranata, cum in eodem legantur fuisse centum, & in Hieremia nonagintasex, atq; in isto cap. quadringẽta? Ad quod satis probabiliter respondetur, q vitio scriptorum ex similitudine dictionum textus ille Paralipomenon sit corruptus, habendo quadraginta pro quadringentis, præsertim cum in Hebræo habeatur quadringenta. Itaq; cum in textu isto dicuntur fuisse ducenti ordines malogranatorum in circuitu capitelli secundi, potest per capitellum secundum intelligi capitellum secundæ columnæ, & quod de eius capitello asseritur, de primæ quoq; columnæ capitello datur intelligi.

R. Salo. (margin, at "R. Salomonis"); 2. Paral. 3 (margin, at "tur, quomodo in Paral."); Hiere. 52 (margin, at "pondetur")

LEt

⌊Et ſtatuit duas columnas in porticu templi,⌋ hoc eſt, præfatas duas collocauit ibidem,
A vt dictum eſt, iuxta muros, ſeu parietes porticus, inter quos fuit ipſius porticus latitudo.
⌊Cum'q; ſtatuiſſet columnam dexteram,⌋ id eſt, eam quæ fuit in dextera porticus parte, ⌊vocauit eam nomine Iachin,⌋ quod interpretatur firmitas, quoniam valde excellentis fuit firmitatis. ⌊Similiter erexit columnam ſecundam.⌋ In ſiniſtra porticus parte non ſine multorum adiutorio & labore, ⌊& vocauit nomen eius Boaz,⌋ Vel vt aliqui dicunt Boot aut Bez, quod ſignificat robur, ſic'q; per duas illas columnas deſignabatur regni Dauidici fortitudo, quæ populum ſuſtentauit atq; portauit ſecundum Hebræos. ⌊Et ſuper capita columnarum opus in modum lilij poſuit, perfectum'q; eſt opus columnarum.⌋ ¶ Porro, iſtæ duæ columnæ præ cæteris deſcribuntur, ac proprijs nominibus deſignantur, tanquàm alijs in quantitate maiores, in qualitate ornatiores, eminentiores in multis, & propter earum myſticam ſignificationem, de qua in ſequenti articulo ſermo, ſiquidem columnæ illæ non fuerunt factæ aut ſituatæ in porticu, ad ſuſtentandum aliquod pondus, ſed ad decorem & præfigurationem. Nam & infra muros porticus ſtabant, & liliatæ erant in vertice. Lilialis autem figura non eſt ad portandum aliquod onus apta.

¶ Præterea, quæſtio oritur circa p̄habita, quoniã dictum eſt, quamlibet illarum columnarum habuiſſe in altitudine cubitos triginta quinq;, quod non videt̃ poſſibile, cũ in principio p̄cedentis dicat̃ capi. q̃ altitudo templi fuit triginta cubitorum, vel vſq; ad primũ ſolariũ, ſi ergo columna vtraq; fuit triginta quinq; cubitorum, extendiſſet ſe quinq; cubitis vltra primũ tabulatũ ſolarij. Ad iſtud tñ aliqui tã Catholici q̃ Hebræi dixerunt, argumentum iſtud concludere, ideo poſuerunt q̃ colũna quælibet ſeorſum vna cũ ſuo capitello & epiſtilio non fuit, niſi decem & octo cubitorum, ſicut in textu inſinuari videt̃, cũ dicit̃, decem & octo cubitorum columnã vnã. Atq; ad id quod ſecũdo Paral. legit̃: Ante fores templi fecit duas columnas, quæ triginta & quinq; cubitos habebãt altitudinis, reſpondent, hoc eſſe intelligendũ coniũctim, vt ſit ſenſus, q̃ ambæ ſimul erãt altitudinis tãtæ. Sed contra hoc arguunt alij, quia cũ vna habuerit ad minus decem & octo in altitudine cubitos, ambæ ſimul habuiſſent in altitudine cubitos triginta ſex. ¶ Præterea, expreſſa altitudine colũnarum, textus ſpecialiter addit hic de altitudine capitellorum, & in Paral. de altitudine capitũ. Vnde apparet, q̃ eorum altitudo in altitudine columnę non fuit incluſa. Amplius altitudine capitellorum ſubtracta, non remanent, niſi. xiij. cubiti pro altitudine colũnę, ſic'q; fuiſſet tã groſſa q̃ longa, dempto cubito vno, cũ in textu dicat̃, q̃ linea duodecim cubitorum ambiebat columnã vnam. Verum iſtæ obiectiones facile ſolui poſſunt, qui enim vult iſtã poſitionem tenere, dicere poteſt, q̃ ſcriptura in tali computatione non ſolet minutias numeri curare, nec in Paral. ſcriptum eſt, q̃ ambæ erant tantum viginti quinq; cubitorum, ideo ſicut numerus maior includit minorem, ſic minor non excludit maiorem. Ad aliud diceret, q̃ ſcriptura primo ſummatim ponit totã altitudinem columnarum. Deinde in ſpeciali altitudinẽ capitellorum & capitũ, tanq̃ principaliũ partiũ, & amplius ornatarum. Ad tertiũ poterit dici, q̃ ſi colũna fuiſſet ſine capitello relicta, indecens fuiſſet forma huius, ſed quia cũ capitello ſuo erecta ſtetit, non apparuit indecentia aliqua. ¶ Porro, q vult primã poſitionem tenere, ad p̄inductã poteſt inſtãtiã reſpondere, q̃ columnæ iſtæ non ſteterunt infra tabulata aut ſolaria templi, ſed in porticu de cuius altitudine ſcriptura non loquit̃. Verum tñ Ioſephus dicit, q̃ altitudo porticus ad altitudinẽ templi ſurrexit, ſeu extendebat̃, q̃ ſi de tota templi altitudine intelligat̃, obiectio illa eſt nulla, ſi autem de altitudine templi vſq; ad primũ ſolarium reſpondent nonnulli, q̃ porticus fuit conſtructa in parte montis decliui, ita q̃ p gradus aſcendebat̃ in templũ, & columnæ iſtæ ſtabãt in inferiori
C porticus parte, ita q̃ terra fuit baſſior ibi quinq; cubitis ipſo templi pauimento. Sed huic ſolutioni obuiare videt̃, quòd ſecundo Paral. legunt̃ iſtæ columnæ ante fores templi ſtetiſſe, ſic'q; valde modicum à pauimento templi diſtabant, nec veriſile eſt quòd ſpacio quinq; cubitorum pauimenti extremitas, iuxta fores extiterit altior loco porticus ſibi quaſi contiguo, in quo ſtabant colũnæ præſertim, quoniam Ioſephus & magiſter in hiſtorijs conteſtant̃, q̃ Salomon videns cacumen montis Moria anguſtum, delecit illud, atq; in aream ſpacijs amplioribus diffudit. ¶ Poſtremo, vt fert̃, quidã Hebræi aliter q̃ dictũ ẽ, imaginant̃ de capitellorum figura dicẽtes, q̃ erãt formata inſtar groſſi pomelli ſuperius liliati, in quorum latiori parte dicũt fuiſſe duos malogranatorum circuitus, vnũ ſup alium ſubter, ita quod in vno capitello non erãt, niſi ducenta malogranata quod quantum ad numerum malogranatorum arbitror verum, ſed de forma ſeu figura capitellorum verius reor quod ſupra inductum eſt, quoniam talis forma eſt pulchrior. ¶ Sequitur de æneo mari quod ita vocat̃, quoniam erat aqua in vaſe de ære facto contenta. Nam iuxta Hebræi idiomatis proprietatem, quæcunq; congregatio aquarum notabilis mare nuncupat̃. Interdum tamen vas illud vocat̃ æneum mare, erat'q; lauatorium in atrio ſacerdotũ locatum, in quo fuit & altare holocauſtorum, in quo lauacro ſacerdotes miniſtraturi in templo & ſacrificaturi, abluebant manus & pedes, ⌊fecit quoque mare fuſile,⌋ quia vas illud in quo erat aqua, fuit fuſum ex ære quod Ioſephus nominat cantarum grandem in figura hemiſperij factum, hoc eſt cypho conſimilem, ⌊decem cubitorum à labio vſq; ad labium,⌋ tanta fuit latitudo ipſius ab extremitate ſuperficiei ſuperioris, vſq; ad extremitatem ſibi directe oppoſitam per diametrum. Illa quippe extremitas in circũferẽtia labiũ appellat̃,

Margin notes: 3. Reg. 6 — 2. Par. 3 — Ibidem — Ioſe. lib. 8 ant. iu. ca. 3 — 2. Para. 3 — Ioſe. lib. 8 ant. iu. ca. 5 Petr. Co. hiſto. lib. 3 regũ ca. 14 — Ioſe lib. 8 ant. iu. ca. 5

Hebraei vocant Mare quamq[ue] notabilem aggregationem aquarum

⌊rotundum in circuitu⌋ quia vt tactum est, dicitur fuisse hemisperialis figuræ. ⌊Quinq; cubitorum⌋ fuit, ⌊altitudo eius⌋ à labio præfato vsq; ad fundum. Veruntamen eleuatum fuit à terra plus quàm per cubitos quinq;, sed altitudo boum, super quos stetit non computatur in altitudine ista quinq; cubitorum, ⌊& resticula⌋ hoc est, funiculus ⌊triginta cubitorum cingebat illud per circuitum⌋ sicq; ambitus ille fuit in triplo maior quàm latitudo. Nam & Geometri probant, quod circumferentia ter continet diametrum & septimam eius partem. Cum ergo linea diametraliter ducta, à labio in labium fuerit decem cubitorum, constat quod circumferentia fuit triginta cubitorum, imo & vltra plus quàm dimidij cubiti, sed illud modicum scriptura non exprimit, quia in numeris, mensuris, atq; temporibus non computat ipsas minutias, ⌊& sculptura subter labium, circuibat illud decem cubitis ambiens mare.⌋ Nam mare illud paulatim fiebat strictius infra, ita quòd circa fundum habuit cubitos decem in gyro, & ibi secundum quorundã expositionem sculptura ambiuit mare, vel si sculptura fuit iuxta labium, circuiuit mare non totaliter, sed per cubitos decem. ⌊Duo ordines sculpturarum historiatarum⌋ hoc est, historias quasdã continentium ⌊fusiles erãt⌋ id est, fusæ, quia literæ illæ æneæ in duobus ordinibus circuibant mare in parte eius præfata ac fusa. D

¶ Porro, quidam Hebræi aliã habent imaginationem de forma ænei maris, vt recitat Lyra, sed non videtur curandum, ⌊& stabant super duodecim boues⌋ qui erãt ænei, imo & fusiles, vt secundo Paralipomenon habetur. ⌊E quibus tres respiciebant ad aquilonem, & tres ad meridiem, & tres ad occidentem, & tres ad orientem.⌋ Vnde elicitur quòd versus quàmlibet mundi plagã situati pariter erãt boues tres, capita sua ad eãdem mundi plagã vertentes ⌊& mare super eos erat, quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabãt⌋ id est, sub mari. Ita quòd non prominebãt, nec apparebãt. Vnde in Paralipomenon scriptum est: Posteriora boum erant intrinsecus sub mare. E

2. Paral. 4 — Ibidẽ

⌊Grossitudo autem luteris⌋ hoc est, ænei maris quod dicitur luter, quasi latus vter, quoniã multam in se continuit aquã. Vel luter à luendo, prout luere vno modo designat abluere, quia in aqua illa abluebantur manus pedesq; sacerdotum, non quòd aquã introierunt, sed quòd aqua trahebatur ex mari, quemadmodum in lauatorijs quorundã claustralium, sicq; intelligendum est illud secundi Paralipomenon, sacerdotes lauabantur in mari. Itaq; grossitudo, id est, spissitudo luteris ⌊trium vnciarum erat⌋ hoc est, palmi seu quatuor digitorum. Nam vt fertur in Hebræo, habetur quatuor digitorum erat spissitudo. Atq; in Paralipomenon vastitas eius habebat mensurã palmi. ⌊Labiumq; eius⌋ videlicet ænei maris seu luteris erat, ⌊quasi labium calicis, & folium repandi lilij⌋ Labium illud comparatur labio calicis, inquantum rotundum, & folio repandi lilij, quoniam instar lilij fuit repansum siue recuruum extrinsecus, repandum enim & recuruum idem significant. ⌊Duo milia bathos capiebat⌋ id est, tria milia metretarum, vnde in quibusdã libris adiectum est, ⌊tria milia metretas⌋ quod tamen non est de textu, nec in Hebræo habetur, sed ab aliquo expositore fuit primo per modum glossæ appositum. Bathus autem continet metretam cum media, estq; bathus mensura trium modiorum, vt aliqui dicunt, sed proprie est mensura liquidorum, & est æqualis capacitatis cum ephi, quæ proprie est mensura aridorum. ¶ Porro secundum Isidorum, bathus continet quinquaginta sextarios, tamen de quãtitate mensurarum nil certum scire valemus, quoniã nomina & continentiæ mensurarum apud diuersos multipliciter variantur & distinguuntur. Sequitur de basibus luterum decem, & de ipsis decem luteribus qui erãt facti ad alium vsum quàm mare præfatum, ⌊& fecit bases decẽ æneas⌋ id est, ære fusas, iuxta numerum decem luterum, de quibus infra habetur, quorum quilibet habuit propriã basim, super quam stetit, ⌊quatuor cubitorum longitudinis bases singulas⌋ hoc est, quælibet basis facta fuit instar corporis quadrati, habens in longitudine cubitos quatuor, ⌊& quatuor cubitorum latitudinis⌋ & tres in altitudine, sicut subiungit, ⌊& trium cubitorum altitudinis, & ipsum opus basiũ interrasile erat⌋ id est, interpolatim seu in vna sua parte planum, atq; in alia sculptum, & hoc hĩc inde per loca diuersa, sicq; basis quælibet fuit interrasilis, quasi rasa inter sculpturas in suis lateribus, quoniã inter plures sculpturas manserunt aliquæ partes plane. ⌊Et sculpturæ⌋ formatæ erãt ⌊inter iuncturas⌋ hoc est, in lateribus basis istius quadratæ, cuius iuncturæ erãt in angulis suis. Nã facta fuit ex quatuor tabulis quæ in angulis connectebantur, ⌊& inter coronulas & plectas⌋ id est, inter circulos & semicirculos, seu certe in lateribus sculptos sculpti erãt. ⌊Leones & boues⌋ ita quod imagines leonũ & boum continebantur infra coronulas illas & plectas. Proprie autem dicitur plecta corona aut sertũ contextũ de iuncis & floribus, ⌊& Cherubin⌋ sculpta erãt ibidem. Vnde quod dñs toties in lege, præsertim in Deuteronomio prohibuit imagines fieri & locari in tabernaculo, & in templo, intelligendũ erat, vt non fierent ad colendum. Nam & in tabernaculo Mosi iussa fuerunt Cherubin formari ac statui, ⌊& in iuncturis similiter desuper⌋ hoc est, in lateribus tabulæ superioris ipsius basis, erant sculpturæ tales quales in lateribus basis, vt dictũ est. ⌊Et subter leones & boues quasi lora ex ære dependentia⌋ i. super colla leonũ ac boum sculpta erãt ærea lora quæ dependebãt sub collis quibus loris videbantur ligati. Lorum aũt vocatur habena seu ligamen, & etiam ferreus circulus quo lorica contexitur. ⌊Et quatuor rotæ per bases singulas⌋ hoc est, sub qualibet basi stabant quatuor rotæ fusiles æneæ, ita quod sub quolibet angulo basis, stetit inferius vna in rota exteriori anguli parte, ⌊& axes ærei⌋ hoc est, ænei stili quæ pertingebant de rota ad rotam. F

Exodi. 20 — Leui. 19 — Deut. 4. 5 — Exo. 25.

⌊Et per qua

L Et per quatuor partes, quasi humeruli subter luterem fusiles contra seinuicem respectantes J hoc est, in quatuor partibus superioris tabulæ basis factæ erant, & fusæ quatuor breues columnæ ad luterem sustentãdum, quæ vsq; ad medium luteris pertingebant, & seinuicem ex latere respiciebant, quæ humeruli appellantur, quoniam in humeris onera deferuntur, & grauia sustentantur. De hoc ait Petrus Comestor, in summitate quatuor columnarum angularium, hoc est, quatuor angulorum erant humeri expansi in similitudinem manus humanæ, pedis'q; aquilæ, super quos tabula ferens luterem ita extitit coaptata, vt naturaliter videretur inserta. L Os quoq; luteris intrinsecus erat J hoc est, recuruatum interius, quemadmodum os ænei maris recuruatum fuit, & replicatum exterius, L in capitis summitate J id est, orificium hoc luteris situm fuit in suprema ipsius parte, L & quod forinsecus apparebat J vtpote aperturæ oris luteris quæ foris apparuit, L vnius cubiti erat J Ita quod linea tracta directe per orificium illud, vnius fuit cubiti, L & totum rotundum J fuit orificium illud, L pariter'q; habebat vnum cubitum & dimidium J hoc est, luter in fundo suo erat vnius cubiti ac medij in protractione sui diametri. L In angulis autem columnarum J id est, in angulis seu iuncturis superioris tabulæ basis præfatæ qui anguli finiebantur ad quatuor illas columnas in quatuor angulis basis sitas, in quibus angulis & latera iungebantur, L variæ cælaturæ J hoc est, sculpturæ seu picturæ L erant, & media intercolumnia J erant L quadrata non rotunda J Intercalumnium nuncupatur quod situatur inter columnas, vel medium diuidens eas. Vnde per media intercolumnia quidam intelligunt latera basis, quæ inter prædictas erant columnas. Alij dicunt media intercolumnia ipsas tabulas basis, quæ inter columnas fuerunt. *Pet. Co. histo. lib. 3 Re. cap. 19*

¶ Porro, secundum Glossam media intercolumnia vocat tabulam basis superiorem, quæ instar aliarum erat quadrata, ac consimiliter sculpta, habens in summitate sua rotunditatem seu concauitatem, hoc est, foramen rotundum vnius & dimidij cubiti, in qua luter ponebatur ac residebat, L quatuor quoq; rotæ quæ per quatuor angulos basis erant J Sicut expositum est, L cohærebant sibi subter basim, J id est, duæ rotæ quæ erant ab vna basis parte coniungebantur sibi per axem præfatum pertingentem sub basi à rota ad rotam. Simili quoq; modo duæ rotæ quæ erant ab alia parte basis mutuo iungebantur & cohærebant, L vna rota habebat altitudinis cubitum vnum & semis, J hoc est, vnum cum medio, Imo quælibet rota habuit altitudinem vnius cubiti, atq; dimidij. Cubitus autem secundum veriorem positionem continet longitudinem vnius pedis cum medio. L Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri, J idest, in figura seu forma artificiali, non in materia similes erant rotis quadrigarum, idcirco habebant & alia quæ solent in curribus fieri. Nam subditur. L Et axes earum J De quibus axibus dictum est; L & radij, & canti, & modioli. J Radij hic vocantur recta atq; subtilia illa ligna, aut eis similia, quæ de medio rotæ ad eius circumferentiam extenduntur, & vtrisq; insiguntur. Canti vero extrema rotæ, quæ per terram circumuoluuntur seu partes circumferentiæ, quæ inter radios collocantur. Modiolus autem est illud rotũdum, quod est in medio rotæ, L omnia fusilia J hoc est, fusa ex ære. Vnde videtur verum non esse, quod quidam affirmat secundum doctores catholicos potuisse bases illas cum luteribus trahi de loco ad locum per rotas illas. Magister enim in historijs insinuare videtur oppositum. L Nam & humeruli illi quatuor, J id est, quatuor prædictæ breues columnæ L per singulos angulos basis vnius J dispositæ L ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant, J hoc est, sil' cum basi formati, & fusi erãt nõ postea additi, & erãt duo coniũcti in vna basis parte, alij duo in alia, sicut expositum est. L In summitate autem basis, J videlicet in tabulã eius superiori, L erat quædam rotunditas, J id est, perforatio circularis L vnius & dimidij cubiti, ita fabrifacta vt luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, varias'q; sculpturas ex semetipsa J istud iam dictum est atq; expositum. L Sculpsit quoq; in tabularis illis J æreis non ligneis, quia subiungitur, L quæ erant ex ære, & in angulis J earundem, videlicet prope iuncturas tabularum L Cherubin & leones & palmas J hoc est, arbores sic vocatas L quasi in similitudinem hominis stãtis J id est, erectas. Vel quod ait in similitudinem hominis, refertur ad Cherubin, quæ (vt aliqui dicũt) humanã habebãt effigiem. Iosephus tamen & magister in historijs per Cherubin intelligere vident similitudinem auium non visarum, L vt non cælata J hoc est, tã artificiose vt non sculpta, L sed apposita per circuitum viderentur. In hunc modum fecit decem bases fusura vna, & mensura sculptura'q; consimili J id est, simili in specie. Nam reliquæ nouem bases consimiles erãt in forma atq; materia primæ basi. L Fecit quoq; decem luteres † æreos, J qui positi sunt super præfatas decem bases, vt patuit. L Quadraginta bathos capiebat luter vnus J de mensura bathi, iã dictum est, L erat'q; quatuor cubitorum J sic'q; luteres isti fuerunt multo minores æneo mari, omnes quoq; luteres eiusdem dispositionis, ac materiæ erãt. L Singulos quoq; luteres per singulos, id est, decem bases, posuit & constituit, J hoc est, collocauit decem bases præmemoratas cum superpositis sibi luteribus in atrio sacerdotum, L quinq; ad dexteram partem templi, & quinq; ad sinistram. Mare autem J æneum L posuit ad dexteram partem templi contra orientem J hoc est, in orientali parte atrij sacerdotum, non tamen directe ad orientem, qa subiũgit L ad meridiem J .i. magis diuertẽdo ad plagã australem.

Pet. Co. hist. lib. 3 Reg. ca. 19

Iose. lib. 8 an. tiu. ca. 8
Petr. Co. histor. lib. Exod. 47

† als æneos

¶ Deniq; præinducta expositio de formatione luteris ac basium procedit secundum expositores catho-

Beda Rabanus Pet. Co. histo libr. 3 regũ ca. 10

res catholicos Bedã, Rabanum, Petrum Comestorem & alios, quocirca conscribit Lyra, quoniã luteres facti erãt, vt lauarent in eis hostiæ cremãdę super altare, vas autem quod in superiori parte, multo est strictius quàm in medio, & in parte inferiori non est aptum, vt aliquid in eo lauetur, sed in superiori parte potius debet esse latum & apertum, ideo prædicta luteris figura, non videtur rationabilis. Item vas cuius labium est recuruatum interius, non est aptum ad hoc, quod immersa in eo liberè extrahãtur, quia recuruatio illa detinet ibi immersa, maxime, quãdo orificiũ est restrictum, vt ponit præfata opinio, ideo pono hic imaginationem Hebræorũ, dicentiumq́ꝫ, luter ascendendo, dilatabatur, & in superiori sua parte latior erat, puta in orificio. Hæc Lyra. Sed quia expositio catholicorum præhabita, consonat textui, videtur tenenda, & obiecta in oppositũ sunt soluenda, haberent quippe apparentiã aliquã, si hostiæ in sua integritate fuissent in luteribus abluendæ, sed quia conscisæ per partes lauabãtur in illis, iuxta illud secundi Paralipomenon: Fe- D

2. Paral. 4 cit conchas decem, hoc est, luteres quæ dicuntur conchæ à concauitate, qua erãt magnæ capacitatis, vt lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erãt. Quocirca dicunt expositores, ꝙ Nathinnæi primo lauabant membra ostiarum in piscina probatica, & lota tradebãt sacerdotibus qui ea rursus immergebãt luteribus, ne interim aliquid maculæ forsitã contraxissent, sicq́ꝫ reuiscerata superposuerunt altari, præcipue autem lauabãtur ibi pedes, & intestina hostiarum. Ad imponendum autem & extrahendum huiusmodi sufficiebat in orificio vnius cubiti latitudo. Nec vim habet quod de recuruatione obijcitur, quoniã recuruatio illa statim reflectebat ad interiorem superficiem luteris, idcirco non poterat detinere immersa, ne extraherentur expedite ac libere. Sequitur de quibusdã vasis altaris, & vtensilibus templi. ⌊Fecit quoq; Hirã⌋ artifex ⌊lebetes⌋ hoc est, ollas atq; caldarias, in quibus vel cineres & prunæ altaris recipiebãtur, atq; ad locum congruũ portabãtur, vel carnes quorundã sacrificiorum coquebãtur, de quibus dictum est plenius supra, E

1. Regũ. 2 Zach. 14 primo libro. Vnde & Zacharias ait: Erunt lebetes in domo domini, ⌊& scutras,⌋ hoc est, vasa æqualis amplitudinis in ore ac fundo facta ad calefaciendum in eis aquã, vel (vt alij dicunt) ad ponendum in eis carbones de altari holocaustorum acceptos, vt portarentur intra primam partem templi ad incendendum thymiama super altare incensi, ⌊& amulas,⌋ hoc est, fuscinulas ad extrahendum, disponendumve carnes. Aliqui legunt amulas, id est, vasa ad vina fundenda super hostias seu altare.

¶Porro, secundum Huguitionem amula est phiala facta instar vrceoli, ⌊& perfecit omne opus regis Salomonis in templo domini. Columnas duas⌋ præcipuas, de quibus præhabitum est, imo & alias plures, vt patuit, ⌊& funiculos capitellorum⌋ stãtium ⌊super capitella columnarum duos⌋ videlicet, vnicuiq; capitello vnum funiculum, hoc est, circulum instar funiculi capitellum illud cingentem, ⌊& retiacula duo vt operirent duos funiculos, quæ erãt super capita columnarũ.⌋ Consequenter resumuntur quæ iã in isto capitulo descripta sunt, esse facta, & patet sensus ex prędictis, ⌊& malogranata quadringenta in duobus retiaculis, duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erãt super capita columnarum, & bases decem, & luteres decem, super bases, & mare vnum, & boues duodecim subter mare & lebetes, & scutras, & amulas. Omnia vasa quæ fecit Hirã⌋ Tirius ⌊regi Salomoni in domo domini⌋ non quòd in templo sint facta, sed alibi vt verterent in vsum templi, & essent ibidem in obsequium cultus diuini, ⌊de auricalco erãt⌋ Auricalcum est materia habens auri duritiã ac splendo-

Pet. Co. hist libr. 3 Reg ca 19 Iosephus lib. 8 ant. ca. 3 rem, non veritatem neq; valorem. Circa hoc in Scholastica fert historia: Omnia vtensilia templi ærea, nec te moueat quòd aliquãdo de ære, aliquãdo de auricalco dicuntur facta, quoniam idem est, cuius splendor & pulchritudo similes erãt auro, vt Iosephus ait. Et ⌊in cãpestri regione Iordanis fudit ea rex⌋ .i. fundi ac formari fecit ea, rex per Hirã & cooperatores ipsius, ⌊in Argillosa terra⌋ quæ aptior est alijs terris, tãquàm tenacior ad producendum ex ea formas, in quibus fundãtur metalla ⌊inter Succhoth & Zarthã⌋ .i. loca seu oppida sic vocata, ⌊& posuit Salomon oĩa vasa in domo domini. Propter multitudinẽ aũt nimiã⌋ vasorũ ⌊non erat pondus ęris⌋ hoc est ignota fuit quãtitas æris, ex quo formata sunt, hoc tñ per hyperbolen dicitur ad insinuãdum maximã æris illius molem. ⌊Fecitq; altare aureum⌋ Non quod totum fuerit factum ex auro, sed aureis laminis fuit opertum, sicq́ꝫ vocatur aureũ, hoc est, deauratũ, de quo in ꝑcedenti capitulo dictũ F

3. Reg. 6 est: Altare vestiuit cedro, & intelligitur de altari thymiamatis, quod erat in prima & exteriori parte templi, ⌊& mensam super quã ponerentur panes propositionis aureã,⌋ super quã diebus sabbati mane ponebãtur duodecim panes recentes & calidi, mundiq́ꝫ valde, facti de simila, & mãserunt ibi vsque ad mane sequentis sabbati, tuncq́ꝫ tollebãtur, & à solis sacerdotibus manducabãtur, & alij totidem panes similes prioribus ponebantur, ibidem & dicebantur panes propositio-

Exo. 25 nis, quoniam coram deo sic ponebantur, de quibus in Exodo vicesimoquinto præcepit dominus Pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Hinc & mensa super quam ponebantur, mensa propositionis vocata est. Ponebantur quoque in memoriam duodecim tribuum Israel. De his super Exodum atque Leuiticum plenius scripsi.

¶Præterea, hoc in loco cum dicitur & mensam, ponitur singulare pro plurali, cum scriptum sit

secundo

A secundo Paralipomenon: Et mensas decem, posuitq; eas in templo, quinq; à dextris & quinq; à sinistris, L & candelabra aurea ⌋ fecit L decem, quinq; ad dextram & quinq; ad sinistram ⌋ templi constituens L contra oraculum ⌋ hoc est, in exteriori templi parte corã sancto sanctorũ, seu ex opposito arcæ & oraculi eius, quæ infra sancta sanctorũ steterunt, L & quasi lilij flores, ⌋ id est, liliorũ similitudinem in candelabris statuit, seu ex eis dependere ac procedere fecit, quoniam facta erant iuxta formam & ornatum candelabri Mosi, de quo in Exodo legit: Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius & calamos, cyphos, & sphærulas ac lilia ex ipso procedentia. Vnde secundo Paralipomenon habetur: Et florentia quædam, L & lucernas desuper ⌋ hoc est super candelabra L aureas. ⌋ Quemadmodum super candelabrum Mosi erant septem lucernæ, quæ erant septem aureæ lampades secundum expositores, quarũ vna stabat in summitate cãdelabri, & tres ex vno latere eius, tresq; ex latere alio, vt dictum est super Exodum, L & forcipes aureos. ⌋ ad abscindendum quod combustum fuit de lychno & flammæ claritatem fuscauit, L & hydrias ⌋ In quibus positum fuit oleum lucernarũ, L & fuscinulas, ⌋ hoc est, instrumenta ad extrahendum immunditiam lucernarũ formata, L & phialas ⌋ id est, vasa in quibus conseruabat oleum pro vnctione regum atq; pontificum, L & mortariola ⌋ In quibus species, ex quibus fiebant vnguenta comminuebant seu terebant, L & thuribula de auro mundissimo, & cardines ostiorum domus interiores, & ⌋ pro id est, L sancti sanctorũ & ostiorũ domus templi ⌋ quod hic pro exteriori parte templi accipit, L ex auro erant. ⌋ Cardines autem sunt, in qbus ostia suspendunt, atq; voluunt. L Et intulit Salomon in templum quæ sanctificauerat, ⌋ hoc est, ad diuini cultus honorem deputauerat, L Dauid pater suus argentum & aurum & vasa, reposuitq; ea in thesauris, ⌋ hoc est, inter diuitias L domus domini. ⌋ ¶ Demum in expositione secundi Paralipomenon dicta sunt aliqua

B ad horum intellectum habendum valentia, atque vt Iosephus refert, Salomon tempore procedente fecit & alia vtensilia, valde copiosa ac pretiosa, quæ in scholastica historia satis compendiose tanguntur.

2. Paral. 4 — Exo. 30 — 2. Paral. 4 — Exodi. 30 — Exo. 25 — 2. Para. 4 — Iose. lib. 8 an. iu. ca. 3 — Pet. Co. hist. lib. 3 Reg ca. 19

¶ De spirituali eiusdem capituli septimi intellectu. Articulus Duodecimus.

Finxit duas columnas æreas, ipsa ecclesia vocatur columna, dicente ad Timotheum Apostolus: Scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis. ¶ Insuper, summa ac robustissima ecclesiæ columna cui tota innititur plebs fidelis, est dominus & saluator qui ait: Sine me nihil potestis facere. De beatissimis quoq; Apostolis, Petro, Iacobo & Iohanne, vas electionis testatur, quòd videbantur columnæ esse. ¶ Nihilominus possunt per duas istas præcipuas templi columnas, Petrus & Paulus intelligi qui suis prædicationibus, miraculis, virtutibus & doctrinis sustentant ecclesiam. ¶ Rursus duæ columnæ præclare sunt scriptura veteris testamenti, & euangelicæ legis doctrina, quibus innititur sancta ecclesia. ¶ Et iterum authoritas ecclesiastica, & ciuilis seu duplex vis sunt duæ columnæ quæ decem & octo cubitos habent in altitudine, quia per obseruantiã decalogi ad octo beatitudines perducuntur, imo per decem præcepta & octo beatitudines vitæ præsentis ad regni cœlestis sublimitatem ptingunt. ¶ & linea duodecim cubitorũ circuibat columnam vtranq;, linea ista est vita rectissima seu prædicatio prorsus verissima, & preces ac merita duodecim Apostolorũ, quibus circundant & adiuuant fideles, ipseq; chorus duodecim Apostolorũ cingit, munit, ac tuet ecclesiam, linea quoq; duodecim cubitorũ, est connexio duodecim fructuum spũs, quos ad Galatas enumerat Paulus, quibus gloriosi Apostoli, & cæteri viri perfecti fuerunt repleti. ¶ Duo

C quoq; capitella fecit quæ ponerentur super capita columnarũ. Capita columnarũ sunt intellectus, & voluntas earũ, seu sapia & charitas. Capitella vero ecclesiasticæ dignitates & authoritates eis superimpositæ & concessæ, quæ in omnibus debent iuste procedere, quod per capitellorum quadraturã est præfiguratum, atq; ad omnes sine personarũ acceptione æqualiter se habere, secũdum quod illorũ merita vident exigere, quæ etiã debent virtutum contemperationibus decorari, hoc est, virtuosis actibus discrete exhibitis pfici, qm̃ dona grãæ gratis datæ, sine donis grãæ gratum facientis, nullum efficiunt deo acceptum, quod p capitellorũ reticulationem & catenationem præfiguratum censet. ¶ vtrunq; capitellum fusile erat, quia præfatæ ecclesiasticæ authoritates, atq; prælaticę potestates sunt supernaturalia dona à deo infusa, dicente Apostolo: Non est potestas nisi à deo, vnde iudicibus & eis qui præsunt, dicit à Sapiente: Data est vobis potestas à domino, & virtus ab altissimo. ¶ Septena versuum retiacula in capitello vno, retiacula ista sunt canones & decreta sanctorum patrum, quibus capiunt & deprehendunt, qui rei sunt, & p quæ dirigi debet, exerceri ac informari prælatorum, principum, iudicum potestas, alioquin in tyrannidem aut negligentiã verterent, qd enĩ est præsidens sine ęquitate, & legibus q̃ idolũ aut tyrãnus. ¶ Erãt demũ capitella hęc liliata in vertice, qm̃ decore exẽplaritatis ac bonę famę odore debẽt esse ornati, q regunt & præsident. Pulchritudo etenĩ ista & talis suauitas recte p lilia exprimunt. ¶ Capitella hæc erãt in porticu ante templi ingressum, quoniam hi q pręsunt, debẽt se omnibus exhibere conspicuos ac paratos, ¶ erãtq; quatuor cubitorum, quia quatuor virtutibus cardinalibus debent præcipue præfulgere iustitia qua

1. Timo. 3 — Iohã. 15 — Gala. 2 — Matth. 5 — Gala. 5 — Roma. 13 — Sap. 6

stitia qua inclinent ad proferendum recta iudicia, prudentia qua dirigunt in iudicando ac discer- D
nendo malum ac falsum à bono & vero, fortitudine qua magnanimiter exequant ea quæ ad eo-
Eccl 10 rum spectant officia. Propter quod scriptum est in Ecclesiastico: Noli quærere fieri iudex, nisi va
leas virtute irrumpere impietates, temperantia, ne p oblectamenta, gustus & tactus obruatur in
Osee.4 Eccl.19 eis lux rõnis, ac vigor synceritatis, vinum nanq; & ebrietas auferunt cor. Et mulieres apostatare
faciunt etiam prudentes. Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli, p ma-
logranata q̃ sunt pulchra, ac dulcia poma significant sacræ scripturæ, eloquia illibata, refectiua, atq;
Psal.118 suauia, de qbus psallit Propheta: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, his vndiq; debent esse
ornati & abundare q præsunt vt valeant informare, consolari, & gubernare subiectos. ¶ Porro
ducenti ordines malogranatorum sunt ordinati processus, & copiosæ connexiones salutarium do-
ctrinarum, qbus vnusquisq; secundum suam capacitatem decenter instruit, vt paulatim ad pfectio-
1 Cor.15 ra leuet, qa vt ait Apostolus: Non prius quod spũale, sed quod animale. Dexteram columnam vo
cauit Iachin quod interp̃tat firmitas, & sinistrã Booz quod interp̃tat robur vel fortitudo, p quod
figurat, quod in aliorum rectoribus debet esse firmitas rõnis, & robur ĩsuperabile charitatis, vt nullo
impetu passionum, nullo motu vitiorum à recta rõne, ac vera charitate recedant. Per illud quoq; signi
ficatum, quod in prosperis & aduersis debent inuiolabil'r esse constantes, vt nec prosperis inani-
Pro.10 ter exaltent, nec aduersis pusillanimiter deiiciant. Iustus etem̃ quasi fundamentũ æternũ. Et non
Pro.12 Eccl.5 contristabit iustum & vere sapientem, quicqd acciderit ei, ideo ait scriptura: Non te ventiles in
1 Cor.15 omnem ventum, esto firmus in via dei, & in veritate sensus tui. Hinc Corinthijs scripsit Aposto-
lus: Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper. Qui ista impleuerit, audit E
Apoc.3 & obtinet, quod in Apocalypsi Chr̃us promittit: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo
dei mei. ¶ Præterea, p duas istas columnas fortissimas & præclaras, significatum est robur re-
Luce.1 Dan.7 gni Chr̃i in ecclesia militanti. Nam regni eius non erit finis, de quo in Daniele fert: Dedit ei anti-
quus dierum, videlicet pater æternus potestatem, honorem & regnum. Per dexteram quoq; co-
lumnam firmitas spũalis authoritatis, cuius plenitudo & vertex in summo pontifice residet, insi-
nuat. Per sinistram robur brachij secularis. Fecit quoq; mare æneum fusile decem cubitorum, p hoc
æneum mare sacramentum baptismi fortissimum denotat, seu grã lachrymarum & compunctionis
contritio, seu diuinorum exuberantia gratiosa charismatum, quæ omnia sunt bona desup fusa, & vs-
q; decalogi adimpletionem ptingunt. In hoc mari lauant qui seipsos deo sacrificant, & qui Chr̃i
sacramenta digne conficiunt, & omnes q omnipotenti in mentis puritate cupiũt deseruire. Nem
Thren.2 pe in confessione omnia lauant, atq; in Threnis Hieremias testat: Magna velut mare contritio
tua. Quinq; cubitorum altitudo eius, quia hoc mare extendit se ad abluendum quicquid per quin-
q; sensus inique committitur. Et resticula triginta cubitorum circuibat illud, hoc est, fides super-
beatissimæ Trinitatis, seu trium theologicarum virtutum custodia cum adimpletionibus præce-
ptorum, gratiam præfati maris conseruat ac protegit. Et sculptura circuibat illud, per sculpturam
Iaco.2 hanc opera supererogationis quæ pulchre perornant agentem, accipiunt. Cum enim in multis
offenderimus deum innumerabiliter plus q̃ scimus, debemus semp esse feruentes, & nullũ tempus
infructuose expendere, sed vltra ea, ad quæ tenemur, assidue aliquid boni peragere. Duo ordines
sculpturarum histriatarum erant fusiles. Duo ordines isti sunt descriptiones exemplarium operum san
ctorum noui ac veteris testamenti, quorum exemplis instrui & accendi debemus ad certandum le-
gitime, ad laborandum idonee, ad permanendum in via iustitiæ vsque in finem. Et stabant su-
per duodecim boues, hoc est, duodecim Apostolorum prædicatione præfatum mare seu baptis- F
ma innotuit, & ipsi ad Gentes illud deportauerunt. Et sicut tres boues respiciebant ad orientem,
tres ad meridiem, tres ad aquilonem, & tres ad occidentem, ita Apostoli vultus suos ad omnes
Marc.16 mundi partes, ac terminos direxerunt, quibus fuit præceptum: Euntes in mundum vniuersum
prædicate euangelium omni creaturæ, & baptizantes omnes Gentes. Quorum posteriora intrin-
secus latitabant sub mari, qa virtute & grã baptismali, carnalia quæq; opera occultantur, ac remo
Esa.64 1 Cor.2 uent. Vel posteriora sunt præmia vitæ sequentis, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec mens
Col.3 comprehendere valet. Vnde ait Apostolus vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Gros-
situdo luteris trium vnciarum erat, quoniam sancti viri qui aliorum columnæ dici merent, & pu-
sillorum imbecillitatem pie supportant pondere discretionis, maturitatis, & fraternæ dilectionis or-
Psalm.34 nantur, nec leues, sed graues sunt animo, & dicunt altissimo: In populo graui laudabo te. Labium
quoq; eius quasi labium calicis & folium repandi lilij. Labia em̃ prælatorum, columnarumq; per
sonarum non est clausum ex indiscretione, sed apertum ex ratione, ita quod sicut calix potu in se
contento reficit, exhilarat, & confortat potantes, & sicut lilium suo aspectu atque odore oblectat
sic ipsi sapientia in ipsis contenta, instruũt, alunt, & roborant audientes, suorum amœnitate sermo
Psal.118 num delectant eosdem, ita vt dicant: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Idcirco per Hiere-
Thren.3 miam promiserat dominus: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos sapientia & do-
ctrina. Duo milia bathos capiebat. Sancti etenim viri ac præsidentes, quanto plus in gratiæ do
nis proficiunt, tanto maioris incrementi capaces redduntur, & quo plures ad deum conuerterint

tanto

A tanto plures optant conuertere. Gloriosi etenim apostoli multa milia ex Iudaismo & multa mi-
lia ex paganismo converterunt ad fidem ac Christo incorporauerunt. Et fecit bases æneas decē. Acto.2.4
Per bases quæ erant luterum fundamenta & sustentationes, signant sanctæ humilitates, in qui-
bus fundauerunt se & totam vitam suam, Septuaginta & alij discipuli Christi, qui denario expri
munt, quia decalogi pcepta cum eminentia impleuerunt, vel decem bases sunt decem præcepta
seu decem epl'æ Pauli scriptæ & missæ decem ecclesijs, vt ait Hieronymus. Et ipsum opus inter- Hierony.
rasile erat. i. viri perfecti & aliorum rectores conuersationem habent in multis ornatam virtuti-
bus, in aliquibus tamen planam ac simplicem & quotidianis humanæ fragilitatis defectibus mi-
xtam, ita q partim ornati sunt, partim non decorati, propter quod vnus eorū: Si dixerimus (in- 1.Iohan.1
quit) quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Et alius: In multis aūt offendimus om̃es. Iaco.3
Et sculpturæ inter iuncturas. Per varia & decora illa ornamenta sculpturarū atq; imaginū anima
lium, hominū & arborū, pfigurati noscunt magni & multi ornatus ecclesiæ in omni suo statu &
gradu in donis gratiæ gratū facientis & gratiæ gratis datæ in ordine incipientiū, proficientiū &
perfectorū in varijs religionibus & sacris ordinibus, in virtutibus, donis, beatitudinibus & fructi-
bus in contemplationibus & affectionibus sanctis, exercitijsq; internis. Et quatuor rotæ p bases
singulas. i. doctrina, legis instructio, prophetarū documenta, Euangelij & apostolorum traditio
in suis epistolis, per quæ quatuor ferunt fideles ad omne bonū & de peregrinatione exilij ad lucē
gloriæ æternalis. Et axes ærei. i. profectus spūales de virtute vna in aliam, iuxta illud: Ibunt de vir Psal.83
tute in virtutem. Et p quatuor partes quasi humeruli subter luterē fusiles. Quatuor humeruli sunt
quatuor ordines mendicantiū regulariter cōuersantiū, qui respectu maiorū, platorū pie portantiū
B in humeris paternæ dilectionis ac pastoralis solicitudinis oues Chri sibi cōmissas sunt quasi hume
ruli, vtpote coadiutores & cooperatores pastorū, psidētiūq; maiorū. Os Luteris intrinsecus erat
Os eñ cuiuslibet sapientis ac timorati ad rōnis imperiū & charitatis instinctū est introuersum, vt
nō aliter nec aliud pferat q̄ ratio dictat, charitasq; instigat, Ideo ait scriptura: Os sapientum in
corde ipsorū & cor stultorū ī ore ipsorū. In capitis summitate. i. apice intellectus q dirigit os ad lo
quendū salubria, iuxta illud sacratissimi principis aplorū: Si quis loquit quasi sermones dei. Vn- 1.Petri.4
de & vas electionis hortat: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed qui vtilis est ad Eph.4
ædificationem, vt det grām audienti. In summitate autē basis erat quædā rotunditas. Per rotun
ditatem hanc designat cohabitudo, comproportioq; virtutū, qua vna alteri copulat & cōcatenat.
Quadraginta bathos capiebat Luter vnus. Per quadragenarium, tempus pœnitentiæ & opera
eius signant. Hos aūt qui ad actus pœnitētiæ se extendūt, spiritalis pater & pdicator libēter acce-
ptat. Et cōstituit quinq; bases ad dexterā partē templi & quinq; ad sinistrā. Aliquos eñ consti-
tuit Chrs in vita cōtemplatiua & in actibus spiritalis lætitiæ, quæ p dexterā intelligunt, quosdā
in vita actiua & afflictionibus pœnitētiæ q̄ per sinistrā accipiunt. Mare aūt posuit ad dexteram
partē tēpli, qm̃ grā baptismi offert se oībus gaudiose, prout necessariū est cōuerti volētibus, cū sit
ianua sacramētorū. Fecit q̄q; lebetes & scutras & amulas, p vasa huiusmodi figurata sunt fideliū
corda varijs modis disposita ad suscipiendū grārū charismata. Oīa vasa de auricalco erāt, qm̃ cor
da humana fragilia sunt, & hoīes quos deus facit esse vasa misericordiæ suæ, ex fragili cōstāt mate
ria, q̄ foris videt fulgere, sed intus est sordida. Et in cāpestri regione fudit ea, qa in loco isto plo-
rationis, calamitatisq; valle pducit ac statuit eos. Altare aureū & mēsam sup quā ponerent panes
C ppositionis aureā. Altare aureū, est charitas feruens seu fides formata, vel recta intentio, in qua
charitate, fide & intentione agēda sunt oīa bona. Porro aurea mensa est diuina scriptura, sup quā
panes ppositionis ponunt. i. variæ & salubres expositiones ac spiritalia alimenta fundantur. Et
candelebra aurea decem, p candelabra decem sumunt personæ sapientes ac virtuosæ in decalo-
gi obseruatione perfecti, psertim plati, qui verbo, fama, exemplo ac opere alijs fulgent. Et lilij flo
res, p quas accipi possunt virgines mente & corpore, quarū corā deo castitas flagrat. Et lucernas
desup aureas, per quas septem dona spūs sancti designantur, quæ à charitate non separantur, Lu
cernæ quoq; vocantur viri illuminati ac feruidi, quemadmodum de felicissimo Iohanne Bapti- Ioh.5
sta loquitur veritas increata: Ille erat lucerna lucens & ardens, sed & septem sacramenta gratiæ
contentiua, per septem illas intelliguntur lucernas. Et forcipes aureos. i. moderatas correptio-
nes, quibus auferuntur sordes peccantium. Et hydrias, id est mentes aquam salutaris sapientiæ cō
tinētes. Et fuscinulas, id est, peritas examinationes, quibus quæ intus latent extrahuntur ac inno-
tescunt, & ipsis fidelibus refectio salutaris exhibetur. Et phialas & mortariola & thuribula. Hæc
sunt duodecim euangelica Christi consilia, salutarem doctrinam præstātia, quibus conterunt,
& ad nihilum rediguntur desideria & peccata carnalia, vanitatesq; mundi & quicquid charitati
contrariatur ac ipsæ virtutes contemperātur, virtuosæ quoq; actiones teruntur, & quasi ad minu-
tissima rediguntur, dum per humilitatem paruipenduntur propter mala annexa, atq; pro nihi-
lo reputantur respectu infinitæ honorabilitatis, circumscriptibilis & superuenerandissimi dei q
reuerentia in infinitum maiori est dignus quàm ei ab vniuersitate creaturarum queat impēdi. In
eisdem quoq; consilijs deo thus sanctæ mortificationis offertur, odor suauitatis orationum, psal

modiarum & omnium monasticorum exercitiorum iugiter immolat. & cardines ostiorum.i. au- D
thoritates & rationes, quibus fides, spes, charitas, obedientia, virtutesq; cęterę, quibus in regnum
cœleste intratur, innituntur, & ad opera bona voluuntur ex auro erant, quia ex diuina scriptura
sumuntur. Intulit ergo Salomon quæ sanctificauerat Dauid pater suus, sic Christus non nisi prę-
destinatos à patre inducit in triumphantem ecclesiam, imo nec finaliter in ecclesiam militantem,
aurum, id est, perfectos, argentum .i. proficientes, & vasa.i. incipientes, ideo dixit: Pater, quos dedit
Johan. 18 mihi, non perdidi ex eis quenquam.

¶EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI VIII.

Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel. Art. XIII.

R Ecitata templi ædificatione, nunc dedicatio eius describit. L. Tūc congregati sunt omnes maiores natu Israel cū principibus tribuū⌋ quia in qualibet tribu fuit vnus princeps specialis tribui, præsidens tamen sub rege ac principe militiæ, L & duces familiarū filiorū Israel.⌋ In vna etiā tribu erāt plures familiæ, atq; in vna familia multæ domus. Nā omnes nati ex vno quouis filiorū Iacob, dicebātur vna tribus, nisi q; tribus Ioseph fuit in duas diuisa, nati aūt ex vno quouis filio filiorū Iacob erāt vna familia, vt patet in libro Numerorū, L ad regem Salomonem⌋ qui vt se-
Numer. cundo Paralipomenon habetur, vocauit & congregauit illos ad se, L in
2. Paral. 5 Hierusalem⌋ vrbem regni metropolim, vt deferrent arcā fœderis do-
mini de ciuitate Dauid, Id est, de Sion⌋ Nā illa pars ciuitatis Hierusalem vocabatur specialiter ci-
uitas Dauid, quia ibidem construxit sibi palatiū & māsionem elegit in Sion.i. in monte sic dicto
2. Regū. 5 in cuius vna parte Salomon fecit templū. Porro vt dictū est secundo libro. Dauid rex transtulit E
2. Regū. 6 arcā de domo Obededom in tabernaculum quod ei tetenderat & parauit iuxta palatium suum.
L Conueniteq; ad regem Salomonem vniuersus Israel⌋.i. præfati maiores ac nobiliores, in quibus
subditi virtualiter continebātur. Aliqui quoq; subditorum de singulis tribubus cū maioribus suis
venerūt, L in mense Ethanim in solēni die⌋ vtpote decimo die mensis illius quo festū expiationis
celebrabatur, L ipse est mensis septimus⌋ apud Hebræos & apud nos vocatur Septembris, iuxta
Pet. Co- illud Alexandri. Mensem Septembrem Betauim signare memento, circa quod loquitur Petrus Co-
hist. libr. 3 mestor: Mense septimo.i. septima lunatione quæ intrauit Octobrem, qua vt fertur, fuit tunc em-
Re. cap. 21 bolismus. Erat quoq; mensis ille quasi totus solēnis apud Hebræos vt patet in Leuitico, & libro
Leuit. 23 Numerorū, & item in Deuteronomio. Sed obijci pōt, q; in fine sexti capituli huius libri iam di-
Nume 29 ctum est: Anno quarto fundata est domus dñi, & in anno vndecimo mense Ebul ipse est mensis
Deute. 16
3 Regū. 6 octauus, perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus. Non autem est dedi-
cata nisi prius perfecta. Non ergo in mēse septimo sed octauo facta sunt ista. Ad hoc in historijs
respondet magister, potest dici templū in Septembri dedicatum rege accelerāte, & eūdem post
Pet. Co. templi dedicationem fecisse vtensilia aliqua quæ deerāt mense septimo, sicq; vtrūq; est verū, q.s.
hist. libr. 3 octauo mense perfecta est domus in omni opere & vtensilibus, & tamē septimo mense sit dedi-
Reg ca. 21 cata, L venerūtq; cūcti senes de Israel, & tulerūt sacerdotes arcā.⌋ In Numerorū libro continetur
q; dñs iussit arcā portari humeris Leuitarū, prout plenius dictū est supra in expositiōe libri secū- F
Numer. 3 di. Vnde & secūdo Paralipomenon conscriptum est, portauerūt Leuitæ arcā. Quomodo ergo
2. Regū. 6 nunc fertur, q; sacerdotes eā portauerint. Ad quod dici potest, q; sacerdotes direxerūt Leuitas in ar-
2. Para. 5 cæ portatione, astiterūtq; eis seu propter reuerentiā ampliorem, exhibuerūt circa deportationē
obsequiū, quādoq; etiā sacerdotes arcā portabant, sicut in trāsitu per Iordanē & in circuitu Hie-
Josue. 3.6 richo, prout in libro Iosue habetur, L & portauerūt arcā dñi & tabernaculū fœderis⌋.i. taberna-
culum Mosi, quod erat cū arca in præfato tabernaculo à Dauid constructo, tabernaculū quippe
Ibidē poterat dissolui, & dissolutū portabatur per partes à filijs Gerson, vt in Numerorū libro legitur,
L & omnia vasa sanctuarij⌋ id est, sacra vasa sub Mose facta, & quæ Dauid addiderat, L quæ erāt
in tabernaculo⌋ Mosi seu Dauid regis vsq; ad tēpus istud, L & ferebāt ea sacerdotes & Leuitæ⌋
quia ad filios Chahath pertinuit ea portare, vt in præallegato Numerorū libro scribit, sicut sacerdo-
tes præceperūt Leuitis. L Rex aūt Salomon & omnis multitudo Israel quæ cōuenerat ad eū, gradieba-
tur cū illo ante arcā⌋ ad dei & arcæ honorē, siquidē nō solū propter venerabiliorē templi dedica-
tionē, sed itē ob honorabiliorē arcæ deportationē populus fuit cōuocatus, L & immolabāt oues
& boues⌋ per manus sacerdotum. Quamuis aūt capra & hircus erāt animalia immolatitia iuxta le-
gem, vt in Leuitico patet, boues & oues erant sacrificia puriora, & ex eis immolationes princi-
Leui. 3. 22 paliores fiebāt, vtpote holocaustū & iuge sacrificium & agnus paschalis, L absq; æstimatione &
Deut. 18 numero⌋ quod hyperbolice dictum est, ad insinuandum magnā valde copiam animalium ob-
latorum. L Et intulerūt sacerdotes arcā fœderis dñi in locū suū,⌋ videlicet L in oraculum tēpli⌋
id est, in secundā interiorem & sanctiorem templi partem, vnde subiungitur, L in sanctum san-
ctorum⌋ quia sic vocabatur pars illa, quoniam erāt in ea sacratissima quædam, vtpote arca, ta-
bulę

A bulæ testamēti, virga Aaron, vrna aurea cōtinēs manna, Cherubim gloriæ, propitiatorium, de
quo procedebāt diuina responsa, eratq́ʒ sedes dei, qui in illa templi parte specialiter morabatur,
⌊subter alas Cherubim. Siquidem Cherubim expandebāt alas suas super lotū arcæ & protege-
bant arcam & vectes desuper, ⌋nam alæ illæ arcam operiebant, sicut in literali præcedentis cap. Heb. 9
expositione innotuit. Verum his obijci potest illud Apostoli ad Hebræos: In priori tabernaculo
semper introibant sacerdotes, In secundo autem semel in anno solus pontifex, Si ergo solus pon
tifex intrauit sancta sanctorum, quomodo sacerdotes illuc arcā licite intulerūt: Dici potest ꝙ solus
pontifex intrauit sancta sanctorum ad offerendū, & hoc regulariter tēpore ꝓstituto, sacerdotes ve
ro ad immolandū ea & ad efferendū atqʒ ad dandū inuoluta Leuitis, qui ea proprijs humeris por
tauerunt, deinde cū Leuitæ ea portassent vsqʒ ad exteriorem templi partem reportauerūt ea sa-
cerdotes ad pristinū locum. Ista videt expositorum intentio libri Numerorum. ⌊Cūq́ʒ eminerent⌋ Nume. 3
.i. prominerent seu extenderentur ⌊vectes, ⌋in quibus Leuitæ arcam portabāt, ⌊& apparerēt
summitates⌋ .i. extremitates, seu (vt in Paralipomenon legit) capita, ⌊eorum foris sanctuarium⌋ 1. Para. 5
.i. extra sancta sanctorum, ⌊ante oraculum⌋ .i. in exteriori parte templi ante oraculum situata, &
existentibus ibi prope oraculum seu sanctum sanctorum, ⌊non apparebāt vltra extrinsecus⌋ .i. eis
qui longius stabāt ab ingressu & velo sancti sanctorum. De his duobus vectibus scriptū est in Exo Exod. 25
do: Facies & vectes de lignis sethim, inducesq́ʒ eos ꝑ circulos ꝗ sunt in arcæ lateribus vt portet in
eis .i. arca portet per vectes, quorum quilibet transiuit ꝑ circulos duos circa latera arcæ ꝑ longitudi
nem eius. Verūtamen circa hūc passum scribit Lyra, Dicit Rabbi Salomon, ꝙ vectes transibāt ꝑ R. Sala.
latitudinem arcæ, & sic capita vectiū erāt contra cortinā pendētem in ingressu sanctuarij & eā ali
quantulū impellebāt, sicq́ʒ apparebāt ibi duæ mamillæ sub veste .i. duo tumores, videlicet partes
B illius cortinæ sic prominētes ex illa impulsione, sed quia cortina fuit intermedia, nō apparebant
corpora vectium nuda, sed tantum figura, sicut videt manus ꝑ chirotecam. His verbis Lyra sub-
iungit, Doctores nostri aliter exponūt, dicentes, ꝙ licet vectes possent videri ab his qui erāt pro
pe ostiū, non tamē ab his qui longius erant. Circa quod dico, ꝙ expositio ista catholicorum est ve-
rior, vtpote magis consona scripturæ canonicæ, quoniam secūdo Paralipomenon asserit, vectiū
quibus portabat arca, quia paululum longiores erant, capita parebāt ante oraculum, si vero fuis- 2. Para. 5
set quis paululum extrinsecus, eos videre non poterat. Circa quod ait Glossa: Apparebāt summi Glo.
tates vectium foris ante oraculum, non semp, sed cum ostia oraculi aperirent, neqʒ hoc omnib⁹,
sed illis qui propius accedentes ea quæ intus erant attentius intuebant. Ipsa autem arca qualis &
qualiter esset posita, illis solum qui intrabant oraculum videre licebat. Et rursus loquitur Glossa,
Quamuis capita vectium accedentibus propius & diligenter intuentibus patebant ante oraculū
cum eminerent, tamen necesse erat, vt clauso oraculo & appenso ante ostia velo, ipsi quoqʒ ve-
ctes producendis ad claudendū ostijs locum darent. ⌊Qui &⌋ vectes ⌊fuerant ibi vsqʒ in ꝑsen-
tem diem. ⌋Non eñ separabant ab arca, iuxta id Exodi: Vectes semp erunt in circulis arcæ, nec Exodi. 25
vnquam extrahent ab eis. Idcirco pro eo quod dicit, hi ꝗ fuerāt ibi, &c. Secūdo Paral. scriptum 2. Para. 5
est: Fuit itaqʒ arca ibi vsqʒ in ꝑsentē diē. ⌊In arca aūt nō est aliud nisi duæ tabulæ lapideæ quas po
suerat in ea Moyses in Horeb⌋ .i. in monte Sinai, vel prope, cuius montis pes vocat Horeb. Hæ
sunt tabulæ in quibus digito dei scriptus fuit decalogus, prout in Exodo inducit. Vnde & dñs di Exodi. 34
xit ad Moysen: Pones in ea testificationē quā dabo tibi .i. tabulas testamēti, ⌊qñ pepigit fœdus Exodi. 25
dñs cum filijs Israel⌋ .i. pactum inijt cū eis ꝙ ipse esset de cætero deus ipsorum, & ipsi populus eius,
C in cuius signū contulit eis legē & tabulas testamēti, ⌊cum egrederent de terra Aegypti⌋ .i. egres Exo. 19. 20
si essent de ea, vel quia desertum in ꝗ mons Sinai situs est, erat desertum Aegypti, nondū erant
in toto de terra illa egressi. Verumtamen quando fœdus hoc pepigit deus, quiescebant ibi, sed tē
pore illo, videlicet ante & paulo post exierunt. Præterea ei quod dictū est, non fuisse in arca nisi
tabulas testamenti, videt contrariari quod ad Hebræos affirmat Apostolus: In qua, vtpote arca Heb. 9
est vrna aurea habens manna & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ testamenti. Responde-
tur, quod scriptura hæc loquitur de eo quod fuit principaliter collocatum in arca, puta de tabulis
ad quarum repositionem arca fuit principaliter facta. ⌊Factum est autem cum exissent sacerdo
tes de sanctuario, ⌋in quo reposuerant arcam, quo facto, introierunt exteriorem templi partem
⌊nebula impleuit domum domini.⌋ In Paralipomenon pro nebula ponitur nubes, sicq́ʒ credi- 2. Para. 5
tur nubes nebulosa fuisse, ⌊& non poterant sacerdotes stare⌋ in templo, ⌊& ministrare, ⌋ideo in
eo durante nebula illa, ⌊propter nebulam.⌋ In Paralipomenon dicitur, propter caliginē. ⌊Im
pleuerat enim gloria dñi⌋ .i. magnificus dei effectus, videlicet nubes ꝑfata, siue vt aliqui dicunt, cla
ritas ingens, ⌊domum dñi, ⌋vtranqʒ .s. eius partem. Nebulam illam quidam dicunt fuisse tam te
nebrosam, ꝙ sacerdotes in templo stare & ministrare nequibant, & hoc videt ex eo quod in Pa
ralipomenon (sicut iam allegatum est) dicit propter caliginē, & rursus ex eo ꝗd subdit: Dominus
dixit vt habitaret in nebula. Secundo Paralipomenon habetur, Dominus pollicitus est vt habi- Ibidem
taret in caligine. In Hebræo quoque hoc loco habetur, in caligine, & apud Nahum conscriptum Ibidem
est, Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. Nahu. 1

Matt. 17 Alij dicũt ꝙ nebula ista fuit clara ac lucida, sicut Christũ in sua transfiguratione obumbrauit luci- D
Marci. 9 da nubes, vt dicunt Euãgelistæ, sicq; propter claritatis excessum non potuisse sacerdotes ibi sub-
Luc. 9 sistere, nec tantũ sustinere splendorem. Vnde in scholastica fertur historia: Nebula impleuit do-
Pet. Co. mum domini, non metuenda, sed temperata & fulgens, & obumbrauit facies sacerdotũ, ita vt se-
hist. libr. 3 inuicem videre non possent nec ministrare. Cæteri opinãtur, ꝙ nebula ista fuit in parte lucida,
Reg ca 21 atq; in parte aliqua caliginosa, quẽadmodũ in Exodo fertur de nube, filios Israel præcedẽte, ꝙ e-
Exod. 14 rat tenebrosa & illuminãs noctẽ, qa in parte sua ad Aegyptios versa ac respiciente fuit caligino-
sa, sed in parte ad filios Israel versa fuit luminosa, ad quod persuadendum apparet valere, quod in
2. Para 7. secundo libro Paralipomenon narratur: Maiestas domini impleuit domum, & omnes filij Israel
videbãt descendentem ignem & gloriã dñi super domum. Tunc ait Salomon: Dominus dixit
vt habitaret in nebula, quasi dicat: Ista apparitio est vere diuina nõ deceptiua, qa concordat ver
bis dei, qui protestatus est se habitare in nebula, ad designãdum suæ maiestatis incomprehensibi-
litatem, suæq; lucis æternæ plenitudinem superexcellentem. Quo circa in historijs ait magister:
Pet. Co. Nunquàm dñs legitur hoc dixisse, sed qa in monte Sinai apparuit in nebula & filios Israel præ-
histo. libr. 3 cessit in nube, & ante Mosen positum in cauerna trãsiuit nebula. Ideo Salomon posuit dictũ pro
Re cap. 21 opere, & est sensus: Dominus dixit, i. opere demonstrauit. Verũtamen dici potest, dominũ istud
Exod. 24 ante hæc verba Salomonis dixisse, qa iam spũs sanctus per Dauid in psalmo erat loquutus: Posu-
Psal. 17 it tenebras latibulum suum, & caligo sub pedibus eius. In libro Iob quoq; iam fuerat dictum: Nu-
Iob. 22 bes latibulum eius. Et iterum dominus dixit ad Mosen: In nube apparebo super oraculũ. Aedi-
Leuit. 16 ficans ædificaui domum, videlicet templum, in habitaculum tuum firmissimũ, i. ad hoc ꝙ tu
domine deus in eo gratiose iugiter commoreris & in ipso resideas, qa oraculũ fuit sedes dei, vnde E
subditur, soliũ tuũ in sempiternũ, i. ad hoc ꝙ sit locus residentiæ tuæ per oẽ testamẽti vete-
ris tempus, vel quã diu domus illa durare valebit. Cognouit vtiq; Salomon cultum legis Mosaicæ
post aduentum Messiæ cessaturum, & nihilominus ipse quantum in se fuit, optauit vt templum
à se ædificatum vsq; Messiæ aduentum duraret, eiusq; cultui mãciparetur. Conuertitq; rex fa-
ciem suam ad plebem stantem in atrijs, hoc est in atrio mundorum & atrio immundorũ, atq; in
Iose. lib. 8 atrio mulierum. Habuit quippe vt Iosephus & magister in historijs referunt, templum atria qua-
an tiq. c. 3. 4 tuor, primum & templo propinquius fuit atrium sacerdotũ, de quo iam dicta sunt multa, & tamẽ
Pet. Co. inter illud & templũ fuit porticus sita. Secũdum atriũ & eo inferius fuit mũdorum secũdum legem
hist. libr. 3. quod fuit in decliui montis latere positũ, & à Iosepho vocatur basilica grãdis vel aula, eratq; mul
Reg ca. 15 to maius atrio sacerdotũ & continebat seu includebat illud in se, & pauimentatũ fuit vario mar-
16. 17 more, habens murũ altitudinis viginti quinq; cubitorũ interius, exterius vero altitudinis quinqua-
Iose. lib 8 ginta cubitorũ secũdum collis decliuitatem, & quãuis fuit tam altũ, non tamen pertingebat vsq;
an. tiq. ca. 3 ad fabricã templi, propter quod nec ipsius impediuit aspectũ. In hoc atrio orabãt mũdi sub diuo,
id est, sub aere tempore serenitatis, sub porticibus vero circũiacẽtibus tempore tempestatis. De-
inde sub hoc atrio, i. infra illud fuit atriũ tertiũ in decliui montis latere situ eiusdem stematis, i. fa-
cturæ cũ secũdo, non tñ ita venustũ & pretiosum, in q̃ orabãt mulieres mũdæ tãtum. Insup̃ infra
istud fuit & atriũ quartũ, in quo orabãt viri & mulieres immũdi atq; Gẽtiles. Salomon autẽ stetit
in atrio sacerdotũ corã altari holocausti super æneam basim quã fecit, iuxta illud secũdi Paralip.
2. Para. 6 Stetit corã altari domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, siqdem fecerat basim æneam &
Iose. lib. 8 posuerat eã in medio basilicæ, stetitq; super eã. Aliqui tamẽ sicut & Iosephus per basilicã grãdem F
an. tiq. ca. 3. intelligũt atrium mũdorum, & in eo Salomonem dicũt stetisse, & benedixit omni ecclesiæ Is-
rael, i. bona imprecatus est toti Israelitico populo pro eis orãdo. Porro ecclesia propriæ sumi so-
let pro congregatione Christianorũ, & synagoga pro collectione Iudæorũ, sed hic sumit gene-
raliter pro adunatione fideliũ. Oĩs em̃ ecclesia Israel stabat, & ait Salomon, gratias agẽs deo
qui per sensibile signũ nubis ostendit sibi gratũ esse ædificiũ Salomonis, benedictus domus de-
us Israel qui loquutus est ore suo, i. per os Nathan prophetæ q fuit quasi os dei, ad Dauid pa-
2. Regũ. 7 trem meũ, verba sequẽtia ex diuina cõmissione. Rursus os dei, est sapiẽtia sua qua loqur & reuelat
sua secreta. Iterũ os dei, est intellectus suus q̃ æternalr intra se profert verbũ internũ & æternũ, qd
est vnigenitus filius eius, iuxta illud: Eructauit cor meũ verbũ bonũ. Et itẽ: In principio erat ver
Psal. 44 bum, & in manibus eius perfecit, i. per ipsum Dauid impleuit quæ ei promisit, ꝙ. s. victorias ei
Iohan. 1 sobolemq; regni successorẽ cõferret, dicẽs: A die qua eduxi populũ meũ Israel de Aegypto, nõ
elegi ciuitatẽ de vniuersis tribubus Israel, vt ædificaret domus, i. tẽplũ, & esset nomẽ meum
ibi, i. ego ipse ibi habitarẽ, sicut in tẽplo & inuocatio mei fieret ibi. Hæc aũt & verba sequentia
2. Regũ 7 legit deus dixisse ad Dauid, sicut libro secũdo, sed elegi Dauid, vt eẽt sup populũ meũ Israel. Vo
luitq; Dauid pater meus ædificare domũ nomini dñi dei Israel, & ait dñs ad Dauid patrẽ meum:
Quod cogitasti ædificare domũ nomini meo, benefecisti hoc ipsum mẽte tractãs, i. virtuosa &
mihi accepta fuit illa cogitatio tua, sicq; facere sumit hic pro actione interiori, cũ tñ communiter
accipi soleat pro operatiõe ad extra, i. trãseunte in exteriorẽ materiã. Quo circa quæri põt, qa
Ibidem si Dauid id virtuose cogitauit, & deo cogitatio illa complacuit, cur deus prohibuit ipm̃ Dauid ab
exequ-

A exequutiōe sui propositi. Respondet, ꝙ Dauid ex charitate & zelo diuini honoris ꝓposuit tēplū deo cōstruere, & inde laudat, sed aliunde fuit iustū obstaculū, propter q̇d fuit prohibitus exequi illud, sic bona fuit volūtas Chri qua petijt calicē sibi auferri, sed melior fuit volūtas. i. volitio ipsa qua dixit, Fiat volūtas tua. Multa etenim possumus meritorie velle, q̄ deus nō vult, sicut volo & cupio aliquē viꝝ seu patrē meū nō mori, quē deus vult mori, seu reprobū & ꝑscitū cōuerti atque saluari, quē deus absoluta volūtate vult cōdemnari. Vnde secundū doctores, nō tenemur volūtatem nostrā semp cōformare volūtati diuinæ in re volita, ꝑsertim qñ ignoramus quid velit deus, nunq̄ tamen possumus meritorie velle nisi q̇d deus vult nos velle, neq; cōtrariū eius, q̇d nos velle vult deus, prout de hac re plenius loquit in enchiridion August. & magister sniaꝝ primo libro & ibidē doctores scolastici. Etem̄ volūtas hūana & volūtas diuina frequēter ad diuersa respiciūt & ex diuersis motiuis mouent. ⌊Veruntamē tu nō ædificabis mihi domū, sed filius tuus q egredie de renibus tuis, ipse ædificabit domū nomini meo. Confirmauit dn̄s sermonē suū quē loquutus est, stetiq; pro Dauid patre meo, & sedi sup thronū Israel, sicut loquutus est dn̄s. Et ædificaui domū nomini dn̄i dei Israel, & constitui ibi locū arcæ, in qua fœdus dn̄i est, quod percussit cū patribus nostris, qñ egressi sunt de terra Ægypti⌋. i. tabulæ testamēti ac fœderis q̇d deus cū filijs Israel inijt & percussit. ⌊Stetit aūt Salomon ante altare dn̄i⌋ holocausti in atrio, non in prima ꝑte templi, in qua stetit altare thymiamatis seu incensi, ad quē locū soli sacerdotes intrabāt, ⌊in cōspectu ecclesiæ Israel & expandit manus suas in cœlum, & ait: Dn̄e deus Israel, non est similis tui deus in cœlo desup & sup terrā deorsum⌋. i. parem seu æqualem nō habes qui substantialiter distinguat à te. Itaq; ꝑ hæc non excludit pluralitas personaꝝ in ꝑsimplicissimo deo, ⌊q custodis pactū⌋. i. fœdus, seu promissum adimples, ⌊& misericordiā seruis tuis q ambulāt corā te in toto corde suo⌋. i. iuxta beneplacitū tuū cū omni cordis sui diligētia conuersant & in cōspectu
B tuo iugiter timorate se habēt, indesinēter pēsantes tuā adorandā ac metuendā ꝑsentiā oia intuētē ac iudicantē, itaq; cū propheta dicere queunt: Seruaui mādata tua & testimonia tua, q a omēs viæ meæ in conspectu tuo. Talis fuit sanctus Iob, dicēs: Nōne deus cōsiderat vias meas & cūctos gressus meos dinumerat? ⌊q custdisti seruo tuo Dauid patri meo q̄ loquutus es ei, ore loquut⁹ es⌋ promittēdo regi Dauid, ꝙ filius suus cōstrueret tibi templū, ⌊& manibus ꝑfecisti⌋. i. operibus adimplesti hoc ipm ꝑ me, ⌊vt dies hæc probat⌋. i. prout hoc die monstrat ꝑfectū ædificij consummati ac dedicati. ⌊Nūc igit dn̄e deus Israel cōserua famulo tuo Dauid pr̄i meo q̄ loquutus es ei⌋. i. da mihi ac posteris meis ex semine Dauid natis aut nasciturise grām bene viuēdi, ne peccādo ponamus obstaculū adimpletioni tuæ promissionis, q̄ sub cōditione est intelligenda, ⌊dicēs: Non auferet de te vir corā me, qui sedeat sup thronū Israel. Ita tamē si custodierint filij tui viam suā vt ambulent corā me, sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nūc dn̄e deus Israel, firmētur verba tua, quę loquutus es seruo tuo Dauid patri meo⌋. i. huiusmodi tua promissa opere impleant, ne ꝑ nostra peccata salubris ac pius eoꝝ impediat effectus. ⌊Ergo ne putandū est ꝙ vere habitet deus sup terrā,⌋ tanq̄ dicat, nō ideo dico hæc, aut domū istā cōstruxi, quasi putē aut æstimādū docuerim, ꝙ deus immaterialis, incircūscriptibilis, simplicissimus & immēsus habitet in aliq̄ loco aut spatio corporali terreno circūscriptiue atq; localiter, cuius subiungit ratio. ⌊Si em̄⌋. i. q a ⌊cœlū⌋ empyreū & supmū, q̇d est cōtinētia visibiliū & inuisibiliū entiū creatoꝝ, ⌊& cœli cœlorū⌋. i. cœlū crystallinū seu aqueū & firmamētū, sub qbus cōtinent orbes & septē cœli planetarū cœlū q̄q; æthereū, olympiū, aereū, vel cœli cœloꝝ. i. orbes cœlestes, sub qbus cōprehendunt & situant cœli elemētares, ⌊te capere⌋. i. circūscribere & includere ⌊nō possunt,⌋ q a nec circūscri
C ptiue nec diffinitiue in loco es, ⌊q̄to magis domus hæc quā ædificaui⌋. i. tēplū istud materiale ita nequit te capere, cū sit quasi incōparabilr angustius, minusq; cœlo, cū & minima stella visibilis q̄ est quasi punctū respectu cœli, sit maior, non solū hoc tēplo, sed & tota habitabili terra, ⌊sed respice ad orationē serui tui & ad ꝑces eius dn̄e deus meus⌋. i. ad hoc domū istam ædificaui, vt in ea tanq̄ in loco tuis obsequijs deputato specialiter exorabilis sis & cū speciali dignitate adimpleas q̇d iam oraui pro me, & ea quæ consequenter orabo pro alijs, consimiliter & orationes alioꝝ, qui in loco isto te inuocabūt. Quemadmodū enim cœlū empyreū dicit locus & mansio angelicoꝝ spirituū, non ꝙ immateriales illi spūs sint circūscriptiue in loco, aut corporeū habitaculū eis sit necessariū, sed per adaptationem & congruentiam quandam factus est eis orbis ille supremus, qm̄ decet nobilissimas creaturas in nobilissimo esse loco, sic templū seu materialis ecclesia est locus orationis & cultus diuini, nō ꝙ alibi exorari nō possit de⁹ & coli, sed qm̄ decet ad nobilissimos actus honorificentiæ dei specialem locum fieri, esse & cōsecrari. Hinc secūdo Paralipomenon legitur, Salomon protulisse. Ad hoc tantū. i. principaliter facta est domus hæc vt respicias orationē serui tui, & exaudies in loco habitaculi tui, puta in cœlo, præsertim empyreo, quod specialiter appellat locus & habitaculū dei, quoniam ibi excellentius & gloriosius operat & seipsum clarius, feliciusq; ostēdit. Nēpe cū deus incōprehēsibilis & ꝑfectus sit, q̄tū in ipso est penitus indeterminat⁹ intēporalis & illocalis, nō proprie dicit esse in loco, nisi ꝑ trāscēdentiā qua oia implet, nec cōtinet alicubi, sed infinite vniuersa excedit, nihilominus ibi dicit ēē seu habitare vbi opat vel seipm ostē

KK 3 dit aut

dit aut clare per speciē aut p effectū. Cūq; in omnibus operet, quia omnia conseruat in esse dicitur
esse in omnibus per essentiā, præsentiā atq; potētiā. Porro in iustis est per gratiā, in beatis p glo- D
riam, in Christo hoīe p hypostaticā vnionē, in reprobis & dānatis p iustitiæ operationē, impie-
tatumq; vltionē. Attamē ipse supermūdissimus & supsimplicissimus deus, in q̄ nec est materia li-
mitās, nec differētia cōtrahēs, nec potētialitas coartās, est intra oīa nō inclusus, & extra oīa nō ex-
Esa. 66 clusus. Hinc apud Esaiā cōtestat: Cœlū mihi sedes est, & terra scabellū pedū meoꝝ, quæ est ista
domus quā ædificabitis mihi, & qs est iste locus quietis meæ, omnia hæc manus mea fecit. ⌊Audi
hymnū⌋ .i. laudē qua te laudo pie accepta, vel hymnū vocat deprecationem laudibus dei mixtā.
Psal. 17 Vnde ait propheta: Laudās inuocabo dām, ⌊& orationē quā seruus tuus orat corā te, vt sint ocu
li tui aperti super domū hāc, nocte ac die, sup domū de qua dixisti erit nomē meū ibi, vt exaudi-
as orationē quā orat in loco isto ad te seruus tuus, vt exaudias deprecationē serui tui, & populi tui
Israel, q̄dcūq; orauerit in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & cum exaudieris,
propitius eris.⌋ .i. intellectus & sapientia tua qua vniuersa ac singula distinctissime ac pfectissime
intueris ac noscis clemēter ostēdāt se aspicere eos q orāt in domo hac implēdo quę orāt. Deniq;
ista loquutus est Salomon ad excludēdū eoꝝ errorē, q putabāt deū in deitatis natura eē corpo-
Det. Co. reū & lineamētis corporalibus circūscribi. Vt eñ in ecclesiastica fertur historia, dū nebula des-
hist. lib. cēdit in tēplū intrauit multos phantastica quædā opinio dñm localiter descēdisse in tēplū, quē er
cap. 11 rorē rudissimū & iniquū Salomon per prædicta destruxit. Hoc q̄q; pēsandū, q̄ tota Salomonis
oratio in isto descripta capitulo, cōtinet septē particulas seu petitiones particulares, quēadmodū
oratio dñica quā saluator edocuit. Prima petitio fuit pro se ipso & sobole sua, vt bene viuēdo suc
cederēt iugiter regi Dauid in regno vt patuit. Secūda fuit vt deus iustitiam suā declararet in vere E
aut mēdose iurātibus, vnde subiungit. ⌊Si peccauerit homo in proximū suū⌋ per rapinā, furtum
aut depositi negationē, ⌊& habuerit aliq̄d iuramētū quo teneat astrictus⌋ .i. secūdū legē obliga-
tus sit vel suū fateri pctm̄, vel p iurationē se expurgare, dū veritas aliter inuestigari & sciri nō va-
let, ⌊& venerit propter iuramētū⌋ exhibendū .i. ob hoc vt iuret se immunē, ⌊corā altari tuo⌋ .i.
ad atriū sacerdotū corā altari holocaustoꝝ, ⌊in domū tuā⌋ intelligēdo p domū tēplū cū attinē-
tijs & appēditijs suis, vtpote atrijs atq; porticibus, iuxta quē modū in isto caplo, infra quādoq; ac
cipitur. Cōstat nāq; q̄ in tēplū ingredi non licuit vulgo, ⌊tu exaudies in cœlo⌋ .i. precor vt tu
in cœlo existēs exaudire digneris oratiões petētiū, vt iustitiā tuā declares in eo q iurat vindicā-
do eius impietatē si false iurauerit, vnde subiungit, ⌊& facies⌋ sicut orauerint, ⌊& iudicabis ser-
uos tuos⌋ reddēdo singulis q̄d merētur, & declarādo p effectū qs iniustā habeat causam, ⌊con-
dēnans⌋ .i. iuste puniēs, ⌊impiū & reddēs viā suā sup caput suū⌋ .i. ei infligēs q̄d sua cōmissione
vel omissione iniqua promeruit, ⌊iustificāsq; iustū, & retribuēs ei secūdū iustitiā suā⌋ declarādo
per effectū innocētiā eius. Quēadmodū aūt in nouo testamento excōmunicati tpe primitiuæ ec-
clesiæ cōsueuerūt à diabolo corpaliter vexari etiā sępe vsq; ad mortē, vt ad Corinthios tāgit apo
2. Cor. 10 stolus: In prōptu (inqens) habētes vlcisci oēm inobediētiā, ita in veteri testamento periurātes so-
lebāt interdū statim puniri, quēadmodū etiā mulieres adulteræ in sacrificio zelotypiæ, vt patet
Numer. 5 in libro Numeroꝝ. Demū de exhibitiōe iuramēti in perditione depositi, in Exodo habet. Seq-
tur petitio tertia. ⌊Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, quia peccaturus est etiā tibi,⌋ ideo F
in pœnā suæ trāsgressionis destituet tuo auxilio & timore afficiet ac fugiet, prout in Deuterono-
Deut. 18 mio deus p̄dixit, & in libro Iudicū legit sæpe impletū, ⌊& agētes pœnitētiā & cōfitentes nomini
Iud. 1.3.6 tuo venerint & adorauerint, & deprecati te fuerint in domo hac,⌋ vel corpaliter existendo in ea
vel mentē suā dirigēdo ad ipsam, ⌊exaudi in cœlo & dimitte pctm̄ populi tui Israel.⌋ Q̄ aūt non
solū de corporali existētia in tēplo, sed etiā de spiritali directione cordis ad eū loquat, apparet ex
eo quod subdit, ⌊& reduces eos in terrā quā dedisti patribus eoꝝ.⌋ Nā illa reductio fuit effectus
prætactæ orationis, nec ante reductionē ad terrā suā post fugā poterāt corpaliter eē & orare in
tēplo. Seqtur petitio quarta. ⌊Si clausum fuerit cœlū & nō pluerit⌋ .i. si de cœlo aereo non des-
cēderit pluuia & corpora cœlestia solitā influentiā nō emiserint ad pluuiaꝝ productionē, ⌊pro-
Esa. 1 pter pctā eoꝝ, & orātes in loco isto pœnitētiā egerint nomini tuo, & à peccatis suis cōuersi fue-
Iudic. 1.3 rint propter afflictionē suā⌋ vexatione eis intellectū præstāte, sicut in libro Iudicū frequēter le-
gūtur clamasse ad dñm præ afflictione, quam ab aduersarijs tolerabāt, ⌊exaudi eos in cœlo, & di-
mitte pctā seruoꝝ tuoꝝ & populi tui Israel.⌋ Verūtamen à peccato cessare & pœnitere solum
aut principaliter propter mala pœnalia seu aduersa inflicta aut infligēda, nō eēt pœnitentia salu
bris & vera, sed ex seruili timore aut priuato amore procederet, nō ex charitate aut zelo iustitiæ,
ideo nō sufficeret ad salutē. Si aūt aduersitas sit occasio & incitamētū ac admonitio ad pœniten-
dum, & superueniat præparatio sufficiens ad gratiæ infusionē & cōuersio mētis ad deū, fit vera cō
tritio, & ita hæc loqtur Salomon, ⌊& ostēde eis viā bonā, per quā ambulent⌋ .i. corda eoꝝ illu-
mina ad cōsiderādum efficaciter tua præcepta, & qualiter oporteat ea seruari. Nō eñ sufficit hu-
Psalm. 118 mana notitia siue instructio, sed illuminatio dei gratiosa regritur. Propter q̄d orauit Psalmista:
Ibidē Viā iustificationū tuaꝝ instrue me. Et: Da mihi intellectū & scrutabor legē tuā. Sequitur petitio
quinta.

quinta, ⌊& da pluuiā super terrā quā dedisti populo tuo in possessionē. Fames si oborta fuerit,⌋
A ex caristia, victualiumq́ penuriā, ⌊in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer⌋ pestē inducēs, ⌊aut
erugo⌋ quæ est vitiū corrodēs ferrū, aliave metalla & segetes. Vnde scriptū est: Aurū & argen- Iacob. 5
tum vestrū eruginauit. Hic aūt nūc sumitur pro læsione seu vitio segetū, quod in terris qbusdā so
let accidere circa festū sancti Iohānis Baptistæ ex quadā minutissima pluuia, ⌊aut locusta⌋ quæ
est bestiola breuis terræ nascentiū corrosiua, ⌊vel rubigo,⌋ quæ est alia corruptio segetū, dū te-
nere fruges læsiuo rore aut vento percutiūtur, ita q culmi seu stipulæ desiccantur, & in ruborem
quendā vertuntur, & segetes pauca vel nulla proferūt grana, ⌊& afflixerit eū inimicus eius por-
tas obsidēs, ōis plaga, vniuersa infirmitas, cūcta deuotatio⌋ .i. quæcūq; maledictio ⌊& impreca
tio⌋ .i. mali optatio quā quis orat alicui prouenire, ⌊quæ acciderit omī homini de populo tuo Is-
raeli, si quis cognouerit plagā cordis sui & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœ
lo, in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, vt des vnicuiq; secūdum omnes vias,⌋ .i.
actiones, affectionesq́, ⌊suas⌋ sicq; pœnitenti & te inuocanti indulgeas. Sequitur petitio sexta,
⌊sicut videris cor eius: qa tu nosti solus cor oīm filiorū hoim, vt timeāt te, cūctis diebus, qbus vi
uūt sup faciē terræ, quā dedisti pribus nrīs. Insup & alienigenā⌋ q nō est de populo tuo Israel⌋ .i.
gētilis natiōe, siue sit proselitus, siue in paganismo deū verū colens, secundū legē naturalē, cū fide
Chrī futuri saltē implicita, ⌊cū venerit de terra longinq propter nomē tuū⌋ .i. ad inuocādū te in
domo hac. ⌊Audiet eīm nomē tuū magnū & manus tua fortis & brachiū tuū extētū vbiq;⌋ qm
B deus tātā prosperitatē, tātos triūphos, tāta mirabilia exhibuit filijs Israel sub Dauid & Salomone,
q maiestas eius inde vndiq; multis inotuit. ⌊Cū venerit ergo & orauerit in loco hoc⌋ queadmo
dum in actis, Aethiops Eunuchus Candacis reginæ Aethiopū legit venisse adorare in templo Acto. 8
Hierusalem. Iohānes quoq; refert: Erant Gentiles quidam ex his qui ascenderant vt adorarent in
die festo, ⌊tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro qbus inuocaue Iohan. 12
rit te alienigena, vt discāt vniuersi populi terrarū nomē tuū timere, sicut populus tuus Israel⌋ Vñ
secūdo libro Machabæorū narratur: Secūdum templū Hierusalem fuisse famosissimū toto orbe
terrarū. Et rursus secūdo libro Machabæorū dicit: Cū sancta ciuitas habitaret & omī pace, fiebat, 2. Par. 6
vt & ipsi reges & principes locū summo honore dignū ducerēt, & tēplū maximis muneribus illu 2. Mac. 3
strarent, ita vt Seleuchus Asiæ rex de redditibus suis præstaret oēs sumptus ad ministeriū sacrifi
ciorū pertinētes, ⌊& probēt qa nomē tuū inuocatū est sup domū hāc quā ædificaui⌋ .i. per suæ
exauditionis effectū experiātur, protestētur & approbēt, q tu ipse exoratus & inuocatus es à me,
vt sis gratiose exaudiēs eos qui in tēplo isto te inuocāt. Itaq; inuocatio illa dei sup tēplū & cōse-
cratio tēpli in locū diuini cultus atq; orōnis cōfert ad exaudibilitatē orātiū in eodē & idoneitatē
quādā largit tēplo vt sic cooperet ad exauditionē orātiū in se. Deniq; qdā per debitā suā puni-
tionē probauerūt nomē dei eē inuocatū sup tēplū Salomonis, vt infra habet de rege Ozia, q p- 4. Reg. 15
cussus est lepra, ibidē & etiā sup tēplū secundū, in quo Eliodorus ob sui excessum fuit plagatus, 2. Par. 26
vt secūdo Machabæorū describit. Seqtur petitio septima. ⌊Si egressus fuerit populus tuus ad bel
lum contra inimicos suos per viā quocumq; miseris eos, orabunt te contra viā ciuitatis quā elegi-
sti⌋ .i. vultu verso ad vrbē Hierusalē & ad tēplū, ⌊& ad domū quā ædificaui nomini tuo, & exau
C dies in cœlo orationes eorū & preces eorū & facies iudiciū eorū. Quod si peccauerint tibi (nō est
eīm homo q non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terrā ini-
micorū, longe vel prope, & egerint pœnitētiā in corde suo, in loco captiuitatis, & conuersi, de-
precati te fuerint in captiuitate sua dicētes: peccauimus, inique egimus, impie gessimus, & reuer
si fuerint ad te, in vniuerso corde suo, & tota aīa sua, in terra inimicorū suorū, ad quā captiui ducti
fuerint⌋ in pœnā suæ præuaricatiōis, ⌊& orauerint te cōtra viā terræ suæ quam dedisti patribus
eorū, & ciuitatis quā elegisti, & templi quod ædificaui nomini tuo⌋ cōuertēdo in terra captiuita
tis suæ faciē suā ad locū tēpli, ⌊exaudies in cœlo, in firmamēto solij tui orationes eorū, & preces
eorū, & facies iudiciū eorū⌋ .i. eos clemēter erues de captiuitate, ⌊& propitiaberis populo tuo, q
peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorū, qbus præuaricati sunt in te, & dabis misericordiā co
ram eis, q eos captiuos habuerint, vt misereātur eis. Populus eīm tuus est, & hæreditas tua quos⌋
id est, quorū patres, ⌊eduxisti de terra Aegypti de medio fornacis ferreæ⌋ .i. de tribulatione &
seruitute grauissima, quā in Aegypto sustinuerūt, vbi & lateres Pharaoni coxerūt. Iuxta præfa- Exod. 1
tum modū Daniel protestat se ter in die orasse cōtra Hierusalē, cū eēt in regno Darij regis Per- Daniel. 6
sarum, ⌊vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israel, & exaudies eos in Deut. 7
vniuersis, pro quibus inuocauerit te. Tu eīm separasti eos⌋ .s. filios Israel, ⌊tibi in hæreditatē⌋ .i.
in populū hæreditariū & peculiarē; ⌊de vniuersis populis terræ⌋ Etenī multis & magnis bñficijs, Ibidem
gratijs, miraculis honorificauit & exaltauit deus populum illū, pcertim qa ex eo voluit incarnari,
⌊sicut loquutus es per Mosen seruū tuum,⌋ qui ait: Te elegit dñs vt sis ei populus peculiaris de
cūctis populis qui sunt sup terrā, ⌊quādo eduxisti patres nostros de Aegypto dñe deus. Factum
est aūt cū cōplesset Salomon, orās dominū, omnē orationem, & deprecationē hanc, surrexit de
conspectu altaris domini. Vtrūq; eīm genu in terram fixerat, & manus expanderat in cœlum.⌋

rex Sa-

rex Salomon vt humilius dominum exoraret, quàm reprehensibiles ergo sunt, qui tempore ele D
uationis genua sua non flectunt, dum opportunum ad hoc habent locum. ¶ Quęritur qualiter
2. Paral. 6 hic dicat, Salomon genua sua fixisse in terrã, cum in Paralipomenon scriptum sit, φ sup æneã ba-
sim stetit, ac genua fixit, & respõdendũ, quòd noĩe terræ quæcunq; terrena & mixta, sæpe intelli-
guntur. ⌊Stetit ergo & benedixit omni ecclesię Israel, voce magna, dicens: Benedictus dñs deus
q dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia quæ loquutus est. Non cecidit ne vnus qdem ser
mo, ex omnibus bonis, quæ locutus est per Mosen seruum suum.⌋ hoc est quicqd boni deus pro-
misit filijs Israel in terra promissionis, olim per Mosen iam opere adimpleuit. ⌊Sit dñs deus no-
ster nobiscum, sicut fuit cũ patribus nostris, non derelinquẽs nos, neq; proijciens, sed inclinet cor
da nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mandata eius, & cæremonias
eius, & iudicia quæcunq; mandauit patribus nostris.⌋ i. gratiose præueniat nos, & actualr excitet
2. Cor. 3 ac moueat mentes nostras ad meritorie cogitandum, loquendum, & operandum. Non eñ suffi-
Phil. 2 Esa. 26 cientes sumus cogitare aliqd ex nobis, quasi ex nobis, sed deus est q operatur in nobis velle & per
Psal. 118 ficere, de quo loquitur Esaias: Omnia opera nostra operatus es nobis, ideo orauit Propheta: In-
Ibidem clina cor meum in testimonia tua. Nihilominus alibi ait: Inclinaui cor meum ad faciendum iusti-
Pro. 16 ficationes tuas in æternum. Et rursus alibi ait scriptura: Hoĩs est animũ pparare. Item'q; appropin
Iaco. 4 quate deo, & appropinquabit vobis. Non eñ deus inclinat hominum corda, vt proprijs actibus
priuet ea, sed præuenit, tangit, & mouet, vt & ipsi inclinent corda sua, & se conuertant ad ipsum.
Non autem possunt meritorie aliqd agere, nisi deo intus mouente, imo in omni actione indige-
Threñ. 5 mus actuali sancti spũs motione. Vnde orauit Hieremias propheta: Conuerte nos domine ad te, E
Hiere. 31 & conuertemur. Qui rursus deprecatur: Conuerte me domine, & conuertar, q̃a tu es dominus me
us. Postquàm eñ conuertisti me, egi pœnitẽtiam. Et postquàm ostendisti mihi, percussi fœmur me-
Hiere. 10 um. Hinc denuo dixit: Scio dñe, quia non est hoĩs via eius, nec viri est, vt ambulet & dirigat gres-
Psal. 72 sus suos, hoc aduertens, Psalmista cecinit deo: Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate
Hierem. 9 tua deduxisti me. Qui ista aduertit de suis meritis non superbit, nec gloriatur, nisi in domino, di-
1. Cor. 4 cens sibiipsi in animo, quid habes quod non accepisti, ⌊& sint sermones isti mei, quibus deprecа-
tus sum coram domino, appropinquantes domino deo nostro⌋ nõ loco sed acceptatione, ita vt
exaudiantur ab ipso, iuxta quem sensum oratio iusti penetrat cœlos, & oratio humiliantis se pene
Eccl. 35 trat nubes ⌊die ac nocte, vt faciat iudicium seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies⌋ hoc
est, pie & cum discretionis moderamine reddat ei quod prometetur, exaudiendo eum clementer
de quo iudicio Hieremias orauit, dicens: Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in
Hiere. 10 furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Est autem & aliud iudicium rigoris diuinæ iustitiæ,
Psalm. 142 de quo orauit vir sanctus: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, ⌊vt sciant omnes po-
puli terræ, quia dominus ipse est deus, & non est vltra absque eo. Sit quoque cor nostrum perfe-
ctum cum domino deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut
& hodie⌋ hoc est, præceptis dei iudicialibus & cæremonialibus ambulemus, quæ ipse recta & bo
na esse instituit, & iuxta quæ viuendum esse decreuit. ⌊Igitur rex & omnis Israel cum eo immo-
labant victimas coram domino. Mactauit'q; Salomon hostias pacificas, quas immolauit domino
boum vigintiduo milia⌋ id est, per manus Leuitarum & sacerdotum fiebant mactatio atq; ob-
latio illa, ⌊& ouium centum viginti milia. Et dedicauerunt templum domini, rex & filij Israel.
In die illa sanctificauit rex medium atrij, quod erat ante domum domini. Fecit quippe holocau-
stum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum,⌋ hoc est, per manus pontificis consecrauit me-
dium seu pauimentum atrij interioris, videlicet atrij sacerdotum, vt super illud medium hostiæ F
offerrentur, seu holocausta cremarentur, quæ super altare in atrio posita offerri non poterant,
alĩs æreum nec cremari, ⌊quoniam altare † æneum, quod erat coram domino minus erat, & capere non po-
terat holocaustum,⌋ hoc est, holocausta, ⌊& sacrificium & adipem pacificorum⌋ id est, adipem,
Leuit. 3 quæ pro pace & gratia offerebatur. Specialirer autem adipes immolari iussus fuit in Leuitico,
quo habetur: Omnis adeps domini erit iure perpetuo. ⌊Fecit ergo Salomon festiuitatem cele-
brem.⌋ Vtpote valde solennem, sicut & apud nos est festum dedicationis, ⌊& omnis Israel cum
eo multitudo magna⌋ hoc est quidam, imo & multi de singulis tribubus, præsertim maiores na-
tu & principaliores qui venerunt ad regem, ⌊ab introitu Hæmath⌋ id est, à termino terræ pro-
missionis aquilonari, ⌊vsq; ad riuum Aegypti⌋ qui riuus Rinocorura appellatur. Est'q; in plaga
terræ promissionis australi, per quos terminos intelliguntur & alij duo termini terræ eiusdem, q̃a
à quatuor finibus regni venerunt ad regem, de quibus terminis habetur in libro Numerorum, ⌊co-
rã dño deo nostro septem diebus & septẽ diebus, id est quatuordecim diebus.⌋ Cur scriptura nõ
ait cõpendio quatuordecim diebus, sed coniunctiue pmittit septem diebus & septem diebus? Re-
spondet, quòd ideo q̃a tota solẽnitas illa non fuit de eodem. Nã primis septem diebus fuit solẽni-
Leui. 23 tas dedicationis, & alijs septẽ festũ scęnophegiæ, hoc est tabernaculorum in memoriã φ filij Israel de
Per Co. Aegypto egressi, manserunt in tabernaculis in deserto, vt habetur in Leuitico. ¶ Porro Magi-
hist li. 3. re gum cap. 21 ster in historijs ait: Sic intelligendus est locus iste, quinque diebus continuę celebrata est dedica-

tio in

A tio in sexto die qui fuit quintadecima dies mẽsis occurrit schenophægia, quæ interposita est septẽ
diebus, qua terminata iterũ celebrata est dedicatio diebus duobus q fuerãt intermissi. ⌊Et in die
octauo⌋.i.post duas illas hebdomadas,⌊dimisit⌋ rex ⌊populũ⌋ vel dedicatio septem cõtinuis
diebus est facta,& postea schenophægia totidẽ diebus atq; in octaua schenophægiæ post colle-
ctam dimisit populũ dãdo licentiã, vt vel die illo facta collecta, vel die sequẽti ad propria remea 2.Para.7
rent. Vnde secũdo Paralipomenon scriptũ est: Fecit in die octauo collectã, de qua in Leuitico le Leuiti.23
gitur,& in expositione præfati libri Paralipomenon est inductũ, qd per collectã intelligat. ⌊Qui
benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua,⌋ paulo ante in isto capitulo habetur, φ Salo-
mon benedixit populo. Hic aũt φ populus benedixit Salomoni, qa sibi inuicẽ imprecati sunt bo
na. Rex quippe tanq̃ princeps & dux orauit pro populo sibi commisso, & populus tanq̃ grex fi-
delis & gratus orauit pro rege suo. Qualiter aũt ad pontificem & sacerdotes pertinuit benedicere
populo, habetur in Numerorũ libro. De benedictione vero consecrationis accipitur, q̊d ad He- Numer.6
bræos aplus loqtur: Sine vlla contradictione q̃d minus est à meliori benedicitur, ⌊lætãtes & a- Heb.7
lacri corde⌋ existentes ac gratias referẽtes, ⌊super omnibus bonis quæ fecerat deus Dauid seruo
suo.⌋ In Paralipomenon additur & Salomoni, quod enĩ ipsi Dauid de tẽpli constructione & re- 2.Para.7
gni successore promisit, in Salomone cõpleuit, & Dauid regẽ etiã post mortẽ suã honorauit in fi 2.Regũ.7
lio suo, sicq; benefecit ambobus, ⌊& Israel populo suo⌋ cui sub Salomone præcipuã dedit pro-
speritatem, imo & spũalium charismatũ largitatẽ. Circa hoc recitat Lyra: Dicũt Hebræi, φ dũ
sacerdotes vellent inducere arcã portæ templi clauserũt se. Cũq; sacerdotes pro ianuarũ illarum
apertione cãtarent psalmũ qui incipit: Memento dñe Dauid, in quo psalmo habetur: Surge dñe Psal.131
in requiẽ tuã, tu & arca sanctificationis tuæ, & venissent aduersum illũ, propter Dauid seruũ tuũ.i.
ob merita eius non auertas faciẽ Christi tui, vtpote Salomonis in regẽ vncti, denegãdo ingres-
B sum arcæ in locũ quem ei parauit, tũc portæ aperuerunt se, ad insinuãdum φ meritis Dauid deus
locum acceptauit, quod cernens populus, deum laudauit de beneficijs quæ exhibuit ipsi Dauid. Et
istud videtur consonare ei quod secundo Parallpomenon habetur, quo Salomon in fine oratio-
nis suæ fertur dixisse: Nunc ergo consurge dñe in requiẽ tuã, tu & arca fortitudinis tuæ. Domine 2.Regũ.6
deus ne auertas faciem Christi tui, memento misericordiarum Dauid serui tui.

¶ Spiritalis expositio eiusdẽ Cap. VIII. Art. XIIII.

SIcut per templum Salomonis designãtur materiales ecclesiæ Christi, sic per templi illius
consecrationem & dedicationem à pontifice factã, præfigurata est dedicatio materialiũ
Christi ecclesiarũ, quæ ab episcopis solũ fit, ad quã populus cũ suis superioribus confluit,
in qua dedicatione fundatores ecclesiarũ & consecratores solent dominum speciali deuo-
tione rogare, vt ipsos ac alios de quacũq; tribulatione & transgressione ad ipsum clamãtes exau
dire dignetur. In ecclesiis istis constituitur arca, id est, sacratissimũ dominici corporis sacramen-
tum, imo & totus Christus in sacramento, in quo Christo sunt tabulæ testamenti.i. vtriusq; le-
gis perfectio. Nam & ipse non venit legem soluere sed implere, & legis decalogum confirmauit, Matth.5
exposuit & pfecit. In ipso quoq; fuit vrna aurea habẽs manna, id est; omnis plenitudo diuinitatis Hebr.9
corporaliter, seu spiritalis consolationis suauitas, & virga Aaron, id est, iudiciaria authoritas, om- Coloss.2
C nisq; potestas in cœlo & in terra. Per vectes autem arcæ eminentes, intelliguntur apostoli qui sua
prædicatione Christum ad corda tulerunt gentilium, quorum apostolorum extrema nobis pa-
tescunt, quia eorum martyria, exterioraq; gesta cognoscimus. Quid autem per arcæ dedicationẽ
& processionem illam solẽnem ac iubilationem designetur, patet ex dictis circa deportationem
arcæ sub Dauid rege. Factum est autem cũ exissent sacerdotes de sanctuario nebula impleuit do- 2.Regũ.6
mum domini, sic Christi apostolis, de qbus Esaias loquutus est: Vos sacerdotes domini vocabi Esa.61
mini de synagoga egressis ad prædicandum vbiq; gentilibus nebula, id est, infidelitatis obscuri
tas synagogam impleuit. Potest quoq; per nebulam ænigmatica dei notitia accipi, de qua ait a-
postolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, qua cognitione replebatur tunc domus mi 1.Cor.13
litantis ecclesiæ & vniuersa gentilitas, prout per Esaiam fuit prædictum: Repleta est terra scien-
tia domini, sicut aquæ maris operientes. Rursus per splendidam nebulam illam, intelligitur gra- Esa.11
tia dei, illuminatioq; diuina, qua dum mens copiose perfunditur, videt se nihil condigni obsequij
vel honoris posse impendere deo incircumscriptibilis maiestatis, omnesq; nostras iustitias eẽ vt
pannum menstruatę respectu puritatis æternæ summæ ac infinitę, imo & comparatione hono-
rificentiæ qua deus in se ipso superdignissimus est. Dominus dixit vt habitaret in nebula, quia ipse Esa.64
per gratiam & illuminationem prætactam inhabitat animam, qui & in Prouerbijs fatetur: Ego Prouer.8
sapientia habito in consilio & eruditis intersum cogitationibus. Si clausum fuerit cœlum & non
plueris propter peccata, clausum est cœlum, dum deus dona misericordiæ suæ non diffundit ho-
minibus, nec prædicatores mittit ad homines qui stillicidia sapientiæ, id est, verba salutis disper-
gãt. Vnde per Esaiam testatus est: Mãdabo nubibus meis ne pluant sup eã imbrẽ. Fames audiẽ- Esa.5
di verbum dei vel spiritualium refectionum inopiæ, si oborta fuerit vel pestilentia, id est, falsa do-
ctrina, scãdalosa ve actio, quia vnus inficit aliũ, aut corruptus aer .i. aspiratio ad illicita aut impiæ
vitæ

vitæ, fames aut erugo, hoc est, cupiditas quæ spirituales diuitias facit marcescere, aut locusta, hoc est, vermis inuidiæ corrumpens opera bona, aut rubigo, hoc est, concupiscentię flamma quæ fructum necat virtutum, tunc deus exaudiet, si toto conatu inuocauerimus eum, vt auferat vitia ista. ¶ Præterea, si populus Christianus qui vere est populus dei peculiaris & Christi hæreditas, exierit ad bellum contra visibiles aut inuisibiles hostes, debet deum in ecclesia inuocare, vel se ad ecclesiam facie cordis conuertere. ¶ Insuper cum Salomone totis præcordijs deum assidue deprecemur, dicentes: Sit dominus deus noster nobiscū, sicut fuit cū pr̄ibus nostris sanctis, apostolis, martyribus, cōfessoribus, & veris, ac pfectis religiosis. Nō derelinquens nos in tentatōibus, nec pijciens cum peccauerimus, sed inclinet corda nostra ad se misericorditer præueniendo, contritionem donando ac reducendo, ita vt cautiores surgamus, imo etiā dū sumus in charitate & gratia, dignetur corda nostra indesinenter compungere & mouere, inflammare, atq; erigere in se. Offeramus quoq; cum Salomone oues, hoc est, innocentiæ actus & ouium proprietates & boues, id est, carnis mortificationes, atq; nosipsos totaliter deo absq; æstimatione & numero, ita vt incessabiliter talibus actibus insistamus.

D

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI NONI. FACTVM est autem cum perfecisset Salomon ædificium. Art. XV.

EXauditio orationis pręcedenti capitulo recitatę describitur hic ⌊ Factū est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus domini, ⌋ id est,
3. Regū. 8 templum cum attinentijs suis, eaq; dedicasset, ⌊ & † domum regis ⌋ i.
† alias ædificium palacium suum, ⌊ & omne quod optauerat & voluerat facere Salomon
3. Reg. 3 apparuit ei dominus secundo, sicut apparuerat ei in Gabaon, ⌋ quoniā ista apparitio sicut & illa in nocte & in somno ē facta, & imaginaria fuit, ac ministerio angeli sancti exhibita, vnde quæ supra de apparitione illa prima sunt dicta, hic quoq; repeti possent, sed prolixitas est vitanda. ¶ Deniq; Salomon spiritum habuit prophetiæ, vt ex descriptione patet cantici canticorum, ideo deus frequenter apparuit ei in visiōe & reuelatiōe pphetica, sed apparitio ista vocat̄ scđa, respectu illius primæ & descriptionis eius historicæ, sicut in Euangelio Iohannis dicitur Christus tertio manifestatus ad mare, non quod manifestatio illa fuerit tertia in ordine apparitionum, quibus post resurrectionem apparuit, sed quo- E
Iohā. 21 niam tertia est in ordine apparitionum, quas Iohannes Euangelista describit, ⌊ dixitq; dominus ad eum: Exaudiui orationem tuam ⌋ qua orasti pro te, ⌊ & deprecationem quam deprecatus es coram me ⌋ qua orasti pro alijs, ⌊ sanctificaui domum hanc quam ædificasti ⌋ hoc est, ratum habeo eius sanctificationē, qua à te dedicata est & sanctificata, id est, meo cultui deputata, cui & ego eam appropriaui, ⌊ vt ponerem nomen meum ⌋ id est, nominis mei inuocationem, ⌊ ibi in sempiternum ⌋ hoc est, vt inuocer semper in ea, vel vt nomen sortiatur à me & dicatur domus mea, seu templum dei, vel vt ego ipse dignanter habitem in eadem. ⌊ & erūt oculi mei ⌋ id est, pietatis meę respectus, ⌊ & cor meum, ⌋ & dilectio, seu intentio, aut prouidentia mea, ⌊ ibi cunctis diebus, ⌋ quibus seruieritis mihi in ea, ita quod erit locus mihi dilectus, in quo singulari prouidentia intuebor orantes, & benefaciam eis. ⌊ Tu quoq; si ambulaueris coram me ⌋ hoc est, mihi seruieris & in conspectu meo fueris conuersatus, ⌊ sicut ambulauit, pater tuus in simplicitate cordis ⌋ columbina, syncere sine duplicitate, simulatione, atq; hypocrisi, ⌊ & æquitate, ⌋ reddendo vnicuiq; quod ei teneris, videlicet mihi debitam seruitutem, tibi ipsi custodiam, & populo tibi commisso bonum F
exemplum, ac salubrem directionem, ⌊ & feceris omnia quæ præcepi tibi & iudicia mea & legitima mea seruaueris, ponam thronum regni tui, ⌋ id est, præsidentiam ac authoritatem regiminis tui conseruabo ac roborabo, ⌊ super Israel in sempiternum ⌋ hoc est, per omne tempus Mosaicæ legis, ita quod post te præerunt posteri tui, dummodo & ipsi taliter vixerint, sicut nunc tibi viuendum esse præcipio, ideo subditur, ⌊ sicut loquutus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo, de solio Israel. Si autem auersione auersi fueritis, vos & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & cęremonias quas proposui vobis: sed abieritis, & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos, auferam Israel ⌋ per mortem aut captiuitatem, ⌊ de superficie terræ quam dedi eis ⌋ videlicet duodecim tribubus Israel, ⌊ & templum quod sanctificaui nomini meo, projiciam à conspectu meo, ⌋ hoc est, à pietatis meæ respectu, ita quod illud non pro-
4. Reg. 25 tegam, sed demoliri permittam, quemadmodum factum est postea per Chaldæos. ⌊ Eritq; Israel in prouerbium ⌋ hoc est, tanta erit Israelitici populi tribulatio, quòd ex ea sumetur prouerbium quoddam siue parabola quod dicetur, quando quis voluerit magnam alicuius tribulationem exprimere, vel optare, ita quod dicet, sicut contigit filijs Israel contingat & tibi, vel sic contigit tibi, ⌊ & in fabulam cunctis populis ⌋ ita quod omnes loquentur de eis tanquàm de hominibus vltra modum oppressis ac miseris.
⌊ & domus hæc erit in exemplum, ⌋ iustæ vltionis, diuinæ offensionis, ita quod ex destructione huius tem

A huius tēpli patebit, q̄ graue ac impiū sit deū offendere, sicq; deiectio templi istius poneret alijs in exemplum, ne audeant offendere dñm maiestatis, ⌊omnis q trāsierit per eā⌋ .i. per locū in quo stetit, ⌊stupebit & sibilabit⌋ .i. merito poterit multū mirari, & ex admiratione sibilum oris emittere de tam inopinata pretiosissimi ac famosissimi templi destructiōe, ⌊& dicet: Quare fecit dñs sic terræ huic, & domui huic? Et respondebūt, Quia dereliquerunt dñm deum suum, q eduxit patres eorum de terra Aegypti, & sequuti sunt deos alienos, & coluerūt eos, & adorauerūt eos. Idcirco induxit dñs super eos omne malum hoc. ¶Expletis autem annis viginti postq̄ ædificauerat Salomon duas domus, id est domum dñi, & domum regis⌋ .i. à tempore quo cœpit templū ædificare, quod septem annis constructū est. Domus aūt regia tredecim annis, q simul sunt anni viginti, ⌊Hirā rege Tyri præbente regi Salomoni ligna cedrina, & abiegna, & aurū, iuxta oēe q̄d opus habuerat: tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida, In terra Galilææ:⌋ in maritima tribus Nepththalim forte quæ non multum distabat à Tyro. hæc oppida dedit Salomon Hirā regi nō gratis, sed pro pretiosis lignis, auro atq; obsequijs quæ ei impenderat, & hoc vltra blada, vinum ac oleū, quæ singulis annis exhibuit regi illi, vt supra patuit. ⌊Et egressus est Hirā de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei. Et ait: Hæccine⌋ .i. istę ne, ⌊sunt ciuitates quas dedisti mihi frater?⌋ quasi diceret, viles sunt & indignę in recōpensam eo℞ quæ tibi exhibui. ⌊Et appellauit eas terrā Chabul vsq; in diem hāc.⌋ Chabul interpretatur displicentia, quia displicuerunt sibi. ¶Præterea quæritur, qualiter licuit Salomoni terrā promissionis in tāta parte alienare à filijs Israel. Ad quod videtur posse aliqualiter responderi ex verbis scholasticę 3. Regū. 9

B historiæ asserentis, q̄ dedit eas regi Hirā, non q̄ Gentiles habitarent in eis, sed q̄a in ditione regis gentilis posuit eas. Sed tūc rursus est quæstio, qualiter licuit sibi populū dei subijcere ditioni regis pagani, præsertim cū ex hoc periculū & occasio idololatrandi videretur imminere populo dei. Istas quæstiones non legi motas nec vidi solutas, attamen ni fallor, poterit dici q̄ Hirā fuit conuersus ad cultū veri dei, cuius vtiq; notitiā habuit magnā, vt patuit ex præinductis. Et forsan Salomon dedit vrbes has regi Hirā ad vitā ipsius, non perpetua alienatione à terra promissionis, ita q̄ Hiram habuit annuas pensiones oppido℞ illo℞. Deniq; ex tunc terra illa vocata est Galilæa gentiū quæ sic appellatur in Esaia & Matthæo. ⌊Misit q̄q; Hirā ad regē Salomonem centū viginti talēta auri⌋ pro q̄bus Salomon reddidit Hirā iustū valorē. ⌊Hæc est summa expēsarum quā obtulit⌋ .i. dedit, ⌊Salomon rex ad ædificādū domū dñi & domū suā⌋ .i. palatiū, ⌊& muræ Hierusalē⌋ quē triplificauit, ⌊& Mello.⌋ Quid designetur p Mello & de ędificatione eius dictū est super illud secundi Regū: Aedificauit per gyrum à Mello & intrinsecus, ⌊& Hazer & Mageddo & Gazer⌋ .i. castra seu oppida sic vocata, ⌊Pharao rex Aegypti ascēdit & cœpit Gazer,⌋ .i. vrbem sic dictā, ⌊succenditq; eā igni & Chananæū qui habitabat in ciuitate interfecit, & dedit eā in dotem filiæ suæ vxori Salomonis. Aedificauit ergo Salomon Gazer⌋ quā Pharao incēderat, ⌊& Bethhoron inferiorem, & Baalad, & Palmirā in terra solitudinis, & oēes vicos q ad se pertinebāt, & erāt absq; muro, muniuit & ciuitates curruum⌋ in q̄bus quadrigæ bellicæ seruabātur, ⌊& ciuitates equitū⌋ .i. militum pugnato℞. Hæ vrbes vocātur ciuitates tabernaculo℞ in scholastica historia, & sitę erant in terminis terræ promissionis pro eius munitione, atq; vt Iosephus Pet. Eco. hist. libr. 8.

Esa. 9. Matt. 4. 2. Regū. 5.

C protestatur: Salomon occupauit oppida multa vltra fines terræ promissionis, adiuuāte eum suo socero Pharaone præfato, ⌊& quodcūq; ei placuit, vt ædificaret in Hierusalem, & in Lybano, & in omni terra potestatis suæ. Vniuersum populū qui remāserat de Amorrhæis, & de Hethæis, & de Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, q non sunt de filijs Israel, ho℞ filios q remāserāt in terra, quos scilicet non potuerāt filij Israel exterminare, fecit Salomon tributarios, vsq; in diē hāc⌋ Estq; credendū, q̄ induxit eos ad iudaismū, imo iam ante pro maxima parte facti erāt proseliti. ⌊De filijs aūt Israel non constituit rex Salomon seruire quenquā⌋ ad soluendum tributa, vel ad operādum coacte, vel ad exercendum vilia opera. dabāt tamen tributa seu stipendia, vectigalia regi, puta expensas, quādo vehebatur de vna vrbe ad aliā, ⌊sed erant viri bellatores⌋ .i. deputati ad prælīādum si esset necesse quod raro fuit, ⌊& ministri eius⌋ in operibus dignioribus, ⌊& principes & duces & præfecti curruum & equorum. Erāt autem principes super omnia opera⌋ .i. negotia & operarios, ⌊Salomonis, præpositi quingenti quinquaginta qui habebant subiectum populum⌋ vnus plures, alius pauciores, secūdum q̄d eorum officium erat maius aut minus, ⌊& statutis operibus imperabant⌋ hoc est, fieri præceperunt ea quæ ipsis erant commissa. Isti fuerunt officiati & principes alij ab eis, de quibus habetur, q̄ erāt numero tria milia & trecenti præcipiētes populo operāti ad ædificia facienda, quibus isti principaliores fuerunt. De supremis autem principibus ac officialibus Salomonis dictum est superius. ¶Sed quæri potest, qualiter dicātur hic principes quingēti quinquaginta, cū secūdo Paralipomenon legatur: Oēs principes exercitus regis Salomonis fuerūt ducenti quinquaginta. Verū ad hoc in expositione illius libri est introducta responsio. ⌊Filia autem Pharaonis⌋ vxor regis, ⌊ascēdit de ciuitate Dauid in domū suā quā ædificauerat ei Salomon⌋ qui solenniter transtulit eā de ciuitate Dauid ad domū ei paratā. Cur aūt sic transtulit eā expositum est in præallegato Paralipomenon libro. ⌊Tūc ędificauit Mello.

Re. ca. 24. Iose. lib. 8. an. tiq. ca. 5. 3. Regū. 5. 3. Regū. 4. 2. Para. 8. Ibidē

Offe-

Offerebat quoq; Salomon tribus vicibus, hoc est, in tribus præcipuis solennitatibus legalibus, per annos singulos holocausta & pacificas victimas sup altare quod ædificauerat domino, i. super altare holocausti situm in atrio sacerdotũ, & adolebat, hoc ẽ, incendebat thymiama corã domino super altare thymiamatis positũ in prima templi parte. Obtulit autem & incendit per manus sacerdotũ, quibus hæc ex officio competebãt. Istud vero intelligendũ est de sacrificijs D
principalibus regis, præter quæ & alia frequentius obtulit. ¶Porro, tres solennitates præfatæ fuerunt festũ azymorum, hoc est, pascha, solennitas hebdomadarũ, id est, Pentecostes & celebri-
1. Paral.8 tas tabernaculorũ, vt secundo Paralipomenon describit. De sacrificijs quoq; tũc offerendis habet
Num.28 Exo.23 in libro Numerorũ, & item in Exodo ac Deuteronomio. ¶Insuper, pter hæc pcipua sacrificia
Deu.16 regis fiebãt super altare holocausti sacrificia multa, quæ dã quotidie vt sacrificium iuge, quædam in
pta sunt, reliqua verba & opa Salomonis, imo secundo Paralipomenon sic legit. Reliqua vero ope
rũ Salomonis prioꝝ & nouissimoꝝ scripta sunt in verbis Nathã pphetæ, & in libris Ahyæ Siloni
tis. In visione quoq; Addo videntis. Idcirco liber iste dieꝝ Salomonis credit non haberi, & forsan
à Chaldæis fuit combustus, forsan etiã p librũ istũ intelligunt pluralr illi libri in Paralipomenon
allegati. L Dies aũt q̃s regnauit Salomon in Hierlm sup oẽm Israel, quadraginta anni sunt. Dor-
miuitq́ Salomon cũ p̃ribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid p̃ris sui, regnauitq́ Roboam fili-
us eius pro eo ⌋ ¶ Circa p̃habita querit, q̃t annoꝝ fuerit Salomon, q̃ñ incepit regnare. Ad q̃d cer-
Pet. Co. titudinalr r̃ñdere difficile est, ppter verba scripturæ quę hincinde vident diuersimode ide sentire,
but lib. 3 & q̃a expositores sup hoc diuersimode sentiũt tã catholici q̃ hebræi. Nẽpe magister in historijs ait
Re. cap. 5 Salomon duxit vxorẽ filiã Pharaonis, de qua (vt aiũt Hebræi) genuit filiũ, quasi contra naturã cũ
Iose lib. 8 adhuc vndecimũ ageret annũ, Iosephus quoq; testat: Mortuus ẽ Salomon valde longæuus, q re-
ant iu. ca. 7 gnauit annis octoginta, vixit aũt annis nonagintaquatuor, sed diuina scriptura eos tantum expri-
Pet. Co. mit annos quibus regnauit, antequàm præuaricaretur, & hæc verba inducit magister in historijs,
but lib. 3 pro solutione quæstionis, qua quærit, qua ratiõe dicitur Salomon senex fuisse, cum modicum vl-
Reg. ca. 17 tra quinquaginta annos legatur vixisse, Roboam enim quadraginta & vnius anni erat patre suo
Salomone defuncto, quem Salomon cum vndecim esset annorum genuisse perhibetur.

¶ Pretetea,

A ¶Preterea, circa hęc recitat Lyra: Occurrit hic dubiũ, qualiter dicat Salomon senex fuisse, quãdo
deprauatus fuit p mulieres, q̃a dicit R. Salomon, & alij Hebræi, ꝙ erat tm̃ duodecim annoꝝ, q̃n Rab Sa
cœpit regnare, & in isto capl'o dr̃, ꝙ. xl. annis regnauit, & sic vixit tm̃ q̃nquaginta duobus annis lomon
ipse aũt dr̃ ꝑrauatus fuit p mulieres ante mortem suã, p sex annos aut circiter, quoniam ædificauit
templa idoloꝝ pro vxoribus suis postq̃ fuit deprauatus, in quoꝝ ædificationibus fluxerunt plu-
res anni, & sic quando fuit deprauatum cor eius, non videtur habuisse vltra quadragintasex annos Pet. Co.
vel circiter, ex tali autem ætate nullus dr̃ proprie senex. ✝his addit. Ad hoc aũt respondit magister hist.li.3.re
in historijs ꝙ Salomõ regnauit. lxxx. annis, ad q̃d allegat Iosephũ dicentẽ, scriptura tacet quadra gũ.ca. 27
ginta annos regni sui, q̃bus impie vixit, sicut de Saule dr̃ supra primo libro, ꝙ duobus annis re- Iose lib 8
gnauit, & tacent decẽ & octo anni, q̃bus male se habuit. sed istud reprobat Lyra adijciẽs: De dicto an.iu. ca.7
magistri paꝝ est hic curandũ q̃m cõtradicit sibiipsi & scripturæ. Nam dicit ꝙ Salomon vndecim
annoꝝ genuit Roboã, & ꝙ Roboã pr̃e suo mortuo, fuit quadraginta vnius anni, in qua etiã ætate
cœpit regnare, vt infra dr̃, sicq̃ reuertit̃ primũ dictũ, vz ꝙ Salomon vixit tm̃ quinquaginta duo 3. Reg. 14
bus annis. deinde r̃ndet iuxta propriã mentẽ, addendo saluo meliori iudicio, videt̃ dicendũ, ꝙ Sa
lomon postq̃ quadraginta annis regnauit, mortuus est, & successit ei in regnũ filius eius Roboam,
habens quadragintavnum annos, sicut dicit scriptura, sed quando Salomon cœpit regnare non so
lum habuit duodecim annos, vt ab alijs dicit̃, sed non probat̃, nec ex scriptura habet̃, q̃a exprimit
annos regni sui tm̃, non aũt om̃es eius, q̃n cœpit regnare, nec annos totius vitæ suæ, imo habuit vi
ginti annos vl' plures in principio regni sui, & sic q̃n mortuus fuit, habuit ad minus sexaginta an-
nos, & ita cõuenienter p̃t dici, ꝙ post q̃nquaginta annos ætatis suæ deprauatus fuit p mulieres, & tũc

B poterat dici senex, q̃m & Leuitæ completo anno vitæ suæ q̃nquagesimo, seruire cessabant in ta-
bernaculo, tanq̃ senes, vt habet̃ in Leuitico, & ex hoc patet ꝙ Salomon non genuit Roboam vn- Leui. 8
decim vel decem annoꝝ, sed multo pluriũ, q̃a contraxit cũ matre ipsius Hieroboã post suam co
ronationem. Deinde Lyra contra hæc obijcit, q̃a Hieronymus in ep'la ad Vitalem presbyteꝝ, de Hiero.
Salomone & Achaz videt̃ dicere, ꝙ Salomon vndecim annoꝝ vel minus genuit Roboam, & ꝙ
duodecimo ætatis suæ anno, accepit regnũ, & soluit istud, dicẽdo, ꝙ Hieronymus non loquit̃ ibi
assertiue, vt manifeste patet ex fine eiusdem ep'læ, sed supposito ꝙ tũc regnare inceperit, & ipsum
Roboã genuerit, ita vt dictũ est, r̃ndet, quomodo hoc fit possibile, adducens ad hoc exemplũ cu-
iusdã mulieris nutriẽtis paruulũ, q̃ in eodẽ cũ ea lecto iacebat, & cũ decimũ annũ impleſſet, & ipsa
calefacta fuisset vino, induxit pueꝝ ad carnalẽ copulã, & sic alijs noctibus sequẽtibus, quę de puero
illo cõcepit, & infra duos mẽses vterus eius intumuit, Hieronymus tñ attribuit hoc magis virtuti Idem
diuinæ q̃ naturæ, vt occultum facinus per euidens signũ panderet̃, & sic arguendum est ad oppo
situm, ꝙ Salomon virtute naturæ non genuit Roboam cum vndecim esset annoꝝ. Hęc Lyra. In
cuius verbis multa continent̃ incerta, & quędã quæ non vident̃ posse saluari, & primo ꝓsequẽdo
id q̃d ad B. Hieronymi verba r̃ndet, apparet dicendũ, ꝙ ipse S. Hieronymus in illa ad Vitalẽ ep'la Idem
ꝓsupponit pro vero ꝙ Salomon duodecim existens annoꝝ cœpit regnare, sic etenĩ ait. Depreca
ris vt exponã tibi causas, quare Salomõ & Ahaz vndecim annoꝝ filios genuisse dicant̃, si enĩ duo
decimo anno Salomon super Israel accepit imperium, & quadraginta annis regnauit, filiusq̃ eius
Roboam cum quadragesimum annum ageret ætatis, patri successit in regnum, ꝑspicuum est, vn-
decim annoꝝ fuisse Salomonem vel decem, quando videlicet genuit Roboam. Quis crederet, vt

C vndecim annoꝝ puer generet filiũ. Multa & alia in scripturis dicunt̃, quę vident̃ incredibilia, & ta
men sunt vera. Neq; enĩ valet natura contra naturæ dñm. Deinde in illa ep'la multipliciter ꝑsua-
det illud, nec impossibile, nec incredibile reputari debere, nec dubium esse potest diligenter legẽti
illã ep'lam, q̃m istud fuerit de mente Hieronymi, ꝑsertim, q̃n & in alijs multis locis idem testatur
sigd'm & in ep'la ad Rufinum presbyterum scribit. Interpretatio iudicij Salomonis super iurgio
duarum mulierum meretricum, quãtum ad simplicem historiã pertinet, perspicua est, ꝙ puer duo
decim annoꝝ cõtra ætatis suæ mensurã iudicauerit de intimo humanæ naturæ affectu, vnde ad-
miratus est, & timuit oĩs Israel, sup Esaiã quoq; idipm testat̃, vt infra tãget̃. ¶Preterea, cũ Iose- Iose. lib 8
phus alijq̃ Hebręoꝝ doctores & expositores ꝑcipui in isto generalr̃ satis cõcordẽt, verisi'e est, ꝙ ant. iu. ca.7
a senioribus & maioribus suis sic acceperũt & didicerũt. Nec veꝝ est q̃d magister in historijs cõtra Per. Co.
dicit scripturæ, imo q̃cq̃d scriptura de ista materia narrat, ipse cõcedit, nec ipse ex ꝑsona sua affir histo. lib. 3
mat, q̃d Salomõ regnauit annis. lxxx. sed recitat Iosephi verba, & Hebręoꝝ opinionẽ. ¶Ampli- Reg. ca. 27
us incertũ oĩno est, q̃d Lyra affirmat Salomonem habuisse. xx. annos vel plures, quãdo incepit re
gnare, nec ipse hoc ꝓbat, nec videt̃ cõsonare scripturæ, q̃m. 1. Paral'. legit̃, Dauid dixisse maioribus Iose lib. 8
Israel, Salomonem filium meum elegit deus adhuc pueꝝ & tenellum. Supra quoq; scriptũ est, quẽ- ant. iu. ca. 3
admodũ Salomon q̃n a deo accepit sapiam, dixit: Et nũc dñe d's tu regnare fecisti seruũ tuũ pro 1. Para. 19
Dauid pr̃e meo. Ego aũt sum puer paruulus, ignorãs egressum & introitũ meũ, hęc aũt non vident̃ 3. Reg. 3
conuenire homini virilis ætatis. Nã quãuis in scripturis viri frequẽter vocent̃ pueri, nõ tñ pueri te
nelli & paruuli. Nec Dauid vocauit Salomonẽ pueꝝ & tenellũ, respectu regiminis ei imponẽdi,
sed rõne ætatis, & q̃a inter frẽs suos iunior fuit, & q̃m intendebat populo ꝑsuadere, vt promotioni
Salomo-

Salomonis filij sui præberent consensum, non ita paruificasset eũ, nisi absolute tam tenellus fuisset. D
3. Reg. 2. ¶ Nec obstat, quod Dauid dixit ad Salomonẽ: Vir sapiens es, quia vt sup Esaiã scribit Hieronymus, vo-
Hiero. cauit eum virum non rõne virilis ætatis, sed ob maturitatem morum, atque prudentiam. Sed si ita quis
teneat, restat videre qualiter Salomon asseratur in sua senectute deprauatus per mulieres, cum iuxta
hæc videatur vixisse non vltra quinquaginta & duos annos. Ad quod in præallegata ad Vitalẽ epistola respõ
Ibidẽ det Hieronymus. Ad summã dici pt, quod in regno Dauid regis, Salomon cũ duodecim esset annorum
obtinuerit soliũ, & postea, quia scriptura hoc reliquit incertũ, vixerit ipse Dauid aliquot annos, regnan-
te suo filio Salomone, qui sibi & non Salomoni deputentur, & mortuo ipso Dauid, postea Salomon
filius eius regnauit annis quadraginta, quibus sine patre regnauit, atque ita & initiũ regni Salomonis &
tempus quo solus ipse regnauit ab historia demõstratur, nec tamen oẽs anni vitæ Salomonis quinquagintaduorum
4. Reg. 15 annorum circulis cõtineri, si aũt dubitas quod regnãtibus filijs, patribusque eorum viuẽtibus, non filijs tempus re-
4. Reg. 16 gni eorum, sed patribus cõputetur, lege regnorum volumẽ & inuenies quod Ozias rex Iuda, postquam lepra per-
cussus est, habitauit in domo separata, & filius eius Ioathan imperiũ rexerit, & iudicauerit populum
terræ vsque ad diem mortis patris sui, & tamen post mortẽ illius cũ .xxv. esset annorum .xvi. annis regnasse
dicatur, quibus solus regnauit. Hæc Hieronymus. ¶ Insuper prorsus incertũ ẽ, nec ex aliqua autentica pro
bari pt scriptura, quod Salomon nõ nisi sex annis aut circiter fuit deprauatus per mulieres, sed videtur diu-
Hierony. tius vixisse in tãta libidine, cũ habuerit tot vxores reginas & tot cõcubinas, imo & adolescentulas,
atque vt verbis vtar Hieronymi in epistola ad Vitalẽ presbyterum, tot scorta quorum nõ erat nũerus, tot pha
na cõstruxerit cõiugibus suis idololatris. De hac demũ materia tã diffuse cõscripsi nõ aliquid asserẽ-
do, sed magis ne quis in re tã obscura aliquid incaute affirmet, aut venerãdos patres irreuerẽter expediat.
R. Paul. ¶ Postremo, R. Paulus sic ait: Rõnabiliter dici posset, quod Salomon dicendus fuerat senex, cũ fere esset E
quinquaginta annorum, quia ætates mẽsurantur, nõ solũ secundum annos vel secundum ea quæ ad incrementum
aut diminutionẽ corporaliũ viriũ pertinẽt, sed etiã respectiue secundum status moresque personarum, sicque
Salomon respectu tantæ sciæ sibi datæ, & dignitatis suæ senex tunc vocabatur.

¶ De spũali eiusdem capituli sensu. Art. XIX.

HIstoria huius capituli multipliciter atque salubriter admonet nos, & informat, ne quis vnquã de vi-
ribus suis præsumat, de scientia sua se iactet, de parentum sanctitate confidat inordinate, aut
in dignitate, & eminentia, prosperitate & fama, donisve gratiæ gratis datæ inaniter glorie-
Mich. 6 tur, sed in oĩbus iugiter timoratus, custoditus, atque solicitus coram deo consistat in vera
& sancta humilitate semper persistẽs, ac oẽm suã fragilitatem, defectuositatẽ, & pronitatem ad ma-
lum incessabiliter pensans, ac tanti viri istius, vz Salomonis, tam admirabilem, ac miserabilem ruinã
perpendens, nec propter præterita merita sua, periculosa securitate pigrescens. Ecce enim Salo-
mon iste sanctissimi Dauid filius, tanta sapia, fama, prosperitate præfulgens, prophetiæ dono or-
natus, copiosissimis documentis abundans & diu in veris virtutibus deo fidelis, & præclarissimum
templum ei molitus, ad tam extremam & infinitam insipientiam, ad tantam impietatum voragi-
nem, ad tam sordidissimam & inuerecundissimam carnalitatem est deuolutus, lapsus, demersus,
vt nemo de hoc sufficiat admirari, præsertim quòd desuper correptus, & comminationibus auisa-
tus non cessauit, & subditis suis, totique regno suo, imo & seculo vniuerso tantam scandalozitatem
præbuit & religionem in quo clarissime patet ineffabilis & semper deflenda humanæ conditionis fragi-
1. Cor. 10 litas, atque in omne malũ procliuitas. Iugiter ergo & profundissime humiliemus nosipsos, & qui stat
Hier. 9 videat ne labatur, nec glorietur sapiens in sapia sua, & cui plus datum est, amplius vereatur. ¶ Præterea F
Luc. 18 perpendamus ad quam horribilia crimina trahat luxuria, & immundissima illa voluptas, quæ & sapiẽ-
tissimum virum hunc ad tam ridiculosam fœminarum, vxorum, concubinarum, scortorum multitudinem
traxit, & insuper ad idololatriam perduxit eundem, heu qualiter fœditas illa obtenebrat hoĩem,
vt nec deum nec hoĩem vereatur, nec de sua turpissima & scandalosissima vita verecundetur, & non so-
Pro. 18 lum non acquiescat correptioni & informationi humanæ, sed nec angelico, neque diuino obtẽperare
curet instinctui, quẽadmodũ scriptura fatetur. Impius cũ in profundũ venerit peccatorum, contemnit.
Gregor. Ecce qualiter paulatim fit lapsus ad deteriora, quia peccatum quod per pœnitentiam non deletur, suo mox
pondere trahit ad aliud. Hoc quoque pensandũ, quòd is cui maiora gratiæ dona sunt præstita, & qui ad
virtuosiorem tenet vitam, in ĩmaniora cadit facinora, dum propter suos excessus iuste à deo relinqui-
tur. Ecce quam periculosum est in hoc seculo prosperari, abundare diuitijs, & vndique reputari, otio &
torpori locum præbere. Ecce qualiter impia consuetudo incorrigibilitatem inducit. ¶ Præterea
legitur Salomon specialiter deseruisse idolis tribus, videlicet Astharten deæ Sidoniorum, per quã effe-
minata designatur libido. Nam & Astharten plasmationis pfluitas designatur, luxuria quippe semper
quærit superflua, cum natura modicis minimisque contenta noscatur. In hoc sequuntur Salomonẽ libi-
dinosi, quorum deus venter est & gloria in pudendis eorum. Coluit quoque Moloch, quod interpretatur rex
Phil. 3 eorum per quod notatur superbia, in quo sequuntur eum ambitiosi & animosi, qui intantum suam
præsidentiam appreciantur, & amant, vt persequantur, ac de vita hac tolli cupiant eos, per quos princi-
patu suo priuati verentur. Coluit etiam Chamos quod interpretatur congregans per quod auaritia fi-
guratur, opulentiam nãque quærũt lascivi, qua suarum obtineãt obiecta delitiarum. Quemadmodũ etiã
Salo-

A Salomon propter has tres idolorũ culturas, acquisiuit specialiter tres inimicos, videlicet Adad Idu
mæum, Razon Syrum, atq; Hieroboam Israelitam. Sic qui præ satis vitijs obsequunt tres speciales
aduersarios sortiunt, vtpote mundũ qui inclinat ad auaritiã, carnem quę ad cõcupiscentiã mouet,
diabolũ, q ad superbiã trahere nitit. ¶ Postremo, ex isto docemur capl'o, ꝙ propter scelera princi
pũ trãsferant regna ac principatus, de gente in gentem, & de vno ad aliũ. Nã sicut clementia ro-
borat thronus regis, sic p crudelitatẽ atq; tyrãnidẽ eradicat. Hinc scriptũ est in Ecclesiastico: Prin Pro.10 Eccl.10
cipatus sensati stabilis erit. In Prouerbijs quoq;: Rex q iudicat in veritate pauperes, thronus eius Pro 29
in æternũ firmabit. Nempe vt in Daniele habet: Deus mutat tpa & ætates, transfert regna, atq; Dan.2
constituit. Hinc rursus in Ecclesiastico legit: Regnum à gente in gentem transfert propter iniusti Eccl 10
tias & iniurias & contumelias & dolos diuersos, & rursus ait scriptura: Sedes ducum superborum Ibidẽ
destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. Nempe vt ait beatissima virgo: Deposuit potentes de Luce.1
sede & exaltauit humiles.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI DVODECIMI. VENIT autem Roboam in Sychem &c Arti. XX.

TRactatũ est hucusq; de vnico Israeliticę plebis regno, in quo vnus p̃fuit
illi pp'lo vniuerso, nũc & in seq̃ntib' de eodẽ agit regno biptito, sicut pa
tebit. ⌊ Venit aũt Roboam ⌋ filius Salomonis cũ suo exercitu ⌊ in Sy-
chem ⌋ .i. in locũ seu oppidũ sic vocatũ, de quo in Genesi legit: Missus
Ioseph de valle Hebron, venit in Sychem, de quo etiã in Iudicum libro Gene.37 Iudi.9
B multa legunt. ¶ Deniq; Sychem etiã propriũ nomẽ est viri, de quo in Gene.34
Geñ. habet, Egressa ẽ Dina quã cũ vidisset Sychẽ pricẽps terræ illi' ⌊ Il
lic enĩ cõgregatus erat oĩs ppl's Israel ⌋ .i. qdã de oĩbus tribubus & prin
cipaliores, demptis his, q venerũt cũ Roboam, q præfixit eis locũ ibidẽ
qa fuit locus famosus, & in tribu Ephraim situs, quæ tribus post tribum
Iudę fuit egregia, atq; vt qdã addit, fuit q̃si in medio regni, ꝙ nõ videt, qñ sup librũ Iudicũ dictũ
est sæpe, & expositores cõiter dicũt hoc, ꝙ trib' Iudę & trib' Ephraim tanq̃ cæteris fortiores sor
tem & mãsionẽ acceperũt in extremitatibus Israelitici regni p totius munimine ppl'i vnà ab vna
parte, & alia ab altera, additq; id ẽ, fuit etiã ibi primus rex Israel. s. Abimelech institutus, ideo ppl'us
fuit ibi congregatus, ⌊ ad instituendũ eũ regẽ ⌋ sed propter duo stare non p̃t, primo qa Abimelech
fuit iudex nõ rex. Vnde in libro Iudicũ de ipso est mẽtio, & q̃uis scriptũ sit, ꝙ constituerũt eũ regẽ Iudicũ.9
non tñ constituerũt regẽ sup duodecim tribus, sed sup Sychimitas, idcircó non fuit rex Israel, imo
Saul primus rex Israel fuit, vt patuit primo lib. Vnde in Actibus asserit Paulus, ꝙ deus primo de- 1. Reg 9.10
dit iudices vsq; ad Samuelẽ, & exinde postulauerũt regem, & dedit eis Saul. Istud Beda, Rabanus, Acto.13 Beda
alijq; affirmãt. Vnde magister in historijs ait, querit, qũo Saul primus rex Isrl' di? Ad q̃d rñdet, ꝙ Rabanus
propter regimẽ vniuersale, Abimelech aũt solum regnauit in Sychimitis. Scdo, qñ totũ negotiũ Pet. Co.
Abimelech fuit tyrãnicũ, ambitiosum & pessimũ, nec inter iudices à dño suscitatos, & in qbus sp̃us histo. libr. 1
C dñi fuit, est cõputãdus, vt patet in lib. Iudicũ, ideo ꝓpter eius ꝓmotionẽ in Sychem factã, aut ob regũ ca. 18
illius honorẽ nõ cõuenerũt ibidẽ. ⌊ At vero Hieroboã filius Nabat, cũ adhuc esset in Aegypto, p- Iudicũ. 9
fugus à facie Salomonis regis, audita morte eius, reuersus est de Aegypto ⌋ cõfidẽs se ꝓmouendũ
in regẽ, prout ab Ahya ꝓpheta sibi erat p̃dictũ. ⌊ Miserũtq; ⌋ viri de tribu Ephraim, & alij multi
⌊ & vocauerũt eũ ⌋ vt interesset noui regis creationi. Nam erat vir fortis & potẽs, atq; industrius 3. Reg. 11
bonæq; indolis, ideo volebãt eius vti cõsilio. ⌊ Venit ergo Hieroboam, & oĩs multitudo Israel, &
locuti sunt ⌋ p̃sertim decẽ tribus, & vnus ex parte oĩm ⌊ ad Roboã, dicẽtes: Pater tuus durissimũ
iugũ imposuit nobis ⌋ q̃d non intelligit de iugo tributi, aut viliũ opeꝶ seruitute, cũ dictũ sit suprà 3. Regũ. 9
de filijs Israel, nõ fecit seruire quẽquã, sed de psolutione vectigaliũ in expẽsas ipsius regis. Dictum 3. Regũ. 4
est q̃q; ante, ꝙ Salomon habuit duodecim p̃fectos sup oẽm Israel .i. sup duodecim tribus, q præ-
bebãt Annonã regi p singulos menses quã leuabãt à tribubus ipsis, q̃d fuit non modicũ onus, qñ
sumptus Salomonis fuit grãdis, vt superius narrat. Forsan etiã Salomon post suã infatuationẽ ali- Ibidem
quid plus exegit à pp'lo in cõstructionẽ Phanoꝶ & alioꝶ magnoꝶ inutiliũq; cũ mulieribus suis
ꝓuĩ. ⌊ Tu itaq; nũc ĩminue paululũ ⌋ iugũ illud, q̃d videbat pia petitio, qa dixerit, minue paululũ
⌊ de ĩperio p̃ris tui durissimo, & de iugo grauissimo q̃d ĩposuit nobis, & seruiem' tibi. Qui ait eis:
Ite ⌋ ad ꝓpria ⌊ vsq; in diẽ tertiũ ⌋ remanẽtes in locis vr̃is, vt interim bona deliberẽ, ⌊ & reuerti-
mini ad me. Cũq; abijsset ppl's, iniit consiliũ rex Roboã cũ senioribus q assistebãt corã Salomone
p̃re eius, cũ adhuc viueret, & ait eis: Qd̃ datis cõsiliũ, vt rñdeam pp'lo? ⌋ hoc ip̃m fuit prudẽtiæ, ꝙ
primo à senioribus illis q̃siuit cõsiliũ, qñ erãt valde exp̃ti, prudẽtes, maturi, atq; vt scriptũ ẽ in lib.
Iob: In antiqs ẽ sapiẽ, & in multo tpe prudẽtia. In Ecclesiastico q̃q;, q̃ speciosum ẽ à veteranis q̃rere Iob.12
sapiam. ⌊ Qui dixerũt ei: Si hodie ⌋ .i. tpe isto ⌊ obedieris pp'lo huic, & seruieris, & petitioni eoꝶ Eccl 25
cesseris ⌋ hoc est, eorum acquieueris petitioni, sicq; obedire sumit hic extense. Nam proprie spe-
ctat ad inferiores, ⌊ loquutusq; fueris ad eos leuia, erunt tibi serui cunctis diebus ⌋ vitæ tuæ.

⌊ Qui de-

Qui dereliquit consilium senum, quod dederunt ei, quia erat rudis, superbus, carnalis, ideo verba humilitatis & sapientiæ ei non sapiebant, & adhibuit adolescentes qui nutriti fuerāt cum eo, & assistebant illi. ¶ Sed q̄ri potest, quomodo erāt adolescentes, qui erāt cum eo nutriti, cum ipse esset iam quadraginta vnius annnorum. Dici potest quod adolescentia sumit hic large, prout D
Eccle. 11 iuuentutem includit siue pro iuuentute, sicut in Ecclesiaste legit: Lætare iuuenis in adolescen-
2. Para. 10 tia tua. Hinc secundo Paralipomenon dicit, q̄ cū iuuenibus tractare cœpit. Veruntn̄ iuxta Glossam dicunt adolescentes seu iuuenes, non ætate, vel non solum ætate, sed potius animo & moribus
Hierony. Pet. Co. ¶ Præterea, secundum Hieronymū & Glossam seniores à quibus Roboam petiuit consilium, fue
histo. lib. 3 runt, vt dicunt Hebræi erant Banaias & Achiel. In Scholastica autem narrat historia, q̄ erant Za-
Re. cap. 28 doc, Banaias, Ioiada, & reliqui principes Salomonis, & dixit q̄ ad eos: Quod datis mihi consilium, vt respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Leuius fac iugum quod imposuit pater tuus sup nos? Et dixerunt ei iuuenes, qui nutriti fuerāt cum eo. Sic loquere populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes: Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu releua nos. Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei, hoc est, multo maior ē rigor disciplinæ iurisdictionis q̄ meæ & potentia mea q̄ patris mei, ita vt parua pars rigoris atq̄ vigoris mei magnā partem rigoris patris mei excedat. Istud fuit puerile & stultum consilium ab inexpertis probatum, & iuuenili
2. Para. 10 audacia datum. Vnde in Paralipomenon fertur, quod responderunt ei, vt iuuenes in delicijs secū nutriti, & nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addā super iugum vestrū. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. Venit ergo Hieroboam & om̄is populus ad Roboā die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens: Reuertimini ad me die tertia. Respondit q̄ rex populo dura, derelicto consilio senior̄ quod ei dederant, & locutus est eis secundum consilium iuuenum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo
Iose. lib. 8 vestro. Pater meus cæcidit, hoc est, percussit vos flagellis, ego autem cædā vos scorpionibus,
ant. iu. ca. 8 id est, multo acrius regam & corrigam vos quàm pater meus. Iuuenes isti vt Iosephus tangit con E
suluerunt Roboam regi vt imperiose & comminatorie loqueret, putantes quòd sic populus terreretur, nec reclamare auderet. ¶ Porro, scorpio secundum Glossam est genus flagelli, & proprie dicit rubus aculeatus seu flagellū virgar̄ nodosum, vel scutica in summitate habens plūbeas glādes. Interdū ponit pro vno p̄ duodecim signis. Nonnunq̄ p̄ quadā bestiola quæ vultu blandit & cauda pungit. Et non acquieuit rex pp̄lo, i. p̄cibus pp̄li, vt mitius r̄nderet, q̄m aduersatus fuerat ei dominus, hoc est, deus iusto iudicio aduersabat ipsi Roboam in hac causa, non inclinādo cor
2. Para. 10 eius ad cōsentiendum sano senior̄ consilio, sed relinquendo eum in sua improbitate. Hinc in Paralipomenon dicit: Erat enim dei voluntas, non q̄ culpa ipsius Roboam placuerit deo, sed p̄missio dei fuit, vt suscitaret, i. impleret verbum suum quod locutus fuerat in manu, hoc est, per obsequium Ahiæ Silonitæ ad Hieroboam filium Nabat. Videns itaq̄ populus, oculo interiori, id est, considerans, quòd noluisset eos audire rex, s. Roboam, cui iure hæreditario competebat in regno succedere, qui tamen nondum fuit acceptatus à populo. Respondit ei, dicens: Quæ
3. Regū 10 nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai, vade in tabernacula tua Israel. Hęc eadem verba dixit Sæba filius Bochri in rebellione aduersus Dauid regem, vt libro secūdo continet, vbi hęc verba exposita sunt. Nunc vide domum tuam Dauid, i. tu posteritas & cognatio Dauid regis perpende populum tuum, quia iam pauci remanent tecum, & prouide populo tuo. Vel vide domum tuam, hoc est, templum ex Dauid ordinatione constructum, & in eo sacrifica, quasi dicant, F
non veniemus illuc amplius ad offerendum. Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel quicunq̄ habitabant in ciuitatibus Iuda regnauit Roboam. Misit ergo Roboam Aduram, qui erat super tributa. Ad vectigale leuandū vt decem tribus reuocaret, excusando ipsum Roboam de verbis prolatis, quasi ex leuitate, non animo malo dictis, & quia iam paratus esset reuocare & lapidauit eum omnis populus Israel, hoc est, quidam ex decem tribubus de cęterorum consensu, & hoc fecerunt in despectum Roboam regis, & ex indignatione contra eum ac eius officiatum, & mortuus est. Dicit Glossa, quòd secundum Hebræos ipse Roboam ex suggestione istius Aduram, tam superbe responderat, & de hoc (vt aliqui opinantur) decem tribus habuerunt eū suspectum, & quod propria quæreret lucra, quia qui præsunt tributis, cupiunt ea augeri. Veruntamen incertum videtur, an de consilio Aduram, ita responderit Roboam, qui de consilio iuuenum
2. Reg. 20 seu adolescentum respondisse sic perhibetur, sed Aduram iam erat senex. Nam & tempore Dauid præfuit tributis, vt libro secundo scriptum est, si tamen sit idem Aduram. Porro rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Hierusalem. Recessit q̄ Israel à domo Dauid vsq̄ in præsentem diem. Factum est autem, cum audisset omnis Israel, quod reuersus esset Hieroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum. Videlicet ipsum Hieroboam regem super omnem Israel, hoc est, super decem tribus quæ de cætero reseruauerunt sibi nomen hoc Israel, quoniam plures erant. Itaq̄ elegerunt & fecerunt Hieroboam regem, quia sciue-
3. Reg. 11 runt sibi à deo per Prophetam esse promissum decem tribuum regnum, & quia fuit vir aptus ad hoc, vtpote, fortis, strennuus, prudens, & quia fuerat aduersarius Salomonis, sic q̄ eum promo-

uendo

A uendo, magis irritauerunt Roboam regē, & item qm̄ fuit de tribu Ephraim, quæ post tribū Iuda fuit nobilis & famosa, potēs ac bellicosa. In hac quoq; promotione Hieroboam, impleta fuit prophetia Iacob patriarchæ, q benedicendo filiis Ioseph, iuniorem noīe Ephraim ꝑposuit seniori Manasse, dicens: Frater eius minor maior illo erit. Id quoq; quod in benedictione Ioseph profertur: Inde pastor egressus, quidā exponūt de isto Hieroboā, quidā de Iosue Ephratæo. Gene. 48 Nec sequutus est quisq̄ domū David. i. nullus de tribubus Israel ex intētione & directe adhæsit Roboam nato ex David tanq̄ regi, ꝑter tribū Iuda solā. Gene. 49 Tribus quoq; Beniamin sequuta est Roboam occasionaliter, q a non poterat se separare à tribu Iuda, in cuius medio habitauit, similiter tribus Leui, qm̄ locus diuini cultus & sacrificiorum, videlicet templū in Hierusalē stetit, & q a Hieroboā eos abiecit. Venit aūt Roboam Hierusalem & cōgregauit vniuersam domū Iuda. i. totā illā tribus Iudæ familiā quantū ad viros ꝑlio aptiores, & tribū Beniamin in centū octoginta millia electorum virorum & bellatorum, vt pugnarēt cōtra domū Israel, & reducerēt regnū Roboam filio Salomonis. Factus est aūt sermo dn̄i ad Semeiā virum dei, dicens: Loquere ad Roboam filiū Salomonis regē Iuda, & ad omnē domū Iuda, & Beniamin, & reliquos de pp̄lo, dicēs: Hæc dicit dominus: Non ascendetis, neq; bellabitis cōtra fratres vestros filios Israel. Reuertatur vir in domum suā. A me enim factū est verbū hoc. i. diuisio ista monarchiæ regni Iudæorum in duo regna propter Salomonis pc̄tā & improbā Roboam regis responsionē. Audierunt sermonē dn̄i, & reuersi sunt de itinere, sicut ꝑceperat ei dn̄s. Aedificauit aūt Hieroboam Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi. i. vrbē illā meliorauit in ædificiis, & loca munita aut fortalitia in ea cōstruxit ad re

B sistendum Roboam regi. Et egressus inde, ædificauit Phanuel. i. oppidū sic vocatum, de quo in libro Iudicum fit mentio. Iudic. 8 Dixitq; Hieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnum ad domum David. i. ꝑfidentia super decem tribus auferetur à me, & redibit ad posteros regis David. Si ascenderit pp̄lus iste decem tribuum, vt faciat sacrificia per manus sacerdotum, in domo dn̄i in Hierusalem, q a amore templi & suggestione sacerdotum redibunt ad sobolem David, & conuertetur cor populi huius ad dn̄m suum Roboam regem Iuda, cui iure successionis cōpetisset dominium sup pp̄lm illum, interficientq; me tanq̄ schismaticum principem, & reuertentur ad eū, ad memoriam reuocādo beneficia David ac Salomonis. Et excogitato consilio vitiosissimo, ad cauenda illa pericula, vtpote priuationem regni & mortem, fecit duos vitulos aureos, secūdum ꝙ Aaron in solitudine fecerat vnum, & qm̄ in Aegypto didicit idololatriæ huius formationem. Exodi. 32 Aegyptii equidem taurum colebant. Et dixit eis: Nolite vltra ascendere in Hierusalem, ad sacrificia offerenda in festis paschæ, pentecostes & tabernaculorum, prout ꝑceptum fuit in Exodo, Leuitico & libro Numerorum. Exodi. 34 Leuiti. 23 Numer. 28 Ecce dii tui Israel qui eduxerunt te de terra Aegypti. Simili modo formato aureo vitulo per Aaron filii Israel dixisse leguntur: Hi sunt dii tui Israel qui te eduxerunt de terra Aegypti. i. simulachra ista colatis pro deo, qui eduxit vos de Aegypto. Exodi. 32 Sed qualiter virille ingeniosus potuit tam stultam & apertissime falsam propositionem proponere populo, & quō populus ille qui hactenus coluit verum deum, potuit tali mendacio consentire aut credere, ꝙ scilicet imagines illæ recenter factæ essent dii eorum? Ad quod dici potest, ꝙ excæcauit eos eorum malitia. Vel dixit sic, non ꝙ ratio sua hoc verum putauit, sed vt per hanc viam ꝑtacta vitaret pericula, quemadmodū Salomon idola adorauit, ne suas contristaret delitias. Sapi. 14 Populus autem ad idololatriam fuit procliuis. Veruntamen Iosephus nititur aliqualiter excusare

C Hieroboam & filios Israel, dicens, quod Hieroboam persuasit populo, dicens: Vbiq; præsens est deus, nō oportet vt in vrbe aduersariorum Hierusalem ipsum quæratis, sed in vitulis istis ip̄m adorare potestis & colere. 3. Regū. 12 Iose. lib. 8 an. iu. ca. 8 Verum excusatio ista nō valet nec cōcordat scripturæ, q infra sæpissime asserit, ꝙ adorauerunt vitulos & eis sacrificauerūt. Posuitq; vnū in Bethel & alterum in Dan. i. in locis seu oppidis illis aut montibus fecit duo phana, in q̄libet vnū, & in q̄libet phano posuit vitulum vnū, & erāt loca illa remota ab inuicē, vt lōge habitātes facilius deuenirēt ad vnū illorum. & factū est verbū hoc in pc̄tm̄. i. ex illo ꝑcepto seu facto Hieroboā sequuta sunt pc̄tā grauissima, idololatria. s. & alia multa. Nā subdit, Ibat enim pp̄lus ad adorādū vitulū vsq; in Dan, similiter ad adorādū vitulū aliū in Bethel, q vituli à Iosepho vocantur vitulæ, & in Osee dicuntur vaccæ. Ibidē Osee. 10 & fecit phana in excelsis. i. duo ꝑfata vitulorum tēpla in locis sublimibus, mōtosis Bethel & Dan. & fecit sacerdotes de extremis populi. i. de reliquis tribubus sibi subiectis, q nō erāt de filiis Leui. Vnde secundū Iosephū dixit, Faciā vobis ministros & sacerdotes ex vobismetipsis, vt nō indigeatis filiis Leui. Iose. lib. 8 an. iu. ca. 8 Et tamen hæc oīa erant cōtra legis ꝑcepta, videlicet facere similitudinē ad colendū in ea deū, vt in Exodo legitur, similiter sacrificare extra Hierusalem tēplo ibi cōstructo, & de aliis tribubus facere sacerdotes. Exodi. 20 Constituitq; diem solennem in mense octauo, quintadecima die mēsis. id est, diem dedicationis phanorum suorum atq; altarium, quemadmodum Salomon septimo mense ad hoc certum deputauerat diem, ideo subdit, 3. Regū. 8 in similitudinē solennitatis dedicationis q celebratur in Iuda. i. in Hierl̄m & in tēplo ac pp̄lo tribus Iudæ. Et ascendēs altare. i. ad altare accedēs, similiter fecit in Bethel. i. phano ibi cōstructo, vt imolaret vitulis q̄s fabricatus fuerat, sicq; assumpsit sibi sacerdotale officium. Et manifeste dicit scriptura, ꝙ vitulis immolauit, nō

dro vero in vitulis & quamuis deus verus qui eduxit Israel de Aegypto sit vnus, pluraliter tamē D
dixerūt: Ecce dñ tui juxta modū loquēdi idololatrarū, vel plurale pro singulari ponēdo, sicut de
vitulo Aaron loquebātur. Isti sunt dñ tui. ⌊Constituitq́ in Bethel sacerdotes excelsorū, quæ fece
rat & ascendit super super altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octaui, quē
Exodi. 32 Osee. 7 finxerat de corde suo. Et fecit solennitatem filijs Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incē
sum⌋ .i. solēnitatem dedicationis celebraret, sicut expositum est, de qua multa loquūtur in Osee:
Dies regis nostri .i. hæc est dies solēnis quā rex noster Hieroboam instituit nobis, prout ibi ex-
positum fuit. Circa hæc scribit Lyra: Dicūt aliqui & satis probabiliter, secundum ista Iosephi ver
Iose. lib. 8 ant. ca. 8 ba, q populus in illis vitulis adorauit deum. Contra quod scribit Rabbi Paulus & ait, quod po-
pulus in illis vitulis adorauit deum, & sic excusatus fuit à peccato idololatriæ, est penitus inconue
R. Paul. Exodi 32 niens, quoniam sub eisdem forma & modo coluerūt vitulos, sicut populus Israel in deserto vi-
Psal. 105 tulum aureum, dicēdo: isti sunt dñ tui Israel, &c. sicq́ vitulos receperūt in deos. Iuxta illud: Mu
tauerunt gloriā suam in similitudinem vituli comedentis fœnum: Vnde & in Amos habet: Qui
Amos. 8 iurāt in delicto Samariæ, & dicūt: Viuit deus tuus Dan. Iuxta tropologiam patet ex isto capitulo
Eccl. 34 quàm stultum sit sapientiorum, seniorū & expertorū consilia nō sectari, & iuniorum consilijs ad-
Prouer. 11 hærere. Qui eñ non est expertus, pauca recognoscit, & vir in multis expertus cogitat multa, e-
ritq́ salus vbi sana consilia. Insuper Roboam malos, duros & ambitiosos pręsidentes designat q
subditis suis nesciunt humiliter respondere, mititer loqui, condescendere, & in pijs acquiescere p-
cibus, sed propria commoda quærūt, timeri & honorari desiderāt, & cū austeritate ac potētia p-
sunt. Similiter Hieroboam eos præfigurauit, qui in principio suæ promotionis sunt boni sed tē-
pore procedente, honores peruertunt ipsorū mores, ita q timore perdendi principatum aut su- E
stinendi molestiā in multa & grauia labūtur facinora, nec confidunt in domino, sed honores, di-
gnitates & prælationes suas quasi simulachra quædā colunt, amāt, appretiātur. Nec Hieroboam
iste ex formidine qua occidi timuit, excusat, qm̃ p prophetā deus sibi promisit, q eēt cū eo & do-
3. Regū. 11 mū ei ædificaret fidelē, si in suis pmaneret pceptis, sed ipse diuinā promissionē nō ppēdit, nec eius
iussionē implere curauit. Postremo cōstat ex his ad quāta facinora trahat ambitio, qa Hierobam
iste in tātum ad suā dominationē afficiebat, q timore perdēdi eādē, introduxit idololatriā pessi-
mam, & totum populum dei sibi commissum auertit à cultu dei, ad multiplicem diuinorū trans-
gressionē præceptorū, vniuersam sibi creditā cōitatē induxit, nō considerās neq́ formidās diuini
rigorē iudicij, acerbitatē æterni supplicij, neq́ suorū immanitatē, innumerabilitatḗq scelerum.

EXPOSITIO CAPITVLI XIII. Et ecce vir dei de Iuda. Art. XXI.

INcrepatio & obstinatio ipsius Hierobam hic describūtur. ⌊Et ecce vir
dei⌋ videlicet sanctus propheta q fuit dei, non solū per creationē & ge
neralē gubernationē, sed itē per pdestinationē æternā & specialē deuo
tionē, ⌊venit de Iuda⌋ .i. de terra regni Iudæ, ⌊in sermone dñi⌋ .i. ha-
bens sibi cōmissum sermonē, impio regi denūtiandū, vel in sermone do
Der. Eo. hist. libr. 3 Re. ca. 29. mini .i. ex dei pcepto. De isto viro magister in historijs ait, q̃d in Para- F
lipomenon vocet Addo, sed aduertēdū q secūdo Paralipomenon scri
2. Para. 12 ptū est, opera Roboam scripta sunt in libro Addo vidētis. Similiter eo-
2. Regū. 9 dem libro fertur. Reliqua verba Salomonis scripta sunt in visione Ad-
do vidētis cōtra Hieroboam, ex qbus probabiliter æstimat, q vir iste
fuerit Addo, non tñ in Paralipomenon dicit istud, ⌊in Bethel⌋ ad phanū quod erat ibidē, ⌊. Hie
roboam stante sup altare⌋ .i. ante illud, ita q pro parte eminebat superius, ⌊& thus iaciente, & ex-
clamauit contra altare in sermone dñi, & ait: Altare altare⌋ non q altare potuerit verba intellige
re vel audire, sed propter astātes ad altare, verbū direxit vt ipsi aduerterēt. ⌊Hęc dicit dñs: Ecce
filius nascetur domui Dauid⌋ .i. in regno Iudæ ex semine Dauid, ad magnū illius regni cōmodū
ac profectū, ⌊Iosias noīe⌋ quod addit propter maiorē excellentiā ac certitudinē vaticinij huius
& propter sanctitatē tāti regis, ⌊& immolabit⌋ .i. cōburet quātum ad ossa, ⌊super te sacerdotes
excelsorū⌋ .i. phanorū & altariū seu vitulorū aureorū in locis sublimibus positorū, ⌊qui nūc in te⌋
id est, super te, ⌊thura succendūt, & ossa hominū super te incēdet⌋ quod qualiter factū sit, infra
4. Reg. 23 libro quarto describit, & hoc fecit Iosias in contēptū idololatriæ & phanorū. Vnde infra voca-
tur pollutio illorū altariū, quod etiā fuit deo placitū tanq̃ sacrificiū, propter q̃d vocatur hic immo
latio. ⌊Deditq́⌋ propheta, ⌊in illa die signū⌋ .i. miraculū fecit, ad probādum q vere loquere-
tur ex parte dei, ⌊dicēs: Hoc erit signū quod loquutus est dñs. Ecce altare scindetur⌋ cum tamē
sit forte ac factū de nouo, ⌊& effundet cinis q in eo est⌋ .i. qui sup altare māsit ex cōbustione holo
caustorū decidet p scissurā altaris. ⌊Cūq́ audisset rex sermonē hominis dei, quem inclamauerat
contra altare in Bethel, extēdit manū suā de altari, dicēs: Apprehēdite eū⌋ .i. captiuate. ⌊Et ex-
aruit manus eius qua extēderat cōtra eū, nec valuit eam retrahere ad se. Altare quoq́ scissum est,
& effusus est cinis de altari, iuxta signū quod prædixerat vir dei, in sermone dñi, Et ait rex ad vi-
rū dei.

A rum dei,⌋ex plaga dei perterritus:⌊Deprecare faciem dñi dei tui⌋.i.pietatis eius respectũ,⌊& ora pro me,vt restituat manus mea mihi⌋.i.vt curet à deo,sicq; vti valeã ea,& quantũ ad vsum eã recipiam.⌊Orauitq; vir dei faciem dñi,⌋reddens bonũ pro malo,⌊& reuersa est manus regis ad eũ,& facta est sicut prius fuit,⌋vt ex tantis dei miraculis ac beneficijs cõpungeret ac pœniteret.⌊Loquutus est aũt rex ad virũ dei,⌋volẽs esse gratus eidẽ:⌊Veni mecũ domũ, vt prandeas, & dabo tibi munera.⌋Si pro curationis supnaturalis beneficio tẽporale qd rependere voluit,symoniacũ fuit,prout infra de Naamã inducet.⌊Rñdit vir dei ad regẽ:Si dederis mihi mediam partẽ domus tuæ,⌋imò & totã domũ,totũq; regnũ,⌊non veniã tecũ,nec comedã panẽ,neque bibã aquã in loco isto.Sic eñ mandatũ est mihi in sermone dñi,⌋& pro nulla re mundi licet dei mandatũ præuaricari,⌊pcipientis:Non comedes panẽ, neq; bibes aquã,nec reuerteris per viã qua venisti.⌊Abijt ergo p aliam viam,& nõ est reuersus per iter quo venerat in Bethel.Prophetes aũt quidã senex habitabat in Bethel,ad quẽ venerunt filij sui,& narrauerũt ei oĩa opera quæ fecerat vir dei illa die in Bethel. Et verba quæ loquutus fuerat ad regẽ,narrauerũt patri suo.Et dixit eis pater eorũ:Per quã viam abijt?Ostenderunt ei filij sui viã per quã abierat vir dei,qui venerat de Iuda.Et ait filijs suis:Sternite mihi asinũ. Qui cũ strauissent, ascendit & abijt post virũ dei,& inuenit eũ sedentẽ subtus terebinthum.Et ait illi:Tu ne es vir dei,qui venisti de Iuda?Rñdit ille: Ego sum.Dixitq; ad eũ:Veni mecũ domũ,vt comedas panẽ.Qui ait:Nõ possum reuerti,neque venire tecũ,nec comedã panẽ,neq; bibã aquã in loco isto,q a loquutus est dñs ad me,in sermone dñi,dicens:Non comedas panem,& non bibas aquã ibi,nec reuerteris p viam qua ieris.Qui

B ait:Et ego propheta sum similis tui.Et angelus loquutus est mihi in sermone dñi,dicens:Reduc eũ tecũ in domũ tuam,vt comedat panẽ, & bibat aquã.Fefellit eũ,& reduxit secũ.⌋Timuit eñi ille bonus propheta offendere deũ,non obediendo cõmissioni diuinæ factæ p angelũ,vt putauit, tamẽ nõ debebat ita faciliter credere,sed dñm inuocare vt sibi sup hoc veritatẽ ostenderet,quẽadmodũ si alicui appareat quis in specie Christi,& dicat se Christũ ac iubeat adorare,ideo ait Iohannes apostolus:Charissimi nolite omni spũi credere,sed probate spũs virũ ex deo sint. 1.Iohã. 4 ⌊Comedit ergo panẽ in domo eius & bibit aquã.Cũq; sederẽt ad mensam,factus est sermo dñi ad prophetã qui reduxerat eũ⌋.i.ad pseudoprophetã.Quid aũt dñs dixerit huic falso p angelũ,in textu non exprimit,sed ex sequentibus elicitur.Annuntiauit etenim ei quid bonus ille propheta passurus esset pro inobedientia sua.Et forsan non vidit exterius angelum in aliqua forma sensibili,sed in vi imaginatiua audiuit & vidit qd subditur.⌊Et exclamauit ad virum dei,qui venerat de Iuda,dicens:Hæc dicit dominus:Quia non obediens fuisti ori domini,& non custodisti mandatũ quod præcepit tibi dominus deus tuus,& reuersus es,& comedisti panem,& bibisti aquam,in loco in quo præcepit tibi,ne comederes panem,neq; biberes aquam,non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum⌋.i.ad patriam tuam viuus non reuerteris,nec sepelieris in ea.Denique prophetica reuelatio,cum sit donum gratiæ gratis datæ,communis est bonis & malis,sicq; impio huic facta est reuelatio illa.⌊Cumq; comedisset & bibisset,strauit asinum suum propheta quem reduxerat.Qui cum abijsset,inuenit eum leo in via,⌋qui leo, deo sic ordinante,ibi aduenit ductu angeli boni,quo ductu animalia venerunt ad Noe in arcam, Gene. 7 ⌊& occidit,⌋non corpus eius dilaniando,sed forsitan simpliciter suffocando,iuxta quem modum leones occiderunt sanctum Ignatium martyrem illustrissimũ.⌊Et erat cadauer eius proiectũ in itinere,⌋vbi & leo corpus extinctũ proiecit,vt factum à trãseuntibus videret & publicaretur.Vnde apparet q sanctus

C ille propheta,viso leone,paululum declinauit à via,ex naturali mortis timore,& tamen ipsam mortem æquanimiter pro sua culpa sustinuit.⌊Asinus aũt stabat iuxta illum,⌋puta leonem, non fugiens neq; læsus,vel iuxta illũ prophetam occisum,⌊& leo stabat iuxta cadauer,⌋custodiens asinum & corpus exanime.In quo facto considerantur multa miracula,q.s.leo nec defunctum nec asinũ laniauit aut manducauit,nec facto commisso recessit,vt suæ naturæ est,& instar rationalis creaturæ custodiuit occisum,ne à bestijs aut auibus tangeret.Atq; vt ait Glossa,Ex hoc q leo cadauer sic honorauit,constat,q culpa prophetæ relaxata fuit in sua morte.Præterea aliqui dicũt,prophetam illum fuisse partim inductum ad credendũ pseudoprophetæ desiderio corporeæ escæ,quia esurijt.Gregorius aũt videtur sentire,q sanctus ille propheta per miracula,per se exhibita,inani motus sit gloria,ideoq; pmissus sic decipi.Itẽ ait Gregorius:Bene ex ore mali prophetæ,sentẽtiam mortis accepit,cuius seductione à præceptis vitæ declinauit,vt inde pœnã veraciter sumeret,vnde culpam negligẽter admisit. Gregor. ⌊Et ecce viri transeuntes, viderunt cadauer proiectũ in via,& leonem stantem iuxta cadauer,& venerũt,& diuulgauerunt in ciuitate,in qua prophetes ille senex habitabat.Quod cum audisset propheta ille,qui reduxerat eũ de via,ait:Vir dei est⌋.i.corpus ipsius,⌊qui inobediens fuit ori domini,& tradidit eum dominus leoni⌋ad occidendum,⌊& confregit eũ,& occidit iuxta verbum domini quod loquutus est ei.⌋Ex hoc apparet,quod non solum suffocauerit eum,sed & dentibus læsit vel confregit eum,quia à vitæ integritate eum subtraxit,imò quia pro culpa sua fuit occisus,forsitan fuit & læsus.⌊Dixitq; ad filios suos:Sternite mihi asinum.Qui cũ strauissent,& ille abijsset,inuenit cadauer eius proiectũ in

via, & asinũ, & leonem stãtes iuxta cadauer, non comedit leo de cadauere, nec læsit asinum. Tulit D quoq; prophetes cadauer viri dei, & posuit illud sup asinũ, ⌋ super quẽ venit ille sanctus propheta, nec timuit malus ille propheta à leone occidi, q̃a perpendit leonem ideo iuxta cadauer manere, vt traderet mox sepulturæ, ⌊ & reuersus intulit in ciuitate prophetę senis, vt plangerent eum. Et posuit cadauer eius in sepulchro suo ⌋ quod sibi ipsi iam præparauit aut deputauit, sic'q; honorauit verum prophetam, quem & ideo in proprio posuit monumẽto, vt iuxta eum sepeliret. ⌊ Et planxerũt eum, heu heu mi frater. ⌋ Iste fuit tũc modus deplangendi defunctos. Dicũt'q; aliqui, ꝙ ficte tantum deplorauerunt eũ, q̃a ad hoc falsus ille decepit eũ, vt propter inobedientiã suã mereretur occidi, vel probaret mentitus esse regi, dicẽdo se ibi nullatenus comesturum vel trãsgressus diuinum præceptũ. Sed dato ꝙ falsus ille defleuerit ipsum ficte. Probabile tamen est, ꝙ alij eũ deplanxerũt ex corde, ꝑsertim propter miracula circa ipsum in morte exhibita. ⌊ Cũ'q; planxissent eum, dixit ⌋ pseudopropheta ille, ⌊ ad filios suos: Cũ mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in q̃ vir dei sepultus ẽ, iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profecto enĩ ⌋ .i. indubitanter & certe ⌊ veniet ⌋ id est, implebitur, ⌊ sermo quem prædixit in sermone dñi ⌋ .i. dei verba sibi dicta ac reuelata repetendo. Vel veniet sermo. i. res significata per sermonẽ, ⌊ contra altare q̃d est in Bethel ⌋ ꝙ. s. supra ipsum comburentur ossa sacerdotum ipsius sacrilegoꝝ, ⌊ & contra omnia phana excelsoꝝ, quæ sunt in vrbibus Samariæ ⌋ in locis altis constructa. Verũtamen huc vsq; nõ legitur bonus ille propheta prophetasse de prophanatione phanoꝝ illoꝝ, sed ex verbis istis elicit, ꝙ etiã contra illa oĩa prophetauit, quæ post tempus istius pseudoprophetæ multiplicata fuerũt, & infra libro quarto legũtur à Iosia esse destructa. Hinc falsus iste iussit se sepeliri iuxta sanctũ prophetã, vt ossa sua cũ E

4. Reg 23 ossibus illius prophetæ manerẽt intactu, nec cremarent super illud altare. ⌊ Post hæc verba ⌋ id ẽ, post præfata gesta & signa ac vaticinia, ⌊ nõ est reuersus Hieroboam de via sua pessima ⌋ cũ vidisset præfata miracula de scissione altaris & curatione proprię manus, nec dubiũ quin & percepit quæ gesta erãt circa bonũ illũ prophetã, ⌊ sed ecõtrario fecit de nouissimis *populi ⌋ .i. etiam de vilioribus hominibus decẽ tribuũ, ⌊ sacerdotes excelsoꝝ ⌋ .i. idoloꝝ & phanoꝝ quæ erãt in locis sublimibus cõstituta. ⌊ Quicũq; volebat, implebat manũ suã & fiebat sacerdos excelsoꝝ ⌋ .i. consecrari se fecit & hostiã obtulit, quæ in cõsecratione sacerdotũ cõsueuit offerri. Vel impleuit manũ suam portando in manibus suis munera regi, per q̃ obtinuit sacerdotiũ illud. Vel impleuit manũ ipsius regis dando ei pretiũ siue pecuniã pro sacerdotio obtinẽdo, ⌊ & propter hãc causam peccauit domus Hieroboam ⌋ .i. cognatio seu soboles & familia eius atq; domestici sequẽtes scelera regis, ⌊ & euersa est & deleta de superficie terræ. ⌋

*alo, populis.

¶ Circa hæc quærit, prĩo, qualiter potuit eẽ ꝙ Hieroboam post signa prætacta mãsit tã obstinatus. Ad quod Iosephus, alij'q; expositores & magister in historijs ipsum sequentes, dicunt quòd pseudopropheta ille persuasit Hieroboam regi non fuisse verum prophetam, quem dominus per leonem occidit, dexterã'q; ipsius ex labore thurificandi & immolandi obstupuisse seu aruisse, & cum inde quieuisset ad pristinum redisse vigorem, atq; altare fuisse scissum ex onere impositarum hostiarum. Sed textus non videtur his consonare, quoniam sicut iam patuit, falsus ille euidẽter dixit ac fatebatur, quòd propheta ille fuisset vir dei, & quod in nomine dei esset loquutus, quod item omnia quæ prædixit certissimè implerẽtur, F quod etiam esset à leone occisus, eo ꝙ dei præceptum fuit transgressus comedendo in loco prohibito.

Iose. lib 8 an. iu. ca. 9 Pec. Co hist. lib 3 Re. ca. 19.

¶ Deinde quæritur, an bonus ille propheta peccauit mortaliter comedendo in loco illo. Videtur quod sic, quia diuinum violauit præceptum, & fuit inobediens deo, & quia fuit statim occisus. Ad istud non audeo aliquid affirmare, nisi ꝙ peccatum illud fuit aut leue mortale aut grossum veniale, & quamuis materialiter præuaricatus fuit præceptum diuinum, non tamen formaliter vt apparet, quia putauit deum interim mutasse præceptum. Ex his infert Henricus de Hassia, quod homo difficulter excusetur à diuini transgressione præcepti, imo & faciliter incidat eam, quia propheta iste non obstante, quod credidit dominum præcepisse, quod falsus ille asseruit, nihilominus iudicatus est inobediens fuisse. Quid ergo de his qui ex certa scientia, ex proposito, ex mera malitia peccant, & si iustus atque omnipotens deus tam cito ac dire vltus est culpam illam quæ tantam habuit excusationem & alleuiationem, qualiter puniturus est eos qui sine freno absq; timore ac numero transgrediuntur.

¶ Deniq; constat ex isto, qualiter deus suos electos in præsenti castigat, reprobos vero æternæ damnationi reseruat. Nam sanctum illum prophetam pro culpa sua mox interemit, sed pseudoprophetam illum reliquit hic impunitum. Innotescit item ex his, qualiter dominandi libido obtenebret, induret'q; animum & incorrigibilem efficiat hominem, ita vt nec signis, nec beneficijs, nec ratione, nec comminatione retrahatur à vitijs. Itaq; quando in vita hac occurrunt nobis mala morte minora, pensemus qualiter ille vir dei pro modica vt apparet culpa patienter tulit mortis illius tormenta, sic'q; semper patientes ac humiles permaneamus.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI XIIII. In tempore illo ægrotauit Abia. Art. XXII.

A DE vitijs, debitisq́ punitionibus Hieroboam regis decem tribuũ & Roboam regis Iudæ hic agitur. ⌊In tẽpore illo ægrotauit Abia filius Hieroboam⌋ primogenitus, ægrotauit aũt ægritudine, de qua paulo post obijt, & quamuis ægrotatio illa ex naturalibus potuit causis procedere, ex diuina tamen prouidentia, cui naturalia cuncta subdunt, pͥncipaliter venit, vt impius rex in ægrotatione & obitu primogeniti, chariorisq́ filij sui grauiter affligeretur. Secundo, ne bonus iuuenis ille paulatim inficeretur criminibus patris ac populi sui, sicut de iusto legitur in libro Sapientiæ: Viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut ne fictio deciperet animam eius. Sapie. 4

Tertio, ne iuuenis ille diutius viuendo videret mala pœnalia suæ cognationi futura. Quemadmodum infra habetur de rege Iosia. Iam colligam te ad patres tuos, vt non videant oculi mala quæ 4. Reg. 22
inducturus sum super locũ istũ. ⌊Dixitq́ Hieroboam vxori suæ: Surge & cõmuta habitũ, ⌋ induendo plebeia ac vulgaria vestimẽta, ⌊ne cognoscaris, ꝙ vxor sis Hieroboã, ⌋ vtpote regina, ne forte propheta ad quẽ ibis, abneget tibi dicere veritatẽ propter me, qa eius informationi & pceptis dei mihi p eũ datis nõ acquieui, vel ne propter regiũ fastũ vereat tibi dicere quid verũ est. ⌊& vade in Silo, vbi est Ahias propheta, qui loquutus est mihi, ꝙ regnaturus essem sup populũ hũc. Tolle quoq́ in manu tua⌋ .i. in aliquo repositorio seu canistro manu portando, ⌊decẽ panes & crustulã⌋ .i. panẽ paruũ ac tenuẽ sic vocatũ, qa totaliter quasi crusta est, de quo sæpe in Exodo agit mentio, ⌊& vas mellis, ⌋ quæ oĩa misit prophetæ antiquo quasi in eleemosynã, & vt ad bene Exodi. 29
B uolentiã prouocaret, non aũt vt pͥtiũ prophetiæ, imo magis vt stipendiũ vitæ, vel si impius rex corrupta misit intentione, sanctus tĩ propheta nõ accepit nisi vt sustentaculũ vitæ, ⌊& vade ad illũ. Ipse eñ⌋ Ahias propheta q mihi pͥdixit ꝙ regnarẽ, ⌊indicabit tibi qd euenturũ sit huic puero, ⌋ credebat ergo Hieroboã, ꝙ propheta ille de hoc facilr̃ impetraret reuelationẽ à dño. ⌊Fecit vt dixerat Hieroboã vxor eius. Et consurgẽs, abijt in Silo, & venit in domũ Ahiæ. At ille non poterat videre, qa caligauerant oculi eius præ senectute. Dixit aũt dñs ad Ahiam: Ecce vxor Hieroboam ingredit, vt consulat te sup filio suo, qa ægrotat. Hæc & hæc loqueris ei. Cũ ergo illa intraret, & dissimularet se esse quæ erat, audiuit Ahias sonitũ pedũ eius introeuntis per ostiũ, ⌋ cui deus iam reuelauit q̃ esset, cur venisset, & quid puero eueniret, ⌊& ait: Ingredere vxor Hieroboã Quare aliã esse te simulas, ⌋ quasi dicat, frustra hoc agis, quia diuina reuelatione pandunt occulta & si humanã, non tamen propheticã ac diuinã potes effugere notionẽ. ⌊Ego autem missus sum ad te durus nuntius⌋ .i. aduersa & aspera nuntians, sed cũ mulier ista missa fuerit ac venerit ad pphetam, non ille ad ipsam, quomodo verũ est quod ait: Ego missus sum ad te? Et respondendũ, ꝙ quædam missio est localis, qua fœmina ista venit missa ad vatẽ. Alia est missio spiritalis, qua qs dicitur mitti, quia ad agendũ aliquid deputatur, dirigitur, ordinat, sic propheta iste fuit missus .i. directus à spũ sancto ad loquendũ fœminæ huic verba sequẽtia, de qua missione in Hieremia habetur: Auditũ audiuimus à dño & legatus ad gẽtes missus sum. & in Abdia: Legatũ ad gentes misit, quia nec Hieremias neq́ Abdias corporaliter missus fuit gẽtilibus. ⌊Vade dic Hieroboã⌋ tuo marito: ⌊Hæc dicit dñs deus Israel. Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem sup populum meũ Israel, & scidi regnũ domus Dauid, & dedi illud tibi, & nõ fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & sequutus est me in toto corde suo, faciens quod placitũ esset Hiere. 49 Abdias
C in conspectu meo, sed operatus es male super omnes qui fuerũt ante te, & fecisti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares⌋ .i. peius q̃ reges Israel te priores operatus es. ex quo videtur grauius peccasse, q̃ Salomon, qui non coluit deos alienos ex animo, sed ne contristaret suas delitias, neq́ induxit communitatẽ generaliter ac directe ad idololatriã, nec cultũ veri dei in templo prohibuit, ⌊me aũt proiecisti post corpus tuũ⌋ .i. tanq̃ aliquid vile reliquisti atq́ à tuo corde abiecisti. ⌊Idcirco ecce ego inducam mala sup domũ Hieroboam, percutiã de Hieroboã mingentẽ ad parietem⌋ .i. quicquid masculini est sexus, cui cõpetit stando ad parietem emanare vrinã, ⌊& clausum & nouissimum in Israel⌋ .i. etiam incarceratos ac viliores quosq́ de semine eius, qui ei cõmunicauerunt in crimine, cũ tamen talibus miserabilibus personis soleat parci. Porro, ꝙ per mingentẽ ad parietẽ debeat intelligi masculus, patet ex eo, quod supra libro primo Dauid dixit de Nabal: Non mansisset mingens ad parietẽ vsq́ ad mane. Quidã per mingentẽ ad parietem intelligũt vel canem qui crure leuato super parietẽ mingit, vel infirmos ac debiles q mingere nequeunt, nisi se ad parietẽ appodiando, qui sensus non videt conueniens, nec textui consonus. Deus eñ principaliter minabat sanis ac fortibus viris, deinde infirmioribus & hoĩbus nõ canibus, ⌊& mundabo reliquias domus Hieroboam⌋ .i. terrã purgabo ab eis, auferẽdo eos de vita hac, ideo subdit, ⌊sicut mundari solet fimus vsq́ ad purũ⌋ .i. sicut purgat domus à fumo, per hoc ꝙ fumus educit. ⌊Qui mortui fuerint de Hieroboã in ciuitate, comedẽt eos canes: qui aũt mortui fuerint in agro, vorabũt eos aues cœli, qa dñs loquutus est: Tu igitur surge, & vade in domũ tuã, & ipso introitu pedũ tuorum in vrbem⌋ .i. intrante te domum tuam, ⌊morietur puer⌋ videlicet 1. Regũ 25

MM 3 filius

filius tuus Abia, qui tamē fuit virilis ætatis aut circiter, ⌊ & plāget eū oĩnis Israel, & sepeliet. Iste e- D
nim solus inferetur de Hieroboam, ⌋ .i. de sobole eius, ⌊ in sepulchrū ⌋ itaq́ reuerenter sepeliet,
⌊ quia inuētus est super eo sermo bonus à dño deo Israel in domo Hieroboam ⌋ .i. iste solus inter
filios Hieroboam bonus est, & deus de ipso bona loquutus est ad suū honorē. Fuit eqdem virtuo
sus, atq́ vt fertur, cum pater eius prohibuisset populo suo ire & sacrificare in tēplo Hierusalē, & in
vijs posuisset aliquos ad obseruādū, an aliqs illuc iret vt caperēt eos. Iste Abia pro posse amouit il
lud impedimentū & cooperabat ad hoc q̄ libere irēt ad tēplū. Multi qppe ex decē tribubus illuc
2. Para. 11 iuerūt, iuxta illud secūdi Paralipomenon. De cūctis tribubus Israel quicūq́ dederāt cor suum, vt
quærerent dñm deū Israel, venerūt Hierusalem ad immolādū victimas dño deo patrū suorum.
⌊ Constituet aūt dñs sibi regem super Israel, q percutiat domū Hieroboā in hac die ⌋ .i. de pro-
ximo vel eadem die circulo redeunte, ⌊ & in hoc tēpore, & percutiet dñs deus Israel ⌋ .i. decē tri-
Matt. 11. bus pro suis sceleribus puniet, & de terra ista expellet, ⌊ sicut moueri solet arūdo in aqua, ⌋ vbi vē-
Luce. 7 to faciliter agitatur, sicut in euāgelio dicit: Quid existis in desertū videre arundinē vēto agitatā?
4. Reg. 17 ⌊ Et euellet Israel de terra bona hac, quā dedit patribus eorū, & ventilabit eos trans flumē, q a fece
runt sibi lucos, vt irritarent dñm ⌋ .i. disperget eos in terrā Assyriorū, vt infra legitur factū, sic q̄
Iosue. 24. per fluuiū potest intelligi, vel Iordanis, vel Mesopotamiæ, aut Syriæ flumen, de quo Iosue ait:
Trans fluuiū habitauerūt patres vestri. ⌊ Et tradet dñs deus Israel ⌋ vtpote decē tribus aduersa-
rijs suis, ⌊ propter pctā Hieroboam, q peccauit & peccare fecit Israel, ⌋ .i. propter crimina regis
sui, in quibus & ipsi imitati sunt eū. ⌊ Surrexit itaq́ vxor Hieroboam, & abijt, & venit in Ther-
za. Cūq́ illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est, & sepelierunt eū. Et planxit eū omnis
Israel iuxta sermonem dñi quē loquutus est in manu serui sui Ahiæ prophetæ. Reliqua aūt ver-
borum Hieroboam qūo pugnauerit, & qūo regnauerit, ecce scripta sunt in libro verborū dierum
regum Israel. Dies aūt qbus regnauit Hieroboam, viginti duo anni sunt. Et dormiuit Hieroboā
cū patribus suis, regnauitq́ Nadab filius eius pro eo. ⌋ Expedita descriptione vitæ ac mortis pri
mi regis decem tribuū, redit scriptura ad describendū facta regis Iuda cōtēporanei eius. ⌊ Porro E
Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda. Quadraginta & vnius anni erat Roboam, cū regna-
re cœpisset, & decē & septem annos regnauit in Hierusalem, ciuitate quā elegit dñs, vt poneret
nomen suū ibi, ex oĩnibus tribubus Israel. Nomē aūt matris eius Naama Amanithis. ⌋ Vnde ap-
paret, q̄ Salomon de prima & principali cōiuge sua filia Pharaonis, non habuerit filiū masculū
vel si habuit, non māsit superstes vsq́ ad mortem Salomonis, alias successisset ei in regno, si tamē
ad hoc aptus fuisset. ⌊ Et fecit Iudas ⌋ .i. rex Roboam & populus eius, ⌊ malū coram dño ⌋ omnia
intuente, ad cuius irreuerētiā, peccatiq́ grauitatem spectat, q̄ infelix creatura ipso præsente ac in-
spiciente audet peccare, ⌊ & irritauerūt eū super omnibus quæ fecerāt patres eorū, in peccatis suis
quæ peccauerūt. Aedificauerūt eñ & ipsi sibi aras, & statuas ⌋ .i. altaria & idola, qbus super alta-
ria illa immolaret, ⌊ & lucos ⌋ .i. nemora pro idololatrijs & luxurijs exercēdis, ⌊ *super omnē col
lem excelsum, & subter omnē arborē frondosam ⌋ quæ distributio accōmoda est, atq́ intelligē-
da pro generibus singulorū, non pro singulis generū, sicut & infra sæpe, ⌊ sed & effœminati fuerūt
in terra ⌋ Iudæ .i. euirati, natura, arte aut actu seu molles ad fœmineā fragilitatē deducti & ener-
uati seu ephœbi, vitijs Sodomaticis dediti, prout secūdo Machabæorū libro narrat, & in Esaia F
pueris alienis adhæserūt, ⌊ feceruntq́ oēm abominationē gētiū, quas attriuit dñs ante faciē filiorū
Israel. ⌋ Cōsequēter tātorū punitio scelerū recitat. ⌊ In quinto aūt anno regni Roboam ⌋ qui vt
2. Mac. 4 secūdo Paralipomenon legit tribus annis cū populo suo ambulauit in via dñi, ⌊ ascendit Sisar rex
Esa. 2 Aegypti in Hierusalē ⌋ quæ tūc fuit tribus muris fortissimis clausa & munita, ideo eā tā cito ac fa
2. Para. 12 ciliter nō potuisset intrare, nisi intromissus fuisset, cū & potētissimus ille Nabuchodonosor, quasi
4. Re. 25. triennio obsederit eā anteq̄ eā potuit obtinere, quā nec tūc obtinuisset, nisi fames inualuisset in ci-
uitate. Itaq́ prout Iosephus & magister in historijs tradūt, rex Aegypti pcedentibus pactis fuit
intromissus, sed fœdera nō seruauit, imo tēplū, palatiū, ciuitatē spoliauit nō modice, vt cōsequēter
textus q planus est, enarrat, ⌊ & tulit thesauros domus dñi, & thesauros regios, & vniuersa diripu
it. Scuta quoq́ aurea quæ fecerat Salomon, pro qbus fecit rex Roboam scuta ærea, & tradidit ea in
manū ducū scutariorū, & eorū q excubabāt ante ostiū domus regis. Cūq́ ingrederet rex in do-
mum dñi, portabāt ea q præeundi habebāt officiū, & postea reportabāt ad armamētariū scuta-
riorum. Reliqua aūt sermonū Roboam, & omnia q̄ fecit, ecce scripta sunt in libro sermonū dierū
regū Iuda. Fuitq́ bellum inter Roboam & Hieroboam cūctis diebus. Dormiuitq́ Roboam cum
patribus suis, & sepultus est cū eis in ciuitate Dauid. Nomē aūt matris eius Naama Amanithis, &
2. Para. 12 regnauit Abia filius eius pro eo. ⌋ Quæ hic nō exponūtur, in secūdo libro Paralip. patēt & expo
nūtur. Passibus aūt planis atq́ facilibus nō est immorādum, nisi forte propter moralitatē aut sen
tentiarū fœcūditatē, moralitatisq́ fructū. Spiritaliter per Hieroboā designātur iniqui prælati ac
præsidētes iniusti, q de bonis ecclesiæ aut inferiorū ditati, & ecclesiasticis dignitatibus sublimati,
ingrati sunt deo, à q̄ oĩs promotio & negligēter, carnaliter ac scādalosi se gerūt, nō inducētes po
pulū ad virtutes, sed magis ad vitia. Taliū vnicuiq́ potest dñs dicere, q a exaltaui te de medio po-
puli, &c.

A puli,&c. Tales nãq; grauissimã dãnationem merentur. Postremo, quẽadmodũ Roboam suis sceleribus meruit subdi regi Aegypti, spoliari ab eo, ac ei seruire, sic pastores ac rectores iniusti, inuisibilibus hostibus aperiunt aditum & pãdunt ingressum in ecclesiã dei ad perimendũ ac spoliandum plebem Christi charismatibus spiritus sancti.

¶EXPLANATIO CAPITVLI XV. Igitur in octauodecimo anno regni Hieroboam. Art. XXIII.

Nunc de Abia & filio eius Asa regibus Iuda, de Nadab quoq; & Baasa regibus Israel tractat scriptura. Igitur in octauodecimo anno regni Hieroboam filij Nabat, regnauit Abia super Iudã. Tribus annis regnauit in Hierusalẽ, nõ integris, sed duobus & parte tertij anni. Nomẽ matris eius Maacha filia Absalom. Aliqui dicunt in Hebræo haberi filia Abisalom, quẽ putãt aliũ esse ab Absalom filio Dauid. Magister in historijs ait, ꝙ Maacha fuit filia Thamar filiæ Absalonis. Vnde dictũ est libro secundo, q̃d Absalom habuit filiam elegãtis formæ noĩe Thamar. Ambulauitq; in omnibus peccatis patris sui, q̃ fecerat ante eũ, nec erat cor eius perfectũ cũ dño deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Veruntamen sicut Roboam fuit ad tẽpus bonus, ita Abia, quẽadmodũ secũdo Paralipomenon continet. Pet. Co. hist. lib. 3 Re cap. 31 2. Reg. 14

B ¶Præterea quæritur, quõ Maacha dicat hic filia Absalom, cũ in præallegato Paralipomenon legat libro, nomen eius Michaia filia Vriel de Gabaa. Ad q̃d in expositiõe illius libri diffuse responsum est. Sed propter Dauid dedit ei dñs deus suus lucernã in Hierusalem, vt suscitaret filiũ eius post eũ, & staret in Hierusalem, eo ꝙ fecisset Dauid rectũ in oculis dñi, & non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei cũctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hitthæi, i. demptis criminibus quæ cõmisit in Vriam & cõiugẽ eius, quæ erãt ita enormia, ꝙ cõparatiõe illorũ, alia eius pctã quasi nulla aut minima reputãtur. Nihilominus vt patuit supra libro secũdo, imo & primo ipse Dauid in quibusdã etiã alijs non parum peccauit, sicut in populi dinumeratione & in ipsum Mephiboseth. Attamen bellũ fuit inter Abiam & Hieroboam, in quo Abia inopinatam obtinuit deo auxiliante victoriã, vt patet in Paralipomenon, omni tẽpore vitæ eius, puta Abiæ ita ꝙ inimicitia fuit inter eos & sibi inuicem particulariter nocuerunt, tñ sicut in prætacto Paralipomenon libro fertur, post prædictũ triumphũ nequiuit Hieroboã huic Abiæ resistere. Reliqua aũt sermonũ Abiæ & oĩa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborũ dierũ regũ Iudæ? Fuitq; prælium inter Abiam, & inter Hieroboã. Et dormiuit Abia cũ patribus suis, & sepelierũt eum in ciuitate Dauid, regnauitq; Asa filius eius pro eo. In anno ergo vicesimo Hieroboam regis Israel, regnauit Asa rex Iuda, & quadraginta & vno anno regnauit in Hierusalẽ. Iam dictũ est ꝙ Abia q̃ cœpit regnare anno decimooctauo, ipsius Hieroboã regnauit tribus annis, ergo Asa cœpit regnare anno vicesimoprimo Hieroboã. Rñdetur vt tactũ est, ꝙ Abia nõ regnauit ex integro tribus annis, ideo tertius ille annus p synecdochen, nũc regno Abiæ, nunc regno filij eius Asa ascribit. Nomẽ matris eius Maacha filia *Absalom. Iã dictum est, ꝙ mater Abiæ pris Asa fuit Maacha filia Absalom, quõ igit Maacha illa fuit mater istius Asa? Ad hoc cõiter rñdet, ꝙ mr̃ hic pro auia ponit. Alij opinãtur, ꝙ duæ fuerũt eodẽ noĩe nũcupatæ & sorores, quarũ vna fuerit vxor Roboam pris Abiæ, q̃ mr̃ Abiæ vocat. Alia vxor Abiæ, materq; Asa. Et fecit Asa rectũ añ cõspectũ dñi, sicut Dauid pr̃ eius. Et abstulit effœminatos de terra, i. à populo regni & territorij sui, q̃ aũt dicãtur effœminati, pcedẽti est dictũ articulo. Purgauitq; vniuersas sordes idolorũ q̃ fecerunt patres eius, i. idololatrias seu sordida idola Roboã & Abiæ destruxit, & ab eis plebẽ suã purgauit, inducẽdo eã ad pœniam, cultũq; dei. Insup & Maachã matrẽ suã amouit, à suo principatu supstitioso, sacrilego, q̃ præfuit in idololatrijs Priapi, vnde subdit, ne eẽt princeps, i. quasi plãta & abbatissa, in sacris Priapi, q̃ vocat deus hortorũ, & erat iuuenis, quẽ propter insolitã magnitudinẽ mẽbri virilis mulieres, colebãt pro deo, & in luco eius quẽ consecrauerat, i. ne in nemore illo in q̃ exercebãt sacrificia Priapi amplius psideret Priapi cultricibus. Subuertitq; specũ eius, i. speluncã, in q̃ tpe sacrorũ illorũ exercebant luxuriæ, & cõfregit simulachrũ turpissimũ, ipsius Priapi, cuius idolũ factũ erat cũ similitudine mẽbri virilis nimiũ magni & nudi, idcirco vocat turpissimũ. Nã & in sacris Priapi viri ac fœminæ incedebãt totaliter nudi, & cõbussit in torrẽte Cedron, i. iuxta vel supra torrẽtẽ illũ, extra & prope Hierl'm sitũ, in cuius ripa nascũtur Cedri, sicq; vocat torrẽs Cedron siue Cedrorũ. Pulueres q̃q; cõbusti simulachri sparsit in aquã illã, ne mater sua aut aliæ fœminæ aliquid de reliquijs illius statuæ possent colligere, atq; vt in scholastica fertur historia. Dicunt Hebræi Asa regem comminuisse idolum illud in puluerem, clamq; sparsisse puluerem in torrentem, quod vt palam fieret, ignem processisse ex aqua illa virtute diuina in signum quod placuit deo. Excelsa autem non abstulit, id est, loca illa sublimia seu altaria in eis facta, non dissipauit; in quibus filij Israel deo sacrificabant ante templi ædificationem, quod tunc licuit & etiam postea, quando non licuit; non tamen videtur fuisse peccatum mortale,

Marginal references: 2. Para. 13 · Ibidẽ · 1. Reg. 21 · 2. Reg. 24 · 16 · 2. Para. 13 · Ibidẽ · al's, Abisalom. · 3. Reg. 14 · 2. Para. 15 · Petr. Co. hist. lib. 3 Re. ca. 29

tale,

mortale, deo sup hoc moderāte rigorem aūt dispensante, & hoc insinuari videt, ex eo q̄d subditur D
2. Para.16 ⌊Veruntñ cor Asa pfectū erat cū dño deo suo cunctis diebus suis⌋ nihilominus.2. Paral. legit, in
quibusdā peccasse, præsertim ponēdo prophetā, à quo erat correptus in neruo, sed inde pœnituit
& comparatione tantarum suarum virtutū excessus illi defluxerunt vt fumus, ⌊& intulit ea quæ sancti
ficauerat pater suus, & vouerat in domū dñi argentū & aurum & vasa⌋ hoc intelligendū videt sic q
pr̄ eius Abia sortitus pfatā victoriā, vouit deo offerre argētū & aurum vasaq̄ pretiosa, sed paulopost
ad idololatriā lapsus, non adimpleuit. Asa vero intulit ea in templū, & dño deputauit ad vsum cul
3. Re.11 tus diuini. At vero quod dictū est: Excelsa non abstulit, quidā exponūt de phanis, quę Salomon
fecit idolis suarum vxorum in monte Oliueti, & alibi. Sed præfata expositio verior est, textuiq̄ concor
1. Re.9 dior, qa in phanis illis filij Israel non sacrificauerunt deo, q frequenter legunt in excelsis obtulisse,
2. Regū.22 de excelsis quoq̄ fit mentio supra, in primo, secūdo, ac tertio libris pro tempore, quod ædificatio
3. Reg.3 nem phanorum Salomonis præcessit. ⌊Bellum aūt erat inter Asa & Baasa regem Israel⌋ de quo in-
2. Para.14 fra est mentio, ⌊cunctis diebus eorum⌋ qbus pariter regnauerunt, hoc est, opportunis diebus. Sed
obuiare videt illud secundi Paral. Regnauit Asa, in cuius diebus quieuit terra decem annis, & re-
gnauit in pace, qa quietus erat, & nulla tpibus eius bella surrexerant, pacem dño largiente, sed ad
hoc ibidem responsio data est. ⌊Ascendit q̄q̄ Baasa rex Israel in Iudam⌋ .i. in terram regni Iudæ,
Iosue.18 ⌊& ædificauit Rama⌋ sicut in lib. Iosue ac Iudicū patet. Rama fuit ciuitas in tribu Beniamin, & q
Iudicū.19 dam dicunt, q sumit hic pro fortalicio magno, quod circa oppidum illud construxit. Interdū quo
q̄ Rama est nomen cōmune, significatq̄ excelsum, sicut in euangelio: Vox in Rama audita est.
Matth.2 ⌊vt non posset qspiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Iudæ⌋ hoc est, vt ipsum Asa ac po-
pulum eius artaret, ac impediret à libero exitu de terra sua ad loca alia opportuna, saltē ex illa pte E
& à regressu ad propria, qa in fortalitio voluit ponere bellatores ad infestādum, hoc modo regnū
Iudæ. ⌊Tollens itaq̄ Asa omne argentum, & aurum, quod remanserat in thesauris domus dñi, & in
thesauris domus regiæ. Dedit illud in manus seruorum suorum, & misit ad Benhadad, filium Tabrem
mon, filij Hezion regem Syriæ, q habitabat in Damasco, dicens: Fœdus est inter me & te,⌋ .i. de
cætero sit inter nos amicitiæ pactum, vel sensus est, q & ante iam fuit, ⌊& inter prem meū & tu-
um⌋ fuit fœdus, i. confœderatio pacis, ⌊ideo misi tibi munera, argentū & aurū, & peto vt venias
& irritum facias⌋ hoc est, cassum & violatū, ⌊fœdus q̄d habes cum Baasa rege Israel, & recedāt à
me⌋ si fœdus initum inter regem illū Syriæ, regemq̄ Israel fuit in se honestum aut licitum, videt
Asa peccasse petendo, vt cessaret, qa vt ait Augustinus, fidelitas etiam inter infideles est conseruā-
da & fędera pacis cū illis inita sunt tenēda. ⌊Acqescēs Benadad regi Asa, misit principes exercitus
sui in ciuitates Israel, & pcusserūt Ion, & Dan, & Abel, domū Maacha, & vniuersam Cenneroth,
oēm. s. terrā Nephthali. Quod cū audisset Baasa, intermisit ędificare Rama, & reuersus est in Ther
sa. Rex aūt Asa nuntiū misit in oēm Iudā⌋ .i. ad totū pplm regni sui etiā ad Beniamin, ⌊dicēs: Ne
mo sit excusatus⌋ venire ad me, nisi quē impossibilitas excusat. ⌊Et tulerūt lapides de Rama, & li
gna eius, qbus ædificauerat Baasa, & extruxit de eis rex Asa, Gabaa Beniamin, & Maspha⌋ .i. op
pidū sic vocatū, ea meliorādo aut in eis fortalitia construendo. ⌊Reliqua aūt oīm sermonū Asa, &
vniuersæ fortitudines eius, & cūcta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nōne hæc scripta sunt in li
2. Para.14 bro verborum dierum regū Iuda: In.2. Paral. multa magnalia de ipso sunt scripta, & ibi exposita. ⌊Ve
2. Para.15 rūtñ in tpe senectutis doluit pedes⌋ vehemētissime, & merito, qa in cōpedes, misit in pphetā, à q̄
2. Para.16 fuerat deo iubēte correptus, & ita in pnti ē castigatus, ⌊& dormiuit cū pribus suis, & sepultus ē cū
eis, in ciuitate Dauid pris sui. Regnauitq̄ Iosaphat fili9 eius p eo⌋ reuertit ad reges Isrl, q fuerūt
Ibidē sub tpe Asa. ⌊Nadab vero fili9 Hieroboā regnauit sub Isrl anno scdo Asa regis Iuda⌋ .i. āno illo se
cūdo cępit regnare. ⌊Regnauitq̄ sup Isrl duobus annis. Et fecit q̄d malum est in cōspectu dñi, &
ambulauit in vijs pris sui, & in pctis eius qbus peccare fecit Isrl. Insidiatus ē aūt ei Baasa, fili9 Achiæ
de domo Isachar, & pcussit eū in Gabbethon quæ ē vrbs Philistinorum⌋ Quare nō ait scriptura, q
interfecit eū anno q̄rto regis Asa, ex q̄ Nadab cępit regnare anno illius secūdo? Rñdetur q Nadab F
Iosue.19 nō regnauit p duos integros annos. ⌊Siqdem Nadab & oīs Israel⌋ & multi de singulis decē tri-
buum, ⌊obsidebāt Gabbethon⌋ .i. vrbem sic appellatā, quæ, vt in Iosue legit, ad tribū Dan ptine
bat, sed Philistæi eā inhabitauerūt, ideo Nadab cū pplo suo eā obsedit, vt reduceret eā ad regnum
suū. ⌊Interfecit ergo illū Baasa in anno tertio Asa regis Iuda, & regnauit p eo. Cūq̄ regnasset, p-
cussit oēm domū Hieroboā. Nō dimisit, ne vnā quidē animā de semine eius, donec deleret eū, iu-
xta verbū dñi, q̄d locutus fuerat in manu serui sui Ahiæ Silonitæ ppter pctā Hieroboā quæ pecca
uerat, & qbus peccare fecerat Isrl, & ppter delictū quo irritauerat dñm deū Isrl. Reliq̄ aūt sermo-
nū Nadab, & oīa quæ opatus est, nōne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Fuitq̄
bellū inter Asa & Baasa regem Israel cūctis diebus eorum. Anno tertio Asa regis Iuda regnauit⌋ .i.
circa finem illius anni cœpit regnare ⌊Baasa filius Achiæ sup oēm Israel⌋ .i. vniuersas decē tribus.
⌊In Thersa⌋ vrbe imperij sui ⌊vigintiquatuor annis. Et fecit malum coram domino, ambula-
uitq̄ in vijs Hieroboam, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel.⌋ Ita in vita præsanti ha-
buit suam mercedem pro obsequio diuinæ iustitiæ, exhibito in extirpatione cognationis, &
sobolis

A ſobolis ipſius Hieroboam regis. Hæc litera difficultatem non habet, idcirco prolixam expoſitio-
nem non exigit. Iuxta tropologiam, per Aſa & cæteros bonos reges Iudæ, intelliguntur veri ca-
tholici, p impios reges ac populos Iſrael, idololatras, hæretici infideles atq; ſchiſmatici, q vel ido
la vel erro͞r ſuo͞r figmenta colunt pro vero deo, inter quos ſunt aſſidua prælia.

¶EXPOSITIO CAPITVLI. XVI. Factus eſt autem ſermo domini ad Iehu. Art. XXIIII.

AGitur mentio in iſto capitulo de Baaſa, eiuſq; filio Hela, & alijs quibuſ-
dã regibus Iſrael. Factus eſt aũt ſermo domini ad Iehu filiũ Hanani 2. Paral. 16
contra Baaſa dicens. ſecũdo Paralipomenon legitur, q Hanani pro-
pheta corripuit Aſa regẽ, propter quod fuit ab eo miſſus in neruũ, ſicq;
Iehu iſte vir ſanctus creditur fuiſſe filius Hanani illius ſuccedẽs patri ſuo
non ſolum in temporalibus, ſed & in diuinis chariſmatibus gratiæ gra-
tum facientis & gratiæ gratis datæ. Pro eo q exaltaui te de puluere,
id eſt, de paruo ſtatu promoui ad regnum ſaltem permiſſiue, & poſui
te ducem ſuper populum meum Iſrael, tu autem ambulaſti in via id ẽ,
idololatria & peſſima conuerſatione, Hieroboam, & peccare feciſti
populum meũ Iſrael, vt me irritares in peccatis eo͞r, ecce ego demetam poſteriora Baaſa, & po-
ſteriora domus eius, & faciam domum tuam ſicut domũ Hieroboam, filij Nabath. .i. inſtar me-
tentium ſuccidam de vita hac, tollam morte violẽta poſteros tuos. Qui mortuus fuerit de Baaſa
B in ciuitate, comedent eum canes, & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres
cœli. Reliqua autem ſermonum Baaſa, & quæcunq; fecit, & prælia eius: nonne hæc ſcripta ſunt in
libro verborum dierum regum Iſrael? Dormiuit ergo Baaſa cum patribus ſuis, ſepultuſq; eſt in
Therſa, & regnauit Hela filius eius pro eo. Ioſephus ſcribit eum occiſum à Creone ſuo commi- Ioſe. lib. 8 antiq. ca. 12
litone. Cum autem in manu Iehu filij Hanani prophetæ, verbum domini factum eſſet contra
Baaſa & contra domum eius, & contra omne malum quod fecerat coram domino, ad irritandũ
eum in operibus manuum ſua͞r, vt fieret ſicut domus Hieroboam, ob hanc cauſam occidit eum:
hoc eſt Iehu filium Hanani prophetam. Anno viceſimoſexto Aſa regis Iuda regnauit Elam fili-
us Baaſa ſuper Iſrael in Therſa duobus annis .i. anno vno & parte alterius anni. Et rebellauit
contra eum ſeruus ſuus Zamri, dux mediæ partis equitum. Erat autem Hela in Therza, bibẽs, &
temulentus, in domo Arſa præfecti Therſa. Irruens ergo Zamri percuſſit & occidit eum, anno
viceſimoſeptimo Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumq; regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſolium e-
ius, percuſſit omnem domum Baaſa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propin-
quos & amicos eius. Deleuitq; Zamri omnem domum Baaſa, iuxta verbũ domini quod loquu-
tus fuerat ad Baaſa, in manu Iehu prophetæ, propter vniuerſa peccata Baaſa, & peccata Hela filij
eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Iſrael, prouocantes dominum deum Iſrael in vanitati-
bus ſuis. Reliqua autem ſermonum Hela, & omnia quæ fecit: nonne hæc ſcripta ſunt in libro ver-
borum dierum regũ Iſrael? Anno viceſimoſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zamri, ſeptem die-
C bus in Therza. Porro exercitus obſidebat Gabbethon, vrbem Philiſtinorum. Cumq; audiſſet
rebellaſſe Zamri, & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſrael Amri, qui erat princeps mi-
litiæ ſuper Iſrael in die illa in caſtris. Aſcẽdit ergo Amri, & omnis Iſrael cum eo, de Gabbethon,
& obſidebant Therza. Videns autem Zamri quòd expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt pala-
tium, & ſuccendit ſe cum domo regia, & mortuus eſt in peccatis ſuis, quæ peccauerat, faciens ma
lum coram domino, & ambulans in via Hieroboam, & in peccato eius quo fecit peccare Iſrael.
Reliqua autem ſermonum Zamri, & inſidia͞r eius, & tyrannidis: nonne hæc ſcripta ſunt in libro
verborum dierum regum Iſrael? Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes. Media pars po-
puli ſequebatur Thibni filium Gineth: vt conſtitueret eum regem, & media pars Amri. Præua-
luit autem populus qui erat cum Amri, populo qui ſequebatur Thibni, filiũ Gineth: mortuuſq;
eſt Thibni, & regnauit Amri. Anno triceſimoprimo Aſa regis Iuda, regnauit Amri ſuper Iſra-
el duodecim annis. In Therza regnauit ſex annis. Patet ergo quomodo Zamri irruens, occi
dit Hela anno viceſimoſeptimo Aſa regis. Deleuit etiam, id eſt, interfecit Zamri omnem domũ
Baaſa. Cũq; audiſſet exercitus ipſum Zamri occidiſſe regẽ Hela præfatũ, fecit ſibi regẽ Amri q e-
rat princeps militiæ, & obſidebãt Therza vrbẽ, in qua fuit Zamri q vidẽs ſe capiendum incendit
palatiũ & ſeipſum in illo. Anno quoq; triceſimoprimo Aſa regis, regnauit Amri ſuper Iſrael duo
decim annis. Nã mortuo Zamri diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes, qua͞r vna nitebat Thib
ni facere regẽ, alia iſtũ Amri, durauitq; iſta cõtẽtio tribus annis, ſicq; ſuccũbente, & mortuo ipſo
Thibni regnauit Amri pacifice. Regnauit aũt duodecim annis à prima ſua electione. Emitq;
montẽ Samariæ, .i. partẽ montis, in qua erat ciuitas noĩe Marion, emit aũt eũ, à viro noĩe,
Somer duobus talẽtis argẽti, & ædificauit eã .i. in ędificijs reparauit ac meliorauit. Et voca-
uit nomẽ ciuitatis quã extruxerat noĩe Somer dñi mõtis Samariæ .i. nomẽ vrbi ipoſuit ex noĩe
viri

viri, à quo partē montis emit, qui vir dictus est Somer, & erat dñs montis illius, sicq; vocauit eam D
Samareon à Somer, & Mareon quæ græce appellat̃ Samaria, atq; in ea constituit sedem regni &
extunc facta est Samaria metropolis regni. Interdũ tñ Samaria ē nomē illius prouincię. ⌊Fecit āt
Amri malũ in conspectu dñi, & operatus est neqter sup om̃es q fuerũt ante eũ. Ambulauitq; in om̃i
via Hieroboā, filij Nabat, & in peccatis eius, qbus peccare fecerat Israel, vt irritaret dñm deũ Isrl̃
in vanitatibus suis. Reliq̃ aũt sermonũ Amri, & p̃liarius quæ gessit, nõne hęc scripta sunt in libro
verbo℞ die℞ regũ Israel? Dormiuitq; Amri cũ p̃ribus suis, & sepultus est in Samaria. Regnauitq;
Achab filius eius pro eo. Achab vero filius Amri, regnauit sup Israel annno tricesimooctauo Asa
regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri sup Israel in Samaria vigintiduobus annis⌋ Si vt dictũ
est, Amri pater Achab regnauit duodecim annis, & regnare cœpit anno tricesimoprimo regni
Asa, ergo Achab regnare incepit post mortem Asa duobus circiter annis, qm̃ Asa regnauit annis
Bet. Co. histo. libr. 4 quadraginta vno. Ad hoc in scholastica respõdet historia, qñ scriptura dicit ip̃m Amri tricesimo
Re. cap. 35 primo anno Asa regis regnasse intelligendũ est, q tũc solus & plene sup decem tribus mortuo. s.
Thibni cępit regnare. Qñ aũt dicit eũ regnasse duodecim annis, tũc numerat à tricesimoseptimo
anno Asa, qñ Israel elegit ip̃m Amri in regē, q̃d t̃ps extendit vsq; ad tricesimũoctauũ annũ regni
Asa, qñ Achab cœpit regnare. ¶Deniq; huic concordãtiæ cõsonat in sequētibus, scriptura quæ
dicit ip̃m Iosaphat filiũ Asa incepisse regnare quarto anno regni Achab, sed si ista ita se habēt, nõ
videt̃ stare, q Iosephus ait, q regnãte Iosaphat filio Asa cœpit regnare Achab, sicq; iuxta iam ta-
cta Asa fuisset defunctus, qñ Achab regnare exorsus est, q̃d textui huic nõ cõsonat, ideo aliqui di- E
cunt, vitio scripto℞ hic esse erratũ in numero, prout in fine huius articuli, de hoc plenius dicā. ⌊Et
fecit Achab filius Amri malũ in conspectu dñi, sup oēs⌋ reges Israel ⌊q ante eũ fuerũt. Nec suffe
cit ei, vt ambularet in peccatis Hieroboā, filij Nabat⌋ Insup duxit vxorē Iezabel, filiā Ethbaal re-
gis Sycionio℞. Et abijt & seruiuit Baal, & adorauit eũ, & posuit arã Baal, in templo Baal, q̃d ædi-
ficauerat in Samaria, & plantauit lucũ. Et addidit Achab in ope suo irritãs dñm deũ Israel sup oēs
reges Israel q fuerãt ante eũ⌋ Et deus tñ multa beneficia ac triũphos ei impendit, p miracula q̃q;
p̃clara, & p sanctissimũ prophetā Heliā ip̃m admonuit, nec tñ se emēdauit. ⌊In diebus eius ædifi-
Iosue 6 cauit Hiel de Bethel Hiericho⌋ nõ recordãs aut nõ ponderãs maledictionē quā Iosue fuerat imp̃
al's, primis tiuo catus ei q vrbē illã reędificaret. ⌊In Abirā *primogenito suo fundauit eā⌋ .i. in pœnā culpę suę, q̃
vrbē illã cœpit reædificare, statim obijt filius eius senior noĩe Abirā, qñ ædificationē illā incepit,
⌊& in Segub nouissimo⌋ filio ⌊suo posuit portas eius⌋ .i. vrbe cõstructa, qñ portas eius appēdit
obijt iunior filius eius, dicũtq; aliqui, q in prosecutiõe ædificatiõis vrbis illius, inter mortē isto℞
duo℞ obierũt successiue, & alij filij eius, & si ignorauit p̃fatā ipsius Iosue imp̃cationē, non tñ fuit ex
illa ignorantia, excusatus à culpa, qa scire id debuit, ⌊iuxta verbum dñi quod locutus fuerat in ma-
Iosue. 6 nu Iosue filij Num.⌋ Qui ait: Maledictus vir coram dño, q suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem
Hiericho. In primogenito suo fundamēta illius iaciat, & in nouissimo libero℞ ponat portas eius.
Vnde elicit̃ quòd iusto dei iudicio parentes frequenter puniunt̃ in sobole sua & propter parentũ
peccata proles sustinet pœnam, quod qualr̃ non derogat æquitati diuinæ, nec iniuriosum fit pro-
li, sed deo, sic moderante, potius prosit animæ eius, declaratum est sæpe. ¶Amplius intuendum
Hierony. quia vt ait in ep̃la ad Vitalem presbyte℞ sanctus Hieronymus, in libro Regũ frequenter occurrit F
tanta quasi dissonantia, difficultas & contrarietas in computatione anno℞ regum ambo℞ regno
rum, vt potius videat̃ hoĩs otiosi quàm studiosi circa hoc pro concordãtia immorari. Veruntā-
men q a necesse est sacrā scripturā ab omni errore atq; mendacio excusari, sicut reuera ab illis prorsus immunis est, ideo expositores catholici, Beda, Rabanus, Petrus Comestor, & alij laborauerũt,
Beda Rabanus pro assignãda concordia, præsertim ad defendendum scripturam ab incredulo℞ calumnia. Itaq;
ex dictis catholico℞ docto rum concordatur. Primo per mysticam numerorum designationem
Magna etenim mysteria in numeris continentur, & quandoq; taxat scriptura annos iuxta myste-
rium, aliquando iuxta literam, & rem gestam. Secundo, quia scriptura interdum non curat, nec
computat minutias numero℞ ac temporum. Tertio per tropos, quoniā sepe denominatur pars à
toto & econuerso, sicq; idem tempus ob vnam sui partem ascribitur vitæ seu regno vnius, & ob
aliam sui partem regno seu vitæ alterius. Quarto, specialiter per synechdochen, per quā dr̃ Chri
stus tribus diebus in monumento fuisse. Quinto, quia vt ait Hieronymus, filij quandoq; conre-
Hierony. gnauerunt patribus suis, sicq; interdum dicuntur tot aut tot annis regnasse, vel quia soli regnaue-
4. Reg. 15 runt tamdiu, vel quia vnà cum patribus regnauerunt tot annis, vt specialiter patet de Ozia rege
& Ionathan filio eius, sicut & infra patebit. Sexto, quia vt iterum ait Hieronymus, regnum Iuda
seu Isrl̃ quandoq; vacauit ad tempus, quemadmodum & iudiciaria præsidentia illa temporibus
iudicum, prout super Iudicum fuit expositum, & tempus illius vacantię, numeratur interdũ in tē
pore regis sequentis, quandoq; non numeratur. Septimo, quia nonunquam scriptura solum
exprimit tempus & annos, quibus rex bene vixit ac laudabiliter præ fuit, iuxta quem modum in
1. Regũ. 13 primo libro legitur, filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regna-
uit. Octauo, ex vitio & errore scriptorum.

Vnde

A Vnde in historijs ait magister. In libro Regũ emergũt cõtrarietates de collatiõe annorũ regũ Iuda & regũ Israel, quæ determinari quãdoq; possunt, vbi vero determinatio nõ inuenit vitio scriptorum hoc credimus euenisse, q in proprijs nominibus ac numeris sæpe fallunt. Ex his memoriter retẽtis poterũt difficultates in sequẽtibus solui. ¶ Moraliter ex pñti docemur capitulo, q̃ terribiliter post hãc vitã puniant principes ac prælati iniqui, pertim ex modico statu aut stricta cõpetẽtia ad magna promoti, quorũ ingratitudo est grande piaculũ & cũ subditis suis, q eorũ negligẽtia ac prauis exẽplis seducũtur ac pereũt, de electorũ cõsortio pscindũtur, & vitã gratiæ perdũt ac gloriæ. Rursus per Baasa q sanctũ prophetã, à quo increpabat, occidit, intelligũtur impatientes, iracundi, superbi, q increpãtibus & castigãtibus se indignãtur, proterue respondẽt & obloquũtur. ¶ Insuper cõstat ex capituli huius historia quãta facinora gignat in mũdo dominãdi libido ex qua spiritalia ac corporalia nocumenta, homicidia, infestationes, insidiæ, inuidiæ, partialitates nascũtur, imo & inquietudines ac timores, qa quod quis intulit alteri, veretur, & sibi posse inferri, idcirco vt in libro Sapientiæ legitur: Semper præsumit sæua, perturbata conscientia. In libro Iob quoq; fertur: Sonitus terroris semper in auribus impij, & cũ pax sit, ille insidias suspicaf, qui autem de alterius læsione conscius sibi non est, viuit securius. Innotescit demũ ex isto capitulo, q̃ vere dixit saluator: Omne regnũ in se ipsum diuisum, desolabitur, qa regnũ illud duodecim tribuũ, non solum in duo diuisum contra se inuicẽ præliabaf, sed & regnũ decẽ tribuũ in se ipsum grauius debacchabaf, & reges inuicem se truncabãt, donec paulatim ad nihilũ est redactũ. Per qđ etiam designatur, q quis omnes hæretici ab ecclesiastica vnitate dissentiant, tamen inter se multipliciter, grauiterq; discordãt. Ideo qui de talibus moritur in ciuitate, i. militante ecclesia quæ est gloriosa ciuitas dei altissimi, à canibus deuorãtur, i. à malignis, ferociæ, iræ, furoris, spiritibus absorbetur, qa non prodest ei inter catholicos corporaliter conuersari, qbus per fidem & charitatem non iũgitur. Si vero in regione obierit, i. in latis & spaciosis itineribus suæ perfidiæ atq; malitiæ, vel inter suæ incredulitatis, impietatisve socios, comedũt eũ aues, i. aereæ potestates, spũs elationis & immansionis qui auferunt semen verbi cœlestis de corde. ¶ Postremo, per Hiericho quã sanctus vir Iosue primo totaliter q; destruxit, & sub terribili maledictione reędificari prohibuit, designatur hoc seculum nequã, seu mũdus positus in maligno, vel vanitas atq; impietas seculi huius, hanc Hiericho reædificat, q post contritionẽ & cõfessionẽ, post fidei & baptismi susceptionẽ, post religiosæ vitæ assumptionẽ, mente aut corpore redit ad pristina vitia, nec implet quod iubet apl'us Nolite (inquiens) conformari huic seculo, sed renouamini spũ mentis vestræ, talis in exordio suę auersionis ac recidiuationis qua incipit mũdum in seipso construere, priuatur primogenito boni totius fructu vero ac spiritali amore. Deinde bonorũ operũ fructificatiõe multiplici, ac pmio tãdẽ salutis æternæ. Nõ itaq; diligamus mũdũ, nec ea q̃ in mũdo sunt, q a si qs diligit mũdum, i. vanitates, voluptates, peruersitates hominũ, caduca ista inordinate amãtiũ, nõ est charitas dei in eo.

Margin: Sapię. 17 — Job. 15 — Matt. 12 — Luce. 11 — B — Psal. 58 — Luce. 8 — Josue 6. — 1. Joban. 5 — Roma. 12 — 1. Joban. 2

¶EXPOSITIO CAPITVLI XVII. Et dixit Helias Thesbites. Art. XXV.

C Mirabilia quædã dei in Helia & per Heliam pacta, consequenter narrãtur, ex qbus impietas Achab ac filij eius & subditorũ clarius innotescit. Et dixit Helias Thesbytes, i. natus de oppido Thebes, in quo Abimelech est occisus, de habitatoribus Galaad, hoc est, terræ sic dictæ. Galaad autem quandoq; est proprium nomen viri, vt patet in libro Numerorum, quandoq; est nomen ciuitatis, aliquãdo terræ vltra Iordanẽ, in qua Helias forsitan maluit cõmorari, vt ab idololatris rege ac populo se quãtum cõgrue poterat, elongaret, ad Achab: Viuit dñs deus Israel in cuius conspectu sto, i. sum & viuo, atq; per gratiã sum erectus, & in virtutum semitis ambulo. Iste fuit tũc modus iurandi. Helias vero tanq̃ vir excellenter heroicus pensauit assidue se iugiter in diuinæ maiestatis præsentia, atq; in diuini vultus intuitu eẽ, viuere, conuersari, ideo reuerenter in cũctis se habuit coram deo. Si erit, i. non erit, annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba, i. nisi tunc & quãdo prædixero rorẽ, pluuiã q; venturos. Vel nisi quãdo verba orationis fudero pro impetrandis rore ac pluuia. Hæc totius magnanimitatis ac confidentiæ verba dixit. Helias zelo iustitiæ ex plenissima quã habebat ad deũ fiducia, quia amicus dei erat & quasi consiliarius & secretarius eius, vel ex instinctu diuino & inspiratione spiritus sancti impellentis sanctum virum, ad ista dicenda. Vel Helias primo dominum exorauit, vt impijssimum regem ac populum pessimum per subtractionem roris ac pluuiæ paternaliter castigaret, vt vel sic vexatione intellectũ præstãte, conuerterentur ad verum deum, à cultu idolorum, à qbus infra tantum tempus, nec rorem, nec pluuiam impetrare quiuerũt. Cũq; dominus reuelasset Heliæ se esse desuper exauditũ, loquutus est verba præhabitarégi. Dicũt aũt quidam Hebræi, q Achab videns maledictionem ipsius Iosue adimpletam in eo, qui vrbem Hiericho ædificauit, non autem maledictionem Mosi, qui idololatriam sub eadem, imo sub multum maiori

Margin: Judicũ. 9 — Nume. 26 — Josue. 6 — Deuter 11 — 27. 28

maiori maledictione prohibuit, cum tamen Moses fuerit pater magisterq́ Iosue, dixit Heliç à quo de sua idololatria arguebat, potest accidere, vt verbum discipuli, s. Iosue impleat, cum tñ verbum magistri vtpote Mosi cõtingat non adimpleri quod in paruipensionem comminationum Mosaicæ legis dixit, quo audito, Helias orauit, vt nec ros, nec pluuia ad tempus descenderet, seq́ exauditum intelligẽs, locutus est verba p̄inducta ad Achab. ⌊Et factũ est verbum dñi ad eũ⌋ videlicet ad Heliam p angelum, ⌊dicens: Recede hinc⌋ discedendo ab impio Achab, ne durante defectu roris ac pluuiæ te p̄sequat. Nam licèt bonis hoĩbus propriæ p̄sonæ fugere p̄secutionem, dum sine

Matt. 10. scandalo fieri potest, sicut in Euangelio ait saluator: Cum p̄secuti vos fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam, ⌊& vade contra orientem⌋ .i. versus plagã orientalem, ⌊& abscondere in torrẽte Carith, q est contra Iordanem⌋ hoc est, iuxta torrentem sic dictũ absconde te, ⌊& ibi de torrente bibes. ⌊coruisq́ p̄cepi⌋ .i. ad hoc eos mouebo ministerio angelico ⌊vt pascant te ibi⌋ q victualia tibi apportabũt ibidem. ⌊Abijt ergo, & fecit iuxta verbũ dñi. Cumq́ abijsset, sedit in torrẽte Carith q est cõtra Iordanẽ. Corui quoq́ deferebãt ei panẽ & carnes mane⌋ hoc est, hora prãdij ⌊similiter carnes & panẽ vesperi⌋ .i. hora cœnæ, & erãt carnes allatæ, ad edendũ paratæ. Angelus aũt coruis attulit illa, ⌊& bibebat de torrente⌋ voluit ãt oĩpotens deus oĩpotentiã ac p̄uidentiã suã monstrare, etiam p irrõnales creaturas, ideo non p angelũ, sed p coruos fecit illa afferri, sic &

Hieronym. in nouo testamento coruus attulit quotidie panẽ beatissimo Paulo primo heremitæ. Hinc quoq́ p̄pendit, q iuxta cõsuetudinẽ ac cõgruentiã loci ac tp̄is nutriendus sit homo. Nã Heliç sub Mosaica lege allati sunt panes ac carnes bis quolibet die, q̃a tũc nõdũ venerat euãgelicæ legis p̄fectio, de abstinentia à carnibus & quotidiano ieiunio, ideo Paulo Anachoritæ, non nisi semel in die allatus est panis dũtaxat. ¶Deniq́ vt sup Iohannem ait Chrysostomus, quæ deus supnaturalr̃ operat sunt optima, sicut vinum quod Chr̃us ex aqua fecit in nuptijs, sic de panibus & carnibus Heliæ supernaturalr̃ apportatis, dicendum videt, q erant valde boni saporis, quemadmodũ etiam in primo libro Vitas p̄rũ refert Hieronymus de pane quotidie diuinitus exhibito cuidam sanctissimo monacho, q erat candidissimus, optimiq́ saporis, quod & in eodem libro narrat de victualibus supnaturalr̃ apportatis beatissimo p̄ri Apollonio & monachis eius. ⌊Post dies aũt aliquãtos siccatus est torrens. Non em̃ plerat sup terrã⌋ Poterat deus facillime aquã conseruare, imo p̄ducere in torrente, sed voluit subuenire non solum Heliæ, sed & deuotæ viduæ p Heliam, sicut subiungit: ⌊Factus est ergo sermo dñi sup eũ, dicens: Surge & vade in Zareptã⌋ vrbem ⌊Sydonior̃⌋ quæ paruula vrbs inter Tyrũ & Sydonẽ magnas vrbes fuerat situata, sylua quoq́ iuxta oppidũ sita vocabat Zarepta ⌊& manebis ibi, p̄cepi em̃ ibi mulieri viduæ⌋ .i. inclinabo mẽtẽ illius, daboq́ ei voluntatẽ & facultatẽ, ⌊vt pascat te⌋ imo tu potius pasces eã, qm̃ meritis tuis p̄uidebo & illi. ⌊Surrexit & abijt in Zareptã Sydonior̃. Cumq́ venisset ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna⌋ & tunc deus reuelauit Heliæ, q de illa fœmina fuit ei locutus, vel ante ei p̄dixit, q illa esset quã inueniret ibidem, siue (vt q̃dam dicũt Hebræi) Helias ignorãs in particulari, de qua muliere deus sibi esset locutus, orauit, vt dñs sibi ostenderet, quæ esset mulier illa, p hoc q mulier illa

Gene. 24 prompte p̄beret sibi petẽti poculũ aquæ, quẽadmodũ & in Genesi legit, seruus Abrahæ exorasse. Hinc sequit: ⌊Et vocauit eã, dixitq́ ei: Da mihi paululũ aquæ in vase vt bibã. Cumq́ illa p̄geret, vt afferret⌋ aquam, ⌊clamauit post tergũ eius⌋ Tunc certificatus Helias, q de illa fœmina dñs ei dixisset, adiecit, ⌊dicẽs: Affer mihi, obsecro, & buccellã panis in manu tua. Quç r̃ndit: Viuit dñs deus tuus⌋ Cõsiderauit hæc mulier Heliã esse deuotũ dei cultorem, ideo deum vniuersor̃ vocauit specialr̃ deũ ipsius, ⌊q̃a non habeo panẽ, nisi quãtum pugillus capere p̄t farinæ in hydria, & paululum olei in lechyto. En colligo duo ligna⌋ hoc est, pauca ligna ponendo numer̃ determinatum pro indeterminato, ⌊vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo⌋ .i. ex lignis construã ignem sicq́ coquam panem ex farina quam habeo in hydria, quam farinam consperfi oleo, quod habeo in lechyto, hoc est, vase ad hoc apto, & proprie appellatur lechytus vas amplum de auricalco, ⌊vt comedamus⌋ ego & filius meus panem illum ⌊& moriamur⌋ ex inopia, quia iam fuit ibi caristia, nec putauit vidua hæc se posse acquirere necessaria vitæ, pane illo consumpto. ⌊Ad quam Helias: Noli timere⌋ te & filium tuum ex inopia morituros, ⌊sed vade, & fac sicut dixisti,⌋ faciendo ignem, & oleo conspergendo farinã. ⌊Veruntamen mihi primũ fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum⌋ hoc est, sub cinere coctum quem voluit sibi propheta primo parari atq́ afferri, non principaliter ex magnitudine famis, sed vt mulier in tanta caristia sibi credendo ac obtemperando mereret adiuuari à domino, ⌊& affer ad me, tibi autem & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit dominus deus Israel: Hydria farinæ non deficiet,⌋ hoc est, non euacuabitur hac farina, sed dominus supernaturaliter multiplicabit farinã in ea. Eodem modo, ⌊nec lechytus olei minuetur,⌋ ita quòd satis inuenietur in eo tempore opportuno, tamen in ipsa olei effusione forsan minuebatur, sed mox miraculose oleum multiplicabatur in eo, ⌊vsque in diem in qua dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abijt & fecit iuxta verbum Heliæ. Et comedit ipse & illa⌋ .i. Helias & vidua, ⌊& domus⌋ hoc est domestici ⌊eius⌋ p̄cipue filius, & forsan iam tam gratiose prouisa accepit aliquos pauperes & propinquos in domo sua, vt secum reficerentur.

Tale qd

A Tale quid frequenter in nouo cõtigit testamento misericordissimis hoībus, q̃ tẽpore necessitatis oĩa sua liberalissime atq; pijssime cõmunicauerunt pauperibus, propter quod eorũ blada, panes, oleum & consimilia tempore longo nõ defecerunt, quantumcũq; tollebat ab ipsis. ⌊Et ex illa die hydria farinæ nõ defecit, & lechytus olei nõ est imminutus, iuxta verbum dñi quod loquutus fuerat in manu Heliæ. Factum est aũt post verba hæc, ægrotauit filius mulieris matrisfamiliæ ⌋.i. viduæ huius, ⌊& erat languor fortissimus, ⌋totaliter vincens naturã, ita vt nõ remaneret in eo halitus ⌋.i. vis respirandi, quod est signum vicinæ mortis. Potuit autem infirmitas illa ex naturali accidere causa, potius tamen ex diuina prouidentia, vt per pueri suscitationem deus omnipotentiam suã inter gẽtiles ostenderet, ac sui prophetæ panderet sanctitatem. ⌊Dixit ergo ad Heliã: Quid mihi & tibi vir dei ⌋.i. quid cõmune est nobis & quare cõuenimus, qui tam impares sumus in vita, ita q̃ ex tua ꝑsentia videt̃ mihi maius incõmodum q̃ commodũ contigisse, ideo sequit̃. ⌊Ingressus es ad me, vt rememorent̃ iniquitates meæ & interficeres filium meũ, ⌋quod interrogatiue intelligendũ est, tanq̃ dicat, an idcirco venisti ad me, vt respectu & comparatione sanctitatis tuæ magis appareãt & grauiores à deo iudicent̃ culpæ meę, sicq; occasione tui propter mea demerita deus iussit filium meũ mori. Cũ enim opposita iuxta se posita magis appareant, quotidiana pctã fœminæ huius quamuis deuotæ, respectu excellentiæ meritorũ quotidianorũ Heliæ, plus apparebant, sic gnanus inter pigmeos magnus respectu viri pulchri est paruus, & omnis sapien-

B tia, perfectio, puritas creaturæ, respectu excellentiæ dei nullius momenti est. Iuxta hũc sensum intelligendũ est, secundum Hebræos, q̃ Loth dixit ad angelum: Non possum in monte saluari, id est, cum Abrahã viro in sanctitate sublimi. Veruntamẽ hanc expositionẽ à catholicis & Hebræis inductã, cõtradicit Rabbi Paulus, & ait, Opinio illa est penitus irrationabilis, Nã licet sanctitas mulieris esset modica respectu sanctitatis Heliæ, sicut iustitia Loth respectu iustitiæ Abrahæ, ex hoc tamen non debet dici iniquitas esse in muliere, vel Loth non posse saluari in monte .i. iuxta Abraham. Nam minus virtuosi iuuantur magis q̃ vilientur ex consortio perfectorum. Nam bonum est sui diffusiuum. Deinde scribit contra exemplũ quod Lyra inducit de pallido, quod respectu rei multum albæ videtur ad nigredinem declinare, & ait, Quamuis iudicium sensitiuum secundũ comparationes & respectus decipiatur, non tamen iudiciũ rationis, vt patet de sole, qui secundũ sensum iudicat̃ fere bipedalis, tamẽ ratio iudicat eũ multo maiorem tota terra, quãto igitur incomparabilr̃ æstimandũ est de diuino iudicio, quod nõ iudicat aliquem esse iniustũ ob hoc q̃ nõ æqualis est alteri. Reddit enim vnicuiq; iuxta opera sua. Vnde talis respectus nihil hic operatur. Ideo ad intelligentiam textus sciendum, q̃ mulier hæc deuota reputabat se peccatricem, & Heliam maximũ iustitiæ zelatorem, ideo præsumebat & q̃ aduentus Heliæ in domũ suam procurauerat mortem filij sui ex iniquitate sua .s. matris, & q̃ Helias recordaretur iniquitatem illam coram deo ad finem istum, vt per mortem sui filij temporalem, mulier illa conuerteretur ad deũ, sicut frequenter homines per pœnas temporales castigati emendant se. Hæc Rabbi Paulus. Gene. 19 R. Paul. Apo. 22

Circa quæ dico, q̃ iustitia minus iusti dicit̃ iniustitia respectu multo maioris iustitiæ, non simpliciter, sed respectiue & propter mala annexa, nec in hoc errat ratio sic dictando, imò hoc modo dixit saluator: Nullus bonus nisi deus, & sic solus dicit̃ esse, iuxta illud: Nonne tu qui solus es, sic q̃q; ait Apostolus: Soli sapienti deo, imò sic loquitur Esaias: Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iu-

C stitiæ nostræ, iuxta hunc sensum multa scribuntur in libro Iob, vtpote; Ecce luna non splendet, & cœli non sunt mundi in conspectu eius. Et: Non iustificabitur homo compositus deo, sic boni & humiles viri comparatione sanctorum patrum, præsertim apostolorum, se reputant prorsus defectuosos, immundos, culpabiles. Insuper quamuis minus boni iuuẽtur meritis meliorum, hi tamen qui cum perfectis hominibus conuersantur, culpabiliores redduntur, dum eorũ vestigia tantũ vt opus est non sequuntur, sicq; cum sancto viro se male habere est valde dãnabile, ideò mulier illa reputans se minus debite exemplis Heliæ proficere, dixit verba ꝑhabita iuxta sensum inductum, ⌊& ait ad eam Helias: Da mihi filium tuum ⌋.i. corpus eius exanime, intelligendo partẽ per totũ. ⌊Tulitq; eum de sinu eius & portauit ⌋.s. corpus illud ⌊in cœnaculũ vbi ipse manebat, ⌋videlicet in camera separata, in qua solus soli deo cũ inæstimabili deuotione vacabat, & vt ibi solus deũ deuotius atq; liberius exoraret, ⌊& posuit sup lectulum suum. Et clamauit ad dominum, ⌋corde magis q̃ ore, quia affectuosissime postulauit, ⌊& dixit: Dñe deus meus, ⌋hoc ẽ, verbũ ardentissimi amatoris qui deum omniũ specialr̃ nominat deum suũ; ꝑimo ob specialissimã dei pietatem & gratiam circa se, secundo ob singularissimũ affectũ & cultum sui ad eum, ⌊etiam ne ⌋.i. an ne ⌊viduam apud quam ego vtcunq; sustentor ⌋.i. aliqualr̃ repauso & nutrior in terra hac aliena, ⌊afflixisti ⌋in tantũ, ⌊vt interficeres ⌋morte naturali ⌊filiũ eius. ⌋Ecce ista sunt verba familiarissimi amici dei altissimi loquẽtis ad deũ ex summa fiducia quasi per modũ admirantis, & quodãmodo veluti increpantis, q̃ ita tractauerit viduam bonã cum seruo & propheta dei tam misericorditer omni die agentẽ, sic in nouo test. Paulus simplex vir sanctissimus dũ quendam infirmũ non posset tam cito curare vt affectauit, dixit ad dñm, vere non comedam hodie, nisi sanaueris eũ & protinus quasi delectato dño in simplicitate atq; fiducia feruẽtissimi famuli & amici Marc. 10 Luc. 18 Job. 14 1. Timoth. Esa. 64 Job. 25 Job. 9

curatus est eger ille. Et expandit se atq; mensus est super puerum tribus vicibus, vt virtute & cōtactu sancti corporis sui corpus illud exanime disponeretur ad reuiuificationem, atq; vt corā deo ostenderet quantum defuncti resuscitationem optauit, & quantum puerum illum dilexit & propter rationem mysticam, quæ tangetur. Expandit quoq; se ter, ad insinuandum superbeatissimæ trinitatis mysterium, cuius virtute & fide postulauit obtinere supernaturalem illum effectum, & quoniam vniuersorum entium, operumq; perfectio in quadam trinitate consistit, prout primo sententiarum habetur. Et clamauit ad dominū, & ait: Dñe deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius, ita vt denuo corpus informet. Et exaudiuit dñs vocē Heliæ in hac secūda exclamatione, quæ videt fuisse humilis magis q̄ prima, ideo in secunda ista oratione est exauditus, qm̄ suscitatio mortui tā supernaturale & magnū miraculū est, vt omnipotēti deo sit proprium, idcirco magis impetrat humili oratiōe q̄ admiratiōe aut quasi increpatorio quodā sermone. Et quāuis Helias fuerit vir eximiæ sanctitatis, pensandū tamen q̄ facilius & quasi imperiosius, non solū Chr̄s, sed & gloriosi apostoli & alij quidā viri sanctissimi in euangelica lege suscitauerūt mortuos q̄ Helias, siquidem adolescentē iuxta portā Naim Chr̄s suscitauit, dicendo: Luce.7 Adolescens tibi dico, surge, similiter duodennem puellam, sic & dignissimus apostolici ordinis Marth.9 princeps breui oratione præmissa suscitauit Tabitam, dicens: Tabita surge. Iohānes quoq; Euā- Actu.9 gelista Drusianā, dicendo: Drusiana surge & præpara mihi, qui etiam suppositione & contactu tunicæ suæ duos suscitauit simul defunctos. ¶ Præterea quærit, qualiter Helias vir perfectæ staturæ virilis potuit se non solum expandere, sed & metiri seu mensurare super puerum illum. Cir- E ca hoc aliqui dicunt, q miraculose diuina virtute contraxit se ad mensuram & adæquationem 4 Reg.4 puerilis corpusculi, quod etiam dicunt de Heliseo, de quo infra libro quarto habetur, q ascendit & incubuit super puerum, posuitq; os suum per os eius & oculos suos super oculos eius & manus suas super manus eius, in signum & typum Christi, qui in sacramento sub modica panis specie cōtinetur. Potest etiam dici q Helias mensus est se super puerum, coaptando se eius corpusculo, non per adæquationem, sed conuenientem extensionem atq; possibilem applicationem. Et reuersa est anima pueri intra eum & reuixit. Tulitq; Helias puerum & deposuit eū de cœnaculo in inferiorem domū, & tradidit matri suæ. Et ait illi: En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Heliam: Nūc in isto, tam supernaturali effectu cognoui, certius q̄ noueram ante, qm̄ vir dei, i. deo Matth.7 veraciter, excellenterq; placens es tu. Quamuis enim miracula quandoq; fiant per malos ac reprobos, sicut in Euangelio ait saluator: Multi dicent mihi in die illa, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus. Raro tamen, imò rarissime fiunt per illos, præsertim miracula tam præclara, vt est suscitatio mortui, quæ per nullū iniquum legitur facta, & verbū domini in ore tuo verū est, i. vere ex parte dei loqueris & verus dei propheta es, ac vera sunt vaticinia tua. Refert Hieronymus q puerū istū ab Helia suscitatū, dicunt Hebræi Ionam esse prophetam, de quo Ione.1 infra libro quarto, qui vocatus est filius Amathi, i. filius veritatis, vt super Ionam exponit Hiero- 4 Reg.14 nymus, qa dum Helias suscitauit eum, mater eius loquuta est: Nūc in isto cognoui, quoniam vir dei es tu, & verbū domini in ore tuo verum est. hæc est vidua, de qua apud Lucam veritas prote- Luc.4 statur. Multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Israel, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in F Sareptam Sydoniæ. ¶ Mystice, per Heliam exprimitur Christus summus zelator iustitiæ, qui dū principes Iudæorum de eorum superstitionibus atq; criminibus acriter increpasset, absconditus est in torrente Carith, i. in abundantia & fluctibus suæ acerbissimæ passionis, in qua abscon- Abacuc.3 dita fuit fortitudo & omnipotentia eius, iuxta illud Esaiæ: Quasi absconditus vultus eius & despe- Esa.53 ctus. Vnde nec reputauimus eū. & ibi corui eius eū pascebant, qa in sua passione de suæ passionis copiosissimo fructu, hoc est, gentilium vitijs, denigratorum conuersione mens eius delectata est & refecta. & sicut corui attulerunt Heliæ carnes & panes, sic conuersi gentiles Christo obtulerūt corpora sua & opes. Cessante autem & extincta Christi passione, missus est ipse per apostolorum prædicationem ad viduam in Sareptam, i. ad gentilitatem vbiq; terrarum, quæ duo ligna collegit, dum crucis mysterium didicit, ex cuius consideratione in se ignem amoris accendit, quo sibi & filijs suis spiritalia fercula præparauit, cuius farina & oleo, id est, puritate & vnctione superna ac subcineritio pane, id est, humili propriæ fragilitatis recognitiōe delectatus est dominus. Porro, per defunctum viduæ filium accipitur genus humanum peccatis sopitum & morte culpæ infectum, super quod filius dei piissima condescensione in sua incarnatione incubuit, & eius naturam assumpsit ac pro eius salute in crucis patibulo mensus est & extentus atq; pro spiritali ipsi- Hebr.5 us reuiuificatione deprecatus est patrem, quem pater pro sua reuerentia exaudiuit. Ter quoq; incubuit, quia ter patrem orauit, atq; in sua incarnatione, prædicatione & passione humano se generi misericordissime coaptauit.

¶ EXPOSITIO CAP. XVIII. Post dies autem multos verbū domini factum est ad Heliam. Arti. XXVI.

Recitant

A REcitantur hic duo mirabilia dei per Heliam peracta pro emendatione
impij Achab ac populi eius idololatræ. Primū est, consummatio holo
causti Heliæ facta per ignem. Secundū est, collatio pluuiæ. ⌊Post dies
multos verbū dñi factū est ad Heliam⌋ per angelū ⌊in anno tertio⌋ .i.
circa finem tertij anni à tempore suæ egressionis ac fugæ de terra Israel, 3. Regū. 17
quāuis etenim fames seu caristia illa durauit annis tribus & mēsibus sex Iaco. 5
vt dicit sanctus Iacobus, illa tñ caristia cœpit atq; durauit p mediū an-
nū aut circiter, anteq̄ de terra Israel exijt, præsertim quia multis diebus
mansit prope torrentem Carith situ in terra illa anteq̄ iuit Zareptam,
⌊dicens: Vade & ostende te Achab, vt dem pluuiā sup faciē terræ. Iuit
ergo Helias, vt ostēderet se Achab. Erat aūt fames vehemēs ī Samaria⌋ nō solū ī vrbe metropo
li sic vocata, sed & in tota illa puincia ex terræ arefactiōe, ⌊vocauitq; Achab Abdiā dispēsatorē
domus suæ. Abdias aūt timebat dñm deū valde,⌋ filiali & sctō timore, ideo dignus fuit inuenire
Heliā & ab eo accipere opē. ⌊Nā cū interficeret Iezabel prophetas dñi,⌋ cupiens cultū veri dei
totaliter extirpare, idololatriamq; augere, ⌊tulit ille centū prophetas⌋ .i. ad se vocauit occulte to
tidē viros qui vocant prophetæ, vel quia prophetiæ gratia coruscabant, vel quia discipuli erant
prophetarū maiorū intenti diuino obsequio psalmis atq; eloquijs prophetarū sanctorū, ⌊& abs-
condit eos quinquagenos, & quinquagenos in speluncis⌋ .i. in duabus speluncis in qualibet qn-
quaginta, ⌊& pauit eos pane & aqua⌋ .i. cibo quocūq; ac potu, q̄ in scripturis per panē designan
B tur & aquā. ⌊Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terrā⌋ regni mei ⌊ad vniuersos fontes a-
quarum,⌋ in quibus dudū fuerat aqua, quāuis modo sint exiccati, ad vniuersos inquā fontes in
parte terræ tibi assignanda locatos, ⌊& in cunctas valles,⌋ iuxta eundē sensum, ⌊si forte inueni
re possimus herbā⌋ .i. fœnum seu gramina, quæ in locis prope aquas magis solent abundare, ⌊&
saluare possimus equos & mulos, & nō penitus iumenta intereant⌋ fame, quibus & aqua permo-
dica est. Itaq; deficiente imbre defecerūt & gramina terræ, quibus equi & muli, oues, vaccæ & bo
ues alunt. ⌊Diuiseruntq; sibi regiones⌋ .i. terras & sortes decē tribuū, in quibus tēpore Iosue &
antea plures reges commorabant, ⌊vt circumirēt eas. Achab ibat p viam vnā & Abdias p viam
alterā seorsum. Cūq; esset Abdias in via,⌋ Cū Achab & cū Abdia aliqui serui currebant, qui hinc
inde discurrēdo quærebant pascua iuxta regis præceptū, ⌊occurrit ei Helias. Qui⌋ Abdias ⌊cū
cognouisset eum, cecidit super faciem suam⌋ .i. in terram prostrauit se ex humilitate ante faciem
Heliæ, quem ob suam sanctitatē atq; multiplicem excellētiam in donis dei venerabat, imò & de-
um in famulo suo, ⌊& ait: Num tu es domine mi Helias? Cui ille respondit: Ego. Et dixit: Vade
dic dño tuo, adest Helias. Et ille: Quid peccaui inquit, qm̄ tradis me seruū tuū in manu Achab, vt
interficiat me?⌋ .i. ob quam culpā meā iniungis mihi istam legationē mea æstimatione mihi pe
riculosam, vt dicā dño meo Achab te adesse, ex qua denunciatione sequit occisio mea, si subito ad
alium locū fueris deportatus per angelū, vt aliquando accidit circa te, sicq; te nō inuento, occidet
me, putans me sibi esse mentitū, vel quia non psentaui te ei etiam vel inuitū & captū, quoniam vn
diq; te fecit inquiri ad capiendū. ⌊Viuit dñs deus tuus, q̄ nō est gens aut regnū in quo non mise
rit dñs meus te requirēs. Et rñdētibus cunctis, nō est hic, adiurauit singula regna & gētes, eo q̄ mi
nime reperiteris,⌋ vt vnūquodq; eorū quod perceperit vbi sis significet ei. Præterea mirū q̄ ne-
C mo perceperat vbi esset, cū fuerit in terra Sydoniorū non remote à regno Israel, & per suscitatio Pro. 21
nē mortui forsan fuit ibi famatus, sed non est consiliū contra dominū. ⌊Et nunc tu dicis mihi, va-
de, & dic dño tuo, adest Helias. Cumq; recessero à te, spūs dñi asportabit te in locū quē ego igno
ro, & ingressus nuntiabo Achab, & non inueniens te, interficiet me. Seruus aūt tuus timet dñm
ab infantia sua. Nunquid nō indicatū est tibi dño meo quid fecerim, cū interficeret Iezabel pro-
phetas dñi, quod absconderim de prophetis dñi centū viros, quinquagenos & quinquagenos in
speluncis, & pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis, vade, & dic domino tuo, adest Helias,
vt interficiat me? Et dixit Helias: Viuit dominus exercituum, ante cuius vultū sto, quia hodie ap
parebo ei. Abijt ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei. Venitq; Achab in occursum
Heliæ. Et cū vidisset eum, ait: Tu ne es ille qui conturbas Israel?⌋ .i. totum regnū decem tribuum
inquietas, quasi dicat, cū sis hostis boni communis, qui sterilitatem procurasti, dignus es morte.
⌊Et ille ait: Non ego turbaui Israel⌋ turbatione iniusta, vel aliquam eis irrogādo iniuriam, quā-
uis procurauerim eis iustam punitionem, ⌊sed tu & domus patris tui⌋ .i. tu & consanguinei siue
domestici tui qui per idololatriam meruistis pœnas istas, ⌊qui dereliquistis mandata domini &
sequuti estis Baalim. Veruntamen nunc mitte & congrega ad me vniuersum Israel,⌋ id est, ma-
iores, principalioresq; ex tribubus decem & alios quosdam cum illis, ⌊in monte Carmeli,⌋ exi- Iosue 15
stentis in funiculo Ephraim. Sicq; mons iste Carmeli alius fuit ab eo, iuxta quem commoratus 1. Reg. 25
est Nabal, & fuit in tribu Iuda. Hic autem Carmelus in quo immolauit Helias, est in confinio Pa
lestinæ atq; Phœnicis, ⌊& prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasq; lucorū,⌋
idest, idolorum, vel potius dæmonum, qui in nemoribus colebantur, ⌊quadringentos, qui co-

medunt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel, & cōgregauit prophetas in mon D
te Carmeli. Accedens autem Helias ad omnem pupulum Israel, ait: Vsquequo claudicatis in du
as partes, ⌋ id est, ad vtranq; partem erratis nec in via dei recte inceditis & estis ab inuicem diffe
rentes, dum aliqui vestrum nunc deo nunc idolis immolant, & quidam idolis tantum, aliqui deo
solum, sicq; pro maxima parte à regia via virtutum recediris, & ad vtrunq; vitiosum declinatis
Psal. 17 extremum, iuxta illud psalmi: Filij alieni inueterati sunt & claudicauerunt à semitis suis.
⌊ Si dominus est deus ⌋ .i. si is qui in lege & prophetis communiter vocatur deus est verus & æter
nus & incommutabilis deus, ⌊ sequimini eum ⌋ .i. adhæreatis ei & accedatis ad eum per fidem &
debitū cultum, ⌊ si autem Baal ⌋ est verus deus, cui soli debetur adoratio & sacrificatio, ⌊ sequimi
ni illum. Et non respondit ei populus verbū, ⌋ quia erant pusilli nutantes & ambigentes, cui po
tius assentirent, impie regi & prophetis eius superstitiosis, an sancto prophetæ Heliæ. ⌊ Et ait rur
sus Helias ad populū: Ego remansi propheta dñi solus. ⌋ Iam Helias audierat ab Abdia quod centū
abscondisset prophetas, quō ergo mansit solus propheta dei? Et respondendū, quod dixit se solum
superstitem de prophetis in manifesto audentibus apparere. ⌊ Prophetæ aūt Baal quadringenti
& quinquaginta, prophetæq; lucorum quadringenti viri sunt. Dentur nobis duo boues & illi eli-
gant sibi bouem vnū, & in frusta cedentes ponat super ligna, ignem aūt non supponāt. Et ego
faciam bouem alterū, & imponā sup ligna, ignem aūt non supponā. Inuocate nomina deorū ve-
strorū, & ego inuocabo nomē dei mei, & deus qui exaudierit per ignē, ipse sit deus, ⌋ hoc est, boum
horū vnus offeratur à me, & alter à prophetis Baal, & ille habeatur & colatur pro vero deo, qui fe
cerit ignem descendere de cœlo, & holocaustū sibi oblatū consumpserit igne illo. ⌊ Respondens
omnis populus, ait: Optima propositio quā loquutus ē Helias, ⌋ quia in sacrificijs Abel, Manue E
Gedeon, Aaron, Dauid & Salomonis descendit ignis virtute diuina consumens illorū holocau-
sta. ⌊ Dixit ergo Helias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum & facite primi, qa vos plures
3. Regū. 8 estis, & inuocate nomina deorū vestrorū, ignemq; non supponatis. Qui cū tulissent bouem quē
dederat eis ⌋ .i. quem Helias assignauerat eis. Dicunt tamē quidam Hebræi, quod dum prophetæ, sa
cerdotesq; Baal elegissent bouem vnū, bos ille statim declinauit ab eis nutu diuino, quasi sacrifica
ri falsis dijs abhorrens & ad Heliam confugit, vt per hoc quoq; populus instrueretur, tuncq; He
lias tradidit illis bouem, ⌊ & fecerunt ⌋ .i. bouem illū ad Baal honorem mactauerunt, frustratim
consciderunt, obtulerunt, & super ligna posuerunt, ⌊ & inuocabant nomen Baal de mane vsque
meridiem, ⌋ quia vt fertur, prima medietas diei illius fuit illis deputata ad offerendū, reliqua autē
Heliæ, ⌊ dicentes: Baal audi nos. Et non erat vox, nec qui responderet, ⌋ quoniam deus non per-
misit dæmonem respondere per idolū. ⌊ Cumq; esset meridies, illudebat illis Helias, dicēs: Cla-
mate voce maiori. Deus enī vester est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere,
aut certe dormit, vt excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritū suum ⌋ .i.
obseruantiam ceremonialem idololatriæ suæ, ⌊ cultris & lanceolis, donec perfunderentur sangui-
ne, ⌋ vt per hoc deū suum ad exauditionem & misericordiā flecterent, certi quod dij in sanguinis, p̄-
sertim humani effusione in sacrificijs facta, cōplacentiam habeant magnā. ⌊ Postq̄ aūt transijt me
ridies, & illis, ⌋ videlicet prophetis Baal ⌊ prophetantibus ⌋ de corde suo & instinctu diaboli, quod
Baal iam offensus ab eis, postea placaretur & exaudiret, aut simile aliquid per modū prophetalem
loquentibus, ⌊ venerat tempus quo sacrificiū offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis ⌋ deorū F
⌊ respondebat, nec attendebat orantes ⌋ prophetas Baal. ⌊ Dixit Helias omni populo: Venite
ad me. Et accedente ad se populo, curauit ⌋ .i. reparauit ⌊ altare dñi quod destructū fuerat ⌋ ab
idololatris, quod ab aliquo Israelitarū fuerat isti constructū, ⌊ & tulit duodecim lapides iuxta nu
merū ⌋ duodecim ⌊ tribuū filiorū Iacob, ad quem factus est sermo dñi, dicens: Israel erit nomen
tuum. Et ædificauit de lapidibus altare in nomine domini. Fecitq; aquæductū quasi per duas ara
tiunculas in circuitu altaris ⌋ .i. paruas arationes seu sulcos, fecit enim paruū fossatū, ⌊ & compo-
suit ligna, diuisitq; per membra bouem, & posuit super ligna, & ait: Implete quatuor hydrias a-
qua, & fundite sup holocaustū ⌋ .i. sup carnes bouis diuisas deo in holocaustū offerēdas ⌊ & sup
ligna, ⌋ quibus suppositæ sunt illæ carnes. ⌊ Rursumq; dixit: Etiam secūdo hoc facite. Qui cum fe
cissent secūdo, ait: Etiam tertio idipsum facite. Fecerūtq; & tertio, ⌋ duodecim hydrias aquæ fun
dendo super carnes illas & ligna, ⌊ currebant aquæ circa altare, & fossa aquæductus repleta est, ⌋
quia hydriæ erant magnæ, paruaq; fossa. ⌊ Cumq; iam tempus esset, vt offerretur holocaustū, acce
dens Helias propheta, ait: Dñe deus Abrahā, Isaac & Israel, ostende hodie, quia tu es deus Israel
& ego seruus tuus, & iuxta p̄ceptū tuū feci omnia verba hæc. Exaudi me dñe. exaudi me, vt dis-
cat populus iste, qa tu es dñs deus, & tu conuertisti corda eorū iterū. Cecidit aūt ignis dñi ⌋ de cœ-
lo aereo, angelico ministerio ibi productus & ad cadendū deorsum motus, cū Helias fudisset ora-
tionem in litera positā, ⌊ & vorauit holocaustū & ligna & lapides, puluerē quoq; & aquā q̄ erat
in aquæductu lambēs, ⌋ quā ideo Helias ibi infudit, vt ex cōsumptione maius esset miraculum.
⌊ Quod cū vidisset oīs populus, cecidit in faciē suā. & ait: Dñs ipse est deus, dñs ipse est deus, ⌋ cu
ius virtute refrenata iā fuit operatio Baal seu dæmonis, cuius tñ potestate posset ignis formari in
aere

A aere atq; descendere, deo hoc permittente, sicut in Apocalypsi fertur de bestia. i. Antichristo, ꝙ Apo. 13
fecit. i. faciet signa magna, ita vt ignē faceret de cœlo descēdere. Nã & hoc mõ ignis descēdit, q
oues & pueros Iob cõsumpsit. Dixitq; Helias ad eos: Apprehēdite ꝓphetas Baal, & occidite Job. 1.
eos ibi manibus populi, vel & propria manu quosdã, queadmodũ Samuel regē Amalec, & ne 1. Reg. 15
vnus quidē effugiat ex eis. Quos cũ apprehēdissent, duxit eos Helias ad torrentē Cison de quo
& in libro Iudicũ legit: Torrens Cison traxit cadauera eoꝝ, vt & istoꝝ cadauera in illum proijce
rentur torrentē: de quo & in psalmo fit sermo. Et interficiet eos ibi. Hoc fecit zelo dei, & ne
amplius seducerēt populũ, & quia fecerunt ꝑ imperium Iezabel prophetas dei occidi. Achab ꝗꝗ
ita fuit attonitus ex miraculo ꝗd cõspexit, ꝙ nõ audebat resistere, q̃a sperauit ꝑ Heliã pluuiam im
petrare, & ait Helias ad Achab: Ascende, comede & bibe, quia sonus multæ pluuiæ est. i. cito
tantus imber descēdet, ꝗd ruendo grandē faciet sonũ. Ascendit Achab vt comederet & bibe-
ret. Helias aũt ascēdit in verticē Carmeli, q̃ locus iam fuit sanctificatus ex cõstructione altaris,
oblatione holocausti & ꝑfato miraculo. Et pronus in terrã posuit faciē suã inter genua sua,
vt sic vultu depresso, clausisq; oculis deuotius exoraret, & dixit ad pueꝝ. i. ministrũ suum:
Ascende & prospice cõtra mare. i. versus mare, forsan mediterraneũ, dirige oculos tuos ad vidē
dũ an de mari ascendat, vel de aere descēdat aliqua nubes. Materia quippe nubiũ, puta vapores, so
lent eleuari à mari & mare solet nubibus operiri, iuxta illud in Iob: Quis cõclusit ostijs mare, cũ
ponerē nubē vestimentũ eius. Qui cũ ascendisset & cõtemplatus esset, ait: Nõ est quicq̃. i. ni- Job. 38
B hil de nube apparet. Voluit aũt Helias scire, an oratio qua pluuia deprecabat esset audita, & quã-
uis iam ex diuina reuelatione nouerat & ꝑdixit pluuiã mox futurã, tamen sciebat ꝙ deus quãdo-
q; vult talia deuotoꝝ orationibus impetrari, queadmodũ Chrũs orauit pro sui corporis glorifi- Joã. 17
catione & pro apl'oꝝ cõfortatione atq; illustratione & spũs sancti missione, quãuis ꝑdixit & no-
uit certissime oĩa illa esse futura, & rursum ait illi: Reuertere ad videndũ, an nubes appareat, nã
aer serenissimus erat. Reuertere inquã septē vicibus, ita vt post quãlibet vicē nunties mihi ꝗd
videris, & ego iteꝝ septies orando, nisi citius fuero exauditus, impetrem veniã populo pro vni-
uersitate viroꝝ eoꝝ, quæ vniuersitas septenario designatur, ita vt pluuia eis diutius non negetur.
In septima autem vice ecce nubecula parua quasi vestigiũ hominis. i. excrescens ad hoĩs quã
titatem, ascendebat de mari, quæ paulo post creuit in nubē grandē. Qui ait ministro suo:
Ascende & dic Achab: Iunge curꝝ tuũ. i. iube eum parari & applica eum tibi vt in eo cito ve-
haris, & descende ne occupet te pluuia. Cũq; se verterent huc atq; illuc, ecce cœli contenebrati
sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. Ascendens itaq; Achab, abijt in Iezabel. Et
manus dñi facta est sup Heliam. i. diuina virtus confortauit eũ & spũs diuini feruoris eũ accen-
dit, accinctisq; lumbis currebat ante Achab, vtpote currũ eius ꝑcedens, donec veniret in Iez
rael. Tantũ gloriabat in dño de idololatraꝝ deiectione, idololatriæ reprobatione & diuini cul-
tus promotione, impetrationeq; pluuiæ, & eos qui erant in Iezrael informare optauit. ¶ Circa
ꝑhabita quærit, an ne Helias peccauit, monendo cultores Baal ad sacrificandũ ei atq; ad inuocan
dũ eũ. Respondet, ꝙ nõ hortabat eos ad cultum idoloꝝ directe, vt scilicet facerēt illa ad idolorũ
honorē, sed vt facerent illa, quatenus per ea ostenderet eoꝝ perfidiã & veri dei omnipotentiã,
sed permissiue, nõ inductiue, secũdum ꝙ Christus dixit ad proditorem: Quod facis, fac citius. Ar
C vero circa illud: Vsquequo claudicatis in duas partes, asserit Lyra, Aliqui eoꝝ colebant deũ & cũ Joban. 13
hoc Baal, sicut de Samaritanis dicitur infra. Sed contra hoc scribit Rabbi Paulus, Samaritani nõ
colebant deũ, sed deos suos, nec infra dicit de eis, nisi ꝙ timebant deum. Aliud eñi est timere de- 4. Reg. 17
um, & aliud colere eum, q̃m timor seruilis potest esse sine charitate, non tamē cultus dei, qui in fi-
de, spe & charitate consistit, secũdum Augustinum. Hæc Rabbi Paulus, cuius verba sunt inconsi- August.
derate prolata, q̃m infra libro quarto scriptum est, Vnaquæq; gens fabricata est deum suum, po
sueruntq; eos in phanis excelsis quæ fecerant Samaritæ, & nihilominus colebant dñm, & paulo 4. Reg. 17
post subditur ibi, & cũ dñm colerent, dijs quoq; suis seruiebant. Nec veꝝ est ꝙ cultus dei nõ pos
set esse sine charitate, cũ Chrũs in Euangelio ex Esaia allegat: Inuanũ aũt colũt me. De Sarracæ-
nis quoq; asserit, ꝙ colunt vnũ deũ, quoꝝ cultus est fine charitate. Et quãuis cultus dei formatus & Esa. 29
meritorius atq; interior principaliter consistat in fide, spe & charitate, consequēter tamē consi- Matt. 15
stit in aliorum quoq; obseruantijs præceptoꝝ cultus dei cõsistit, imò & aliquo modo in actibus Mar. 7
bonis ex genere. Vnde & sancto Eustachio adhuc gētili, sed actibus misericordiæ valde intento
loquutus est Chrũs: Ego sum quē ignorãs colis. Postremo, q̃uis nõ sit cõuertibil'r idē, deũ colere &
deũ timere, q̃m habēt se sicut genus & spēs, tñ deũ timere, est colere eũ, ꝑsertim q̃a in lib. Iob, vbi Job. 28
nr̃a habet translatio, Ecce timor dñi, ipsa est sapiã, habet translatio vetus, Ecce pietas seu cultus
dei, ipsa est sapiã. Iteꝝ Lyra ait in huius expositione cap. ꝙ prophetæ Baal acceptauerũt propo
sitionē Heliæ dicētis, Dent nobis duo boues, &c. q̃a expulsi fuerũt, ad hoc à ppl'o approbãte ver
ba Heliæ. Quo circa loquit Paulus iste, Potest dici ꝙ ꝓphetæ Baal tanq̃ penitus infideles, sicut nõ
cõsidebãt de suis dæmonib⁹, ꝙ facerēt ignē descēdere, ita nec credebãt ꝙ Helias hoc faceret. Ad
ꝗd dico, ꝙ dictũ hoc Pauli nõ cõsonat textui, nisi eñ prophetæ Baal credidissent, ipm̃ Baal posse

ignem de sursum deponere, non incidissent se cultris atque lanceolis donec sanguine perfunderētur, vt vel sic exaudirent à Baal. Hi quoque qui colūt falsos deos, æstimāt eos posse cōferre subsidia & salutem, sicut in libro Sapiæ & Esaia manifeste habetur. D

Sap.13 Esa.44

¶ De spirituali eiusdem cap. XVIII. sensu. Arti. XXVII.

EX huius exordio cap. edocemur, quod infinita sit misericordia dei, qui hoibus est clementior, propter quod David: Melius est (inquit) mihi incidere in manus dei, multæ enim miserationes eius, quàm in manus hoim. Ecce enim Helias qui orādo impetrauit à dño pluuię subtractionē, nō legit dñm primo orasse, vt miseratus redderet pluuiā, sed quātū ex tenore ac serie lrę datur intelligi, dñs in pietate sua immensa puenit suum prophetā in zelo iustitię abundantem, & nō obstante continuatione scelerū populi, miseratus dñs sup magnitudinē mali pœnæ his, iussit prophetæ vt se monstraret regi, ob cuius facinora, ex parte magna, inflicta erant tot & tanta aduersa, denuntiaretque ei pluuiā mox futuram, quatenus ipse ac populus eius sic reuerterentur ad dñm, contra cuius imperium dīj quos coluerunt nil potuerunt. Vade ostende te Achab, vt dem pluuiam sup terram, poterat dñs pluere Helia nō misso ad regē, sed voluit dñs honorare prophetam, zelo diuino honoris succensum, iuxta quod dixit primo libro, Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum. Moraliter, per Achab designantur negligentes, carnales, vitiosi prælati, ac principes, propter quorum negligentias & excessus in subditos redundantes, auferuntur eos gratiæ supernæ & pluuia fœcundationis internæ, tam ipsis quàm eorum subiectis, superiorum suorum prauitates sequentibus, quos volens dominus in sua pietate immēsa misericorditer præuenire, iubet Heliæ. i. deuotis ac feruidis prædicatoribus & talibus principibus ac prælatis se repræsentēt, eorum vitia increpando, eosque exhortando & inducendo ad vitæ emēdationē in omnibus, quatenus detur eis & ipsorum communitatibus irrigatio supernorum charismatum, fœcunditas actuum virtuosorum. Achab vero quærens herbam in fontibus & vallibus, designat platos & principes prauos non in dño confidētes, sed ad humana solatia recurrētes. Denique quāuis Salomon dicat, rex impius, omnes ministros habet iniquos, aliquando tñ contingit, quod in domibus platorum & principū pessimorum sint aliqui iusti, quod deo dispēsante sic accidit, in consolationē, opē ac releuamē bonorum ac pauperum, ne nimium ab impijs opprimantur, sicque Abdias existens cum impijssimo Achab, abscondit & pauit dei prophetas. Ait Achab ad Heliam: Tu ne es qui conturbas Israel, sic praui ac pessimi homines, mala quæ oriuntur, imponunt iustis ac innocentibus. At ille: Non ego turbaui Israel, sed tu & domus patris tui. Certe vt Salomon loquitur, Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Ideo Helias tam impetterrite & audacter respondit, non formidans regē à quo poterat trucidari, sed eum constantissime reprehēdit. Hinc ad Hieremiam dominus dixit: Dedi te in columnam ferream, & in murum æneum, atque ad Ezechielem: Vt adamantem (ait) & silicem posui faciem tuam. Congrega ad me vniuersum Israel, sic boni euangelizantes vniuersam cupiunt plebē instruere, eique dicunt, si dñs est deus, sequimini eum: si aūt Baal, sequimini eū, ideo, quousque claudicatis in duas partes. i. vultis duobus dominis seruire, cupiētes placere mundo & creatori, cum tamē dicat Apostolus: Si hoibus placerem, Christi seruus non essem, nec possibile sit nūc gloriari cū seculo, ac deinde regnare cum Christo, quibus dicendū est, si deus est summum, perfectū, infinitumque bonum, ei estote intenti, tanquam incomparabiliter vniuersis ac singulis meliori, amabiliori & honorabiliori. Si aūt Baal. i. in principatu, opibus & prosperitatibus mundi vestra cōsistit salus, sequimini eū, quod vtique nō est, imò de talibus dictū est: Vanitas vanitatū & omnia vanitas. Itēque, rex hodie est & cras morit. Dent nobis duo boues. Bos electorum & iustorū, est propria caro, ad dei honorē discrete castigata & immolata, iuxta illud ad Romanos: Exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē, sanctam, deo placentē, rationabile obsequium vestrum. Et alibi: Mortificate (inqt) mēbra vestra, quæ sunt super terram. Bos vero impiorum est caro ex vana gloria pro mundi honore & commodo, per exercitia pœnitētiæ macerata, & deus qui exaudierit p ignē, ipse sit deus. i. ille colatur pro vero deo, qui solus potest apicē affectiue accēdere & cor ad libitū immutare ac inflāmare, qui ait: Ignē veni mittere in terrā, qui & in die sacratissimo pentecostes exaudiuit p ignem. Facite primi, quia plures estis. Nempe vt ait saluator: Multi vocati, pauci electi. Non erat vox. Per hoc quod Baal exaudire & respondere nequiuit, præfiguratū est, quod mundus & ea quæ mundi sunt, homini in extrema necessitate nequeunt succurrere. Curauit Helias altare domini, quod destructum erat. Ara interior est fides seu charitas in qua omne bonum opus deo est offerendum, quæ per tentationes & peccatā destruitur, sed per bonam informationem & pœnitētiā reparatur. Et tulit duodecim lapides. i. duodecim virtutes morales, seu duodecim fructus spūs, quibus decoratur & confortatur altare charitatis ac fidei. Fecitque aquæductū. Aquæductus est sacramētum confessionis, seu humilitas, p quā grā obtinet. Diuisitque p membra bouem, qm vnumquodque mēbrum quo mundo seruiuimus, deinceps diuino mancipandū est obsequio, dicēte Apostolo: Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immūditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Implete quatuor hydrias aqua. Quatuor hydriæ istæ sunt, voluntas, intellectus, vis concupiscibilis & irascibilis, in quibus possunt esse

Margin references: 2. Reg. 24; 3. Reg. 17; 1. Reg. 2; Prou. 28; Prou. 28; Hiere. 1; Ezech. 3; Matth. 7; Gala. 1; Greg.; Eccle. 1; Eccl. 8; Roma. 12; Col. 3; Luc. 12; Acto. 2; Mat. 20. 22; Gala. 5; Roma. 6. E F

A esse virtutes ac vitia quę implendę sunt lachrymis contritionis,fletu procedente ex desiderio beatificę fruitionis,aqua sapientię salutaris,quę aquę super holocaustum sunt effundendę.i. bonis actibus ad dei honorem exhibitis coniungendę. Vel holocaustum nostrum est proprium corpus, propter deum cruciformiter mortificatum, q̃ sunt Christi,carnem suã crucifigunt cũ vitijs & concupiscentijs,hoc holocaustum debemus deo ita offerre cum fletu contritionis,cum lachrymis supernę affectionis,cum aqua sapientialis considerationis. ¶Rursus holocaustum nostrum est sacramentum altaris,vc3 corpus Chri, vel ipsemet deus & saluator, q obtulit semetipsum patri hostiam reconciliationis in odorem suauitatis,quod cum lachrymis deuotiõis offerendum est in officio celebrationis. Est eqdem fletus quidem interior & ignita aqua,ex qbus exterior solet procedere fletus,quàmuis aliqñ non procedat. Ista effusio aquę sup holocaustum facienda est ter vcs in deuota pręparatione ad offerendũ,in ipsa oblatione & post in gratiarũ actione. ⌊Cecidit ignis de cœlo,videlicet accensio charitatis seu infusio spũs sancti,q est ignis consumens,& in se absorbens,totaliter'q; conuertens deuotissima corda,eorum'q; opera faciens,deo accepta,vt nihil proprij commodi aut priuati amoris in ipsis sit permanens. ¶Porro,occisio prophetarũ Baal designat reproborũ impiorum'q; ministrorũ dãnationem, qbus sublatis,sonus pluuię .i. abundantia gřę imminet. Helias aũt ascẽdit in verticẽ Carmeli, sic boni pręlati in alta consideratione se figunt ad considerãdum ptinentia ad communẽ salutem & concernentia dei honorẽ,& mittũt pueros suos.i.vicarios & pdicatores ac inferiores ministros ad prospiciẽdum cõtra mare.i.ad intuen-

B dum hoc seculum nequã instar maris amarũ,inquietũ,& magnum, an.s.in hoĩbus mũdanis sit alĩqd gřę spũalis,quę p nubeculã designat,ad quos gřa destitutos non sufficit semel misisse, sed septies mittit.i. per omne tempus durationis vitę eorũ,quàmdiu est spes de emendatiõe ipsorũ pro quorũ conuersione interim orat fidelis ac feruidus pastor.

¶ENARRATIO CAPITVLI DECIMINONI. NVNtiauit autem Achab Iezabel omnia quę fecerat Helias &c.

Articulus Vicesimus octauus.

Qvid ex propria infirmitate & hoĩm prauitate Helias ptulerit,& magnalia ei desup contributa,hic recitant. ⌊Nuntiauit aũt Achab⌋ rex ⌊Iezabel⌋ suę vxori ⌊oĩa quę fecerat Helias,& qũo occidisset vniuersos prophetas Baal gladio⌋ adhuc erat permãsit in sua idololatria atq; malitia, visis tot signis,sc pluuia descendẽte,quo patẽt obstinatio & ingratitudo ipsius. ⌊Misit'q; Iezabel⌋ quę & ipsa fuit in vitijs indurata, ⌊nuntium ad Heliã,dicẽs: Hęc faciãt mihi dij,& hęc addãt,nisi cras posuero animã tuã⌋ hoc est,te ipsum tractauero,vitã tuã extinxero,& aĩam tuam à corpore separauero,violentã mortem tibi inferendo ⌊sicut animã vnius ex illis⌋.i.sicut tu posuisti aĩam cuiuscunq; ex prophetis Baal. 3. Regũ.

⌊Timuit ergo Helias,⌋ hoc fuit hũanę fragilitatis, & quãs naturale sit mortẽ timere, tñ ex timore sic fugere, sicut de Helia subiungit, imperfectiõis esse cõuincit, nisi forsan ex diuino instinctu sic egerit. Nam & Christus ad tempus recessit ex oculis Iudęorũ,q in eius mortem conspirauerunt,iuxta Iohan. 11.

C illud Iohannis: Iesus iam non in palàm ambulabat apud Iudęos, similiter Paulus à Damasco. Actu. 9.

⌊Et consurgens abijt⌋ Ex Iezrael, ⌊quocunq; eum ferebat voluntas,⌋ hoc est,per vias quas putauit sibi securiores,vel ideo dicitur quocunq; eum ferebat voluntas, quia in fuga ista magis videbatur sequi voluntatem quàm rationem. ¶Sed queri potest: Cur Iezabel eum sic praeausauit,nec auisatum fecit custodiri,ne fugeret? Respondetur quòd Iezabel audiens eum tam constanter regi occurrisse & respondisse,atq; in eius pręsentia occidisse prophetas Baal,ac tanta signa patrasse putauit,quòd minime fugeret. ⌊Venit'q; in Beer Seba Iudę⌋.i. vrbem sic dictam,in tribu Iudę sitã de qua dictum est supra primo libro, ⌊& dimisit ibi puerum suum,& perrexit in desertum viã vnius diei⌋ hoc est,volebat intrare desertum ,& manere ibidem,quod puero graue fuisset sufferre. Josue.15.

Dicũt autem expositores,quòd puer ille fuit filius viduę quem suscitauit à morte qui creditur fuisse Ionas propheta,quem vidua illa dedit,& commisit Helię,vt ei obsequeretur, & instrueretur ab eo. ⌊Cum'q; venisset & sederet⌋ in deserto, ⌊subter vnam iuniperum⌋ quę est spinosa arbuscula,cuius radix est pauperum cibus, iuxta illud Iob: Radix iuniperorum cibus eorum, ⌊petiuit animę suę⌋ hoc est, pro solatio animę suę afflictę rogauit dominum ⌊vt⌋ ipse ibi ⌊mox moreret⌋ quatenus in sinu Abrahę repausaret,nec afficeretur tot malis, neque tot crimina cerneret in hoc mundo: sic & Moses: Obsecro(inquit)vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, iuxta quem modum ait Apostolus Paulus: supra modum grauati sumus, ita vt tęderet nos viuere. Nec istud impatiẽtię fuit,qa aduersitas fuit eis occasio cupiẽdi quietem, ad quam per mortem erat perueniendum, ita quòd mors non optabatur, nisi vt via & ianua vitę melioris, ⌊& ait: Sufficit mihi domine⌋ tam diu vixisse in corpore isto mortali, ⌊tolle animam meam⌋ à corpore,& pone eam in lymbo patrum. 3. Regũ.17 Job.30 Numer.11 2. Cor.1

 ⌊Neq; enĩ

⌊Neq; enī melior sum quàm patres mei⌋ quia mortalis sum, sicut illi fuerunt, & eiusdem na- D
turæ, & sancti patriarchæ fuerunt tam sancti, quod eis me meliorē aut digniorem non arbitror.
⌊Proiecitq; se & obdormiuit in vmbra iuniperi⌋ Nam & somnus releuatiuus est tristitiæ. Apte
quoque in vmbra dormiuit iuniperi, quoniam vmbra arboris huius fugat serpentes, vt legitur.
¶ Deniq; dato q; Helias sanctior fuit patribus suis, de qbus loquebat, tamen ex humilitate sic loq-
1. Timot. 1 tur, & secundum quandam considerationem sic fuit, cum & Apostolus fateat: Venit Iesus peccato
res saluos facere, quorū primus ego sum. ⌊Et ecce angelus dñi tetigit eum.⌋ Suscitando à somno,
⌊& dixit illi: Surge & comede. Respexit⌋ admirans à quo esset suscitatus, sed angelus vt apparet,
iam disparuit, ⌊& ecce ad caput suum⌋ positus fuit ⌊subcinericius panis & vas aquæ. Comedit
& bibit, & rursum obdormiuit. Reuersusq; est angelus dñi secundo, & tetigit eum, dixitq; illi: Sur-
ge, comede. Grandis enī tibi restat via. Quia cum surrexisset, comedit & bibit,⌋ Sumens partem
illius panis & aquæ, ⌊& ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta no
ctibus⌋ hoc est, opportunis horis tot dierū ac noctium. Nec enī ad conficiendū iter illud necessa-
rium fuit indesinenter sine interpositione quietis tot diebus ac noctibus proficisci, ⌊vsq; ad mon-
tē dei Horeb⌋ q est mons Sinai, cuius pes vocat Horeb, q est locus sanctus, in quo voluit deus ap
parere Heliæ zelatori pferuido legis Mosaicæ, ac diuinæ ilico datæ. Dicunt qdam q; panis ille ab
angelo pparatus habuit ptātē, & vim nutriēdi, cōfortādi & conseruādi corpus Heliæ tā diu, absq;
Augu. cōsumptiōe & læsione humidi radicalis à calido naturali, qd in lib. de mirabilibus sacræ scripturæ E
videt Augustinus sentire. ⌊Cumq; venisset illuc, mansit in spelunca⌋ in qua (vt aliq dicunt) Mo
Exodi. 33 ses stetit, quando gloria dñi corā eo ptransijt, iuxta illud Exodi. Cumq; trāsibit glīa mea ponam
te in foramine petræ, ideo ob loci illius sanctitatem māsit in eo Helias. ⌊Et ecce sermo dñi ad eū,
dixitq; illi: Quid hic agis Helia?⌋ Non ex ignorantia quærit, sed vt iuxta responsum Heliæ con-
gruenter psequat verbū suū ad ipsum. ⌊At ille respondit: Zelo zelatus sum pro dño deo exerci-
tuum⌋ i. feruentem habui affectionem, indignationē & irā contra idololatras ex dei amore, cu-
Exo. 20 ius cultū & reuerentiā opto affectu ardenti. ⌊quia dereliquerūt pactū dñi⌋ hoc est, à fœdere ami
3. Regū. 18 citiæ quod deus cū populo Israel inijt, & ad obseruātia decalogi quem cū protestatione dedit per
Mosen ⌊filij Israel⌋ recesserūt. ⌊Altaria tua destruxerūt⌋ Vnde in pcedenti caplo scriptū est, q;
Helias curauit altare dñi ante destructum, similiter alia quædā altaria in excelsis constructa, in q
bus deo factæ fuerūt oblatiōes quæ destruxerūt in cōtemptū cultus veri dei, atq; ad idololatriæ p
motionem, qd impiū fuit, attn̄ tēplo cōstructo non licuit alibi deo sacrificare, nisi ex moderamine
4. Reg. 18 dispēsatiōis diuinæ, ideo infra Ezechias laudat, eo q; excelsa, vc3 altaria ibi cōstructa abstulerit, sed
in cōtēptū cultus veri dei, ea nō licuit demoliri, ⌊& pphetas tuos occiderūt gladio⌋ Circa hæc scri
bit Lyra. Nō loqt hic de altaribus quæ in Hierlm erāt, vc3 de altari incensi & altari holocaustorū,
q illa manebāt, sed de altaribus factis in excelsis eo tpe, qn̄ templo nondū ædificato, licuit immo-
lari in illis, quo contra loqtur R. Paulus, rōnabilr dici pt, q; Helias hic loqtur de altaribus Hierlm,
quæ quàmuis realr non erant destructa, tamen idololatræ quantū in eis erat, cupiebant ea destrue
re, & cultum dei in eis reputabāt inanem, & iste modus intelligendi patet ex eo quod seqtur, & p-
phetas tuos occiderunt gladio. Non enī legit, quòd tempore Heliæ, vel ante ipsius tempus aliqui
R. Paul. prophetæ fuissent occisi gladio. Hęc Paulus, de quo sæpe admiror, q; scribit tam improprie & in-
caute. Nec enī seqtur, cupiebāt altaria destruere, ergo erant destructa. præcedenti quoq; habet F
3. Reg. 18 caplo, q; Abdias dixit Heliæ: Nunqd non indicatum est tibi dño meo quæ fecerim, cum occide-
ret Iezabel prophetas dñi. Veruntamen apparet, q; etiā de altaribus templi dei hęc possent intelli
gi, non q; corporalr erāt destructa, sed quantū ad vsum seu actū sup ea exercendū. Iam enī Robo
am & Abia reges Iuda ad idololatriam declinauerūt, vt patuit, sicq; altaria dei prophanauerunt.
3. Re 12.15 ⌊& derelictus sum ego solus⌋ in cultu veri dei, vel relictus sum ego solus de numero prophetarū,
alijs à Iezabel interfectis, sed horū vtrūq; videt falsum, qm̄ præter Heliam adhuc multi erant culto
res veri dei in Israel, & paulo post habetur in litera, supererant adhuc centum prophetæ, quos in
3. Regū 18 speluncis abscondit Abdias, vt præcedenti habetur caplo, quorū aliqui prophetiæ spiritum habu
isse credunt, sed ad istud respondere quis poterit, ex his quæ dicta sunt in expositione literali pre-
cedentis capli, super illud: Ego remansi propheta domini solus. Alij dicunt quod ait se solum reli-
Ibidem ctum, quoniam respectiue loquēdo, paucissimi erant superstites persecutioni Iezabelis, iuxta quē
Psalm. 68 modum Chrus in Psalmo testat: Sustinui qui sil contristaret, & non fuit. ¶ Porro, glossa Grego
Gregor. rij videt innuere, q; Helias ex quadā velut elatione, dixit se solū rectum, sic etenī ait: Qui humilis
etiam occulta dei nouerat elatus, & manifesta nesciuit. Vnde elicit quod humilitatis radio seip sum
illuminat, qui aliorum bona subtiliter pensat. ¶ Præterea, videtur Helias ex quodam errore di-
xisse: Relictus sum ego solus, non putans in regno decem tribuum permansisse tot dei cultores,
Romanō. 11 quot permanserunt. Ait nanq; Apostolus ad Romanos: An nescitis in Helia quid dicit scripturas
quemadmodum interpellat deum aduersus Israel, domine prophetas tuos occiderunt altaria tua
suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam, sed quid dicit illi diuinum respō
sum. Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal.

⌊& quæ-

⌊Et quærunt animam meam, vt auferant eam,⌋ hoc est, à corpore separent, mortem mihi infli-
A gendo, vel animã meam .i. vitam animalem & corporalem quærunt extinguere Iezabel, & eius
satellites. ⌊Et ait ei: Egredere & sta in monte corã dño⌋ vbiq; pſente, ac oĩa intuente, vt stando
in loco patenti, & claro, videas magnalia dei. ⌊Et ecce dñs transit⌋ .i. in effectu aliq̃ ante te trãsiet
& se tibi ostendet in tali effectu, & alloquet, ⌊& spiritus grandis & fortis⌋ id est, impetuosus ac ve
hemens ventus, ⌊subuertens montes, & conterens petras⌋ hoc est, tam validus, pulueruḿq; agi-
tationem & ascensum, sic concitans, vt videat montes deijcere, & saxa destruere ⌊ante dñm⌋ .i.
ante eius apparitionem prætactam præcedet. ⌊Non in spũ dominus⌋ hoc est, in hoc vento tibi
non apparebit, neq; loquet. ⌊Et post spm̃ commotio⌋ .i. post ventũ sequit motus terræ, ppe mõ
tem aut circiter. ⌊Non in comotione dñs⌋ hoc est, non apparebit tibi in ea. ⌊Et post commotio
nem ignis,⌋ apparebit ante te visibilr trãsiens ministerio angeli formatus, & taliter motus, cuius
etiã virtute fiebat motio illa terræ ac venti impulsio. ⌊Non in igne dñs⌋ apparebit. pcesserũt er-
go hæc tria apparitionem dei ad designandũ oĩpotentiã & terribilitatem ipsius q elementis oĩbus
dñatur, qui respicit terrã, & facit eã tremere, q transfert montes, & nescierunt hi quos subuertit Psalm.103
in furore suo. sic olim dñs legem daturus, & Mosi locuturus, ac Israelitis præmisit fulgura atq; to- Iob.9
nitrua ac nubem densissimam, prout in Exodo legit. ⌊Et post ignem⌋ apparuit ⌊sibilus auræ te- Exo 19.20
nuis⌋ designans tranquillam, gratiosam, ac dulcem dei præsentiam, q in effectibus suæ iustitiæ tã
metuendus existit ibi dominus, hoc est, in sibilo illo apparuit. Hæc itaq; dicta sunt Heliæ adhuc in
spelunca. Vnde subiungitur: ⌊Quod cum audisset Helias, operuit vultum suum pallio⌋ Vt deuo-
B tioni magis insisteret oculis clausis. Propter quod præcedenti caplo legitur posuisse faciem suam 3.Regũ.18
inter genua sua, ⌊& egressus stetit in ostio speluncæ⌋ vt videret tria prædicta, videlicet ventum,
motum terræ, & ignem, quibus visis, ⌊ecce vox facta est ad eum, dicens⌋ qa tunc dñs transiens,
& in sibilo illo apparens, locutus est ei, ⌊Quid hic agis Helia? Et ille rñdit⌋ vt ante: ⌊Zelo zelatus
sum pro domino deo exercituum, qa dereliquerunt pactum tuum filij Israel. Altaria tua destruxe
runt, & prophetas tuos occiderũt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam,
vt auferã eam. Et ait dñs ad eum: Vade, & reuertere in viam tuam p desertũ Damascum. Cumq;
perueneris illuc, vnges Hazael sup Syriã⌋ Infra quarto libro habet, q Helisæus prædixit Hazaeli 4.Regũ.8
promotionem suã sup Syriã, de qua promotiõe videt Hazael ante nil cognouisse, ideo magister Dec. Eo.
in historijs, & alij dicũt, q Helias non vnxit aliter Hazaelem in regem, nisi q: Helisæum discipulũ histo. lib 4
suũ prædixit illũ regem futurũ, vel p aliqua verba aut facta in Damasco psignauit Hazaelis pmo- Reg. ca 18
tionem, ⌊& Iehu filiũ Namsi vnges regem sup Israel⌋ nec illũ corporalr, aut psonalr vnxit in regẽ 4.Regũ.9
Helias, sed Helisæo commisisse hoc credit, qui p vnũ de filijs prophetarũ impleuit hoc, vt infra de-
scribit. ⌊Helisæum aũt filium Saphat q est de Abel Mehola vnges prophetã pro te⌋ .i. palliũ tuũ 4.Regũ.2
sup ipsum ponendo præmonstrabis eum adeptum à dño grãm prophetiæ te sublato, prout infra
narrat. ⌊Et erit quicunq;⌋ de idololatris Israelitis, ⌊fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu.⌋ 4.Regũ.8
Vnde inferius quarto libro conscriptum est, qualiter hi duo multos Israelitas idololatras occide- 4.Regũ.10
runt, q̃uis non idololatriæ culpã, quanq̃ Iehu cultores Baal ob idololatriã illã occiderit, & tñ ambo
illi fuerũt idololatræ, qa nec Iehu à cultura vitulorum recessit. ¶ Porro q ait, quicunq;, intelligẽ
dum est p modũ distributionis accommode, p gñibus singulorũ, ⌊qcunq; fugerit gladiũ Iehu in-
terficiet eum Helisæus⌋ Non legit Helisæus aliqs corporalr occidisse, nisi q quadraginta pueris vi 4.Regũ.2
C tiosis maledixit, q protinus ab vrsis sunt lacerati, qui & idololatriam cœperant exercere, sed non
oĩa sunt descripta. Nec tamen est intelligendũ, quod vniuersi ex regno decem tribuum idololatrã-
tes fuerunt ab istis tribus occisi, sed qdam de oĩbus. Hæc itaq; deus prædixit Heliæ pro ipso zelãti
cõtra idololatras, p ipsius Heliæ cõsolatiõe, & qa querebat se solũ relictũ docet & consolat eum dñs
subdens. ⌊Et derelinquã mihi in Israel septem milia virorũ,⌋ hoc est, tot milia hoĩm conseruabo
in regno decem tribuum ad meũ honorem & cultũ, ⌊quorũ genua non sunt curuata ante Baal, &
omne os q̃d non adorauerit eũ, osculans manũ⌋ idoli Baal ex deuotione supstitiosa ad ipsum, vel
osculãs ad reuerentiãs idoli propriã manum, quod aliqui fecerunt idololatræ. Sanctus Iob se fe- Iob.31
cisse negat, dicendo: Si vidi solem cũ fulgeret, & osculatus sum manum meam ex ore meo, quæ est
iniqtas maxima. Veruntamen istud non est intelligendum, quasi ad salutem suffecerit ipsum Ba-
al non coluisse, vel quia cultores idolorum, vitulorum aureorum fuerint excusati, sed quod cultus
Baal fuit pcipuum atq; grauissimũ scelus, & item q septẽ milia ista aliũde etiã iusti extiterint. ⌊Pro
fectus ergo Helias inde repperit Helisæum filiũ Saphat arantem in duodecim iugis,⌋ .i. paribus Luc 14
⌊boum⌋ iuxta illud in euãgelio: Iuga boum emi qnq;, & in Iob: Facta sunt ei mille iuga boũ, ⌊& Iob.42
ipse in duodecim iugis boũ arãtibus⌋ .i. inter duodecim viros illos arãtes, ⌊vnus erat⌋ sicq; vnus-
quisq; eorũ arauit cũ iugo vno. ⌊Cũq; venisset Helias ad eũ, misit⌋ Helias ⌊palliũ sup eũ,⌋ in signũ
dilectiõis suæ ad ipm, quẽadmodũ Ionathas exuit suas vestes, & induit Dauid eas, atq; in psagium 4.Regũ.18
futurorũ, q.s. ipse Helisæus spũalr cooperiẽdus erat, ac vestiẽdus duplici spũ Heliæ, vt infra habet 4 Regũ.2
varijsq; charismatibus spũs sancti. ⌊Qui statim relictis bobus cucurrit post Heliã⌋ cupiẽs & cõfi
dẽs particeps fieri grãrũ ipse, tãtoq; viro adhærere, obsequi & astare, ad q̃d motus fuit, à spũ sancto.

⌊Et ait

Et ait: Osculer, oro, te patrem meum & matrē meā, i. da mihi licentiam valedicendi parentibus meis, & sic sequar te: Dixitq́ꝫ ei Helias: Vade vt hoc agas, quo facto & reuertere ad me. Quod enim meum erat, i. quod mihi commissum fuit à deo, & quod amoris atqꝫ obsequij mei fuit, feci tibi per quod aptaui te ad gratiam prophetalem, imo vt [Ioseph. lib. 8 an. iu. ca. 13] Iosephus ait, mox vt Helias pallium suum super Helisæum extendit, Helisæus continuo prophetauit. ¶ Præterea, videtur [Luc. 9] Christus altius aliquid docuisse. Cum enim quidam volentium eum sequi dixisset: Sequar te domine, sed primum permitte mihi renuntiare his quæ domi sunt, ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Reuersus autem ab eo scilicet ab Helia, post quàm cucurrit, tulit par boum, hoc est, duos boues suos cum quibus arauit, & mactauit illud par per carnificem, & in aratro boum i. per ignem quem fecit ex lignis aratri in frusta conscisi, coxit carnes & dedit populo, & comederunt hoc est, ex contribulibus suis & socijs ad comedendum, & ita se habuit liberaliter & curialiter valde, & gaudij sui alios voluit esse consortes, ac honeste recessit ab eis, quos tamen bene & charitatiue refecit. Ipsoq́ꝫ facto monstrauit se nolle ad pristinū reuerti officium, sed Heliæ inseparabiliter adhærere, quoniam aratrū suū conscidit, & boues mactauit. Hoc autem cōuiuium fecit in loco, in quo habitauit, non in agro, sed cum aratro & bobus rediſt domū, & exhibuit ibi conuiuium. Consurgensq́ꝫ mane, osculatis parentibus, abijt, & secutus est Heliam qui noluit interesse illi conuiuio, & ministrabat ei non delicata cibaria præparando, sed sub obedientia tanti vatis viuendo. D

¶ De spūalibus huius deciminoni capl'i sensibus. Art. XXIX.

[Rabanus. Richar. S. Gregori. Iaco. 5. 3. Re. 17. 18] DE mysticis intellectibus præsentis capituli, Rabanus, Richardus, & Glossa multa inducunt, quæ magna ex parte ex verbis sancti Gregorij sunt accepta. Itaqꝫ ex ista docemur historia, quid viri virtutum habeant ex seipsis, quid ex deo. Nempe Helias q cœlum clausit oratione, & deprecatione sua aperuit illud, qui suscitauit defunctum & gratia claruit prophetiæ, prouidentiamq́ꝫ diuinam circa se tam specialiter & frequenter fuit expertus, audita comminatione mulieris nephariæ, non oratione contra illum armauit se, non diuinum quæsiuit oraculum, quid sibi agendum esset, non de diuina protectiōne, angelicoq́ꝫ munimine tutus mansit intrepidus, sed fugā iniſt territus, & paulopost tędio vitæ petijt mortē à dño iam pro iustitia mori expauit, sancti etenī viri subleuāt spū ad superna rapiunt, ac supernaturalia operant, & tñ durāte hac vita, ne de sua excellentia intumescant, tentationibus reprimunt & solita grē exuberātia ad tēpus dispensatiue priuant. In virtutibus miraculisq́ꝫ Heliæ oīpotentia dei relucet in timore, & fuga, Infirmitateq́ꝫ eius, qd in se fuit ac potuit, innotescit. In magnalibus suis ostēdit, quid desup gratiose accepit. In infirmitatibus suis ad se reuersus accepta munera per humilitatem custodiuit. Tropologice impius Achab designat diabolum, Iezabel carnem, cui diabolus suggerit, vt persequat Heliam, hoc est, vnum deuotum q fugit à tentationibus carnis occasiones vitando, atqꝫ inputas ac fœdas cogitationes abijciendo, & intrat desertum. i. religionem seu pœnitentialem exercitationem, in qua mundi vanitas, & carnis delitiæ deseruntur. Itaqꝫ si interdum alicui viro bono subrepat tentatio, oriaturq́ꝫ timor humanus & naturalis defectuositatis imperfectio accidat, non desperet, nec pusillanimitate frangat, sed penset, quod tantus Propheta humanum quid passus sit, & cum eo ingrediatur desertum, hoc est, oratiōis & meditationis secretum, in quo [Thren. 2] coram deo recolligat & effundat cor suum. Cumq́ꝫ venisset & sederet, subter vnam iuniperum, F per spinosam iuniperum, cuius vmbra fugat serpentes, & sub cuius cineribus dicit ignis conseruari per annum intelligit crux saluatoris, in qua ipse mortis aculeos tolerauit, quæ sua virtute fugat dæmonia, & cuius memoria ignem conseruat diuini amoris toto vitæ huius curriculo in animo deuoti meditatoris, sub hac cruce debemus sedere, hoc est, amorose reuoluere corde, quid, quanta & qualia propter nos passus sit filius dei. ¶ Deniqꝫ Helias ingressurus desertum, reliqt puerꝫ suum ad designandū, quod volens desertum pœniæ aut religionis intrare, debet vniuersa puerilia desi- [1. Cor. 13] deria, signa, & opera prorsus relinquere, vt cū Apostolo dicere queat: Cum essem paruulus sapiebam, loquebar, cogitabam vt paruulus, qū autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Petiuit animæ suæ vt moreret, sic plane q Chri passionē intente & efficaciter pensat, eidem appetit con- [Gala. 2] formari, hoc est, compati & commori saluatori, ac propriæ voluntati, ac vitijs mori, atqꝫ salubri- [Phil. 1] ter mortificare seipsum, vt viuat iam, non ipse in se, sed Christus in eo, sicq́ꝫ tandem cupit dissolui [Rom. 7] & esse cum domino, dicens cum Paulo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu- [Threno. 3] ius. Et ait: Sufficit mihi domine gratia tua, imo tuipse qui solus necessarius es. Etenim pars mea [Psal. 72] deus. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram deus cordis mei, & pars mea de- [Psal. 141] us in æternum. Tolle animam meam sicut orat Psalmista: Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Neque enim melior sum quàm patres mei. Certe si perpendamus quā virtuose, timorate, & sancte conuersati sint patres nostri gloriosi apostoli, martyres, confessores, & qui in religione nos præcesserunt, in vita vere monastica erubescemus oculos nostros leuare [Luce. 18] ad cœlum, sed cum publicano percutiamus pectora nostra, dicentes: Deus propitius esto nobis pauperrimis. Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi, ita & nos proijciamus

nos corā

A nos coram deo prosternentes nos maiestati eius humiliter, iuxta id Psalmi: Procidamus ante eum Psal.94
qui fecit nos, & per cõtemplationẽ obdormiamus & quiescamus in amore & admiratione ipsius.
Quemadmodum scriptum est: In pace in idipsum, dormiam & requiescam. ¶ Insuper, de sero Psal.4
reclinati in lectulo, studeamus in meditatione sacra passionis dominicæ obdormire. Et ecce angelus domini tetigit eum, quemadmodum Heliã afflictum esurientem, lassatum ac dormientem
tetigit angelus dei, sic quoscunq; deuotos, pœnitentes, tentatos in bonis operibus fatigatos, ac cõ
templatiuos deus suo instinctu diuino piissimo, & p sanctos angelos misericorditer visitat, con Eccl.18
solatur, roborat, & accendit, & aqua sapiæ potat, atq; subcinericio reficit pane, videlicet corpore
Chri. Qui ait: Ego sum panis vitæ. Et rursus: In puluerem mortis deduxisti me, siquidem igne Johan.6
passionis decoctus est. Comedit ergo & bibit, & rursus obdormiuit, qui em̃ Chr̃m in sacramento salubriter suscipit, in eius contemplatione & amore obdormit, ab omnium sensibilium inquietudine ac strepitu quiescẽdo, bonitatem charitatem'q; dei, & eius beneficia recolendo. Reuersus'q; Psal.21
angelus secundo, tetigit eum, & dixit: Non enim sufficit nobis semel tangi, & excitari ab angelis
sanctis, sed subsidio isto indigemus quotidie, surge, comede, quia quotidie debemus saltem spiritaliter Chr̃m suscipere, & eius refici sacramentis, donis, ac gratijs, atq; ab actibus vitæ contemplatiuæ ad opera vitæ actiuæ, loco & tempore opportunis procedere. Grandis enim tibi restat via,
quia egemus magno profectu antequàm ad optatam possimus virtutum perfectionem pertingere. Magna quoq; est via à fide ad speciem, ab exilio ad patriam, à miserijs vitæ præsentis ad gaudia æternæ felicitatis, à terra ad cœlum empyreum. Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & am-
B bulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem dei Horeb. Ita Christifideles in virtute dñici corporis, quod est viaticum peregrinationis præsentis ambulant per omne tempus vitæ istius, quod
est pœniæ tempus, & quadragenario designatur vsq; ad mõtem ecclesiæ triũphantis, vel vsq; ad
sublimitatem euangelicæ perfectionis, in qua interrogatur & examinat à domino qui corda &
renes scrutatur, quid operetur, & felix qui ex sententia dicere valet: Zelo zelatus sum pro domino, cuius vniuersa præcordia cupiunt deum ab omnibus debite honorari, & de inhonorationi- Psal.7
bus eius contristantur, atque pro eius honorificentia student, & dicere possunt: Tabescere me fe- Psalm.118
cit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei, & certe omnes vere deuote ac feruidi deformationem ecclesiæ habent deplangere destructionem, ruinam, peruersitatem in cœnobijs atque
collegijs in omni tribu, lingua ac natione populi Christiani. Specialiter quoque quòd perfidi hæretici ac impij Christiani sancta loca prophanant, iustos persequuntur, ac necare conantur. Et ait:
Egredere, & sta in monte coram domino, hoc est, præpara te, vt digne te repræsentes conspectui
maiestatis diuinæ. Egressus, stetit in ostio speluncæ. Spelunca est corpus mortale, sordibus &
culparum tenebris plenum, in cuius ostio stat, qui ad occurrendum iudici summo semper paratum se exhibet, & quotidie est dispositus ad egrediendum de carcere corporis huius. Spiritus grandis & fortis, subuertens montes, & conterens petras ante dominum, spiritus iste piissimum &
suauem dei præcedens aduentum, est comminatio dei in diuinis scripturis, quæ interdum superbos perterret & deijcit, ita quòd conuertuntur ac pœnitent. Petras quoque, hoc est, dura & lapidea corda emollit ac carnea facit. Non tamen in hac comminatione dominus, quoniam ex comminatione & seruili timore deo seruire, non est meritorium aut acceptum. & post spiritum com-
C motio, hoc est, trepidatio ex comminatione incussa, quæ (vt tactum est) non sufficit ad salutem.
Et post commotionem ignis, i. intensa memoria incendij gehennalis, quam parit diuini timor iudicij, sed nec in igne hoc dominus cui sine charitate nil complacet. Et post ignem sibilus auræ tenuis, hoc est, interna, quieta, & dulcis aspiratio spũa sancti, qui instar suauissimi roris mentem perfundit, recreat, implet, iuxta illud in Canticis: Veni auster, perfla hortum meum, ideo dominus est in Cant.4
sibilo isto. Vnde & in Iob libro dicitur: Vocem quasi auræ tenuis audiui. Quod cum audisset He- Iob.4
lias, operuit vultum suum pallio, quia vir speculatiuus in contemplatione mirabilium altissimi deficit, atque ad propriam defectuositatem pensandam, oculos cordis reflectit.

¶ Deinde per Heliam cui præcipitur vngere quosdam in reges, & Helisæum in vatem, exprimitur Christus, qui vnctione spiritus sancti quosdam dignificauit ad regnandum, ac præsidendum in iure spiritali, quosdam in iure ciuili, per quos correxit iniquos. Et derelinquam mihi in Israel septem milia virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal. Semper quippe sunt aliqui boni in ecclesia dei, qui nequaquàm adhærent rebus terrenis, caducis, & vanis, magis quàm incommutabili & incircumscriptibili bono. Profectus inde Helias repperit Helisæum, super quem misit pallium suum. Ecce quòd dominus virum illum rusticanum & simplicem elegit in Prophetam præcipuum, & sicut super illum extendit Helias pallium suum, sic viri virtutum gratiam sibi concessam, alijs communicare nituntur. Qui statim relictis bobus cucurrit post Heliam, quoniam hi quos tangit & incendit spiritus sanctus, relictis carnalibus affectibus & peccatis, festinant ad dominum, ac boues occidunt, atque de eis parant conuiuium proximis, quoniam carnalia oblectamenta ac opera conterunt, & per hoc alios suis exemplis reficiunt. Osculantur autem & suos parentes, dum vinculo charitatis manent eis coniuncti, & verbis salubriter admonent ipsos.

¶ Exposi-

¶EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMI. PORRO Benhadad rex Syriæ congregauit omnem exercitum suum &c. D

Articulus Tricesimus.

HIc describuntur duæ admirandæ victoriæ impio Achab concessæ, non
ob merita eius, sed ex bonitate dei immensa, vt vel sic cõuerteret ad de
um verum, videns se ab idolis suis non posse iuuari. ⌊ Porro Benhadad
rex Syriæ congregauit omnẽ exercitũ suũ, & trigintaduos reges secũ,
& equos & currus, & ascendens pugnauit contra Samariam, ⌋ Metro
polim regni decem tribuum, ⌊ & obsedit eam. Mittensq́; nuntios ad
Achab regem Israel in ciuitatẽ, ait: Hæc dicit Benhadad. Argentũ tuũ,
& aurum tuum ⌋ meum est, hoc est, requiro vt mittas mihi ea, ⌊ & vxo
res tuæ & filij tui optimi ⌋ .i. aptiores ad prælia, ⌊ mei sunt ⌋ iuxta sen
sum prætactum, vel iure prælij, seu ob aliam causam quam contra te ha
beo. ⌊ Responditq́; rex Israel: Iuxta verbum tuum dñe mi rex, tuus sum ego ⌋ hoc est, paratus ti
bi seruire sub rationabili tributo, seu alio modo, ⌊ & oĩa mea ⌋ bona mobilia, De filijs autẽ & vxo
ribus suis subticuit, q̃a non intendebat eos exponere voluntati illius. ⌊ Reuertentesq́; nuntij ⌋ ad
Achab, ⌊ dixerunt: Hæc dicit dñs Benhadad, qui misit nos ad te: Argentum tuum & aurum tu
um, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi ⌋ vt non remaneat tibi superstes qui succedat tibi in
regno, nisi forsan quem constituero ego. ⌊ Cras igitur hac eadem hora mittam seruos me
os ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorum, & omne quod *eis placue
rit, ponent in manibus suis, & auferent. Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ ⌋ volens
in tam arduo negotio communitatem concernente vti generali concilio, potissime seniorum in E
quibus solet esse maior experientia atq; prudentia, ⌊ & ait: Animaduertite & videte, quoniam insi
diatur nobis ⌋ hoc est, occasionem contra vos quærit ad destruendum regnum nostrum totaliter
vel ad subdendum illud suæ iurisdictioni omnino. ⌊ Misit enim ad me pro vxoribus meis, & filijs
& pro argento & auro, & non abnui ⌋ Hoc videtur contra iam dicta. Idcirco exponitur sic, non
abnui .i. postulationem eius non negaui ei in toto, q̃a de argento & auro consensi. ⌊ Dixeruntq́;
omnes maiores natu, & vniuersus populus ad eum: Non audias neq; acquiescas illi, ⌋ q̃a penitus
irrationabilr & tyrannice habet se. Aliqui tamen dicunt, quòd consensit etiam de vxoribus & fi
lijs, sed non de scrutatione domus suorum seruorum, prout textus videtur prætendere. ⌊ Respon
dit itaq; nuntijs Benhadad: Dicite dño meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum
in initio, faciam, hanc autem rem facere non possum. Reuersiq́; nuntij retulerunt oĩa ei. Qui remi
sit & ait ⌋ ferens ægre ꝙ rex Achab non acquieuit. ⌊ Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, si suffece
rit puluis Samariæ pugillis oĩs populi qui sequitur me ⌋ hoc est, tanta est mecum hoĩm copia quòd
vnusquisq; eorum vix posset manum suam semel implere de terræ fragmentis, quæ in Samaria
sunt potissime, prope muros. Vel sic tam multi sunt mecum, vt si vnusquisq; acciperet & compor
taret lapidem, aut stipitem vnum, vel vnum terræ pugillum, tam magnum facerent aggerem ex
tra, vt ciues fecerant intra, sicq́; implerentur fossata, & ex æquo pugnarent aduersus illos, compor
tauerant autem ciues Samariæ terram multam intus ad muros suos, quasi in altitudinem murorum
ipsorum, vt muri essent inexpugnabiliores. ⌊ Et respondens rex Israel, ait: Dicite ei: Ne glorietur
accinctus æque vt discinctus ⌋ hoc est, ipse Benhadad adhuc armis accinctus, & pugnaturus non
sit ita securus, & de futuro triumpho exultans, vt is q̃ iam victoriam habuit, & exuit arma, quoniã F
euentus belli incertus est, atq; in pendulo positus, & pauci quandoq; præualent multis. Idcirco nõ
debet congressurus aduersarium suum paruipendere nimis. Nimia quoq; securitas & incautela
multos decepit. ⌊ Factum est autem cum audisset Benhadad verbum istud, bibebat ipse ⌋ rex Sy
riæ ⌊ & reges ⌋ q̃ secum erant ⌊ in vmbraculis ⌋ .i. papilionibus, ⌊ & ait seruis suis: Circundate ci
uitatem. Et circundederunt ciuitatem. Et ecce propheta vnus, accedens ad Achab regem Israel ⌋
3. Reg. 22 Hunc aliqui dicunt fuisse Michæam, ꝙ non videtur, cum de illo infra asserat Achab, non prophe
tat mihi bonum, sed malum omni tempore, ⌊ ait ei: Hæc dicit dñs: Certe vidisti omnem multitu
dinem hanc nimiam. Ecce ego tradam in manum tuam eam ⌋ hoc est, omnem multitudinem re
gis Syriæ, ⌊ hodie, vt scias q̃a ego sum dñs ⌋ omnia potens ac omnibus dominans, & ita conuerta
ris ad me. ⌊ Et ait Achab: Per quem? Dixitq́; ei: Hæc dicit dñs: Per pedissequos principum pro
uinciarum, ⌋ Pedissequi hic vocant scutiferi seu armigeri principum .i. principalium nobiliumq́;
virorum decem tribuum. Aliqui tamen principes illos dicunt fuisse obsides, nobiles, quos de alijs re
gionibus Achab acceperat. ⌊ Et ait: Quis incipiet præliari? Et ille dixit: Tu. Recensuit ergo ⌋ hoc
est, numerauit ⌊ pueros ⌋ .i. præfatos pedissequos ⌊ principum prouinciarum & reperit numerum
ducentorum triginta duorum. Et recensuit post eos populum omnes filios Israel septem milia ⌋ mi
rum ꝙ tã pauci fuerunt, & forsitan ex timore multi fuerunt, ⌊ & egressi sunt meridie. Benhadad
autem bibebat temulentus in vmbraculo suo, & reges trigintaduo cum eo, q̃ ad auxilium eius ve
nerant. Egressi sunt autem pueri principum prouinciarum in prima fronte. Misit itaq; Benhadad q̃

nuntia-

A nuntiauerunt ei, dicentes: Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait: Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos: siue vt prælientur, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur. Et percussit vnusquisque virum ⌋de exercitu Syrorum, ⌊qui cōtra se veniebat, fugerunt Syri, ⌋deo omnipotenti corda eorum subito immutante, obstupefaciente, perterrente & debilitāte, ⌊& persequutus est eos Israel. Fugit quoque Benhadad rex Syriæ in equo cū equitibus suis. Necnon egressus rex Isrel, percussit equos & currus, & percussit Syriā plaga magna nimis. Accedens aūt propheta ad regem Israel, dixit ei: Vade & confortare, & scito, & vide quid facias ⌋.i. prouide tibi & noli offendere deum, qui tibi concessit victoriam, ⌊Sequenti enī anno rex Syriæ ascendet contra te. Serui vero regis Syriæ dixerūt ei: Dij montium sunt dij eorum, ⌋videlicet Israelitarum hoc supplicabantur, quia Samaria fuit in montibus sitā, imò tota terra promissionis extitit montosa, iuxta illud Deuteronomij: Terra ad quā ingrederis, montosa est & campestris. Helias quoque in monte Carmeli erexit altare, & vituli aurei quos filij Israel adorabant, erant in phanis sublimibus positi, similiter templum in monte Sion, ⌊ideo superauerunt nos, ⌋quia pugnauimus contra eos in montibus, in quibus dij eorum potestatem exercent. Putabant aūt gentiles diuersis terræ partibus, diuersisque elemētis diuersos deos pesse, sicut de hoc in libro de ciuitate dei plenius loquit Augustinus. ⌊Sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo verbum hoc fac. Amoue reges singulos ab exercitu suo, ⌋.i. à turmis eorum, quia reges frequenter inertes sunt & nimis delicati ad sustinendū pericula præ-

Deut. 11

3. Reg. 9

August.

B liorum ac formidolosi, ne percutiant, iuxta illud in Iob: Angustia vallauit impium, sicut regē qui paratur ad prælium, & forsan in prescripto libello satis cito fugerunt, ⌊& pone principes pro eis, ⌋vt exercitui cuiuslibet regis præsit princeps militiæ strennuus, ⌊& instaura murū militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundū equos pristinos & currus secundum currus quos ante habuisti. Et pugnabimus cōtra eos in campestribus, ⌋in quibus dij eorum nil possunt, ⌊& videbis quod obtinebimus eos ⌋.i. vincemus. ⌊Credidit consilio eorum, & fecit ita. Igitur postquam annus transierat, recēsuit Benhadad Syros, & ascendit in Aphec, ⌋quæ fuit ciuitas in regno Israel situata, sed eis per Syros ablata, iuxta quam erat magna campi planities, ⌊vt pugnaret contra Israel ⌋.i. in qua decreuerunt Syri pugnare. ⌊Porro filij Israel recensiti sunt, & acceptis cibarijs profecti ex aduerso castrametati sunt ⌋.i. tentoria sua fixerunt, ⌊contra eos, quasi duo parui greges caprarum, ⌋vnde elicitur, quod exercitum suum diuiserūt in duas partes, quæ ambæ simul fuerūt paucissimi respectu Syrorum. Hinc subdit. ⌊Syri aūt repleuerunt terrā ⌋pro magna parte. Erāt enī centū vigintiseptē milia, imò & plures, vt in textu insinuat. ⌊Et accedēs vnus vir dei, ⌋vtpote sanctus propheta vel is de quo iā dictū est, aut alius. ⌊Dixit ad regē Israel: Hæc dicit dn̄s, Quia dixerūt Syri, Deus mōtiū est dn̄s, & nō est deus valliū ⌋.i. ob istā eorum blasphemiā, qua dixerūt Israel habere potestatem iuuandi suos in montibus, eo quod sit montiū deus ac dn̄s & nō in vallibus, cū tn̄ habeat indeterminatā & infinitā potētiam. ⌊Dabo omnē multitudinē hāc grandē in manu tua, & scietis, quia ego sum dn̄s ⌋vniuersorum vere oīpotens ex tā miraculoso effectu. Et quis Achab & sui hoc cognouerunt cognitione informi, nō tn̄ deū sicut deū honorificauerūt aut grās dignas egerunt, sed permāserunt in idololatrijs, impietatibus & ingratitudinibus suis. Sed quō nunc dicunt Syri dixisse, deus montiū est dn̄s, cū supra legant dixisse, Dij montium sunt dij eorum? Respondet, quod in scripturis frequēter ponit plurale pro singulari, & econuerso, & quia multi filij Israel colebāt simul cū vitu-

Iob. 18

Iosu. 13

Roma. 1

C lis suis ac idolis deum verum, sicut Samaritani, vt dictum est. Idcirco dicendo, dij montium, intellexerunt & verum deum. ⌊Dirigebant itaque septem diebus ex aduerso, hi atque illi acies, septima autem die commissum est bellū. Percusserūtque filij Israel de Syris centū milia peditū in die vna. Fugerūt autem Syri, qui remanserūt in Aphec, in ciuitatē, & cecidit murus ⌋ciuitatis Aphec ⌊super vigintiseptem milia hominū, qui remanserāt, ⌋& fugerunt qui accesserunt ad murum vt eum firmarent, ne à filijs Israel destrueretur, sed virtute diuina & ministerio angeli vel boni vel mali præcipitatus est murus super illos cum impetu. ⌊Porro Benhadad fugiēs ingressus est ciuitatē in cubiculum, quod erat intra cubiculū ⌋.i. locū secretissimum ad latendum, atque vt Iosephus refert, cum paucis ei fidelioribus introiuit subterraneum locū, cuius aditus in cubiculo fuit. ⌊Dixeruntque ei serui sui, ⌋formidantes ne à rege Israel inuenirentur & sine misericordia occiderent. ⌊Ecce audiuimus quod reges domus Israel clemētes sint ⌋.i. proni ad indulgendū, quoniam deo Israel proprium est misereri ac parcere, & vtique vera clemētia est in omni prælato ac principe valde laudāda, cū & Salomon fateatur: Roborat clemētia thronus regis. Vnde Tullius in laudibus Iulij ait: Nulla te virtus ita commēdabilem reddit, vt tua clemētia. Idcirco & Seneca in libro de clemētia contestatur: Nihil adeo principem decet, sicut clemētiæ virtus. Veruntamē clemētiæ contemperandæ sunt, discretio atque iustitia, propter quod orauit rex pius, bonitatē & disciplinā & sciētiā doce me. ⌊Ponamus itaque saccos in lumbis nostris ⌋.i. saccis nos accingamus in signū pœnitētiæ & humiliationis, ⌊& funiculos in capitibus nostris, ⌋quasi ipso facto monstrantes nos meruisse suspendium, ⌊& egrediamur ad regem Israel, forsitan saluabit animas nostras ⌋.i. à morte nos præseruabit, videns nos tam miserabiliter sibi occurrere sponte. ⌊Accinxerunt saccis lumbos suos, & posuerūt

4. Reg. 17

Iose. lib. 8 an. in. ca. 13

Pro. 20

Cicero

Seneca

Psalm. 118

funiculos in capitibus suis, venerũtq́ ad regem Israel, & dixerũt ei: Seruus tuus Benhadad⌋ quem D
Psalm 76 paulo ante dominũ appellasti, sed nũc subito facta est tãta rerũ mutatio, quæ vtiq́ fuit opus dexte
ræ excelsi, ⌊dicit.⌋ vnde patet φ non venit cũ famulis suis, ⌊viuat oro anima mea⌋. i. ego ipse nõ
occidar à te, sicut promerui tanq̃ dicat, quamcũq́ emendã aut mulctam imposueris mihi, acce-
ptabo eã pro mea euasione, iuxta illud in Iob: Cũcta quæ habet homo, dabit pro anima sua, ⌊&
Iob 2 ille ait: Si adhuc viuit, frater meus est⌋. i. dilectus, vt frater & amicitiæ fœdus feriã secũ, ⌊qd acce
perunt viri pro omine⌋. i. pro bonæ fortunæ eloquio seu pro augurio, prosperoq́ euentu. Vnde
Valerius Maximus Valerius Maximus loq̃tur, φ omen est sermo insperati auditus, ex q̃ cõseq̃tur boni alterius, &
vocat omen illius, ⌊& festinãtes rapuerũt verbũ ex ore eius⌋ repetẽdo illud vt tanq̃ à rege pro-
latum, inuiolabiliter seruaretur. Timebãt nãq́ ne Achab retractaret illud tanq̃ sine deliberatione
prolatũ, ⌊atq́ dixerũt: Frater tuus Benhadad viuit, & dixit eis: Ite & adducite eũ ad me. Egressus
est ergo ad eum Benhadad, & leuauit eũ in currũ suũ. Qui dixit ei: Ciuitates quas tulit pater meus
à patre tuo, reddã, & plateas fac tibi⌋. i. forum rerũ venalium, ex quo tributum accipias, ⌊in Da-
masco⌋ metropoli Syriæ, iuxta illud in Esaia, caput Syriæ Damascus, ⌊sicut fecit pater meus in
Esa. 7 Samaria, & ego fœderatus recedã à te⌋ Istud aũt Benhadad non dixit ex aĩo, sed magis ad deci-
piendũ ipsum Achab vt aliqui opinãtur. Pepigit ergo fœdus & dimisit eũ.⌋ Deniq́, qm̃ Achab
peccauit in isto indiscretã istã clementiã impendẽdo regi blasphemo morti obnoxio, dñs prædi
Dec. Co. xit ei de hoc debitã pœnã, vt subditur. ⌊Tũc vir quidã de filijs prophetarũ⌋ qui vt in scholastica
hist. lib. 3 fertur historia, fuit Michæas, de quo in vltimo huius libri capitulo plura habent, ⌊dixit ad sociũ
Re. ca. 38 suũ in sermone dñi⌋. i. ex reuelatione & commissione diuina. ⌊Percute me. At ille noluit percu-
3. Reg. 22 tere⌋ forsitan propter reuerentia viri tã sancti & sanctitatis ipsius. ⌊Cui ait: quia noluisti audire E
vocem dñi⌋. i. verbis meis ex parte dei prolatis obedire abnuisti. Vnde elicit, φ socius ille nouit
prophetã illum ex ore dei loquutum, ideo non obediendo verbis prophetæ fuit inobediens deo,
sicq́ promeruit mortẽ, quemadmodũ subdit, ⌊ecce recedes à me & pcutiet⌋. i. occidet, ⌊te leo.
Cũq́ paululũ recessisset ab eo, inuenit eũ leo atq́ pcussit. Sed & alterũ inueniẽs virũ, dixit ad eum:
Percute me: Qui pcussit illũ & vulnerauit⌋ q̃a credebat φ ex dei pcepto propheta petiuit se per
cuti. ⌊Abijt ergo propheta & occurrit regi in via, & mutauit aspersione pulueris os & oculos su-
os⌋. i. dispositionẽ vultus sui alterauit, puluerẽ sanguine suo intinctũ vultui superponẽdo, ne ag-
nosceretur. Fecit q̃q́ se vulnerari, vt sua vulneratione futurã regis vulnerationem præsignaret.
⌊Cum rex trãsisset, clamauit ad regem & ait: Seruus tuus⌋ videlicet ego famulus tuus, ⌊egressus
est ad præliandum cominus⌋. i. prope. ⌊Cũq́ fugisset vir vnus⌋ de prælio vel de manu eius, à q̃
fuerat captus, ⌊adduxit eũ quidã ad me, & ait: Custodi virũ istũ. Qui si lapsus fuerit⌋. i. manũ tuã
euaserit, ⌊erit anima tua pro anima illius⌋. i. pro ipso erit mihi seruus, vel loco ipsius interficieris
⌊aut talentũ argenti appendes⌋. i. pro eius euasione præfixã solues pecuniã. ⌊Dum autem ego
turbatus huc illucq́ me verterem⌋ vndiq́ circũspiciendo propter imminens belli periculũ eui-
tandum, subito non comparuit ille⌋ captiuus, quia repente clam fugit, ⌊& ait rex Israel ad eum,
hoc est iudicium tuũ quod ipse decreuisti⌋. i. pœnã quam tetigisti, sustinebis, φ. s. anima tua erit
pro anima illius qui fugit de manu tua, vel solues pecuniã, ita φ alterũ horũ duorũ subibis & lues. F
⌊At ille statim absterſit puluerem de facie sua⌋ vt cognosceretur à rege, iam illaqueato proprij
oris iudicio, ⌊& cognouit eũ rex Israel quod esset de prophetis. ⌊Qui ait ad eũ⌋ Achab applicãdo
ei parabolam, in qua sub persona propria fuit loquutus de persona ipsius. ⌊Hæc dicit dominus:
Quia dimisisti virũ dignũ morte de manu tua⌋. s. Benhadad regem blasphemũ, quem deus dedit
in manũ tuã vt eũ occideres quod & tibi denũtiauit, ⌊erit anima tua pro anima illius⌋. i. tu occi-
3. Reg. 22 deris pro eo, imo & ab eo seu eius exercitu vt infra habetur, ⌊& populus tuus⌋ erit, ⌊pro populo
eius⌋. i. occidetur à populo eius pro magna parte, vt infra dicetur, sicq́ propter scelus regis per-
cussus est simul & populus eius, præsertim q̃a consensit ei in crimine, & rex in subditis suis puni-
tus est. Itaq́ per virũ qui fugit de prælio, intelligitur Bẽhadad rex quẽ deus dedit in manus Achab
⌊Reuersus est igit̃ rex Israel in domũ suã audire contemnens⌋. i. increpationem istã aspernans,
⌊& furibundus venit in Samariam⌋ in quo patet eius obstinatio, ingratitudoq́ maxima, imo &
Dec. Co. istũ prophetã iussit claudi & custodiri, vt magister in historijs tãgit, & ex Iosepho sumptum est,
histo lib. 3 qui affirmat φ incarcerauit prophetã. Itaq́ sicut Nathan proposuit regi Dauid parabolam, qua
regũ ca. 38 proprio ipsius iudicio ipsum conuicit, ita propheta iste impio Achab. ¶ Moraliter docemur
Iose. lib. 8 ex isto capitulo, quã periculosa & vitiosa sit præsumptio, iactãtia, securitasq́ incauta, præsertim
an. in ca. 13 blasphemia propter quæ vitia multi etiã fortiores hostibus suis succũbunt. Item quãtũ inobediẽ-
2. Reg. 12. tia sit displicens deo, & φ inobedientes perimãtur à diabolo, q̃ velut leo rugiens, circuit, quærẽs
1. Petri. 5 quem deuoret. Insuper vnicuiq́ vana securitate, resoluto præsumptuoso incauto dicendũ est. Ne
glorietur accinctus æque vt discinctus. Durãte etenĩ vita præsente durat contra nos inuisibilium
aduersariorũ conflictus, propter q̃d debemus esse spiritalibus armis semper accincti. Postremo, si
nostra negligẽtia scãdali prauitate perierit aliq̃s, erit aĩa nostra pro illius aĩa. i. simul cũ illo peri-
re meretur. Patet itẽ ex dictis, φ falsa clementia, præsertim quæ vergit in detrimentũ boni com-
munis

A munis & derogat iuri, fit detestanda omni iudici ac plato. hoc quoq; tangendum, quia circa exordium expositionis huius cap. scribit Lyra. Diuina prouidentia quantũ in se fuit, ipsum Achab à malitia reuocauit, cõtra q̃d Rabbi Paulus affirmat: Si diuina ꝓuidentia q̃tũ in se fuit, ipm Achab à malitia reuocasset, fuisset indubie reuocatus, q̃a (vt cantat ecclesia) diuina prouidẽtia in sui dispositione nõ fallit. Veruntamẽ istud incaute prolatũ est, & cõmuni doctoꝝ sentẽtiæ aduersat, quoniam deus, quantũ in se, nullũ relinquit nec perire permittit, dicẽte Apostolo: Qui vult oẽs homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. 1.Timo.2

¶EXPOSITIO CAP. XXI. Post hæc autem verba vinea erat Naboth. Arti. XXXI.

Recitatur hic diuina iustitia circa transgressionem impijssimi Achab. ⌊Post hæc aũt verba⌋ .i. post gesta pſcripta secundũ narrationis ordinem saltem, ⌊vinea erat Naboth Iezraelitæ qui erat in Iezrael⌋ .i. ipse Naboth in vrbe noĩe Iezrael habitans, habuit vineã ⌊iuxta palatiũ Achab regis Samariæ. Loquutus est ergo Achab ad Naboth, dicẽs: Da⌋ .i. vende, ⌊mihi vineã tuã, vt faciam mihi hortũ oleꝝ, q̃a vicina est & prope domũ meam, daboq; tibi pro ea vineam meliorẽ. Aut si cõmodius tibi putas, argenti ꝓtium quantũ digna est dabo. Cui respõdit Naboth: Propitius sit mihi dñs, ne dem hæreditatẽ patrũ meoꝝ tibi⌋ .i. ab hac culpa pſeruet me, quia fine rationabili causa non sunt hæredita-

B ria bona vendenda, atq; in lege fuit prohibitum filijs Israel vendere possessiones suas in sempiternum, sed solum vsq; ad annum Iubilæum poterant in necessitate eas venundare, vt habetur in Leuitico. Vnde dominus dixit: Terra hæc mea est, & vos coloni mei estis. Achab aũt legis ꝓuaricator atq; idololatra non curauit de lege diuina, voluitq; vineam emere in possessionẽ perpetuam. ⌊Venit ergo Achab in domũ suã, indignans & frendens sup verbo, quod loquutus fuerat ad eũ Naboth Iezraelites, dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrũ meoꝝ. Et proijciens se in lectulum suũ, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panẽ. Ingressa est aũt ad eum Iezabel vxor sua, dixitq; ei: Quid est hoc, vnde anima tua contristata est, & quare nõ comedis panem? Qui respondit ei: Loquutus sum Naboth Iezraelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam tuam, accepta pecunia, aut si tibi placet, dabo tibi vineam meliorẽ pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineam meã. Dixit ergo ad eũ Iezabel vxor eius,⌋ textus est planus. ⌊Grandis authoritatis es & bene regis regnũ Israel,⌋ hoc mulier tyrannica irrisorie dixit marito, quasi dicat, ita te habes ꝙ subditi tui non curant de te. Voluit impia fœmina illa vt magis timerẽt regẽ mortalẽ, q̃ deũ omnipotentem. ⌊Surge & comede panem & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezraelitæ. Scripsit itaq;⌋ Iezabel ⌊literas ex nomine Achab⌋ .i. sub eius persona, ⌊& signauit eas annulo eius,⌋ quoniam olim consueuerũt epistolæ regum eoꝝ annulis sigillari, vt patet in libro Hester quo habetur: Literæ signatæ annulo regis missæ sunt. In scholastica fertur historia, ꝙ Iezabel literas istas scripsit secreto. Alij dicunt, ꝙ ipse Achab sciente & consentiente, ⌊& misit ad maiores natu & optimates, qui erant in ciuitate eius & habitabant cum Naboth,⌋ videlicet in oppido Iezrael, ⌊Literarum autem⌋ .i. epistolæ, ⌊hæc erat sententia: Prædicate ieiunium⌋ .i. iniungite populo vt ieiunent, quasi ad obtinendum directionem deoꝝ in isto negotio vt videamini iuste procedere, ⌊& sedere facite Naboth inter primos populi⌋ .i. inter superiores, quoꝝ etiam vnus Hest.3 Pet. Co. histo. lib.3 reg.ca.30

C fuit, ne videamini eũ despicere ante accusationẽ ipsius & accusationis probationẽ. ⌊Et submittite duos viros filios Belial⌋ .i. sine iugo disciplinæ atq; timoris dei, cõtra eũ & falsum testimoniũ dicant,⌋ videlicet. ⌊Benedixit⌋ .i. maledixit ⌊Naboth deũ & regẽ⌋ .i. in deũ blasphemus est, & reus criminis læsæ maiestatis in regẽ, sicq; dupliciter morte dignus. Verũtamẽ impia Iezabel voluit vt nõ publicaret eã scripsisse istud de testiũ submissione falsoꝝ. Deniq; tam horrendũ crimen est maledicere deũ, quod iuxta proprietatem linguæ Hebrææ designat per suũ cõtrariũ, sicut & in libro Iob: Nisi in faciem benedixerit tibi. Itemq;: Benedic deo & morere. ⌊Et educite eum⌋ extra vrbem, ⌊& lapidate, sicq; moriatur. Fecerunt ergo ciues eius, maiores natu, & optimates, qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis, quas miserat ad eos,⌋ quam ob suam malitiam seruiliter timuerunt. ⌊Prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris, filijs diaboli, fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet vt viri diabolici dixerunt contra eum testimonium coram multitudine. Benedixit Naboth deum & regem. Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Miseruntq; ad Iezabel, dicẽtes: Lapidatus est Naboth & mortuus est,⌋ in quo patet iniustitia eorundẽ, q̃m superioribus nõ est obediẽdũ cõtra ius naturale aut diuinũ, & vt princeps apl̃ici ordinis dixit: Obedire oportet deo magis q̃ hoĩbus. Et q̃m Naboth ꝓ defensiõe iustitiæ innocẽter ẽ lapidatus. Sãctus Amb. lib. de off. martyrẽ eũ vocat & sanctũ appellat. Ex q̃bus etiã innotescit, quàm grauiter peccant, qui male viuendo ex irrationabili causa & vitioso regimine Job.1.2 Acto.5 Amb lib.3 offi. ca.9

hæreditates suas venūdāt, quas sicut à suis patribus receperūt, sic filijs suis aut iustis hæredibus eas
deberent relinquere aut impios conuertere vsus. ⌊ Factū est aūt cū audisset Iezabel lapidatū ⌋ esse, D
⌊ Naboth & mortuum, loquuta est ad Achab: Surge, posside vineam Naboth Iezraelitæ, ꝗ noluit tibi acquiescere & dare eā accepta pecunia ⌋ quia pro crimine læsæ maiestatis exhæredantur,
& filij & bona deuoluuntur ad regem. De hoc autem crimine fuit Naboth testimonio falso conuictus. Hinc aliqui dicūt, ꝙ pro sceleribus ei impositis & false probatis omnia eius bona erāt humano iudicio infiscata, ideo Achab ascendit ad vineā eius possidendā. Aliqui vero Hebræi dicūt
ipsum Achab fuisse filiū fratris ipsius Naboth, cū Naboth filios eius fuisse occisos, sicq́ vineā illā
iure propinquitatis deuenisse ad Achab. Qd dictū pro prima sui parte non arbitror verū, qa si Naboth fuisset patruus regis, non apparet ꝙ tā faciliter ad testimoniū duorū viliū hominū fuisset occisus. Qꝙ vero filij Naboth secū fuerint interfecti, apparentiā habet ex eo quod infra dicetur libro
4. Reg. 9 quarto, si non pro sanguine Naboth & pro sanguine filiorū eius reddā tibi in agro isto. Nā & mō
pro crimine læsæ maiestatis filij dānātur exilio pro patris pctō. ⌊ Non eñ viuit Naboth, sed mortuus est. Quod cū audisset Achab mortuū, videlicet Naboth, surrexit, & descēdebat in vineā Naboth Iezraelitæ, vt possideret eā. Factus est igiẗ sermo dñi ad Heliā Thesbyten, dicens: Surge, &
descende in occursum Achab regis Israel, ꝗ est in Samaria. Ecce ad vineā Naboth descendit, vt
possideat eā. Et loqueris ad eū, dicens: Hæc dicit dñs deus. Occidisti ⌋ ipsum Naboth, iniuste accusando eū tuæ vxori, & qa complacuit tibi eius occisio, siue vt tactum est, qa de scitu & volūtate
Achab, Iezabel, vt aliqui dicūt literas præfatas confecit. ⌊ Insuper & possedisti ⌋ .i. possidere iam
vis vineā Naboth, sicq́ de scelere tuo reportare vis commodū, ac pro illata tā enormi iniuria, nō
solū non satisfacis, sed & lucrū consequeris & auges offensam, cū tamen nulli debeat sua iniquitas E
suffragari. ⌊ Et post hæc addes. Hæc dicit dominus. In loco hoc, in quo linxerūt canes sanguinē
Naboth, lambent quoq; sanguinem tuū ⌋ quod ait in loco, hoc multi exponūt in hac regione. Naboth quippe lapidatus est prope Iezrael, Achab vero in bello fuit lætaliter vulneratus, & inde Sa
3. Reg. 22 mariā deportatus, vt infra conscribitur. Quidam dicūt ꝙ sanguis Achab in filio suo. i. sanguis filij
eius, qui fuit quodammodo sanguis patris à canibus lingebatur in determinato hoc loco quo lapidatus est Naboth, vt infra libro quarto narratur. Verūtamen ꝗdam dicūt arma, in quibus vulneratus fuit Achab esse lota prope Iezrael, & ꝙ sanguinem sic ablutum linxerunt canes in loco
quo occubuit Naboth seu prope. ⌊ Et ait Achab ad Heliā. Num inuenisti me inimicum tibi? ⌋ ac
si dicat, cur sic aduersaris mihi, cum non inueneris me inimicum tibi, sic quidā exponunt. Aliqui libri sic habent, Num inuenisti me inimice mi. i. vtiq; nūc rursus mihi occurris, ꝗ iugiter mihi inimicaris, nō ꝙ Helias odierit personā, sed culpā Achab. ⌊ Qui dixit: Inueni, eo ꝙ venūdatus sis ⌋
id est, propria iniquitate venditus diabolo, in cuius trāsisti dominium, sicut res vendita transit in
dominationem ementis, sicq́; pro nummo impię voluptatis vendidisti teipsum diabolo. s. num
mismatæ tuæ iniquitatis, iuxta illud in Esaia: Ecce in iniquitatibus vestris venundati estis, ⌊ vt fa-
Esa. 50 ceres malum ⌋ .i. enormia crimina, ⌊ in conspectu domini ⌋ quia dum homo vitijs suis subdiẗ dæmoni, mox ab eo ad diuersa impellitur crimina. Vnde de impijs ait Apostolus: Resipiscāt à dia-
2. Timo. 2 boli laqueis, à quo captiui teneñẗ ad ipsius voluptatem, sicq́ comparantur ad illum sicut equus ad F
Grego. sessorem, ideo ait Gregorius: Peccatum quod per pœnitentiā non deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. ⌊ Hæc dicit dominus. Ecce ego inducā super te malum & demetā posteriora tua, &
interficiam de Achab mingentem ad parietē & clausum & vltimum in Israel ⌋ Hæc supra bis de
3. Reg. 14 Hieroboam atq; de Baasa dicta sunt atq; exposita. ⌊ Et dabo domum tuam sicut domum Hie-
16 roboam, filij Nabat, & sicut domum Baasa, filij Ahia, ꝗ aegisti vt me ad iracundiam prouocares,
& peccare fecisti Israel. Sed & de Iezabel loquutus est dominus, dicens: Canes comedent Iezabel in agro Iezrael ⌋ quod qualiter sit impletū, infra quarto libro continetur, ⌊ si mortuus fuerit
4. Reg. 10 Achab in ciuitate comedent eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres
3. Reg. 22 cœli ⌋ Quomodo verum est hoc, cum sequenti capitulo in Samaria esse sepultus, legatur? Ad ꝗd
respondendum videtur, quod istud erat vel comminatio quam paulopost pœnitendo euasit, vel
ideo dicuntur eum canes comesturi, quia sanguinem eius linxerūt. Sanguis nāq; est in dispositione propinqua ad carnem. Vnde filius dicitur natus de substātia patris, qa de semine eius quod vocatur sanguis coagulatus. ⌊ Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu domini. Concitauit enim eum Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est, in
tātum vt sequeretur idola, quæ fecerāt Amorrhæi, quos consumpsit dominus à facie filiorū Israel. Itaq; cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua ⌋ non ex furore, secūdum ꝙ in
3. Reg. 20 fine præcedentis capituli legitur venisse in Samariā furibundus, sed ex timore atq; in signum humiliationis ac pœnitentiæ, quamuis humiliatio & pœnitentia illa credātur venisse ex timore seruili, non ex fide formata charitate & zelo iustitiæ. Aliqui tamen dicūt, ꝙ ad tempus vere pœnituit, sed paulopost recidiuauit, ⌊ & operuit cilitio carnem suā, ieiunauitq́ & dormiuit in sacco &
ambulauit demisso ⌋ .i. inclinato, ⌊ capite ⌋ tanꝗ consternatus ac desolatus, & cōfitebaẗ se grauiter excessisse, vt Iosephus addit. Cur nō spreuit verba Heliæ, nec eū incarcerauit, sicut contempsit
Iose. lib. 8 an. tiq. ca. 14
verba

A verba prophetæ, de quo in fine pcedentis cap. quem & ſecundum Ioſephum in carcere poſuit, 3. Reg. 20
queadmodũ etiã in ſequenti cap. legitur, Michæã incarceraſſe. Ad quod videtur dicendũ, ꝙ He- Ioſe. lib. 8
lias fuit valde famoſus propheta, cuius oratione nouerat cœlũ tribus annis fuiſſe clauſum, & alia 3. Reg. 22
pclara mirabilia eſſe peracta, ideo verba eius magis pertimuit. & forſan ſuperſapientiſſimus, pius, 3. Reg. 17
iuſtusq́ dñs videns ipſum Achab ad occiſionem Naboth & poſſeſſionẽ vineæ eius fuiſſe colla-
pſum ex malitia impiiſſimæ Iezabel magis q̃ ex ſe, dedit ei timorem iſtũ ſeruilem. Penſandũ quoq́
q̃ imperterrite loquutus ſit Helias omnia verba hæc regi animoſo & iracundo, qui ante ſic fuge-
rat ex cõminatione fœminæ vitioſæ. ⌊Et factus eſt ſermo dñi ad Heliam Theſbiten, dicẽs: Nõ 3. Reg. 19
ne vidiſti humiliatũ Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt cauſa mei⌋ i. ex timore vindi-
ctæ meæ ſeu æquitatis & ex intuitu ſuorũ facinorũ, ⌊non inducam malum in diebus eius, ſed in
diebus filij ſui inferam malũ domui eius⌋ i. præfatas plagas & vltiones differã vſq́ poſt eius mor
tem. Nam dato ꝙ non pœnituerit zelo iuſtitiæ, ſed ſeruili formidine, tamen p pœnitentiam il-
lam & humiliationem ac ſatiſfactoria opera, quæ (vt dictũ eſt) fecit, potuit miſericordiam hanc
mereri, quoniã opera bona ex genere extra charitatẽ facta, ſunt bene meritoria tẽporalis proſpe
ritatis & prolongationis vitæ pſentis, cum deus nullum bonũ dimittat irremuneratum.

¶ Moraliter patet ex iſto cap: qualiter innocentes ac iuſti frequenter falſis teſtimonijs opprimũ
tur, & q̃ graue crimen ſit hoc, quomodo etiã ſuperiores frequenter iniuſte inferioribus indignen
tur, eosq́ perſequant, eo ꝙ non cõſentiant ipſis in rebus illicitis. Inſuper qualiter viri ſæpe ad ma
gna ac grauia excitent peccata à ſuis vxoribus, & quomodo iudices inferiores multoties falſa pfe
B rant iudicia ad complacendũ maioribus ſuis, & ad inſtigationem ipſorũ, vel ex inordinato eorũ
timore. Poſtremo, ex hoc ꝙ ſceleratiſſimus Achab ex comminationibus temporaliũ nocumen-
torum & ex timore eorũ tantã pœnitentiã egit, veſtes ſuas ſcindendo, ciliciũ induendo, ieiunan-
do & dormiendo in ſacco, inclinatoq́ capite incedendo, nõ obſtante regio faſtu & cõſueta mol-
litie, declarat quanta ſit iniquorũ peruerſitas Chriſtianorũ, qui nec ex cõminationibus ſcripturarũ
ſanctarũ æterna ſupplicia comminantium, nec ex ſermocinationibus deuotorũ ſuper hoc terribi
lium exclamantiũ, nec ex terrore tam incomparabiliũ tormentorũ, neq́ ex conſideratione ſem- Eccle. 5
piternæ damnationis eorũ qui iam perierũt, humiliant ſemetipſos, vel pœnitentiã agũt, aut mœ- Prou. 2
ſtum vultũ oſtendunt, ſed abſq́ timore perpetrant mala, imò gloriant in illis.

¶ EXPOSITIO CAP. XXII. Tranſierunt igit tres anni abſq́ bello. Arti. XXXII.

IN iſto cap. recitatur, qualiter punitio prænuntiata regi Achab, præce 3. Reg. 21
denti cap. ꝙ ſcilicet anima ſua eſſet pro anima regis Syriæ, quẽ iniuſte
dimiſit mortem euadere, ſit impleta in ipſo. ⌊Tranſierunt igitur tres an
ni abſq́ bello inter Syriã & Iſrael,⌋ propter fœdus pacis quod Achab 3. Reg. 20
& Benhadad inierunt, vt dictũ eſt ſupra, & computant tres anni iſti à
tempore pacti illius. ⌊In anno aũt tertio,⌋ ſine eius appropinquante,
⌊deſcendit,⌋ quia terra regni duarũ tribuũ altior ſita fuit q̃ terra decẽ
tribuũ, ⌊Ioſaphat rex Iuda ad regẽ Iſrael⌋ viſitandũ. Nã filia Achab
& Iezabel, noĩe Athalia, fuit vxor Iorã filij Ioſaphat regis, ſicq́ ad in-
uicem amicitiã contraxerũt. ⌊Dixitq́ rex Iſrael ad ſeruos ſuos: Igno-
ratis ꝙ noſtra ſit⌋ de iure ⌊Ramoth⌋ ciuitas, ſita in terra ⌊Galaad, & negligimus eã tollere⌋ i.
recuperare ⌊de manu regis Syriæ,⌋ qui iniuſte vi plij abſtulit eam nobis, cũ tamen ſit notabile
C oppidũ, vtpote vrbs refugij pertinens ad tribũ Gad, vt patet in libro Ioſue & Deuteronomij, & Ioſue. 20 Deut. 4
ciuitas ſacerdotũ. ⌊Et ait ad Ioſaphat: Venies ne mecũ ad pliandũ in Ramoth Galaad? Dixitq́ Ioſue. 21
Ioſaphat ad regem Iſrael: Sicut ego ſum, ita & tu⌋ i. confœderati atq́ vnanimes ſumus in talib
⌊populus meus & pplus tuus vnũ ſunt, & equites mei & equites tui,⌋ per cõfœderationẽ & ami
citiã. Nã & ideo Ioſaphat vir pacificus fecit filiũ ſuũ cũ filia Achab cõtrahere, vt inter regnũ ſuum
& regnũ Iſrael eſſet pax. ⌊Dixitq́ Ioſaphat ad regẽ Iſrael: Quære oro te hodie ſermonẽ dñi⌋ i.
oraculũ dei per prophetas quid ſit expediẽs ac futurũ in cauſa iſta periculoſa, ſciuit etenĩ Ioſaphat
regẽ ac populũ Iſrael eſſe ſuperſtitioſos atq́ idololatras, ideo periculoſum eſſe eos iuuare. ⌊Con
gregauit ergo rex Iſrael prophetas quadringentos circiter viros⌋ q erãt prophetæ Baal, ſed iuxta
morẽ loquẽdi vocant prophetæ, ⌊& ait ad eos: Ire debemus in Ramoth Galaad an quieſcere?
Reſponderũt: Aſcende & dabit eã dñs in manu regis.⌋ Quidã ait, propoſitionẽ hanc dubiã exti-
tiſſe, qa intelligi poterat tã de rege Iſrael, q̃ de rege Syriæ. Veruntamẽ ex cõſequẽtibus iſtorũ fal
ſorũ verborũ maniſeſte habet, ꝙ per regẽ intellexerũt regẽ Iſrl. ⌊Dixit aũt Ioſaphat⌋ falſos illos
pphetas cultores Baal, abhorrẽs, & forſan prophetæ illi p dñm intelligebant deũ ſuũ Baal. ⌊Nõ
eſt hic propheta dñi quiſpiã, vt interrogemus p eũ? Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat: Remanſit vir
vnus p quẽ poſſemus interrogare dñm. Sed ego odi eũ, qa nõ prophetat mihi bonũ⌋ i. proſpera
⌊ſed malũ⌋ i. aduerſa, ⌊Michæas filius Iemla.⌋ Cæteros putauit à Iezabel interfectos, ſed qre

siluit de Helia, forsan quia recesserat & nesciuit Achab vbi iam esset. ⌊Cui Iosaphat ait: Ne lo- D
quaris ita rex⌋.i.non dicas te odire prophetam dei, eo ꝙ vera tibi prædicat, siue sint prospera siue
aduersa. ⌊Vocauit ergo rex Israel eunuchum quendã, & dixit ei: Festina adducere Micheam filiũ
Iemla. Rex autem Israel & Iosaphat rex Iuda, sedebat vnusquisq; in solio suo, vestiti cultu regio,
in area iuxta ostiũ portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabãt in conspectu eorum. Fecit
quoq; sibi Zedechias, fili⁹ Chanaan⌋.i.de genere Chananæorum, vel filius viri nomine Chanaan,
⌊sibi cornua ferrea & ait: Hæc dicit dominus. His ventilabis Syriã, donec deleas eã⌋.i. potestate
& exercitu tuo designatis per cornua ista, disperdes & vinces Syros, vel hoc signũ tibi ostendo,
ꝙ illos fugabis, quemadmodũ aliquãdo prophetæ dei prophetabãt per sola verba, quãdoq; per
verba & sensibilia signa seu gesta, sic & pseudopropheta ista præsumpsit, vt magis autenticus vi-
deretur. ⌊Omnesq; prophetæ similiter prophetabant, dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, &
vade prospere, & tradet eã dominus in manus regis. Nuntius vero qui ierat vt vocaret Micheã,
loquutus est ad eum, dicens: Ecce sermones prophetarum ore vno regi bona prædicant, sit ergo
& sermo tuus similis eorum, & loquere bona. Cui Micheas ait: Viuit dominus, quia quodcũq; di
xerit mihi dominus, hoc loquar. Venit itaq; ad regem, & ait illi rex: Michea, ire debemus in Ra-
moth Galaad, ad præliandum, an cessare?⌋.i. an expedit vt eamus ad prælium pro Ramoth recu
peranda. ⌊Cui ille respondit: Ascende & vade prospere⌋.i.opto vt prospere vadas, sicut com-
muniter dicimus abeunti: Vade in pace, vel ironice dixit hoc zelo iustitiæ, quia rex impius indi-
gnus fuit vero responso, quãuis hoc postea datũ sit ei, ⌊& tradet dominus in manu regis⌋ nõ di-
xit quos vel in cuius regis manu, sed obscure loquutus est, vel quia rex potius voluit audire prospe- E
ra quàm vera, dedit ei irrisorie responsum huiusmodi, ac si diceret, taliter tibi respondeo, vt mereris &
dignus es, quod Achab suspicãs, dixit. ⌊Dixit aũt rex ad eum: Iterum atq; iterum adiuro te, vt nõ
loquaris mihi, nisi quod verum est in nomine domini. Et ille ait⌋ verum dando responsum propter re-
Ioan. 18 uerentiã nominis dei quo fuerat adiuratus, sicut & Christus à pontifice adiuratus, respondit, qui
antea siluit. ⌊Vidi⌋ in visione imaginaria prophetali mihi ostensa, ⌊cũctum Israel,⌋.i.exercitũ
tuum, ⌊dispersum in montibus⌋ quibus terra illa abũdat, ⌊quasi oues non habentes pastorem,⌋
quasi dicat, sicut collecti vadunt bellatores ad præliũ, sic isti dispersi diffugient, & rex seu dux eorum
cadet, auferetur'q; eis. ⌊Et ait dominus⌋ mihi in visione. ⌊Non habent dominũ isti,⌋ Id est, rex
eorum letaliter vulneratus mox morietur. ⌊Reuertatur vnusquisq; in domum suam in pace⌋ ex
hoc aliq trahunt & dicunt, ꝙ nullus de exercitu Israel cecidit in prælio illo, nisi rex Achab. Supra
tamen dixerat dominus, ꝙ anima Achab esset pro anima regis Syriæ & populus Israel pro po-
3. Reg. 20 pulo Syriæ, quod aliqui soluunt, quòd ideo populus Achab fuit pro populo illo, quoniam fugit de
prælio. ⌊Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat: Nũquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonũ,
sed semper malum⌋ quasi dicat, non vere, sed inuidiose loquitur mihi. ⌊Ille vero addens, ait⌋ cla-
rius exponendo suam reuelationem & seriem deceptionis perfidi regis, ⌊propterea⌋.s.ob tuam
incredulitatem confutandam seu informandam. ⌊Audi sermonem domini: Vidi dominum se-
dentem super solium suum & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris⌋ Cer
tum est ꝙ deus in seipso sit incircũscriptibilis, immaterialis, simplicissimus, illocabilis, & intempo F
ralis, idcirco nec angeli incorporei situaliter deo assistũt, nec eum intra se terminãt aut includunt,
ideo visio ista Micheæ fuit imaginaria qua vidit deũ in similitudine, forma seu specie quadã ip-
sum representãte, siue fuerit similitudo illa tantum in imaginatione prophetæ, siue formata exte-
Iob. 42 rius, prout sanctus Iob loquitur deo: Auditu auris audiui te, nũc autem oculus meus videt te. Cõ-
muniter autem fiebant tales visiones ipsis prophetis ab omni exteriori sensu alienatis, huic'q; vi-
Esa. 6 sioni Micheæ similis fuit visio Esaiæ protestantis: Vidi dominum sedentem super solium ex-
Daniel. 7 celsum & eleuatum. Illa quoq; Danielis, de qua ipse ait: Aspiciebam in visione mea nocte donec
throni positi sunt & antiquus dierum sedit. Milia milium ministrabant ei, & decies milies cente-
na milia assistebant ei. Iuxta quem etiam modum Ezechiel in exordio voluminis sui, innuit sibi
Ezech. 1. dominum apparuisse, super firmamentũ, inquiens quasi aspectus lapidis Saphyri similitudo thro
ni, & super similitudinẽ throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. Potest quoq; huius-
modi visio fieri in vigilia & in somno. Porro quod dictum est omnem exercitum cœli assisten-
tem ei à dextris & à sinistris, expositores communiter sic explanant, ꝙ omnis exercitus cœli di
citur deo assistere à dextris, quantum ad angelos bonos & à sinistris, quantum ad angelos malos
Grego. & in hoc sequuntur Gregorium, sic'q; dicuntur angeli mali deo à sinistris assistere, quia frequẽ-
ter sunt executores æquitatis diuinæ, nec aliquid possunt, nisi altissimo permittente. Vnde scri-
Iob. 1 ptum est: Factum est cum quadam vice filij dei venissent & starent coram domino, venisset'q; sa-
than inter eos & staret in conspectu eius. Quamuis expositio ista sit commendanda, videtur ta
men locus iste aliter posse exponi & magis consonant ad formam textus. Loquitur enim pro-
pheta de deo tanquam de rege magno residenti in throno suo, & de toto eius exercitu laterali-
ter ipsum ambiente, prout milites solent principem circũstare, sic autem proprie non circum-
stant neq; assistunt, nisi milites boni aut serui fideles. Item hoc loco per omnem exercitum cœli

videtur

A videtur intelligendus totus exercitus cœli empyrei, ad quem non pertinent angeli tenebrarum.
Ideo per omnem exercitum istum videntur soli angeli sancti intelligendi, quia & hi qui in regno
beatitudinis sunt ad sinistram regis beati sunt. Vnde mater filiorum Zebedæi orauit, dic vt sedeant, Matt. 20
hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram tuam in regno tuo. In Prouerbiorum quoq;
libro legitur: Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitię & gloria. Sponsa quoq; Prouer. 3
in Canticis: Læua eius, inqt, sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. ⌊& ait dominus: Cantic. 2
Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat & cadat in Ramoth Galaad.⌋ Loquitur scriptu-
ra ista de deo more humano, cum omnipotens deus nihil ex ignorantia quærat, nec per se voca-
liter sciscitetur, sed interna allocutione loquitur supernis spiritibus, prout de hac re super Iob di-
ctum est plenius. ⌊& dixit vnus verba huiuscemodi⌋ intellectualiter respondẽdo, seq; ad dei ob-
sequia exhibẽdo paratum, ⌊& alius aliter.⌋ non q; in ciuibus cœli empyrei fit discordia vlla, sed
omnes ad eundem finem vnanimiter tendebant, quamuis per media plura ac varia. Nec est in-
telligendum, q; deus aut angeli sancti voluerunt ipsum Achab directe & efficienter decipere, aut
falsa aliqua reuelare, sed permissiue duntaxat, iuxta quem sensum in Ezechiele scriptum est: Pro- Ezech. 14
pheta cum errauerit, ego dominus decepi prophetam illum. Nempe, in tantum dependent effi-
cientialiterq; procedũt à deo omnis illuminatio, gratia, virtus, cõpunctio, directio & profectus,
q; etiã opposita horum dicũtur esse ab ipso, quoniã non nisi ipso permittẽte contingũt. Vnde Esa-
ias loquitur deo: Quare errare nos fecisti de vijs tuis, indurasti corda nostra ne timeremus te. Et Esa. 63
psalmista: Declinasti ait, semitas nostras à via tua. Hinc in Deuteronomio Moses loqtur: Noluit Psal. 43
B Seon rex Hesebon filijs Israel dare trãsitum, quia indurauit dominus deus spiritũ eius & obfirma- Deuter. 2
uerat cor illius. ⌊Egressus est autem spiritus, & stetit corã domino,⌋ Iste fuit spiritus malus q exi-
uit de praua volũtate ad opus seu actũ illicitũ, stetitq; coram domino vbiq; præsente, & in imagi
naria visione videbatur de sua societate consurgere, & corã deo sedente in solio apparere, tanquã
paratus implere inique, q; deus permisit fieri iuste, non q; spiritus ille malignus vnquã empyreũ
intret cœlũ aut ibi inter angelos dei consistat, sed sicut angeli sancti paratos se exhibent obsequi
creatori, & omni bono, sic ille in malo, vel etiam in executione diuinæ iustitiæ, tamẽ peruersa in-
tentione & ex vitiosa radice. ⌊Et ait: Ego decipiã illum. Cui loquutus est dominus: In quo. Et il
le ait: Egrediar & ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius. Et dixit dominus: Decipies
& præualebis, egredere & fac ita.⌋ Ista locutio dei ad dæmonem est iusta permissio eius, & collo-
cutio per angelum bonũ, cuius est refrenare & relaxare potestatem diaboli, sed spiritalia & inter-
na non capiũtur ab hominibus grossis, nisi per similitudines corporaliũ exprimãtur more huma
no, tamen ad intelligendum hæc plenius recurrẽdũ est ad expositionem primi capituli libri Iob:
⌊Nunc igitur ecce dedit dominus⌋ permissiue, ⌊spiritũ mendacij in ore omniũ prophetarum Iob. 1. 2
tuorum qui hic sunt⌋ .i. à spiritu diabolico, q est mendax & pater mẽdaciorum, permisit hos falsos in-
spirari, falli & prouocari ad prophetãdũ mendose. Vnde elicitur error Hebræorum quorundã dicẽ Iob. 8
tium, q; spiritus iste fuit anima Naboth lapidati ac mortui, quæ anima cum fuerit virtuosa atq; in
sinu Abrahæ posita, non exiuit ad proferendũ ista mendacia. ⌊Et dñs loquutus est contra te ma-
C lum. Accessit aũt Zedechias filius Chanaan, & percussit Michæã in maxillam, & dixit: Me ne er-
go dimisit spiritus domini & loquutus est tibi.⌋ Zedechias iste superbus & laudis hũanę ac pro-
prij commodi cupidus, q & cornua fecerat sibi præ cæteris ægre tulit, q; dicebatur deceptus atq;
deceptor, nec verum habens spiritum prophetiæ. ⌊& ait Michæas⌋ vir patiens & percutientem
non repercutiens, neq; cum turbulentia loquens, sed modeste respondens, ⌊visurus es⌋ verum esse
quæ dixi, ⌊in die illa quando ingredieris cubiculum intra cubiculum vt abscondaris,⌋ videlicet
cum insonuerit rumor de regis occisione, quia tunc metues à filijs regis occidi tanquàm falsarius
& deceptor cum fuerint à bello regressi. Circa hæc magister in historijs Iosephum sequens, ad- Pet. Co. hist. lib. 3
dit, vidit Zedechias regem dubitantem quid ageret, confortauitq; eũ secreto dicens: Si Michæ- Re. ca. 39
as esset propheta, aruisset manus mea in eum extensa, sicut aruit manus Hieroboam quam extẽ- Iose. lib. 8
dit contra prophetam in Bethel, vt supra patuit, & etiam loquutus est contra Heliam, qui dixit te an. (u. ca. 14
moriturum, vbi lapidatus est Naboth prope Israel. Hic autem dicit, te moriturum in Ramoth, 3. Reg. 13.
vnde vltra conclusit, quòd nulli eorum esset credendum, quia inter se discreparent. Tunc rex auda 3. Reg. 21
cior factus iussit incarcerari Michæam, sicut consequenter in textu describitur. ⌊Et ait rex Isra-
el: Tollite Michæã, & maneat apud Ammon principem ciuitatis, & apud Ioas filium Amalech
& dicite eis, Hæc dicit rex. Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulatio-
nis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. Dixitq; Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est
loquutus in me dominus. Et ait Michæas⌋ quando iam apprehendebatur, vt duceretur ad carce
rem. ⌊Audite populi omnes⌋ .i. sitis memores eorum q̃ dixi, vt cũ fuerint adimpleta, phibeatis te-
stimoniũ veritati. Quidã dicũt, q; dixit hoc, volens plus loqui sed non fuit permissus. ⌊Ascendit
itaq; rex Israel & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat. Sume
arma⌋ tua .i. regijs armis te muni, ⌊& ingredere pręliũ⌋ tanquam dominus totius exercitus, ⌊&
induere vestibus tuis⌋ .i. regalem indue apparatum atq; vestitũ, regalia assumendo insignia quæ

ferre conſueuiſti ad bella & communem veſtem nūc deponendo. Hoc Achab locutus eſt, vel vt Io D
ſaphat regi tanq̃ maiori deſerret, vel ne ipſe Achab cognoſceret à Syris, ſicq́ minus impugnaret
ab illis, vel vt pondus belli ſup Ioſaphat immineret. Hinc ſequit. ⌊Porro rex Iſrael mutauit habi-
tum ſuū⌋ militari veſtitu & armatura q̃ſi operiens ſe, ⌊& ingreſſus eſt bellū. Rex aūt Syriæ p̃cę-
pit principibus curruū,⌋ ex qbus qdam pugnabant ⌊triginta duobus, dicens: Non pugnabitis
contra minorem & maiorem quempiā niſi contra regem Iſrael ſolū⌋.i. illū ſolūmodo inuadetis,
3. Regū. 20 tanq̃ incitatorē principalem totius huius negotij, & q a fœdus pacis, q̃d ſecū iniī, violat modo. Di
cūt tamen qdam Hebræi, q p exploratores ſuos clam pcepit, qualiter Michæas p̃dixit eū caſurū
ibidem, & cæteros euaſuros, ideo iuſſit eū dūtaxat impugnari. ⌊Cū ergo vidiſſent principes cur-
ruum Ioſaphat, ſuſpicati ſunt q eſſet rex Iſrael. Et impetu facto pugnabant contra eū⌋.i. contra
2. Para. 18 Ioſaphat quē videbāt regio diademate decoratū, putātes q eēt Achab ⌊& exclamauit Ioſaphat⌋
Scd̃o Paral. habet, q clamauit ad dñm.i. deū pro defenſione & euaſiōe rogauit, vocauit quoq́ ad
ſe auxiliarios ſuos p̃cipuos, & capitis ſui cuſtodes ⌊Intellexerūtq́ pricipes curruū, q nō eēt rex Iſ
rael, & ceſſauerūt ab eo. Vir aūt qdam tetendit arcū in incertū ſagittā dirigens & caſu percuſſit⌋ia
culo ⌊regem Iſrael inter pulmonem & ſtomachū⌋ Non ſine diuina p̃ordinatione hoc contigit,
imo reſpectu diuinæ prouidentiæ oīa certiſſime intuentis ac ęternal'r p̃noſcentis, nihil eſt caſuale,
neq́ fortuitū, imo ſic certus eſt ordo cauſarū, q̃uis ex hoc non tollant à rebus creatis libertas, fortu
Ibidē na & caſus, vt experientia quoq́ teſtat. Veruntñ in Paralipomenon legit, q pcuſſit regē Iſrael in-
ter ceruicē & ſcapulas, pro quorū concordia rñdet, q ſagitta à parte anteriori prope pulmonē in-
trauit, et retro circa ſcapulas exijt, q a tendendo in altius mouebat, vtpote à pedite miſſa, & regem E
in curru ſtantē tangens ac pforans. ¶ Quòd ſi quærat, qualiter regem armatū potuit perforare.
Reſpondet ex eo, quòd in Hebræo habet, percuſſit eū inter ſquamas & loricam, videlicet, q a rex
ſup loricam hábuit armaturam, vt fert de laminis ferreis inter ſquamas connexis, eleuataq́ vna ea
rum à loco ſuo ſagitta per eum intrauit. ⌊At ille dixit aurigæ ſuo: Verte manum tuam, & ejce
Ibidem me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum⌋ paulopoſt ſubdit. Rex Iſrael ſtabat in curru ſuo cō
tra Syros, & in Paralipomenon addit vſq́ ad veſperam, quomodo ergo iuſſit ſe de exercitu ejci.
Ibidem Reſpondet ex eo q ſecundo Paralipomenon aſſerit: Educ me de acie. Itaq́ ſenſus eſt q iuſſit ſe
de prima acie reduci ad poſteriorem in curru, in qua minus impugnaret, ſuamq́ læſionem ampli-
us occultaret, ſtetit autem in curru ſuo, ne exercitus ſuus cognita vulneratione ſua territus fugeret.
⌊Commiſſum eſt ergo p̃lium in die illa. Et rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros. Et mortu-
us eſt veſpere. Fluebat autem ſanguis plagæ⌋ regis ⌊in ſinum⌋ hoc eſt, interiora ac fundum ⌊cur
rus, & p̃co inſonuit in vniuerſo exercitu, anteq̃ ſol occumberet, dicens: Vnuſquiſq́ reuertat in ci-
uitatē, & in terram ſuam⌋ ita vt populus Ioſaphat cum ipſo ad terram regni redeat Iudæ, ſicq́ p̃-
co iſte, iubente principe militiæ, primo inſonuit buccina, deinde protulit verba iſta rege iam mor
tuo aūt penè defuncto. ⌊Mortuus eſt autem rex, & perlatus eſt in Samariam. Sepelieruntq́ re-
gem in Samaria, & lauerunt⌋ mulierculæ ⌊currum eius,⌋ ſanguinem de ſinu currus extergendo,
⌊in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius,⌋ ſic exterſum in aqua. ⌊& lauerunt ha-
benas eius⌋ hoc eſt, lora ſeu retinacula freni ſanguine regis aſperſa, ⌊iuxta verbum domini quod
locutus fuerat. Reliqua autem ſermonum Achab, & vniuerſa quæ fecit, & domus eburnea, quam
ædificauit, cunctarumq́ vrbium quas extruxit, nonne hęc ſcripta ſunt in libro ſermonum, dierum,
regum Iſrael?⌋ Qui liber non ſupereſt, nec habet. Nō enim eſt liber Paralipomenon, in q̃ de do
mo eburnea regis Achab nil legitur. ⌊Dormiuit ergo Achab cum patribus ſuis, & regnauit Ocho F
zias filius eius pro eo. Ioſaphat vero filius Aſa regnare cœperat ſuper Iudam, anno q̃rto Achab,
regis Iſrael. Trigintaquinq́ annorū erat, cum regnare cœpiſſet, & vigintiquinq́ annis regnauit in
Hieruſalem. Nomen matris eius Azuba, filia Salhi. Et ambulauit in omni via Aſa patris ſui, & nō
declinauit ex ea. Fecitq́ quod rectum erat in conſpectu domini.⌋ Ioſaphat ergo regnauit quarto
regni Achab, de cuius verbi intellectu dictum eſt ſupra diffuſe.

⌊Veruntamen excelſa non abſtulit⌋ Quid per excelſa intelligatur, & qualiter licult, aut illicitum
fuit in eis deo immolare, dictum eſt ſupra. ⌊Adhuc enim populus ſacrificabat & adolebat incen-
3. Regū. 15 ſum in excelſis. Pacemq́ habuit Ioſaphat cum rege Iſrael. Reliqua autem verborum Ioſaphat, &
opera eius quæ geſſit, & prælia nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum, dierum regum Iuda?⌋
De opulentia, magnificentia, victorijs, deuotione, ſama, inſtitia, ædificijs, copioſis exercitibus
regis Ioſaphat multa ſecundo Paralipomenon in diuerſis capitulis ſunt conſcripta, & tamen an-
2. Para. 17 18. 19. 20. 21 te æditionem libri Paralipomenon ſcripta erant, & alibi, ⌊ſed & reliquias,⌋ hoc eſt, reſiduos,
⌊effœminatorū q remanſerāt in diebus Aſa p̃ris eius, abſtulit de terra⌋ Qui dicant effœminati in
3. Regū. 15 expoſitiōe ſuperiorū cōtinet. ⌊Nec erat rex tūc cōſtitutus in Edom⌋.i. Idumei qbus rex abſtulit
regiam dignitatē & principatum regalem à tempore illo vſq́ ad tempus Ioſaphat nō conſtitue-
runt ſibi regem, ſed ſub tributo ſeruierūt regibus Iuda. Iſtud hic tāgitur, ad innuendum q & Idu
2. Para. 20 mæi erāt ſubiecti Ioſaphat regi, quāquam ſecūdo Paralipomenon legātur cum Moabitis & Am
monitis contra Ioſaphat conueniſſe, ſed interierūt, & de cætero manſerūt ei ſubiecti. ⌊Rex vero

Ioſaphat

A Iosaphat fecerat classes ⌋.i. naues quæ irent, ⌊ in mari, quæ nauigarent in Ophir ⌋.i. locũ sic appel latum in India, ⌊ propter aurũ inde ⌋ portãdũ, ⌊ & ire non potuerũt, ⌋.i. vsq; Ophir procedere, ⌊ quia confractæ sunt in Asiongaber ⌋.i. loco intermedio sic vocato, de quo loco & de Ophir dictum est supra. De causa huius dissipationis nauiũ Iosaphat habetur secũdo Paralipomenon, videlicet ꝙ amicitiã iniit cũ sceleratissimo rege Israel Occozia, cuius soror extitit sua vxor. ⌊ Tũc ⌋ scilicet post primam nauium confractionem, ⌊ ait Occozias filius Achab ad Iosaphat: vadãt serui mei cum seruis tuis in nauibus ⌋ pro auro. ⌊ Et noluit Iosaphat, ⌋ in hac secunda vice qua misit pro auro, neq; deinceps, qa vt in Paralipomenon recitatur, increpatus fuit à domino per prophetam de amicitia & societate sua cũ Occozia, fuitq; ei prædictũ, ꝙ ideo naues suæ dissiparentur in via. Fuit nãq; in hoc ipso culpabilis, qa & antea fuit ab alio propheta correptus, de hoc ꝙ impio Achab prębuit opem.i. amicitiã eius admisit. ⌊ Dormiuitq; Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauitq; Ioram filius eius pro eo. Occozias aũt filius Achab regnare cœperat sup Israel in Samaria anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitq; super Israel duobus annis. ⌋ Præhabitũ est, ꝙ Achab regnauit annis viginti duobus, & item ꝙ quarto anno regni Achab incepit Iosaphat rex regnare, ergo Achab regnauit vsq; ad consummationem decimioctaui anni regni Iosaphat. Vnde sequi videtur, ꝙ Occozias filius Achab cœ-

B pit regnare anno decimonono Iosaphat regis. Ad qd respondetur, ꝙ primus & vltimus anni, in quibus Achab regnauit simul cum Iosaphat non fuerũt completi, idcirco nec computãtur hoc loco. Et vt in scholastica fertur historia ex dictis & libris diuersorũ prophetarũ collectus est liber Regum. Hinc est ꝙ alius aliud & alius aliud assignauit initium inchoationis regni, tam regum Iuda, quàm regum Israel secũdum diuersitatem rationum atq; respectuum. ⌊ Et fecit malum in conspectu domini, & ambulauit in via patris sui, & matris suæ, & in via Hieroboam, filii Nabat, qui peccare fecit Israel. Seruiuit quoq; Baal, & adorauit eum, & irritauit dominũ deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius ⌋ videlicet Achab. Qualiter aũt incommutabilis & trãquillissimus deus irritari dicat, vtpote quãtũ ad similitudine effectus, nõ per veritatẽ affectus, iuxta quem modum attribuuntur ei furor, indignatio, ira, dictũ est sæpe. Iuxta tropologiã, per Achab designãtur qui veritatem dicentibus & increpãtibus indignãtur, quales sunt multi magnates & diuites ac potentes, de qbus loqtur Esaias: Dicũt videntibus, nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. De talibus fertur & in Amos: Odio habuerũt corripientem & loquentem perfectæ, abominati sunt. O quàm multi nunc tales sunt, qbus si veritas nude dicatur, & iusta fiat correptio, non emendãtur, sed persequũtur dicentem: Adulatores autem amãt ac audiũt, sicut Achab Sedechiam, prophetasq; Baal, per quos figurati sunt prædicatores, pastores & clerici, q principibus & maioribus prælatis blãdiũtur, & prosC pera sermocinãtur, quærentes illis placere, & propria commoda, promotiones, beneficia obtinere, non pensantes illud sancti Hieronymi: Nil grauius in sacerdote quàm personarum acceptio, quod Ambrosius quoq; fatetur. Porro, per Iosaphat exprimũtur qui veros & iustos prædicatores, pastoresq; diligũt & requirũt, & verba correptionis ac salubertime directionis audiunt patiẽter & amplectũtur libenter. Tales demum iusti ac timorati, prædicatores ac præsidentes, & amatores fratrũ signati sunt per Michæam, qui omni humano timore postposito, & omni propriorum commodorum affectiõe sopita cõstãtissime dixit: Viuit dominus, qa quodcũq; dixerit mihi dominus, hoc loquar. Sic boni & vere sapientes loquũtur ac prædicãt tempore opportuno, quicqd dominus loqtur in scripturis, & quicqd conscientia dictat, ac spiritus suggerit veritatis. ¶ Postremo docemur ex isto capitulo, quãtum vitãda sit iustis principibus ac cæteris timoratis familiaritas, societasq; prauorũ, qa ex ea in diuersa & magna labuntur pericula. Iterum constat ex præinductis ꝙ reges & principes quãdoq; succũbunt in prælijs, quãmuis iustam habeãt causam, qa aliunde sunt culpabiles, & id quod eis debetur ex iure com muni recipere, sunt indigni ex crimine speciali, sic qdem Ramoth Galaad pertinebat de iure ad regnum Israel, non ad Syros, & tamen rex Israel in bello quo vrbem illam conabatur recuperare est victus.

¶ In tertium librum Regum, Finis.

3. Reg. 2. 2. Parali. 20.

Ibidẽ

3. Reg. 16.

Pet. Co. hist. lib. 3. Re. ca. 48.

Esa. 30.

Amos. 5.

Hiero. Ambr.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN SECVNDVM MALACHIM, ID EST REgum quartum librum: In quo agit de casu regni Iuda & Israel, propter regum suorum præuaricatiōem, De captiuitate & transmigratiōe populi, & de subuersione vrbis Hierusalem & templi in ea.

¶ Procemium.

QVia post mortem Iosaphat regis virtuosi, & Achab nomine regis indigni, facta est notabilis mutatio, tam in regno Iuda q̃ Israel, ideo post descriptionem mortis amborum regum hic incipit nouus, & quartus liber tranctās de posteritate successoribusq́ illorum. Hinc quidā scribit, postq̃ in tertio libro actum est de vtroq, bipartitove regno pro tempore illo quo floruit, hic agitur inde pro tempore quo cadere cœpit. quod quāuis forsan aliquo modo possit saluari, non tamen videtur irreprehensibiliter dictum, cum constet regnum Iuda cadere incepisse tempore Roboam, sub quo decem tribus ei ablatæ sunt, & ipse cum populo suo ad idololatriam lapsus, regi Aegypti tributarius effectus est, vt secundo
3. Regū 18 2. Para. 18 Paralipomenon legitur, & supra tertio libro similiter regnum decem tribuum cadere cœpit sta-
3. Regū 18 tim vt vitulos aureos adorare exorsi sunt. Propter q Abia rex Iuda occidit de eis (regnāte Hiero
2. Para 13 boam) quinquaginta milia vna die, sicut secundo Paralipomenon fertur, & iam diu ante mortem
3. Regū. 20 Achab, reges Israel seinuicem occiderunt, & merito defecerunt, ac numero decem tribus, intantū,
4. Reg. 17 et 18 q tempore Achab non nisi septem milia erant, qui protesserunt secum aduersus Syros, & ducen-
4 Reg. ti triginta pueri principum prouinciarum, vt patuit tertio libro. ¶ Deniq regnum Iuda magis
2. Para. 27 floruit postea sub Ezechia, imo & sub Ozia ac Ioathan & Iosia, quàm tempore Roboam & Abię
4. Reg. 22 et 23 sicut ex dictis in tertio, & dicendis in hoc quarto libro monstratur, verum est tamen, q regnum
2. Para 28 decem tribuum magis defecit post Achab quàm ante.

¶ ENARRATIO CAPITVLI PRIMI. PRAEVARICAtus est autem Moab in Israel. Arti. I.

PRæuaricatus est aūt Moab in Israel. i. rex ac populus Moabitarum rēnuerunt de cætero soluere consueta tributa regi Israel, ad quę erāt constricti, postq̃ mortuus est Achab qui filio suo Ochozia bellicosior
3. Regū. 10 alias Abazias fuit, atq potētior & magnos contra Syros habebat triumphos, ideo eo viuente non rēnuerunt tributa psoluere. Ceciditq́ * Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, quia dum quadam die in deambulatorio superioris cœnaculi domus suæ incederet, lapsus est improuise p cancellos seu appodiamenta, vel luridas eiusdē cœnaculi, & ægrotauit corpe conquassato ex lapsu. Misitq́ nuntios dicens ad eos: Ite consulite Beelzebub deū Accaron. i. quē habitātes in vrbe Accaron nomine, pertinente ad Philistæos colunt, vtrū viuere queam. i. an possim curari, de infirmitatē mea hac, dæmones nanq quandoq per idola dabant responsa, atq remedia, vel ab afflictione quam intuleruot cessando, vel naturalia applicando, & hoc propter vitia ho
2. Thess 2 minum, deus quandoq iusto permisit iudicio, sicut pro tempore Antichristi ait Apostolus, q deus mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicent omnes qui oon crediderunt veritati. Angelus autem dñi locutus est ad Heliam Thesbiten, dicens: Surge, & ascende in occursum ountiorum regis Samariæ, & dices ad eos: Nunqd non est deus in Israel, vt eatis ad consulendū Beelzebub deum Accaron? Quasi dicat, vtiq, in terra Iseael est verus deus qui vbiq est præsens & à multis in Israel colitur, ideo non debuistis ad Beelzebub habere recursum. Quàmobrem hæc dicit dominus: De lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Tu Ochozia de ægritudine tua. Et abijt Helias: Reuersiq́ sunt nuntij ad Ochoziam: Qui dixit eis: Quare reuersi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & reuertimini ad regem qui misit vos. & dicetis ei: Hæc dicit dominus: Nunquid qa non erat deus in Israel mittis vt consulatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Qui dixit eis: Cuius figuræ & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc, Et fecit reuerti vos. At illi dixerunt, vir pilosus est, quia longos habuit pilos in capite, in barba, puta intonsus, tanquā hæremi cultor, vel vocat pilosus, qa hirsutum
Matth. 3 Marc. 1 habuit tegumentū instar beatissimi Iohannis Baptistæ, q de pilis camelorum habuit vestimentum,

& zona

A ⌊& zona pellicea⌋.i.de corio,⌊accinctus renes⌋.i.circa renes.⌊Qui ait: Helias Thesbytes ẽ⌋ 3.Reg.18
cum quo pater istius, videlicet Achab frequenter habuit conflictum verborum. ⌊Misitq; ad eũ
quinquagenarium principem & quinquaginta viros q̃ erãt sub eo,⌋ quos misit armatos non ob
reuerentiã sancti prophetæ, sed vt vi facerent eũ secũ venire, si sponte venire abnueret, ⌊qui ascẽ
dit ad eum⌋ id est, vsq; ad pedem vel aliquãtã altitudinem montis, ⌊sedẽtiq; in vertice montis⌋
forsan carmeli, vbi orationi & contemplationi erat intentus, ⌊ait⌋ non ex deuotione, sed ironice
tanq̃ idololatra verum veri dei irridens cultorem, quem putauit sibi per violentiã posse subiicere
⌊homo dei rex præcepit vt descendas. Respondensq; Helias dixit quinquagenario. Si homo dei
sum⌋ vere per cultum condignũ, non ridiculose vt putas, ⌊descendat ignis de cœlo⌋ aereo, ⌊&
deuoret te & quinquaginta tuos⌋ Hoc dixit Helias zelo iustitiæ & diuino instinctu, quo etiã no-
uerat, quo animo ille fuit loquutus, iuxta quem modũ sacratissimus princeps apostolorũ impreca Acto.5
tus est mortem Ananiæ & coniugi eius, vt in actis narrat. ⌊Descendit ergo ignis de cœlo, & de-
uorauit eũ, & quinquaginta qui erãt cum eo. Rursumq; misit ad eum principem quinquagenariũ
alterum, & quinquaginta cum eo. Qui loquutus est illi. Homo dei, hæc dicit rex. Festina, descen-
de. Respondens Helias ait: Si homo dei ego sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quin-
quaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit illum & quinquaginta eius.⌋ Huic er
go successit, sicut & priori, q̃a eodem animo loquebatur. Et mirum ꝙ ex prioris & suorum com-
bustione non fuit conuersus aut territus. An forsan putauit se protegendum virtute deorũ suorũ,
& præcedentẽ deos non inuocasse. Vtrũ vero omnes isti fuerint vsq; ad cineres deuorati ab igne,
B vel solum occisi, puto incertũ, quemadmodum etiã reor incertũ, an interfectio horum cõtigerit
ministerio angeli sancti, sicut Assyriorũ, an ministerio angeli mali, vt occisio Ananiæ & suæ vxo 4.Reg.19
ris secundum Bedam super actis apostolorum. ⌊Iterum misit principem quinquagenarium ter- Acto.5
tium⌋ qui creditur fuisse Abdias propheta, vel si fuit idololatra, iam exemplo priorum fuit con- Beda
uersus, ⌊& quinquaginta cum eo. Qui cum venisset, curuauit genua contra Heliam⌋.i.coram eo
seu ex opposito situ, ⌊& precatus est eum, & ait: Homo dei noli despicere animam meam, & ani-
mas seruorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cœlo, & deuorauit duos princi-
pes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erãt. Sed nunc obsecro vt miserearis
animæ meæ. Loquutus est autem angelus domini ad Heliam, dicens. Descende cum eo: Ne ti-
meas. Surrexit igitur & descendit cũ eo ad regem⌋ sicq; Helias iuit cũ quinquagenario tertio, ne
ille sine Helia rediens male tractaretur à domino suo. Helias quoq; constanter corripuit regem,
prædixitq; ei mortem qua mox regẽ inuadente illæsus recessit, Helias, vnde subditur, ⌊& loquu-
tus est ei. Hæc dicit dominus. Quia misisti nũtios ad consulendũ Beelzebub, deũ Accaron: quasi
non esset deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendi-
sti, non descendes, sed morte morieris. Mortuus est autem iuxta sermonem domini, quẽ loqu-
tus est Helias, & regnauit Iorã frater eius pro eo, anno secũdo Ioram filii Iosaphat regis Iudę. Nõ
enim habebat filium. Reliqua autem verborũ Occoziæ quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt 3.Reg.22
in libro sermonum dierum regum Israel?⌋ Circa hæc rursus oritur difficultas de computatione
annorum istorum, cum dictum sit præcedẽti libro ipsum Iosaphat regnasse annis vigintiquinq;
C & anno regni eius decimoseptimo istum Occoziam sumpsisse regnandi exordium qui regnauit
tãtum annis duobus etiam incompletis, ita ꝙ mortuus fuit anno Iosaphat decimooctauo aut de-
cimonono, sicq; superant adhuc sex aut septẽ anni de Iosaphat regno, non ergo Ioram frater Oc-
coziæ cœpit regnare anno secundo Ioram filii Iosaphat, sed ante hunc Ioram per sex annos aut
septem. Insuper infra in principio capituli tertii scriptum est: Ioram filius Achab regnauit super 4.Reg.3
Israel anno octauodecimo Iosaphat regis, non ergo secundo Ioram filii Iosaphat. Ad ista vt re-
citat Lyra, respondent Hebræi, quòd Iosaphat iturus ad bellum, Ioram filium suum instituit re-
gem, qui Ioram regnauit cum Iosaphat patre suo octo circiter annis, qui anni aliquando depu-
tantur in regno Ioram filii Iosaphat. Cumq; hic dicitur, ꝙ Ioram frater Occoziæ cœpit regna-
re anno secundo, Ioram filii Iosaphat, accipitur hic annus secundus Ioram filii Iosaphat quo cœ- Ibide
pit cum patre suo regnare, qui annus fuit decimusoctauus anni Iosaphat regis vt infra legit. Por- Pet. Co.
ro magister in historiis circa hæc scribit: Duo anni q̃bus regnare dicitur Occozias, sunt q̃bus re- hist. libr. 4
gnauit solus & sanus anteq̃ cecidit p̃ cãcellos. Reliqui vero vel octo vel nouem anni, q̃bus eo lan- Reg. ca. 1
guente frater eius Ioram administrationẽ regni agebat, nõ sibi, sed fratri deputãtur. Vnde in deci
mooctauo anno regni Iosaphat Ioram frater Occoziæ regnasse perhibet, q̃a tũc regni admini-
strationẽ pro fratre languente suscepit. Scriptura vero q̃ dicit, ꝙ Iorã filius Achab regnauit anno
secũdo Iorã filii Iosaphat regis, attendit tempus quo solus cœpit regnare fratre suo defuncto. Illa
quoq; scriptura q̃ postea dicit, videlicet infra octauo capitulo, ꝙ anno q̃nto Iorã filii Achab regna-
uit Iorã filius Iosaphat, attẽdit tẽpus, q̃n pro fratre suo adhuc viuẽte regimẽ administrare cœpit.

¶ Moraliter docentur ex isto capitulo, in omni necessitate & infirmitate ad deũ verũ confugere, 1.Timo.6
nec in incerto diuitiarũ aut in rebus vanis cõfidere, nec sortilegorũ aut diuinorũ inuestigare cõsilia
vel optare subsidia. Rursus patet ex dictis, quàm enorme & p̃iculosum sit sanctos hoĩes irridere,
& qua-

4. Regū. 2 &qualiter viri sancti aliquando suam iniuriam vlti sunt, inquantum eorum iniuria in dei iniuriam D
redundauit, quod & sequenti docet capitulo per hoc quod Helisæus pueris ipsum subsannantibus maledixit, & mox ab vrsis sunt lacerati.

¶EXPOSITIO CAPITVLI SECVNDI. FACTVM est autem, cum leuare vellet dominus Heliam per turbinem

Articulus Secundus.

POst descriptiones virtutum & miraculorum magni & iusti Heliæ, describit hic quædam præmiatio eius. ⌊Factũ est aũt cum leuare vellet dominus Heliam per turbinem⌋ hoc est, impetu quodam & per impulsum, inuolutionem ventorum, ⌊In cœlum⌋ aereum, quia per aerem volitando venit in paradisum terrestrẽ. ⌊Ibant Helias & Helisæus de Galgalis.⌋ Locum etenim qui Galgala appellatur Helias ante suam translationem voluit visitare tanquàm sacrum, quoniam transito Iordane filij Israel, circumcisi sunt ibi & castra fixerunt in eo, ac pascha celebrauerunt ibidem, vt habetur in libro Iosue ⌊Dixitq; Helias ad Helisęum: Sede hic.⌋
Iosue. 5 puta in Galgala, ⌊quia dominus misit me,⌋ hoc est, ire iussit, ⌊vsq; in Bethel⌋ ad visitandum & consolandum filios propphetarum ibi morantes. ⌊Cui ait Helisæus: Viuit dominus & viuit anima tua, quia non derelinquam te⌋ i. à tua corporali præsentia separari non volo quàmdiu manes in terra hac. Non ex inobedientia aut ptinacia dixit & iurauit hoc Helisæus, sed ex charitate magistri sui præcipua. Cur ergo dixit ei Helias, sede hic, forsan ad proban- E
dum & experiendum charitatem charissimi discipuli ad se, & vt Helisęus cũ vehementiori affectu secum pergendo maiorem grãm mereretur vel ad designandum quod dona ac opera singularis excellentiæ ac supererogationis sint potius occultanda, quantum conuenienter fieri potest, & quãtum est ex parte eius, cui talia codonantur, quàmuis propter aliorum profectum, quãq; aliter oporteat fieri. Helias autẽ iam erat eleuandus in cœlum, quia tantã suã excellentiã, quãtum in se erat, maluisset
Matt. 17 celare, quemadmodum Christus peractis quibusdam miraculis præcepit, ne vulgarentur. Itaq; Helias non præcipiendo, sed magis piè tentando, & secundum vnam considerationem hortan-
Marc. 9 do, locutus est, sede hic. ⌊Cumq; descendissent Bethel⌋ hoc est, ad vrbem sic dictam, quæ non fu-
Luce. 5 it Hierusalem, quæ & ipsa alio nomine Bethel vocatur, sed fuit in decem tribuum terra. ⌊Egressi
Gene. 12 sunt filij prophetarum qui erant in Bethel, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia hodie deus tol-
Iosue. 8 let dominum tuum⌋ Heliam ⌊à te. Qui respondit: Ego noui,⌋ Ex quibus verbis elicitur, quòd tã aliqui ex illis filijs seu discipulis prophetarum, quàm ipse Helisæus ex reuelatione nouerant Heliam, mox transferendum, & grã prophetali fulserunt. ⌊Silete⌋ id est, de hac re non loquamini amplius, ne Helias hortetur me hic remanere. ⌊Dixit autem Helias ad Helisæum: Sede hic.⌋ Iuxta sensum prætactum, ⌊quia dominus misit me in Hiericho⌋ ad visitandum filios prophetarũ ibidem. ⌊Et ille ait: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cumq; venissent Hiericho, accesserunt filij prophetarum, qui erant in Hiericho, ad Helisæum, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia dñs hodie tollet dñm tuũ à te? Et ait: Et ego noui, Silete. Dixit aũt ei Helias: Sede hic, quia dñs misit me vsq; ad Iordanẽ. Qui ait: Viuit dñs, & viuit aĩa tua, quia non derelinquam te. Ierũt igit ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos. Qui & steterũt ecõtra lõge. Illi F
aũt ambo⌋ vz. Helias & Helisęus reuersi à Hiericho, ⌊stabãt supra Iordanẽ. Tulitq;⌋ i. accepit Helias palliũ suũ, & inuoluit illud, & percussit aquas Iordanis, quæ diuisę sunt in vtrãq; ptẽ⌋ sicut mare ru-
Exo. 14 brũ percussum Mosi virga. Diuisæ sunt itaq; aquę Iordanis nõ virtute pallij Heliæ, sed per omnipotẽtiã dei, per intercessiones & merita gloriosi Heliæ, ⌊& transierunt ambo per siccum⌋ fundum Iordanis, sicut & filij Israel tempore Iosue. ⌊Cumq; trãsissent⌋ & aquæ ad pristinũ locum redissent. ⌊Dixit Helias ad Helisæum: Postula quod vis vt faciã tibi,⌋ Dando aut desuper impetrando, ⌊an-
Iosue. 3 tequàm tollar à te⌋ Vnde elicitur, quod deus iam reuelauit Heliæ quòd Helisæo daret diuinitus, quod rogaret, & item quod Helias iam sciuit suam translationem innotescere Helisæo. ⌊Dixitq; Helisæus: Obsecro, vt fiat spiritus tuus duplex in me.⌋ Hoc dupliciter explanatur. Primo, quod Helisæus petiuit grãm spũalem Heliæ concessam ad prophetandum, & ad faciendum miracula fieri dupliciter, seu duplicari in se, ita quod haberet eam in dupla proportione, respectu Heliæ, sicq; exponunt qui-
3. Regū. 17 dam Catholici & Hebræi, dicentes hoc esse impletum, quoniam Helias suscitauit mortuum vnum dum
4. Re. 4. 13 taxat, Helisęus duos, Helisęus quoq; infra legit sedecim fecisse miracula, Helias octo iam ante, &
4. Regū. 2 iuxta hunc modum petiuit Banaias, vt deus faceret solium Salomonis sublimius solio Dauid, sed
3. 4. 5. 6 quia præsumptuosum videret fuisse, quod Helisæus petisset tanto prophetæ ac suo magistro sic præfer-
3. Reg. 1 ri ac præfulgere in donis istis, saluatore dicente: Non est discipulus super magistrum, hinc alij tam
Matt. 10 Catholici quàm Hebræi communiter sic exponunt, fiat spiritus tuus duplex, id est, gratia spiritus sancti tibi concessa, ad duo præfata concedatur & mihi propter commune bonum populi nostri quã te sublato indigent similitui. ⌊Qui respõdit: Rem difficilem postulasti⌋ i. magnam & arduã & diffi-

A & difficulter impetrabilem, quia vtrunq; hoꝝ est supernaturale, & p̄sertim vt habeatur æquali-
ter mihi. ⌊Attamen si videris me quando tollar à te, erit quod petisti: si aũt non videris⌋ me in
ipsa separatione à te, ⌊non erit⌋ quod postulasti. Istud totum sic fuit reuelatum Heliæ à dño. Sed
quare non fuisset petitio Helisæi impleta, si non vidisset Heliam in raptu illo, poterat nanq; He-
lias meritis suis ac p̄cibus succurrere Helisæo, q̃uis in illo puncto ipsum non conspexisset? Ad q̃d
dicendum videt, ꝙ incessabilis & diligentissima illa directio oculoꝝ Helisæi ad Heliam, fuit effe
ctus & signum suæ deuotionis ac charitatis ad Heliam, imò magis ad deum, ideo illũ intuitũ con
tinuando ex tali radice, capacẽ se p̄buit gratiæ tantæ, à quo intuitu si torpuisset, detrimentũ huius
gratiæ sustinuisset. ⌊Cumq; pergerẽt & incedentes sermocinarent⌋ de diuinis & pertinentibus
ad salutem, ipso Helia Helisæum ad profectũ & ad directionẽ Israeliticæ plebis hortante, & vt fi
lijs prophetaꝝ præesset, ⌊Ecce currus igneus & equi ignei diuiserũt vtrunq;.⌋ Igneæ illæ simili-
tudines currus atq; equoꝝ angelico ministerio fuerunt formatæ, quemadmodũ stella quę magis
apparuit, & columba ac nubes quæ sup Christum apparuerunt. & aliqui dicunt ꝙ in curru illo & Matth.3
equis angeli apparuerunt, sicut interdum apparẽt in aliaꝝ similitudine reꝝ. ⌊Et ascendit Helias Luce.3
p turbinem in cœlum⌋ aereum, sicut expositũ est. In Ecclesiastico dicit ad Heliam, qui receptus Ioha.1
es in turbine ignis in curru igneo ꝝ equoꝝ. Vnde elicit, ꝙ igneo curru ascendit in turbine, trans- Eccl.48
ferentibus eũ angelis sanctis, sicut angelus transtulit Habacuc vatẽ de Iudæa in Babylonẽ. ⌊He- Dan.14
lisæus aũt videbat⌋ eum sic eleuari, non cessans eum inspicere timore terribilium, quæ apparue-
B runt ibidẽ, ⌊& clamabat: Pater mi, pater mi,⌋ repetitio est charitatis indiciũ, conformationisq;
signum, vel doloris de separatione ostensio, ⌊currus Israel & auriga eius,⌋ hoc dixit nõ de igneo
curru apparẽte aut eius auriga, de cuius tamen auriga textus nil loquit, sed ipsum Heliam voca-
uit curꝝ Israeliticæ plebis & aurigam eiusdẽ plebis, q̃m instar currus populum illum sustẽtauit &
eius supportauit ac suppleuit defectus, direxitq; eam sicut auriga quadrigam. & iuxta hũc sensum
hæc eadẽ verba rex Israel infra ꝓfert de Helisæo, ⌊& non vidit eũ amplius, Apprehẽditq;⌋ Heli-
sæus ⌊vestimẽta sua & scidit illa in duas partes⌋ ex dolore separatiõis à charissimo suo magistro, 4.Reg.2
⌊& leuauit palliũ Heliæ quod ceciderat ei,⌋ quia Helias deiecit illud pro consolatione dilecti sui
discipuli, vt aliquid haberet quasi ex testamẽto patris sublati, atq; vt illo pallio vestiret, in signũ ꝙ
magistro suo succederet in duplici gratia iam p̄fata & ꝑ illud miraculum faceret, quemadmodum
subdit. ⌊Reuersusq; stetit sup ripam Iordanis & pallio Heliæ quod ceciderat ei⌋ ex ordinatio-
ne diuina, ⌊pcussit aquas,⌋ sequens in hoc ipsum Heliam, qui paulo ante sic fecerat, atq; vt me-
ritis Heliæ fieret aquæ diuisio, ⌊& non sunt diuisæ⌋ vt ante, vt ꝑ hoc Helisæus aduerteret se infe-
riorem meritis sui magistri, sicq; humiliaret se, nec de subita sui promotione ac potestate extolle
ret. ⌊& dixit: Vbi est deus Heliæ etiam nũc,⌋ quasi dicat, Nonne vere vbiq; p̄sens est atq; omni-
potens, hoc ẽ, nõ meritis meis, sed pietate & gr̃a dei, meritisq; Heliæ p̄cor hanc Iordanis impetra
re diuisionẽ, ⌊pcussitq; aquas⌋ cũ ista humilitate, ⌊& diuisæ sunt huc atq; illuc, & trãsiuit Helisæ
us. Videntes aũt⌋ hæc ⌊filij prophetaꝝ qui erant⌋ .i. habitabant ⌊in Hiericho econtra⌋ .i. stan
tes ex aduerso Iordanis, q̃a (vt ante in isto habet cap.) quinquaginta viri de filijs illis sequebantur
Heliam & Helisæũ & steterũt econtra longe, ⌊dixerũt: Requieuit spũs Heliæ sup Helisæum,⌋
quod ex tãto ꝑpenderunt miraculo, ⌊& venientes in occursum eius, adorauerũt eum proni in ter
ram,⌋ duliæ adoratu, ⌊dixerũtq; illi: Ecce cum seruis tuis⌋ .s. nobiscũ ⌊sunt quinquaginta viri
C fortes qui possunt ire & quęrere dñm tuum, ne forte tulerit eum spũs dñi & proiecerit eum⌋ spũs
dñi ⌊in vnũ montiũ aut in vnam valliũ⌋ .i. in aliquem locũ, sicut aliquando contigit ei, ꝙ trãspo
situs fuit virtute diuina ꝑ angelũ de loco ad locum. Vnde supra libro tertio Abdias dixit Heliæ: 3.Regũ.18
Cumq; recessero à te, spũs dñi asportabit te in locum quem ego ignoro. ⌊Qui ait: Nolite mitte-
re,⌋ q̃m certus sum ad quẽ translatus sit locũ, & ꝙ non inuenieт à vobis nec reuertet, nisi circa fi-
nem mũdi ad p̄dicandũ cum Enoch contra ꝑfidiam Antichristi, quẽadmodũ in Apoca. & Ma- Apo.11
lachia continet. ⌊Coegerũtq; eũ⌋ .i. importune rogauerũt, ⌊donec acquiesceret & diceret: Mit Malac.4
tite,⌋ quod dixit, ne amplius pateret importunitatis illius molestiã, & ne ipsi manerẽt in dubio,
& itẽ ne suspicarent, ꝙ ipse reditũ abhorreret Heliæ, ne maior eo esset in plebe illa. ⌊Et miserunt
quinquaginta viros. Qui cũ quæsissent tribus diebus, non inuenerũt. Et reuersi sunt ad eũ. At ille
habitabat in Hiericho, & dixit eis: Nunquid non dixi vobis, nolite mittere?⌋ Consequenter de-
scribunt alia duo Helisæi miracula. ⌊Dixerũt quoq; viri ciuitatis⌋ Hiericho ⌊ad Helisæum: Ecce
habitatio ciuitatis huius optima est⌋ .i. conueniẽs situs & pulcher locus, ⌊sicut tu ipse prospicis,
sed aquæ pessimæ sunt⌋ .i. valde nociuæ & forsan morbũ ingerebant potantibus seu vtentibus ea
& terrã fecit infertilẽ, ideo subdit, ⌊& terra sterilis,⌋ nõ ex se, sed ex aquæ illius irrogatione, siqui
dem terra ꝓmissionis fuit valde fructifera, etiam in circuitu Hiericho. ⌊At ille ait: Afferte mihi
vas nouum & mittite in illud sal.⌋ Cur voluit vasculum nouũ habere? Forsan ne aliquis suspica-
ret, ꝙ in vase quo voluit vti, fuissent quædam alia vim sanandi aquam habentia, sicq; curatio a-
quæ asscriberet causæ naturali, non diuinæ virtuti. ⌊Quod cũ attendissent, egressus ad fontem a-
quaꝝ, misit in illum sal, & ait,⌋ oratione p̄missa & certificatus de sua exauditione. ⌊Hæc dicit do

minus: Sanaui aquas has ⌋ .i. iam eas eripio à corrupta earum dispositione, ⌊ & non erit in eis vl- D
tra mors neqꝫ sterilitas, ⌋ quæ fuerant in aquis non formaliter, sed causaliter, quia morbum leta-
lem inferebant potantibus, & terram vicinam reddebant infructuosam. Misit autem in eas sal ꝓ
pter mysticas rationes quæ inducent, & vt miraculum esset ꝓclarius, quia ex salis admixtione a-
quæ impotabiliores efficiunt, & corrumpunt magis ꝗ meliorant, & iuxta hunc modum iussit E-
Esa. 38 saias massam ficoꝝ superponi vlceri Ezechiæ. ⌊ Sanatæ sunt ergo aquæ vsqꝫ in diem hanc, iuxta
verbum Helisæi quod loquutus est. Ascendit autem inde Helisæus in Bethel, ⌋ ad consolandum
filios prophetaꝝ de recessu Heliæ. ⌊ Cumqꝫ ascenderet ꝑ viam, pueri parui, ⌋ tamẽ adultæ ætatis
& ratione vtentes, ita ꝙ mortal'r peccauerunt, faciẽdo quod subdit, ⌊ egressi sunt de ciuitate & il-
ludebant ei, dicẽtes: Ascende calue, ascẽde calue, ⌋ erantqꝫ pueri isti (vt credit) à parẽtibus suis ido
lolatris informati vt facerẽt istud. ⌊ Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine do-
mini ⌋ .i. mala pœnalia eis imprecabat virtute diuina & nomen dñi inuocando, vel iuxta bene-
placitum dei & ꝑ nomen ipsius quod fecit zelo iustitiæ, ne pueri illi in tanta malitia crescerẽt, sed
punirent in vita ista, & grã sibi concessa à deo manifestaret hoĩbus signo sequẽte, nec alij pueri si
milia facere attentarent, ac vitiosi parentes in suis filijs, quos male instruxerant, castigarentur.
⌊ Egressiqꝫ duo vrsi de saltu ⌋ .i. sylua seu nemore, ductu angelico & nutu diuino, ⌊ lacerauerũt ex
4. Regũ. 1 eis quadraginta duos pueros. ⌋ cæteris culpabiliores. Nec tamẽ eoꝝ parẽtes audebant hoc in He
lisæo vlcisci, timentes plagari. Itaqꝫ in isto sequutus est Heliam, qui quinquagenarijs maledixit.
3. Regũ. 18 ⌊ Abijt autem inde, ⌋ visitatis filijs prophetaꝝ, ⌊ in montem Carmeli, ⌋ in quo Helias consueuit
orationi & contemplationi vacare, vt & ipse hoc faceret ibi, & amore magistri sui ac propter san
ctitatem loci illuc accessit, ⌊ & inde reuersus est in Samariã ⌋ vrbẽ regni metropolim, vt ibi com
munitati prodesset. E

¶ Expositio eiusdem cap. II. mystica. Arti. III.

HElias in multis Christum ꝓfigurauit. Deniqꝫ translatio Heliæ in paradisum terrestrem,
designauit non solum Christi, sed & omnium electoꝝ eleuationem de terra in cœlum
summum, de exilio isto ad patriam, de miseria ad salutem. Quẽadmodum aũt instan-
Matt. 20 te Heliæ translatione, iuit ipse cũ Helisæo & visitauit suos discipulos, sic saluator passio-
Mar. 10 ne sua instante, assidue adfuit suis apostolis. Perambulauitqꝫ Hiericho & visitauit Bethaniam. Et si-
Luc. 18. 10 cut Helisæus, chorum ꝓfigurans apostoloꝝ, nequaquam consensit ab Helia nõdum translato se-
parari, sic beati apostoli de separatione Christi ab eis ꝑ passionem nec audire nec intelligere ali-
quid potuerunt, ob nimiam & aliqual'r sensualem eoꝝ ad Christi affectionem, in tantum, ꝙ dum
dixisset eisdem: Ecce ascendimus Hierosolymam & consummabunt omnia quæ scripta sunt per
Luc. 18 prophetas de filio hoĩs. Tradet enĩ gentibus & illudet, &c. ipsi nihil hoꝝ intellexerũt. Insuꝑ sicut
Matt. 20 Helias consolabat suos discipulos de suo recessu, & special'r Helisæum, exhortans eum ad depre-
Joh. 13. 14 candum quod vellet, & exaudiret, sic filius dei suam passionem discipulis ꝓnuntiando, statim pro
eoꝝ consolatione se tertia die resurrecturũ ꝓdixit, & specialissime in cœna illa nouissima multipli
Joh. 15. 16 citer consolabat apostolos, admonẽs eos ad exorãdum cum omni fiducia, & ꝙ exaudirent pro-
mittens, quibus & spm̃ suum promisit & gratiam propheticæ reuelationis ac virtutem agendi
Johan. 14 miracula contulit, in tantum vt dixerit: Qui crediderit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet &
maiora hoꝝ faciet, quia ego ad patrem vado. Itemqꝫ: Cum venerit (inquit) ille spũs veritatis, do F
Johã. 16 cebit vos omnem veritatem. Et denuo: Spũs sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille do-
Johan. 14 cebit vos omnia & suggeret vobis oĩa quæcunqꝫ dixero vobis. At vero, per hoc ꝙ Helias dixit
ad Helisæum, si videris me qñ tollar à te, erit quod petisti: si autem non videris, non erit, ꝓsigan-
tum videt, ꝙ ad recipiendum promissa Christi, oportuit oculo fidei Christi ascensionem cogno
scere. Quemadmodum etiam Helias ascendens, pallium suũ Helisæo proiecit, sic Christus scandẽs
in alta cœloꝝ, humanitatis suæ mysteria, incarnationisqꝫ fidem & corpus ac sanguinẽ sub sacra-
menti velamine dereliquit. Et sicut Helisæus pallio Heliæ aquas diuisit, sic discipuli Christi per ꝓ-
fata mysteria fecerũt miracula, fluctusqꝫ seculi transierunt illæsi. Quid autem ꝑ igneum currum,
equosqꝫ igneos, nisi angelicæ potestates signant, de quibus cantat: Qui facis angelos tuos spũs,
Psalm. 103 & ministros tuos ignem vrentem, quoꝝ subsidijs eleuant electi ad contemplandum diuina, ita vt
conuersatio eoꝝ iam modo in cœlis. Insuꝑ sicut filij prophetaꝝ viso Helisæi miraculo, dixerũt: Re
Phil. 3 quieuit spũs Heliæ suꝑ Helisæum, & occurrerunt ei adorantes eundem, sic Christiani videntes si
gna apostolorum, nouerunt spm̃ Christi venisse in eos, & honorauerunt eos vt Christi vicarios.
Deniqꝫ per Helisæum qui misit sal in aquas vt sanarent à sua corruptione & infructificatione, in-
telligit deus pater qui sapientiam increatam, vnigenitumqꝫ filium suum misit in vas nouum, .i. in
mundissimæ virginis vterum, vel in corpus purissimum quod assumpsit, sicqꝫ sanauit aquas Hie-
richo, .i. fluxum, instabilitatem, fomitem, secularem scientiam & inquietudinem mundi, generisqꝫ
humani, infundendo hoĩbus sapientiam salutarem, qua reformatæ sunt mentes credentium &
fructuosæ effectæ & virtutes quibus in deo sunt stabilitæ. Postremo, per pueros vitiosos Helisæũ
irridentes, expressi sunt Iudæi, qui Christo in passione illuserunt, propter quod ab vrsis duobus
vide-

A videlicet Tito & Vespasiano sunt dilaniati. Item, quoniam Bethel interpretaꝛ domus dei, ꝑ Helisæum ascendentem in Bethel, intelligiꝛ quæcunqꝫ deuota persona intrans ecclesiam aut cœnobium ingrediens & de virtute in virtutem ascendens, quæ à secularibus hoibus irrideꝛ, iuxta illud beati Iob: Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, ideo ab vrsis.i. malignis spiritibus deuoranꝛ, qui recte per vrsos sunt figurati, ob varias vrsi proprietates, quaꝝ prima est, ꝙ vrsus tenet fortissime id quod capit, sic dæmones eos quos fallunt & vincūt, totis conant viribus retinere, imò & grauioribus vitiis implicare. Secūda, ꝙ vrsus debilis ferꝛ esse in capite, & robustus in renibus, ita diabolus in exordio suggestionis pestiferæ non est fortis, sed nisi tunc protinus repellaꝛ, tentationem continuando & concupiscentiam inflammando, amplius inualescit. Tertia, ꝙ captus, eosdem frequēter reiterat passus, sic dæmon ab aliquo victus, multipliciter nititur qualiter iteꝝ vincat illū, quod certum est de illo, quem vnusquisqꝫ exercitatorē habere asserit. Nam & diabolus semel victus à Christo, adhuc eum bis tentare præsumpsit, victusqꝫ tertio recessit ab eo ad tempus, vt Lucas testaꝛ Euangelista. Ideo quod communiter diciꝛ & ab Origene sumptum videꝛ, Dæmonem semel ab hoīe victum, nunquam amplius tentare eūdem, non cēseꝛ, magnæ esse authoritatis, & de hoc sup librum Iudicum plenius dictū est, vbi verba Origenis ex sua homilia sunt introducta. Quarta est, ꝙ canes plurimū odit, sic diabolus virtuosos ꝑdicatores, idoneosqꝫ pastores qui ꝑ canes designantur, odit grauissime. Quinta est, ꝙ in calido lebete cæcaꝛ, sic dæmon in corde feruido penitus superaꝛ. Sexta, ꝙ dominus vrsi facit eum cucubare.i. caput in terram defigere & pedes leuare, ita qui dæmonis victor est, faciliter ei illudit
B Septima, ꝙ tantum diligit mel, ꝙ pro eo occidiꝛ, sic immundus spūs in tantum cupit hominem virtuosum in domino suauiter repausantem, decipere & de eius casu gaudere, ꝙ ista ex causa multoties superaꝛ, dum hoīem talem tentare & vincere nititur.

Psalm. 81
Iob. 12
Luc. 4
Origenes

¶EXPOSITIO CAP. III. Ioram vero filius Achab. Arti. IIII.

HOc loco describitur grandis victoria regi Israel data, & quædam narranꝛ Helisæi prodigia. ⌊Ioram vero filius Achab regnauit sup Israel⌋ .i. decem tribus, ⌊in Samaria, ⌋in qua tanquam metropoli residebat, ⌊anno octauodecimo Iosaphat regis Iudæ, ⌋qualiter intelligendum sit istud, in literali expositiōe præcedentium dictum est. ⌊Regnauitqꝫ duodecim annis, & fecit malum coram dño, ⌋aureos vitulos adorando, ⌊sed non sicut pater suus ⌋Achab, ⌊& mater. Tulit em ⌋.i. alter ⌊.i. ex suis ⌊statuas Baal quas fecerat pater eius. Veruntamē peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis, ⌋puta à vitulorꝝ cultura. Ex hoc aliqui trahunt, ꝙ Ioram iste non solum abstulit idola Baal, sed & idola Chananæorum, quibus (vt supra habeꝛ) Achab seruiuit. ⌊Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa, ⌋per suos ministros, quoniam terra regni sui abundat pecoꝝ pascuis, ⌊& soluebat regi Israel, ⌋vtpote ipsi Achab, ⌊centum milia agnorum, ⌋ & centum milia ouium, ⌊& centū milia arietum cum velleribus suis, ⌋lana opertis, ita ꝙ non poterat satisfacere, nisi soluendo pecora illa viua atqꝫ lanata. ⌊Cumqꝫ mortuus fuisset Achab, ꝑuaricatus est fœdus quod habuit cū rege Israel ⌋.i. amplius soluere recusauit rex Moab magnū illud tributum. ⌊Egressus est igiꝛ rex Iorā in die illa de Samaria & recensuit vniuersum Israel. Misitqꝫ ad Iosaphat regem Iuda, ⌋cuius filij vxor fuit soror sua, ⌊dicens: Rex Moab recessit à me, veni
C mecum contra eum ad ꝑlium. Qui respondit: Ascendam ⌋tecū, ⌊qui meus est, tuus est populus, meus populus tuus ⌋.i. ad tuū auxilium est paratus, ⌊& equi mei equi tui, ⌋simili modo respondērat Achab regi patri istius: Populus (inquiens) meus & pp̄lus tuus vnū sunt, & equites mei equites tui, vt patuit supra tertio lib. ¶Quæri potest, an Iosaphat rex peccauit in isto? Videꝛ ꝙ imò, quia (vt dictū est) iam fuerat increpatus à dño ꝑ prophetam, ꝙ auxilium ꝑbuit impio Achab, & rursus ꝙ cum Ochozia amicitiā habuit, sed Ioram iste fuit iniquus sicut & illi. Achab quoqꝫ vide batur iustam ꝑliandi causam habere, vt patuit. Ad quod dicendū videꝛ, ꝙ peccauit in isto, nisi forsan excuseꝛ per hoc ꝙ Ioram nō fuit tam impius sicut Achab & Ochozias, qm̄ abstulit statuas Baal, sicqꝫ tēporalem istā forsan promeruit prosperitatē. ⌊Dixitqꝫ ⌋Iosaphat: ⌊Per quā viam ascēdemus? At ille respondit: Per desertū Idumææ, ⌋quod ex vna parte coniungiꝛ deserto Aegypti, ꝑ quod filij Israel tempore Moysi pertransierūt. ⌊Perrexerunt ⌋igiꝛ simul ⌊rex Israel ⌋qui hic primo nominaꝛ, qm̄ principalis fuit in causa ista, ⌊& rex Iuda & rex Edom, ⌋quem Iosaphat secum adduxit, vt magister in historijs ait, quia protunc Idumæa adhuc erat sub rege Iuda & tributaria ei. Sed quomodo rex Idumææ dicitur iste cū Ioram, cū tunc nondum fuerat rex constitutus in terra Edom à tempore Dauid qui abstulit Idumæis regium sceptrum? Vnde infra habeꝛ. In diebus eius, videlicet Ioram filij Iosaphat recessit Edom ne esset sub Iuda & constituit sibi regem. Respondeꝛ, ꝙ sicut in scripturis rex sæpe vocatur dux, ita hoc loco dux dicitur rex, ⌊& circumierūt

4. Regū
3. Regū 8
3. Reg. 22
Pet Co. hist. lib. 4 Re cap. 4
2. Regū. 8
4 Reg. 8.

per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis quæ sequebantur eos. Dixitq; rex D
Israel, deficiente eis aqua in hæremo illa, Heu heu heu, ex vehementia doloris ter ait heu, Cõ
gregauit nos deus tres reges, cum subditis suis, vt traderet nos in manu Moab, quia Mo
abitæ iam perceperunt aduentum istorum regum, nec poterant conuenienter reuerti ex aquæ
defectu. Quamuis autem istud non fuit verum, quod scilicet dominus congregauerit reges illos ob
causam hanc, tamen rex Israel hoc timuit & putauit, & ait Iosaphat: Est ne hic .i. in aliquo lo-
co nõ multũ remoto propheta domini? vtpote verus & sanctus propheta, vt deprecemur
dominum per eum .i. vt ille oret pro nobis & impetret nobis aquam, & nos quoq; oremus pro
causa eadẽ. In isto patet humilitas Iosaphat, qui licet esset vir valde fidelis & virtuosus, nõ tamen
per seipsum præsumpsit dominum pro miraculoso rogare effectu. Et respondit vnus de seruis re
4. Regũ. 2 gis Israel: Est hic Helisæus filius Saphat, qui fundebat aquam sup manus Heliæ .i. tanto prophe
tæ seruiuit, cuius spũs super istum quieuit. Quidã aliter interpretant, dicentes, quod in sacrificio quo
3. Reg. 18 Helias obtulit bouem in monte Carmeli, vt dictũ est tertio libro, Helisæus fudit aquam sup ma
nus Heliæ, moxq; de digitis Heliæ tanq̃ ex fontibus aqua copiose manauit, vt in præallegati ex-
positione libri tactum est. Et ait Iosaphat: Est ne apud eum sermo domini? Descenditq; ad eũ
2. Cor. 6 rex Israel & Iosaphat & rex Edom. Dixit aũt Helisæus ad regem Israel: Quid mihi & tibi est?
.i. quæ conuentio nobis, cum sis idololatra. Vnde Apostolus: Quæ (ait) conuentio luci ad tene-
Hiere. 23 bras? Et Hieremias. Quid paleis ad triticum? Vade ad prophetas patris tui & matris tuæ .i. ad
prophetas Baal, non consultorie, sed ironice dixit hoc Helisæus. Et ait illi rex Israel: Quare cõ-
gregauit dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? Dixit ad eum Helisæus: Viuit
dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iuda erubescerẽ,
.i. reuererer, cum sit cultor dei fidelis, propter quod etiam verecundor me ab eo auertere & eius
desiderium non implere, non attendissem quidẽ te nec respexissem, non ex elatione, sed ze-
lo iustitiæ dixit hoc sanctus vir, abominans impium vt talem, quemadmodum de viro iusto fert E
Psalm. 14 in psalmo: Ad nihilum deductus est in conspectu malignus. Hinc & philosophus in Ethicis de
proprietatibus magnanimi loquẽs, inter cætera ait, quod sit aspernatiuus, quoniam aspernat vitio-
Eccl. 48 sos inquantum tales. Merito igitur in Ecclesiastico de Helisæo asseritur: In diebus suis non perti
muit principem. Veruntamen his obijci potest, quoniã principes quamuis perfidi & iniqui sunt
Roma. 13 honorandi propter sui dignitatem officij & tanquã ministri dei, sicut ad Romanos loquit Pau-
1. Petri. 2 lus. Propter quod princeps apostolorum docet, esse obediendum etiam discolis dominis. Respõ
detur, quod superioribus in his quæ ad eorũ cathedram pertinent, sunt obedientia & reuerentia exhi
bendæ, in alijs non oportet. Nunc aũt adducite mihi psaltem .i. peritum in citharizando aut
ludendo in organo. Cumq; caneret psaltes, quia ludendo in organo simul cantauit aliquid de
laudibus dei, quemadmodum Dauid facere consueuit, facta est super eum, vtpote Helisæum
manus domini .i. omnipotentia dei mentem eius tetigit & illustrauit gratia reuelationis pro-
pheticæ. Gratia etenim prophetiæ est donũ actuale non proprie habituale, quia non adest cor-
dibus prophetarum ad libitum, sed iuxta beneplacitum dei, & secundum dispositionem & apti-
tudinem hominum, quia se possunt ad illuminationem talem per deuotionem & eleuationẽ mẽ
tis aptare, & quoniam diuersæ melodiæ ac harmoniæ diuersos causant effectus in hominum cor
dibus, Helisæus videns sibi lumen propheticæ gratiæ non fulgere, voluit se ad illud per eleuatio-
nem animi præparare, ideo fecit psaltem coram se ludere & cantare, quoniã melodia illa cum laude F
dei ad eleuationem disponit, præsertim in quibusdam qui ex naturali dispositione ad hoc magis
dispositi sunt, quorũ nonnulli ex discantu & consonantia melodiæ celerrime & intense mouent
ad fletum, compunctionẽ & contemplationem. Deniq; quædam melodiæ excitant ad cõpassio
nem & planctũ inde nascentem. Hinc tibicines in funeribus carmẽ lugubre concinebant, quæ-
dam vero ad audaciam prouocãt, vt tubæ in prælijs, quædam ad deuotionem, vt cantus & organa
in diuinis. Refert Lyra, quod Rabbi Salomon asserat grãm prophetiæ recessisse ab Helisæo, quia ex-
R. Salo. asperatus fuit contra regem Israel, quod dictũ reprobat Lyra, quia ex zelo iustitiæ id processit.
Veruntamen in exasperatione illa, sicut in ira per zelũ potuisset esse aliqualis excessus, præsertim
Grego. cum secundũ Gregorium, etiam ira per zelum aliqualiter turbet cordis oculũ, idcirco ad trãquil
lationem cordis Helisæi poterat harmonia illa conferre. Et ait: Hæc dicit dñs: Facite alueũ tor
rentis huius fossas & fossas .i. in alueo seu fundo huius exiccati torrentis profundas aliquas foue-
as, in quibus aqua mox ventura recipiatur. Hæc enim dicit dñs: Non videbitis .i. non audietis
ventũ, neq; cernetis pluuiam in hac hora, & alueus iste replebit aquis & bibetis vos & fa
miliæ vestræ & iumẽta vestra. Parũq; est hoc in conspectu dñi, qui frequẽter, sicut & nũc, plus
largietur q̃ petitur, ideo subdit. Insup tradet Moab in manus vestras & percutietis omnẽ ciuita-
tẽ munitã .i. habitatores fortiũ ciuitatũ Moabitici regni, & omnẽ vrbẽ electã, & vniuersum li
gnũ fructiferũ succidetis, cunctosq; fontes aquarũ obturabitis, & omnẽ agrũ egregiũ operietis la
Iose. lib. 9 pidibus. Factũ est igit mane, qñ sacrificiũ offerri solet, & ecce aquæ veniebãt p viã Edom & re-
an tiq. ca. 3 pleta est terra, præsertim alueus ille, aquis. Circa hoc Iosephus protestat, quod in superiorib' par-
tibus

A tibus Idumææ pluerat vehemẽter trib⁹diebus,sicq́ ꝑiter Idumææ descẽdit aqua ꝑ alueũ in fos-
sata. ⌊Vniuersi aũt Moabitæ audientes ꝙ ascendissent tres reges,vt pugnarent aduersum eos,
cõuocauerũt oẽs qui accincti erãt baltheo desuꝑ,& steterũt in terminis⌋.i.in extremitatibus ter-
ritorij sui,vt hostibus prohiberent ĩgressum in suã regionẽ,& forsan in terminis illis erant loca
angusta ad introeũdũ,sicq́ facilius poterãt ibi resistere.⌊Primoq́ mane surgẽtes & orto iã sole
ex aduerso aquaꝝ viderũt Moabitæ econtra aquas rubras quasi sanguinẽ,⌋qa aquæ ꝑfatæ ra-
dijs solis percussæ apparuerũt turbidæ & quasi sanguinæ rubricatæ,vel supernaturalr̃ inerat co-
lor talis his aquis pro Moabitaꝝ deceptione.⌊Dixeruntq́: Sanguis gladij est⌋.i.gladio fusus,
quasi dicant,interfecerũt se inuicẽ.⌊Pugnauerũt reges contra se & cæsi sunt mutuo. Nunc per-
ge ad ꝑdam Moab.Perrexerũtq́ in castra⌋.i.ad exercitus seu tentoria ⌊Israel.Porro cõsurgens
Israel⌋.i.Ioram cũ populo suo & adiutoribus suis,⌊ꝑcussit Moab.At illi fugerũt corã eis⌋.i.qui
ꝑcussionẽ euaserant,fugã arripuerũt.⌊Venerunt igit̃ qui vicerant,& ꝑcusserunt Moab,& ciuita
tes destruxerũt,& omnẽ agrũ optimũ,mittentes singuli lapides,repleuerũt, & vniuersos fontes
aq̃ꝝ obturauerũt,& oĩa ligna fructifera⌋Moabitaꝝ⌊succiderũt⌋Iorã cũ suis,⌊ita vt muri tãtũ
fictiles⌋.i.lateritij remanerẽt.In Deu.fuit ꝑceptũ:Nõ succides arbores de qbus vesci potest,nec Deu.20
securibus ꝑ circuitũ debet vastare regionẽ,qm̃ lignũ est & nõ homo,ergo in isto facto trãsgressi
sunt legẽ.Ad hoc aliqui dicũt,ꝙ de licentia dei fecerũt hoc,qa Helisæus ꝑdixit ꝙ facerent istud,
B sicq́ deus dispẽsauit in lege sua.Alij dicũt,ꝙ lex loquit̃ de arboribus q̃ erant in terra promissionis
nõ de his q̃ erant extra eandẽ.⌊Et circũdata est ciuitas⌋metropolis regni Moab,⌊à fundibu-
larijs,⌋qui ꝑ gyrũ posuerũt machinas bellicas ad proijciendũ lapides magnos,⌊& magna exp-
te percussa.Quod cũ vidisset rex Moab ꝑualuisse.s.hostes,tulit secũ septingentos viros educen-
tes gladios vt irrumperẽt ad regẽ Edom⌋.i.violenter & cũ impetu exirẽt ac fugerẽt ꝑ eã partẽ
in qua Idumæi vrbẽ circũdederunt,qa ibi obsidio fuit debilior,vel forsan ex speciali indignatiõe
cõtra regẽ Edom,ꝙ filijs Israel ferret ꝑsidiũ,voluerũt percutere eũ,⌊& nõ potuerũt,⌋qa ab ho
stibus fuerũt repulsi in vrbẽ.⌊Arripiensq́ filiũ suũ primogenitũ qui regnaturus erat pro eo,ob-
tulit holocaustũ sup muꝝ⌋deo suo.s.Soli,vt fert̃,quẽ coluit.Itaq́ obtulit primogenitũ suũ in ho
locaustũ,vt deus suus succurreret sibi in tanta angustia,vel vt aduersarij intuẽtes tantã suã neces-
sitatẽ cõpaterent atq́ recederent,ideo sup muꝝ in ꝑsentia hostiũ immolauit.⌊Et facta est indi-
gnatio magna in Israel,⌋vel qa hi qui erãt cũ rege Israel detestati sunt factũ illud inhumanũ.s.pro
prij filij occisionẽ,& contra hoc indignati,vel sibi inuicẽ indignabant̃,ꝙ ad tantã angustiam ꝑ-
duxerunt aduersarios suos,⌊statimq́⌋ex compassione ⌊recesserũt ab eo & reuersi sunt in terrã
suã,⌋vel deus indignatus est filijs Israel propter eoꝝ pctã,quibus & ipsi irã meruerũt & vltionẽ
diuinã,sicut & Moabitæ,cũ tamẽ aduersarios suos tã grauiter opprimẽdo,nõ pœniterẽt,nec ca
stigarent seipsos,sicut tpe Moysi plagauit deus filios Israel qui carnes sibi dari petierãt ad eden- Exo.16.17
dum. Nam quamuis contulit eis carnes,tamen protinus eos percussit propter eoꝝ concupiscen-
tiam vitiosam,iuxta id psalmi:Adhuc escæ eoꝝ erant in ore ipsoꝝ,& ira dei ascendit sup nos.
Præterea quidam hic scribit,non esse probabile nec rationabile dicere,ꝙ populus Israel ex com Psalm.77
passione ab obsidione recesserit,quia immolatio illa fuit magis offensiua dei, q̃ placatiua, & rur-
C sus,quia ex illa immolatione ꝑpenderunt,ꝙ Moabitæ non potuerunt diu resistere, sicq́ ex hoc
incitati fuissent ad continuandum obsidionem,ideo ponit & approbat expositionem Rabbi Sa- R.Salo.
lomonis dicentis,ꝙ rex Moab interrogauit sapientes suos,cur deus Israel ita iuuaret Israeliticum
populum,qui dixerunt,ꝙ propter merita Abrahæ, qui voluit filium suum Isaac immolare,quo
audito,rex Moab obtulit filium suum deo suo,videlicet Soli. Vnde tunc facta est indignatio seu
ira sup populũ Israel,qm̃ angelus ꝑsidens Moabitis, cõmemorauit corã deo scelera filioꝝ Israel,
idcirco misit deus pestem in eos,sicq́ cõpulsi sunt ab obsidione recedere.Sed ista reprobat Rab- R.Paul.
bi Paulus,qm̃ Moabitæ sacras historias de Abrahã nescierũt & alia multa inducit quæ non pro-
cedunt formaliter,addit tamen ,potius esse credendũ,ꝙ sacerdotes Moabitæ dixerũt regi suo,ꝙ
filij Israel deos suos.s.Moloch & eiusmodi cũ tanta coluerunt deuotione,ꝙ filios suos eis immo-
lauerunt,quemadmodũ scriptũ est:Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs,quo audito Psal.106
rex obtulit filiũ suum,& tunc facta est indignatio in Israel,qm̃ tam ꝑnitiosum exemplum ꝑbue-
runt gentilibus.¶ Moraliter,ex isto cap.edocemur,in omni tribulatione ad deũ confugere, defi-
ciente nobis aqua sapientiæ salutaris,de qua ait saluator:Qui biberit ex aqua quam ego dabo,non Johan.4
sitiet in æternum.Fontem sapientiæ inuocare,iuxta quod admonet sanctus Apostolus Iacobus:
Si quis vestrum indiget sapientia,postulet à deo qui dat oĩbus affluenter,& nõ improperat,& da Jaco.1.
bitur,postulet aũt in fide nihil dubitans.Præterea ex consideratione propriæ defectuositatis,in-
sufficientiæ & indignitatis debemus spũalium & ꝑfectoꝝ viroꝝ pietatẽ rogare vt orẽt pro nobis
& tã sanctos triũphantis ecclesiæ q̃ virtuosas ꝑsonas ecclesiæ militãtis in subsidiũ implorare, se-
cundũ illud in Iob:Ad aliquẽ sanctoꝝ cõuertere.Quod si aqua ista defuerit nobis,trademur ĩ ma Job.5
nus Moab.i.diaboli q superbus est valde,qm̃ neminẽ diligit deus,nisi q cũ sapia inhabitat.Si ve
ro voluerimus aquã istã suscipere sine vento.i.clamore deceptationis humanæ & sine pluuia in-

formationis philosophicæ, faciamus in alueo, i. intimo fundo cordis nostri fossas & fossas, i. profundas cõsiderationes, ex q̄bus vera humiliatio generat, vt tã ex cõtemplatione maiestatis diuinæ & pfectionis sanctorũ ipsiusq̃ ex ꝓpriæ vilitatis, fragilitatis, ac vitiositatis attẽtione humiliemus nos iugiter valde, sicq; fluentis sapiẽtiæ desup impleamur. Amplius exẽplo Helisæi discamus ueræ mẽtis cõstantiã & omnẽ inordinatũ timorẽ abijcere, nec hoĩes formidare, nisi in deo, quia q aliter timet, cito corruet, nec æmulemur in malignãtibus, nec eos q in seculo prosperant̃ appetiemur, imò pro nihilo reputemus oẽs auersos à dño inquãtũ sunt tales. Postremo dũ nobis diuina illuminatio deest, studeamus cor nostrũ sursum erigere p psalmorũ & cãticorũ atq; orationũ depromptionẽ, p pectoris tonsionẽ, corporis prostrationẽ, genuflexionẽ, p oculorũ ad cœlũ directionẽ, p manuũ expãsionẽ, p gemitũ & singultũ, ac cõsimilia q̃ deuotionis sunt incitamẽta. D

Pro. 10 Psalm 30

¶EXPOSITIO CAP. IIII. Mulier autem quædam de vxoribus prophetarum. Arti. V.

PRosequitur iam scriptura miracula Helisæi, & recitantur hic quatuor ipsius miracula. Mulier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Helisæum, expositores catholici & Hebræi vnanimiter aiunt fœminam hanc fuisse coniugẽ Abdiæ prophetæ, & erat multum deuota, ideo ad Helisæum tanq̃ ad dei amicũ in necessitate sua cõfugit, dicẽs: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti q̃a seruus tuus fuit timẽs deũ, filial timore. Hoc vidua cõmemorauit vt Helisæus magis ad cõpatiẽdũ sibi flecteret, tũ q̃a ipsa vidua erat, cui pſertim est succurrendũ tanq̃ psonæ humano solatio destitutæ, tũ propter viri sui virtutes. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi pro debito viri mei, q̃d persoluere nequeo. Fuit equidẽ Abdias inde indebitatus ex subuentione (vt credit) qua centũ prophetas in speluncis nutriuit, q̃bus necessaria procurando debita hæc contraxit, ideo pijssimũ fuit vxori eius succurrere, q̃d sciens Helisæus, celerrime ei subuenit. E

3. Reg. 18

Cui & dixit Helisæus: Quid vis vt faciã tibi? Dic mihi q̃d habes in domo tua? At illa rñdit: Nõ habeo ancilla tua quicq̃ in domo mea, nisi parũ olei q̃ vngar, pro tẽperamẽto æstiualis caloris, iuxta illius cõsuetudinẽ regionis. Aliqui tñ exponũt, quo vngar, i. reficiar, illud in cibis pro cõdimẽto ponẽdo. Cui ait: Vade, pete ab oĩbus vicinis tuis vasa vacua nõ pauca, & igredere & claude ostiũ tuũ, cũ intrinsecus fueris tu & filij tui, & mitte inde in oĩa vasa hæc, i. aliq̃d de oleo illo funde in singula vasa ista, & cũ plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier & clausit ostiũ sup se & sup filios suos. Illi offerebãt vasa, i. filij eius pſentauerũt vasa matri, & illa infundebat. Cũq; infunderet parũ quid olei in vasa, creuit oleũ in quolibet vase & multiplicabat in semetipso sicut panes quinq;, ex q̃bus Chrs pauit quinq; milia virorũ, superfluẽtibus duodecim cophinorũ fragmẽtis, q̃d qualiter factũ sit, an scilicet p creationẽ, multiplicationẽ, augmentationẽ, seu alio modo, doctores sup tertium sententiarũ inquirunt. Cumq; plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo, stetitq; oleum, i. crescere & multiplicare sic desijt, oĩbus vasis illis impletis. Venit aũt illa & indicauit homini dei, grãs referens ei, & iuxta ipsius volũtatẽ volẽs oleo vti. At ille: Vade (inquit) vende oleũ & redde creditori tuo, i. ex ꝓtio olei debitũ illi psolue, tu aũt & filij tui viuite, i. vitã sensitiuã vesteã, de reliquo, oleo nõ vendito, vel de reliquo ꝓtio debitis superfluo sustẽtate, ac si dicat, tantũ vendatis de oleo vt debita persoluatis & de residuo reficiatis vos, vel etiam vendatis pro parte, prout cõuenit vobis, vt de ꝓtio eius necessaria ematis. F

Matt. 14 Mar. 6 Joãn. 6

Sequit̃ aliud signũ. Facta est aũt dies quædã & transibat Helisæus per Sunam ciuitatem, i. p vrbem sic nuncupatã. Erat aũt ibi mulier magna, i. multũ notabilis, vtpote prudens, virtuosa, diues ac nobilis, quã (vt refert Lyra) Rabbi Salomon dicit fuisse sororẽ Abisag, quã Dauid in senio suo accepit, q̃d verũ non esse, satis ex litera probat Lyra, q̃a iã tpe Helisæi fuisset circiter centũ viginti annorũ, & si dicat̃ miraculose cõcepisse, ideo seniũ nõ obstare, obijcit̃ q̃d in textu vir eius senex vocat̃, & ob hoc ipsa nõ habere filiũ insinuat̃. Veruntamẽ si Rabbi Salomon dicat eã sororẽ, i. cognatã illius Abisag, cessat obiectio, q̃m sicut viri eiusdẽ cognatiõis frequẽter vocant̃ fratres, sic fœminæ eiusdẽ parẽtelæ sorores & pſertim nobiles, q̃ tenuit eũ, nõ violenter, sed rogãdo humiliter ac instãter, vt comederet panẽ, i. cibũ & potũ acciperet. Omne etenĩ alimentũ noĩe panis exprimit̃. Qui cũ frequẽter inde trãsiret, diuertebat ad eã vt comederet panẽ. Quæ dixit ad virũ suũ: Animaduerto, q̃ vir dei sanctus est iste, q trãsit p nos frequẽter, hoc enĩ cõsiderauit ex moribus eius, ex custodia visus, ex verborũ modestia, apparatuq; vultus, ex sobrietate & maturitate ipsius, p exteriora quippe noscunt̃ interiora probabili saltẽ & cõiecturali notitia. Vnde in prouer. legit̃: In facie prudẽtis lucet sapiẽ, oculi aũt stultorũ in finibus terræ. Et iterũ fertur: Quomodo in aquis resplendẽt vultus prospicientiũ, sic corda hominũ manifesta sunt prudentibus, hoc est quod in Ecclesiastico scriptũ est: Ex visu cognoscitur vir & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis & risus dentiũ, & ingressus hominis enunciant

R. Salo.

Pro. 17 Prouer. 27 Eccl. 19

A tiant de illo. Rabbi Salomon, vt recitat Lyra, dicit, ꝙ mulier sanctitatem Helisæi animaduertit ex hoc ꝙ nulla musca, vel immunditia alia sup mensam eius resedit, sed non videt, ꝙ mulier intantū appropinquauerit mensę Helisæi, quod hoc aspicere quiuerit, qa nec ad alloquendum, cameram eius intrauit, in qua ipse seorsum comedit, vt statim patebit, sæpissime autem ponit. R. Salomon ille abusiua & friuola. ⌊Faciamus ergo⌋ hoc est præparemus ⌊ei cœnaculū paruum & ponamus in eo lectulum & mensam & sellam⌋ id est, sedile, ⌊& candelabrū, vt cum venerit ad nos, maneat ibi⌋ vt possit seorsum comedere, & orationi insistere, & suas necessitates, exercitationesq; facere, sic Rabanus alijq; exponunt. Facta est ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum & requieuit ibi. Dixitq;⌋ Helisæus ⌊ad Gehezi puer; suum: Voca Sunamitē istā.⌋ hoc ē, fœminā de Suna vrbe Samariæ oriundam, seu in ea manentem. ⌊Qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo⌋ id est, extra & prope ostiū cœnaculi Helisęi, ita ꝙ inuicem poterant se videre, non tamē intrauit cœnaculum (Helisæo præsente) vt infra innuitur. Nam & protinus subdit, ⌊dixit⌋ Helisæus ⌊ad puerum,⌋ hoc est, ministrum suum Gehezi: ⌊Loquere ad eam:⌋ Ecce ꝙ sanctus vir non loquebat immediate ad illam. Vnde & satis conijcit, ꝙ per notabilem distantiam stetit ab Helisæo amota. ⌊Ecce sedule⌋ .i. assiduè ⌊ministrasti in nobis: Quid vis vt faciam tibi? Nunquid habes negotiū, & vis vt loquar regi siue principi militiæ?⌋ pro te, id est, si eges auxilio meo, libenter te apud regem iuuabo. Sciebat quippe Helisęus se à rege Iorā & principe suæ militiæ in honore haberi, tanq successorem Heliæ, & qa procurauit regi & adiutoribus eius aquam, qbus & prædixit victoriam, prout præcedenti habet caplo. ⌊Quæ respondit:⌋ Compendiose tanq̄ fœmina B prudens, qa non decet mulierem sine necessitate verba multiplicare, potissime coram sapientibus viris. ⌊In medio populi mei habito⌋ .i. inter cōsanguineos & propinquos, ita ꝙ nullus mihi iniuriatur, idcirco non indigeo ad regē recurrere, & si indigerem, propinqui mei loq possent pro me. ⌊Et ait⌋ Helisæus nō ad mulierem, sed ad Gehezi. ⌊Quid ergo vult vt faciā ei: Dixitq; Gehezi Ne quæras⌋ .i. non oportet hoc quærere, cum certū sit & facile sine interrogatione queat ppendi, imo tu posses hoc p te satis aduertere. ⌊Filiū eni nō habet⌋ .i. cū sit matrona tam diues & magna certū est, ꝙ nihil terrenū sic optet, vt prolem, cum & in lege sit scriptū: Maledicta sterilis, ⌊& vir eius senex est⌋ ita ꝙ pre senio eam non valet fœcundare, deficiente in eo calore, ideo indiget supernatualr adiuuari ad prolificandum, ⌊præcepit itaq;⌋ ministro suo, ⌊vt vocaret eā⌋ Vnde elicit, ꝙ honestissima mulier illa interim abijt, conferētibus. s. Helisæo & Gehezi, nec ex curiositate remansit euidēter, aut clàm ad auscultādum, qd illi colloquerent, cū tamē sciret, aut probabilr æstimare posset, quòd loquerent de ea. ⌊quæ cum vocata fuisset, & stetisset ante ostium⌋ Ex quo palàm est quòd cameram Helisæi non introiuit. ⌊Dixit ad eam: In tempore isto, & in hac eadem hora si vita comes fuerit, habebis in vtero filium⌋ hoc est, anno reuoluto, si vixeris, habebis in vtero filium eadē hora, quæ nunc non numero, qm̄ tempus quod præterijt idē numero non iteratur sed specie: simili modo angelus legitur dixisse ad Abraham, tempore isto vita comite habebit filium Sara vxor tua. ¶Porro, vt in Scholastica historia dr. In Hebræo sic continetur. In tempore isto cum tempus vitæ, subaudi, adhuc erit tibi, habebis filium, & concordat, quod Lyra asserit in Hebræo haberi: In tempore isto, sicut tempus vitæ amplexaberis filium, hoc est, anno reuoluto eris sana & amplexaberis filium tibi natum, vt qdam exponunt Hebræi. ⌊At illa respondit: Noli (quæso) mi domine vir dei, noli mentiri ancillæ tuæ⌋ Curialiter loquitur fœmina ista, non quod putaret Helisæum esse mendacē, aut fallere velle, sed ad insinuandum id, quod promisit Helisæus C esse impossibile p naturam, atq; implicita rogans, vt verificaret & obtineret, à dño quod spopondit. Vnde vt fertur, Hebræi legunt: Noli deficere ancillæ tuæ, verbum enim hebraicum designat vtrunq;, sic quod credidit verbis Prophetæ, quàmuis ex admiratione prima facie ita locuta fuerit ⌊Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in eadem hora qua dixerat Helisæus,⌋ sicq; quod ait in tempore, & in eadem hora, refertur ad verbum hoc peperit. Nec obstat, quòd dixerat Helisæus: Habebis in vtero, qa infra vnam horam poterat habere in vtero prolē, & parere eam. ¶Deniq; supnaturale fuit, ꝙ senex ille genernuit, & itē, ꝙ Helisæus non solū prescíuit hoc, sed etiā horā determinatā. Rursus supnaturale fuit, ꝙ sciuit prolē dandā debere filiū eē non filiā. ⌊Creuit aūt puer, & cū eēt quædā dies, & egressus eēt ad patrē suū, & ad messores, ait pri suo: Caput meum doleo, caput meū doleo.⌋ Vnde patet, ꝙ iam fuit adultæ ætatis, & forsan calor intēsus læsit puerulum, sicut habet de marito Iudith, ꝙ instabat sup alligantes manupulos in cāpo, & venit æstus sup caput eius, & mortuus est. ⌊At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrē suam. Qui cum tulisset & duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua vsq; ad meridiem, & mortuus ē. Ascendit aūt & collocauit eum⌋ .s. puer; mortuum mater sua ⌊sup lectulum hoīs dei⌋ quia cameram illam alij non intrabant ex facili causa, ⌊& clausit ostium⌋ ne quis puerum mortuum inueniret, cuius mortē, nec suo manifestauit marito, vt aliqui opinātur. ⌊Et egressa vocauit virum suum & ait: Mitte mecum, obsecro, vnum de pueris⌋ hoc est, ministris nostris ⌊& asinam⌋ sup quam vehar, ⌊vt excurram⌋ hoc est, velociter pergam super asinam æquitando ⌊vsq; ad hominē dei, & reuertar. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eū. Hodie non sunt calendæ neq; sabbatum.⌋

Marginal notes: R. Salomon — Rabanus — 4. Reg. 3 — Deu. 7 — Gene. 18. — Bibl. li. 4. ca. — Iudith 8

In Calendis seu exordijs mensiũ & sabbatis tanq̃ in festis diebus solebant Iudæi ire ad audiendũ do- D
ctrinam scribarum ac ꝓphetarum. ⌊Qui respondit: Vadam.⌋ hoc est, ꝑcor vt ꝑmittas me ire. ⌊Stra
uitq́ asinam⌋ ꝑ ministrũ, ⌊& ꝑcepit puero: Mina & ꝓpera,⌋ Asini nanq; & asinæ non vadũt ve
lociter, nisi ad hoc impellant, ⌊ne mihi morã facias in eundo, & hoc age, quod ꝑcipio tibi. Profe-
cta ẽ igit, & venit ad virũ dei in mõte Carmeli. Cũq́ vidisset eã vir dei corã, ait ad Gihezi puerum su
um. Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei: Rectene agit circa te, & circa virũ
tuum, & circa filiũ tuum?⌋ Scivit enim Helisæus q̃ mulier tam pudica non venit ad se ꝑiter tan-
tum sine ingenti causa. ⌊Quæ respondit: Recte.⌋ Dicunt aliqui, quòd in hoc sit mentita, & quòd
non oporteat eam à mendacio excusari. Veruntã dici ꝑt, q̃ verissime ita respondit: Recte etenim .i.
iuste circa eã & filiũ eius acciderat, qm̃ deus iusto iudicio ita disposuit, & pro maiori suiipsius glo-
ria & honore, & pro ampliori parentũ pueri ædificatione & gaudio. ⌊Cumq́ venisset ad virum dei
in montẽ⌋ Carmeli, in quo sanctus ille continue exercitijs vitæ contẽplatiuæ vacauit, ⌊apꝑhen-
dit pedes eius⌋ quasi oblita consueti fœmineiq́ pudoris, necessitate compulsa & victa, affectu ho
nesto, ⌊& accessit Gehezi vt amoueret eam⌋ Vnde ꝑpendit, quòd Helisæus non solebat admit-
tere mulierum contactum, neq; ad pedes. ⌊Et ait homo dei, dimitte illam,⌋ Ne abstrahendo eam
augeas eius dolorem, quia non est afflicto addenda afflictio, nisi specialis & rationabilis exigat ra
tio, sicq́ discretus & pius propheta ex compassione relaxauit suum rigorẽ, & tolerauit venerabilis
matronæ attactum, qd nequaquàm ex carnali processit affectu, sed ex vehementia quadam spirita
lis amoris. Hinc subdit: ⌊Anima enĩ eius in amaritudine est, & dñs celauit me, & nõ indicauit mi-
hi⌋ id est, mihi non reuelauit, quid vrgeat eam. Non enĩ omnia reuelabant vni prophetæ, nec do
num prophetiæ spãctualr̃ affuit prophetis, vt dictũ est, sed iuxta moderamẽ sapiæ dei tangebant E
à spiritu sancto. ⌊Quæ dixit illi: Nunquid petiui filium à domino meo?⌋ Quasi dicat: Ego non
rogaui te, vt mihi filium impetrares, sed tu primo mihi inde locutus es, & promisisti, idcirco de-
Gene. 25 cet te recuperare donum, quod impetrasti, & nunc mihi ablatum est. Alioquin impetratio illa est
mihi causa maioris doloris. Sic & Rebecca dum pueri in suo vtero collidebant, dicebat, si sic mihi
futurum erat, quid necesse erat concipere. ⌊Nunquid non dixi tibi, ne illudas me?⌋ Hoc supra dixis
se non legitur, sed non omnia scripta sunt. Vel quod supra dixit: Noli mentiri ancillæ tuæ, nunc
resumit sub verbis istis, quia illusio videbatur filium procurare, nec conseruare. ⌊At ille ait ad Ge
hezi: Accinge lumbos tuos⌋ disponendo te ad eundum velociter, ⌊& tolle baculum meum in
manu tua & vade⌋ vt ꝑ baculum meum loco mei fiat miraculum. ⌊Si occurrerit tibi homo non
salutes eum, & si salutauerit te quispiam, non respondeas ei.⌋ Cum salutare sit salutem optare, vi-
detur quòd alium non salutare sit charitati contrarium, & quòd salutanti non respondere sit ingra-
titudinis, & scandalizatiuum, cur ergo Propheta commisit hæc suo discipulo? Et responden-
dum, quòd actus virtutum sunt exercendi, loco & tempore opportuno. Quàmuis itaq; proximũ
salutare, & salutantem resalutare, sint actus laudabiles in se, tamen ex rationabili causa possunt sus-
pendi atque differri, vt scilicet interim quis altioribus vacet, & à deo mentis intentionem non re-
uocet, occasionemq́ vitet confabulationis illicitæ, sic igitur Helisæus commisit hęc Gehezi, qua-
tenus tanta intentione, deuotione, ac diligentia opus expleret sibi iniunctum, vt mentem nequa- F
Matt. 10 quàm hincinde effunderet, nec cognosceret colloquia, iuxta quem modum Christus in Euange-
lio loquitur, missis à se ad prædicandum discipulis: Neminem per viam salutaueritis. ⌊Et pones
baculum meum super faciem pueri⌋ vt diuina pietate, & fide, ac precibus & meritis meis puer re-
suscitetur. ⌊Porro mater pueri ait⌋ Helisæo: ⌊Viuit dominus, & viuit anima tua, nõ dimittã te⌋
Nisi veneris mecum. Habuit nanq; ista matrona maiorem in Helisæo fidutiam, quam in eius mi-
nistro. ⌊Surrexit ergo, & secutus est eam. Gehezi autem præcesserat ante eos, & posuerat bacu-
lum super faciem pueri, & non erat vox neq; sensus,⌋ hoc est, puer non reuixit, quia nec Gehezi
tantæ fuerat fidei, nec mater pueri in Gehezi actibus confidebat, atq; vt dicũt Hebræi qdam, ipse
Gehezi non impleuit in via Helisæi ꝑcepta, sed occurrentibus interrogantibusq́ respondens, ia-
1 Cor. 10 ctanter dixit se missum ad suscitandum defunctum. Est & mystica ratio, quoniam omnia illis in fi
gura, teste Apostolo contigerunt. ¶ Porro, per baculum Helisæi tenor & rigor legis Mosaicæ
exprimuntur, per ipsum autem Helisæum puero incumbentem, dei filius incarnatus, humano ge-
neri condescendens, non ergo resuscitatus est puer, ꝑ superpositum sibi baculum, sed per incum
bentem super se Helisæum, ad designandũ, q̃ non lex Mosi, sed virtus & grã Chri spũalem viuifi-
Hebræ. 7 cationem hominibus est largita, ideo loquit Paulus: Nihil ad ꝑfectũ adduxit lex. Et rursus: Si data
Iohan. 1 esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Hinc & Euangelista Iohannes: Lex (inqt)
per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. ⌊Reuersusq́ est in occursum
eius, & nuntiauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Helisæus domum. Et ecce puer
mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusq́, clausit ostium super se & super puerum, & orauit ad
dominum⌋ pro pueri suscitatione. ⌊Et ascendit⌋ lectulum, ⌊& incubuit super puerum, posuitq́
os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incur-
uauit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus⌋

à conta

A à contactu corpusculi exanimis, ⌊deambulabat in domo,⌋ hoc est, in camera illa, ⌊semel huc atq; illuc,⌋ expectans an in defuncto illo aliqua signa vitæ inciperent apparere, q̄bus nondum apparentibus, ⌊&⌋ rursus ⌊ascendit & incubuit sup eū, & oscitauit puer septies, aperuitq; oculos.⌋ in signum q̄ verè reuixit, imo & spūaliter septem donis spūs sancti esset viuificatus. Possent hic multa dici, cur Helisæus, ita super puerū incubuit, seq; incuruauit, & membra sua membris pueri supposuit, & qualiter hoc agendo contraxit se, & de spūali significatione istorū quæ supra in tertij libri expositione sunt inducta, ideo breuitati studendum est. ⌊Et ille vocauit Gihezi & dixit ei: Voca Sunamitem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram. Tulitq; filium suum, & egressa est, & Helisæus reuersus est in Galgala.⌋ Circa hoc magister in historijs scribit, hunc locum, sæpe frequentauit Helisæus, tum propter loci religionem, seu sanctitatem, de qua in expositione secundi capī dictū est. Tum qm̄ ibi natus est, & in horto suo tale prodigiū contigit ibi, vt vnus ex vitulis aureis acute mugiret, quo audito, in Hierusalem sacerdos diuino nutu ait Propheta, in Israel natus ē, q̄ sculptilia deorū, atq; fusilia destruet. Sequit̄ tertiū signum. ⌊Erat autem fames⌋ .i. caristia ⌊in terra⌋ Israel propter idololatrarū facinora, ⌊& filij prophetarū⌋ hoc est, discipuli eorū ⌊habitabant corā eo. Dixitq; vni de pueris: Pone ollam grandem & coque pulmentū filijs prophetarū. Et egressus est vnus in agrum, vt colligeret herbas agrestes, inuenitq; quasi vitem syluestrem, & collegit ex ea coloquintidas agri, & impleuit palliū suum, & reuersus conscidit in ollam pulmenti. Nesciebat enī q̄d esset⌋ .i. cuius speciei & proprietatis atq; saporis. ¶ Porro, Coloquintidę sunt cucurbitæ syl- B uestres & amarissimæ herbæ instar vineæ se diffundentes in sepibus, habentes folia similia folijs vitis. ⌊Infuderunt ergo socijs vt comederent. Cumq; gustassent de coctione⌋ pulmenti, ⌊exclamauerunt, dicentes: Mors in olla vir dei⌋ hoc est, mortifera quædam amaritudo, ⌊& non potuerunt comedere. At ille: Afferte, inquit, farinam. Cumq; tulissent, misit in ollam, & ait: Infunde turbæ vt comedat, & non fuit amplius quicquàm amaritudinis in olla.⌋ nec in pulmento pręfato q̄d factum est, non virtute farinę, sed orationibus ac meritis Helisęi, vel precibus eius data fuit supernaturaliter illi farinæ vis dulcorandi, amaritudinemq; pellendi. Sequitur quartum miraculum: ⌊Vir autem quidam venit de Baal Salisa⌋ id est, oppido sic vocato, vel (vt aliqui dicunt) sunt duę dictiones, & legunt sic de Baal, hoc est, planitiæ, aut regione Salisa, id est, vrbis sic dictæ, sicq; Baal est hic nomen commune. ⌊Deferens viro dei panes primitiarum⌋ id est, panes triticeos primitiuos, hoc est, de primis frugibus anni illius. Nam quia fames fuit in terra, de tritico adhuc recente, fecerat panes festinanter vir iste, quos speciali deuotione detulit Helisæo. Hinc istud non est intelligendum de panibus primitiarum, qui offerebantur in Pentecoste, prout in libro Numerorum habetur, nec de polenta quæ offerebatur in Pascha, sicut in eodem libro legitur. Nume. 28 ⌊Et viginti panes hordeaceos⌋ Nam hordeum in terra illa citius maturescit, sicq; de hordeo plures fecerat panes. Aliqui tamen dicunt, quod omnes panes isti erant hordeacei, nec in Hebræo habere coniunctionem hanc, & nec eam esse de textu. ⌊Et frumentum nouum⌋ id est, grana confricata. Vnde in Hebræo fert̄ haberi & granatam ⌊in pera sua⌋ hoc est, in sacculo. ⌊At ille⌋ scilicet Helisæus ⌊dixit⌋ ministro: ⌊Da populo vt comedat. Responditq; minister eius: Quantum est hoc?⌋ quasi dicat, valde modicum est, ⌊vt apponam coram centum viris⌋ erant enim tam parui panes, vt C vnus vix sufficeret viro vni. ¶ Deniq; aliqui dicunt, quòd populus ille fuit centum viri. Alij opinantur, quòd populus erat plus quàm centum viri, ideo dixit minister, quantum est hoc, vt apponam centum viris, quasi dicat, non sufficiunt centum viris, & per consequens minus sufficiunt populo, vel secundum quosdam duos panes primitiarum posuit ante centum. ⌊Rursum ille ait: Da populo vt comedat. Hæc enim dicit dominus: Comedent & supererit,⌋ hoc est, fragmenta manebunt satiatis, quia panes fuerunt miraculose multiplicati, sicut de oleo dictum est in isto capitulo. ⌊Posuit itaq; coram eis, qui comederunt, & superfuit iuxta verbum domini.⌋

¶ De spirituali eiusdem capituli quarti intellectu.
Articulus Sextus.

MVlier illa deuote, vna de vxoribus prophetarum, est figura ecclesiæ filios duos habentis, scilicet actiuos & contemplatiuos, seu conuersos ex iudaismo & paganismo, & quæ ecclesia doctrinis atq; oraculis prophetarum est fœcundata, bonorumq; operum fructibus fertilis facta, recte de vna de vxoribus prophetarum vocatur. Nam & synagoga olim fuit huiusmodi, quæ nunc solam occidentem literam sequens, de semine vitæ concipit mortem. Creditor huius vxoris est corpus corruptibile, aggrauans animam, seu mundus positus in maligno, à quibus ecclesia multa accepit, & quasi accommodauit obsequia, quoniam caro per sensus exteriores & interiores, & per singula quæque membra in multis deseruit fidelibus, sic̄t hoīes seculares ecclesiasticis obsequunt̄, hic creditor, vtpote, corpus vult sibi à Christifidelibus satisfieri pro suis obsequijs & militat aduersus aīam, ecclia vero hūc aduersariū suū oēs ecclesiæ filios impugnantem vt seruiant concupiscentijs suis, non p̄t efficaciter refrenare ac regere, nisi di-

Marginal references: 3. Regū. 17; Pet. Comestor histo. lib. 4 Re. capi. 2; 4. Regū. 2; Sap. 9; 1. Johan. 5; 1. Pet. 2

nisi diuino munere adiuuetur, ideo clamat ad Helisæum. i. Christi pietatem & gratiam obtinere D
precatur, asserens mortuum esse virum suum timoratum. i. chorꝫ sanctorꝫ pastorꝫ & vere efficaci
um prælatorꝫ qui olim optime gubernauerunt, & direxerũt ecclesiam. ¶ Cui Christus respondet,
vt hoc ipsum modici olei quod ipsa habet. i. vnctionẽ & doctrinã sibi concessam mittat in vacua
vasa. i. cõicet alijs instruendo eos pro posse, qualiter debeant cõuersari, & carnem domare, quod
charitatiue & pie, ac obedienter agendo merebitur cœlitus adimpleri, ac diuinis abundare charis-
matibus gratiosis, ita vt copiose queat instruere proximos & corpori, qđ ei tenet impendere, qa
Romañ. 8 vt ait Apostolus: Debitores sumus non carni, vt secundum carnẽ viuamus. ¶ Præterea, Suna-
mitis illa mulier magna designat animã vere fidelẽ, præsertim contẽplatiuã, quã verus Helisæus. i.
Chr̃us varijs modis misericorditer visitat, ideo suggerit viro suo. i. intellectui q animã habet diri-
Apoc. 3 gere, vt pparẽt Chr̃o in separuũ cœnaculũ. i. cor humile ac deuotũ, in quo saluator tenet cum ani
ma, quẽadmodum in Apocalypsi protestat: Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi ia-
nuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo, & ipse mecũ. ¶ Reficit em̃ Chr̃us nobiscũ dum nostris
Psal. 75 congratulatur profectibus, & ponant in isto cœnaculo lectulum. i. pacẽ & tranquillitatẽ internã
Esa. 66 quia in pace est locus eius, q sup quietum descendet, & demorat in ipso. Lectulus quoq; est quies
Canti. 1 contẽplationis, in qua sponsus quiescit cum sponsa quę ait: Lectulus noster floridus, & sellã. i. dis-
Psal. 88 cretionem & veram virtutum ac veritatis examinationem. Nempe iudicium. i. discretio & iusti-
Matt. 6 tia, pparatio sedis eius, & mẽsam. i. diuinã scripturã, in qua quadruplex expositio quadripartita
spũalium ferculorꝫ pbitio, & candelabrũ. i. oculum mẽtis, seu rectam intentionem, de qua loquitur
dominus: Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuũ lucidũ erit. ¶ Huic mulieri cũ qua filius dei
humilr̃ commorat, q̃diu prędicta in ipso reperiunt, deest aliqñ fructus internæ fœcũdationis, ita E
q ad tp̃s sterilis redditur, eo q vir eius, vcꝫ intellectus inueterascit. i. vetustate peccati deijcitur, &
passionũ squalore inficit, ita q aĩam non gubernat, sed à sensualitate potius gubernatur, & corpo
ri seruit, sed Christus animam quam elegit, misericorditer pręuenit, atq; insperata fœcũditate ad-
implet, & potest per Gehezi pdicator verbi cœlestis intelligi. Cumq; fructus ex charitate proce-
dens ex calore concupuscẽtiarꝫ & vitiorꝫ fuerit mortificatus, Christus orante anima miseretur &
suum mittit ministrum cum baculo. i. comminatione scripturæ ac rigore iustitiæ, vel etiam cum
sustentatioe clementiæ, & consolatione paginæ sacræ, quia & clementia per baculum designat, iu-
Psal. 22 xta id Psalmi: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. ¶ Verum ministro non sufficiente
ad suscitandum dominus & saluator manum porrigit adiutricem & oculum suum ponit sup ocu
lum animæ, dũm sapientia sua intellectum animę erudit. Manum quoq; suam sup manum animę
Pro. 16 dum sua omnipotentia virtutem animæ roborat, & os suum sup os animæ, dum eam ad loquen
dum salubriter dirigit. Dñi etenim est gubernare linguam, & ori adhibere custodiam. ¶ Præterea
per filios prophetarꝫ designant claustrales, & psonæ deuotæ in congregationibus habitantes co-
ram Helisæo, hoc est, Christo, & eius vicarijs, quibus Christus & eius vicarij iubent necessaria cor-
pori & animę exhiberi, in quibus necessarijs decoctionibus ac refectionibus corporalibus ac spi-
ritalibus frequenter colocyntides cõmiscent. i. paupertas, tenuitas, victus atq; vestitus, abstinẽtia, ie
iunium, disciplina, subtractio consolationis internæ, tentationum & aduersitatũ amaritudo, exer-
citationum molestia, ita vt clament ad dominum. Mors est in olla, sed pijssimus dominus Iesus
infundit farinam dando consolationem mentalem, alacritatem deuotam, patientiam fortem, il- F
luminationem pijssimam, amoris sancti feruorem, intãtum, vt omnia quæ videbantur amara, re-
Romañ. 8 putentur dulcissima, & gaudeatur in eis, sicut in omnibus diuitijs, ac dicatur. Non sunt condignæ
2. Cor. 1 passiones huius temporis ad gloriam illam futuram. ¶ Itemq; sicut pro Christo abundat tribulatio
Psal. 93 nostra, ita per Chr̃m abundat consolatio nostra, & denuo secundum multitudinem dolorꝫ meo-
rum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. ¶ Insuper, per virum qui
Romañ 8 Helisæo panes portauit primitiarum, intelliguntur gloriosi apostoli & prophetæ, qui Christo hu
militer asscripserunt, quicquid sapientiæ & virtutis fuit in eis, atq; primitias spiritus sibi datas, quo
rum dona & opera, exempla & documenta, fecit saluator toti Chr̃iano populo apponi, vt refice-
rentur ex illis, nec potuerunt totum accipere, hoc est, imitando implere. ¶ Deniq; ex isto capi-
tulo multa sumuntur saluberrima documenta, & primo ex hoc quod mulieri viduæ tam pie, ac
copiose, ac miraculose subuentum est, eo quòd maritus eius contraxerat debita, prophetas dei
seruos, ac pauperes sustentando, ostenditur, quàm salubre, ac placitum deo sit pauperibus, & ve-
re religiosis, ac indigentibus domesticis, ac deuotis necessaria impartiri, quantum etiam hospitali-
tas pie exhibita, deo complaceat, constat ex eo q Sunamitis illa Helisæum tam frequenter ac reue
4. Regũ 8 renter hospitando meruit, supernaturaliter fœcundari, defunctumq; filium suscitari, imo & con-
tra futuram auisari caristiam, vt infra habetur. Opera enim pietatis ac misericordiæ non in futu-
ro dumtaxat, sed in præsenti quoq; præmiantur copiose à domino. ¶ Deniq; ex hoc q Helisæ-
us & venerabilis mulier illa habuerũt se adinuicẽ, tam custodite ac spũaliter, irrephensibiliter & de-
uote, ita q Helisæus cũ illa seorsum nulla videt colloquia, & per intermedium ministrum verba di
rexisse ad illam, nec ipsam admisisse ad cœnaculi sui ingressum, nec eam cognouisse ex nomine,
quia non

A quia non aliter quàm Sunamitem eam vocasse describit. Non enī vt Rabanus, aliiq́ꝫ testant tan-
tam cum ipsa familiaritatem habebat, vt proprium eius sciuerit nomē. Hinc (inquàm) ꝑpenditur [Rabanus]
quàm timorate, pudicē, & custoditē mutuo debeant se habere viri & fœminæ, potissime spūales
ꝑsonæ, & omnē incautū vitare intuitū, periculosum, contactū, suspectū, colloquiū, separatā præsen
tiā, familiaritatē nociuā, & cuncta quę ad vitiosam possunt concupiscētiam excitare, & solo spūali
amore eē contētę. Amplius, quis ꝑclarissimi viri Helias ac Helisęus fuerint magni valde & gloriosi
prophetę, nihilominus ad laudē oīpotentis, & commēdationē & confortationē euangelicæ legis
ꝑpendere possumus, quāta sit beatissimoꝝ excellētia Aplorꝝ sup Prophetas. Siquidē in toto vete
ri testamēto nullus legit mortuum suscitasse, nisi Helias vnū, Helisæusq́ꝫ duos, Apli autē plurimos [3. Regū. 17]
valde suscitauerunt defunctos, non vtiq́ꝫ cum tanta difficultate, vt Helias & Helisæus qui toties [4. Reg. 13]
sup defunctos incubuerūt, sed sola & breui orone, imo interdū cum quadā iussione. ¶Demū sa
cratissimus princeps Aploꝝ per baculum suū ad defunctos discipulos p viuentes suos discipulos
longe missum, tres mortuos suscitauit, vt in martyrologio recitat sanctoꝝ, quoꝝ trium, vnus fuit
S. Maternus, q quadraginta diebus fuerat mortuus. ¶Pręterea, si interdū exercitiis & refectio-
nibus nostris coloquintidę .i. tribulationes, desolationes, amaritudines fuerint mixtæ, studeamus
has dulcorare, admiscēdo farinam .i. dñicæ passionis acerbitatē, quę si rite pensetur, oīs afflictio mi
tigat, cœlestisq́ꝫ patriæ iocunditatē, & quantus sit fructus aduersitatum ęquanimiter ꝑpessarum &
impleamus illud Aplī: Tristatur aliqs vestrum, oret æquo animo & psallat, atq́ꝫ pensemus, quanta [Iaco. 1]
in futuro erit celeriter eoꝝ dānatio, q nunc in labore hominū non sunt, nec cum hoībus flagellant. [Psal. 71]
B Quòd si ad ista non fuerimus sufficientes, rogemus summū Helisæum dñm Iesum Christum, vt
ipse consolationis suæ farinam dignetur infundere, & interim ab omni neglīgētia, pusillanimitate
ac vili consolatione abstineamus sine cessatione.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI QVINTI. NAAMAN princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus &c.

Articulus Septimus.

Describunt hic duo Helisæi miracula: Primū, est curatio viri gentilis à le-
pra. Secundum, introductio lepræ in proprium vitiosum discipulum.
⌊Naamā princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus⌋ .i. magnæ re-
putationis ac audiētiæ ⌊apud dominum suum & honoratus⌋ Nam pro
pter suam probitatē, fortitudinem, atq́ꝫ prudentiam honorabatur à rege
suo & satellitibus eius, præsertim, quia erat communitati valde proficu-
us. Vnde subiungitur: ⌊per illum enim dedit deus salutem Syriæ⌋ .i. pa-
cem temporalē, & prosperitatē Syris, quoniam erat in prælijs prudēs ac
strennuus, latrunculosq́ꝫ vastauit. & aliqui dicunt eum fuisse qui Achab re [3. Re. 22]
gem iaculo perforauit, qđ puto aut incertū aut falsum, quàmuis R. Salo [R. Salomon]
mon dicat hoc, q cum talibus dictis curiosis, incertis, frequenter se occupat, vt R. Paulus testat. & [R. Paulus]
quàmuis Lyra videat hic consentire huic R. Salomonis dicto, aut saltē illud non reprobare, tamē
ex eo qđ in expositione libri tertij scribit, patet falsitas dicti illius. Ibi etenim scribit, ꝙ is q regem
Achab sic sagittauit, fuit pedester, certum est aūt, ꝙ princeps militiæ fuit equester. videt aūt Naa-
C man iste fuisse vir bonus in genere suo & virtuosus, loquendo de virtutibus acquisitis, propter qđ
meruit tēporalē istā victoriā adiutorio dei, eo modo quo Hieronymus asserit deū Romanis ad- [Hierony.]
huc gētilibus contulisse monarchiā, propter eoꝝ virtutes. ⌊Erat aūt vir fortis⌋ ideo aptus ad mi-
litiæ principatū, ⌊& diues, sed leprosus⌋ & q̄uis leprositas poterat ei ex naturali causa venisse, nō
tā sine speciali ꝓuidētia dei, q per tā grauē corporeā infirmitatē, voluit eū ad suā misericordiā tra
here, qa & erat virtuosus modo ꝑacto. ⌊Porro de Syria egressi fuerāt latrūculi, & captiuā duxe
rant de terra Isrl̄ puellā paruulā, quę erat in obsequio vxoris Naamā. Quæ ait ad dñam suā. Vtinā
fuisset dñs meus ad prophetā q est in Samaria, profecto curasset eum à lepra quā habet. Ingressus ē
itaq́ꝫ ad Naamā dnm suū⌋ regē Syriæ, ⌊& nūtiauit ei, dicēs: Sic & sic locuta ē puella de terra Isrl̄⌋
vtpote ꝙ ꝓpheta ibi existēs, posset me à lepra curare. ⌊Dixitq́ꝫ ei rex Syriæ: Vade & mittam lr̄as
ad regē Israel. Qui cū profectus esset, & tulisset⌋ ipse Naamā ⌊secū decē talenta argēti, & sex milia
aureos⌋ .i. aureoꝝ denarioꝝ ꝓ sumptu in via, atq́ꝫ ad dandū ꝓphetæ, si curaret ab eo ⌊& decem
mutatoria vestimentoꝝ .i. decē paria vestium, vel decē noua vestimēta quæ mutatoria appellant,
qm̄ pro veteribus vestibus recēter accipiunt, ⌊detulit lr̄as⌋ ex ꝑsona & noie regis Syriæ, ⌊ad re-
gem Israel in hæc verba. Cū acceperis eplam hanc, scito ꝙ miserim ad te Naamā seruū meum, vt
cures eum⌋ .i. curari procures ꝑ prophetā regionis tuæ ⌊à lepra sua⌋ vel quasi honorādo regem
ait, vt cures eum à lepra. ⌊Cumq́ꝫ legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua.⌋ Rex enim Isra-
elita accepit verba regis Syriæ, quasi rex Syriæ ab ipso requireret, quod ipsemet leprosum illum
curaret, ideo scidit vestimenta sua, quasi tantam non valens sustinere blasphæmiam, & ait:
⌊Nunquid deus ego sum, vt occidere possim & viuificare? quia iste⌋

Asperna-

Aspernatorie loquitur de rege Syriæ tanq̃ de homine tam erronee & insidiose sibi scribẽte, ⌊ mi- D
sit ad me vt curem hoĩem à lepra sua⌋ cum tamen à lepra curare sit supernaturale, & soli deo possi
bile, sicut mortuum suscitare. ⌊ Animaduertite & videte ꝙ occasiones quærat aduersum me⌋ .i.
q̃ multis calliditatibus conetur mihi nocere & præualere, quia & nũc nititur me inducere, vt vsur
pem mihi quod dei est, hoc est, leprosum curare attentem, sicq; deum offendam, qui irascens tra
dat me in manum regis istius. Hanc catholicorum expositionem quidam improbare studens, di
cit eam non consonare literæ sequẽti, in q̃ Helisæus regem Israel reprehendit de vestium scissione
quod non fecisset, si rex Israel propter reuerentiã nomĩs dei vestimenta sua scidisset, & addit, ideo
aliter dicitur, quod .s. vestes scidit ex impatientia, putans ꝙ rex Syriæ quæreret occasionem mo
uendi guerram contra se petendo à se rem impossibilem sibi. ¶ Circa hæc dico, ꝙ præinducta
catholicorum expositio vera est, & textui consona, quia rex Israel dixit: Nunquid deus ego sum?
q̃si dicat, ex dolore tantæ blasphemię vestes scindo. Quod aũt sequẽtia huic expositioni non ob
uient, mox patebit. ⌊ Quod cum audisset Helisæus vir dei, scidisse, videlicet regem Israel vestimen
ta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua?⌋ Non dicit hoc reprehendendo, ꝙ ve
stes suas ex detestatione blasphemiæ scidit, sed ꝙ verba regis Syriæ aliter & melius intelligere po
tuit, quia vel rex Syriæ ea sic intellexit, sicut rex Israel, nec intendebat hoc malum, quod rex Israel
suspicabatur eum intendere, sed potius vt rex Israel ab Helisæo, tanquàm à viro sibi subiecto pro
curaret seruum suum curari. ¶ Deniq; interrogationes huiusmodi quibus sic dicitur, quare hoc
Gene 24 aut illud fecisti, non semper intelligendæ sunt reprehensiue, sed quandoq; per modum admiratio
3 Reg. 24 nis, quandoq; per modum solatij aut bonæ iocationis, vt cum in Genesi, Laban ait ad Abrahę ser- E
uum: Cur foris stas? Et supra libro secundo: Areuna dixit ad Dauid: Quid causæ est, vt dominus
Luc. 2 meus veniat ad seruum suum. In Euangelio quoq; benignissima Christifera virgo ait suo dilecto
Fili, quid fecisti nobis sic? Et iuxta hos modos verba Helisæi possunt intelligi: ⌊ veniat ad me & sci
at⌋ per suæ curationis effectum, ⌊ esse prophetam in Israel,⌋ ad gloriam dei conuersionemq; sui.
⌊ Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ante ostium domus Helisæi. Misitq; ad eũ
Helisæus nuntium, dicens: Vade & lauare⌋ hoc est, nudum te laua, ⌊ septies in Iordane, & recipiet
sanitatem caro tua, atq; mundaberis⌋ Non solum in carne à lepra, sed etiam mente à lepra spũali,
id est, perfidia. Ob mysticam causam infra tangendam, iussit hoc Helisæus ex diuino instinctu
& item vt curatio illa mirabilior appareret, & tota deo ascriberet, cũ certũ esset in aqua Iordanis,
nullam esse virtutem curandi lepram, sicq; Naaman citius conuerteret, & crederet, sicut & factum
est. ⌊ Iratus Naaman, recedebat, dicens:⌋ Irascebat, qa cõmissio seu iussio illa Helisæi videbat sibi
omnino irrationabilis esse. Respexit enim ad naturalem vim aquæ, non ad omnipotentiã dei, quę
nondum sibi innotuit. ⌊ Putabam ꝙ egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen domini dei sui,
& tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me.⌋ Vnde videtur Naaman æstimasse, ꝙ in perso
na Helisæi fuerit virtus aliqua lepræ curatiua, ideo misit eum propheta ad fluenta Iordanis, quate
Leui 13 nus non sibi, sed deo suam attribueret curam. ¶ Pręterea, quàmuis in lege prohibitũ fuit tange
re leprosum, nõ tamen his qui suo tactu deo inspirante curare poterant lepram. ⌊ Nunquid non
meliores sunt, Abana & Pharfar, fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder?
Cum ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: Pater, &
si rem grandẽ dixisset tibi Propheta certè facere debueras⌋ eã spe sanitatis recuperandæ. Habuit
autem Naamã se tam mature, amorose & pie ad seruos suos, ꝙ vocabãt eum patrem magis quàm F
dominũ. ⌊ Quanto magis, quia nunc dixit tibi: Lauare, & mundaberis? Descendit, & lauit⌋ se ⌊ se
pties in Iordane iuxta sermonẽ viri dei.⌋ Nam quia vir prudens erat, rationabili persuasioni etiã
subditorũ suorum obtemperauit, ⌊ & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus
est⌋ hoc ẽ pfectè curata est, & pura effecta instar infantilis corpusculi, quod tanto est purius, quã
to minus habet de extraneis materijs sibi adiunctum. Quemadmodum enim vinum paulatim à sua
puritate recedit, quanto plus limphatur, & tandẽ ex aquæ admixtione corrumpitur, sic caro ex
alimẽtorum appositione pedetẽtim impurior redditur, quousq; tandẽ omnino dissoluitur, vt pri
mo de generatione docet philosophus ⌊ Reuersusq; ad virum dei cum vniuerso comitatu suo⌋ vt
ei gratias ageret, ac munera largiretur, atq; vt dei magnalia fateretur, seq; de cætero fidelẽ futurum
protestaret. ⌊ Venit & stetit coram eo⌋ vel quia domum Helisæi intrauit, vel quoniam Helisæus
exiuit ad eum, ⌊ & ait: Verè scio ꝙ non sit alius deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel,⌋ .i. ꝙ
nulla gens colat verum deum nisi plebs Israel, quàmuis enim in alijs gẽtibus fuerint aliqui boni de
um colentes secundum legẽ naturæ, cũ fide Christi venturi, implicita aut explicita. Illi tamẽ erãt
paucissimi, sed in Israel sub Helisæo fuerunt multi. Et ꝙ ait in Israel, non est intelligẽdum tantum
de tribubus decẽ, sed & de regno Iudæ, qđ tunc sub Iosaphat pro maiori parte coluit deum, quàm
populus decem tribuum. Itaq; qđ ait: Scio ꝙ non sit deus in vniuersa terra, nisi in Israel, non ẽ in
telligẽdum ꝙ deus omnipotens & immensus, erat terminis terræ Israel circumscriptus, cum ipse
Hiere. 23 vbiq; per essentiam, præsentiam, potentiamq; existat, sicut ait per Hieremiam: Nunquid non cœ
lum & terrã ego impleo, sed ꝙ in populo Israelitico potissime colebatur scđm sensum prehabitũ.

⌊ Obsecro

A ⌊Obſecro itaq; vt accipias benedictionem ⌋.i.munerꝫ collatione ⌊à ſeruo tuo. At ille reſpondit: Viuit dñs, ante quem ſto, q̃a nõ accipiam, ⌋ne videar vẽdere donũ dei, aut pro illo quicq̃ accipere. ⌊Cũq; vim faceret ⌋.i.ipſe Nahamã inſtãtiſſime & cũ importunitate quadã rogaret prophetã aliquid accipere, ⌊penitus nõ acquieuit, ⌋ſed Nahamã nondũ perfecte inſtructus in his q̃ fidei ſunt, ꝓbuit tẽporalia dona tanq̃ pretiũ beneficij ſibi exhibiti, illicite ꝓbuit, q̃uis ꝑ ignorantiã excuſet. Si aũt ꝓbuit temporalia illa tanq̃ ſuſtentaculũ vitæ & tanq̃ liberale atq; gratuitũ donum ex charitate, deuotione & gratitudine, bene egit, & illo modo Heliſæus recipere poterat, vt dictum eſt in expoſitione primi libri. Attamen propter maiorem perfectionem recipere noluit. Primo ne ſymoniacis daret aliquã occaſionem ſymoniacæ prauitatis. Secũdo, ob maiorem ædificationem illorꝫ gentilium, vt viderent ſeruũ veri dei temporalia cuncta deſpicere & ex charitate & pietate, nõ ex cupiditate ſubueniſſe infirmo, nec quærere propria cõmoda, ſed aliorꝫ ſubſidia Tertio, ad inſinuandũ q̃ enorme ſit crimen in exhibitione ſpiritaliũ aliquod tẽporale ꝑ modũ pacti, conuentionis aut conditionis exigere, quando tantus propheta etiam ſponte oblata renuit acceptare. Et quo conſtat q̃ incaute & periculoſe multi modo ſe habeant, qui ſub paupertatis ꝓtextu, colore ſeu apparentia aut exiſtẽtia in exhibitione ſpiritaliũ temporalia exigunt, quod non ſolum iure diuino, ſed ſacris quoq; canonibus ac patrũ decretis diſtrictiſſime prohibet. Vnde ad vitandũ huiuſcemodi ſcelus, religioſis ꝓcipit, ne vltra numerꝫ perſonarꝫ, quem valent ſuſtentare, recipiant. Et rurſus ab Vrbano papa quinto, Gregorioq; vndecimo iuſſum eſt, ne religioſæ perſonæ directe aut indirecte ꝑ ſe, interpoſitamve ꝑſonam aliquid tẽporale à recipienda vel recepta quærant ꝑſona in eius receptione, nec ante nec poſtea, ſicut de hac re nuper in quibuſdã plenius demonſtraui tractatulis. ¶ Veruntamẽ quæri poteſt, cũ ſanitas ſit res corporalis, cur pro ea

B accipere aliquid tanq̃ pretiũ ſit ſymoniacum: Reſpondetur, q ſanitas in ſe corporale quid eſt, ſed taliter & ſupernaturaliter ꝓſtita, ſpiritale fuit bonũ atq; deſuper gratuite datũ. ⌊Dixitq; Nahamã Vt vis ⌋.i.ſecundũ tuam fiat voluntatẽ. ⌊Sed obſecro, concede mihi ſeruo tuo vt tollã onus duorum burdonum de terra ⌋.i.de terra regni huius mecũ faciam deportari quantũ queunt portare duo burdones, quę ſunt animalia genita ex equo & aſina, quemadmodũ muli ex equa & aſino generant. Cur aũt Nahamã voluerit ſecũ ferre de terra illa, ſubiungitur. ⌊Non enĩ faciet ſeruus tuus vltra holocauſtũ aut victimã dijs alienis, niſi dño ⌋.i.ſoli vniuerſorꝫ dominatori vero deo, ac ſi dicat, De terra iſta ædificabo altare, ſup quod vero deo deinceps ſacrificabo. Aliqui tñ dicũt q terrã illã attulit ſecũ vt ſterneret eãm in phanis idolorꝫ, quatenus ſup eam ſtans, deũ Iſrael adoraret. Sed primũ verius reputat, poterat tamen de terra & ſaxis Syriæ ædificare altare, ſed ex deuotione ad deum Iſrael voluit de terra cultus ſui illud conſtruere, reputans illã ſanctam propter cultum dei in ea. ⌊Hoc aũt ſolum eſt, de quo ⌋mihi ignoſcendo vel non imputando ad culpam, ⌊depreceris dñm pro ⌋me ⌊ſeruo tuo, quando dñs meus ⌋rex Syriæ ⌊Ingredit templum Remmon ⌋.i.idoli ſui ſic dicti, ⌊vt adoret ⌋idolũ illud, ⌊& illo innitente ſup manum meam, ⌋q̃a tunc reges innitebant ſup aliquem principem habentẽ officium ſuſtentandi regem, ſicut modo innitunt reginæ, prout in libro Heſter de ipſa regina Heſter habet, q ſup vnam famularꝫ innitebat, quaſi corpus ſuum præ delitijs ferre non ſuſtinens, ⌊ſi adorauero in templo Remmon vt ignoſcat mihi dñs ſeruo tuo pro hac re. ⌋Iſtud à diuerſis varijs modis exponit, quidã exponunt ſic, ſi

C adorauero in templo Remmon, nõ idolum illud, ſed verꝫ deum, tamen ſi ſimulauero me idolum adorare, q̃a hoc fine offenſa regis mei vitare non valeo, vt hoc dñs mihi indulgeat, & dicũt q Heliſæus hoc ſibi conceſſit, diſpenſando ſecum ad hoc agendũ. Sed qm̃ ſimulatio idololatriæ eſt culpabilis in ſe & ſcãdalizatiua, & cõtra illud apoſtoli: Ab omni ſpecie mali abſtinete, & cõtra illud: Sic luceat lux veſtra coram hoĩbus, ideo alij aſſerunt, q Heliſæus non potuit iſtud ꝑmittere, nec diſpenſabile fuit. Idcirco exponũt ſic, ſi adorauero in templo Remmon verꝫ deum non ſimulando idoli adorationẽ, ſed quãtum ad locum cõmunicando cũ rege idololatra, ita vt in eo phano deum verꝫ adorem, in quo ipſe idolũ ſuum, quod non eſt malum in ſe, quia vbiq; deus poteſt adorari & coli, & tamẽ potuit apud ignorãtes habere ſpeciem mali, quia videntes me illuc introire cum rege poterãt æſtimare q pro ea cauſa illuc ingrederer, pro qua ipſe. Et quantũ ad hoc indiguit diſpẽſatione quã facere poterat Heliſæus, ꝓſertim ex inſtinctu diuino, vel (vt aliqui dicũt) ſolum declarauit hoc ipſi Nahamã non eſſe illicitum. Vnde aliqui aſtruunt, q quãuis idololatria & eius ſimulatio fuerint vitioſæ de lege naturæ, nõ tamen id quod habet ſpẽm talis ſimulationis, dũ modo nõ ſit in eo idololatria aut ſimulatio eius. Præterea quidã exponũt ſic, q Nahamã ſolũ petiuit, vt ſuũ officiũ.ſ.ſuſtentare regẽ. poſſet licite facere in phano ſicut & extra phanũ, & vt ante ſuã curationem facere conſueuit, & q Heliſæus conceſſit hoc, quia non fuit illicitum. Sed iſtud nõ videtur textui cõſonare, in quo legit Nahamã poſtulaſſe, vt ſi adoraret in templo Remmon, dñs ſup hoc ſibi ignoſceret, nec ait, vt ſi ſuſtentaret regẽ de hoc ſibi à deo ignoſceret. Circa hæc inter cætera redarguit Lyra q̃ſdã, dicẽtes, q Nahamã fuit neophitus, qm̃ ꝓprie loquẽdo, Νεόφυτος dr̃ q de nouo ad aliquã legẽ cõuerſus ẽ. Nahamã aũt nõ fuit cõuerſus ad Iudaiſmũ, q̃a nõ fuit circũciſus. Verꝫ cõtra hoc loquit R. Paulus, licet Nahamã nõ fuit cõuerſus ad Iudaiſmũ, nec circũciſus,

fuit tñ Neophitus, qa de nouo cõuersus ad legẽ naturę, secũdũ quam idololatria & eius simulatio B
fuit illicita. Qui dixit ei: Vade in pace. Abijt ergo⌋ Naaman, ⌊ab eo⌋.s. Helisęo redeũdo ad pro-
pria, sanitate adepta, & petitiõibus suis concessis, ⌊electo⌋ terræ, ⌊tpe⌋.i. tpe apto ad remeãdũ,
vel electo.i. prospero tempore terræ, quando videlicet consecutus fuit desideria sua. Attamen, vt
ait Petrus Comestor, Hebræus sic habet: Abijt ab eo aliquanto terræ spacio. Etenim legere vno
modo vocatur trãsire, sicut cũ dicit, nauta legit mare, sicq; electo capitur pro ptrãsito & tempus
pro spacio temporali. ⌊Dixitq; Gehæzi puer viri dei⌋ victus cupiditate. ⌊Pepercit dñs meus
Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit. Viuit dominus, quia currã post eũ, & ac-
cipiã ab eo aliquid. Et sequutus est Gehæzi post tergũ Naaman. Quem cũ vidisset ille currentem
ad se, desilijt de curru in occursum eius⌋ propter reuerentiã Helisæi, ⌊& ait: Recte ne sunt oĩa?
Et ille ait, Recte. Dominus meus misit me ad te, dicens. Modo venerũt ad me duo adolescẽtes de
monte Ephraim, ex filijs prophetarum. Da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. Di-
xitq; Naaman: Melius est vt accipias duo talenta, & coegit eũ⌋ ex cupiditate finxit mẽdacium,
imo ex auaritia, oriũtur, fraus, periuriũ, mẽdaciũ, furtũ, rapina, traditio, homicidiũ, symonia, ⌊li-
gauitq;⌋ Naaman per suos ministros, ⌊duo talenta argenti in duobus saccis⌋ id est marsupijs ma-
gnis, ⌊& duplicata vestimenta⌋.i. duo pala aut duo recentia vestimenta, sicut expositum est, ⌊&
imposuit duobus pueris suis⌋.i. ipse Naaman iniunxit duobus de suis ministris, vt ista deferrent
ad locum quo Gehæzi vellet, & portauerunt coram eo. Cumq; venisset iam vesperi, tulit de ma- E
nu eorum & reposuit⌋ illa, ⌊in domo, dimisitq; viros⌋ qui hæc portauerũt, reuerti ad Naaman
dominum suum, ⌊& abierunt. Ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Helisæus.
Vnde venis Gehæzi? Qui respondit: non iuit seruus tuus quoquam⌋ id est, ad aliquem locum di-
stantem, mala terrenorum concupiscentia victus, putauit se posse tantum latere atq; decipere va-
tem. ⌊At ille ait: Nonne cor meum in præsenti erat⌋ id est, quasi præsentialiter intuebatur, con-
siderationeq; affuit, ⌊quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui⌋ quia hoc totũ mi-
hi ministerio angeli per imaginarias formas ostendebatur, sic & apostolus protestatur, nam & si
corpore absens sum, tamen mente præsens sum gaudens & videns ordinem vestrũ. ⌊Nunc igi-
tur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & seruos,
& ancillas, Sed & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo vsq; in sempiternum⌋.i. lepra si-
milis lepræ illius in specie inficiet te, & posteros.i. imitatores tuæ iniquitatis fędabit & resperget
lepra ac facinus symonię per lepram Naaman figuratę. Vnde qui spiritualia vendũt propriæ Ge-
hæzitæ vocantur, similiter qui sine præuio pacto post spiritualium exhibitionem temporale qd
Acto. 8. exigunt: & sicut in nouo testamento à Symone Mago, ita in lege mosaica à Gehæzi hoc scelus
videtur sumpsisse exordium. Et ecce si tam grauiter est punitus, qui spiritali prius exhibito gratis
petijt temporale, qualis erit illorum damnatio qui nondum facta exhibitione gratuita paciscũtur.
Porro super illud melius est, vt accipias duo talenta, dicit Lyra in Hebræo haberi. Iura, scilicet quod
te miserit Helisæus, sed Rabbi Paulus contradicit, & bene vt puto. Non enim est verisimile, quòd
Naaman qui cum tanta reuerentia obuiauit ipsi Gehæzi & paratissimus fuit ad dandum, imo du-
plum dedit eius quod petebatur, exegerit à Gehæzi iuramentum, quasi non credens verbis ipsi-
us, ⌊& egressus est ab eo leprosus⌋ sentiens etenim plagam dei territus exijt & mansit seorsum,
⌊quasi nix⌋ per quod insinuatur fuisse valde leprosus, quoniam albor in cute & color transparẽs
Leuitic. 13. signa sunt lepræ, vt in Leuitico scribitur. Vnde & in libro Numerorum legitur: Ecce maria ap-
Numer. 12. paruit candens lepra quasi nix.

¶ De spiritali intelligentia huius quinti capituli. Art. VIII.

PER NAAMAN SYRVM leprosum designatur plebs Gentilis, quæ lepra incredu- F
litatis erat infecta, vitijsq; diuersis laborans, per regem Syriæ sublimitas terreni impe-
rij paganorum, per latrunculos Syriæ deceptores & persecutores iustorum. Radian-
tibus ergo miraculis & doctrinis apostolorum, discipulorumq; saluatoris admirati sunt
plurimi infideles, reges & principes, qui à ciuili brachio Christianorum petierunt internæ reme-
dium sanitatis, sed imperatores, reges, principesq; ciuiles, aduertentes sibi non esse cõmissum ba-
ptizandi obsequium, direxerunt paganorum legatos ad Christum, & ad spiritales eius vicarios,
qui præceperunt gentilibus intus curari optantibus, vt in Iordane septies lauarentur, id est, in son-
te baptismatis sepuformi gratia spiritus sancti regenerarent, quod rudes gentiles prima facie ab-
horrebant, reputantes indignum à corporeo elemento interiorem quærere opem, mentisq; sani-
tatem in quam corporalia vidẽtur non posse imprimere, verũtamen rationabiliter informati ac-
quieuerunt, præsertim quoniam baptizari leue & modicum fuit respectu circumcisionis valde
pœnalis. Baptizata autem gentilitas facta est pura instar corpusculi infantilis.i. ab omni labe pec-
cati mundata, & tanquam modo primogenita ad innocentiam est reducta, quo facto ad Chri-
stum cum maiori virtutum profectu est reuersa & regratiata eidem ac confitens, quod in nulla na-
tione gente aut tribu sit verus deus, nisi in populo Christiano, quia cognouit idololatriæ falsita-
tem, solique vero deo de cætero sacrificare decreuit.

A Insuper conuersis paganis, multa temporalia sanctis apostolis dare volentibus, ipsi nequaquam Matt. 10
acquieuerunt, transitoria cuncta spernentes, atq; quod gratis acceperant, gratis dantes, sed Ge-
hezi. i. quidam posteri eorundem à spiritali feruore dilapsi, & quæ sua sunt cupientes, pro spirita Phil. 2
libus temporalia quæsierunt, sicq; symoniacæ prauitatis infecerunt se labe. Nihilominus impen-
dentibus spiritalia, licet temporalia in stipendium vitæ suscipere, cum dicat saluator: Dignus est Mat. 10
operarius mercede sua. Et Apostolus: Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si carna Luc. 10
lia vestra metamus, non tamen eum pacto talia percipiendi sunt spiritalia exhibenda, quemad- 1. Cor. 9
modum cū Nahamā dispensatum videtur, vt regi suo cōmunicaret modo præfato, sic in primi-
tiua ecclesia in omni ciuitate, villa & domo, vno credente & alio non credente necesse fuit dispen
sari vt fideles infidelibus cohabitarent & cōmunicarent in multis. i. in rebus non illicitis in seipsis 1. Cor. 7
prout ad Corinthios scribit Apostolus de cohabitatione coniugalium fidelis ac infidelis. Postre
mo, per lepram Nahamā potest intelligi interior infectio atq; peruersitas cuiuslibet peccatoris,
præsertim pertinacia proprij sensus, immāsioq; propriæ voluntatis, quæ duplex pestifera lepra
per descensum in Iordanem curatur. i. in consideratione humilitatis ac baptismatis Christi, qui Phil. 2
in omnibus exinaniuit seipsum, nec solum patri æterno, sed & matri virgineæ, imò & Ioseph fa-
bro lignario subditus fuit, nec suam, sed patris venit facere voluntatem, & omni rationabili sug- Luc. 2
gestioni ac petitiōi promptissime acquieuit. Cumq; nulli esset obnoxius culpæ, tamē propter nos Joh. 1
dignatus est baptismum suscipere. De spiritali demū significatione hac lepræ, sanctus & glorio- Matth. 3
sus pater Bernhardus optime loquit in sermone tertio de resurrectione domini. Luc. 3 Joh. 1 Bernard.

¶ ELVCIDATIO CAP. VI. Dixerunt autem filij prophetarum. Arti. IX.

B

Ontinuatur hic narratio mirabilium Helisæi. ⌊ Dixerunt autē filij pro
phetarum ad Helisæum: Ecce locus in quo habitamus coram te, angu-
stus est nobis ⌋ i. arctus & strictus. Multos etenim cōuerterat Helisæus
& deuotarij illi numero ac merito creuerunt sub eius regimine. Dicūtq;
aliqui q̄ Gehezi discipulus Helisæi ex sua auaritia fuit filijs propheta
Helisæum visitantibus grauis, ne consumerent ea quæ Helisæo dabant
quæ ipse in proprium malebat cōuertere vsum & cōmmodum, ideo eo
propter remoto, plures ad sanctū virum sunt cōgregati. ⌊ Ea-
mus vsq; ad Iordanem & tollant singuli de sylua materias singulas ⌋ i.
ligna, ⌊ vt ædificemus nobis ibi locū ad habitandum. Qui dixit: Ite. Et
ait vnus ex illis: Veni ergo tu cum seruis tuis. Respondit: Ego veniam. Et abijt cū eis. Cumq; ve-
nissent ad Iordanem, cedebant ligna. Accidit autem vt cū vnus materiam succidisset, caderet fer-
rum securis in aquam. Exclamauitq; ille & ait: Heu heu heu domine mi, & hoc ipsum ⌋ quod sic
perdidi, ⌊ mutuo acceperam, ⌋ quasi dicat, si meū fuisset, minus curarem, sed nunc doleo vehemē-
ter, cum non habeam quod pro illo restituam. Vnde cōstat q̄ pauperes erāt discipuli illi, & simpli
cibus habitaculis q̄ ipsimet sibi cōstruebant erat cōtenti, quo multorū etiam religiosorū curiositas
sumptuosa arguit. ⌊ Dixit aūt homo dei: Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum. Præscidit er-
go ⌋ Helisæus ⌊ lignum & misit illuc ⌋ i. in eum aquæ locum in quem ceciderat ferrum, ⌊ nata-
uitq; ferrū, ⌋ non virtute ligni in aquā proiecti, sed imperio dei ac ministerio angelorū atq; vt aliqui
C opinantur, lignum illud in aquā missum, ad formā manubrij fuit redactū, & ferrum per se intra-
uit in illud, ⌊ & ait: Tolle. Qui extendit manū & tulit illud. Rex autem Syrie pugnabat cōtra Isra-
el, ⌋ infestando regnum decem tribuū, ⌊ Consiliumq; inijt cū seruis suis, dicens: In loco illo & il
lo ponamus insidias ⌋ i. viros armatos insidiantes, qui occulte, improuiseq; noceant Israelitis.
⌊ Misit itaq; vir dei ad regem Israel, dicēs: Caue ne transeas in locum illum, qa ibi Syri in insidijs
sunt. Misit itaq; rex Israel in locū quem dixerat ei vir dei, & p̄occupauit eum ⌋ i. loca insidiarum
Syrorū, capiendo eos ibidem, vel p̄ueniendo eos, ita q̄ non poterant se ibi locare, ⌊ & obserua-
uit se ibi, non semel neq; bis ⌋ tantum, sed sæpius. ⌊ Conturbatumq; est cor regis Syriæ præ hac
re. Et conuocatis seruis suis, ait: Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Is-
rael? ⌋ reuelando ei secreta mea, hoc enim putauit rex Syriæ. ⌊ Dixitq; vnus seruorum eius: Ne-
quaquam domine mi rex ⌋ i. non vt putas aliquis nostrum pādit tua secreta regi Israel, ⌊ sed He-
lisæus propheta qui est in Israel, indicat regi ⌋ Israel ⌊ omnia verba quæcunq; loquutus fueris in
conclaui tuo ⌋ i. quædam de omnibus quantum necessarium est regi Israel ea scire. ⌊ Dixitq; eis:
Ite & videte vbi sit, vt mittam & capiam eum, ⌋ si rex Syriæ credidit Helisæum cognoscere om-
nia verba à se etiam in conclaui prolata, frustra misit ad inquirendum vbi esset, cum Helisæus in-
terim si vellet fugere posset, sed tanta est excæcatio impiorum, vt cum vnum credant atq; consi-
derent, non considerent aliud quod ex illo est consequens, sicut Herodes credidit puerum sibi à
magis denuntiatum esse Christum in lege & prophetis promissum, & tamen misit ad occidēdum Matth. 2

eundem putans se posse cassare oracula prophetarum de Christo prædicta. ⌊Annuntiauerunt ei dicentes: Ecce in Dothaim. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cum venissent nocte, circundederunt ciuitatem. Consurgens autem diluculo minister viri dei, egressus est. Viditq; exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus. Nuntiauitq; ei, dicens: Heu heu heu domine mi, Quid faciemus⌋ id est, qualiter obsidionem hanc euademus. ⌊At ille respondit: Noli timere, plures enim nobiscum sunt⌋ scilicet angeli sancti ad nostra subsidia præparati, ⌊quàm cũ illis⌋ sic & Ezechias secundo Paralipomenon loquutus est: Nolite timere. Multo enim plures nobiscum sunt quàm cum illo. Cum illo est brachium carneum, nobiscum est dominus deus noster qui auxiliator est noster. ⌊Cumq; orasset Helisæus⌋ pro bono communi & subuentione diuina, ⌊ait: Domine, aperi oculos pueri huius vt videat,⌋ i. da ei exterioribus oculis intueri auxilia nobis parata, vt mente intelligat ea quæ sine tua cooperatione & illuminatione videre non valet. ⌋Et aperuit dominus oculos pueri⌋ non solum solito modo quo & omnia naturalia principaliter fiunt à deo, quoniam prima causa plus influit, quàm quæcumq; causa secunda, sed speciali maneriæ dando puero virtutem, videndi quæ alij etiam astantes non videbãt, ⌊& vidit: Et ecce mons⌋ ciuitatis Dothaim, in qua Helisæus fuit, ⌊plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Helisæi⌋ per quos angelica agmina designabant, quorum ministerio similitudines illę curruũ & equorum igneorum apparuerunt in aere, ⌊hostes vero⌋ scilicet Syri, ⌊descenderunt ad eum⌋ puta ad Helisæum, vt caperent eum. ⌊Porro Helisæus orauit ad dominum dicens: Percute obsecro gentem hanc cæcitate. Percussitq; eos dominus ne viderent, iuxta verbum Helisæi⌋ nõ omnimoda cæcitate, sed ea quæ appellatur acrisia, qua aliquid videtur confuse & indistincte, non autem distincte cognoscitur, sic isti viderunt Helisæum & Dothaim ciuitatem, ꝙ scilicet Helisæus esset homo quidam, & ꝙ vrbs illa oppidum quoddam existeret, sed ꝙ homo illę esset Helisæus discernere non valebant. ⌊Dixit autem ad eos Helisæus: Non est hæc via⌋ per quam itur ad vrbem, in qua Helisæum inuenietis, ⌊neq; ista est ciuitas⌋ in qua commoratur. Non enim in Dothaim, sed in ciuitate nomine Samaria habitauit communiter, vt infra in isto insinuatur capitulo Vnde & præcedenti capitulo ait: Puella vtinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria. ⌊Sequimini me, & ostendã vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam. Cumq; ingressi fuissent in Samariam, dixit Helisæus: Domine, aperi oculos istorum vt videant.⌋ id est, prædictam ciuitatem tolle ab eis, vt discernant ea quæ vident. ⌊Aperuitq; dominus oculos illorum.⌋ Ecce quãta fecit omnipotens ad instãtiam Helisæi, vnde constat ꝙ magnus erat amicus altissimi & propheta eximius, ⌊& viderunt⌋ i. discreuerunt, ⌊se esse in medio Samariæ⌋ propter quod merito timuerunt, videntes se esse in medio hostium, ex prætacta quoq; plaga cæcitatis erant perterriti. Talis quoq; cæcitas contigit duobus discipulis, cum quibus in die resurrectionis,

Luc. 24 Christus transiuit, quorum oculi tenebantur, ne eum cognoscerent, vt habetur in Luca, ac Sodo-

Genes. 19. mitis in foribus Loth, vt paret in Genesi. ⌊Dixitq; rex Israel ad Helisæum, cũ vidisset eos: Nũquid percutiam eos pater mi?⌋ qui tam paternaliter subuenis mihi & regno meo. ⌊Et ille ait: Nõ percuties, neq; cœpisti eos gladio & arcu tuo vt percutias⌋ hoc est, vt authoritatem habeas iure belli ad occidendum eos. Ex isto probatur, quòd sancti veteris testamenti inimicos suos dilexerunt & benefecerunt eisdem reddendo bonum pro malo, sicut subiungitur. ⌊Sed pone panem & aquam coram eis⌋ id est, cibum & potum quæ nomine panis & aquæ significari in scripturis consueuerunt, quod etiam ex sequentibus innotescit, ⌊vt comedant & bibant, & vadant ad dominum suum. Appositaq; est eis ciborum⌋ hanc dubium quin & potuum, ⌊magna præparatio. Et comederunt, & biberunt, & dimisit eos. Abieruntq; ad dominum suum. Et vltra non venerunt latrones Syriæ⌋ scilicet viri prædicti aut alij Syri qui vocantur latrones, id est, iniusti persecutores & vastatores Israeliticæ plebis, ⌊in terram Israel,⌋ ad nocendum propter humanitatem & gratiam eis exhibitam ab Helisæo & rege, & ne rursus cæcitate percuterentur, & tãquam ingrati occiderentur. Sed his videtur obuiare quod subditur. ⌊Factum est autem post hæc congregauit Benhadad rex Syriæ vniuersum exercitum suum, & ascendit & obsidebat Samariam.⌋ Respondetur quod in scripturis per talem modum loquendi designatur aliqua temporis mora præ solito diuturna, quamuis non toto tempore duratura, iuxta quem sensum scriptũ est in Esa-

Esa. 2 ia: Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium, nec discent vltra belligerare. Aliqui vero dicunt, ꝙ latrones Syriæ non venerunt vltra Israel tempore Helisæi quibus obuiat ꝙ ista obsidio facta est Helisæo in Samaria existente, vt statim patebit. ⌊Factaq; est fames magna in Samaria, & tam diu obsessa est⌋ ciuitas à Syris, ⌊donec venundaretur caput asini⌋ qui tamen est animal comestioni ineptum, nisi in necessitate atq; immundum secundum legem, ⌊octoginta argenteis & & quarta pars cabi⌋ id est, mensuræ sic nuncupatæ, ⌊ster-

Leuitic. 11 coris columbarum, quinque argenteis,⌋ denarijs, stercore illo columbino condiebant cibaria sua

Iose. lib. 9 antiq. ca. 4 pro sale, vt Iosephus refert. Aliqui tamen dicunt per stercus columbæ intelligi eius vesiculam, in qua recipit grana deforis sumpta, quæ vesicula proijci solet, sed tunc reseruabatur vt grana ipsius

vende-

A venderentur famelicis. Cumq; rex Israel transiret per murum, ad considerandum custodias
eius, id est, propugnacula vel armatos in eis, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens: Sal-
ua me domine mi rex, id est, succurre mihi. Qui ait: Non te saluet dominus, id est, nec à me,
nec à deo consequaris auxilium. Hoc dixit ex subita perturbatiōe & indignatione, putans quod
mulier illa quæreret sibi necessaria vitæ dari, quibus & ipse indiguit, propter quod subditur. Vn
de te possum saluare de area vel de torculari? quasi dicat, nec blada quæ seruantur in area, nec vi-
num quod in torculari exprimitur tibi valeo exhibere. Dixitq; ad eam rex: Quid tibi vis? Quę
respondit: Mulier ista dixit mihi: Da mihi filium tuum, vt comedamus eum hodie, id est, in
fantulum, vt eum occidam & coquam, quia tu abhorres eum occidere, & filium meum come-
demus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixitq; ei altera die: Da filium tuum,
vt comedamus eum. Quæ abscondit filium suum, contra condictum, volens eum morti sub-
trahere, aut sola forsan comedere. Quod cum audisset rex, scidit vestimenta sua, ex vehemen
ti dolore, quod tanta esset in vrbe & plebe sua caristia, & quod tam inhumanum scelus contigit
ibi, & transiuit per murum. Viditq; omnis populus ibi præsens cilicium, quo vestitus erat
rex, ad carnem suam intrinsecus, id est, super nudum corpus, quod afflixit asperitate cilicij,
vt misericordiam impetraret à domino. Coluit enim dominum vnà cum aureis vitulis, sicq; imi
tabatur Achab patrem suum, qui audita comminatione Heliæ, scidit vestem suam, & operuit ci- 3. Regū 21
licio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, vt patuit supra libro tertio. Et ait rex: Hæc
faciat mihi deus & hæc addat, si steterit caput Helisæi filij Saphat super ipsum, id est, super reli-
quam corporis sui partem, hodie .i. per totam hanc diem. Hoc est, nisi hodie fecero eum de-
B capitari, deus me puniat, & pœnæ pœnam adijciat. Hoc iurauit, vel quia putauit Helisæum im-
petrasse hanc populi afflictionem, dominum exorando in vltionem criminum populi, sicut He-
lias impetrauit pluuiarum subtractionem, vel quia suis orationibus non impetrauit releuamen à 3. Re. 17. 18
tantis miserijs. Helisæus autem sedebat in domo sua, in qua Samariæ morabatur, & senes Iose. lib. 9
sedebant coram eo, quos Iosephus vocat dicipulos, sicq; sapientia & maturitate morum fuerāt ant. ca.
senes, ætate quoq; quidam eorum, præmisit itaq; virum .i. rex misit ante se spiculatorem, &
antequàm veniret nuntius ille vsq; ad domum Helisæi, dixit Helisæus ad senes, iam enim
reuelatum sibi fuit à domino: Nunquid scitis, quòd miserit filius homicidæ huc. Iorā rex filius 3. Reg. 21
ipsius Achab, qui in mortē Naboth consensit inique, sicq; Helisæus tā aspernanter loquutus est
de Iorā & Achab, nō ex elatione, sed zelo iustitiæ propter illorū facinora, vt præcidat caput meū.
Videte ergo cū venerit nuntius, videlicet spiculator ad decollandū me missus, claudite ostiū,
& nō sinatis eum introire, non ex inordinato mortis timore dixit hoc Helisęus, sed quoniam vita sua
adhuc tā necessaria fuit cōmunitati, & propter id quod subdit. Ecce enim sonitus pedū dn̄i eius post
eū est .i. rex mox sequit eū. Pœnituit enim Iorā de illa cōmissione, ideo voluit spiculatorē de exe-
quutione prohibere & quia temere id iurauit, tn̄ ex discretiōe voluit reuocare & ab Helisæo cōsiliū,
auxiliūq; deposcere. Adhuc illo loquēte, ei apparuit nuntius qui veniebat ad eum, & ait rex vel
nuntius ex parte regis: Ecce tantū malū à dn̄o est .i. tanta aduersitas, vel etiā tantū crimē .s. in-
terfectio atq; comestio proprij filij à deo accidit permissiue. Quid amplius expectabo à dn̄o?
quasi dicat, nō potest mihi peius succedere, ita vt desperatio posset me ad omne crimē præcipitare
C ¶ Iuxta mysticū sensum, securis qua ligna ad ædificandū præscindunt, est sermo diuinus, quo ho-
mines cōuertunt & relicta vanitate, Chr̄o ac eius ecclesiæ incorporant. Vnde beatissimus Chri Matth. 3
præcursor Iā (inquit) securis ad radicē arboris posita est. huius securis ferrū est cōminatio diuini iu- Luce. 3
dicij ac æterni supplicij. Manubriū vero est cōsolatio æternorū, spesq; præmiorū, quæ tenet operan-
tē in opere bono, quia (vt ait Apl̄us) debet in spe qui arat arare. hoc ferrū cadit in aquā & mergit, dū 1. Cor. 9
prædicator de cōminationibus tormentorū & rigore diuinæ iustitiæ immoderate sermocinat, non
admiscēdo cōsolatoria verba, propter quod audiētes magis ad quandā desperationē seu desolatio-
nē & pusillanimitatē quā ad spiritalē profectū mouent, quod sentiens prædicator, clamat ad Christū,
qui dat prædicatori abundantiā verbi ad prædicandū de infinita misericordia creatoris, de pœnitētiæ
fructu, de gaudijs beatorū, de exēplis eorū qui post pctā grauissima efficaciter pœnitēdo, facti sunt
magni sancti, sicq; ferrū ad manubriū redit. Insup per regē Syriæ & eius insidias designant diabolus
& eius ministri qui callidissimis modis conant veros Israelitas subuertere, sed Helisæus .i. sapiētes, præ
lati & prædicatores idonei astutias dæmonū nō ignorātes, nō cessant dei ppl̄m auisare, propter quod
spūs illi nequissimi summe conant ipsos qui præsunt ac prædicant vinculis constringere vitiorū, ac in
suā redigere captiuitatē, sed excæcant à dn̄o dū nō permittunt secretiora quæq; opera bona electorū
cognoscere. Verūtamē interdū tā diu ac valide obsidēt & impugnāt ecclesiāq; maxia spiritaliū
bonorū penuria, defectus prædicationū, ariditas cordis in ea ē. Tunc ergo prælati & principes debent
intime cōdolere & sua corpora castigare, à sanctis quoq; hoibus implorare subsidiū, præsertim à dn̄o.

¶EXPOSITIO CAP. VII. Dixit autem Heli-
sæus, audite verbum dn̄i. Arti, X.

4. Regū. 6

D Quam gratiose & miraculose, insperate, incredibiliterq́ꝫ celeriter deus subuenit populo Israel in tribulatione præfata hic recitatur & hoc potissime ex propria pietate, precibus quoq́ꝫ ac meritis Helisæi, discipulorumq́ꝫ eius & aliorum bonorum in Israel, qui nec Baal nec vitulos adorauerũt & etiam propter quædam pœnitentialia opera regis, qui vt præcedenti habetur capitulo, portauit cilitium & forsitan alia fecit similia quæ nõ sunt scripta, quæ quamuis non fuerint meritoria gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, quia idololatra fuit, tamen temporalem merebãtur remunerationem. ⌊Dixit autem Helisæus⌋ ex reuelatione diuina. ⌊Audite verbum domini. Hæc dicit dominus. In tempore hoc cras⌋ id est crastina die, ⌊*hora quæ nunc est⌋ scilicet eadem specie, ⌊modius similæ,⌋ i. farinæ purissimæ, ⌊vno statere erit⌋ i. pro tali modica moneta seu pondere paruo emetur, ⌊& duo modij hordei statere vno in porta Samariæ. Respondens vnus de ducibus⌋ i. principalibus seruis regis, ⌊super cuius manu rex incumbebat, homini dei, ait. Si dominus fecerit etiam cataractas,⌋ i. fenestras seu meatus, per quos imber descẽdit in cœlo aereo, in quo nubes volitãt, aperiri, hoc est, si deus fecerit mox copiosissimã pluuiã descendere, ⌊nũquid poterit esse quod loqueris⌋ quasi dicat, nullatenus fieri poterit, sed quia caristia ista non fuit in vrbe Samaria ex defectu pluuiæ, sed obsidionis diuturnitate, quidam exponunt sic, si deus pluerit farinam & ordeum instar aquæ, adhuc tamen non posset hoc fieri, quod tamen videtur manifeste falsum fuisse, sed dux ex mera incredulitate loquebatur ita peruerse. E ⌊Qui ait: videbis oculis tuis⌋ corporalibus, quod prædixi de emptione & venditione hordei ac farinæ, ⌊& inde non comedes. Quatuor ergo erãt viri læprosi⌋ qui vt aliqui opinãtur, fuerũt Gehazi & tres filij eius, qui consenserũt ei in crimine, ⌊iuxta introitum portæ⌋ i. extra & prope portam morantes, quia læprosi extra portã iubebãtur manere, ⌊qui dixerunt ad inuicem: Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatẽ, fame moriemur, siue mãserimus hic, moriendum nobis est. Venite ergo, & trãsfugiamus ad castra Syriæ. Si pepercerint nobis, viuemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo vespere, vt venirent ad castra Syriæ. Cumq́ꝫ venissent ad principiũ castrorum Syriæ, nullum ibidem reppererũt, siquidem dominus sonitũ audiri fecerat in castris Syriæ curruum & equorum & exercitus plurimi⌋. Dicũt aliqui quod sonus ille diuina virtute ministerio angelorum fuit solum in auribus Syrorum, deinde in imaginatione quasi ex sono foris exhibito, sicq́ꝫ in appetitu sensitiuo sequutus est maximus timor & fuga in corpore. Alij dicũt quod sonitus ille fiebat per angelos in aere, quod satis probabile est, quãuis vtroq́ꝫ modo potuerit fieri. ⌊Dixeruntq́ꝫ⌋ Syri, ⌊ad inuicem. Ecce mercede conduxit aduersus nos rex Israel reges Hitthæorum & Aegyptiorum, & venerũt super nos. Surrexerũt ergo & fugerũt in tenebris, & dereliquerũt tentoria sua, & equos, & asinos in castris, fugerũtq́ꝫ, animas tãtum suas saluare cupientes,⌋ i. solum cogitantes, qualiter vitam suam possent ab imminente periculo vt putabãt eruere. ⌊Igitur cum venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculũ, & comederũt, & biberũt. Tulerũtq́ꝫ inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderũt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum: & inde similiter auferentes absconderunt. Dixerũtq́ꝫ ad inuicem: Non recte facimus. Hæc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vsq́ꝫ mane sceleris arguemur. Venite eamus, & nuntiemus in aula regis⌋ leprosis non licuit aulam regis intrare, sed nuntiauerunt custodibus portarum vrbis & illi in palatio, hinc subditur. F ⌊Cũq́ꝫ venissent ad portam ciuitatis, narrauerũt eis⌋ i. portarijs, dicentes: Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria. Ierunt ergo portarij, & nuntiauerũt in palatio regis intrinsecus, surrexit nocte.⌋ audito isto rumore, tamen non credidit, sed suspicatus est fraudem in Syris, quoniam bellatores multis industrijs atq́ꝫ versutijs vti solent & interdum fugam simulare. ⌊Et ait ad seruos suos: Dico vobis quid fecerint nobis Syri, sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cũ egressi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem vnus seruorum eius: Tollamus quinq́ꝫ equos qui remanserunt in vrbe, quia ipsi tãtum sunt in vniuersa multitudine Israel alij enim consumpti sunt, & mittentes explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitq́ꝫ rex in castra Syrorum, dicens: Ite & videte. Qui abierunt post eos, vsq́ꝫ ad Iordanem. Ecce autem omnis via plena erat vestibus & vasis, quæ proiecerant Syri, cum turbarentur. Reuersiq́ꝫ nuntij, indicauerunt regi. Et egressus populus, diripuit castra Syriæ,⌋ i. omnia quæ reliquerunt in loco obsidionis, & in locis per quæ fugerũt Syri, acceperunt ipsi filij Israel. ⌊Factusq́ꝫ est modius similæ statere vno, & duo modij hordei statere vno, iuxta verbũ domini. Porro rex ducem illum in cuius manu incubuerat, constituit ad portã, quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod loquutus fuerat vir dei, quando descenderat rex ad eum. Factumq́ꝫ est secundum sermonem viri dei, quem dixerat regi, quando ait: Duo modij hordei statere vno erunt, & modius similæ statere vno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ, quãdo responderat

A derat duxille viro dei,& dixerat: Etiã si dominus fecerit cataractas in cœlo, nũquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis,& inde non comedes. Euenit ergo ei sicut prædictum erat,& conculcauit eum populus in porta,& mortuus est.⌋ Textus iste planissimus expositione non eget. ¶Spiritaliter vero docemur ex isto capitulo, q̃ omnipotẽter, multipliciter, pie & insperate sciat dominus in se confidentibus subuenire, idcirco in ipso est semper sperãdũ. Quod si in ecclesia quacũq; aut congregatione fuerit spiritaliũ alimentorũ extrema inopia ac deformatio maxima, non tamen est diffidendũ. Dominus enim interdũ facit gratiã abundare vbi abundauit iniquitas, Roman. 5. & dum vult præuenit gratiosq; atq; de infidelium ac reproborũ dãnatione suos dirat electos, qa vt ait scriptura: Pestilente flagellato stultus .i. peccator sapientior erit, Prouer. 19. sed fides requiritur, quoniã infidelem sua conculcat perfidia. Postremo, sicut leprosi dixerũt, si tacuerimus, sceleris arguemur, ita & nos nisi gratiã nobis concessam communicauerimus proximis nostris tẽpore opportuno, & deum de suis mirabilibus ac beneficijs laudauerimus, ingrati deo inueniemur & 1. Petri. 4 trãsgressores apostolicæ iussionis, qua dicitur vnusquisq; sicut accepit gratiã in alterutrũ illã administrãtes. Nempe vnicuiq; mãdauit deus de proximo suo. Eccl. 17

¶EXPOSITIO CAPTVLI VIII. Helisæus aũt loquutus est ad mulierem,&c. Art. XI.

B Describuntur in isto capitulo adhuc quædã magnalia Helisæi & quędam vitiosa de regibus Iuda & Israel. ⌊Helisæus autem loquutus est ad mulierem, cuius viuere fecerat⌋ .i. à morte suscitauit, imo & concipi procurauit, ⌊filiũ, dicẽs: Surge & vade tu & domus⌋ .i. familia, ⌊tua & peregrinare vbicũq; repperetis⌋ .i. commodũ tibi esse prospexeris inter gẽtiles, vocabit enim dñs famẽ⌋ .i. venire iubebit in vltionẽ idololatriæ, aliorumq; scelerũ Israel, ⌊& veniet super terrã⌋ .i. super habitatores terræ istius, ⌊septẽ annis⌋ de qua sicut sup Iohelẽ scripsi, multi exponũt q̃d 4. Reg. 4 à Iohele de maxima caristia prænũtiatur, & ita hæc fames fuit etiam in Iohelis. 1 regno Iudæ, imo si ibi non fuisset, verisimile est, ꝙ Helisæus suggessisset huic deuotæ matronæ potius se trãsferre ad terrã Iuda, q̃ ad gentiliũ regionẽ. Deniq; qa hæc mulier solicita fuit de prouisione Helisæi in necessarijs vitæ, idcirco & ipse eidem vicem rependit in isto, ne pateret penuriã. Tãta est eqdem virtus misericordiæ, vt opera eius, in præsenti qq; remunerari incipiãt. Quidã per famem intelligũt angelũ præpositũ fami. Ex quo sumit argumẽ- 4. Reg. 4 tum, ꝙ sicut angelus aliqs præsidet regioni, & aliqs angelus malus alicui culpæ, sic & aliqs angelus alicui pœnæ. Vnde in Apocalypsi habetur, ꝙ angelus ascendens ab ortu solis clamauit quatuor angelis, qbus datũ est nocere terræ & mari. Apocal. 7 Verũtamen pœnarũ inflictio aliquãdo exercetur per angelum bonũ, vt de Assyrijs constat, quorũ centũ octoginta quinq; milia angelus bonus 4. Reg. 19 occidit, & angeli qui erãt in domo Loth percusserũt populũ Sodomæ cęcitate. 1. Par. 32 Aliquãdo vero fit Esaiæ. 37 per angelũ malũ, sicut de excõmunicato scribit apostolus, tradere huiusmodi Satanæ in interitũ Genes. 19 carnis. ⌊Quæ surrexit, & fecit iuxta verbũ hominis dei. Et vadẽs cũ domo sua, peregrinata est in 1. Cor. 5 terrã Philistijm diebus multis. Cũq; finiti eẽnt anni septẽ, reuersa est mulier de terra Philistijm.⌋ Vnde patet ꝙ interim habitauit in regione Palestinorũ, in qua, prout in Genesi recitat: Abrahã Genes. 20 cũ Sara & Isaac cũ Rebecca tẽpore famis morati sunt. ⌊Et egressa est⌋ de vrbe Suna, in quã rediens Gene. 26 primo intrauit, qa de ea fuit, ⌊vt interpellaret⌋ .i. de iure suo alloqueret, ⌊regem⌋ Israel, s. Ioram, ⌊pro domo sua & pro agris suis⌋ Nã interim cõtribules ipsius aut alij inuaserãt & occupauerãt bona ipsius. ⌊Rex aũt loquebat cũ Gehazi puero viri dei, dicẽs: Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Helisæus.⌋ Occasione huius verbi aliqui opinãtur istud contigisse anteq̃ Gehazi leprã incurrit, cũ non sit probabile ꝙ rex loquebat cũ leproso. In scripturis quippe non semp seruatur ordo rei gestæ in narratione historiæ. Verũtamen istud incertum est, qa nec in lege fuit prohibitũ affari leprosum, nec Iorã iste fuit legẽ obseruãs. Ex speciali q̃q; causa reges & magnates quãdoq; loquũtur leprosis, sicut iã patuit de rege Syriæ & Naaman leproso, sicq; accidere po 4. Regũ. 5 tuit ꝙ rex Israel certitudinaliter cupiẽs edoceri de mirabilibus Helisæi, psonaliter alloqui voluerit Gehazi. Aliqui vero putãt, ꝙ Helisæus ex pietate interim Gehazi istũ curauerit, non obstãte, ꝙ dixerat leprã Naaman ei ppetuæ adhęsurã, qa quantũ ad ppetuitatẽ illã fuit hoc comminatio, & de rigore iustitiæ aut mysticus intellectus, vt dicũt, ⌊alia quæ fecit Helisæus. Cũq; ille narraret regi, Ibidem. quomodo mortuũ suscitasset, apparuit mulier, cuius viuificauerat filium, clamãs ad regem, pro domo sua, & pro agris suis. Dixitq; Gehazi. Dñe mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius, quẽ suscitauit Helisæus. Et interrogauit rex mulierẽ. Quæ narrauit ei vera esse. Deditq; ei⌋ .i. assignauit, ⌊rex eunuchũ vnũ dicens: restitue ei omnia quæ sua sunt, & vniuersos redditus agrorũ a die qua reliquit terram vsq; ad præsens,⌋ .i. omnia quæ ei debentur de iure, iube ei restitui authoritate mea, hoc fecit rex propter virtutes fœminæ huius, & ob reuerentiam mirabilium dei, & quoniam Helisæo hæc mulier erat tam chara ac familiaris. Sequitur aliud vaticinium Helisæi.

⌊Venit quoque Helisæus Damascum & Benhadad rex Syriæ ægrotabat,⌋ cuius ægritudinis causam
Iose. lib. 9 ant. ca. 4 Iosephus tangit, dicendo, quod audiens se ab obsidione Samariæ territum aufugisse cum tanto dãno D
nemine inuadente aut inuadere præparato, sed diuino miraculo præ tristitia & confusione, seu ira
& indignatiõe infirmitatẽ hanc incidit. ⌊Nũtiauerũtque ei dicẽtes: Venit vir dei huc, & ait rex ad
Hazael. Tolle tecum munera, & vade in occursum viri dei, & consule dñm per eũ, dicens: Si euade
re potero de infirmitate mea hac. Iuit igitur Hazael in occursum eius, habens secũ munera, & oĩa
Gene. 46 bona⌋ id est, quædam de oĩbus bonis ⌊Damasci onera quadraginta camelorum.⌋ Estque hyper-
4. Regũ. 5 bole quemadmodum Pharao iussit mãdari Iacob: oĩa bona Aegypti vestra erunt. Oblitus videtur
Benhadad, quod Helisæus nihil accipere voluit à Naaman curato. ⌊Cumque stetisset coram eo, ait fili-
us tuus Benhadad rex Syriæ⌋ Ecce quãtæ reputationis iam fuit Helisæus etiã apud Gentiles pro-
pter mirabilia sua, ⌊misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac. Dixitque ei He-
lisæus: Vade dic ei: Sanaberis.⌋ Videt Propheta in hoc commisisse Azaeli, vt mentiret regi, & ipsum
deciperet, quia subiungit. ⌊Porro⌋ pro sed ⌊ostendit mihi dñs, quia morte morietur,⌋ istud autem non
conuenit sancto viro & vati dei. Ad hoc diuersimode respondet, primo, quod Helisæus dixit hæc ver
ba per modũ propheticæ denũtiationis, vt sit sensus, dic ei. i. dices, quia agnouit quod Azael dicturus erat re
gi quod eẽt curãdus. Alij dicũt quod ironice fecit ei hoc dici regi idololatræ tanquam indigno diuina rñsiõe ex
zelo iustitiæ. Lyra vero tãgit quẽdã modũ, iuxta quẽ hic eẽt lr̃æ sensus, dic ei: Nõ sanaberis, sed hoc
nõ apparet, quia scd̃m hoc verba subiũcta iã tacta, vel porro, ostendit mihi dñs, quia morietur, nõ differ-
rẽt à verbo prius habito. s. dic ei, sanaberis. ⌊Stetitque cũ eo⌋ .i. Helisæus cũ Azaele, quẽ vt magister in
Det. Co. hist. lib. 4 Reg. ca. 18 historijs ait, traxit ad partẽ, & dixit ei, quæ sequunt secretò & volẽs loqui cũ Azaele vix poterat ab E
erũpentibus lachrymis cõtinere, ideo subdit, ⌊& cõturbatus ẽ vsque ad suffusionẽ⌋ .i. tristẽ ac lugu
brẽ apparatũ ⌊vultus⌋ nec se poterat diutius refrenare, sicut subiũgit. ⌊Fleuitque vir dei, cui Hazael
ait: Cur dñs meus flet? At ille dixit, quia scio quæ facturus sis filijs Isrl̃ mala⌋ idcirco ex cõpassiõe ppl̃i mei
ploro. ⌊Ciuitates eorum munitas igne succẽdes & iuuenes eorum interficies gladio⌋ quod fuit crudele,
⌊& paruulos eorum elides⌋ quod fuit crudelius ⌊& prægnãtes diuides⌋ quod crudelissimũ fuit. ⌊Dixitque
Hazael: Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciã rẽ istã magnã? Et ait Helisæus: Ostendit mihi dñs te
3. Regũ. 19 regẽ Syriæ fore⌋ .i. futurum eẽ post Benhadad ad puniẽdũ idololatras Isrl̃, vt supra lib. 3. legitur dñs præ-
dixisse Heliæ, & hoc ipsum insinuauit Helisæo. ⌊Qui cũ recessisset ab Helisæo venit ad dñm suum.
Qui⌋ s. Benhadad ⌊ait ei: Quid tibi dixit Helisæus. At ille rñdit, dixit mihi, recipies sanitatẽ⌋ In
hoc videt Hazael eẽ mẽtitus, quoniam Helisæus dixit. Dic ei, sanaberis, nec dixit, sanabitur, tñ vt fert in He
bræo habet, dic ei, viuẽs viues. ⌊Cũque venisset dies altera, tulit⌋ Hazael ⌊stragulũ⌋ .i. stratoriũ quod
supponit lecto aut sedi ⌊& infudit aqua⌋ .i. madefecit illud in aqua, ⌊& expãdit sup faciẽ eius⌋ vel
Iose. lib. 9 ant. ca. 4 ad refrigerãdũ faciẽ regis, qui æstuabat calore, siue vt Iosephus narrat ad suffocãdũ regẽ, quẽ asserit
strãgulatum ab Hazaele ad regnũ aspirãte, ⌊quo mortuo regnauit Hazael pro eo⌋ & forsan non ha
buit filiũ saltẽ aptũ ad regnũ. Deinde narrat prosecutio regni Iudæ. ⌊Anno quinto Iorã filij Achab
regis Isrl̃ regnauit Iorã filius Iosaphat regis Iuda. Trigintaduorum annorum erat cũ regnare cœpisset
& octo annis regnauit in Hierl̃m⌋ patre suo defuncto. ⌊Ambulauitque in vijs⌋ .i. vitijs & idolola-
trijs ⌊regũ Isrl̃, sicut ambulauerat domus Achab, filia enim Achab⌋ vel Athalia erat vxor eius⌋ quæ
patris sui idololatrias sequẽs, ad eas quoque suũ traxit maritũ. ⌊Noluit autem dñs disperdere Iudã propter Da
uid seruũ suũ, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernã, & filijs eius cũctis diebus. In diebus eius recessit Edom
ne eẽt sub Iuda⌋ .i. ppl̃s Idumæorum recessit à dominio huius Iorã, & noluit ei solitũ tributũ persolue-
re, videns eum esse hoiem difortunatũ, & patre suo impotentiorẽ ⌊& constituit sibi regẽ⌋ Nam re- F
Iose. lib. 9 gem propriũ qui soluebat tributa regibus Iuda populus ille Edom occidit, vt Iosephus contestatur.
ant. ca. 5 ⌊Venitque Iorã in Zaira⌋ .i. ad locũ aut oppidũ sic vocatũ, ⌊oĩsque exercitus cũ eo. Et surrexit no
cte, percussitque Idumæos qui eũ circũdederãt & principes curruũ⌋ bellicorum, ⌊populus autem⌋ Edom, qui
euadere potuit, ⌊fugit in tabernacula sua. Recessit ergo⌋ per cordis auersionẽ pactique violationẽ &
Gene. 27 rebellionẽ ⌊Edom ne eẽt sub Iuda vsque in diẽ hãc⌋ tũcque impletũ est, quod Isaac dixit ad Esau: tẽps
veniet vt excutias & soluas iugũ eius de ceruicibus tuis. ⌊tũc recessit & Lobna in tẽpe illo⌋ erat illa vrbs
ad regnũ Iudæ ptinẽs, & tñ propter scelera Iorã fuit ei rebellis & aduersarijs eius se cõfœderauit. ⌊Reliq
autem sermonũ Iorã & vniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro verborum, dierum, regnũ Iuda? Et
dormiuit Iorã cũ patribus suis, sepultusque est cũ eis in ciuitate David.⌋ Veruntñ nõ in sepulchro regũ
2. Para. 21 vt secundo Paralipomenon habet, sed priuatũ sepulchrũ, sine regalibus exequijs ei exhibuerũt, vt
Iose lib. 9 ant. ca. 5 Iosephus adijcit, & hoc propter scelera eius, quæ præallegato Paralipomenon libro describunt. ⌊& re
2. Para. 22 gnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo Iorã, filij Achab regis Israel, regnauit Ocho-
zias filius Iorã regis Iudæ. Vigintiduorum annorum erat Ochozias cũ regnare cœpisset, & vno anno
regnauit in Hierl̃m,⌋ Hic etiã dictus est Azarias & Ahazias, sicque videt fuisse trinomius. ⌊Nomẽ
matris eius Athalia filia Amri regis Israel.⌋ Iam dictũ est sæpe, quod vxor Iorã fuit filia Achab, cuius
pater fuit Amri. Quomodo ergo vocat filia Amri? Respondetur quod aui quoque vocant patres nepotũ
suorum ac neptium. Aliqui tamen dicunt, quod fuit immediata filia Amri, & soror Achab, sed filia
eius asseritur, quoniam modo Amri defuncto ipse Achab eam nutriuit vt filiam.

⌊Et am-

A ⌊Et ambulauit in vijs domus⌋.i. posterorum ipsius ⌊Achab, & fecit malũ corã dño sicut domus Achab, gener enim⌋.i. filius⌊ domus Achab fuit. Abijt quoq; cũ Iorã filio Achab ad præliãdũ cõtra Hazael regem Syriæ, in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram. Qui reuersus est vt curaretur in Iezrael: quia vulnerauerũt eũ Syri, in Rama, præliãtem contra Hazael regem Syriæ. Porro Ochozias filius Iorã rex Iuda, descẽdit inuisere Iorã, filiũ Achab in Iezrael: quia ægrotabat ibi.⌋ Hic textus difficultates non habet.

¶EXPOSITIO CAPITVLI IX. Helisæus autẽ prophetes vocauit vnum de filijs prophetarum.

¶Articulus duodecimus.

Elisæus autem prophetes vocauit vnum de filijs prophetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos⌋ vt expeditius eas, ⌊& tolle lenticulã olei hanc⌋ id est, vas istud continens oleum sume, ⌊in manu tua⌋ & forsan erat quasi parua amphora seu ampulla, ⌊& vade in Ramoth,⌋ vrbem terræ, ⌊Galaad. Cumq; veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filij Namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum⌋ hoc est, ipsum Iehu vocabis ad te præ cæteris cognatis & collegis atq; principibus exercitus Israel, inter quos eũ inuenies, ⌊& introduces,⌋ eum, ⌊in interius cubiculum⌋ id est, cameram secretiorem, ⌊tenẽsq; lenticulam olei, fundes super caput eius, & dices: Hæc dicit dominus. Vnxi te regem super Israel. Aperiesq; ostium & fugies, & non ibi subsistes.⌋ Voluit enim Heli-
B sæus ipsum Iehu clam vngi, nec eius vnctionem ab exercitu sciri, quousq; iuuenis ille qui vnxit, abisset, ne quis posset de fautoribus Ioram regis in iuuenem illum insurgere, ne Ioram perciperet ista, & item ne iuuenis videretur aliquid proprij quærere emolumẽti. ⌊Abijt ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth Galaad, & ingressus est illuc. Ecce autem principes exercitus sedebãt. Et ait, verbum mihi ad te, ò princeps. Dixitq; Iehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te ò princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum. At ille fudit oleum super caput eius. Et ait: Hæc dicit dominus deus Israel. Vnxi te regem super populum domini Israel. Et percuties domũ Achab domini tui. Et vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruorum domini de manu Iezabel, perdamq; omnem domum Achab, & interficiã de domo Achab mingẽtem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. Et dabo domum Achab sicut domum Hieroboam, filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrael, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitq; ostiũ, & fugit. Iehu autem ingressus est ad seruos domini sui⌋ Ioram.i. ad cæteros principes. ⌊Qui dixerunt: Recte ne sunt omnia quid venit insanus iste ad te.⌋ Ecce quod homines illi carnales idololatræ ambitiosi, iuuenem illum deuotum discipulum Helisæi, temporalia aspernantem reputabãt insanũ. Carnalis etenim homo non sapit ea quæ sunt spiritus, sed stultitia est illi. Vnde in fine dicturi sunt impij: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Vel dicebãt illum insanum, quia aufugit celerrime. ⌊Qui ait eis: Nostis hominem⌋, id est, ex habitu eius potestis perpendere quod sit de filijs prophetarum, qui religioso, humiliq; vtebãtur vestitu, ⌊& quid loquutus sit⌋ vtpote aliquid de verbis & negotijs prophetarum. ⌊At illi responderunt, falsum est⌋ quod certitudinaliter & determinate sciamus quid
C dixerit, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc loquutus est mihi. Et ait: Hæc dicit dominus. Vnxi te regem super Israel. Festinauerunt itaq;, & vnusquisq; tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerũt tuba, atq; dixerũt. Regnabit Iehu. Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi, contra Ioram⌋.i. ipse & alij principes condixerant cum iuramento delere posteritatem Achab. ⌊Dixitq; Iehu, si placet vobis. Porro Iorã obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel contra Hazael, regem Syriæ, & reuersus fuerat, vt curaretur Iezrael propter vulnera: quia percusserãt eum Syri præliãtem contra Hazael regem Syriæ. Dixitq; Iehu: Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat & nũtiet⌋ regi, ⌊in Iezrael⌋ vnctionem meã in regem pro eo. ⌊Et ascendit Iehu⌋ cũ suo exercitu, ⌊& profectus est in Iezrael⌋.i. viã illuc ducentem cœpit incedere, ⌊speculator quod stabat super turrim Iezrael⌋ ad speculãdum an aliqui venirent illuc, quatenus rex se obseruaret. ⌊Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitãdum Ioram. Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrael, vidit globũ Iehu veniẽtis⌋.i. exercitũ Iehu instar globi coadunatũ & solidũ. ⌊Et ait: Video ego globũ. Dixitq; Iorã. Tolle currũ, & mitte in occursum eorum, & dicat vadẽs. Recte ne sunt omnia? Abijt ergo qui ascẽderat currũ, in occursum eius, & ait: Hæc dicit rex, Pacata ne sunt omnia? Dixitq; Iehu⌋ nuntio Ioram regis venienti ad se in curru.

⌊Quid tibi & paci,⌋.i. pax tibi non debetur cum sis fautor eius qui turbator est communitatis & iam ex dei præcepto est occidendus, ⌊trãsi & sequere me⌋.i. vade post tergũ meũ, nec præsumas ante me ad dominũ tuum reuerti. ⌊Nũtiauit quoq; speculator dicens: Venit nuntius ad eos,

1. Cor. 2
Sapie. 5

& non

& non reuertitur⌋ solus & ante alios ad denūtiandū tibi, qualiter stet inter exercitū tuū & Syros, D
quēadmodum ei commissum est. ⌊Misit etiā currum equorū scd'm. Venitq; ad eos, & ait: Hæc di
cit rex: Nunquid pax est? Et ait Iehu: Quid tibi & paci? Transi, & sequere me. Nuntiauit aūt spe-
culator, dicens: Venit vsq; ad eos, & non reuertit. Est aūt incessus quasi incessus Iehu, filij Nansi,
Præceps eñ gradit.⌋ Hoc dixit, vel de psona Iehu, quē speculator quasi principalē inter alios cō
siderauit, & iuit præceps. i. cum impetu, atq; velociter, vel de toto exercitu, q instar ipsius Iehu,
cum festinātia veniebat. ⌊Et ait Ioram⌋ rex Israel. ⌊Iungite currum⌋. i. currū meum disponite,
& equis applicate, vt in curru illis occurrā, sicq; rex Iuda suū currū parari pcepit. ⌊Iunxeruntq; currū
eius: Et egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda singuli in curribus suis⌋. i. vnusquisq;
eorū in curru suo. ⌊Egressiq; sunt in occursum Iehu, & inuenerūt eū in agro Naboth Iezraelitæ.
Cumq; vidisset Iorā Iehu, dixit: Pax est Iehu?⌋ i. sunt ne inimici nostri deuicti, qa redis ab obsi-
dione. ⌊At ille rñdit: Quæ pax?⌋ ac si dicat, nulla pace es dignus, nec pace tpis, nec pace pectoris,
nec pace æternitatis. ⌊Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ⌋. i. idololatriæ eius quæ sunt spi-
ritales fornicationes, & maxime auersiones mētis à deo ⌊& veneficia⌋. i. maleficia ⌊eius insiciē-
tia ⌊multa vigent⌋ qbus aut consentis, aut non debito modo resistis, ideo pax vera esse non pōt,
sub tali regimine. ⌊Conuertit aūt Iorā manum suā⌋ quā forsan extēdit ad Iehu ad contingēdum
manum ipsius, vel signū insidiarū ostendēdo suis, cum manus eleuatione, ⌊& fugiēs ait ad Ocho-
ziā: Insidiæ Ochozia. Porro Iehu tetēdit arcū suū, & pcussit⌋ sagitta ⌊Ioram inter scapulas⌋. s. à
parte dorsi, qa erat in fuga, ⌊& egressa est sagitta p cor eius⌋ sumēdo cor, p membro corporali qd
in animalibus est primum viuēs, & vltimum moriēs, ⌊statimq; corruit in curru suo. Dixitq; Iehu
ad Badacher ducē. Tolle proijce eū in agro Naboth Iezraelitæ. Memini eñ qñ ego & tu sedētes E
in curru sequebamur Achab patrē huius, qd dñs leuauerit onus hoc sup eum⌋. i. p Heliam pdixit
hanc pœnam infligēdam ipsi Achab, hoc est ei in filio suo, qa filius est aliquid sui patris. Congru
enter aūt seruat Iehu metaphoram, dicēdo: Leuauerit onus hoc, qm sicut pœnā ob eius grauitatē
noīat onus, sic pœnæ inflictionem vocat leuationē ⌊dicēs: Si nō pro sanguine Naboth, & pro san
3. Regū. 21 guine filiorū eius, quē vidi heri, ait dñs, reddā tibi in agro isto, dicit dñs⌋. i. vtiq; in vltionē effusio
nis ipsius Naboth filiorumq; eius occisorū de præcepto Iezabel, & consensu ipsius Achab puniā
te in agro ipsius Naboth, quē vidi heri. i. approbaui præterito tēpore quādo vixit, qa complacuit
mihi. Hinc elicit, q & filij Naboth fuerunt secū, aut cito post eū occisi. ⌊Nunc ergo tolle & proij
ce eum in agro iuxta verbum dñi. Ochozias aūt rex Iuda, videns hoc, fugit p viam domus horti⌋
id est, p viam quandā occultam domus hortum habētis notabilem, ⌊psecutusq; est eum Iehu, &
ait, etiam hunc percutite in curru suo⌋ cum sit de semine Achab ex parte matris, ⌊Et pcusserunt
eum in ascensu Gaber⌋ id est, loci sic dicti, ⌊qui est iuxta Iebleam. Qui fugit in Mageddo, & mor
tuus est ibi⌋ Primo autem ipse Ochozias fuit in Iezrael, & metuens ibi inueniri à Iehu, fugit in Sa
mariam, ac ibi inuentus, ductus est ad Iehu in ascensu Gaber, & letaliter vulneratus est ibi, ac inde
2 Para. 22 deuenit in Mageddo vrbem, ibiq; obijt, prout in expositiōe libri secundi Paralipomenon dictū
est plenius. ⌊Et imposuerunt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Hierusalem, sepe-
4. Regū 8 lieruntq; eum in sepulchro, cum patribus, in ciuitate Dauid. Et in anno vndecimo Iorā filij Achab
regis Israel regnauit Ochozias super Iudam.⌋ Quomodo verum sit istud, cum scriptum sit præ-
2. Para. 21 cedenti capitulo, anno duodecimo Ioram filij Achab regnauit Ochozias? Respondetur quod ipo
Ioram rege Iuda grauissime ægrotante, prout secundo Paralipomenon habetur, cœpit Ochozias F
iste filius eius secum regnare, quod fuit vndecimo anno regni Ioram filij Achab, & ita loquitur
istud capl'm, præcedens vero capitulū loquit de tempore, quo cœpit regnare (patre suo defun-
cto) quod fuit duodecimo anno regni Ioram filij Achab. ⌊Venitq; Iehu in Iezrael. Porro Ieza-
bel introitu eius⌋. s. ipsius Iehu in Iezrael ⌊audito, dipinxit oculos suos stibio,⌋ i. tali vnguento,
seu serusa qua meretrices pro oculorum vtuntur ornatu, ⌊& ornauit caput suum⌋ id est, vultum
suum compsit ac decorauit, ac caput suis ornamentis fulciuit. Nam & stibio facies fit rubea. Vn
Hieremi. 4 de & in Hieremia habetur: Cum vestieris te coccino, & ornata fueris monili aureo, & pinxeris
Iob. 42 stibio oculos tuos, frustra componetis. Hinc vna filiarum beati Iob ob suam ingenitam pulchritu
dinē Cornustibij est vocata, sicaūt ornauit se Iezabel iā satis antiqua, vt intuentibus pulchrior ap
pareret, ob aliam quoq; causam mox inducendam, ⌊& respexit per fenestram, ingredientem Ie-
Iose lib. 9 an. iu. ca. 9 hu per portam⌋ Nempe vt Iosephus ait, ipsa stetit tunc supra turrim iuxta portam, ⌊& ait: Nun
3. Regū. 16 quid pax potest esse Zamri, qui interfecit dominum suum.⌋ Supra libro tertio legitur, qualiter
Zamri interfecit Hela filiū Baasa, regem Israel, q Zāri regnauit septem diebus, & videns se capi-
endum ab Amri qui post eum regnauit, succendit se cum palacio. Est itaq; sensus, tu Iehu, qui per
nequitiam, rebellionem & proprij dñi occisionem, factus es similis Zamri tyranno, nō poteris pa-
cem habere, nec regnare, aut prosperari, sicut nec ille, sic expositores catholici exponunt hunc
passum. ¶ Circa quod scribit Lyra, hæc expositio non concordat lr̄æ præcedenti, quoniam Ie
zabel, vt inueniret grām apud Iehu, ornauit se, ideo nō est verisile, q dixerit ei verbū pūgitiuū, id-
circo Hebræi exponūt sic: Nunqd pax est, & ibi fit pūctus, & est sensus, rogo vt habeas pacē secū,
& sequit,

A & sequitur, Amri interfecit dominũ suum, quasi diceret. Istud non est nouũ, ꝙ tu interfecisti Iorã dominũ tuũ, quia Amri similiter fecit, & tamen regnauit in pace, & post eũ filius eius Achab, quasi diceret: sic poterit esse tibi. Sed contra hæc loqtur Rabbi Paulus: Amri nõ interfecit dñm suũ, qa ipse Zamri nõ fuit dñs eius, qm̃ proditorie vsurpauit sibi regnũ. Vnde expositio Hedræorũ hoc loco nõ valet. Primo, qa fundat sup falsam literam, qm̃ Iezabel nõ dixit Amri interfecit, &c. sed Zamri, ideo expositio doctorũ nostrorũ puta catholicorũ tenẽda est. Nec discordat à litera præcedẽti. Nã Iezabel caput suũ ornauit, nõ vt appareret gratiosior ipsi Iehu, sed in eius cõtẽptũ, & ex quadã desperatiõe atq; supbia. Vidẽs em̃ ꝙ nõ eẽt locus pacificãdi, voluit ipm Iehu cõtẽnere & vituperare in facie, induẽdo se honorabili habitu & prænosticãdo ei ꝙ taliter sibi cõtingeret, quemadmodũ contigit ipsi Zamri. Nec est mirãdũ de audacia Iezabel, qa secũdũ Vegetiũ libro de re militari, cũ nihil spei superest, arma sumit formido, qa sæpe contingit desperatis, vt prorũpãt in verba ignominiosa cõtra affligentes, licet nõ possint euadere manus ipsorũ, præsertim dũ tales superbi sunt vt Iezabel. His verbis Rabbi Pauli consentiẽdũ videtur, nã & cõsonãt Iosepho, qui sic refert, Iezabel dixit bonus seruus qui occidit dñm suũ, quasi dicat, non bonus est sed pessimus. Hinc magister in historijs, quasi in omnibus Iosephũ sequẽs, exponit, sic sicut Zamri non habuit pacem, ita nec tu habebis. Idcirco nec verũ est, ꝙ oẽs Hebræi punctuent & exponãt, vt recitat Lyra. Insuper puto, ꝙ Iezabel ita ornauit se nõ quasi blãdiendo regi Iehu, sed vt incuteret ei quendã reuerentialem timorem, vt. s. ipse Iehu videns eã in tãto decore & apparatu expauesceret

R. Paulus

Vegetius

Iosep. an.lu.ca. 8 [illegible]

Pet. Co. hist. lib. 4 Re. ca. 14

B manum in eam extendere, quemadmodũ in gestis legitur Romanorũ, quia dũ Longobardi quadam vice obtinuissent, intrassetq; Romã ac passim Romanos occiderent, ipsi senatores se omni suo decore & gloria vestierũt, seditq; vnusquisq; eorũ in sede sua in propria domo, ad quos longobardi ingressi reuerebãtur eos, nec audebãt occidere, imo adorabãt eos vt deos, attamẽ cũ vnus longobardorũ manu sua attractaret barbã vnius senatoris, ille non ferens hoc, baculo suo impegit in illũ, quo facto indignati longobardi primũ interemerũt illũ, deinde per ordinẽ alios. ⌊Leuauitq; Iehu faciem suã ad fenestrã, & ait: Quæ est ista.⌋ secũdum Lyrã in Hebræo habet. Quis mecũ quis, hoc est, quis est de parte mea. ⌊& inclinauerũt se ad eum duo vel tres eunuchi,⌋ facto ostendentes, ꝙ vellent ei obedire. Veruntamen huic dicto non videtur concordare narratio Iosephi, sic narrãtis, Iehu ad eam respiciens, interrogauit quæ esset, & forsan sermo Hebræus vtrũq; designat. ⌊& dixerunt: Hæc est illa Iezabel. At ille dixit eis: Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerũt eam⌋ iuxta imperium Iehu, quia incitauerat virum suum ac filios ad diuersa idololatriæ crimina & interfecit prophetas. ⌊aspersusq; est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. Cumq; introgressus esset vt comederet, biberetq;, ait: Ite, & videte maledictã illam & sepelite eã: quia filia regis est. Cũq; issent vt sepelirent eã⌋ secundũ præceptum Iehu, eo ꝙ fuerit filia regis, vtpote regis Sydoniorũ, vt patuit tertio libro, ⌊non inuenerunt nisi Caluariã,⌋ i. supremum os capitis eius, ⌊& pedes & summas manus⌋ i. manũ summitates, vt Iosephus tangit. ⌊Reuersiq; nuntiauerũt ei. Et ait Iehu: Sermo dñi est,⌋ i. impletio verbi dei per Heliam prolati, ideo subditur, ⌊quem⌋ sermonem, ⌊loquutus est per seruum suum Heliã dicens: in agro Iezrael

Iose. lib. 9 an. iu. ca. 6

3. Reg. 18

3. Reg. 16

Iose lib. 9 an. iu. ca. 6

3. Reg. 21

C comedent canes carnes Iezabel⌋ Vnde elicitur, ꝙ canes ora sua de carnibus Iezabel adimplẽtes, fugerũt & comederunt eas in agro Iezrael ciuitatis. ⌊Et erũt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrael, ita vt prætereuntes dicant,⌋ præ admiratione & aspernatione ipsius, ⌊hæccine est illa Iezabel⌋ i. est ne misera ista sic à canibus deuorata Iezabel illa olim tam pompatica & ornata. Porro, vt Iosephus scribit, Iehu his auditis, valde obstupuit prophetiam Heliæ i. tam miram & euidentem, atq; inopinatam impletionem ipsius.

Iose. lib. 9 an. iu. ca. 6

¶DECLARATIO CAPITVLI X. Erãt autem Achab septuaginta filij in Samaria: Art. XIII.

HIc refert qualiter reliqui de semine & familia atq; obsequio regis Achab occisi sint. ⌊Erãt aũt⌋ ipsi ⌊Achab septuaginta filij in Samaria⌋ i. in vrbe illa habuit tot filios habitãtes, quo constat ꝙ multas habebat vxores aut concubinas. Aliqui tamen dicunt, ꝙ vocantur filij eius, qa erant nepotes ipsius. i. filij Ioram filij sui, & forsan aliqui erant filij sui immediati, aliqui mediati. Deniq; & in libro Iudicũ legitur Gedeon septuaginta filios habuisse, eo quòd plures habuerit coniuges. ⌊Scripsit ergo Iehu literas, & misit in Samariam ad optimates ciuitatis⌋ hoc est, honorabiliores, ⌊& ad maiores natu⌋ ciuitatis Samariæ, ⌊& ad nutritios Achab⌋ secundum Iosephum, misit literas duas, vtpote vnam post aliam, sicut & in isto habetur capitulo, dicens: Statim vt acceperitis literas has: qui habetis filios dñi vestri, & currus, & eqs, & ciuitates firmas & arma, eligite meliorẽ, & eum qui vobis placuerit de filijs domini vestri,⌋ scilicet Achab aut filij eius Iorã, ⌊& eum ponite super solum patris sui,⌋

Iudic. 8

Iose. lib. 9 an. iu. ca. 6

i. con-

id est constituite eum regẽ. Hęc scripsit, volens (vt Iosephus ait) mentes Samaritanorum cognoscere D
Idem ⌊& pugnate pro domo domini vr̃i⌋ .i. ꝓ defensione filiorum & domesticorum ipsius Achab seu Iorã
non intendebat Iehu illos hortari, vt facerent hæc, sed potius voluit eos sua audacia petterrere ac
significare, quid eis restaret agendum, nisi sibi obtemperarẽt. Hinc subditur: ⌊Timuerunt illi ve-
hementer, & dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare corã eo, & quomodo nos valebimus
resistere? Miserunt ergo præpositus domus, & præfectus ciuitatis, & maiores natu, & nutritij ad
Iehu, dicentes: Serui tui sumus: quæcunque iusseris, faciemus: nec constituemus nobis regem. Quę-
cunque tibi placẽt, fac. Rescripsit autẽ eis literas, secundo, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tolli-
te capita filiorum dñi vestri, & venite ad me, hac eadẽ hora cras, in Iezrael. Porro filij regis septua
ginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur.⌋ Ex hoc apparet quòd iam erant virilis ætatis
& filij Achab immediati, nisi forsan rõne sexus viri dicantur, vel quoniam qdam eorum erant æta
Idem tis virilis, siquidem Iosephus vocat eos infantes. ⌊Cumque venissent lr̃æ ad eos, tulerunt filios regis
& occiderunt septuaginta viros⌋ eos decollando, ⌊& posuerunt capita eorum in cophinis, ⌊&
miserunt ad eum in Iezrael. Venit autẽ nuntius ad eum, & indicauit ei, dicens: Attulerunt capita fi-
liorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsque mane⌋ .i. ex
vtraque parte facite ex capitibus illis cumulum. ⌊Cumque diluxisset, egressus est, & stans, & dixit ad
omnem populum: Iusti estis,⌋ inquantũ interfectione horum præbetis consensum & mihi fauetis.
⌊Si ego coniuraui contra dominum meum,⌋ Iorã regem, & interfeci eum, quis percussit omnes
4 Regum hos⌋ hoc est, si ego tyrannice & iniuste regẽ occidi quis istos eius filios interfecit, ac si dicat, ex eo
ipso qd optimates Samarię ocideṙt filios regis ac dñi sui timore mei, constat, quod ego non nisi diuinã E
virtute, authoritate, & commissiõe occidi dñm meum, ideo Samaritani non audebãt resistere mi
hi, quoniam deus corda eorum pterruit intuitu mei. Itaque Iehu non negauit, se coniurasse contra
Ibidem dominum suum, occidisseque illum, cum hæc præcedenti caplo, de eo legantur, sed negauit se hoc
iniuste aut vsurpatorie peregisse, ideo subditur. ⌊Videte ergo nunc quoniam non cecidit de ser-
monibus dñi in terram, quos locutus est dñs super domum Achab. & dñs fecit quod locutus est in
3. Regũ. 21 manu serui sui Heliæ,⌋ omnia quæ de eradicatione Achab, & domus suæ per Heliam prædixit,
impleuit effectu, ⌊percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab, in Iezrael, & vni
uersos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remanerẽt ex eo reliquiæ⌋ quod hic di-
citur de sacerdotibus, quidam dicunt hic per anticipationem narrari, qa postea sacerdotes Baal oc
cidit, potest tamen simpliciter intelligi de sacerdotibus aureorum vitulorum ministris Achab alio-
3. Regũ. 16 rumque idolorum quæ Achab rex coluit, qui vt tertio libro præhabitum est, tam abominabilis fuit, quod
etiam Chananæorum coluit deos. ⌊Et surrexit & venit in Samariam. Cumque venisset ad came-
ram pastorum in via,⌋ Ad quam (vt fertur) pastores consueuerunt concurrere ad vescendum,
& quiescendum prope iter quod forsan de pastoribus regis aut magnatum, sic fuit. ⌊Inuenit fra-
tres Ochoziæ regis Iuda⌋ Secundo Paralipomenon habetur, quod inuenit principes Iuda & fili
2 Para. 22 os fratrum Ochoziæ, quo constat, quòd isti vocantur hic fratres Ochoziæ, quia nepotes & con-
sanguinei eius erant, ⌊dixit ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt.⌋ Iehu regi. ⌊Fratres
Ochoziæ regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ⌋ Ignorabant enĩ
ipsum Ochoziam iam esse à Iehu occisum. ⌊Qui ait: Comprehẽdite eos viuos. Quos cum cõpre
hendissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram, quadragintaduos viros, & non reli
quit ex eis quẽquam⌋ quoniã erant ex parte matris de semine Achab, sicut & Ochozias. Cumque F
transisset inde, inuenit⌋ Iehu rex ⌊ipsum Iehonadab filium Rechab in occursum sibi. Et benedi-
xit ei⌋ hoc est, bona ei imprecabatur. ⌊Et ait Iehu ad eum: Nunquid est cor tuum rectum cũ cor
Iose. lib. 9 de meo, sicut cor meum cum corde tuo?⌋ Iehonadab iste vt Iosephus narrat, fuit vir bonus ac iu
ant. iu ca. 6 stus, & olim ipsius Iehu amicus, laudauitque ipsum Iehu, quod iuxta dei volũtatem domum Achab
Hiere. 35 exterminasset. ¶De Iehonadab isto & posteris eius, habet in Hieremia, vbi Rechabitæ nati ex semi
ne Iehonadab, dicunt: Iehonadab filius Rechab, pater noster præcepit nobis, dicens: Non bibetis
vinum vos & filij vestri vsque in sempiternum, & domum non ædificabitis, & sementem non sere-
tis, sed in tabernaculis habitabitis. ¶Vnde innotescit, quod erant viri valde religiosi, terrenorum
omniũ cõtẽptores, atque vt expositores fatentur, erant ex semine Iethro cognati Mosi, qui Iethro
ad legem Mosi fuit conuersus. ⌊Et ait Iehonadab. Est. Si est (inquit) da mihi manum tuam. Qui
Exo. 18 dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum, dixitque ad eum:⌋ hoc est, Iehonadab.
⌊Veni mecum & vide zelum meum pro domino,⌋ id est, qualiter zelo diuini amoris idololatras
Iose. lib. 9 Baal necabo, cultumque Baal exterminabo ex Israel, & vt Iosephus loquitur, optima nimis ac gra-
ant. iu ca. 6 tissima erat inspectio ista viro bono ac iusto ⌊Et impositum currui suo, duxit in Samariam. Et ꝑ-
cussit omnes qui reliqui fuerant de Achab, in Samaria, vsque ad vnum, iuxta verbum domini,
quod loquutus est per Heliam. Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos:⌋
in dolo, ⌊Achab coluit⌋ ipsum ⌊Baal parum⌋ respectu cultus, quem ego ei impendam. ⌊Ego au
tem colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal & vniuersos seruos eius, & cunctos
sacerdotes ipsius, vocate ad me. Nullus sit qui non veniat. Sacrificium enĩ grande est mihi Baal.

Quicunque

A Quicunq; defuerit, non viuet. Porro Iehu faciebat hoc insidiose, vt disperderet cultores Baal. Et
dixit: Sanctificate ⌋.i. sacrificijs deputate ⌊ solennem diem Baal. Vocauitq; & misit in vniuersos
terminos Israel, & venerunt cuncti serui Baal. Non fuit residuus ne vnus quidem, qui non veni-
ret. Et ingressi sunt templũ Baal. Et repleta est domus ⌋.i. templũ ⌊ Baal à summo vsq; ad sum-
mum ⌋.i. ab vna extremitate eius vsq; ad aliã. Refert Iosephus, ꝙ Baal fuit deus Tyrioꝝ. Achab Ibidē.
ergo volens placere socero suo Iobal tunc regi Tyriorum atq; Sydonis, templum fecit Baal in Sa
maria & sacerdotes ei instituit, ipsosq; omni religionis cultura venerabat. ⌊ Dixitq; ⌋ Iehu ⌊ his
qui erant super vestes ⌋.i. sacraꝝ vestium superstitionis illius custodibus seu matricularijs, ⌊ pro-
ferte vestimenta vniuersis seruis Baal, ⌋ quibus in sacris Baal vti solebant, vt sic discernerent à cæ
teris. Tamen secundũ Iosephum, Iehu pcepit pontifici cultus Baal, vt daret omnibus vestes. Vn- Ibidē.
de elicitur, ꝙ iussit hoc tam supremo inter illos ꝗ inferioribus custodibus huiusmodi vestiũ. ⌊ Et
protulerunt eis vestes. Ingressusq; Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus
Baal: Perquirite & videte, ne quis forte vobiscum sit de seruis domini, sed vt sint serui Baal soli.
Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta. Iehu autem pparauerat sibi foris octogin
ta viros, & dixerat eis: Quicunq; fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus vestras
anima eius erit pro anima illius. Factum est autem cum completum esset holocaustum, pcepit Ie
hu militibus & ducibus suis: Ingredimini & percutite eos, nullus euadat. Percusseruntq; eos, ⌋ vi
delicet seruos Baal serui Iehu ⌊ in ore gladij, & proiecerunt milites & duces. Et ierunt in ciuita-
tem templi Baal, & protulerunt statuam de phano Baal, & combusserunt & comminuerũt eam.
Destruxerunt quoq; ædem ⌋.i. templum Baal, ⌊ & fecerunt pro ea latrinas ⌋ in loco phani ⌊ illi-
B us in contemptũ ⌋ Baal.i. subterraneos cuniculos ad mundandas vrbis vias, ⌊ vsq; in diem hanc.
Deleuit itaq; Iehu Baal de Israel. Veruntamen à peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fe-
cit Israel, non recessit ⌋ Iehu, ⌊ nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel & in Dan, ⌋ ideo
Iosephus dicit eum impium fuisse in deũ, enormiterq; peccasse, ꝙ permisit Israelitas adorare vi-
tulos illos. ⌊ Dixit autem dñs ad Iehu, ⌋ per aliquem prophetaꝝ, & forsan per eum à quo fuit vn Ibidē.
ctus in regem. ⌊ Quia studiose egisti, quod rectũ erat, & placebat in oculis meis, & omnia ꝗ erant
in corde meo fecisti contra domũ Achab, filij tui, vsq; ad quartam generationem ⌋ inclusiue ⌊ se- 4.Reg.9
debunt sup thronum Israel ⌋.i. reges decem tribuum erunt. Deus etenim nullum bonũ deserit ir
remuneratũ, Iehu autem cũcta quæ fecit, extra charitatem existens, videlicet vitulorum cultor
aureorum, ideo non æternam, sed temporalem est fortitus mercedem. ⌊ Porro Iehu non custo-
diuit, vt ambularet in lege domini dei Israel, in toto corde suo. Non enim recessit à peccatis Hie
roboam, qui peccare fecerat Israel. In diebus illis cœpit dominus tædere ⌋.i. per modum nause-
antis & abominantis se habere ⌊ super Israel ⌋.i. circa decem tribus propter diuturna, multa &
maxima eoꝝ facinora, & quia nequaꝗ à tam diuturno vituloꝝ cultu cessabant. Iuxta hunc mo-
dum scriptũ est & in Hieremia: Non poterat vos dominus vltra portare propter malitiam stu- Hier.44
dioꝝ vestroꝝ. In Esaia quoq;: Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus vestris. ⌊ Percussitq; eos Esa.43
Hazael, in vniuersis finibus Israel, à Iordane contra orientalem plagã, omnem terram Galaad,
& Gad, & Ruben, & Manasse, ab Aroer, quæ sup torrentem Arnon, & Galaad, & Basan, ⌋ quia
diuino erant auxilio destituti, nec poterat Iehu resistere Hazaeli, quia ingratus fuit deo vitulos
adorando. ⌊ Reliqua autem verboꝝ Iehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scri
C pta sunt in libro verboꝝ dieꝝ regum Israel? Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelieruntq;
eum in Samaria, & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autẽ quos regnauit Iehu sup Israel, vi
ginti & octo anni sunt in Samaria. ⌋ ¶ Posset hic quæri, an Iehu peccauit sic mentiendo & dolose
ac insidiose agendo? Et videt quod non, quia scriptura de his eum commendat. Ad quod po-
test quis dicere, quod laudatur de verbis & factis suis ex radice qua operabatur, quia ex zelo dei
& propter finem intentionum, quia vt eradicaret cultores Baal, & tamen in verbis & factis
eius poterant venialia peccata esse admixta, tamen simulatio eius & alia quæ videntur in factis
eius culpabilia fuisse, vt quod miseros illos sic animauit & inflammauit ad cultum Baal solennem
excusatur siue in toto siue in tanto, quoniam aliter non valebat intentum perficere. Deniq; pa-
tet ex dictis qualiter deus per vnum reprobum punit peccata alterius reprobi, & interdum is per
quem alium punit est minus iniquus quàm ille, quandoq; est peior eo secundũ imperscrutabilem Psalm.35
abyssum iudicioꝝ altissimi. Postremo per Iehu possunt intelligi hi qui zelũ dei habent, non tamẽ
debita discretione, qui alios corrigunt, & tamen ipsi in aliquibus vitijs pseuerant & subditos suos
ab aliquibus culpis emundant, corripiunt & castigant & nihilominus in aliquibus vitijs deserunt
eos, & quosdam sic corrigunt, ꝙ quosdam in suis permittunt peccatis tabescere ac perire, imò & Iaco.2
ipsi simul pereunt cum eisdem non pensantes illud Iacobi: Quicunq; totam legem impleuerit, of
fendit autem in vno, factus est omnium reus.

¶ EXPLANATIO CAP. XI. Athalia vero mater Ochoziæ. Arti. XIIII.

D

DE Athalia ambitiosissima regni imperatrice & de Ioas vero regni hære de nunc agitur. ⌊Athalia vero mater Ochoziæ⌋ regis Iudæ ⌊videns⌋ .i. cognoscens ⌊mortuū⌋ esse ⌊filium suū⌋.i. interfectū à Iehu, ⌊surrexit & interfecit⌋ per suos ministros ⌊omne semen regium⌋.i. posteros natos ex semine David, quibus poterat ius regnandi cōpetere, quatenus ipsa sola regnaret. Vnde Iosephus ait: Studuit vt nullū de domo David relinqueret, vt nullus ex eis ad regnū vlterius perueniret. Veruntamen quod ait scriptura, interfecit omne semen regiū, intelligendū est cum ali quantula exceptione. Nā vnus euasit infantulus, sicut subiung.t. ⌊Tollēs aūt Iehosaba filia regis Iorā soror Ochoziæ Ioas filiū Ochoziæ.⌋ Inconuenienter ergo quidā aiunt, φ Iehosaba ista fuit soror Iorā. Nā & Iosephus & magister in historijs dicūt, φ Ochozias ex vno patre habuit sororē noīe Iehosaba, idē asserit secūdo Paral. Ioas filiū Ochoziæ iuniorē ac minimū, imò auunculū, ⌊furata est eū de medio filiorū regis⌋ Ochoziæ, ⌊qui interficiebant.⌋ Ecce quāta fuit crudelitas atq; ambitio impijssimæ Athaliæ huius, quę regnādi libidine interfecit filios filij sui, cū tñ auiæ soleant valde diligere filios ac filias filiorū & filiarū suarū, ⌊& nutricē eius de triclinio⌋.i. cœnaculo, ⌊& abscondit eū à facie Athaliæ vt nō interficeret. Eratq; cū ea in domo dñi clàm⌋.i. occulte, ⌊sex annis.⌋ Circa hęc Lyra allegat & approbare videt Rabbi Salomonē, dicentē, φ Ioas & nutrix sua fuerūt custoditi in solario tēpli, ad qd nemo audebat accedere, nisi sacerdotes & Leuitæ custodiētes vasa sancta ibi reposita, ideo melius poterāt ibi celari, & q̄uis secundū legē nō licuerit ibi esse infantulo & nutrici, tamē in tali ac tanta necessitate id licuit, propter quod Ioiada pontifex ita disposuit, sicut Abimelech pontifex dedit David & pueris eius panes propositionis ad manducandū. Sed his obuiare videt q̄d secundo Paral. conscriptū est, φ abscondit puerū cum nutrice sua in cubiculo lectulorū, hoc est, in dormitorio sacerdotū in templo ministrantiū, vt etiā hebraica glossa exponit. Hinc Iosephus protestat φ portauit eū in cubiculū & clausit ibidem. In scholastica quoq; fert historia, φ abscondit eum in domo dñi, i. in domunculis sacerdotū hebdomadariorū, quæ erant circa templū. Veruntamē pro horū concordia aliqui opinant, φ primo fuit absconditus in cubiculo lectulorū, deinde pro maiori cautela in p̄fato tēpli solario. ⌊Porro Athalia regnauit sup terrā septē annis. Anno aūt septimo misit Ioiada pōtifex,⌋ cuius vxor p̄fata Iehosaba fuit. Etenī tribus sacerdotalis ac regia tanq̄ cæteris digniores frequēter erāt matrimonio iunctæ. Quo aūt & ad quos ac propter qd miserit Ioiada, non hic, sed secūdo Paral. recitat, quo legit: Assumpsit centuriones Azariā & Ismahel & Maasiā, qui circūeuntes Iudā cōgregātes leuitas, & vt adijcit Iosephus, etiā sacerdotes de cūctis vrbibus Iuda & principes familiarū Israel veneruntq; in Hierusalē, ⌊& assumens centuriones & milites⌋ centurionibus illis subiectos & erant quinq; centuriones, vt Iosephus scribit & p̄allegatus Paralip. liber consonat, ⌊introduxit⌋ eos ⌊ad se in templū dñi⌋.i. in partem templi quā poterant introire, puta in atriū, vel forsan ex necessitate & dispensatione in primā & exteriorē templi partem quæ dicit sancta, ⌊pepigitq; cū eis fœdus⌋.i. pactū init de modo constituendi ipm Ioas in regem, ⌊& adiurans eos in domo dñi,⌋ vt. s. fideliter sibi astarent & ea quæ dixit eis in secreto tenerēt quousq; res sortiret effectū, sup quo exegit ab eis iuramentū, ipsiq; iurauerūt, ⌊ostēdit eis filiū regis,⌋ videlicet ipm Ioas filiū Ochoziæ, ⌊& p̄cepit illis dicēs: Iste est sermo quē facere debetis: Tertia ps vestrū introeat sabbato,⌋ in q̄ puer iste Ioas vngetur in regē, ⌊& obseruet excubias domus regis⌋.i. vigilias teneat & iter custodiat q̄d ducit ad palatiū, ne quis de domesticis Athaliæ ex palatio erumpēs posset regē inuadere. Porro in Paral. legit: Tertia pars vestrū q venlunt ad sabbatum sacerdotū & Leuitarū & ianitorū erit in portis. Quolibet etenim sabbato intrauit vnus de vigintiquatuor supremis sacerdotibus, tamē sub pontifice constitutis & cum vno illo intrauerunt vigintiquatuor sacerdotes existentes sub eo, turbæq; Leuitarū & cantorū ac ianitorū deputatæ eidem, & tunc populus confluxit ad templū, prout hæc primo Paral. plenius describunt, & ibi exposita sunt. Tertia aūt pars⌋ vestri ⌊sit ad portā Seir,⌋ per quā ascendebat de ciuitate ad regiam domū ad custodiendū ne ex illa parte aliquis violentiā regi aut nobis queat inferre, ⌊& tertia pars sit ad portā, quæ est post habitaculum scutariorū,⌋ quorū officiū erat vel facere scuta aut ante regem ea portare, ⌊& custodietis excubias domus Mesa⌋.i. custodū regis per quā domū seu portam ascendebat de palatio regis in templum. ⌊Duæ vero partes ē vobis,⌋ videlicet ⌊omnes egrediētes sabbato⌋.i. tam sacerdotes, Leuitæ, cantores ac ianitores qui expleto officio suæ hebdomadæ exeunt sabbato templum, q̄ illi qui egrediunt domos suas vt ingrediant templum diluculo sabbati quo alij exeunt ad ministrandū in templo per suam hebdomadam, ⌊custodient excubias domus dñi⌋.i. in templo erunt vigilantes & intenti, ⌊circa regem & vallabitis⌋.i. circumdabitis ⌊eum⌋ pro eius munimine, ⌊habētes arma in manibus vestris.⌋ Nempe sabbato illo pontifex retinuit secum eos qui expleuerant suæ septimanæ officiū qui alias solebant abire, sed pro maiori subsidio tunc manserunt, ⌊si quis aūt ingressus fuerit septum templi, interficiat⌋.i. si quis aduersariorū intrare p̄sumpserit ambitum templi, mox educat & extra templū

E

F

Marginal notes: Iose. lib. 9 ant in. ca. 7 — Ibidē. Pet. Co. hist. lib. 4 Reg ca. 16 — 2. Para 22 — R. Salo. — 1. Reg. 21. 2. Para. 22 — Iose. lib. 9 an tiq. ca. 7 Pet. Co. hist. li 4. regum ca 16 — 2. Para 23 — Iose. lib. 9 an. tiq ca. 7 — 2. Para 23

A templum ac atria eius necetur. Eritisq; cum rege introeunte & egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada sacerdos. Et assumētes singuli viros suos .i. singuli centuriones subiectos sibi milites, vel singuli sacerdotes ministros inferioris gradus eis subiectos, qui ingrediebant ad sabbatum, ad ministrandū in templo in sua hebdomada, cum his qui egrediebant e sabbato suo (vt dictum est) impleto obsequio, venerūt ad Ioiadam sacerdotem .i. pontificē qui dedit eis arma & hastas regis Dauid, q̃ erant in domo dñi .i. in armamentario à Dauid cōstituto in templo, vt Iosephus dicit .i. quod Dauid p Salomonē fieri iussit, vt quidā exponunt, vel etiā Dauid fecit ibidē aliquam domū armoꝝ, & steterunt singuli sacerdotes habentes arma in manu sua, imò & gladios euaginatos, vt Iosephus addit, à parte tē- [Iose.lib.9 an.in.ca.7] [Ibidē.]
pli dextera vsq; ad partē sinistrā altaris & ædis .i. in exteriori parte templi, in qua erat altare incensi p gyrum, occupantes p ordinem spatium illud vsq; ad sinistram altaris ac ædis seu templi, & circa regē. Produxitq; filium regis & posuit super eum diadema & testimonium, feceruntq; eū regem, & vnxerūt Ioiada pontifex & filij eius, vt in Paralip. dicit, & plaudētes manu [2. Para.23]
id est, signa lætitiæ cum manuū agitatione monstrantes dixerunt: Viuat rex. Naturale est equidem hominibus, libenter habere veꝝ & hæreditariū principē, & malle subesse viro q̃ fœminæ. Ideo videntes regē inunctū & diademate coronatū, & de loco suæ absconsionis productum in medio, & testimonium positū super eum .i. librū legis in manu eius, iuxta illud in Paralip. Dederunt ei in manu eius tenendā legem, vt scilicet iugiter exerceret ac meditaret in ea iuxta illud [Ibidē.]
Deute. Postq̃ rex sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomiū legis huius in volumine, [Deu.17]
B accipiens exemplar à sacerdotibus, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dñm deum suū. Hæc inquā videntes, gauisi sunt valde & vociferati sunt in altum. Audiuit aūt Athalia vocem populi currētis, & ingressa Athalia ad turbas in tēplū dñi. Nā de industria permiserūt eā intrare vt caperet, & in pcepto Ioiadæ qui mandauit, ne quis pmitteret intrare in tēplū vel atrium, ipsa intelligebat excepta, dicitq; Lyra, q pmissa fuit intrare cū sua comitiua. Porro Iosephus scribit, q sacerdotes eā mox acceperūt, armatos vero q eā sequebant intrare prohibuerunt q̃d verius reor. vidit regē stantē sup tribunal iuxta morē .i. sup soliū iudiciale, in signū, q esset populi iudex. In Paralip. legit: Cūq; vidisset regē stantē sup gradū in introitu. De solio isto dictū [Iose.lib.9 an.in.ca.7] [2. Para.23]
est tertio libro, in his q̃ de tēplo Salomonis introducta sunt ibi, & cantores & turbas prope eū. Omnēq; populū terræ canentē tubis .i. quosdā de oībus q̄s pontifex conuocauit. Et scidit vestimēta sua, clamauitq;: Cōiuratio, cōiuratio. In Paralip. fert clamasse, Insidiæ, insidiæ, q̄a cōiurationē & insidias appellauit conspirationē & practicā cōtra se factā. Præcepit aūt Ioiada cēturionibus q erant sup exercitū, & ait Ioiada: Educite eā extra septa tēpli .i. extra circuitū & clausurā ipsius, & quicūq; eā sequutus fuerit ad ferendū ei auxiliū, feriat gladio. Dixerat em̄ sacerdos: Non occidat in tēplo dñi. Imposueruntq; ei manus, & impegerūt .i. impulerūt eam per viam introitus equoꝝ iuxta palatiū, q̃ via sic vocabat, q̄ñ nobiles & potētes veniendo ad templū poterāt vsq; ad locū illū venire equestres, sed inde procrsserūt pedestres, & Interfecta est ibi. Prohibuit quipppe pontifex occidi eā in sacroloco, ne sanctū violarēt occidēdo in ea veneficā, vt Iosephus loquit. Pepigit ergo Ioiada fœdus inter deū & inter regē & inter pplm .i. regē ac pplm hortabat, obligauit & adiurauit vt deo fideli deseruirēt, deo subdit, vt esset po- [3. Reg.10] [2. Para.23] [Iose.lib.9 an.in.ca.7]
C pulus dñi p cultū & obedientiā, & inter regē & pplm, vt regi essent fauorabiles & subiecti, rex q̃q; eos debite gubernaret. Ingressusq; est oīs pplus terræ tēplū Baal, q̃d Iosepho referēte, Iorā rex & vxor eius Athalia cōstruxerāt Baal ad dei iniuriā & ipsius Achab honorē, & destruxerūt aras eius & imagines cōtriuerūt valide, imò & totū templū illud sacrilegū, vt in Paralip. legitur. Matthan q̃q; sacerdotē Baal occiderunt corā altari. Et posuit sacerdos custodias in domo dñi .i. custodiā ac diligētiā tēpli ac regis in eo cōmisit Ioiada sacerdotibus ac Leuitis, tulitq; cēturiones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnē pplm terræ, deduxerūtq; regē de domo domini, Et venerūt p viā portæ scutarioꝝ in palatiū, & sedit sup thronū regū. Lætatusq; est oīs populus terræ & ciuitas cōquieuit. Athalia aūt occisa est gladio in domo regis, septemq; annoꝝ erat Ioas cū regnare cœpisset. Quid aūt p Cerethi & Phelethi designet, diffuse expositū est supra, sicq; cōuersi ad epulas festiuitatē multis diebus, secūdū Iosephū, peregerūt. ¶ Moralr docemur ex isto cap. q̃ta mala opet ambitio, q̃ nec ppriæ parcit pli. Deniq; psonæ q̃ psūt cū ambitiōe, & suā verent psidentiā pdere, frequēter occidūt spirituales filios suos, qbus vel blandiunt vl' debitam correctionē & correptionē nō exhibēt, ne forte illos offendāt aut pprio cōmodo & honore priuent, aut de suæ stationis psidētia expellant. Insup hic docemur, qualr pontifices & sacerdotes debēt instruere reges ac principes ad diuinæ obseruātiā legis, atq; vt inuicē ordinate se habeāt hi q psunt & qui subsunt, vt supiores inferioribus suis debitam directionē, defensionē, solicitudinēq; impendant ac inferiores supioribus suis obedientiam, gratitudinē & honorem exhibeant & omnes in visceribus charitatis se amplectant, sicq; dissipent templum Baal, hoc est omnem vitiosam adhæsionem, occupationē & affectionē ad vana sensibilia & caduca, ne venter aut nummus aut Venus aut honor mundanus fit deus & idolum alicuius. [Ibidem] [2. Para.23] [3. Reg.(?)] [Iose.lib.9 an.in.ca.7]

RR 2 ¶Expo-

¶EXPOSITIO CAP. XII. Anno septimo Iehu regnauit Ioas. Arti. XV. D

Nunc de regno & actibus Ioas regis Iuda fit mentio, & historia huius
2.Par.24 cap.libro secundo Paralip.plenius cōtinetur,atq; ibidem exposita est.
⌊Anno septimo Iehu⌋regis Israel ⌊regnauit⌋.i.regnare incepit ⌊Io
as.Quadraginta annis regnauit.Nomen matris eius Zibea de Beer Se
ba.Fecit Ioas rectū coram dño⌋.i.iuste vixit ⌊cunctis diebus quibus
docuit eum Ioiada sacerdos⌋.i.q̄diu Ioiada pontifex secum vixit ac
ipsum direxit.⌊Veruntamē excelsa non abstulit,⌋quia nec Ioiada ad
hoc agendū instigasse eum videt,sed ea ratiōe permisit in excelsis offer
3.Reg.15 ri,qua & Asa ac Iosaphat iusti reges Iuda,vt in expositione tertij libri
2.Para.17 dictū est sæpe.⌊Adhuc em̄ populus immolabat & adolebat in excel-
sis incensum.Dixitq; Ioas ad sacerdotes:Omnem pecuniam sanctorū⌋.i.ordinatam vel deputā
dam ad vsum diuinū,⌊quæ illata fuerit in templū dñi à prætereuntibus⌋.i.quam p̄tereuntes pe
regrinātes & p loca tēpli transeuntes causa orationis ac immolationis obtulerint in tēplo,⌊q̄ of-
fert pro p̄tio aīæ,& quā sponte & arbitrio cordis sui inferūt in templū dñi,accipiāt illā sacerdo-
tes iuxta ordinē suū⌋.i.secundū dispositionē eis conuenientē,& iuxta ordinationē eis p̄fixā,⌊&
instaurent sartatecta domus,si quid necessariū viderint instauratione⌋.i.innouent & reforment
Iose.lib.9 seu reparēt ea q̄ in tectis tēpli q̄ plana erāt,aut in alijs tēpli partibus reparatione egebāt.Verun-
ant.iu.ca.8 tamē templū à Salomone cōstructū,non fuit adhuc multū antiquū,sed(vt Iosephus refert)Iorā E
& Athalia vxor ipsius,eorūq; filij fecerūt multas læsiones ac destructiones hincinde in partibus tē
pli,& ornamēta eius abstulerūt & applicuerūt ea ad structurā & decorē phani Baal.⌊Igit vsq; ad
vicesimū annū Ioas regis nō instaurauerūt sacerdotes sartatecta tēpli. Vocauitq; rex Ioas Ioiadā
pontificē & sacerdotes,dicēs eis:Quare sartatecta nō instauratis tēpli?⌋negligētius em̄ egerūt sa
2.Par 14 cerdotes in hac re,vt in Paralip.legit.⌊Nolite ergo amplius accipere pecuniā iuxta ordinē ve-
strū⌋à populo ad vsum p̄dictū eam colligendo,⌊sed ad instaurationē tēpli reddite⌋.i.exponite
⌊eā⌋his q de illa pecunia emāt necessaria instaurationi,⌊prohibitiq; sunt sacerdotes vltra acci-
pere pecuniā à pplo,⌋ad reponēdū eā eo modo q̄ ante,⌊& instaurare sartatecta domus.⌊Et tu
lit⌋.i.accepit ⌊Ioiada pōtifex gazophylaciū vnū⌋.i.arcā seu repositoriū oblationū,⌊aperuitq;
foramē desup,⌋vt p illud mitterent oblata in arcā illā,⌊& posuit illud⌋gazophylatiū ⌊iuxta al
tare,⌋vel holocausti,q̄d erat in atrio:vel thymiamatis,q̄d erat in exteriori & prima parte tēpli,
p̄tū quia subiungit,⌊ad dexterā ingredientiū domū dñi,⌋videt quibusdā de altari q̄d erat in atrio
intelligendū,q̄a in atriū intrabāt vulgares,nō in ipsum templū.i.in sancta vel in sancta sanctorū.
2.Par 24 Vnde in Paralip.legit,q̄ posuerunt arcā iuxta portā dñi extrinsecus.⌊Mittebantq; in eo⌋.i.in
gazophylatio illo,⌊sacerdotes q custodiebāt ostia⌋templi.Nā ostia atriorū custodire fuit offi-
cium ianitorū,⌊omnē pecuniā quæ deferebat ad templū dñi⌋pro instauratiōe p̄dicta.Vnde su-
pra in isto cap.dicit,omnē pecuniā quæ illata fuerit in templū dñi,q̄ offert pro p̄tio aīæ.à quam
quilibet virilis ætatis qui potest ad bellū procedere,offert pro sua p̄sona,q̄a p̄cepit rex vt quilibet
Iose.lib.9 talis offerret pro hoc vsu dimidiū siclū argēti,vt Iosephus refert,& quā sponte.i.etiā illā pecuniā
an.iu.ca.8 quā ditiores & deuotiores vltra hoc obtulerūt ex libero arbitrio & speciali deuotione.⌊Cumq;
videret pecuniā nimiā⌋.i.valde copiosam,⌊esse in gazophylatio,ascēdebat scriba regis & pon F
2.Par.24 tifex⌋ad afferendū gazophylatiū p manus Leuitarū,vt in Paralip.addit.⌊Effundebātq; & nu-
Iose.lib.9 merabant pecuniā quæ inueniebat in domo dñi⌋corā rege,Iosepho teste,vt nulla esset suspitio
ant.iu.ca.8 fraudis,⌊& dabāt eā iuxta numerū atq; mensurā⌋.i.cū certo numero & cōgruēte mensura,⌊in
manu eorū qui cemētarijs domus p̄erant⌋.i.in manus magistrorū operū qui p̄erant reparatori-
bus murorū,tectorūq; templi,⌊qui⌋magistri operū ⌊impendebāt eā in fabris lignorū,⌊& in ce
mentarijs his qui operabant in domo dñi,& sartatecta faciebant:& in his q cedebant saxa:& vt
emerēt ligna & lapides,qui excidebant,ita vt impleret instauratio domus dñi,in vniuersis q̄ in-
digebāt expēsa ad muniendā domū⌋.i.exhibebāt pecuniā fabris lignarijs,cæterisq; artificibus,
vtpote cemētarijs & saxorū cesoribus ad emēdū ac p̄parādū necessaria.s.ligna,saxa,cemētū,&c.
⌊Veruntamē nō fiebant ex eadē pecunia hydriæ⌋.i.vasa aquatilia,⌊& fuscinulæ⌋.i.tridentes
ad carnes extrahendas de caldaria,⌊thuribula & tubæ & omne vas aureum & argenteū de pe-
cunia quæ inferebat in templum domini⌋.i.nulla vasa seu instrumenta cultus diuini in templo,
quod intelligendū est sic,q̄ directe & ex intentione primaria non fiebant huiusmodi vasa de illa
pecunia,quia nō fuit oblata nisi ad sartatecta instauranda,sed q̄a multū ex ea superfuit instaurati-
2.Par.24 oni,de illo residuo,incidētaliter facta sunt aliqua vasa sacra,prout in Paralipomenon recitat.⌊His
em̄ qui faciebant opus dabatur vt instauraretur templum domini.Et non fiebat ratio his homi-
nibus qui pecuniam accipiebant,vt distribuerent eam artificibus,sed in fide tractabant eam⌋.i.ra
tio non exigebatur ab eis qualiter exposuissent pecuniam,quia eorum fidelitati hoc committeba
tur,quoniam erant fide condigni,⌊pecuniam vero pro delicto & pecuniam pro peccatis nō in-
ferebāt

A ferebant in templum domini⌟.i.pecuniam oblatam pro remissione culpaꝶ omissionis & commissionis,non posuerunt cum ꝓfata pecunia in gazophylatio,⌞quia sacerdotũ erat,⌟sicut & sacrificia,ideo eis dabat.⌞Tunc⌟.i.tempore illo & cũ Ioaa à via iustitiæ recessisset,mortuo Ioiadē ꝓsule,⌞ascendit Hazael rex Syriæ & pugnabat contra Geth⌟vrbem Philistijm,⌞cœpitq́ȝ eam & direxit faciem suã vt ascenderet in Hierusalem.⌟Ideo Ioas perterritus misit ei munera copiosa,vt textus consequenter dicit.⌞Quamobrem tulit Ioas rex Iuda oĩa sanctificata, quæ consecrauerat Iosaphat,& Iorã & Ochozias patres eius reges Iuda,& quæ ipse obtulerat,& vniuersum argentũ quod inueniri potuit in thesauris templi domini,ꝙ in palatio regis,⌟vt hæc omnia conuerterẽtur in vsum cultus dei ac templi,propter quod non erant de cætero humanis vsibus applicanda,nisi forsan in necessitatis articulo,vel prius cõminuerent,sicut & nunc aliquando fit de sacris vasis. Vnde & infra legit Ezechiã talia regi Assyrioꝶ misisse,⌞misitq́ȝ Hazaeli regi Syriæ, 4.Reg.18
& recessit ab Hierusalem. Reliqua aũt sermonũ Ioas,& vniuersa quæ fecit,nõne hæc scripta sunt in libro verboꝶ dieꝶ regum Iuda? Surrexerunt aũt serui eius,& coniurauerũt inter se,⌟quorum vnus fuit Ammonites & alius Moabites,sicut in Paralip.legit,⌞percusserunt q́ȝ⌟.i.occiderunt 2.Par.24
⌞Ioas in domo⌟sua⌞Mello,⌟de qua dictũ est supra lib.secũdo & tertio,⌞In descensu Sela,⌟ 2.Regũ.5
In Paralip.dicit,ꝙ interfecerunt eum in lectulo suo. Vnde videt ꝙ domus Mello fuit sita in descensu Sela.⌞Iosachar nãq́ȝ filius Semaath,& Iosabad filius Somer serui eius percusserũt eum,& mortuus est. Et sepelierunt eum cũ patribus suis in ciuitate Dauid,⌟non tamen in sepulchris regalibus,sicut in Paralip.legit,quia diuinæ religionis extitit inimicus,vt Iosephus loquit,⌞regnauitq́ȝ Amasias filius eius pro eo.⌟Multa ad expositionẽ huius cap.pertinẽtia & de sensu eius mo- 3.Reg.9.11 2.Par.24 Ibidem Iose.lib.9 an.iu.ca.8
B rali continet in expositione secũdi libri Paralip.idcirco hic omittuntur. 2.Par.24

¶DECLARATIO CAP. XIII. Anno vicesimotertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ. Arti. XVI.

AGitur hic de duobus regibus decẽ tribuũ atq́ȝ de morte Helisæi.⌞Anno vicesimotertio⌟regni⌞Ioaa filij Ochoziæ regis Iudæ regnauit Ioachaz filius Iehu sup Israel in Samaria decẽ & septẽ annis & fecit malum corã dño,sequutusq́ȝ est peccata Hierobam filij Nabat q peccare fecit Israel & nõ declinauit ab eis,iratusq́ȝ est furor dñi⌟.i.rigor diuinę iustitiæ,⌞contra Israel⌟.s.contra ipm regẽ & populũ eius iniquũ in vitijs cõmunicantes,⌞& tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ & in manu Benadad filij Hazaei cunctis diebus, deprecatus est aũt Ioachaz faciem dñi⌟.i.diuinæ pietatis respectũ,seu pijssimum deũ oĩa intuentẽ,quia vidit sibi nõ prodesse cultũ,inuocationẽq́ȝ vituloꝶ,idcirco ad dei inuocationẽ conuertit se.⌞Et audiuit eũ dñs,⌟dãdo sibi tẽporale subsidiũ,q̃uis iniquo. Nam opera bona ex gñe facta extra charitatẽ possunt tẽporalia bona mereri.⌞Vidit enĩ angustiã Israel,q̃a attriuerat eos rex Syriæ,⌟ex quo elicit,ꝙ deus exaudiuit ꝓces regis magis propter angustias & pssuras atq́ȝ miserias subditoꝶ q̃ propter merita regis. Nã & in pp̃lo illo erant aliqui boni ꝓsertim Helisæus sanctissimus & eius discipuli q orabãt pro bono cõmuni,⌞& dedit dñs saluatorẽ Israeli & liberatus est de manu regis Syriæ.⌟Quidã p saluatorẽ istũ Israeliticæ plebi tunc datũ
C intelligũt angelũ bonũ regni illius,cuius virtute & ope repressus fuit rex Syriæ ab impugnatione Israelis amaiori,vel saluator iste fuit beatissimus vir Helisæus,cuius oratione ac meritis deus populũ illũ à Syris protexit,vel ipse rex Ioachaz cui dñs inspirauit sic ad deũ veꝶ cõfugere,& p hoc misericordiã impetrare ꝓfatã.⌞Habitauerũtq́ȝ filij Israel in tabernaculis suis,sicut heri & nudiustertius. Verũtamen non recesserũt à peccatis domus Hieroboam,q peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerũt.Siquidẽ & lucus ꝑmansit in Samaria⌟.i.locus arboribus consitus in quo consueuerũt colere Baal & exercere luxuriã,& ita hoc erat de quibusdã ipsius Baal reliquijs,lex aũt ꝓcepit destrui lucos,⌞& non sunt derelicti Ioachaz de pp̃lo,nisi quinquaginta equites,& decẽ currus,& decẽ milla peditũ,interfecerat enĩ eos rex Syriæ,& redegerat q̃si puluerẽ in tritura areæ⌟.i.suppiantauerat ac destruxerat decẽ tribus vt puluerẽ & sicut puluis cõterit in excussione granorũ in horreo,sed modo ꝑacto reparatus est populus ille sub Ioachaz rege. Hinc Iosephus scribit Cũ Ioachaz his anxietatibus teneret,ad ꝓces dei confugit. Deus aũt pœnitẽtiam pro virtute suscipiens & corripere magis q̃ perdere huiusmodi hominẽ volens,concessit ei belli pericula declinare,pace itaq́ȝ potita,prouincia rursus ad statũ pristinũ,copiãq́ȝ est reuersa. Sequit de alio rege Israel.⌞Reliqua aũt sermonũ Ioachaz & vniuersa q̃ fecit,& fortitudo eius,nõne hæc scripta sunt in libro sermonũ dieꝶ regũ Israel? Dormiuitq́ȝ Ioachaz cũ patribus suis,& sepelierunt eũ in Samaria,regnauitq́ȝ Ioas filius ei⁹ pro eo. Anno tricesimoseptimo Ioas regis Iuda,regnauit Ioas filius Ioachaz sup Israel in Samaria sexdecim annis. Et fecit q̃d malũ est in cõspectu dñi. Nõ declinauit ab oĩbus pc̃tis Hieroboã filij Nabat,q peccare fecit Israel,sed in ipsis ambulauit. Reliqua aũt sermonũ Ioas,& vniuersa q̃ fecit,& fortitudo eius,q̃uo pugnauerit cõtra Amasiã,regẽ Iudæ Exodi.34 Deu.7.12 Iose.lib.9 an.iu.ca.8

nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonū dierū regū Iſrael? Et dormiuit Ioas cū patribus ſuis. Hie D
roboā aūt ſedit ſup ſoliū eius. Porro Ioas ſepultus eſt in Samaria cū regibus Iſrael. Heliſæus autē
ægrotabat infirmitate q̄ & mortuus ē, erat qppe valde grādeuꝰ ætatis ac venerādiſſimus ſenex.
Deſcēditq́ʒ ad eū viſitandū Ioas rex Iſrael & flebat corā eo, dolēs ſe ac regnū ſuū tanto pa
trono priuandū, tanto cōſiliario & auxiliario deſtituendū, tā ſanctiſſimo ac fideliſſ. mox cariturū
tutore, propheta ac patre. Dicebatq́ʒ, pater mi, pr̄ mi, currus Iſrael & auriga eius, Tanq̄ dice-
ret, O pater mi p̄dilecte. Etenī q̄ bis ait, pater, & addit mi, ſignū fuit p̄cipuæ ac ſpecialis dilectio
nis ſuæ ad ſanctū virū. Itaqʒ pr̄ mi cū ſis auriga & currus Iſrael .i. director & ſuſtētator Iſraeliticæ
Iose.lib.9 antiq.ca.8 plebis, qd defuncto te faciemus? Hinc Ioſephus refert: Cœpit Ioas flere ac ingemiſcere ac p̄rem
eū vocare & dicere regnū ſuū ſub ipſo fuiſſe ſecurū, & propter ip̄m ſe nunq̄ armis cōtra hoſtes in-
diguiſſe, ſed illos propter illius dimicatiōe viciſſe, & q̄ ipſe Heliſæus decedēdo relinqueret filios
Iſrael, Syris ac alijs hoſtibus captiuādos, idcirco vitā ſuā ac populi ſui de cætero nō eſſe ſecurā, ſed
gratū ſibi eſſe, vt ſimul cū ipſo à p̄ſenti luce recederet. Itaqʒ eodē ſenſu quo ſupra Heliſæus dixit
4.Reg.2 Heliæ, pater mi, pr̄ mi, currus Iſrael & auriga eius, etiā Ioas hæc Heliſæo loquutus eſt, q̄ verba ſu
pra magis expoſita ſunt. Et ait illi Heliſæus volēs triſtē cōſolari: Affer arcū & ſagittas. Cūq́ʒ
attuliſſet ad eū arcū & ſagittas, dixit ad regē Iſrael: Pone manum tuā ſup arcū. Et cū poſuiſſet ille
manū ſuā, ſuppoſuit Heliſæus manus ſuas manibus regis & ait: Aperi feneſtrā orientalē, qa in
plaga oriētali reſpectu terræ Iſrael erat Syria ſita, cuius deiectionē voluit propheta p̄dicere. Cū
q́ʒ aperuiſſet, dixit Heliſæus: Iace .i. ſagittādo emitte ſagittā p feneſtrā p̄fatā, & iecit. Et ait
Heliſæus: Sagitta ſalutis dn̄i .i. ſagitta hæc & eius protectio ſignū eſt & figura ſalutis ſeu proſpe
ritatis atqʒ victoriæ tibi deſup cōferēdæ, & ſagitta ſalutis cōtra Syriā .i. Syrorū deiectionē de- E
ſignat. Percutieſq́ʒ Syriā in Aphec donec cōſumas eā .i. partē Syriæ, vtpote Syros cōmoran
tes in parte ſuæ regionis, q̄ vocat̄ Aphec, ſuperabis oīno. Deniqʒ Heliſæus manus ſuas ſuppoſuit
manibus regis, vt meritis ſuis ac p̄cibus daret regi victoriā. Et ait: Tolle .i. affer ſagittas. Qui
cū tuliſſet, rurſus dixit ei: Percute iaculo terrā ſagittādo in eā, & cū percuſſiſſet tribus vicibus
Iose.lib.9 antiq.ca.8 .i. tres ſagittas emiſiſſet ex arcu in terrā, vt Ioſephus tangit, & ſtetiſſet .i. à ſagittatione ceſſaſſet
iratus eſt ira p zelū cōtra eū vir dei cōtra eū, eo q̄ tā cito deſierat ab exequutione ſuæ com
miſſionis quā cōtinuare debuerat quouſqʒ Heliſæus ei inſinuaſſet vt inde ceſſaret, & ait: Si pcuſ-
ſiſſes terrā iaculis, quinquies aut ſexies, ſiue ſepties, pcuſſiſſes Syriā vſqʒ ad cōſummationē Sy-
facerent malum super gentes quas contriuit dñs à facie filiorũ Israel⌋ .i. grauius peccauerũt quàm
B Chananæi qui nec legem à deo datam, nec prophetas habuerũt, isti vero fuerũt deo prorsus ingra
ti, nec acquieuerunt prophetis. ⌊Loquutusq; est dominus in manu seruorum suorum propheta-
rum dicens: Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas⌋ id est, abominandissi-
mas idololatrias & scandalosissimas impietates, in quibus populus suus ei communicauit, ⌊super
omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam, in immũditijs suis, pro-
propterea hæc dicit dominus deus Israel. Ecce ego inducam mala⌋ id est, vltiones & pœnas gra
uissimas super Hierusalem & super Iudam⌋ id est, super totum populum regni sui, ⌊vt quicunq;
audierint, tinniãt ambæ aures eius⌋ id est, tã formidabiles vt audientes præ admiratione & hor-
rore tantarum aduersitatum, quasi tinnitum in auribus sentiant, sicut ex percussione metalli intẽ-
sa generatur tinnitus in aure. ⌊Et extendam super Hierusalem funiculum Samariæ⌋ id est, rigo-
rem iustitiæ exercebo in habitatoribus Hierusalem in mensura æquitatis, qua rigorem illum exer-
cui in habitatoribus Samariæ, ⌊& pondus domus Achab,⌋ id est, talem grauitatem vindictæ, 4. Reg. 17
qualem feci in Achab rege iniquo, & in domesticis ac cognatis ipsius, ⌊& delebo Hierusalem fi- 4. Re. 9. 10
cut delentur tabulæ⌋ id est, sicut literæ scriptæ in tabulis absterguntur omnino, ita q̃ nulla litera
manet in tabulis, sic per Chaldæos, destruam vrbem Hierusalem. ⌊Delens vertam & ducam cre
brius stilum super faciem eius.⌋ Ista est metaphorica locutio: ac si dicat, sicut quis sæpius mouet
C planiciem capitis stili super cæram tabulæ ad complanãdum cærã, sic frequenter castigabo Hie-
rusalem, inducendo super eam Chaldæos ad prosternendum eandem. ⌊Dimittã vero reliquias
hæreditatis meæ⌋ .i. quosdam Iudæorum, euadere faciam manus Chaldæorum, ita quòd non oc
cidentur, de populo autem Iudæorum dominus ait in Esaia: Hæreditas mea Israel. Fuit etenim Esa. 19
peculiaris populus dei, & semper erãt aliqui boni & electi in populo illo, currente veteri lege, ⌊& Deut. 4
tradam eos in manus inimicorum eius⌋ scilicet Chaldæorum, quia vt infra habetur, qui interfe- 4. Reg. 25
cti non erant, in captiuitatem sunt traditi & abducti. ⌊Eruntq; in vastitatem & rapinam cunctis
aduersarijs suis⌋ id est, ab hostibus suis vastabuntur, opprimentur ac spoliabuntur, ⌊eo quòd fe-
cerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me⌋ id est, opera mihi displicentia facien-
tes, ⌊ex die qua egressi sunt patres eorum de Aegypto vsq; ad diem hãc⌋ non q̃ semper aut om
nes fuerint vitiosi, sed pro maiori parte & sæpius fuerunt iniqui. Aliqui vero reges cum subditis
suis, fuerunt iusti, vt patet ex dictis. ⌊Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum
nimis, donec impleretur Hierusalem vsque ad os,⌋ hoc est, plateas Hierusalem sanguine inno-
cẽtum & iustorum irrigaret, & quasi implere videretur has sanguine vsque ad summum, id est,
quantum facere quiuit, sicut amphora dicitur vsque ad os repleri, quando plus capere nequit,
¶ Vel est hiperbolica locutio, tanquàm dicat, tãtum iustorũ sanguinem fudit, vt ambulantes, qua-
si viderentur vsque ad os in pede eminens in sanguine pedes suos intingere, sub Ezechia quippe
fuerunt valde multi boni & iusti ciues in Hierusalem qui noluerunt huic Manasse consentire in vi
tijs memoratis, ideo eos occidit, ⌊absque peccatis⌋ hoc est, idololatrijs & superstitionibus ac di-

uinatio-

uinationibus aliis'q; sceleribus suis, L quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum coram domi- D
no. Reliqua autem sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit,
nonne hæc scripta sunt in libro sermonum, dierum, regum Iuda? Dormiuit'q; Manasses cum prī
bus suis, & sepultus ē in horto domus suæ, in horto Oza ⅃ sic vocato. Multa hic omittunt de Ma-
2. Para. 33 nasse, quæ secundo Paralipomenon recitant, & ibi exposita. s. qualiter propter sua facinora captus
sit, grauiter'q; punitus, & in captiuitate durissima ad cor pœnitentiam'q; conuersus, atq; in regnum
Iosephus lib. 10 an. iu. ca. 1 suum reuersus, ac multa bona de cętero operatus. Ibi quoq; ořo eius exposita est, & in isto Manas-
se deus altissimus misericordiam suam vere immensam inenarrabilr mirificauit. Vnde & Iosephus
refert, præsumpsit templum, vrbem Hierl'm, & omnem regionem polluere. Nam spernēdo de-
um ad hoc vsque deuenit, vt omnes Hebræorum iustos occideret, neq; prophetis parceret, quorum
quotidie singulos perimebat, & eorum sanguine Hierosolymorum plateas irrigabat. Captus autē
& incarceratus à rege Babyloniorum, & ad libitum illius afflictus, supplicauit deo, vt hostem su-
um faceret sibi clementem & misericordem, cuius orōnem dominus exaudiuit, & à rege Babylo-
niorum ad sua remissus est. Hoc quoq; notandum, quòd in veritate rex ille fuit rex Assyriorum, q
exosum habuit Manassen, eo quod sub Ezechia fuerunt Assyrii in terra Iuda diuinitus interfecti.
2. Para. 33 Vnde secundo Paral'. legitur, superinduxit eis principes & exercitus Assyriorum. ¶Cur aūt di-
cat fuisse rex Babyloniorum seu Chaldæorum, super Paralipomenon dictum est. Dicunt autem do
ctores cōiter, quod sanctissimum Esaiam prophetam fecit lignea serra secari, qui tamen fertur suisse
auunculus Manasse, ex parte matris. Sequitur de filio huius Manasse, L & regnauit Ammon filius
eius pro eo. Viginti duorum annorum erat Ammon cum regnare cœpisset. Duobus quoque an-
nis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Messullemath, filia Harus, de Iotheba. Fecitque E
malum in conspectu domini, sicut fecerat Manasses pater eius, & ambulauit in om̄i via, per quam
ambulauerat pater eius, seruiuit'q; ⅃ diabolo L in immunditiis ⅃ id ē, idololatriis, L q̄bus seruiebat
Ibidē pater eius & adorauit eas ⅃ id est, idololatriarum obiecta, videlicet falsos deos, & sicut in Paral'.
additur, non est reueritus faciem domini, sicut pater eius, hoc est, deum per pœnitentiam non ho
norauit, sicut Manasses, sed multo maiora deliquit. Et mirum, quòd infra biennium, quo regnauit
multo peiora fecit, quàm pater suus in pluribus annis. Veruntamen Climachus ait: Nullum inue-
nio, ita, seu tam grauiter peccasse, sicut Manassen. Vnde apparet, quod absolute loquendo, Am-
mon non commisit grauiora, quàm pater suus, nec enim legitur occidisse prophetas aut iustos. Di-
citur tamen grauius deliquisse, non pœnitendo & perseuerando in vitiis vsque in finem. Delin-
quere enim proprie spectat ad peccata omissionis, L & dereliquit dominum deum patrum suo
rum, & non ambulauit in via domini. Tetenderunt'q; ei insidias serui sui, & interfecerunt regem
in domo sua. Percussit autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Ammon,
& constituerunt sibi regem Iosiam, filium eius pro eo. Reliqua autem sermonum Ammon quæ
fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum, dierum, regum Iuda? Sepelierunt'q; eum, in sepul
chro suo, in horto Oza, & regnauit Iosias filius eius pro eo. ⅃

¶EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMISECVNDI.

Octo annorum erat Iosias cum regnare cœpisset &c.

Articulus vicesimusquartus.

TRactatur in isto ac sequenti capitulis de sancto ac piissimo rege Iosia. F
L Octo annorum Iosias cum regnare cœpisset, & triginta vno anno re
gnauit in Hierusalem ⅃ Nec tñ ob id miserum fuit regnū ipsius, nec ibi
Eccle. 10 fuit impletum, quod ait scriptura: Væ tibi terra, cuius rex puer est. Io-
sias etenim moribus annos vicit, & in hæreditaria regum successione, vi
tari non valet, quin interdum pueri regnent, quibus si assint consiliarii
boni & virtuosi officiales, suppletur per illos defectus regnantium pue-
2. Para 34 rorum. Om̄ipotens autem in quibus sibi complacet, supplet per gratiā
quod deest naturæ, sicut in electo isto Iosia, de quo secundo Paralipo-
menon asserit, quod octauo anno regni sui, videlicet sextodecimo an-
Iosephus lib. 10 an. iu. ca. 4 no vitæ suæ cum adhuc puer esset, cœpit quærere dominū. Imo Iosephus refert, de eo quod erat
natura benignus, & ad virtutem vtiliter præparatus, atq; in studiis intentione ac regula Dauid re-
gis om̄ino intentus. Cum'q; ad duodecimū ætatis annū venisset, pietatem & iustitiam in se mirabi-
lem esse ostendit. Cunctum nanq; populum suum correxit, vt derelicta idolorum secta, deum patrū
suorum colerent. L Nomen matris eius Idida, filia Adaia, de Besecath. Fecit'q; quod placitū erat co-
ram domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui. Nec declinauit ad dexteram siue ad
sinistrā. Anno aūt octauodecimo regis Iosiæ misit rex Saphan, filiū Asaliæ, filii Mesullā, scribā tē
pli dñi, dicens ei: Vade ad Helchiam sacerdotem magnum ⅃ .i. pontificem, denuntiādo ei ex par-
te mei, L vt conflet ⅃ .i. simul accipiat, L pecuniā quæ illata est ⅃ .i. deportata, L in tēplū dñi, ⅃ .i. in
2. Para. 4 tēplū L & quā collegerūt ianitores tēpli ⅃ .i. ostiarii domus dei L à pp̄lo ⅃ Nā sicut in Paral'. tāgit,
& Iose-

A & Iosephus plenius narrat; Iosias misit in vniuersam prouintiã regni,& ad reliquias decẽ tribuũ quæ remãserãt,vt vnusquisq; offerret ad reparationẽ tẽpli quãtũ vellet, sicq; ad piũ vsum illiũ oblata fuit magna pecunia, deturq; fabris .i. artificib⁹ lignarijs, ferrarijs, aut in simili materia operãtibus, per ꝑpositos domus dñi .i. ꝑ magistros opeꝝ tẽpli,& per officiatos eius ꝑcipuos, qui in Paralipomenon & Iosepho exprimũtur. Qui & distribuãt eam his q operãtur in tẽplo domini .s. artificibus, ad instaurãda sartatecta tẽpli dñi vt tecta ac aliæ eius partes reparatiõe indigẽtes, instaurẽtur & innouent, lignarijs videlicet & cementarijs .i. carpentarijs, operarijsq; muroꝝ, & his q interrupta cõponũt .i. collapsa reformãt, vt & emãt ligna & lapides de lapidicinis .i. de loco vbi lapides præscindũtur, ad instaurãdũ tẽplũ dñi. Veruntñ non supputetur eis argentũ quod accipiũt .i. non numeretur nec ponderetur eis, ita vt teneant reddere rationẽ de ea, qualiter & vbi exposita sit, sed in potestate habeãt & in fide, .i. libertati & fidelitati eoꝝ cõmittatur expositio ista, vt vidẽtes se honorari atq; bene de eis sentiri prouocẽtur ad meliora & grati sint atq; fidelius agant. Hæc eadẽ scripta sunt supra de Ioas rege Iuda. Dixit aũt Helchias pontifex, ad Saphan scribã. Librũ legis repperi in domo dñi. Deditq; Helchias volumẽ Saphan scribæ, qui & legit illud. Venit quoq; Saphan scriba ad regẽ:& renuntiauit ei quod ꝑceperat, & ait: Conflauerũt serui tui pecuniã quæ reperta est in domo dñi, & dederũt vt distribueret fabris, ac præfectis opeꝝ templi dñi. Narrauit quoq;: Librum legis dedit mihi Helchias sacerdos quem librum inuenit in tẽplo. ¶Circa qd narrat Lyra, ꝙ cũ Achaz quæreret libros legis ad cõburẽdũ, iste fuit in muro absconditus, sed nõ videtur ꝙ tẽpore Ezechiæ filij Achaz defuerit regi ac populo liber legis. Dicit etiã Rabbi Salomon, ꝙ pontifex inuenit hũc librũ cũ muri tẽpli repararẽtur. Ve-

B rum in Paralipomenon legit; Cũq; efferrẽt pecuniã quæ illata erat in tẽplũ dñi, repperit Helchias librũ legis, sicq; videtur potius alibi q̃ in muro fuisse absconditus, tamen in historijs ait magister, ꝙ forsan inuenit eũ in arca, in q̃ eũ Moses reposuit. Quẽ cũ legisset Saphan corã rege & audisset rex verba libri legis dñi, scidit vestimẽta sua præ dolore transgressionũ populi & patrum suoꝝ & ex timore pœnaꝝ quæ in libro Numeroꝝ ac Deuteronomio ꝓnuntiãtur transgressoribus legis, & ꝓcepit Helchiæ sacerdoti,& Ahicã filio Saphan,& Achobor filio Michaiæ,& Saphan scribæ,& Asaiæ seruo regis, dicẽs: Ite,& cõsulite dñm sup me, & sup populo, & sup omni Iuda, de verbis voluminis istius qd inuẽtũ est .i. inuestigate à deo per aliquẽ prophetaꝝ qd immineat mihi ac populo, & qd nobis restat agendũ vt euadamus pœnas cõminatas in lege. Magna enĩ ira dñi succensa est cõtra nos .i. grauis vltio imminet nobis, nisi deus eã pie auertat. ¶Loquitur aũt Iosias de deo more humano, quasi de homine, in q̃ ira causatur ex succensione sanguinis circa cor, cum tñ inuariabilis deus nullatenus in sua alteret natura, sicut per Hieremiã testatur: Nunqd me ad iracũdiã prouocãt, qa non audierũt aure obediẽtiæ, patres nostri verba libri huius .i. præcepta libri legis mosaicæ nõ impleuerũt. ¶Circa hoc quæri potest, cur contra Iosiam & plebẽ ipsius fuerit ira dei succensa, eo ꝙ patres eoꝝ fuerint deo inobediẽtes, cum filius non portet iniqtatẽ patris, ad qd frequẽter respõsum est, vt facerẽt oĩe qd scriptũ est nobis qa nõ sufficit ad salutẽ obseruare quædam ꝑcepta sed oĩa. Nẽpe si qs totã legẽ seruauerit, offendat autem in vno, factus est oĩm reus. ¶Et recte adiunxit optimus ille Iosias nobis, qa quæ Moses ex ore

C dei scripsit ac iussit, nõ solũ pro his q erãt tpe suo scripsit, iussitq;, sed & pro posteris eorũdẽ. Hic quoq; est effectus serui vere fidelis, vt id qd deus æternus vniuersis ꝑcepit, quasi sibi soli ac specialiter reputet esse iussum. Ierunt itaq; Helchias sacerdos & Ahicam, & Achobor,& Saphan, & Asaia, ad Holdam prophetẽ vxorẽ Sellũ q secundũ Iosephũ fuit vir insignis ac nobilis, de quo in scholastica fertur historia, ꝙ fuit patruus Hieremiæ & pater Ananeel consobrini eiusdem prophetæ, filij Thecuæ, filij Haraham custodis vestiũ, forsan sacraꝝ ad vsum spectantium cultus diuini, quæ habitabat in Hierusalem in secunda .i. in secũdo ambitu vrbis quæ fuit triplici muro circũdata, seu in secunda ciuitatis mansione quod idẽ est, loquutiq; sunt ad eã quæ rex iussit inquiri ab ea. ¶Circa hæc duplex oritur quæstio. Primo, cur Iosias rex non consuluit dñm per pontificẽ, prout Dauid facere consueuit, imo ipm Helchiã pontificẽ cũ cæteris misit ad fœminã prophetissam. ¶Secũdo, cur nõ misit ad Hieremiã aut Sophoniã, q eius prophetauerunt tẽporibus vt in eoꝝ ostẽdit libris. ¶Ad primũ hoꝝ Epiphanius ait, & magister in historijs refert, ꝙ à die qua Ioas rex fecit Zachariã filiũ Ioiadæ lapidari in tẽplo dñs vltra nõ dedit solito more rñsiõsa. ¶Ad secundũ Lyra rñdet; Dicũt expositores nostri cõiter, ꝙ hoc fuit, qa adhuc valde iuuenis erat, nec habebat in authoritate, qbus verbis subiungit, sed istud nõ videt, qm Hieremias cœpit prophetare decimotertio anno regni Iosiæ, vt patet in libro eius. Liber aũt legis inuẽtus decimooctauo regni Iosiæ anno, & ita Hieremias tũc prophetauerat quinq; annis, & ꝑ consequẽs in authoritate tũc erat. ¶Propter qd R. Salomon rñdet secundũ duas Hebræoꝝ opiniones. Vna est ꝙ Iosias q̃rebat consiliũ pietatis diuinæ. Fœminæ aũt solẽt esse misericordiores q̃ viri, ideo misit ad fœminam prophetissam. ¶Alia est ꝙ Hieremias tũc iuit ad exhortandũ decem tribus. ¶Circa hæc dico, ꝙ catholicoꝝ responsio tacta vera rationabilisq; cõsistit, q̃uis enĩ Hieremias exorsus sit vaticinari decimotertio anno Iosiæ, tñ sub Iosia nõ fuit ita celebris ac famosus vt postea, imo ĩ toto libro suo non le-

Iose lib. 10 an iu ca. 4 · 2 Para. 34 · Iose. lib. 10 an. iu. ca. 4 · 4 Reg. 12 · 2. Par. 34 · Pet. Co. hist. li. 4. re gum ca. 36 · Deute. 31 · Hiere. 4 · Ezech. 18 · Iacobi. 2 · Chrysost. · Iose. lib 10 an iu ca. 4 · Pet. Co. hist. libr. 4 Re. ca. 34 · 1. Re. 23. 28 · 2. Re. 14 · Hieres · Sopho. 1 · Epipha. · Pet. Co. hist. libr. 4 Re. ca. 36 · 2. Par. 24 · Hiere. 1

non legitur ad Iosiam, aut cum Iosia locutus, sed frequenter ad posteros eius, atq; vt dicunt multi D
Hieremias non nisi primas duas visiones suas vidit, sub Iosia tamen de tertia dubitat, sub quo rege
viderit eam, & illę non erant sub Iosia complendę, idcirco sub Iosia non fuit adhuc multum famo
sus, sicut forsan nec Sophonias. ¶ Insup scđa responsio R. Salomonis etiā à catholicis dudum fuit
inducta, dicētibus, q̄ Hieremias tūc forsan nō erat pñs. ¶ Porro, prima R. Salomonis rñsio videt
inepta, q̄uis enim fœminæ sint cōiter piæ & misericordes magis q̄ viri, tñ Iosias non voluit, vt fœ-
mina illa daret responsum scđm ppriā inclinationē, sed iuxta reuelationē diuinā quæ potuit esse
tā clemens p virū, sicut p fœminā. ⌊At illa respondit eis: Hæc dicit dñs deus Israel⌋ q iam reuela-
uit huic mulieri, qd responderet, ⌊dicite viro, q misit vos ad me⌋ Ecce q̄ magnanimis fuit hęc fœ
mina sancta regem cōi noīe viri significās. Etenī spūs sanctus aīas sanctorū suorū in grādi consti
tuit libertate, in qua tñ humilitas & magnanimitas sibi inuicem non repugnant. ⌊Hæc dicit dñs:
Ecce adducā mala⌋ pęne ⌊sup locum & sup habitatores eius istum⌋ oīa verba legis quæ legit rex
Iuda⌋ .i. cuncta aduersa significata p verba quæ Iosias audiuit legi, vt dictū est, & forsan postea p
maiori sua informatione psonalr legit ea, ⌊qa dereliquerunt me & sacrificauerūt diis alienis irritā
tes me in cunctis opibus manuū suarū. Et succendet indignatio mea in loco hoc⌋ .i. vltio meæ iu-
stitiæ hic seruebit, & p ignē complebit, qa Chaldæi vrbē & templū postea incenderūt. ⌊Et non
extinguet⌋ .i. à sua psecutione nō impediet, quasi dicat, pphetia, de hac vltione plata non est tñ
Iose lib.10 an.iu. ca.4 pphetia cōminationis, sed infallibilis pmisionis. Hinc Iosephus narrat: Audiens pphetissa quę à re
ge erāt mādata, iussit, vt remeantes dicerent regi, q̄ diuinitatis decretū, quod iā contra eos ptule-
rat, pcibus infirmari nō posset. Veruntñ contra istud argui posset, q̄ sicut in Hieremia habet, dñs p
Hiere.18 ipsm Hieremiā promisit Iudæis, q̄ si vere pœniterēt, seq; corrigerēt parceret eis, & pœnas cōmi- E
natas auferret. Ipsi aūt cū liberi essent arbitrii poterāt pœnitere, ergo & mala illa pnuntiata eua-
dere, verū ad hoc sup Hieremiā rñsio est inducta. ⌊Regi aūt Iuda q misit vos, vt consuleretis dñm
sic dicetis, hæc dicit dñs deus Israel, pro eo q̄ audisti verba voluminis legis⌋ auribus cordis ac cor-
poris, ⌊& pterritū est cor tuū⌋ nō solo seruili timore, ⌊& humiliatus corā dño⌋ culpā tuā ac po
puli tui recognoscendo, veniamq; poscēdo, audiēs, ⌊auditis sermonibus cōtra locū istū, & habita
tores eius, q̄ videlicet fierent in stuporē & maledictū⌋ .i. tātis calamitatibus sint subdendi, q̄ ipsi
ac alii sup hoc mirabunt, ipsiq; aduersariorū maledictionibus, & maledictis in lege prolatis subii-
cient, atq; ab ipsis in exemplum maledicendi aliis assument, sic quod vnus volens maledicere alte
ri dicet, contingat tibi, sicut Iudæis, ⌊& scidisti vestimenta tua, & fleuisti corā me.⌋ Oīa ista regē
Iosiam fecisse, videt hæc prophetissa ex reuelatione diuina nouisse. Non enim apparet, quod missi
à rege retulerunt ea illi, ⌊& ego audiui, ait dominus⌋ hoc est, desideria tua pie suscepi, & pœnarū
hanc inflictionem differre decreui, ⌊idcirco colligā te ad patres tuos⌋ id est, mediante morte ad-
unabo animam tuam animabus pfiarcharū, & prophetarū, ac Regum sanctorū, de qbus exortus es
4 Reg.23 in limbo patrum, sinuq; Abrahæ, ⌊& colligeris ad sepulchrum tuum,⌋ hoc est, cum patribus tuis
sepelieris, saltem in loco sepulturæ communi, videlicet in Hierusalem aut prope ⌊in pace.⌋ Quali-
ter verū est hoc, cum Iosias sequenti caplo legat à rege Aegypti occisus, sicq; morte violenta, non
naturali occubuit: Respondet primo, q̄ in pace pectoris obiit, qa & suā occisionem pro culpis su
is saltē venialibus, & p gliæ incremento æquanimiter tulit. Scđo, q̄ collectus est in pace ppli sui,
vtpote illis adhuc pacifice in terra sua morātibus. Tertio q̄ collectus ē ad prēs suos in limbo in pa
ce .i. ad participandā pacē & securitatē, quā existentes ibidē habebāt, qa de sua æterna salute erāt
1. Mach.3 securi, ⌊vt non videāt oculi tui oīa mala quæ inducturus sum sup locum istū⌋ Q. d. Melius est ti-
bi interim mori, q̄ mala hæc intueri, quēadmodū .1. Machabæorū, fortissimus Iudas testat: Melius F
est nobis mori, q̄ videre mala gentis nostræ & sanctorū. Propter quod antea dixerat Matathias
1. Mach.8 pater ipsius: Quo nobis adhuc viuere? Hinc q; vt recitat Iosephus: Dum tēplo & vrbe Hierlm p
Romanos cōbustis, sacerdotes peterent sibi à Tito vitā conseruari, non tolli, dixit eos esse ignobi
lis atq; degeneris animi, eo q̄ templo ac numini supuiuere affectarēt, & iussit eos occidi. ¶ Spūa-
liter possunt ex isto caplo multa salubria elici documenta, videlicet, vt fideles, psertim q præsunt
exemplo Iosiæ discāt diuini zelo honoris accendi, atq; in iuuentute & adolescentia sua quærere
dñm ac bonum commune, & verbis ac exemplis cum omni constātia & feruore vitia extirpare,
lapsa & deformata plenarie reformare, p regiā viā salutis absq; diuerticulis pficisci, materiales q;
resarcire ecclesias, verba euāgelicæ legis, cū omni diligentia semp aduertere atq; ex eius pensare te-
nore, quātum deficiāt à statu salutis, à via spūalis profectus, à debito suæ vocationis, & ppter pro
ximorū ac subditorū pctā vehementissime contristari, pro ipsorū venia depcari, flere, gemere, la-
mentari, & ad sanctorū ac deuotorū confugere pces, consilia, ac succursus, quæ p verā mentis con-
tritionem, humiliationem, ac fletum præcipue obtinentur.

¶ DECLARATIO CAPITVLI VICESIMITERTII.

Et renuntiauerunt regi quod dixerat: &c.

Articulus. XXV.

Hic recitat

A HIc recitatur reformatio facta in populo per Iosiam, & qualiter sit occisus atq; successio filij eius in regno. ⌊Et renuntiauerunt regi⌋ Iosiæ legati eius, ⌊quod dixerat⌋ Holda prophetes. ⌊Qui misit⌋ nuntios per totum territorium suũ, ⌊& congregati sunt ad eũ omnes senes Iuda⌋ .i. totius regni Iudæ, ⌊&⌋ vrbis Hierusalem, ⌋sicut significauit eis per nuntios siue epistolas, & specialiter conuocauit sacerdotes & Leuitas, vt Iosephus ait, & maiores natu, prout in Paralip. fertur. ⌊Ascenditq́ rex templum dñi & omnes viri Iuda, vniuersiq́ qui habitabant in Hierusalem sacerdotes & prophetæ & omnis populus à paruo vsq; ad magnum, legitq́ cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuẽtus est in domo dñi⌋ .i. cuncta verba Deuteronomij in templo reperti, quæ verba legit, vel per seipsum, vel ꝑ aliquem sacerdotũ aut scribarũ, nec est verisimile ꝙ totum illum legerit librũ, sed quædam capitula ad propositũ magis spectãtia. ⌊Stetitq́ rex sup gradum⌋ .i. soliũ regium, de quo illud secundi Paralip. accipit: Fecerat Salomon basim æneam & posuerat eã in medio basilicæ, stetitq́ supra eum. Porro in Paralip. legit, ꝙ stans in tribunali suo. Idem habet in Iosepho. Nam in ꝑfato solio sedens rex solebat aliquas causas iudicare, ⌊& fœdus ꝑcussit coram dño⌋ .i. pactum inijt, promisit, iurauit, ⌊vt ambularent post dñm,⌋ imitando ac implendo diuina præcepta, adhærendoq́ deo, ideo subdit, ⌊& custodirent⌋ ꝑ recordationem & exequutionẽ, ⌊pꝛæcepta eius⌋ moralia, ⌊& testimonia⌋ .i. ea quæ credi iubent, firmiter crederent, ⌊& ceremonias⌋ .i. mandata ceremonialia, ⌊in omni corde⌋ .i. intellectu & volũtate, vel tota cordis attentione, ⌊& in tota anima⌋ .i. totis inferioribus animæ viribus, ⌊& suscitarent verba fœderis huius, q̃ scri-

Iose.lib 10 an.tu.ca.4

2. Par. 34

2 Para.6

2. Par. 34

Iose. li.10 an.tu.ca.4

B pta erant in libro illo⌋ .i. eloquia & mandata legis, q̃ iam ante fuerũt neglecta & quasi mortua renouarẽt ac obseruarent, ⌊Acquieuitq́ populus pacto.⌋ Nã adiurauit populũ sup hoc, vt in Paralip. recitat, atq; vt Iosephus addit, illi promptissime iurauerunt & præcepta legis promiserunt implere. ⌊Et ꝑcepit rex Helchiæ pontifici.⌋ In veteri eteñi testamẽto, cuius sacerdotiũ fuit quasi carnale, & circa carnales hostias versabat, rex erat maior & altior ꝑsule, ideo potuit ei ꝑcipere, ⌊& sacerdotibus secundi ordinis,⌋ qui immediate sub pontifice erãt ac vigintiquatuor extiterũt quos Dauid instituit, quoꝝ quilibet in sua ministrabãt hebdomada, habẽs sub se vigintiquatuor sacerdotes, totidemq́ Leuitas & cantores ac ianitores, prout primo Paralipomenon scribit. ⌊& ianitoribus vt proijcerẽt de templo dñi omnia vasa quæ facta fuerant Baal & in luco⌋ .i. ipsi Baal busco plantato circa altare Baal vt ibi coleret ꝑ vasa suo cultui dedicata, ⌊& vniuersæ militiæ cœli, & combussit ea foris Hierusalem,⌋ quasi indigna comburi in vrbe cultus diuini, ⌊in cõualle Cedron, & tulit puluerẽ eoꝝ in Bethel⌋ .i. ad oppidũ illud in quo stetit vnus aureoꝝ vituloꝝ, quatenus dispergendo ibidem puluerẽ illum prophanaret, hoc est, abominabilẽ esse ostenderet locũ ipsum propter idololatriæ vitia ibi commissa. ⌊Et deleuit haruspices,⌋ de quibus supra dictũ est ⌊quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis ꝑ ciuitates Iuda & in circuitu Hierusalẽ & eos qui adolebãt incensum Baal & soli & lunæ & duodecim signis & omni militię cœli.⌋ Hoc fecerunt ergo quidã idololatræ, vt Ammon & Manasses ad tempus & Achaz, non ꝙ haruspices ab illis constituti, idem numero vixerint sub Iosia, sed similes specie, aliqui tamen illoꝝ adhuc viuere poterãt. Hos ergo deleuit non solũ à suis officijs, sed etiã interfecit, vt Iosephus scribit, aptius quoq; de illis videt intelligendũ, qui conuerti nolebant. ⌊Et efferri fecit lucũ de domo dñi⌋ .i.

2 Par.34

Iose. lib.10 an.tu.ca.4

1.pa.23.24

4.Reg.21.

Ibide

3.Regũ.16

Iose.lib 10 an.tu.ca.4

C arbores in atrio templi plantatas & consecratas idolo Baal iussit excidi & extirpare, ⌊foras Hierusalem in conuallem Cedron,⌋ vbi cedri nascunt, ⌊& combussit eũ ibi,⌋ qa fortassis inde fuerunt arbores speciei illius, ⌊& redegit in puluerem & proiecit supra sepulchra vulgi⌋ .i. vulgarium, qui forsan coluerũt aliquando Baal, quod fecit in cõtemptũ idololatriæ huius. ⌊Destruxit quoq; ædiculas effœminatoꝝ⌋ .i. paruulas ædes seu mãsiunculas quorundam molliũ seu sacerdotum castratoꝝ, & specialiter sacerdotes Cybelis matris deoꝝ effœminati vocant, ⌊quæ erãt in domo dñi⌋ .i. ꝑ circuitum templi & infra septa atrioꝝ ipsius, ⌊pro quibus mulieres texebãt quasi domũculas luci⌋ .i. pannos quosdã ad faciendum quasi papiliones pro commorãtibus ibi, atq; cortinas ad faciendum ibi loca concupiscentiaꝝ delitiosa ad exercendum ibidẽ immunditias carnis in deoꝝ honorem & quia sacerdotes castrati, asserẽtes talia dijs placere, erãt impotẽtes ad ea agenda, ideo eis in hoc credebat, quia videbant inducti ad talem assertionẽ, non ex concupiscentia propria, quemadmodũ Aristoteles in Ethicis recitat de Eudoxo philosopho summũ bonum in delectationibus venereis constituente, ꝙ sibi eo plus credebat, quo minus videbat voluptatũ amator, sicut & Epicurus qui felicitatem in delectationibus gustus constituit, easdem vitauit & frugaliter viuens, holeribus fuit contentus, vt sanctus quoq; refert Hieronymus. ⌊Congregauitq́ oẽs sacerdotes de ciuitatibus Iuda, &⌋ eis ꝑsentibus ⌊contaminauit excelsa vbi sacrificabãt sacerdotes⌋ .i. loca sublimia, in qbus etiã templo constructo consueuerũt sacerdotes deo vero sacrificare, ⌊de Gabaa⌋ ciuitate ⌊vsq; Bethsabee⌋ ciuitatẽ, quæ à se inuicẽ valde distabãt, quasi dicat, de vna regni sui extremitate vsq; ad aliam fecit hoc. ⌊Et destruxit aras portaꝝ⌋ .i. altaria

Hieronỹ.

Alr. Iosue sita in portis, L in introitu J.i. iuxta ingressum L ostij* Iosiæ principis ciuitatis J.i. qui principatū quendam habuit in Hierusalem, vel in alia vrbe forsan erat pfectus, iuxta cuius ostium erant sacrilega illa altaria, sup quæ non licuit immolare, L quod J ostiū Iosiæ L erat J sitū L ad sinistrā portæ ciuitatis J in qua perat. L Veruntamen nō ascendebant sacerdotes excelsoꝝ, J qui deo in locis excelsis (vt dictū est) sacrificabāt L ad altare dñi in Hierusalē J.i. sup altare holocausti positū in atrio templi, non permittebant offerre ob culpā qua contra legem extra templum psumpserunt offerre, L sed tantū comedebant azyma in medio fratrum suoꝝ J.i. inter alios sacerdotes seu Israelitas sinebant comedere azymos panes, vel etiam aliqua de oblatis, ad quoꝝ esum admittebātur, sicut in Leuitico patet de domesticis sacerdotis. L Contaminauit quoq; J.i. fœdauit, abominabileq; monstrauit L Thopheth J.i. idolum Moloch, L quod est in conualle filij Ennon, J qa in valle sic dicta colebat Moloch idolum Ammonitaꝝ, L vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem J idolo L Moloch, J cuius cultores solebant infantes suos ad honorē ipsius Moloch per ignem transferre ac ducere vt purgarent in igne; imò interdum offerebant infantulos suos ipsi Moloch in holocaustum, ponendo infantem inter brachia idoli ænei intus incensi, sic q ex ardore ignis qui arsit in idolo, infans moriebat, tunc sacerdotes Moloch sonum grandem fecerunt cum tympanis, ne parentes audiendo planctum & clamorem pueri taliter morientis, mouerentur ad compassionem, aut de tali oblatione dolerent. L Abstulit quoq; equos quos dederāt reges Iudæ Soli in introitu templi domini iuxta exedram J.i. iuxta sdem seu mansionem L Nathan Melech eunuchi, qui erat in Pharuarim, J qui (vt fertur) ianitor fuit. Dicunt aliqui, q erant veri & viuentes equi, quos quidam reges idololatræ obtulerunt Soli, quatenus sole diluculo oriente, quidam cultores solis super equos cum curru equitarent per spatium versus orientē, quasi obuiantes soli ad eius honorem. An dicunt, q erant depictæ aut sculptæ equoꝝ imagines, quia idololatræ solem colentes, fecerunt similitudinem eius vnà cum equis & curribus. De hoc in scholastica historia sic narrat: Equus & currus solis, quos depinxerant reges Iudæ in introitu templi iuxta exedram Nathan Melech omnino destruxit. Fecerant nanq; ibi Iudæi idolum solis quasi puerum imberbem, quia sol nullum patit senium, sed quotidie renouat.i. de nouo quasi recens exoritur. Fecerant etiam equos & currum, putantes quod sol in hunc modum transtulisset Heliam. Hæc ibi. Sed contra hoc vltimū dictum obijci potest, q etiam pagani qui de Heliæ translatione nil sciebant neq; credebant, fecerūt idolum seu imaginem solis cū curru & equis, vt in legēda quatuor coronatoꝝ refert, atq; (vt aliqui probabiliter dicunt) Iudæi idololatræ ab illis paganis traxerunt modum hunc depingendi, colendiq; solem. Ideo aliter dici p[...]q poetæ magistri idololatræ gentilium, dicebant solem tanquā regem & patrem deoꝝ, v[...] curru per orbem suum. Vnde & vltra finxerūt Phaetontem solis filium, cū patris sui vell[...]cere currum, exorbitasse, cœlumq; incendisse, de qua fabula in primo Thimæi multa narrat[...]o solem cū quadriga pinxerunt & equis. L Currus aūt solis combussit igni, J non in contu[...] solis, sed perfidoꝝ cultorū ipsius. L Altaria quoq; quæ erāt sup tecta cœnaculi Achaz, J te[...]quæ fecerāt reges Iuda, J Tecta eīn Iudæoꝝ instar Palestinoꝝ erāt plana, sic q; sup tecta[...]s sacrificabant sup altaria illa, planetis, psertim soli, vt sic stantes in alto magis accenderent[...]ibus suis deuotione sua sacrilega, L & altaria quę fecerat Manasses in duobus atrijs templi[...]estruxit rex. Mirū q Manasses conuersus & pœnitēs psonaliter illa à se facta altaria non de[...]xit, imò ea destruxisse videtur, iuxta illud secundi Paralip. Aras quas fecerat in monte domu[...]ni & in Hierusalem, abstulit & proiecit omnia extra Hierusalem. Iosephus quoq; fatetr. Cū à c[...]nuitate sua redisset Hierusalem, studebat etiam memoriam prioꝝ delictoꝝ quæ contra deum gesserat, si esset possibile, ab animo suo repellere & ad omnem cultum diuinæ religionis accedere, templumq; purgare & ciuitatem. Ad hoc dicendū videt, q alijs per Manassen eradicatis, ista forsan quacunq; occasione mā serunt, vel forsitan à Manasse erant destructa, sic tamen q aliquæ ex eis remanserūt reliquię quas dissipauit Iosias, propter quod altaria illa scribit destruxisse, sic q nanq; in simili magister in historijs scribit vestigia quædam serpētis ænei, quem confregerat Ezechias, Iosias redegit in puluerē, propter quod in prologo Sophoniæ Iosias eum legit contriuisse. L Et cucurrit inde, J quia cū feruore & mira agilitate fecit omnia bona ista, L & dispersit cinerem eoꝝ, J tanquam prorsus inutilem, quo tamē cinere idololatræ putabant se sanctificari, L in torrētem Cedron, J vt nec puluis de illo cinere maneret residuus. Currebat autem torrens p vallem illam. L Excelsa quoq; J.i. phana, seu altaria aut loca sacrilega in sublimi locata, L quæ erant in Hierusalem J.i. prope eam, L ad dexteram partem montis offensionis, quæ ædificauerat Salomon rex Israel J.i. montis oliuaꝝ, qui mons offensionis vocat, quia in eo constituit Salomon phanum Chamos idolo Moab, quemadmodum tertio libro habet, & ad dexteram montis illius construxit alia phana, vt hic narratur, L Astaroth idolum Sydonioꝝ, J psato tertio libro recitat, q Salomon coluit Astarthen deū Sydonioꝝ, L & J ipsum L Chamoz J idolum L offensionis Moab J.i. in cuius idoli cultu Moabitæ deum specialiter offenderūt, q a idolū istud specialiter coluerūt, L & Melchon abominationis filioꝝ Ammon J.i. ipsum Moloch idolū Ammonitaꝝ, qui illud colendo abominationē fecerāt

L polluit

Marginal notes: Pet. Co. bist. lib. 4 Re. ca. 36 — 2. Par. 33 — Iose. lib. 10 antiq. ca. 4 — Pet. Co. bisto. lib. 4 Re. ca. 36 — 3. Reg. 11 — Ibid. — Plato — D — E — F

A ⌊polluit rex⌋ossa mortuorũ, aut alia quædam sordentia proijciendo & spargẽdo in locis phanorum ac idolorũ illorũ, sicq; idololatria ad suam pcipuam grauitatem vocat hoc loco abominatio atq; offensio, ⌊& contriuit statuas & succidit lucos⌋.i. nemora in quibus fiebat idololatria, ⌊repleuitq; loca eorũ ossibus mortuorũ,⌋ad designandũ q̃ p idololatriam facta erant fœda & vilia. 3. Regũ 13
⌊Insup altare quod erat in Bethel,⌋vbi constituerat ipse Hieroboam vnum duorũ aureorũ vitulorũ altare, ⌊& excelsum⌋.i. phanum, ⌊quod fecerat Hieroboam filius Nabat qui peccare fecit Israel, & altare illud excelsum destruxit atq; combussit & comminuit in puluerem, succiditq; etiam lucum.⌋Et conuersus Iosias⌋.i. vertens se vndiq; ad videndũ si aliquid spurcitiæ idololatriæ cerneret, ⌊vidit ibi sepulchra⌋idololatrarũ, ⌊quæ erant in monte, misitq; & tulit⌋.i. extrahi iussit ⌊ossa⌋illorũ ⌊de sepulchris & combussit ea sup altare⌋p̃fatum Hieroboam regis in detestationem idololatrarũ & idololatriæ eorundem, ⌊& polluit illud iuxta verbũ dñi quod loquutus est vir dei⌋.i. propheta qui venit de regno Iudæ, ⌊qui p̃dixerat verba hæc⌋ad Hieroboam stãtem sup altare illud, vt dictũ est libro tertio, ⌊& ait: Quis est titulus iste quẽ video?⌋Specialr interrogauit de titulo illo, qa (vt historijs ait magister) ipse Iosias legit in sepulchro p̃fati prophetæ titulum eius. Et aliqui dicunt, q̃ falsus propheta de Samaria qui se iusserat sepeliri iuxta sanctũ illũ prophetam, ordinauit ibi fieri signũ quoddam pcipuum & scripturam, p quæ postea recoleret, q̃ illud esset sepulchrũ sancti prophetæ, quatenus ossa sua cũ ossibus illius manerent intacta. ⌊Rñderũtq; ei ciues vrbis illius⌋.i. Bethel: ⌊Sepulchrũ est⌋.i. titulus ille est signũ q̃ illud sit sepulchrũ ⌊hois dei, q venit de Iuda & p̃dixit verba⌋.i. opera ista, ⌊quæ fecisti sup altare Bethel.⌋Deniq; vt Iosephus scribit, à tẽpore quo propheta ille p̃dixit hæc, vsq; ad tẽpus quo Iosias hæc fecit, fluxerunt anni trecenti sexagintaunus, ⌊& ait: Dimitte eũ⌋.i. ossa eius. ⌊Nemo cõmoueat ossa eius. Et in- 3. Regũ 13 Pet. Co. hist. libr. 4 reg. ca. 36 3. Regũ 13 Iose. lib. 10 an. iu. ca. 4

B tacta mãserũt ossa illius cũ ossibus prophetæ q venerat de Samaria. Insup & oĩa phana excelsorũ quæ erãt in ciuitatibus Samariæ⌋.i. in terra regni decẽ tribuũ, ⌊quæ fecerãt reges Samariæ ad irritandum dñm, abstulit Iosias,⌋quia (vt Iosephus ait) persuasit reliquijs decẽ tribuũ, quæ captiuitatem Assyriorũ euaserũt, vt colerent verũ deum, & forsan prophetæ tunc existẽtes, vt Hieremias & Sophonias idipsum admonuerũt, ⌊& fecit ei secundũ omnia quæ fecerat in Bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorũ qui erant ibi sup altaria, & combussit ossa humana sup ea. Reuersusq; est Hierusalem & p̃cepit omni pp̃lo suo dicens: Facite phase dño deo vestro, secundum quod scriptũ est in libro fœderis huius⌋.i. festũ paschale celebrate iuxta oĩa quæ de hoc in Exodo p̃cipiunt, quod & statim celeberrime impleuerunt. ⌊Nec enĩ factum est tale phase⌋.i. festũ paschale ita solenne, ⌊In diebus iudicũ, qui iudicauerunt Israel, & omniũ dierũ regum Israel & regũ Iuda, sicut in octauodecimo anno regis Iosiæ factũ est phase istud dño in Hierl'm.⌋De solennitate ista & eius expensis ac numero animaliũ quæ Iosias & principes ac superiores sacerdotes dederũt pp̃lo ac Leuitis, multa habent secundo Paral. Vnde & Iosephus loquit: Donauit Iosias pp̃lo in pascha nouellos hœdos & agnos triginta milia, & ad holocaustum tria milia, multaq; alia desuper recitat Iosephus. ⌊Sed & Pythones & hariolos, & figuras idolorũ, & immundicias, & abominationes, quæ fuerãt in terra Iuda & Hierl'm, abstulit Iosias, vt statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro, quẽ inuenit Helchias sacerdos in templo dñi.⌋Ista iam frequenter sunt explanata, ⌊similis ei non fuit ante eum rex in Hierusalem & multo minus post eum, ⌊qui reuerteret ad dñm,⌋non q̃ ante fuit auersus à dño, sed dicit reuersus ad dñm, quia assidue mentem suam ad ip- Exodi. 12 2. Par. 35 Iose. lib. 10 an. iu. ca. 4

C sum conuertit cũ feruore maiori, ⌊in omni corde suo & in tota anima sua & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legẽ Mosi, neq; post eũ surrexit similis illi,⌋prout in via huius exilij fieri potest, non tamẽ instar beatorũ in patria, fuit semp deo intentus actualiter & iuxta suæ possibilitatis extremũ, quod proprium est beatis. Huic aũt simile est quod supra narrat de Ezechia, & iuxta sensum ibi expositum intelligendũ est istud, qa in multis sanctus Iosias p̃fulsit, p̃sertim in innocentia. De ipso quoq; in prologo Sophoniæ habet, Iosiam regẽ Iudæ præ oĩbus regibus Iudæ deo placuisse, historia quarti libri Regum & secundi Paralip. demonstrat. Vnde & in Ecclesiastico asserit: Memoria Iosiæ in cõpositione odoris facta, in omni ore quasi mel indulcabit & quasi musica in cõuiuio vini. ⌊Veruntamen nõ est auersus dñs ab ira furoris sui magni quo iratus est furor eius⌋.i. rigor suæ iustitiæ ⌊contra Iudã⌋.i. populum regni Iudæ, ⌊propter irritationes, quibus prouocauerat eũ Manasses⌋.i. propter idololatrias & cæteras transgressiones Manassis regis, sicut p̃allegatum est, quemadmodũ Manasses vere pœnituit, ita q̃ scelera sua fuerũt ei dimissa & misericordiã finalẽ est cõsequutus, quõ ergo deus ppter ipsius pc̃tã iratus est pp̃lo Iudæ, q tot annis fuit post mortem Manasse, nec ei videt cõmunicasse in crimine? Deniq; cũ propriũ sit deo misereri & parcere, quõ nõ pronior fuit ad placandũ & ignoscendum ex tantis meritis sancti Iosiæ ac populi sub eo deuoti, & vbi est quod dñs loquit toties in prophetis, vnusquisq; in pc̃tõ suo morietur, & cũ culpæ debeat pœna, quæ est ista iustitia, vt propter pc̃tã vnius alij puniant, & pc̃tã dimissa denuo imputent, etiã his qui ea non cõmiserunt? Itaq; videt locus iste obscurus, sic intelligẽdus, q̃ dñs non est auersus à proposito puniendi pp̃lm Iudæ propter transgressiones Manasse.i. propter pc̃tã & scelera ac idololatrias in quibus pp̃lus ille sequutus est p̃fatũ Manassen in vitijs, 4. Reg. 18 Eccl. 48 Hiere. 31 Ezech. 18

quod fuit post mortem Iosiæ. Interdũ tamen posteri & in corporalibus puniunt propter parentũ facinora, prout frequẽter expositũ est, sed nisi Iudæi post mortẽ Iosiæ deũ tam grauiter offendissent, nõ fuissent propter pctã psonalia ipsius Manasse tã dire puniti. ⌊Dixit itaq; dñs: Etiã Iudã auferã à facie mea⌋ i. à terra quã cõtuli ei & à pio respectu ac defensiõe qbus hactenus populũ illũ aspexi, cõseruando eũ in terra promissionis. Præuidit etenĩ dñs q̃ grauiter pplus ille fuit post Iosiæ obitũ transgressurus, ideo pœnã eius pdixit, & tñ per Hieremiã frequẽter plebẽ illã hortabat ad emẽdationẽ, promittẽs ei opẽ ac veniã si veraciter pœniteret, sed qa pſciuit ipsius indurationẽ, impœnitentiãq; futurã, idcirco qñq; absolute pdixit eius punitionẽ. ⌊sicut abstuli Israel & proijciã ciuitatẽ hanc quã elegi Hierusalẽ, & domũ, de qua dixi, erit nomẽ meũ ibi. Reliqua autẽ sermonũ Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro verbo⁊ die⁊ regũ Iuda? In diebus eius ascendit Pharao Necho, rex Aegypti, contra regẽ Assyrio⁊ ad flumen Euphraten. Et abijt Iosias rex Iuda in occursum eius. Et occisus est in Mageddo cũ vidisset eũ. Et portauerunt eũ serui sui mortuũ de Mageddo, & ptulerũt in Hierusalẽ, & sepelierũt eũ in sepulchro suo⌋ Hic describit qualiter occisus & sepultus sit virtuosus & pius Iosias, & quicquid de hoc scribit in hoc loco, secundo Paralip. diffuse expositũ est, vbi de ista materia introducta sunt multa. Iosephus quoq; testat: Dum Iosias in pace atq; diuitijs & gloria sup oẽs excelleret, iaculo est occisus. Sequit de filio Iosiæ qui ei primo successit in regno. ⌊Tulit quoq; pplus terræ Ioachaz filiũ Iosiæ & vnxerunt eũ & constituerũt eum regẽ⌋ per manus pontificis, ⌊pro patre suo. Vigintitriũ anno⁊ erat Ioachaz cũ regnare cœpisset, & tribus mẽsibus regnauit in Hierusalẽ. Nomẽ matris eius Hamital filia Hieremiæ, de Lobna. Et fecit malũ coram dño, iuxta oĩa quæ fecerant patres eius⌋ iniqui idololatræ, s. Ammon, Achaz & Manasses ad tẽpus, cuius pœnitentiã nõ est sequutus. ⌊vinxitq; eũ Pharao Necho in Reblata⌋ vrbe, ⌊quæ est in terra Hemath, ne regnaret in Hierusalem.⌋ Circa hoc recitat Lyra, q̄ Pharao Necho, victa Syria, vocauit ad se Ioachaz regem in Reblata, ad quã cũ venisset Ioachaz, vinctus est ibi à Pharaone & missus sic in Aegyptum. Illud quoq; sup Paralip. tetigi, & ibi contra illud argui, eo q̄ secundo Paralip. conscriptũ sit, Amouit eũ rex Aegypti cum venisset Hierusalẽ. Vnde apparet q̄ Pharao in Hierusalem venit & ibi Ioachaz istum deposuit, quod etiam magister in historijs tenet. Veruntamẽ verbis Lyræ consonare videtur narratio Iosephi, qui affirmat, Rex Aegyptio⁊ dũ fuisset à pugna reuersus, euocauit Ioachaz ad semetipsum de ciuitate Syriæ, quæ dicit Hemath. Qũi dum venisset, eum repente vinxit. Pro ho⁊ concordia quis forsan dicere posset, q̄ rex Aegypti venit Hierusalem nõ in propria psona, sed p legatos quos misit & in Hierusalem amouit Ioachaz regem, quia ea intẽtione misit ad eum illuc. ⌊Et imposuit⌋ Pharao ⌊mulctam⌋ i. tributum ⌊terræ⌋ Iudæ ⌊centum talentis argenti, &⌋ vno ⌊talento auri⌋ i. in tanta collecta seu summa quæ ei omni anno persolueret à rege Iudæ, quẽ pro Ioachaz fecit regẽ, de quo subdit. ⌊Regemq; constituit Pharao Necho Eliachim filiũ Iosiæ pro Iosia patre eius, vertitq; nomẽ eius⌋ i. mutãdo imposuit ei nomẽ hoc ⌊Ioakim,⌋ quatenus mutatio nominis esset memoriale ac signũ promotiõis suæ in regem à Pharaone, sicq; maneret ei subiectus. Deniq; Iosepho teste, Ioakim primogenitus fuit Iosiæ, sicq; regnũ debebat ei de iure cõmuni ratione primogenituræ, dicuntq; aliqui q̄ pplus ipsum Ioachaz fecit regem ex instigatione consanguineo⁊ eius ex parte matris, qui erant potentes. ⌊Porro Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptũ: argentum aũt & au⁊ dedit Ioakim Pharaoni, cum indixisset terræ, p singulos, vt conferret iuxta pceptum Pharaonis. Et vnumquemq; iuxta vires suas exegit tã argẽtum q̃ au⁊ de populo terræ, vt daret Pharaoni Necho. Vigintiquinq; anno⁊ erat Ioakim cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Zebida, filia Phadaia de Ruma. Et fecit malũ coram dño, iuxta omnia quæ fecerãt patres eius.⌋ Nempe vt Iosephus tangit, erat iniustus & valde nequissimus, & nec circa deum sanctus, nec circa hoĩes mansuetus.

¶ Moraliter, ex isto cap. instruunt plati ac principes qualiter debeant pro dei honore zelari, vt deo, à quo omnis plano ac potestas, sint grati, totisq; viribus pro diuini cultus augmento, pro subdito⁊ reformatione plenaria, pro vitio⁊ extirpatione completa, inardescant ac enitant atq; incorrigibiles acriter puniant, vt alijs cedat in exemplum, sicut ait Apostolus: Peccantes corã omnibus argue, vt cæteri timorem habeant, sicq; omnem spiritalem idololatriam infatigabiliter studeant propulsare, ne alicui dominet cupiditas aut auaritia, quæ est seruitus idolo⁊, nec voluptas, ne Venerem colat magis q̃ deum, neq; elatio, ne magis intentus sit propriæ honorationi, q̃ diuinæ maiestatis honori, nec creaturis magis q̃ creatori inhæreat. Insup magos, diuinos, hariolos, nigromanticos & omnes superstitiosos expellat, castiget, compescat, sicq; subditis reformatis, celebret pascha cum eis. i. ad sacramento⁊ Christi communionem accedat. Amplius, sicut virtuoso Iosiæ prauissimi filij successerunt in regno, sic sæpe contingit, q̄ bonis principibus ac prælatis succedant iniqui, qui regibus Aegypti ac Babylonis soluunt tributum. Nam animas quas lucrificare Christo tenent, per reprobam vitam, negligentiam & scandalosum processum exponũt dæmonibus atq; in baratrum mittunt perditionis. Idcirco qui exemplarẽ & bonum habent psidentem, grati sint deo & superioris sui correptiones & correctiones suscipiant gaudiose, neque

facilitet

A faciliter iudicent illum. Postremo, ex dictis patent imperscrutabilia iudicia dei, qualiter vbertim Roma. 11
ex optimis parentibus generent filij pessimi, sicut ex Iosia filij eius pfati, & econuerso, sicut ex im
pijssimo Achaz natus est pijssimus Hezechias, & ex sceleratissimo Ammon sanctissimus iste Io- 4. Reg. 17
sias, sic quoq; in nouo testamẽto, ex reprobissimis nati sunt multi electissimi vtriusq; sexus, quod 4. re. 21. 22
in martyribus sanctis apertius innotescit. Multoties tamẽ contingit φ ex virtuosis parentibus
gignit proles electa. Nemo igit de parentũ sanctitate psumat aut negligentior fiat, neq; ob præ-
decessorũ suorũ impietatem, desperatione frangatur.

¶ ELVCIDATIO CAP. XXIIII. In diebus eius, ascendit Nabuchodonosor. Arti. XXVI.

Hic refert scriptura qualiter Ioakim filius Iosiæ regnauerit & de filio Io
akim. ⌊In diebus eius, ⌋ videlicet octauo anno regni Ioakim filij Iosię
⌊ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis ⌋ ad regnũ Iudæ & in eo
cum ingenti exercitu fixit castra. Cum eñ superasset Pharaonem Ne-
cho regem Aegypti, & totam Syriam cæpisset vsq; Pelusium, pter Iu-
dæam. Voluit quoq; eã suæ subijcere ditioni, cuius potestatem ac mi-
nas metuens Ioakim, qa cum impius esset, nõ confidit in deo, & pacem
cũ rege tam potẽte habere desiderãs, subiecit se illi, promittẽs ei dare tri
buta, sicut subiungit, ⌊ & factus est ei Ioakim seruus ⌋ tributarius ⌊ tri-
bus annis: & rursus rebellauit cõtra eum ⌋ .i. regi Babylonis tributa sol-
B uere renuit tertio anno aut quarto, qa vt Iosephus refert, percepit φ Pharao Necho rursus dis- Iose. li. 10
poneret se ad pugnandũ contra Babyloniæ regem, ideo sperãs φ Aegyptij pualerent, & cupiẽs an. iu. ca. 7
regi Aegypti, à quo factus fuit rex, cõplacere, atq; à tributo exonerari, negauit illi tributũ. ⌊ Im-
misitq; ei dñs latrũculos Chaldæorũ & latrunculos Syriæ & latrunculos Moab & latrunculos filio
rũ Ammon & immisit eos in Iudã ⌋ .i. in pplm regis Iudæ, ⌊ vt disperderet eum ⌋ .i. varijs modis 4. Reg. 25
affligeret tã regem q̃ plebem, ad vlciscendũ transgressiones eorũ, ⌊ iuxta verbũ dñi quod loqu-
tus fuerat p seruos suos prophetas. Factum est aũt hoc p verbum dñi ⌋ .i. non fine puia pnuntia-
tione dei qui p prophetas istud frequenter pdixit, ⌊ contra Iudã, vt auferret eum ⌋ de terra sua in
Chaldæã ⌊ corã se ⌋ .i. ipso dño intuente pctã regni Iudæ ad puniendum hoc modo, ⌊ propter
pctã Manasse vniuersa quæ fecit & propter innoxium sanguinẽ quem effudit, & impleuit Hieru
salem cruore innocentium, ⌋ occidẽdo prophetas & alios iustos in Hierusalẽ, vt habet supra.
Hic rursus oritur difficultas, qualiter propter pctã & homicidia Manasse, deus punierit pplm Iu- 4. Reg. 21
da tẽpore Ioakim, & de hoc in pcedẽti articulo est aliqualis data responsio, qa & populus post 4. Reg. 23
Iosiam, sequutus est pctã Manasse, & etiam propter pctã pcedentium deus detestabat locum &
vrbẽ. Ioakim quoq; occidit Vriam prophetã à quo corripiebat. Hieremiã quoq; voluit sæpe oc
cidere, sed dñs eũ abscondit, sed & alios iustos psequebat, atq; in tot criminibus pplus suus sibi cõ
municauit, sicq; imitabant omnẽ impietatẽ Manasse, nõ aũt pœnitentiã eius, ⌊ & ob hanc rẽ no-
luit dñs propitiari ⌋ .i. ipsorũ pctis ignoscere, relaxando debitã pœnã, culpã tñ pœnitẽtibus vere
indulsit, imò qa pro maxima parte duri, incorrigibilesq; fuerũt, sicut Manasses ad tẽpus, ideo tã
dire puniti, & dñs noluit eis propitiari. ⌊ Reliqua aũt sermonũ Ioakim & vniuersa q̃ fecit, nonne
hæc scripta sunt in libro sermonũ dierũ regum Iuda? Et dormiuit Ioakim cũ patribus suis ⌋ .i. de-
C functus est, non tamẽ in pace, imò violenta occisus est morte à Nabuchodonosor rege, quemad-
modum in scholastica historia fert ex Iosepho. Ioakim eñ Nabuchodonosor regem sub specie Pet. Co.
& iure sedens pmisit intrare ciuitatem Hierusalem, quam ingressus, fidem & fœdus mox fregit, hist. libr. 4
ipsumq; Ioakim interfecit, & corpus eius extra muros projici iussit, sicut pdixerat Hieremias: Se- Re. ca. 30
pultura (inquiẽs) asini sepeliet. Occidit quoq; simulcũ Ioakim iuuenes fortissimos ac famosos, & Iose. li. 10
ideo nõ seruauit huic Ioakim fidẽ, qm ipse Ioakim iã ei fidelitatẽ nõ seruauit negãdo tributũ. ⌊ Et an. iu. ca. 9
regnauit Ioachin filius eius pro eo. ⌋ occiso etem̃ Ioakim, rex Nabuchodonosor filiũ eius noĩe Io Hiere. 22
achin cõstituit regẽ, ⌊ & vltra nõ addidit rex Aegypti vt egrederet de terra sua, ⌋ ad impugnãdũ
territoria aliena, nec etiã ad repugnãdũ Babyloniæ regi. ⌊ Tulerat eñ ⌋ .i. abstulerat ⌊ rex Baby
lonis oĩa q̃ fuerãt regis Aegypti à riuo Aegypti ⌋ .i. Nilo, vt aliqui dicũt, vel alio riuo q ex vna p-
te terminat illud regnũ, ⌊ vsq; ad flumẽ Euphraten ⌋ qd currit p Chaldæã & p mediũ vrbis, noĩe
Babylon discurrebat. Currit q̊q; (vt legit) p Armeniã minorẽ & Persiã, prout sup Gene. dictũ Gene. 2
est. Itaq; terras quas rex Aegypti bellãdo obtinuerat, abstulit ei p plia rex Babylonis, & tandẽ ab
stulit ei terrã Aegypti, sicut de hoc in Hieremia & Ezech. multa scribunt. ⌊ Decẽ & octo annorũ Hier. 46
erat Ioachin cũ regnare cœpisset, & tribus mẽsibus regnauit in Hierlm. Nomẽ matris eius Ne- Ezech. 29 30
hostha, filia Elnathan, de Hierlm. ⌋ Nabuchodonosor nãq; cũ cœpisset reuerti, cœpit in via sus-
picari ac formidare, φ Ioachin iste fieret sibi infidelis atq; rebellis, eo φ patrẽ suũ occiderat, idcir
co decreuit redire, sicut textus narrat, ⌊ & fecit malũ corã dño, iuxta oĩa q̃ fecerãt pres eius. In illo
tpe ascenderũt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Hierlm ⌋ .i. vsq; ad eã. Rex eñ Babylo

nis ꝓmisit illuc suũ exercitũ, vt Iosephus insinuare videt. ⌞Et circũdata est vrbs munitionibus⌟ D
Iose.lib.10 an.ui.ca.9 .i. bellicis machinis, ⌞venitq́ Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatẽ cũ seruis suis,⌟ qui secũ remãserunt, ⌞vt oppugnarẽt eã. Egressusq́ est Ioachin rex Iuda ad regẽ Babylonis,⌟ hoc fecit Ioachin ex admoninonibus Hieremiæ, ne ob suã resistentiã cõtra regẽ Chaldeæ, ciuitas & templũ & totus ppls suus periclitarent, ⌞ipse & mr eius & serui eius & principes & eunuchi eius⌟
Ibidem q oẽs vnà cũ Ioachin rege suo exierũt & tradiderũt se regi Chaldæoꝝ, vt Iosephus narrat, Ioachin ita se ꝓsentauit Nabuchodonosor regi, accepto iuramẽto à rege illo, ꝙ nec ipse nec ciuitas nec existẽtes secũ paterent mali aliquid ab ipso Nabuchodonosor & Chaldæis, q iuramentũ suũ mox violauerũt, prout io textu subiungit, ⌞& suscepit eũ rex Babylonis anno octauo regni sui. Et protulit⌟ .i. exportauit Nabuchodonosor ⌞inde oẽs thesauros domus dñi⌟ .i. tẽpli, ⌞& thesauros domus regiæ & cõcidit⌟ .i. cõminuit & cõfregit ⌞vniuersa vasa aurea, q̃ fecerat Salomon
3. Reg. 6 rex Israel, in tẽplo dñi, iuxta verbũ dñi⌟ .i. quædã de oĩbus vasis tẽpli, nõ simpliciter oĩa illa, imò
1. Esd. 1 multa posuit in tẽplo dei sui in Babylone, q̃ diu post p Esdrã sunt reportata, vt in primo Esdræ lib. habet. ⌞Et trãstulit oẽm Hierl'm & vniuersos principes & oẽs fortes exercitus.⌟ Istæ distributiones accõmodæ sunt & intelligẽdæ de generibus singuloꝝ, nõ de singulis generꝝ, qa nõ penitus oẽs habitatores Hierl'm & principes ac robustos, sed quosdã de illis oĩbus trãstulit, ad q̃d insinuandũ subiungit, ⌞decẽ milia in captiuitatẽ & omnẽ artificẽ & inclusorẽ⌟ scientẽ gẽmas ioclu dere auro atq; argẽto, ⌞nihilq́ relictũ est, exceptis pauperibus populi terræ.⌟ Nõ est hoc intelligendũ vt sonat, quasi nulli potẽtes, diuites, nobilesq́ remãserint in Hierl'm & Iudæa post istã captiuitatẽ, cũ statiio subdat, ꝙ rex Babylonis pro Ioachin isto regẽ cõstituit Sedechiã, cũ q̃ postea multi principes, nobiles ac potẽtes fuerũt & capti sunt, vt sequẽti narrat cap. sed intelligẽdũ videt E
4. Re. 25 ꝙ isti q remãserũt, quasi pauperes erãt cõparatione ꝓdecessoꝝ suoꝝ. ⌞Transtulit quoq; Ioachin in Babylonẽ, & matrẽ regis, & vxores regis, & eunuchos regis, & iudices terræ duxit in captiuitatẽ, de Hierl'm in Babylonẽ, & oẽs viros robustos septẽ milia, & artifices, & inclusores mille, oẽs viros fortes & bellatores: duxitq́ eos rex Babylonis captiuos in Babylonẽ.⌟ Qualr verũ est istud,
Pet. Co. cũ iam dictũ sit, ꝙ erãt decẽ milia? Ad q̃d dicendũ, ꝙ sicut in scholast. hist. innotescit, in toto fue
hist lib. 4 runt decẽ milia, imò & octingenti trigintaduo, vt Iosephus addit. Erãt enĩ cũ rege & cum regina
reg. ca. 19 circiter duo milia, & de principibus ac viris bellatoribus ac robustis circiter septẽ milia, mille q̃q;
Iose.lib.10 artifices & inclusores ac alij quidẽ secundũ Iosephi relationẽ, & inter hæc milia fuerunt Ezechiel
an.ui.ca.9 adhuc iuuenis & Mardochæus, & qm isti quodãmodo spõte se tradiderunt Chaldæis, proprie nominant transmigratio Iudæ, q aũt postea sub Zedechia translati sunt, proprie appellant captiuitas Iudæ. Deniq; septuaginta annos captiuitatis Iudæ, de qbus Hieremias ꝓdixit: Quidã cõpu
Hiere. 25 29 tare incipiũt à tpe transmigrationis istius, puta ab anno octauo regni Nabuchodonosor, alij vero à tpe captiuitatis factæ sub Zedechia. ⌞Et cõstituit Mathaniã patruũ eius⌟ regẽ ⌞pro eo⌟ .i. pro Ioachin, q Matthanias fuit iunior inter filios regis Iosiæ, erat quoq; octo annoꝝ qñ Iosias defunctus est, ⌞imposuitq́ ei nomẽ Zedechiã,⌟ primo, vt ex nois immutatiõe recordaret se à rege Nabuchodonosor exaltatũ, & sic ei sidẽ seruaret. Secũdo, vt ex nois sui interpretatiõe hoc ipm pensaret ac ageret. Zedechias quippe interpretat iustitia dei, ideo sic appellauit eũ, qa accepit ab
2. Par. 36 eo iusiurandũ, ꝙ sibi sub tributo fideliter deseruiret, prout secundo Paralip. describit, q̃d implere F
exegit iustitia. ⌞Vicesimũ & primũ annũ ætatis habebat Zedechias cũ regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Hierusalẽ. Nomẽ matris eius erat Hamital, filia Hieremiæ de Lobna. Et fecit malũ corã dño, iuxta oĩa quæ fecerat Ioachin. Irascebat enĩ dñs contra Hierusalẽ & contra Iudã,⌟ propter ipsoꝝ pctã, ideo iusto iudicio subtraxit regib' Iuda iam dictis ac plebi eoꝝ dona grãæ suæ, qua eis deficiente peccauerũt grauissime, ⌞donec proijceret eos à facie sua⌟ .i. in captiuitatẽ & mortẽ ac transmigrationem redigeret. ⌞Recessitq́ Zedechias à rege Babylonis,⌟ per rebellionem & negationem tributi, violationemq́ iuramenti. Vnde Ezechiel de ipso disseruit: Nunquid qui dissoluit pactũ, effugiet? Ecce ex isto pensat cap. qualiter deus p vnum principẽ iu
Ezech. 17 ste puniat pctã alterius. Cum enĩ reges Assyrioꝝ diu tribulassent & oppressissent regna terrarum cœperunt à rege Aegypti grauiter impugnari. Cumq́ rex Aegypti Syriam & regnũ Iudæ vastasset, à rege Babylonis deuictus est, à quo etiã rege regnũ Iuda est dissipatũ. Cũ vero completa fuisset Chaldæoꝝ malitia, destructa est à Persis ac Medis eoꝝ monarchia. Monarchia quoque Persaꝝ à Græcis, hoc est ab Alexandro magno destructa est. Præterea ex ꝓhabitis elucescit q̃ ve
Eccl. 7 re Salomon sit loquutus, Considera opera dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.
Esa. 28 Nam quamuis vexatio dare soleat intellectum, tamen cuncti præfati filij regis Iosiæ, in tot vexationibus & pressuris manserunt in sua malitia, vidensq́ posterior prædecessoris sui deiectionem ac populi vastitatem, non se correxit nec credidit, nec verbis Hieremiæ acquieuerunt, idcirco oportet nos iugiter esse timoratos ac humiles, formidando occulta dei iudicia, & considerando,
Hiere. 34 deflendo, ac deinceps solicite deuitando propria vitia, ne (quod absit) relinquamur à gratia & in
37. 38 duremur, atque in propria cæcitate ac pertinacia, immo & cordis insensibilitate relicti, æternaliter pereamus.

¶Expo

A ¶EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMIQVINTI ET vltimi. Factum est autem anno nono regni eius &c.

Articulus vicesimusseptimus.

FINIS REGNI IVDA QVOD AD LONGVM TEMpus defecit, hoc loco describitur. ⌊Factum est autem anno nono regni eius⌋ videlicet Zedechiæ, ⌊mense decimo, decima die mensis: Venit Nabuchodonosor ipse, & omnis exercitus⌋ eius ⌊Hierusalem & circundederunt eam, & extruxerunt in circuitu eius munitiones.⌋ hoc est, bellica instrumenta, & machinas ad vrbem demoliendam. ⌊Et clausa est ciuitas,⌋ id est, portas eius clauserunt ciues, ne eam Chaldæi intrarent ⌊atq; vallata⌋ foris ab hostibus ⌊Vsq; ad vndecimum annum regis Zedechiæ, nona die mensis.⌋ sicq; quasi per tres annos fuit obsessa, ex quo patet fortitudo, & quasi inexpugnabilitas ciuitatis, quãdiu habitatores eius victualia habuissent. Iosephus tamen dicit, quòd decem & nouem mensibus fuit obsessa, & rursus ex tam diuturna obsidione claret feruor, crudelitas, animositas regis Babylonis ad obtinendum hanc vrbem, atque ad præualendum aduersariis suis. Nempe Zedechias à tributo regis Chaldæorum cupiens releuari, misit ad regem Aegypti, vt inuicem se iuuarent, quatenus à iugo regis Babylonis se possent excutere, quo cognito, rex ille cum grandi exercitu venit obsidere Zedechiam in vrbe Hierusalem, ⌊præualuitq; fames in ciuitate,⌋ hoc est, inhabitatoribus Hierusalem, quia infra totum tempus præfatæ obsidionis nemo poterat victualia in vrbem illam perducere, ⌊nec erat panis⌋ id est, alimentum, ⌊populo terræ.⌋ Quia & in aliis vrbibus regni Iudæ fuit caristia, eo quòd Chaldæi omnia occupassent, & vastassent in territorio illo. ⌊Et interrupta est ciuitas⌋ In Hieremia habet: Aperta est ciuitas non vtique à ciuibus suis, sed violentia Chaldæorum, *Iose. lib. 10 an. iu. ca. 10* *Hiere. 39*

B qui in muris & portis Hierusalem fecerunt cum machinis suis aliquas aperturas. Vnde Iosephus narrat, quòd rex & exercitus Babylonius, obsessionem grauius inferebat, faciẽs turres cum ædificiis magnis, aggeresq; ingentes exaltans, ex quibus resistebat ciuibus nitentibus pugnare de muro, multasq; machinationes erexit, æquans eas muris ciuitatis per circuitum eius. Illi quoque qui intra vrbem erant, fortiter ac promptissime resistebant, ⌊& omnes viri bellatores nocte fugerunt.⌋ Nam circa mediam noctem ciuitas capta est, ⌊per viam portæ quæ est inter duplicem murum.⌋ hoc est, inter duos muros Hierusalem ⌊ad hortum regis.⌋ id est, iuxta hortum palatii, & per viam illius horti fugerunt. ⌊Porro Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem. Fugit itaq; Zedechias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis,⌋ hoc est, per campestrem viam tendentem in heremum. Hinc Iosephus refert, quòd fugit per desertum valde tutissimum. Quidam tamen Hebræi dicunt, quòd fugit per subterraneam viã, & quod dominus fecit apparere, & currere sup viam illam extrinsecus ceruum ac capream, donec rex cum suis à Chaldæis insequentibus est inuentus, in loco, vbi de subterranea via exiuit, quod ex scripturis authoritatem non habet, nec textui multum consonare videtur. Ideo alii dicunt, quòd quidam Iudæi à Chaldæis capti in ciuitate, vel qui ante vltro exierunt ad Chaldæos, monstrauerunt eis viam, per quam rex iniit fugam. Iosephus vero testatur: Capta ciuitate circa mediam noctem, & principibus Chaldæorum ingressis, templum cognoscens hos Zedechias rex sumptis vxoribus, & filiis, & principibus, & amicis, fugit per de- *Iose. lib. 10 an. iu. ca. 10* *Iose.*

C sertum, quod dum à quibusdam traditiciis principibus Chaldæorum indicatum fuisset, diluculo eum persequuti sunt, & omnes bellatores qui erant cum eo dispersi sunt, quia non poterant eum iuuare, metuebantq; capi, qui tamen mox à Chaldæis eos insequentibus, sunt comprehensi, prout à Hieremia satis innuitur. ⌊Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditq; eum in planitie Hiericho, & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Apprehensum ergo regem, duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha.⌋ quæ alio nomine legitur Antiochia nuncupari, in qua Nabuchodonosor erat tunc. ⌊Qui loquutus est cum eo iudicium,⌋ hoc est, rationabiliter ac iudicialiter eum increpauit & accusauit, quia vt Iosephus refert, mox vt vidit eum, cœpit eum infelicem, impiumq; vocare, & iuramenti sibi facti, immemorem atque ingratum de hoc quod eum constituerat regem, & addit: Magnus deus odio habens tuam nequitiam subiugauit te nostro imperio. ⌊Filios autem Zedechiæ occidit coram eo⌋ quod fuit ei graue nimis videre, ⌊& oculos eius effodit, vinxitq; eum cathenis, & adduxit in Babylonem,⌋ quæ oĩa per alios ei fieri iussit. Tũc ergo sicut prædixit Ezechiel, Zedechias Babylonem intrauit, & eam nõ vidit, atq; vt Hieremias fuit vaticinatus, os eius cum ore regis Babylonis locutum est. Refert Iosephus, quòd Ezechiel ex Chaldæa misit epistolam Iudæis in Hierusalem, prænuntians eis calamitates instantes, pseudo vere prophetæ persuaserunt regi ac populo, non esse credendum Ezechieli nec Hieremiæ, quia inter se discordarent, eo quòd Ezechiel scripsit, quod Zedechias Babylonem nõ videret. Hieremias aũt prophetauit, quod ducẽdus eẽt in Babylonẽ, ⌊mense quinto⌋ vndecimi anni quo captus est Zedechias, ⌊septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus⌋ regni ⌊regis Babylonis.⌋ Verũtñ in Hieremia scriptũ, ipse est annus decimusoctauus, quod facile cõcordat, dicẽdo, *Iose. lib. 10 an. iu. ca. 10* *Hiere. 52* *Iose. lib. 10 an. iu. ca. 10* *Hiere. 52*

 quòd vlti-

quòd vltimus illorum annorum non fuit ex toto completus, ideo in Hieremia non computatur. D
⌊Venit Nabuzaradan princeps exercitus, seruus regis Babylonis in Hierusalem, & succendit do
mum domini.⌋ Vnde in Ezechiele fuit prædictum: A sanctuario meo incipite. Iussit autem rex
Ezechi. 9 Babylonis templũ incendi, non ex contemptu dei Israel, quasi putauerit illum cultu indignum, sed
quoniam reputauit Iudæos templo dei indignos. Vnde vt in Hieremia habet, princeps militiæ di
Hiere. 58 xit ad Hieremiam, dominus locutus est malum super locum istum, & factus est vobis sermo hic.
Peccastis enim domino, ⌊& domum regis & domos Hierusalem, omnemq́; domum combussit,
& muros Hierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erant cum princi-
pe militum.⌋ ne habitantes in ea amplius rebellarent imperio Chaldæorum. ⌊Reliquam autem
partem populi qui remanserat in ciuitate⌋ Hierusalem ⌊& profugos qui transfugerant ad regem
Babylonis⌋ Antequàm vi caperent, & ante incendium vrbis, ⌊& reliquum vulgus transtulit Na-
buzaradan princeps militiæ⌋ de Iudæa in Chaldæam.

¶Porro profuga appellatur qui fugit de vna parte, vrbe, aut regione ad aliam, ⌊& de paupe-
ribus terræ reliquit vinitores & agricolas,⌋ Qui vineas agrosq́; colerent, ne terra in solitudinem
redacta, sterilisq́; effecta, rex Babylonis nullum ex ea consequeret emolimentum, nec tributum,
⌊Columnas autem æreas quæ erant in templo domini & bases & mare æneum, quod erat in do-
3. Reg. 7 mo domini⌋ de quibus omnibus dictum est in expositione libri tertij, ⌊confregerunt Chaldæi⌋
vt fracta conuenientius secum in Babylonem deferrent, ⌊& transtulerunt æs omne in Babylo-
nem. Ollas quoq; æreas⌋ in quibus carnes coquebantur oblatæ, ⌊& trullas⌋ id est, instrumenta q
bus cineres congregabant aut eruebant de sub altari holocaustorum, ⌊& tridentes⌋ hoc est, fusci
nulas ⌊& scyphos & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt, necnon & E
thuribula & phialas⌋ Quibus omnibus præallegato tertio libro, dictum est satis, idcirco non decet
hic immorari, sed illuc est recurendum. ⌊Quę aurea, aurea⌋ id est, aurea vasa collocauit, & secum
portauit inter aurea instrumenta atq; clinodia, & iuxta eundem sensum, ⌊quæ argentea, argentea
tulit princeps militiæ, columnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat rex Salomon in templo
domini. Non erat pondus æris omnium vasorum⌋ hoc est, incognitum fuit præ mole magnitu
dinis ac multitudinis suæ, vel p hyperbolen dictum est hoc. ⌊Decem & octo cubitos altitudinis
habebat columna vna, & capitellum æreum sup se altitudinis trium cubitorũ, & retiaculum, & ma
logranata sup capitellum columnæ, omnia ærea. Similem & columna secunda habebat ornatũ⌋
Ibidē Istud intelligendum est de duabus præcipuis templi columnis, de quarũ materia, forma, ornatu,
quantitate, & eminentia dictum est prætacto tertio Regum, vbi & concordata sunt quæ de hac re
videntur in diuersis scripturæ locis ab inuicem dissonare. ⌊Tulit quoq;⌋ hoc est, captiuauit & secũ
Iose. lib. 10 duxit, ⌊princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum⌋ id est, pontificem, ⌊& Zophoniam sa
an. in ca. 10 cerdotē secundũ⌋ hoc est, secundi ordinis vel proximum in dignitate, post pfulō quem Iosephus
vocat sacerdotem secundarium, ⌊& tres ianitores & de ciuitate eunuchum vnum qui erat præfe-
Genes. 39 ctus super bellatores viros⌋ sicq́; vocatur eunuchus non ratione castrationis, sed ex dignitate of-
ficij, sicq; in Genesi Ioseph legitur venditus Putiphar eunucho Pharaonis principi exercitus,
vel tales principum officiati ratione castitatis & honestatis dicebantur eunuchi. & tres ianitores,
Hiere. 52 qui à Hieremia dicuntur tres custodes vestibuli, & in Iosepho custodes templi, ⌊& quinq; viros
Iose. lib. 10 de his qui steterant coram rege.⌋ Tanquàm ei familiares. In Hieremia autem scriptum est: Et se
an. in ca. 10 Hiere. 58 ptem viros qui videbant faciem regis, id est ei familiarius atque frequentius aderant, sed numerus
minor non excludit maiorem, & forsitan quinq; erãt principaliores, propter quod exprimuntur, F
qui steterant coram rege, ⌊quos repperit in ciuitate, & Sopher principem exercitus, qui proba
bat Tyrones de populo terræ, & sex viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos tollens
Nabuzaradan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha, percussitq́; eos rex Ba-
bylonis, & interfecit eos in Reblatha, in terra Hæmath. Et translatus est Iuda,⌋ hoc est, populus
regni Iudæ, videlicet tribus Iuda, tribus Beniamin, tribusq́; Leui ⌊de terra sua. Populo autem qui
relictus erat in terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis⌋ scilicet præfatis pau
peribus, operarijsq́; Iudæis, ⌊præfecit Godoliã, filium Ahicam, filij Saphan⌋ qui vt Iosephus pro
Iose. li. 10 testatur, fuit vir iustus, & mansuetus, & præpositus fuit, vt plebem superstitem gubernaret, regiq́;
an. in ca. 10 Babylonis tributa solueret regionis sibi ab illo commissæ.

⌊Quod cum audissent omnes duces militum⌋ qui sub principe militiæ erant, & inter milites prę-
cipui ac præsidentes quibusdam, vtpote, millenarij, quinquagenarij, ⌊ipsi & viri qui cum ipsis
erant.⌋ Qui scilicet manus euaserant Chaldæorum, ⌊videlicet quod constituisset rex Babylonis
Godoliam.⌋ Tanquàm principem, cui terra fuit commissa, vt sub eo essent securi, vel ad inqui-
rendum & considerandum, qualiter negotia se haberent.

⌊Venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismael filius Nathaniæ, & Iohannan filius Cariath, & Sa-
raia filius Thenheth, Netophathites, & Iazonias filius Maachati, ipsi & socij eorum, Iurauitq́; Go
dolias ipsis & socijs eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis. Manete in terra, & seruite
regi Babylonis, & bene erit vobis,⌋ hoc est, cum iuramento promisit eis securitatem, dummo-
do subesse

do subesse vellent Chaldæis. L Factum est autem in mense septimo venit Ismael filius Nathaniæ filij Elisama de semine regio, ⌋ hoc est, de progenie regum Iuda, L & decem viri cum eo, ⌋ imo &
A plures (vt creditur) sed decem fuerunt principales.

L Percusseruntq́; ⌋ hoc est, occiderunt L Godoliam ⌋. Qui & mortuus est. Sed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maspha ⌋ vel quia Godoliæ principatui inuidebant, cum ipse esset de semine Regum non Godolias, vel ex odio regis Babylonis. Nam & Chaldæos qui erant cum Godolia occidit. Refert Iosephus quod Godolias Ismaelem & suos splendide refecit & sæpe ab Ismaele inuitatus, vino se inebriauit atq; ex ebrietate in soporem resolutum occidit. Ista historia sed & sequens in Hieremia diffuse habet, & hic non nisi breuissime tangit. L Consurgensq́; omnis populus ⌋ Iudæorum ibi residuus, L à paruo vsq; ad minimum, & principes militum ⌋ .s. duces prætacti, L venerunt in Aegyptum, timentes Chaldæos. ⌋ Timebant enim à Chaldæis male tractari, propter Godoliæ & Chaldæorum, qui secum erant interfectionem. Hieremias tamen consuluit eis oppositum, & cum nollent suo consilio obtemperare, perrexit cum eis in Aegyptum. Idem Hiere. 4 Hiere. 41 Ibidē.

¶ Consequenter recitat, qualiter Euilmerodach rex Babylonis qui patri suo Nabuchodonosor successit in regno eleuauit, exaltauit, & gloriose tractauit ipsum Ioachin, qui ex consilio Hieremiæ se tradidit Nabuchodonosor regi, quod faciendo, istam quoque promeruit prosperitatem. L Factum est vero in anno tricesimoseptimo transmigrationis Ioachin, regis Iudæ, mense duodecimo, vicesima & septima die mensis, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat caput Ioachin regis Iuda, de carcere, & locutus est ei benigne. Et posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone, & mutauit vestes eius, quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu eius, cunctis diebus vitæ suæ, Annonam quoq; constituit ei sine intermissione, quæ & dabat ei à rege, per singulos dies, omnibus diebus vitę suę. ⌋

B Hæc litera satis plana est. Dicunt quoq; aliqui, quod Nabuchodosor rege in amentiam verso, Euilmerodach filius eius regnum assumpsit, & multa commisit flagitia, propter quod pater eius curatus, & in regnum reductus præfatum suum filium incarcerauit, sicq; cum Ioachin in carcere amicitiam quandam contraxit, ex qua postea sublimatus in regnum, patre suo defuncto, ipsum Ioachin exaltauit, vt dictum est. Iosephus vero tangit, quod ideo fecit hoc, quoniam pater suus Nabuchodonosor non seruauit fidem & pactum. Hinc Ioachin qui ad eum ea conditione exiuit, quod nec sibi nec suis noceret, quod Nabuchodonosor non impleuit. Iose. lib. 10 an. iu. ca. 10

¶ Præterea, vt Iosephus scribit: Templum à Chaldæis concrematum est post trecentos septuaginta annos, & menses sex, diesq́; decem, ex quo à Salomone fuit constructum. Ab ingressu autem populi in terram promissionis, tunc erant anni mille sexaginta, duo menses, decemq́; dies. A diluuio vero vsq; ad vastationem templi omne tempus fuit annorum mille nongentorum quinquagintaseptem, sex mensium, decem dierum. Ex quo factus est Adam, vsque ad ea quæ contigerunt templo, anni sunt tria milia quingenti tredecim, menses sex, dies decem. Veruntamen computatio ista ab aliorum quorundam enumeratione in aliquibus discrepare censet. Idem

¶ Expositio eiusdem vicesimiquinti capituli spiritalis.

¶ Articulus Vicesimusoctauus.

C TEstante Apostolo: Omnia in figura contigerunt illis, vtpote populo Iudæorum in veteri testamento, & sicut in populo illo fuit frequens deformatio & ruina, ita & in Christi ecclesia. Et sicut deus omnipotens populum synagogæ per deuotos reges, ac sacerdotes & sanctos multoties reformauit, atque ad pristinum gratiæ decus reduxit, sic & ecclesiam sæpe collapsam sæpe reformare dignatus est, per sanctos prælatos, per sacros religiososq; viros, per principes virtuosos. Rursus quemadmodum in veteri testamento maxima causa ruinæ ac deformationis in synagoga fuit regum, aliorumq́; præsidentium detestabilis vita, negligentia, inexemplaritasq́; aperta, ita plane in tota ecclesia dei, causa potissima totius dissolutionis, corruptionis, carnalitatis, ac lapsus est prælatorum principumq́; ruina, præsertim episcoporum, quorum est vniuersam eis commissam diocœsim, efficaciter gubernare, deformata, & lapsa mox reparare, bona conseruare, atque perficere, præceptum fraternæ correptionis sine personarum acceptione insatigabiliter adimplere. Iterum sicut populus Israel paulatim & successiue est victus, captus, translatus, quousque regnum eius omnino defecisse videtur ad longum tempus, ita quod non nisi paucissimi in ea manserunt Israelitę, ita ecclesia ab inuisibilibus hostibus ac visibilibus inimicis persecutoribus, & tyrannis, Sarracenis, hæreticis, ac cæteris perfidis frequentissime & acerrime est impugnata, & pro magna parte deuicta, suisq; terris, ac regionibus destituta. Adhuc autem sicut populus Israel in duo diuisus regna, contra seinuicem assidue dimicauit, quousque per extraneos æmulos est abducta, sic Christianorum reges ac principes, & subiecti frequenter nimis, & lamentabiliter contra se inuicem præliantur. Et sicut ab Assyrijs & Chaldæis grauius sunt oppressi Israelitæ, sic Christifideles à Theucris & Sarracenis vehementius sunt vastati, & terris suis, imo & terra sancta priuati. Itaque per reges Iuda virtuosos, signantur electi, Idoneique prælati, & reges ac principes timorati. 1. Cor. 10

¶ Porro,

¶ Porro, per reges Iuda iniquos præfigurati sunt praui & scandalosi carnales & negligentes pa D
2. Regū. 8 stores, reges, ac domini temporales. Et sicut in veteri lege, non solum iniqui reges ac praui Iudæi
3. Regū. 15 ab infidelibus impugnabantur Gentilibus, sed etiam iusti, vt constat de Dauid, Asa, Iosaphat, Eze
2. Para. 30 chia. Veruntamen diuersimode exituq́ diuerso, quoniam boni præualuerunt, iniqui succubue-
4. Reg. 17 runt, sic prælati & præsides Christianorum, & ipsi fideles eis subiecti, non solum praui ac reprobi, sed item electi & virtuosi ab inuisibilibus ac visibilibus æmulis impugnantur. Itaq́ per obsidionem Hierusalem à Chaldæis, præfiguratum est, quod ecclesia militans hostibus suę salutis vndiq́ circumuallatur, & varijs machinis impugnatur, ita quod interdum panis deest populo terrę, dum fideles tentationibus superantur, passionibus & vitijs obruuntur, calliditate ac fraudibus circumue-
Psal. 86 niuntur, sicq́ interrumpitur ciuitas dei, de qua gloriosa sunt dicta, dum virtutum integritas dissipatur, & prælatorum peruigil solicitudo, pastoralis custodia, munitio exemplaris deficiūt. Tunc hostes ingrediuntur ad populum, atq́ ad libitum debacchantur in plebe Christi. Rex demum & principes fugiunt, dum prælati, prædicatores, & quorum est alios defensare, per vitiorum deuia gradiuntur, nec hostibus se opponunt, sed propria commoda cupientes, infernalibus lupis animarum & ouium Christi deuoratoribus non reluctantur, sicq́ & ipsimet damnabilius pereunt, & grauius strāgulantur in anima, eorumq́ oculi interiores eruuntur à rege Babylonis, quia diabolus princeps confusionis, ita eorum obtenebrat corda, quod nec propria nec subditorum aduertūtur
Iob 10 pericula, nec diuini intuentur rigorem iudicij, nec in illam verentur pertrahi terram, in qua nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat, sicque miserrimi isti nunc seruiunt regi Babylonis, quoniam iugo peccati & seruituti diaboli sunt detenti. In quorum animabus est infelix euersio & fœda prorsus confusio, dum carnalitas præualet rationi, caro spiritui, concupiscentia voluntati. E
¶ Amplius, rex Babylonis filios Zedechiæ, ipso cernente nec resistente, occidit, dum maligni spiritus subditos ad vitia trahunt, ac publice præuaricari suadent, & tamen qui præsunt, non corripiunt, nec castigant peccantes, siue ex negligentia, siue ex priuata, & inordinata affectione.

¶ Porro, exercitus Chaldæorum est acies dæmonum, cathena vitiorum, congeries peccatorum. Princeps huius exercitus est dæmon intemperantiæ, spiritus fornicationis, feruor cupiditatis. Iste incendit templum domini, dum congregationem fidelium à veræ charitatis igne infrigidatam, æstu accendit libidinis, appetitu gulæ, auaritiæ flamma. Sicq́ vasa templi dei diripiunt, dum corda diuino obsequio dedita, ad iniquitatem flectuntur, & membra corporis, quæ primo seruierunt
Roman. 6 munditiæ ac virtuti in sanctificationem, exhibentur arma iniquitatis peccato in perditionem. Tunc omnis spiritalis decor aufertur fidelibus, & cadunt columnæ, dum qui alios sustentabant, à sua labuntur constantia, & vel aduersitate franguntur, vel prosperis extolluntur, aut voluptatibus gustus & tactus emolliuntur, & iacent miserabiliter. viliterq́ prostrati, qui in omni virtute &
1. Cor. 15 sapientia spiritali, deberent esse erecti, stabiles, atque immobiles, à medio virtutum, nequaquàm deficientes, & abundantes in opere domini semper.

¶ Præterea, transfertur Iuda de terra sua, dum populus Christianus confessioni diuinæ laudis, &
Ephe. 2 accusationi propriæ culpæ deputatus, ac Christo incorporatus, ac ciuis sanctorum atque domesticus dei factus, cadit à statu salutis, & fit deo ingratus, sicq́ incorporatur diabolo, & membrum ecclesiæ malignantium, ciuis Babylonis, & socius tenebrarum efficitur. Tunc quoque pauperibus F terræ qui omnino nihil habent, nisi proprias passiones, peccata, & vitia, quibus sunt pleni, in quibus nulla est spiritalis opulentia, hoc est, ambitiosis carnalibus, & vanis hominibus committitur regimen populi, quorum promotionem desiderat, & procurat rex Babylonis, puta diabolus, qui de nulla re amplius gloriatur, quàm de promotione carnalium, vitiosorumq́ hominum ad regimen animarum. Caueāt ergo prælati ac principes ouium Chri, vicarij dei, animarum custodes,
Zelus ne ista & his similia ipsis contingant, ne aditum præbeant inimicis ad Christi ouiculas, ne perfodi finant domus suas, ne prauis exemplis hos perdant, quos Christo lucrari tenentur, ne paruipendant pretium sanguinis vnigeniti filij dei, negligendo illorum custodiam, ac salutem, pro quorum saluatiōe sapientissimus ille mercator, tam pretiosissimū sanguinem fudit, tā incomparabilem the-
Apo. 19 saurum expendit, tantum assumpsit laborem, & tam amarissimam pertulit mortem, sed eius accen-
Danie. 2 dantur amore, zelo exardescant salutis fraternę, ac debitum sui persoluant officij

Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est rex regum, & dominus vniuersorum, mutans tempora & ætates, transferens regna atque constitues qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

¶ Diui Dionysij Carthusiani Enarrationum in quartum librum Regum, Finis.

A

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN PRIMVM LIBRVM PARALIPOMENON, hebraice, Dibre, Haiamim, Enarratio. Et est totius instrumenti veteris vsq; ad Salomonis regis tempora, quoddam quasi Epitome siue Chronicon.

¶Procemium.

DEus fecit ex vno omne genus hominum inhabitare sup vniuersam faciē terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum. Creator omnipotens, cuius sapientiæ non est finis aut numerus, qui ad imaginem & similitudinem suam condidit hominem. In hoc quoq; assimilauit sibi eundem, q sicut tota vniuersitas creaturæ ab vno prodijt creatore, sic cuncta hominum multitudo ab vno manauit parente homine. s. prothoplasto, de cuius costa formata est mulier prima, quod etiam propter mysticam factum est significationem sacramentalem, atq; ob id vt inter homines maior consistat charitatis connexio, firmitasq; cōcordiæ. Ideo de ciuitate dei capitulo decimo loquit Augustinus. Ad humanū genus non solum naturæ similitudine sociandum, verumetiam quadam cognationis necessitudine in vnitatem concordis pacis vinculo colligādum, ex homine vno, voluit deus instituere genus humanum. Quàmuis autem in Genesi plenius describat, qualiter factum sit istud, tamen etiam in volumine isto hoc ipsum monstrat. Vocat quippe hic liber Paralipomenon. Et vt sexto Ethimologiarum ait Isidorus, græce παραλειπομένων, interptat latine, ptermissorum aut derelictorum. Circa quod scribit magister Adā Parisiēsis παραλείπω verbū græcū ē, significās idē qd relinquo aut ptermitto. Et scdm Haguitionem dicit ἀπὸ του παρὰ, quod est pter, & ὕπος quod est supplens, & μένω quod est defectus, quasi ptermissorum supplens defectum. Qm̄ ea quæ in lege, & psertim quæ in libris Regum omissa sunt, vel nō plene relata, summatim, ac breuiter in isto exprimunt volumine. Propter quod scdm Hieronymū liber hic dici potest χρονικὸν totius sacræ scripturæ, ad cuius intellectum plenius obtinendum pcipue confert. Hinc rursus scribit S. Hieronymus in epl'a ad Paulinum, quæ est plogus totius scripturæ diuinæ. Paralipomenon liber, instrumenti veteris epitome tātus ac talis est, vt absq; illo, si qs sciam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsm irrideat. ¶Porro ἐπιτομή dicit abbreuiatio sermonis ab ἐπὶ quod est supra, & τομὴ quod est sectio siue diuisio, quasi præsectio abbreuiatioq; sermonis, qm̄ cōpendiose colligit ptermissa. Itaq; liber Paralipomenon existēs epitome. i. abbreuiatio veteris instrumenti. i. veteris testamenti, quod dr̄ instrumentū, vel qm̄ instruit in fide & moribus, vel qa vtimur eo ad noui testamenti pbationē, est tātus ac talis. i. tam sententiosus & vtilis, q seipsum decipiat, si qs voluerit sibi arrogare. i. supbe attribuere sciam scripturarum absq; illo. i. sine intellectu libri illius. ¶Deniq; specialr in duobus Paralipomenon libris supplent ac describunt ea, quæ in libris Regū omissa fuerunt de Dauid, Salomone, successoribusq; eorum vsq; ad Zedechiā. Idcirco in psata epl'a addit Hieronymus: Per singula quippe noīa iuncturasq; verborum, ptermissæ in libris Regū tangunt historiæ, & innumerabiles euangelij explicant quæstiones. Nam circa descriptionē genealogiæ Chr̄i, quā S. Lucas ascēdendo prosequit vsq; ad Adam. Sanctus vero Matthæus descendēdo ab Abrahā vsq; Ioseph, pn̄t q̄ plurimæ quæstiones moueri, quæ ex libro hoc Paralipomenon, partim sumūt occasionē, & partim solutionē. Interdū nāq; nominant alij pres à Luca, & alij à Matthæo, & pr̄m illorum alia exprimunt vocabula in hoc libro, sicut hoc sup Matthæū & Lucā plenius scripsi, declaraui ac solui. ¶Præterea, liber iste hebraice nominat Dibre Haiamim. i. verba dierum seu χρονικὸν. i. tpale, ἀπὸ του χρόνου, quod est tp̄s, qa complectit totū tp̄s ab Adā vsq; ad finē Regū Iuda. Terminat quoq; hoc nomē Dibre Haiamim in m, non in n. Ait enī Hieronymus, & habet in glossa sup Genesim. Errāt q putant, q Beniamin filius dierum interptet. Dextera nāq; dicit Iamin, & terminat in n. Dies vero appellat Iamim, & finit in m. Cum itaq; Dibrehaiamim interptet verba dierum, & non verba dexteræ, constat q terminet in m. ¶Querit, qs librū istū ædiderit. Ad hoc aliq dicūt incertū esse, qs cōposuerit eum. Vnde & psatus Adā: Quis (inqt) scripserit Dibrehaiamim ignorat, ppter qd inter apocrypha debet cōputari. Tn̄ inter Agyographa cōputat. Alij vero dicūt, q sicut Hieremias cōposuit seu in vnū cōpegit libros Regū, q inde patet, qm̄ idem est finis libri Hieremiæ & libri Regum. Sic author Paralipomenon fuerit Esdras. Nam finis secundi libri Paralipomenon, est idem cum principio libri Esdræ. Hinc scribit Lyra. Quàmuis aliq dicant authorem huius libri nesciri, tn̄ R. Salomon Hebræus dicit, q Esdras ipsum conscripsit, ad pfectionem veteris testamenti. ¶Postremo, pro certo tenēdum est q principalis author huius voluminis fuerit spūs sanctus, qui per aliquem sanctum virum ædidit librum istum, qui inter scripturas canonicas ab ecclesia computatur.

Margin: B; C; Actor.17; Psal.144; Psal.148; Gene.1.2; Gene.2; Augu.; Genes.1.2; 34; Hierony.; Idem; Idem; Luce.3; Matth.1; Hierony.; Gene.35; Hiere 52; 4.Reg.25; R.Salomon

¶Exposi-

¶EXPOSITIO CAPITVLI PRIMI. ADAM, SETH, Enos, Cainan, &c. Articulus Primus. D

COntinet liber iste gesta aliqua, tempoꝝ ab exordio mundi vsq; ad Baby
lonicam captiuitatem, ideo author incipit ab Adam, & descendit p in-
termedios patres vsq; ad Dauid, quanquàm & alias describat generatio
nes diuersas, & ea q̃ in Genesi scripta sunt, replicat. Incipit ergo ab Adã,
& p ordinem nominat decem viros, quoꝝ primus est Adam, à quo alij
nouem p lineam generationis & successionis ordinem descenderunt, ita
quod Noe est decimus ab Adam, iucludendo tam ipsum Adam quàm
Noe, quia octo dumtaxat inter eos in ordine successionis generatiue fue-
runt. ⌊Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathu-
sale, Lamech, Noe.⌋ Sensus est, q̃ Adam genuit Seth, & ipse Seth ge-
nuit Enos, Enos vero genuit Cainan. Sicq; deinceps vsq; ad Noe. ¶Porro quod subditur:
⌊Sem, Cham, & Iapheth⌋ Non taliter intelligitur, quia vnus eoꝝ non genuit alium, sed fuerunt simul
tres filij Noe. De diuturnitate vitæ præfatoꝝ decem, & de concernentibus eos, scriptum est in
Gene.4. Genesi. ¶Denique post Adam nominauit filium eius Seth, qui tamen post Cain & Abel est natus
sed duos illos dimisit intactos, quoniam de Abel iusto, nullus est natus, & de stirpe Cain noluit lo-
Gene 4 qui aut prosequi. Nam & ipsa tota fuit deleta diluuio. ¶Consequenter exprimuntur septem filij
Gene 7 Gene 10 Iapheth, filij Noe. ⌊Filij Iapheth, Gomer, Magog, Madai, & Iauan, Thubal, Mosoch, Thira.⌋
Iose.libr. I Hoc ipsum scriptum est in Genesi. de Gomer dicti ac geniti sunt Galathæ. Secundum Iosephum
an.in ca.12 quod & Glossa insinuat, de Magog secundum Hieronymum nati sunt Scythæ, q & Massagetes E
Hierony. vt aliqui opinantur. Veruntamen Magog in Ezechiele & Apocalypsi nomẽ est populi. de Madai
Ezech.38 Apo.10 orti sunt Medi, de Iauan Græci, de Thubal Hispani, de Mosoch Cappadoces, de Thira Trachęi
seu Traces. Hæ septem gẽtes ad aquilonem morantur secundũ Glossam. ⌊Porro filij Gomer Asca
Gene.10 nez & Riphath, & Thogorma⌋ Istud quoq; in Genesi scriptum est, tamen in Gene. dr̃ Riphath,
Ascanez, hos Græci nominãt Rheginos, de Thogorma nati sunt Phryges. ⌊Filij aũt Iauan Heli-
sa⌋ à quo descenderunt Helisæi. i. Græci qui post (vt legitur) vocati sunt Eolides ⌊& Tharsisa,⌋ de
Iose.libr. I quo nati sunt secundum Iosephum Cilices, quoꝝ metropolis dicitur Tharsus, de quo Paulus apo-
an in. c.11. Acto.22 stolus natum se phibet, ⌊Cethim & Dodanim.⌋ de quo Rhodij. Sic enim. 70. transtulerunt.
¶Circa hæc fertur in Glossa: Legamus libros de antiquitatibus; & videbimus penè omnes insu-
las, & totius orbis littora terrasq; maritimas, Græcis accolis occupatas, quia ab Amano thauro oĩa
possiderunt, vsq; mare Britannicum. ¶Sequitur descriptio generationis Cham filij Noe. Filij Cham
Chus⌋ à quo Aethiopes. Nam vsq; in præsens Aethiopia ab Hebræis Chus appellatur, ⌊& Mis-
raim⌋ à quo Aegyptij nati sunt, ⌊Phuth⌋ à quo Libyes seu Phuthei, ⌊& Chanaan⌋ à quo Cha
nanæi. ⌊Filij autem Chus⌋ fuerunt ⌊Saba⌋ à quo Sabæi, ⌊& Heuila⌋ à quo Getuli in remotiori
maioriq; Aphrica, iuxta heremum commorantes ⌊Sabatha⌋ à quo Sabatheni, qui & Astabari di
cuntur, ⌊& Regma & Sabaracha. Porro filij Regma, & Saba, & Dadan.⌋ Posteritates hoꝝ sicut &
Hierony. alioꝝ quàmplurimi secundum Hieronymum ignorantur, quoniam bellis attritæ sunt vel depulsæ,
& pristina nomina pdiderunt. ⌊Chus autem genuit Nimrod. Iste cœpit esse potens in terra.⌋
Gene 10 Omnia ista in Genesi diffuse exposita sunt. Nimrod iste vt Iosephus scribit in consuetudinem ty-
Iose libr. I rannidem arripuit, & noua cupiditate regnandi, plurimos sibi attraxit ac subdidit, quos à diuino F
an in.ca.13 retrahens cultu instigauit ad Babylonicæ ædificium turris. ⌊Misraim vero genuit Ludim, & Ana
Gene.11 mim, & Laabim, & Nephthuhim, Phetrusim quoq; & Chasluhim⌋ Ponunt hic nomina sex filio
rum Misrahim, quoꝝ posteritates ex causa prætacta ignorantur, nisi quòd de quibus Phetrusim &
Chasluhim ⌊egressi⌋ hoc est, nati ⌊sunt, Philistijm & Caphiturim⌋ id est, duæ gentes sic dictæ
ex duobus fratribus illis progenitæ. ⌊Chanaan vero genuit Sydonem primogenitum suũ⌋ à quo
condita est vrbs nomine Sydon in regione Phœnicis. Sicq; Sydon interdum est proprium no-
men viri, aliquando vrbs, quandoq; autem est nomen commune populi nati ex præfato Sydone
⌊Hethæum quoq; & Iebusæum & Amorrhæum, & Gergesæũ, Heuæumq; & Arachæum & Sy
Gene 10 næum, Aradiũ quoq; & Samarçum & Hemathçum⌋ sicq; habuit vndecim filios, q & in Genesi
exprimuntur. Et nomina ista interdum accipiuntur communiter pro populis natis ex viris istis.
¶Porro Arachæus ædificauit vrbem Archas ex opposito tripolis in monte Libani. Synçus vero
oppidum nomine Syn, & Samarçus vrbem Samariam, à qua prouincia nomẽ sortita est, quia Sa
maria nuncupatur. Hemathçus autem vrbem Hemath, quam Macedones qui post Alexandrum
regnauerunt Epiphamiam nominauerunt, quæ (vt legitur) alio nomine Antiochia est vocata. Hoꝝ
territoria deus filiis Israel contulit. Ab Aradio quoq; Aradij nati sunt, qui insulam Aradum, seu
Aradiam possederunt, angusto freto seu paruo pelago à Phœnicis littore separatam, secundum
Hieronymum. ¶Sequitur generatio Sem. ⌊Filij Sem⌋ fuerunt ⌊Elam⌋ à quo Elamitæ & princi-
pes Persidis processerunt, qui & vrbem mitium legitur construxisse, ⌊& Assur⌋ à quo Assyrij, ⌊&
Arphachsad⌋ à quo Chaldæi, ⌊& Lud⌋ à q̃ Lidij, ⌊& Aram⌋ à quo Syri, quoꝝ metropolis est

Damascus

A Damascus, iuxta illud in Esaia: Caput Syriæ Damascus. Hi sunt filij Aram, Hus & Hul, ita habent aliqui textus, quia & in Genesi sic habet. Veruntamē verior textus non habet complexum hoc, filij aūt Aram, quia nec in Hebræo habet hoc loco. Nihilominus verum est, ꝙ Hus & Hul fuerunt filij Aram, sed author voluminis huius nominat eos inter filios Sem, cuius erant filij mediati seu nepotes. At vero Hus construxit vrbes Traconitidem atq; Damascū, vbi & tenuit principatū, & ab ipso noīata est terra Hus, quā Septuaginta interpretes Ausitidē. i. australē appellāt. Hinc in Iob, vbi habemus: Vir erat in terra Hus, transtulerūt, vir erat in terra Ausitidis. De semine huius Hus credit Iob fuisse. De Hul aūt Armenij sunt nati, qui Asiæ partem tenent ab Euphrate, vsq; ad Indiæ mare. Et Gether & Mosoch. In Genesi dicit, Gether & Mes, sicq; per Mosoch nunc intelligit Mes. De Gether aūt nati legunt Acharij, & de Mes Messij, qui à Septuaginta uocant Mosoch, & à quibusdā Meones. Arphachsad aūt genuit Sale, qui & ipse genuit Heber, à quo Hebræi nomen sumpserunt. Porro ipsi Heber nati sunt filij duo, vni nomen Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra. i. distinctio terræ ꝑ regna atq; prouincias, diuersaq; nomina ac ideomata facta, cum posteri Noe cessassent construere turrim Babel, iuxta illud Genesis: Diuisit eos deus ex illo loco in vniuersas terras. Itaq; Phaleg interpretat diuisio, & si ipse Heber imposuit filio suo hoc nomen ante præfatam diuisionem, videtur spū prophetico radiasse, quod & Hebræi fatentur, dicentes, ꝙ diuisionem istam præuidit in spū, & in signum futuri, filium suum sic appellauit. Fuit etenim Heber iustus, nec ædificationi turris consensit, propter quod pristinam seruauit loquelam, puta Hebræam, quæ mansit in eo & in familia eius, quæ à principio mūdi vsq; tunc fuerat cunctis communis, & dicebatur humana. Sed extunc cœpit vocari Hebræa,
B quia mansit in domo Heber. Porro si diuisio illa facta fuit ante natiuitatem Phaleg, tunc dicendum, ꝙ Heber istud nomen imposuit filio suo in signum & rememorationem rei præteritæ. Deniq; Glossa ait, Heber vaticinio quodam filium suum vocauit Phaleg, quoniam in diebus eius linguæ in Babylone diuisæ sunt. Narratq; Philo in libro quæstionum super Genesim, quod ex filijs Noe ipso viuente nati sunt viginti quatuor milia virorum & centum extra mulieres & paruulos. Et filij Sem habuerunt super se ducem Iectan fratrem ꝑdicti Phaleg: filij Cham, Nimroth: filij Iaphet ducem habuerunt virū nomine Suphæne, qui duces defuncto Noe conuenerunt cum suis agminibus in campo Sennaar, vt ibi turrem construerent. Cum aūt ædificarent, diuisit deus linguas eoꝝ & mutauit effigies, & non cognouit quisq; fratrem suum, nec audiuit linguam proximi sui. Cum ergo magistri lapides quærebant, ministri aquam afferebant, & cum illi aquam quærebant, attulerunt hi stipulam, sicq; cogitatione frustrata, cessauerunt ædificare. Hæc Glossa. Et nomen fratris eius Iectan. Iectan autem genuit Elmodad, & Salech, & Hasormoth, & Iare, Adurā quoq; & Vsal, & Decla, Ebal etiam, & Abimael, & Saba, necnon & Ophir, & Heuila, & Iobab. Omnes isti filij Iectan. Sicut qui nominatim hic exprimunt in litera, sic & in Genesi, de quibus ait Hieronymus, quod nomina posteritatum eorum inuenire nequiuit, quoniam procul à nobis sunt, & possiderunt Indiæ regionem, quæ vocatur Ieria. Insuper Alcuinus super Genesim ait: Sem (vt æstimant) sortitus est Asiam, Cham Aphricam, Iaphet Europam. Iosephus vero apertius: Filij (inquit) Iaphet tenuerunt septentrionalem plagam à Tauro & Aman montibus Ciliciæ & Syriæ vsq; ad fluuium Tanaim. In Europa autem vsq; ad terram Gadirotū. Porro filij Cham à prouincia Syria & Aman ac Lybano mōtibus, vniuersas terras obtinuerūt, quæ
C ad mare sunt positæ, & apprehenderunt etiam eas quæ sunt vsq; oceanū. Filij autē Sem habitauerunt seorsum ab Euphrate facientes initium. Amplius, vltimus filiorum Iectan in textu vocatur Iobab, circa quod refert Lyra, Dicunt aliqui, quod iste fuerit Iob. Sed aduertendum, quod illi qui dicunt Iob alio nomine dictū Iobab, communiter intelligunt hoc non de isto Iobab, sed de Iobab qui regnauit in Idumæa, & fuit de semine Esau, de quo Esau dicunt sanctum Iob descēdisse, de quo etiam Iobab paulo post agitur. Consequenter in textu decem viri per ordinem nominatim exprimunt, qui sibi in linea generationis successerunt vsq; ad Abraham, qui inter istos est decimus, quemadmodū in exordio huius capituli ab Adam vsq; ad Noe decem expressi sunt Sem Arphachsad & Sale, Heber, Phaleg, Ragu, Serug, Nachor, Thare. Abram, iste est Abraham, quasi dicat, iste est famosus vir ille & patriarcha præcipuus, qui primo vocatus est Abrā, quod interpretatur, pater excelsus, quem postea dominus vocauit Abraham, quod interpretat pr̄ multaꝝ & subaudit gentium, quoniam deus ei prædixit, quod multæ nationes & gentes ac populi nascituri essent ex eo. Vnde in Genesi scriptum est: Deo loquente ad eum, appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Filij autem Abraham fuerunt, Isaac, & Ismael, inter quos Ismael primogenitus fuit, sed Isaac ei præponit, quoniam erat magis electus & sanctus, atq; de libera natus, & hoc supernaturaliter atq; per repromissionem, & quia de ipso Christus fuerat nasciturus. Et hæ generationes eoꝝ. Primogenitus Ismaelis, Nabaioth & Cedar, & Adbeel, & Mabsam, & Masma, & Duma, Massah, Addar, & Thema, Iatur, Naphis, Cedma. Hi sunt filij Ismaelis, de quo dominus prædixerat Abrahæ. Duodecim duces generauit. Vnusquisq; enim filiorum Ismaelis fuit princeps, caput & dux tribus suæ. Dicit

Margin references: Esa. 7 · Genes. 10 · Iob. 1 · Genes. 10 · Genes. 11 · Genes. 10 · Hierony. · Alcuinus · Iose. lib. 1 an.tiq. ca. 12 · Genes. 17 · Genes. 12 · Genes. 17 · Genes. 16 · Gala. 4 · Genes. 17

Hiero. quoq; Hieronymus: Omnis regio ab Euphrate vsq; ad mare rubrũ Nabaiothena vocatur, quæ D
Arabiæ pars est. De his Genesis vicesimoquinto plenius scripsi. ⌊ Filij autem Cethuræ concubi-
næ Abraham quos genuit Zamram, Iecsan, Madan, Madian, Iesbos, & Sue. Porro filij Iecsan,
Saba, & Dadan. ⌋ Quàmuis autem Cethura vocetur Abrahæ concubina. Fuit tamen veraciter
Gene. 25 vxor ipsius, iuxta illud Genesis: Abraham vero aliam duxit vxorem nomine Cethuram. Cethu
ra autem interpretatur copulata. Vnde vt refert Hieronymus. Hebræi dicunt Cethuram hanc
Hiero. fuisse Agar, quam duxit Abraham Sara viuente, & ea defuncta, rursus introduxit illam in domũ
Gene. 16 suam. Circa hoc recitat Lyra: Dicunt Hebræi, ꝙ Cethura ista fuit Agar. Expositores autem ca-
tholici dicunt contrarium, quod sonat quasi expositores catholici generaliter atq; concorditer di
cerent huius contrarium, quod nõ est ita, præsertim q̃a & decimosexto de ciuitate dei beatus Au-
August. gustinus opinionem Hebræorum præfatã refert, nec reprobat. Magister quoq; in historijs non
Iose. lib. 1. reprobat eam, sed recitat, imo & quidam catholici approbant eam. Præsertim, quia vt Iosephus
an tiq. c. 23 fidelis historiographus Iudæorum, hoc ipsum affirmat. Veruntamen potius puto, ꝙ Cethura fuit
Gene. 25 alia quàm Agar, potissime cum in Genesi dicatur, ꝙ Abraham filijs concubinarum largitus est mu-
Ibidẽ nera. Vbi nemine dubitante, per concubinas intelliguntur Agar atq; Cethura, ad quod super Ge
nesim alia introduxi motiua. Est autem consuetudo scripturæ vxores minus principales dicere
Hiero. concubinas. ⌊ Filij autem Dadan, Asurim ⌋ à quo secundum Hieronymum, aliqui dicunt Syros
Iose lib. 10 nomen sumpsisse. Videntur quoq; Hieronymus, Iosephusq́; sentire posteros quosdam Abrahæ
an tiq. ca. 15. maximas terras Indiæ occupasse & impleuisse, ⌊ & Lathusim & Laomim. Filij autem Madian, ⌋
16. quem genuit Abraham ex Cethura. Sicq́; Madian interdum est proprium nomen viri, quãdoq;
Gene. 25. vero pro regione, nonnunquã pro vrbe in terra Madian sita accipitur, itaq; filij Madian erant. E
⌊ Epha & Epher, & Henoch, & Abida & Eldaa. Omnes hi filij Cethuræ ⌋ Quo circa dicit Hie-
Hiero. ronymus secundum historicos Hebræorum, filij Cethuræ occupauerunt & inhabitauerunt ter-
ram Trodogit atq; Arabiã vsq; ad terminos maris rubri. Affer vero filius Madian fertur cõtra
Libiam duxisse exercitum & præualuisse ibidem, à quo posteri eius Aphricam nuncupauerunt.
Gene. 25 ⌊ Genuit autem Abraham, Isaac, cuius filij fuerunt Esau & Israel ⌋ id est, Iacob, qui primo voca-
Ge. 32. 35 tus est Iacob, postea ab angelo dictus est Israel, quasi vir videns deum, vt in Genesi habetur. ⌊ Fi-
lij Esau, Eliphaz, Raguel, Iehus, Iaalon & Chore ⌋ Secundum Hieronymum, Eliphaz iste fuit
Hiero. vnus trium amicorum Iob, qui cõtra eundem disputauit, sicut in libro Iob recitatur, q̃d & Glossa
Gene. 36 interlinearis, in Genesim insinuat. ⌊ Filij Eliphaz, Themã, Omer & Sepphi, Gaatham, Cenez,
Hiero. Thamna, Amalec ⌋ ponuntur hic septem nomina filiorum Eliphaz, quæritq́; Glossa Hierony-
Gene. 16 mi, qualiter Thamna ponatur inter filios Eliphaz, cum in Genesi conscriptum sit, ꝙ Thãna cõ-
Hiero. cubina Eliphaz peperit ei Amalec. Ad quod, vt refert Hieronymus, dicunt Hebræi, ꝙ Thamna
fuit concubina Eliphaz, sed quia nutriuit eam in domo sua tanquàm prolem, ideo inter eius fili-
os computatur, quod abusiue dictum videtur. Ideo quidam aptius dicunt, ꝙ Thamna interdum
Gene 36 est nomen viri, vt hic & Infra, cum dicitur, dux Thamna, quãdoq; vero nomẽ est mulieris. Vn- F
Ibidẽ de & paulopost legitur: Soror Lothan fuit Thamna. ⌊ Filij Rahuel, Naath, Zar, Samma, Messa.
Filij Seir, Lothan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan. Filij Lothan, Hori, & Homã. ⌋ Sicut
Genes. 16 in Genesi patet. Esau alijs nominibus dictus est Edom & Seir. Sed hoc loco Seir accipitur pro
quodam sic nuncupato, qui diu ante Esau habitauit in Idumæa, & fuit de genere Horræorum, à q̃
Ibidẽ Seir terra illa primo vocata est terra Seir, prout istud super Genesim diffusius fuit expositũ. ⌊ So
ror autẽ Lothan fuit Thãna. ⌋ Dicit Lyra, ꝙ ista Thãna fuit ipsius Eliphaz concubina. Cõtra
quod obijci potest, ꝙ Thãna ista fuit soror Lothan, qui fuit filius Seir præfati, qui diu ante Esau
commoratus ac dominatus est in Idumæa. Sicq́; filia eius nomine Thamna, non videtur tempo
re Eliphaz adhuc vixisse, vel saltem concubitui apta fuisse. Ad quod dicendum, quòd homines il
Deuter. 2 li diu vixerunt, & Horrei illi à filijs Esau fuerũt deuicti, vt in Deuteronomio describitur. Sicq́;
Hiero. Eliphaz potuit filiam alicuius deuicti concubinam accipere. Nam & Hieronymus contestatur,
quod Thãna ista fuit concubina Eliphaz iam præfati. ⌊ Filij Sobal, Alian, & Manahath & Ebal,
Sephi & Onam. ⌋ Circa hoc fertur in Glossa: Alian iste de genere Horreorum vocatur in Ge-
Genes. 36 nesi Aluan, id est exaltatus. In Paralipomenon vero Alian, id est, eiectus, ad insinuãdum quod
Horrei fuerunt exaltati antequàm filij Esau cœperunt terram eorum. Postea vero eiecti. ⌊ Filij
Sebeon, Aia & Ana. Filij Ana, Dison. Filij Dison Hamaran ⌋ qui alio nomine vocatus est Ama-
dan, & Esebam, & Iethran ⌋ qui in Genesi dicitur Zacã, ⌊ & Charan. Filij Eser, Balaam & Zaa-
uan & Iachan. Filij Dison, Hus & Aram. Isti sunt reges qui imperauerunt in terra Edom, ante-
quàm esset rex super filios Israel, Bale filius Boor. ⌋ Quemadmodum filijs Israel in terram pro-
1. Regũ. 11 missionis introductis, primo præfuerunt duces seu iudices à tempore Iosue vsq; Saul, qui fuit rex
totius Israeliticæ plebis legitime institutis. Deinde ꝓfuerũt eis reges vsq; ad Babylonicã captiuita-
tem, qua finita rursus præerãt duces seu principes q̃dã qui cõmuniter erãt pontifices, & tãdem ad
modicum tempus quidam eorum regium sibi diadema imposuerunt, putà Iohannes Hircanus,
vel potius filius eius & filij eius. Sic Idumæi ex Esau orti primo regebantur per duces, deinde per
reges

A reges, inter quos primus fuit p̄fatus Bale, qui in Genesi vocatur Balach, nec fuit Balach ille qui cō
duxit hariolum Balaam, quoniam ille Balach regnauit in Moab & Madian, & fuit filius Zephor Gene. 36 Nume. 22
Deniq; Idumæis præfuerunt reges nati ex semine Abrahæ per Esau vsq; ad Dauid, qui regiam
potestatem abstulit illis, quando Ioab sex mensibus moratus est in terra Edom, quousq; pere- 3. Regū. 11
mit omne masculinum in ea, vt legitur tertio Regum. Postmodum vero iterum per duces sunt 4. Reg. 8
gubernati vsq; ad tempus Ioram regis Iuda. Et tunc denuo regem sibi constituerunt, vt scribitur
quarto Regum. Primo itaq; numerantur in textu reges Idumæorum, postea duces eorum.
L Et nomen ciuitatis eius Denaba, ⌋quam Bale prædictus condidit atq; inhabitauit. L Mortuus
est autem Bale & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra ⌋.i. de loco sic nominato. Circa hoc
asserit Glossa, Hunc Iobab aliqui suspicantur fuisse Iob, sed Hebræi affirmant eum de stirpe Na-
chor esse progenitum. Philo autem in libro quæstionum Genesis affirmat sanctum Iob his fuis- Philo Iudæus
se temporibus, & accepisse Dinam filiam Iacob vxorem, ac genuisse ex ea septem filios, & tres fi
lias, tam ante suæ tentationis certamen quàm postea. Porro Ambrosius super epistolam ad Ro-
manos, & Augustinus circa hæc verba senserunt, quod Iobab iste extiterit Iob, sed verius credi- Ambr. Augu.
tur, quod Iob non fuit de semine Abrahæ, sed de semine Nachor fratris eius, qui Nachor genuit
filios, primogenitum nomine Hus, & fratrem eius Bus, & de illo Hus Iob credit natus, iuxta illud Gene. 36
quod in exordio libri Iob fertur: Vir erat in terra Hus nomine Iob, & hoc affirmat Hieronymus Iob. 1 Hierony.
qui etiam contestatur ipsum Elihu, qui quarto loco contra Iob disceptauit, fuisse de stirpe Bus, Iob 32
propter quod vocatur Buzites in libro Iob, quo legitur: Indignatus est Elihu filius Barachiel Bu
zites de cognatione Ram, & istud fatentur Hebræi. L Cumq; & Iobab fuisset mortuus, regnauit
pro eo Husan de terra Themanorum. ⌋ Theman regio à Theman filio Eliphaz nomē sumpsit,
de quo loco Eliphaz fuit, propter quod Eliphaz Themanites vocatur. L Obijt quoq; & Husam Gene. 36
B & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian ⌋.i. Madianitas L in terra Moab, & Iob. 4. 15
nomen ciuitatis eius Auith. ⌋ Secundum Hieronymum, Madian est ciuitas quædam condita ab 12
vltimo filio Abrahæ & Cethuræ, qui filius dictus est Madian, & vrbs ista sita est trans Arabiam. Gene. 25
Fuit & alia ciuitas nomine Madian in terra de qua vxor Mosi fuit, imò tota regio illa frequenter Exod. 2
Madian nuncupatur. L Cumq; Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca. Sed &
Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth ⌋.i. loco seu oppido sic vocato, L quæ
est sita iuxta Amnem ⌋.i. fluuium regionis illius seu Idumææ. L Mortuo quoq; Saul, regnauit p̄
eo Baalhanan filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad, cuius vrbis nomē
fuit Phai. Et appellata est illius vxor Mehetabed filia Marel filiæ Mezahab. ⌋ Ponunt demum
hic & alij reges vsq; ad vltimum regem Edom, qui fuit tempore Dauid, & dictus est Adad, qui
fugit à facie Ioab ad regem Aegypti, vt tertio Regum narratur. L Adad autem mortuo, duces p̄
regibus in Edom esse cœperunt, ⌋ deinde exprimuntur duces qui præfuerunt in Edom post re-
ges prædictos. Estq; vniuersa hæc litera plenius explanata in Genesi. Porro inter hos duces hi Gene. 36
numerant. L Dux Thamna, dux Alia, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinō, dux Che
nas, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiran. Hi duces Edom. ⌋ Dicunt aliqui quod
Thamna & Oolibama, hæ duæ personæ erant fœminæ p̄sidentes seu ducum quorundam ma-
tres, quæ propter strennuitates actuum suorum, inter duces ponuntur. Et hoc Glossa insinuare ac
sentire videtur, dicendo: Ducum quasdam matres nominant, vt Oolibama & Thamna. Alij p̄-
babilius dicunt, quod duo nomina ista æquiuoca sunt, nunc viros, nunc fœminas significantia, Ibidem.
C vt est tactum, & nunc pro viris ducibus accipiuntur, præsertim quoniam Thamna quæ fuit vx-
or ipsius Eliphaz atq; Oolibama vxor ipsius Esau. Fuerunt tempore ducum Idumæorum, diu
ante reges eorum præfatos. Postremo, circa illud, Sale genuit Heber, communiter dicitur, quod
Iudæi ab Heber patriarcha Hebræi vocati sunt. Circa quod scribit Lyra, Hebræi non sunt deno
minati ab Abraham, quasi Abrahæi, quamuis Augustinus hoc dicere videatur, cum & ipse Abra
ham in Genesi vocetur Hebræus, quo constat quod ab aliquo seniore seu præcedente sortitus sit Augustin.
istud cognomen. Circa quod dico, q̄ Augustinus decimosexto de ciuitate dei de hac re loquitur Gene. 14.
inquisitiue non assertiue, & verum reor. Iosephusq; fatetur, q̄ ab Heber dicantur Hebræi. Verū- Augustin. Iose. lib. 1 an...
tamen Rabbi Paulus hoc loco & super Genesim, alibiq; frequenter dicit oppositum. Vnde in ad
ditione sua super Matthæum ait, quod Iudæi dicuntur Hebræi ab Abraham, non ratione huius R. Paul. Matt. 1
nominis Abraham, quia sic dicerentur Abrahæi, nec dicuntur Hebræi ab Heber, quia eadem ra-
tione Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi & Ismaelitæ dicerentur Hebræi, quia descenderunt ab He
ber. Sed dicuntur ab Abraham Hebræi alia ratione, videlicet quoniam Abrahā natus fuit in Me
sopotamia, inter quam & terram promissionis decurrit fluuius magnus, qui Euphrates nomina
tur, vnus de quatuor fluuijs paradisi. Hinc Abraham inde adductus in terram promissam, & ibi Gene. 2
seruiens atq; sacrificans deo, appellatus est Hebræus .i. trāsfluuialis, quasi de trans flumen Euphra
ten natus atq; adductus, quemadmodum transmarini aut transmontani dicunt, qui de partibus
vltramontanis aut vltramarinis sunt oriundi. Hebræus quippe vno modo transfluuialis interpre
atur. Hæc Rabbi Paulus. Circa quæ dico in primis, stare non posse, q̄ adserit Abraham natū in Gene. 10

Mesopotamia, quoniam natus est in Chaldæa, & de ea venit cum patre suo in Aran seu Charrā D
Actor. 6 Mesopotamiæ vrbem, in qua patre suo defuncto, venit in terram Chanaan, quoniam in Genesi
Genes. 11 scriptum est: Tulit itaq; Thare, Abram filium suum, & Loth & Sarai, & eduxit eos de Vr Chal-
Actor. 6 dæorum. Veneruntq; ad Aran, &c. Stephanus quoq; ait in Actis: Exijt Abraham de terra Chal-
dæorum, & habitauit in Charrā. Et inde postquàm mortuus est pater eius, trāstulit illum deus in
Judith. 5 terrā istā, videlicet Chanaan. Insuper in libro Iudith, Achior loquitur de Iudæis, populus iste de
progenie Chaldæorum est, & primum in Mesopotamia habitauit. Præterea Augustinus deci-
August. mosexto de ciuitate dei sic ait: Sicut scriptura sancta indicāte didicimus In terra Chaldæorum na
Hiero. tus est Abraham. Idem dicunt Hieronymus, Beda, Strabus, imo & Iosephus. Præterea satis pro-
Beda babile est, quod tempore Abrahæ multi de Mesopotamia in terra Chanaan habitauerunt. Cur er-
Iose. lib. 1 go non etiam ipsi Hebræi vocati sunt, id est, transfluuiales. Argumentum quoq; Rabbi Pauli nō
an. tu c. 14 valet. Soli enim Iudæi qui ex Abraham nati sunt per principalem eius coniugem sanctā Saram
fuerunt principales ac proprij posteri eius, qui & ipsius fidem sequuti sunt, vtpote filij Iacob seu
Israel. Vnde dominus dixit ad Abraham: In Isaac vocabitur tibi semen. Et quàmuis Esau quoq;
Genes. 21 de Isaac natus sit, non tamen fuit electus vt Iacob, iuxta quod scriptum est: Iacob dilexi, Esau au
Malach. tem odio habui. Itaq; quoniam Abraham fidem & sanctimoniā Heber patriarchæ sectatus est,
merito ab ipso Hebræus est appellatus. Vnde & lingua Heber patriarchæ remāsit in Abrahā &
posteris eius per Iacob, hoc est in filijs Israel, qui Hebræi vocātur.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI II. Filij autem Israel, Ruben, Symeon, &c. Art. II.

1. Paral. 1 SIcut in primo capitulo actum est de Adam ac posteris eius & genealo- E
gijs eorum vsq; ad Iacob patriarchā, ita nunc agitur de ipso Iacob ac fi-
lijs eius, specialiter de generatione Iudæ & Caleb. ⌊ Filij autem Israel ⌋
id est, ipsius Iacob, cuius solennius nomen est Israel, quia ab angelo san-
Genes. 32. 35 cto ei impositum est, fuerunt ⌊ Ruben, Symeon, Leui, Iuda, Isachar &
Genes. 29 Zabulon. ⌋ Hos sex genuit Iacob ex Lia, eodem ordine quo hic ponū-
Genes. 30 tur. ⌊ Dan ⌋ qui fuit filius Balæ ancillæ Rachelis, ⌊ & Ioseph, Beniamin ⌋
Ibidē filij Iacob ex Rachele, ⌊ Nephthalim ⌋ filius Balæ, ⌊ Gad & Aser ⌋ filij
Iacob ex Zelpha ancilla Liæ, quæ omnia in Genesi patent. Deinde
prosequitur generationem Iudæ, de quo orti sunt reges. ⌊ Filij Iuda, ⌋
fuerunt, ⌊ Her, Onam & Sela. Hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitide ⌋ Circa hoc dicit Ly-
ra: Dixerunt aliqui, quod Sue est nomen vxoris Iudæ, quod non est verum. Sed Sue est nomen pa-
Genes. 38 tris vxoris ipsius Iudæ. Cui assertioni obuiare videtur, quod in Genesi habetur: Euolutis multis
diebus mortua est Sue vxor Iudæ. ⌊ Fuit autem Her primogenitus Iuda * nequam coram domi-
Ibidē no & occidit eum ⌋ abutebatur enim vasculo coniugis, in cuius vltionem facinoris deus per ange-
Pet. Co. lum bonum aut malum protinus eum peremit, atq; vt in ecclesiastica fertur historia, inuentus est
mest. li. Ge. mortuus iuxta vxorem in lecto. Onam quoq; frater Her simili crimine se fœdauit, & simili pla- F
ca. 89 ga percussus est. Sicq; duo hi sine liberis sunt defuncti. ⌊ Thamar autem nurus eius ⌋ i. vxor filio-
rum Iudæ, ⌊ peperit ei Phares & Zaram. ⌋ Quod qualiter factum sit, in Genesi describitur, nec
Genes. 38 oportet ibi dicta hic iterare. ⌊ Omnes ergo filij Iuda quinq;. Filij aūt Phares ⌋ fuerunt Hesrom &
Chamul. Filij quoq; Zare, Zamri & Ethan, & Heman, Chalchal quoq; & Dara, simul quinq;.
Filij Charmi, Achan, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis, ⌋ id est, furādo aliqua
deo cōsecrata ac separata, fuit occasio, quod totus populus Israel magnā incidit turbationem. Nam
quidam fuerunt à viris Hai occisi, & plures fugerūt, quo facto cæteri omnes vehementissime ex-
Iosue. 7 pauerunt. Vnde legitur in libro Iosue: Achan filius Charmi tulit aliquid de anathemate, iratusq;
est dominus contra filios Israel. Qua autem iustitia dei factum est hoc, quod scilicet propter vnius
excessum dominus totum populum sic afflixit, super præfatum Iosue librum, alibiq; expositū est.
⌊ Filij Ethan, Azarias. ⌋ Si Ethan non habuit nisi vnum hunc filium. s. Azariam, ponitur plurale
Gene. 46 pro singulari, quemadmodū in Genesi habetur: Filij Dan Vsim, & constat quod Dan, non nisi vni-
cum habuit filium. Si vero Ethan habuit & alios liberos, subintelliguntur. ⌊ Filij autem Hesrom
qui nati sunt ei ⌋ fuerunt ⌊ Ierahmeel, & Ram, & Calubai, hic est Caleb. ⌋ Ram iste alibi commu
Matth. 1 niter, & in Matthæo vocatur Aram. Et per Calubai intelligitur Caleb. ⌊ Porro Ram ⌋ i. Aram
⌊ genuit Aminadab. Aminadab autē genuit Nahason principem filiorum Iuda. Nahason quoq;
genuit Salma. de quo ortus est Booz. Booz genuit vero Obed, qui & ipse genuit Isai. Isai autem
genuit primogenitum Eliab, secūdum Abinadab, tertium Sammaa, quartum Nathanael, quintū
Raddai, sextum Osem, septimum Dauid, quorum sorores fuerunt Zaruia, & Abigail ⌋ ponun-
1. Regū. 17 tur hic septem filij Isai, quorum vltimus dicitur Dauid. Sed obuiare videtur, quod primo Regum le-
gitur, Isai octo filios habuisse, quorum vltimus & octauus vocatur ibidem Dauid. Ad hoc Glossa
Ibidē respondet: Dicunt Hebræi, Nathan prophetā fuisse filium Samaia filij Isai, quem Nathan ipse Isai
sibi

Filij Israel ex Lia uxore sunt sex vz
Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Isachar et Zabulon
Filij Iacob ex Bala ancilla Rachelis sunt duo vz
Dan et Nephthalim
Filij Iacob ex Zelpha ancilla Lie sunt duo vz Gad et Aser

A sibi adoptauit & enutriuit in filium, ideo inter filios eius primo Regum annumeratꝰ, & vocatꝰ Io-
nathan ibi. ⌞Filij Zeruia, Abisai, Ioab & Asael tres. Abigail autem genuit Amasa,⌟ qui fuit vir 2. Regū. 18
strenuissimus, in tantum ꝙ Absalom fecit eum principem exercitus, & postea Dauid decreuit Regū. 19
eum facere exercitus principem pro Ioab. Salomoo quoq; tertio Regū vocat eum & ipsum Ab 3. Regū. 2.
ner, viros iustos, ⌞cuius pater fuit Iether Ismaelites.⌟ Circa quod scribit Lyra: Dicūt aliqui He-
bræi, ꝙ iste Iether fuit filius Ismaelis, & gentilitate relicta, ad Iudaismum conuersus est. Verun-
tameo hoc apparentiam nullam habet, si dicere volunt, ꝙ fuit immediatus filius Ismaelis, sic eni
fuisset tempore Dauid plus q̃ quadringentorum annorum, nec verum censetur, ꝙ fuit natione Iu.
dæus, & ideo Ismaelites vocatus sit, quia ad tempus inter Ismaelitas est peregrinatus. Verius igi
tur reor, quod fuit vir multum notabilis natione Ismaelita & conuersus ad dominum. Alias Isai
vir timoratus filiam suam non dedisset illi in coniugem. ⌞Caleb vero,⌟ qui paulo ante vocatus
est Calubai, ⌞filius Hesrom accepit vxorē nomine Azuba, de qua genuit Ierioth. Fueruntq; filij
eius Iaser & Sobab & Ardon. Cūq; mortua fuisset Azuba, accepit vxorem Caleb Ephrata, quæ
peperit ei Hur. Porro Hur genuit Vri & Vri genuit Beseleel.⌟ Circa hunc locum oritur diffici-
lis quæstio. Nam Glossa dicit, hunc Caleb fuisse vnum de exploratoribus missis à Mose. Glossa Nume. 13
quoq; interlinearis affirmat, ꝙ Ephrata ista vxor secunda istius Caleb fuerit soror Mosi, sicq; Hur
fuisset filius huius Caleb ex Maria prædicta, prout textus sonare videtur. Sed hoc non videt pos-
sibile, quia in exitu filiorum Israel de Aegypto, Caleb nondum fuit quadraginta annorum, Hur
autem fuit tunc grandeuæ ætatis, quoniam Moses ascensurus in montem Sinai, commisit ei & Exodi. 18
Aaron regimen populi, fuitq; pater Vri & auus Beselielis, qui tunc fuerunt virilis ætatis.

B Præterea communiter dicitur, quod Vr iste fuit maritus Mariæ, quod & Iosephus tertio antiqui Iose. lib. 3
tatum libro fatetur, & Hierooymus sentire videtur. Vnde, quemadmodum in Exodo plenius an. tu. ca. 2
scripsi, per Ephratam istam non videtur Maria soror Mosi intelligeoda. Hinc aliqui dicunt,
quod Hur natus ex Caleb non fuit maritus Mariæ, sed alius, de quo natum dicunt alium, no-
mine Vri, patrem Beselielis, qui fecit tabernaculum Mosi. Aliqui quoq; opinantur, quod Ca-
leb missus cum Iosue ad explorandum alter fuit ab isto Caleb, nam & ille vocatur filius Iephon Exodi. 17 Nume. 13
ne, iste autem filius Hesrom. Insuper Phares intrauit Aegyptum cum patre suo Iuda, & in Aegy Gene. 46
pto genuit Hesrom. Si ergo Caleb explorator fuisset filius huius Hesrom, non potuisset in exi-
tu de Aegypto fuisse tam iuuenis.

⌞Post hæc ingressus est Hesrom ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam⌟ vxorem, ⌞cū
esset sexaginta annorum.⌟ Circa hoc oritur quæstio, qualiter licuerit huic Hesrom de tribu Iu-
da ducere coniugem filiam Machir, qui fuit filius Manasse de tribu Ioseph. Ad quod potest quis
dicere, ꝙ istud factum sit in Aegypto, lege Mosi nondum data. Dicunt quoq; expositores nō-
nulli, quod viri poterant accipere cooiuges de alia tribu, præsertim in casu quo puellæ non habue
runt hæreditatem. Vnde & Dauid sumpsit filiam Saul de tribu Beniamin in vxorem. Sed quali- 1. Regū. 18
ter sit super hoc sentiendum, super librum Numerorū & Iudicum librum plenius est tractatum.
⌞Quæ peperit ei Segub, sed & Segub genuit Iair & possedit vigintitres ciuitates in terra Galaad⌟ Nume. 32
Secūdum Glossam, iste est Iair iudex Israel, de quo legitur in libro Iudicum. Huic videlicet Tho
læ successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israel per viginti & duos annos, habens triginta filios, Iudicū. 10
C principes ciuitatum triginta in terra Galaad. Quocirca denuo quæritur, quomodo licuit huic
Iair nato ex tribu Iuda ex parte patris sui habere possessiones has in territorio Galaad, quod per-
tinuit ad tribum Manasse, in quo tribus Iuda sortem non habuit, præsertim cum dominus iusse-
rit funiculum sortium seu hæreditatum diuisionem non coofundi. Respondetur, quod vel per Nume. 36
adoptationem hoc factum sit, ita quod Machir adoptauit præfatum Segub patrem huius Iair in
filium. Vel potius iure belli, ita quod Iair præliaodo recuperauit oppida io terra Galaad, quæ ali-
eni filijs Israel abstulerunt. Nam subditur. ⌞Cæpitq; Gessur & Aram oppida Iair, & Cenath &
viculos eius sexaginta ciuitatum. Omnes isti⌟ præfati fuerūt ⌞filij Machir,⌟ mediati aut imme-
diati, ⌞patris Galaad.⌟ Galaad quandoq; est nomen viri nati ex Machir, vt Numerorum vlti-
mo & alibi sæpe habetur, quandoq; vero est nomen ciuitatis, interdum regionis, sicq; Machir
vocatur pater Galaad, id est viri sic appellati. Vel pater, id est caput & princeps terræ sic dictæ.
⌞Cū autem mortuus esset Hesrom, ingressus est Caleb ad Ephratha,⌟ quod supra iam dixit, nūc
asserit factum post mortem Hesrom. Ideo ait Glossa, Caleb sociauit sibi Ephratham patre suo
defuncto. Verūtamen Lyra: In Hebræo (inquit) habetur secūdum quosdā, Ingressus est Caleb
Ephratha, & est Ephratha hic nomen ciuitatis, quæ alio nomine dicit Bethlehem, & est sensus,
ꝙ mortuo Hesrom qui dominabatur in Bethlehem, Caleb filius eius ingressus est illuc succedens
patri. Sed istud videtur inepte dictum, quoniam Hesrom filius Phares natus est io Aegypto &
defunctus ibidem, vt ex inductis monstratur. Vel dato, ꝙ cum filijs Israel exisset Aegyptum, nō
tamen intrauit terram promissionis, cum fuisset in prima numeratione populi numeratus, de cu- Nume. 26
ius populi numerositate soli Caleb & Iosue intrauerunt.
⌞Habuit quoq; Hesrom vxorē⌟ nomīe ⌞Abia. Ex hoc probatꝰ, ꝙ aliqñ vir & mulier eodē noīe

 expri

3. Regū. 15 exprimuntur. Siquidem Abia quãdoq; est nomen regis Iuda nati ex Roboam. D

¶ Deniq;, an Hesrom habuit istam vxorem simul cum alijs suis coniugibus, vel post eas, nescitur. ¶ Attamen tunc licebat marito simul habere plures vxores ex dispensatione diuina explicita, vel interpretatiua siue implicita, prout super quartum Sententiarum doctores declarãt, ⌊ quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ ⌋ id est, principem vrbis sic nominatæ. ¶ Consequenter recitatur generatio primogeniti Hesrom. ⌊ Nati sunt autem filij Ierahmeel primogeniti Hesrom, Ram primogenitus eius, & Buna, & Oran, & Osen, & Ahia. ⌋ Iam dictum est quod Phares genuit Hesrom, & Hesrom Aram, Aram vero Aminadab, nunc'q; asseritur, quod Ierahmeel fuit primogenitus Hesrom, ex quibus ostenditur, quod genealogia saluatoris non in toto per primogenitos texitur, quia nec Dauid nec Salomon, per quos describitur, primogeniti erant. ⌊ Duxit quoq; vxorem alteram Ierahmeel, nomine Athara, quæ fuit mater Onam. Sed & filij Ram primogeniti Ierahmeel, fuerunt Maas, Iamin, & Achar. Onam autem habuit filios, Sammai & Iadan. Filij autem Sammai, Nadab & Abisur. Nomen vero vxoris, Abisur, Abihail, quæ peperit Ahaban, & Molid. Filij autem Nadab fuerunt Saled, & Appaim. Mortuus est autem Saled absq; liberis: filius vero Appaim, Iesi. Qui Iesi genuit Sesan. ⌋ Circa hoc dicit Hieronymus, hunc Sesan. Hebræi dicunt esse Elimelech virum Noemi patrem Mahalon & Chilion, & ideo scriptum in consequẽtibus, quod Sesan non habuit filios, quoniam duo filij eius absq; liberis mortui sunt, sed huic obuiare videtur, quod sequitur. ⌊ Porro Sesan genuit Oholai ⌋ Ad quod forsitan diceretur, quòd vnus illorum duorum alio nomine nuncupatus sit Oholai, & quod author breuiter transiens non expressit nomina amborum filiorum Sesan. Sed rursus obijcitur, nam paulopost subditur. Sesan autẽ non habuit filios. ¶ Respondetur quod filius eius præfatus seu & alius si habuit alium ante eum sine prole defuncti sunt superstites. ⌊ Filij autẽ Iada, fratris Sammai, Iether & Ionathan: sed & Iether mortuus est absq; liberis. Porro Ionathan genuit Phaleth, & Ziza. Isti fuerũt filij Ierahmeel primogeniti Hesrom. Sesan autem non habuit filios ⌋ sibi superstites, ⌊ sed filias, & seruum Aegyptium nomine Ieraha, dedit'q; ei filiam suam, ⌋ videlicet vnam earum, ⌊ vxorem ⌋ nisi forsan cum dicitur, sed filias, ponatur plurale pro singulari, quod forsan insinuatur, ex eo quod additum est, dedit ei filiam suam vxorem, ⌊ quæ peperit ei Athai ⌋ ¶ Quocirca quærendum, qualiter id licuit cum in Numerorum dominus dicat: Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipient. ¶ Insuper fuit prohibitum in lege cum alijs gentibus contrahere. ¶ Respondendum quod seruus ille Aegyptius forsitan fuit ad iudaismum conuersus, & cũ ita conuersis poterãt Israelitæ contrahere, sicut & Salmon sumpsit Rahab gentilem conuersam, & Booz, Ruth. ¶ Et si Sesan iste fuit vir iustus, fecit quod dictum est, forsitan ex diuino instinctu, & propter serui illius probitatem. ¶ Si autem non erat iustus, non oportet eum excusare in isto. Iusti quoq; aliquãdo peccãt. ⌊ Athai autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad, Zabad quoq; genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, Azarias genuit Heles, & Heles genuit Eleasa, Eleasa genuit Sisamai, Sisamai genuit Sellum, Sellum genuit Iecamiam, Iecamia autem genuit Elisama. Filij autem Caleb fratris Ierahmeel, Mesa, primogenitus eius. Ipse est pater Ziph ⌋ id est, caput seu dominus vrbis, à qua nomẽ sumpserunt Ziphei, qui vt primo Regum habetur, dixerunt ad Saul: Nonne Dauid absconditus est apud nos, ⌊ filij Maresa patris Hebron. Porro filij Hebron, Chore & Taphuah, & Recem, & Samma, ⌋ id est, hi ciues vrbis Hebron nati ex Caleb fuerũt & certis locis sua nomina contulerũt ac reliquerũt. ⌊ Samma autem genuit Raham, patrem Ierachaã, & Recem genuit Sammai. Filius Sammai, Maon, & Maon pater Bethsur. Epha autem concubina Caleb, peperit Haran, & Mosa, & Gases. Porro Haran genuit Gases. Filij autẽ Iehaddai Begẽ, & Iotham, & Gesan, & Phalet, Epha, & Saaph. Cõcubina Caleb Maacha peperit Saber, & Tharhana. Genuit autem Saaph pater Madmana ⌋ id est, princeps loci seu oppidi sic vocati, ⌊ Sue patrem Machbẽna & patrem Gabaa ⌋ Hoc loco, Sue, est nomen viri, qui fuit pater & caput oppidorum istorum, & fuit hæc Gaba, alia ab ea quę fuit in Beniamin tribu, vt legitur. ⌊ Filia vero Caleb fuit Achsa. Hi erãt filij Caleb filij Hur primogeniti Ephrata ⌋ qui sequuntur, ⌊ Sobal pater Cariathiarim ⌋ id est, oppidi taliter dicti. ⌊ Salma pater Bethlehem ⌋ de qua Dauid est natus, ⌊ Hareph pater Bethgader. Fuerunt autem filij Sobal patris Cariathiarim ⌋ sicut expositum est, ⌊ qui ⌋ Sobal ⌊ videbat dimidium requietionũ ⌋ .i. medietatem mãsionum seu locorum illorum habebat in cura, & iuit ad inspiciẽdũ easdẽ. ¶ Glossa exponit sic: Videbat dimidium requietionũ, id est, loca media & sortem accepit iuxta sepulchra patriarcharum, in Cariathtarbe, ⌊ & de cognatione Cariathiarim, ⌋ supple exstiunt, ⌊ Iethrei & Aphuthei, & Samathei, & Maserei. Ex his egressi sunt Zaraitæ & Esthaolitæ ⌋ hoc est, ex præfatis filijs Sobal nati sunt habitatores locorum istorum, videlicet Zarai & Esthaol, quæ erãt vrbes ad tribum Iudæ pertinentes, vt in libro Iosue legitur. Attamen filij Dan habitauerunt ibi interdum, vbi & Sampson sepultus est, vt in libro Iudicum fertur. ⌊ Filij Salma patris Bethlehem & Nethophati ⌋ hoc est, viri nati ex Salma, qui fuit pater Bethlehem, & loci alterius fuerũt. ⌊ Coronæ domus Ioab ⌋ id est, fortes auxiliarij ipsius Ioab principis militiæ regis Dauid, ita quod propter il-

Margin references: Hiero. Ruth. 1 · Nume. 36 Deute. 7 · Ruth. 4 Matth. 1 · 1. Regū. 23 · Iosue. 15 Iosue. 19 Iudicũ 16 · E · F

A pter illorum auxilia, ipse & eius familia coronas seu triumphos adeptus est, ⌊& dimidiũ requietionis Zarai⌋ id est, media pars habitãtium in Zarai etiam fuit in his corona domus Ioab, quoniam mutua societate in prælijs vtebantur. Vel sensus est, ꝙ dimidium mansionis aut habitationis præfatæ vrbis ad filios Salma pertinuit. ⌊Cognationes quoq; scribarum habitantium in Iabes⌋ Iabes interdum est nomen loci; aliquando viri, & nunc pro viro accipi potest, in cuius domo atque doctrina ac gubernatione scribæ residebant, ⌊canentes atq; resonãtes⌋ hoc est, in dei laudibus, psalmis & canticis se occupantes & legentes in lege assidue. ⌊Et in tabernaculis commorantes⌋ id est, in vmbraculis sub frondibus arborum, non in domibus, sicut in libro Regum & Hieremiæ de filijs Rechab habetur, vnde subiungitur. ⌊Hi sunt Cinei,⌋ id est, posteri Obab cognati Mosi, qui & Cineus vocatur, propter quod & ipsi dicuntur Cinei, ⌊qui venerunt de calore patris domus Rechab⌋ id est, de semine præfati Obab seu Ietro soceri Mosi sunt exorti, q̃niã domus Rechab, videlicet Rechabitæ & pater eorum Rechab descenderunt de Obab, quem aliqui dicunt fuisse ipsum Ietro, alij filium eius fratrem vxoris Mosi, potest quoque exponi hoc modo. Qui venerunt de calore domus Rechab, id est, de feruore charitatis atque deuotionis patrum suorum, quorum feruorem & religionem sectati sunt, qui etiam feruor in Rechabitis viguit & permansit, ita quòd nec vinum biberunt, nec domos ædificauerunt nec agros possederunt, nec vineas, vt patet in Hieremia. Præterea ad intelligendum prætacta aduertenda sunt verba Hieronymi referentis. Tradunt Hebræi Iabes fuisse peritissimum legis doctorem, in cuius conspectu sedebant Cinei, scribæq;, ergo canentes ac resonãtes, quia assidue in loquutione legis versabantur. His satis concordare videtur quod refert Lyra. Dicunt Hebræi hunc Iabes fuisse Othoniel, qui fuit valde peritus in lege, propter quod Cinei recedentes de ciuitate sua palmarum, accesserunt ad eum, vt instruerentur ab ipso, quoniam erant proseliti. Præterea super illud: Canentes atq; resonantes, dicit Lyra, id est, legentes in libris legis diuinæ, quæ lectio fit per modũ cantus ratione accentus. Contra q̃d scribit sic Rabbi Paulus: Textus sacræ scripturæ legitur communiter ab Hebræis in suis scolis, per modum cantus, non ratione accentus quia accentus posset seruari proprie sine cãtu, sed hoc fit ratione sententiæ, vt constat peritis in illa lectura. Hinc alio cãtu vtuntur in psalterio, alio in prophetis, alio in libro Iob, alio in libro Prouerbiorum, & huiusmodi, licet quo ad accentum vniformiter se habeãt in omnibus libris. Et de hoc cãtu intelligendum est quod dicitur hic: Canentes, &c.

4.Reg.10 Hiere.35 Hiero. Numer.10 Hiere.35 Hiero.

B

¶Postremo, per Iabes qui interpretatur desiccans recte intelligitur Christus, qui per ardorem donorum spiritus sancti, corda suorum desiccat fidelium, à fluxu desideriorum carnalium, & omni sapientia erat plenissimus. Per Cineos vero & scribas, istos deuotos, designantur sancti apostoli, & primi discipuli Christi, ac primitiua ecclesia, qui desiderio sapientiæ confugerunt ad Christũ, & de calore spiritus sancti venerunt, impleueruntq; quod docet vas electionis. Implemini (inquiens) spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, canentes & psallentes in cordibus vestris domino. Horũ ergo vestigia imitari non pigritemur. Coloss.3

¶ELVCIDATIO CAPITVLI III. David vero hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron.

¶Articulus tertius.

C AGITVR HIC DE REGNO DAVID, ET PROgenie, prosperitateq; eius, atque de regibus, qui post Salomonẽ ac Roboam regnauerunt in Iuda. ⌊David vero hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron⌋ ciuitate, ⌊primogenitum Amnon.⌋ Istud totum habetur secundo Regum, ⌊ex Achinoem Iezraelitide⌋, ex vxore sua nomine Achinoem, oriunda de vrbe nomine Iezrael, quæ in Samaria fuit Hanc Achinoem David duxit primam post Michol cum fugisset à facie Saul. ⌊Secundum, Daniel de Abigail Carmelitide⌋ quia ante morata est in Carmelo vrbe deserti, cum Nabal viro suo priore, & forsitan nata est ibi. Huic obuiare videtur illud secundi Regum: Primogenitus David Amnon, & post eum Cheliab de Abigail. Respondetur ꝙ idem est filius, & fuit binominis, atque vt dicunt Hebræi. Primo vocatus est Daniel. Cum enim statim post mortẽ Nabal David duxisset & impregnasset Abigail, puero nato quidam malitiosi deridendo, dixerunt quòd esset filius Nabal. Ideo David puerũ appellauit Danielem, qui interpretatur iudicium dei, dicens: Iudicet deus, id est, per certum signum demonstret quis sit pater pueri huius. Tunc deo agente vultus infantuli assimilatus est vultui David, idcirco extunc appellauit eum Cheliab, q̃d interpretatur quasi pater, id est, patri cõsimilis. ⌊Tertium⌋ filium ⌊Absalom filium Maacha filiæ Thalomai regis Gessur⌋ Id est, regni sic nuncupati.

2.Regũ.3. 1.Regũ.25. 27. 1.Regũ 25 2.Regũ.3

¶Et quæri põt, qua authoritate cõtra legẽ accepit gentilẽ illã in coniugẽ. Rñderi põt, ꝙ traxit

eam ad iudaismum, etiam forsan antequàm accepit eam in suã. Vel postea saltem, sicq́ ex dispen- D
satione & inspiratione diuina creditur id fecisse, & in hoc casu contra legem non fuit. ⌊Quartum
3. Reg. 1 Adonyam⌋ qui patre suo ignorante vsurpauit imperium, ⌊filium Hagith. Quintum, Saphatiã
Iose. lib. 7 ex Abital. Sextum, Iethraam⌋ quem Iosephus nominat Nathan. Sicq́ binomius fuit. ⌊De Egla
an. iu. ca. 1. vxore sua.⌋ Circa hoc ait Glossa. Queritur, cur sola hæc Egla vxor Dauid vocatur? Ad quod respon-
1. Regũ. 18 det: Hæc ẽ Michol quę inter multas sola dr̃ vxor, quoniã eã in adolescentia primã accepit quæ in
2. Regũ. 6 partu occubuisse asseritur. Hæc Glossa. Vnde secundo Regum habetur, ꝙ Michol non est natus filius,
vsq; ad diem mortis suæ. Sed obijci potest, qm̃ diu post recessum Dauid ab Hebron, cũ in Hierl̃m
moraretur. Hæc Michol adhuc vixit, insultauitq́ regi, eo ꝙ ante arcã saltasset. Ad hoc responden-
Ibidẽ dum opinor, ꝙ si scriptura hæc Regũ & Paralipomenon dicere velit, ꝙ p̃fati sex filij nati sint regi
Dauid, dum regnauit in Hebron, & anquàm regnauit in Hierl̃m, saluari non potest, quod Egla sit
Michol, & quod Michol pariendo occubuit. Si autem scriptura non intendit hoc dicere, quod ta-
men videtur intendere, dici posset, quod Egla seu Michol partu suo instãte, aut ante in Hebron re-
uersa sit, ibiq́ peperit, & pariendo decessit, quã solutionem magister in historijs tãgit. ⌊Sex ergo
nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit⌋ Dauid sup tribum Iuda dumtaxat, ⌊septem annis & sex
Pet. Co. mensibus. Triginta autem & tribus annis regnauit in Hierusalem.⌋ Tertio Regum habetur, quod
hist. libr. 2 in Hebron regnauit septem annis, & in Hierusalem triginta & tribus, sicq́ in toto quadraginta.
2. Re. ca. 9 Quomodo ergo adduntur hic menses sex? Respondetur, quod scriptura libri Regum præallegata, nõ
3. Regũ. 2 curat has minutias temporis. Hebræi autem dicunt, quod Dauid sex mensibus fugit ab Absolone.
2. Regũ. 5 ideo menses illos tertius liber Regũ omittit. Veruntñ. 2. Regum exprimuntur, sed excluduntur à sum- E
ma. Ex prædictis patet iustitia Dauid circa vxores suas, quoniam vnicuiq; earũ opportuno tem-
pore reddidit debitum, nõn despiciens vnã pro alia, quàmuis duæ earũ essent filiæ Regum, nec ex
libidine, sed desiderio prolis ad dei obsequium educãdæ accepit tã multas, dispensatione diuina.
2. Regũ. 5 ⌊Porro in Hierusalem nati sunt ei filij⌋ & etiam filiæ, vt dicitur secundo Regum, ibi enim accepit
& alias coniuges. ⌊Sãmaa & Sobab & Nathan⌋ Non ille propheta, ⌊& Salomon quatuor⌋ filij,
2. Regũ. 11 ⌊de Bathsaba filia Amyel.⌋ Secundo Regum legitur: Filia Eliam. Nam pater eius fertur fuisse
binomius. Dicunt aliqui, quod Sammaa & Sobab & Nathan fuerunt naturales atque legitimi fi-
lij Vriæ ex Bethsaba, & quod Vria defuncto, Dauid sumpta Bethsaba adoptauit illos tres sibi in
Pro. 4 filios quod probant, quoniam in Prouerbiorum libro Salomon ait: Vnigenitus fui coram matre
2. Regũ. 5
2. Regũ. 12 mea. ¶ Sed obijci potest, quoniã secundo Regum dicitur absolute, quòd isti quatuor nati sunt ei
in Hierusalem, & hic quod nati sunt ei ex Bethsabee. Veruntamen apparentiã magnã prætactæ
2. Regũ. 15 positioni adducit, quod secundo Regum scriptum est: Quemadmodum Dauid primo genuit ex
Bethsabee infantulum, qui septimo obijt die, & post illum immediate ex ea genuit Salomonem,
qui hic ponitur inter præfatos quatuor vltimus. Deinde nominãtur in litera alij multi filij Dauid.
Ge. 29. 30 ⌊Iebahar quoque & Elisama, & Eliphalet, & Noge, & Napheg, & Iaphia, necnon Elisama &
Eliada, & Eliphalet, nouem. Omnes hi filij Dauid absque filijs concubinarum⌋. 2. Reg. legitur
Dauid reliquisse in Hierusalem decem concubinas, ad custodiendum domum, nec dubium, quin
fuerunt vxores eius legitimæ non adulteræ. Sed dictæ sunt concubinæ, quoniã secundarie & mi-
nus principales eius vxores fuerunt. Sicut in Genesi: Bala & Selpha vocantur concubinæ Iacob,
quæ & eius vxores vocantur ibidem.
2. Regũ. 13 ⌊Habueruntq́; sororem Thamar⌋ quæ fuit soror Absolonis ex parte patris & matris, aliorum
solum ex parte patris. Habuerunt quoque & alias multas sorores, cum secundo Regum dicatur, F
quod filiæ Dauid regis talaribus vestibus vtebantur. ¶ Cur igitur specialiter exprimitur ista? An
propter commemorationem magnæ turbationis, quæ occasione ipsius orta est. Nam propter
Ibidẽ pulchritudinem eius, frater eius Amnon eã oppressit. Propter quod ab Absolone occisus est. ⌊Fi-
Ecci. 47 lius autem Salomonis⌋ fuit ⌊Roboam,⌋ de q̊ in Ecclesiastico legitur, quod Salomon reliquit
post se stultitiam. Deinde numerantur reges Iudæ: ⌊cuius Abia filius genuit Asa. De hoc quoque
natus est Iosaphat pater Ioram. Qui Ioram genuit Oziam, ex quo ortus est Ioas, & huius Ama-
zias filius genuit Azariam. Porro, Azariæ filius Iothan procreauit Achaz patrem Hezechiæ, de
quo natus est Manasses. Sed & Manasses genuit Amon patrem Iosiæ. Filij autem Iosiæ fuerunt
primogenitus Iohanan, secundus Ioachim, tertius Sedechias, quartus Sellum.⌋
4. Reg. 23 Quarto Regum non fit mentio de Iohannan, neque de Sellum, sed nominãtur ibi tres filij Iosiæ,
4. Reg. 24 videlicet Ioachaz, quem captiuum abduxit rex Aegypti. Secundus Eliachim, quem rex ille Ioa-
Hiere. 22 kim nuncupauit. Tertius Mathanias, quem Nabuchodonosor vocauit Sedechiã. Hinc aliqui di-
Hiero. cunt, ꝙ Iohãnã sit idem qui Ioachaz, de Sellum vero fit sermo in Hieremia, & dicunt nonnulli, ꝙ
Pet. Co. fuit ipse qui Zedechias, & tamen vocatus sit filius quartus, quia post Iosiã quarto loco regnauit.
hist. libr. 4 Hieronymus autem refert. Opinantur Hebræi quod Iohannã dictus sit Ioachaz, & Sellum. Ma-
Re. ca. 38
Hiere. 22 gister q̊q; in historijs dicit, Ioachaz & Sellum fuisse eundem, quod etiã videtur ex eo q̃d scriptũ est
in Hieremia. Hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda, qui egressus est de loco isto,
non reuertetur huc amplius, sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur. Hoc etenim dixit

Hieremias

A Hieremias Ioachaz capto à rege Aegypti, & in Aegyptum tràslato, regnāte in Hierusalem fra-
tre suo Ioakim, antequàm Zedechias regnauit vt patet ex verbis in Hieremia sequentibus. Ideo
opinio Rabbi Salomonis, qui dixit Sellum fuisse Zedechiam saluari non valet. Lyra demum hic
scribit: Posset dici, ꝙ Sellum fuit quartus filius Iosiæ, sed inter alios quarto Regum non numera- R. Salo. 4.Reg.23
tur, quia ad regum honorem fuit ineptus. quod etiam stare nequit, cum in præfata authoritate le
gatur regnasse. Veruntamen in textu hoc apertissime dicitur, ꝙ quartus filius Iosiæ fuerit Sellum Hiere. 22
quasi Sellum ille extiterit vltimus filiorum Iosiæ.

¶Præterea quæstio oritur, quomodo Iohannan seu Ioachaz primogenitus Iosiæ dicatur, cum
Ioakim frater eius fuerit senior eo. Scriptum est enim quarto Regum, ꝙ Ioachaz erat vigintitriū 4.Reg.23
annorum dum cœpit regnare, & tribus mensibus regnauit, pro quo rex Aegypti constituit regē
fratrem ipsius nomine Ioakim, qui fuit vigintiquinq; annoꝝ quādo regnare exorsus est. In scho
lastica q̄q; fertur historia, ꝙ mortuo Iosia, populus tulit mediū filiū eius, videlicet Ioachaz, & cō- Pet. Ec. histo. lib. 4
stituit eum regem. Respondetur quod Ioachaz dicitur primogenitus, non ratione ætatis, sed re- Re ca. 28
giæ dignitatis. De Ioakim natus est Ieconias & Zedechias. Iste est Ioakim qui ante voca-
tus erat Eliakim, & regnauit immediate post Ioachaz, atq; à Mattheo vocatur Iechonias cum di 4.Reg.23
citur: Iosias genuit Ieconiam, & fratres eius in transmigrationem Babylonis, sed & filius eius q Matth. 1
B hic vocatur Ieconias quarto Regum vocatur Ioakim. Porro Zedechias filius Ioakim non fuit
ille qui regnauit post Ioachin & Ieconiā filium eius. Filij Ieconiæ fuerunt Afir, Salathiel, Mel- 4.Reg.24
chiram, Phadaia, Sennaser, & Iecamia, Osama & Nadabia. Circa hoc dicit Lyra: Iste Ieconi-
as, cuius filij describuntur post transmigrationem Babylonis fuit alius à Ieconia filio Ioakim, qui
regnauit ante Zedechiam. Vnde dicit Hieronymus, ꝙ primus scribitur per k, & m, secūdus per
ch, & n. Hæc Lyra. circa quod dico verum esse, ꝙ secūdum Hieronymum, Ieconias, de quo ait Hiero.
Euāgelista Matthæus: Post trāsmigrationem Babylonis, Ieconias genuit Salathiel, fuit alius à Ie Matth. 1
conia, de quo præmisit, Iosias genuit Ieconiā & fratres eius, &c. quoniam vnus fuit pater alterius,
ex hoc tamen non sequitur, ꝙ Ieconias, cuius filij dicuntur Afir. Salathiel fuit alius à Ieconia filio
Ioakim seu primi Ieconiæ filij Iosiæ, imo iste Ieconias fuit filius Ioakim filij Iosiæ, quod & lite-
ra ista designat. Nempe cum dictum est: De Ioakim natus est Ieconias, & Zedechias mox addi-
tum est. Filij Ieconiæ fuerunt Afir Salathiel, & ita hoc dicitur de Ieconia filio Ioakim. De Pha
daia orti sunt Zorobabel, & Semei. à Matthæo Zorobabel dicitur filius ipsius Salathiel. Simi- Matth. 1
liter in Aggæo & secundo libro Esdræ, & alibi sæpe quomodo nunc asseritur generatus à Pha- Aggæi. 1 Nehe. 6
daia fratre Salathiel. Respondet Hieronymus. Dicunt Hebræi hæc duo nomina vnius homi- Hiero.
nis esse, ita quòd Phadaia & Salathiel sint nomina eiusdem personæ. Contra quod obijci po-
test ꝙ exprimuntur hic per interpositionem vocabuli alterius hominis. Hinc quidam dicunt, ꝙ
erāt fratres, & ꝙ vterq; eorum habuit filium Zorobabel nuncupatum. Zorobabel genuit Mo
sollam. In Matthæo habetur: Zorobabel genuit Abiuth, qui non exprimitur hic. Ideo dici po- Matth. 1
C test, quòd vnus horum alio nomine dictus sit Abiuth. Si tamen Phadaia & Zalathiel dicantur
vna fuisse persona binomia. Zorobabel itaq; genuit Mosollam, Hananiam & Salumith soro-
rem eorum, Hasabam quoq; & Ohol, & Barachiam, & Hasadiam, Iosabhesed quinq;. Non ꝙ
omnes præfati filij Zorobabel fuerint quinq; duntaxat, cum iam septem enumerati sint, sed ꝙ
isti post Salumith sororem nominati fuerunt quinq;, estq; probabile, ꝙ fuerunt hi quinq; ex a-
lia matre nati quàm duo primi, eo quòd Salumith appelletur soror illorum duorum non ho-
rum quinq;. Filius autem Hananiæ, Phaltias pater Iesaiæ: cuius filius Raphaia. Huius quoq; fi-
lius Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechanias. Filius Sechaniæ Semeia, cuius filij
Hatthus, & Iegal, & Baria, & Naaria, & Saphat, & Sesa, sex numero. Filij isti sunt quinq; tātum,
sed vna cū patre suo sunt sex. Filij Naariæ Elioenai, & Hezechias, & Iazricā tres. Filius Elioe-
nai Oduia, & Heliasib, & Pheleia, & Accub, & Iohanan, & Dalaia, & Anani, septem.

¶EXPLANATIO CAPITVLI IIII. Filij Iuda, Phares, Hesrom & Charmi. Art. IIII.

GENERATIO IVDAE PATRIARCHAE NVNC
plenius enarratur, & de generatiōibus Symeonis ac Ruben aliquid ad-
ditur. Filij Iuda, Phares, Hesrom, & Charmi, & Hur, & Sobal. Su-
pra dictum est, quod filij Iuda fuerunt quinq;, videlicet Her & Onam, 1. Paral. 2
& Sela de sua vxore legitima. Item Phares & Zaram de Thamar,
quomodo ergo nunc numerantur quinq; filij eius, inter quos solus Pha-
res ante expressus est esse filius Iudæ. Ad hoc dupliciter respondetur.
Primo, quod quatuor hi nominati fuerunt mediati filij, hoc est, nepo-
tes Iudæ. Secundo, iuxta Glossam quæ ait, & sunt verba Hieronymi. Hiero.
Hebræi

Hebræi asserunt præfatos Iudæ filios hic mutatis nominibus exprimi, ita quod per Hesrom nunc D
designatur Zaram, per Charmi Her, per Hur Onam, per Sobal Sela. Sed iuxta præhabita Char
mi fuit de tribu Zaram, Hur & Sobal de Caleb. ⌊Rahya vero filius Sobal, genuit Iahat, de quo
nati sunt Achimai & Laod. Hæ generationes Sariathi⌋ hoc est, generationes iam tactæ, ex So-
bal natæ sunt cognationes & tribus Saraitarum, quia vt dictum est: Sarai & Esthaol, primo sunt
cōputatæ inter vrbes tribus Iudæ. ⌊Ista q̄q; stirps Ethā⌋ .i. posteritas viri sic dicti, q fuit filius Za
ræ & filij Ethā, cōseq̄nter hic exprimunt, ⌊Iezrael & Iesema & Iedebos. Nomē q̄q; sororis eorū
Azalelphum⌋ quam Hebræi secundum Hieronymum suspicant esse matrem Sampsonis, de stir-
Hierony. pe Iuda generatam, cuius vir fuit de tribu Dan. ⌊Phanuel autem⌋ fuit ⌊pater Gedor,⌋ hoc est,
princeps in loco sic noiato, ⌊& Eser pater Husan⌋ id est, loci illius. Nam Iedor & Husa sunt lo-
ca à filijs Hur possessa. ⌊Isti⌋ videlicet Phanuel & Eser, ⌊sunt filij Hur primogeniti Ephrata,⌋
1. Para. 2 quæ fuit vxor Caleb, qui ex alia coniuge habuit filium ipso Hur priorem ⌊patris Bethlehem⌋ su-
Ibidē. perius dictum est, quòd Salma filius Hur, fuit pr̄ Bethlehē, idcirco ipsi Hur ascribit istud rōne filij
sui. ⌊Ashur vero patris Thecuæ erant duæ vxores, Halaa & Naara. Peperit autem ei Naara Ahu
zam, & Hepher, & Themani, & Ahastari. Isti sunt filij Naara. Porro filij Halaa, Zaret, Izoar, &
1. Para. 3 Ethnan. Cos autem genuit Anuab, & Sobeba, & cognationem Aharhel, filij Arum. Fuit autem
Iabes inclytus præ fratribus suis,⌋ hoc est, notabilior & eminentior ipsis. Iste est enim Iabes, de
quo præcedenti cap. habitum est, fuit fortis, iustus, atq; doctissimus magister scribarum. ⌊& mater
eius vocauit nomen illius Iabes⌋ quod interp̄tat dolor, ideo subdit, ⌊dicens: Quia peperi eum in
dolore.⌋ Constat quòd mulieres communiter pariant in dolore, ideo p̄ hęc verba insinuat, quòd
cum grandi atq; insolito dolore peperit eum. Sic & Rachel cum periclitaret in partu, filium suum E
Genes. 35 vocauit Benoni, hoc est, filius doloris mei. ⌊Inuocauerat ergo Iabes deum Israel, dicens:⌋ Qua
lis fuerit inuocatio ista, elicit ex eo q̄ subdit: ⌊Si benedicens benedixeris mihi⌋ Ex quo constat
quòd erat inuocatio voto adiuncta, tamen sub conditionibus, quæ sequunt, videlicet si benedicēs
benedixeris mihi. Est autem consuetudo linguæ hebrææ loqui cum tali ingeminatione, Itaq; si
benedicens benedixeris mihi .i. dona grǣ tuæ contuleris mihi, & multiplicaueris ea in me, ⌊& dila
taueris terminos meos⌋ hoc est, terram possessionis meæ, dando mihi victoriam sup̄ hostes me-
os gentiles ac infideles, quorū terrā nobis p̄misisti. Itaq; non ex cupiditate aut ambitione, sed zelo
iustitiæ istud optauit, ⌊& fuerit manus tua mecum⌋ id est, oīpotētia tua gratiose adiuuerit atq; p̄
texerit me, ⌊& feceris me à malitia nō opprimi⌋ .i. dederis mihi virtutē resistendi ac p̄ualendi ten-
tationibus, ac peccatis, p̄sertim q̄ ex p̄posito seu deliberatione cōtingūt. Tripl̄r q̄ppe cōtingit pec
care, vtpote ex infirmitate seu passionis vehemētia, ex ignorantia, & ex certa scia seu p̄posito, qd̄
p̄priè vocat ex malitia trāsgredi. Ex his docemur q̄ à malitia non opprimi, donū sit dei, ita q̄ ho
mo sine auxilio grǣ nequit vitijs p̄ualere, quo hęresis impij condēnat Pelagij. Hinc Henoch q̄q; ra
ptus & translatus est, ne malitia mutaret intellectū eius, vt dr̄ in Sapiæ libro. ⌊Et p̄stitit⌋ ei ⌊deus
Sap. 4 quæ p̄catus ē⌋ In lr̄a nō exprimit, qd orauit aut vouit. Votū āt p̄priè ē de bono meliori, & de opi
bus superogationis. Interdū etiam ea quę sunt de necessitate salutis vouent, scd̄m q̄ quidam deuo
ti vouent obseruare p̄cepta diuina, sed quoniam spiritalia non sunt ad t̄palia referenda, sed econ-
uerso, & Iabes iste vir fuit iustus, constat q̄ aliquid spiritale deo promisit, vt aliorum informatio-
ni intendere, & actibus vitæ contēplatiuæ, puta orationi, speculationi, scripturis insistere, ad quæ F
cooperant, & exigunt affluentia gratiæ, temporaliū competentia, assistentia dei, immunitas à pec
catis. In forma huius promissionis secutus est Iabes Iacob patriarcham, de quo legitur in Genesi:
Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit dn̄s mecū & custodierit &c. Iacob tamen promissionem su
Gene. 28 suam explicauit distinctè. ⌋ Caleb autem frater Sua.⌋ Supra dictum est: Filij Hesrom fuerunt
1. Para. 2 Ierahmeel & Ram & Chalubai, vbi per Chalubai intelligitur Caleb, cuius frater nūc dicitur Sua
Vel igitur quia habuit fratrem istum vltra illos duos. Vel vt dicunt Hebræi, ille qui ibi vocatus est
Ram, nunc Sua nuncupat, ⌊genuit Machir qui fuit pater Esthon,⌋ iste Machir alius fuit ab eo,
Genes 50 quem genuit Manasses, vt dicit in Genesi. ⌊Porro Esthon genuit Bethrapha & Phasse & Them
na patrem vrbis Nahas⌋ Per vrbem Nahas quidam intelligunt Bethlehem, in qua Nahas seu Isai
1. Regū. 16 pater Dauid moratus est. Nam Isai alio nomine dictus est Nahas. Vnde Amasa appellatur filius
1. Para. 2 Iether ex Abygail filia Nahas. ⌊Hi sunt viri Recha⌋ hoc est, habitatores & ciues loci sic nomina-
ti, à quo nomen sumpserunt, vt quidam exponunt. Alij dicunt per Recha ipsum Dauid intelligi,
quoniam Recha interpretatur tener, & Dauid fatetur: Ego sum tener, & vnctus rex. ⌊Filij autem
Cenas⌋ fuerunt ⌊Othoniel & Saraia⌋ In Iosue libro Caleb vocatus est Cenezęus, in eodem q̄-
que libro, sicut & hic Othoniel dr̄ esse filius Cenas, Othoniel vero in Iosue vocatur frater Caleb iu
2. Reg. 23 nior, quod aliqui dicunt verum ex parte matris. Sed de his super Iosue dictum est plenius. Quem
Iosue. 14 admodum etiam tactum est, quidam dicunt præfatum Iabes fuisse Othoniel. ⌊Porro filij Otho
niel, Hathhath & Maonothi. Maonothi genuit Ophra. Saraias autem genuit Ioab patrem val-
2. Regū. 2 lis artificū, ibi quippe artifices erant⌋ istud quidam exponunt de Ioab filio Zeruię, quē Ioab di-
cunt fu-

A cũt fuisse patrem vallis artificum, eo ꝙ de eius filijs nati sint artifices, q habitauerũt in valle sic dicta. Hinc ait Glossa: De Saraia dicitur Ioab prodisse, qui iuxta nominis interpretationem dicitur pater vallis artificum, quia de filijs eius fuerunt architecti, qui ædificauerunt domum domini. Alij dicunt ꝙ Ioab filius Saraiæ non fuit princeps istæ militiæ. ⌊Filij vero Caleb, filij Iephonne⌋ fuerunt, ⌊Hir & Ela, & Nahem. Filij quoq; Ela Cenaz. Filij quoq; Ialeleel, Ziph & Zipha, Thiria & Asarael.⌋ Supra dictum est, ꝙ Caleb fuit filius Hesrom. Ideo quidam affirmant eũdem virum fuisse binomium, ita ꝙ pater Caleb vocatus est Hesrom & Iephonne. Alij opinãtur ꝙ Iephõne accipiatur hic non proprio hominis nomine, sed quasi appellatiue, quod interpretatur diuertens vt Caleb dicatur filius Iephonne, id est, diuersionis, quia diuertit se à peruersitate exploratorum detrahentium terræ promissionis, iuxta quem modum aliquis dicitur filius inconstantiæ, aut filius mortis. ⌊Et filij Ezra⌋ fuerũt, ⌊Iether & Mered & Epher & Iaalon genuit quoque Mariam.⌋ Circa hoc scribit Hieronymus. Dicunt Hebræi ꝙ Ezra fuit Amram pater Mosi & Aaron, & quod Iether extitit Aaron. Mered vero Moses, Epher vero & Ialon dicunt fuisse Eldad & Medad, qui inter septuaginta erant descripti. Et quod dictum est, genuitq; Mariã exponunt de Ezra seu Amram, cuius filia fuit Maria Mosi soror. Alij reprobant istud, quoniam hic non agitur de genealogia Leui, sed Iudæ, propter quod dicunt hanc Mariam aliam esse ab illa. Veruntamen agnoscendum, quod in descriptione genealogiæ vnius tribus, interdum incidentaliter aliquid de genealogia tribus alterius admiscetur, ⌊& Sammai, & Iesbah patrem Esthamoa⌋ se-

1. Paral. 2

Nu. 13.14

Hiero.

Numer. 11

B cundum Glossam ex Hieronymo sumptam, per Sammai, Hebræi intelligunt iterum Mosen, qui interpretatur cœlestis. Per Iesbah, qui interpretatur collaudatio Aaron, qui vocatur pater Esthamoa. i. ignis, quoniam filij Aaron sacrificia igne adolebant seu incendebant.

Hiero.

¶Insuper multa nomina continuatim sequentia exponunt de Mose, propter diuersas actiones & proprietates ipsius, vt sit sensus: ⌊Vxor quoq; eius⌋ vtpote Ezra seu Amram, ⌊Iudaia⌋ quæ in Exodo Iochabed appellatur, ⌊peperit Iared patrem Gedor⌋ id est, Mosen qui vocatur Iered, quia descendit de monte cum tabulis testamenti, pater Iedor, id est, sepis, quia muniuit populum lege tanquàm sæpe. Iered autem interpretatur descendens, Iedor sepis, ⌊& Heber patrem Socho & Icuthiel patrem Zanoah⌋ Heber interpretatur victor, Socho prophetia, Moses ergo dicitur Heber, quia populum de Pharaonis seruitute redemit, & dei seruitio iunxit. Et dicitur pater Socho, quoniam prophetarum extitit doctor. Nominatur quoq; Icuthiel insperans, qa spem habuit ꝙ populum liberaret, & pater Zouoah quod interpretatur gubernator, quoniã populum gubernauit in hæremo, & sua doctrina gubernat quotidie.

Exodi. 18

Leuitic.

Exod. 6

Exodi. 18

Exodi. 14

¶Porro, alij aliter ista exponunt, & vt videtur magis ad literam. Vnde secundum Lyram, qđ dicitur: Vxor quoq; eius, refertur ad Caleb secundum Glossam Hebraicã, sic ꝙ Iudaia coniunx ipsius Caleb peperit ei prænominatos, videlicet Iered patrem Iedor, id est, dominum talis loci, & Heber patrem Socho, id est, villæ seu oppidi sic vocati, atq; Icuthiel patrem Zouoah, id est, huiusmodi loci. ⌊Hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered.⌋ Secundum Hie-

C ronymum iuxta Hebræos sensus est, ꝙ præfati qui tamen sunt vnus, vtpote ipse Moses, varijs nominibus designatus, sunt filij filiæ Pharaonis, quæ Bethia vocatur, quæ mater Mosi nominatur, non ꝙ sit mater eius naturalis, sed quoniam adoptauit eum in filium & enutriuit. Et ipse Mered id est, Moses dicitur eam accepisse, quia ad dei cultum ab idololatria eam conuertit. Sed his obijci posset, ꝙ illa filia Pharaonis secundum Iosephum vocata est Thermut. Ad quod posset quis respondere, ꝙ forsan binomia fuit. Alij per Mered intelligunt alium virum quàm Mosen, & dicunt ꝙ filiam illam Pharaonis Mered duxit vxorem. Cui expositioni obijcitur, ꝙ in litera nõ exprimuntur. Aliqui filij huius Mered ex filia Pharaonis præfati, & ita non inuenitur, ad qđ referatur quod dicitur. Hi autem filij, &c. Hinc aliqui sic exponunt. Hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis quam accepit, supple Caleb in coniugem sunt Mered & alij qui non exprimuntur. Vel capiendo plurale pro singulari. Sed ista expositio videtur valde incerta, puta quod Caleb duxerit filiam Pharaonis vxorem, præsertim cum tempore Caleb, Aegyptij, intantum abominabantur Hebræos, nisi forte quis suspicetur, ꝙ fuerit illegitima filia Pharaonis & conuersa ad iudaismum, sicq; ex deuotione sumpserit virum Hebræum. ⌊Et filij vxoris Hodaiæ⌋ id est, viri sic dicti, ⌊sororis Naham patris Ceila⌋ fuerunt ⌊Garmi & Esthamoa⌋ hoc est, viri sic nuncupati, ⌊qui fuit de Maachati⌋ origine, loco aut alio modo. Nam Maachati interdum est nomen regionis aut loci, quãdoq; personæ. ⌊Filij quoq; Symon, Amnon & Ruma. Filius Hauan & Ethilon & filij Iesi Zoheth & Ben Zoheth.⌋ Redit ad descriptionem posteritatis Iudæ per filium eius Sela, ⌊filij Sela, filij Iudæ⌋ patriarchæ fuerũt, ⌊Her⌋ qui fuit alter ab Her filio Iudæ nequissimo, ⌊pater Lecha⌋ id ẽ, loci aut viri sic dicti, ⌊& Laada pater Maresa⌋ id est, dominus seu caput illius loci aut hominis, ⌊& cognationes domus operãtium byssum,⌋ id est, viri atq; artifices qui fecerunt byssinas vestes seu cortinas de bysso, ⌊in domo iuramenti⌋ id est, in tabernaculo fœderis. Hi inquã fuerunt filij Sela mediati, id est, nati ex eo qui secundum Glossam cum Bezeel opus tabernaculi expleuerunt, & forsan eorum posteri aliqua in templo Salomonis sunt operati, sicq; per domum iura-

Hiero.

Iose. lib. 2 an. tiq. ca.

Exodi. 2

Gene. 38

Exodi. 31

iuramenti, poſſet & templum illud intelligi, ⌊& qui ſtare fecit ſolem,⌋ hoc eſt, etiam ille ad cuius
preces ac merita ſol ſupernaturaliter ſtetit in cœlo, eſt natus de Sela. Et iſte ſecundum quoſdam D
Ruth 1 expoſitores catholicos fuit Elymelech maritus Noemi. Vnde in Gloſſa habetur. Tradunt He-
bræi hunc fuiſſe Elymelech maritum Noemi, in cuius tempore propter præuaricatores ſol ſtetit,
vt viſo miraculo, conuerterent ad dominum, quòd quoniam contempſerunt, intantum præualuit
fames, quòd Elymelech qui quaſi prior videbatur in tribu Iuda, cogente inopia cum vxore & fi-
lijs terram Moab ingreſſus eſt. ⌊Viriq́ꝫ mendacij⌋ per hos intelligunt duo filij Elymelech, q vo
cant viri mendacij ſeu vanitatis, q a acceptis vxoribus, ſine fructu matrimonij obierunt, ita ꝙ Noe
Ruth 1 mi mater eorum ſpe poſteritatis fuit fruſtrata, ⌊qui principes fuerunt in Moab.⌋ Quemadmo-
dũ ſup Ruth tetigi, qdam dixerunt ipſam Ruth fuiſſe filiam regis Moab, & ideo virum eius fuiſſe
promotum ad principatum. Verum vt ibi conſcripſi, narratio illa apparentiam paruam habet
Ibidem aut nullam. Potuit tamen eſſe, quod Mahalon & Chilion filij Elymelech ob ſuam prudentiam,
probitatem, ſeu aliam cauſam fuerunt in terra Moab, in aliquibus officijs conſtituti, atque ob id
principes ibi fuiſſe dicantur. Veruntam ſicut Gloſſa fatetur, & alij dicunt in Hebræo habetur, qui
fuerunt mariti in Moab. Nam acceperũt ibi vxores, & forſan dictio illa hebraica eſt ad vtrunq́ꝫ
æquiuoca, ⌊& ſecurus & incedens.⌋ Nomina virorum iſtorum hebraica iam expreſſa, latine in-
terpretantur ſecurus & incedens, ⌊& qui reuerſi ſunt⌋ aliqui libri habent. Et quæ reuerſæ ſunt,
⌊in Lehem.⌋ Non enim Elymelech & filij eius reuerſi ſunt in Lehem, hoc eſt, Bethlehem, quia
obierunt in terra Moab. Sed Noemi redijt cum Ruth, vel illi redierunt in ſuis coniugibus. E
Ruth 2 ¶ Deniq́ꝫ aliqui textus habent in Bethlehem, ſed correctior litera habet in lehem. ⌊Hæc autem
Ruth.1 vetera verba,⌋ id eſt, recitata hoc loco de Elymelech & filijs eius, ſunt antiqua hiſtoria in libro
Ruth ſcripta, quæ ante tempora Dauid ac Regum Iſrael contigit. Iſta eſt expoſitio literæ huius
Hierony. ſecundum catholicos expoſitores, beatum Hieronymum hic ſequentes.
¶ Porro Lyra hic ſcribit, quòd litera Hebraica hoc loco multum diſtat à noſtra trãſlatione.
Nam vbi habemus. Et qui fecit ſtare Solem, in Hebræo habetur. Et Iokim vel Ioakim, quod eſt
proprium nomen viri, nec videtur quod eius interpretatio aliquo modo ſignificet quod fecit ſta-
tionem ſolis. Et vbi habemus: Viri mendacij, in Hebræo habetur, & viri Chozeba, & eſt hic pro-
prium nomen loci ſecundum Hebræos, quàmuis Chozeba prout nomen eſt appellatiuum ſi-
gnet mendacium, pro eo autem quòd habemus, & ſecurus & incedens, in Hebræo habetur & Ioas
& Saraph, quàmuis vero Saraph poſſit interpretari incedens, tamen Ioas non interpretatur ſecu-
Hierony. curus, neq́ꝫ ſecundum Hieronymum, neq́ꝫ ſecundum Remigium, qui interpretati ſunt Hebraica
Remigi. nomina. Et vbi habemus, & quæ reuerſæ ſunt in Bethlehem, in Hebræo habetur, & habitatores
Lehem ſeu Bethlehem. Eſt itaq́ꝫ ſenſus ſecundum Hebræos: Et Iokim, hoc eſt, vir quidam famo
ſus ſic nominatus, & viri Chozeba, hoc eſt, à tali loco ſic nuncupati. Et Ioas & Saraph, hoc eſt, vi
ri ſic dicti, qui mariti fuerunt in Moab, quia illuc iuerunt ad peregrinandum ex aliqua cauſa ſi-
Ruth.4 cut Elymelech & habitantes in Lehem ſeu Bethlehem, ſupplendum eſt, omnes iſti deſcenderunt
de Sela. Et quia hæc diu ante tempora Regum contigerunt, addidit Ezdras. Hæc autem verba
vetera. Hæc Lyra. Cuius narrationi apparentiam confert quod Rabbi Paulus in hac parte ei non
contradicit, quem conſtat ſatis pronum fuiſſe ad contradicendum Lyræ, habita cauſa vel occaſio-
ne. ¶ Inſuper refert Lyra, dicunt Hebræi, ꝙ Elymelech non fecit ſolem ſtare orationibus ſuis.
Sed ex auaritia iuit ad terram Moab, nolens bona ſua communicare Iudæis pauperibus ad ipſum F
recurrentibus. Circa hæc dico me credere beato Hieronymo, aſſerenti in ſe transferẽdo nihil mu
taſſe de hebraica veritate. Credo inſuper ꝙ propter vniuerſalem eccleſiam, ſpiritus ſanctus Hiero
nymũ in transferendo gratioſe direxit, quia præuidit, imo & præordinauit ipſam ſanctam & non
errantem eccleſiam, tranſlatione Hieronymi vti debere. Iterũ credo verum eſſe Hieronymi narra
tionem præhabitam, ꝙ ſcilicet Hebræi prædictum virũ dicunt eſſe Elymelech, & ꝙ in diebus eius
ſol ſtetit ob cauſam inductã, atq́ꝫ in hoc magis eſt credendũ Hebræis illis tranſmarinis, inter quos
fuit Hieronymus, q̃ citramarinis, inter quos conuerſatus eſt Lyra, q rudiſſimos inexplicabilesq́ꝫ
habent errores. Illa quoq́ꝫ Iudæorũ quorũdam narratio, ꝙ Elymelech cũ ſuis, iuit peregrè in terrã
Moab, non ex paupertate, ſed cupiditate, ſupra Ruth euidẽter eſt reprobata. Nec aliquo modo ex-
Ruth.1 iſtimo, ꝙ in paſſu iſto tam arduo, Hieronymus ab hebraica receſſit veritate, pſertim, cũ ante ocu-
los ſuos tot trãſlationes habuerit, vtpote. 70. Theodotionis, Symachi, Aquilæ. Cũ peritiſſimis q́ꝫ
q́ꝫ Iudæorũ contulerit tam aſſiduè & intente, vt ipſemet in multis locis teſtat. Hoc item ſciendũ, ꝙ
Hieronym. ſunt aliqua nomina hebraica ita æquiuoca, ꝙ nec Hieronymus, neq́ꝫ Remigius vniuerſas eorum ſi
Remigi. gnificationes ſeu interpretationes expſſit. Quẽadmodũ etiam quædam latina ſunt nomina ita æqui
uoca, ꝙ omnia eorũ ſignificata, vix aliquis expoſitorũ grãmaticorũ deſcripſit. ⌊Hi ſunt figuli ha-
bitantes in plantationibus & in ſepibus apud reges in operibus eius commoratiq́ꝫ ſunt ibi,⌋ id ẽ,
aliqui ex præinductis viris natis ex Sela, & ex Ruth, fuerũt formatores vaſorũ teſteorũ ſiue formarũ
pro cupreis vaſis fundendis, qui habitauerũt in vineis & ædibus, & infra ſepes aut murorũ clauſu-
ras quas plantarunt ſeu conſtruxerunt. Nam agriculturis dediti erant apud regem in opibus eius.

A Promoto etenim Dauid, nato ex eoꝝ tribu, facti sunt opecarij eius, cõmocatiq; sunt ibi, vbi rex
eis constituit, & eoꝝ ministecio congruebac. Consequenier describit pcogenies Simeonis, cuius
genealogia statim post descciptam tribus Iudæ annectit. Quoniã tribus Simeonis in medio fili-
orum Iudæ sorte suam accepit, vt Iosue. 19. cecitat. L Filij Simeon ⅃ fuerunt, L Namuel & Iamin,
Iarib, Zacah, Saul: Sellũ filius eius, Mabsam filius eius, Masma filius eius. Filij Masma, Hamuel
filius eius, Zachuc filius eius, Semmei filius eius. Filij Semmei sexdecim, & filiæ sex. Fratres autẽ
eius non habuerũt filios multos. ⅃ Ponunt hic quinq; filij Simeonis. Veruntamẽ in Genesi ponũ Gene.46
tut sex, sed vnus illoꝝ hoc loco omittit, quia de eo non est orta progenies aliqua, iuxta Glossam,
imò in libco Numeroꝝ hoc patet. Eadem quoq; noïa hic & ibi aliqualiter variant, vt intuentib⁹ Nume.26
constat. L Et vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filioꝝ Iudæ ⅃. i. tcibus Simeo-
nis multo minoc & impotẽtioc fuit tribu Iuda, q̃ præ cætecis tribubus nobilior, copiosior & bel-
licosior fuit, ideo tribus Simeonis intra sortẽ Iudæ mansiones sortita est ad sui tutationẽ atq; mu Iosue.19
nimen. Veruntamen in prima tribuũ Israel numeratione, fuerunt in tribu Simeonis nouem milia
trecenti, de Iuda vero septuagintaquatuoc milia sexcenti, vt in libco Num. habet. Porro in secun Nume.1
da tribuum enumeratione fuerũt de Simeone dumtaxat vigintiduo milia ducenti, de Iuda vero
septuaginta milia quingẽti, & ita in terræ diuisiõe multũ distabat tribus Simeonis à numerositate Nume.26
filioꝝ Iuda. L Habitauerunt aũt in Bersabee ⅃ filij Simeonis, L & Molada, & in Hazarsual, & in Ba
laa, & in Ezem, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Sicelag, & Beth Marchaboth, &
Hazar Susim, & in Bethberei, & in Saarim ⅃. i. vrbe Bersabee sic dicta & alijs vrbibus, quæ expri-
munt in litera, quæ & in Iosue describunt. L Hæ ciuitates eoꝝ vsq; ad regẽ Dauid. ⅃ Ad cuius ver Iosue.19
B bi intellectum habendũ opoctet scire, q̃ tribus Iudæ tempore Iosue tot habuit vrbes, q̃ vniuec-
sas satis implere seu populare & occupare nequiuit. Habuit etiam hæc tribus vrbes dupliciter, pu- Iosue.15
ta p concessionem. i. omnes quas potuit expugnace & p diuisionem sorte factã. Hinc aliquas vc-
bes suas mutuauit ad tempus tribui Simeonis, quas cũ tribus Simeonis diu habitasset, noluit eas ce
signare tribui Iudæ, nec Saul odiens ipsum Dauid, cõpulit tribum Simeonis ad illam resignatio-
nem. Dauid aũt regno adepto, compulit eam ad hoc. L Villæ quoq; eoꝝ Etam, & Ain, Rẽmon
& Thochen, & Asan, ciuitates quinq;, & vniuersi viculi eoꝝ, p circumitũ ciuitatum istaꝝ, vsque
ad Baal. Hæc est habitatio eoꝝ, & sedium distcibutio. Mosobab quoq; & Iemlech, & Iosa, filius
Amasiæ, & Ioel, & Iehu, fili⁹ Iosabiæ, filij Saraiæ, filij Asiel, & Elioe, Nai, & Iacoba, & Isohaia, & A
saia & Adiel & Isimiel, & Banaia, Ziza q̃q;, filius Sephæi, filij Alon, filij Idaia, filij Zẽri, filij Sama
ia. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatũ suaꝝ multiplicati sunt
vehementer. Et profecti sunt, vt ingrederent in Gador, vsq; ad orientẽ vallis, & vt quærerẽt pas-
cua gregibus suis. Inueneruntq; pascuas vberes & valde bonas, in terrã latissimã & quietã & ferti
lem, in qua ante habitauerant de sticpe Cham. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nomi-
natim, in diebus Hezechiæ regis Iuda, & pcusserunt tabecnacula eoꝝ & habitatores qui inuẽti fu
erant ibi, & deleuerunt eos vsq; in p̃sentẽ diem, habitaueruntq; pro eis, q̃ñ vbercimas pascuas ibi
dem cepererũt. ⅃ Hoc in loco nominatim ponunt quidam viri potẽtes de semine Simeonis, qui
magnas genuerũt postecitates, quæ insimul cõglobatæ tẽpoce Hezechiæ regis pcusserũt in loco
q dictus est Gador, populũ quendã natum de genere Chananæoꝝ, possederuntq; terram eoꝝ,
quæ vberrima erat & pascualis, atq; p hoc aptissima Simeonitis istis pecoca copiosa habentibus,
C habuerũt quoq; ius faciendi hoc ipsum, q a ex dei donatione terra Chananæoꝝ fuit de iure per-
tinẽs ad Iudæos. L De filijs q̃q; Simeon abierũt in montẽ Seir viri quingẽti, habentes principes,
Phaaltiã & Naariã & Raphiam & Oziel, filios Iesi, & pcusserũt reliquias Amalechitaꝝ, q̃ euade- 1.Reg.15
re potuerãt ⅃ man⁹ Hebrçoꝝ in alio p̃lio, q̃ñ videlicet Saul deo iubẽte pcussit Amalechitas, vel q̃ñ
Dauid pcussit eos q Sicelag combusserũt, ex q̃bus quadringẽti iuuenes ascẽsis camelis euaserũt, vt 1 Reg.30
primo legit Reg. Vel ex alia pugna cõsimili diffugerũt, atq; in monte Seir se collegerũt & multa
mala fecerũt ibidẽ, seu etiã molesti fuerũt Israelitis aut specialr Simeonitis, sicq; iustũ p̃liũ illis intu
lisse credunt, L & habitauerũt ibi pro eis vsq; in diẽ hãc. ⅃ Postremo ex descriptiõe ista expugna
tionis Chananæoꝝ à Simeonitis tp̃e Hezechiæ, elicit, q̃ p̃scriptio nõ valet, si titulus iust⁹ nõ fuit.

¶EXPOSITIO CAP. V. Filij q̃q; Ruben pcimogeniti Isrl'. Art. V.

GEnealogia tribus Ruben hic cecitat. L Filij quoq; Ruben primogeniti
Iscael ⅃. i. ipsius Iacob, q alio noïe dictus est Israel, supple fuerunt, q in- Ge.38.35
fra habent in textu. L Ipse quippe ⅃ Ruben L fuit primogenitus eius ⅃. s.
Israelis, L sed cum violasset thoꝝ patris sui, ⅃ dormiendo cũ Bala coniu Genes.35
ge patris sui, pcout in Genesi describit. L Data sunt primogenita eius fi
lijs Ioseph filij Israel, ⅃ videlicet Ephraim & Manasse. i. eo ipso quo tã
flagitiosum & fœdũ commisit incæstũ, meruit iure ac dignitate primo
genituræ priuari, & postea eis pciuatus est, q̃ñ videlicet sanctus Iacob
morti iam pcoximus filijs suis benedixit, atque ad Ruben inter cætera Gene.49

dixit:Effusus es sicut aqua,non crescas,quia ascendisti cubile patris tui.⌞Et non est reputatus ille D
in primogenitũ.⌟Præterea ius primogenituræ in lege naturæ,tria bona in se cõprehendit,vide-
licet duplicẽ portionẽ hæreditatis,& quantũ ad hoc trãslatũ fuit ad filios Ioseph,qbus Iacob du
Gene. 48 plicẽ assignauit funiculũ,& eos in duas diuisit tribus atq; sublimiter bñdixit,quẽadmodũ in Ge-
nesi narrat.Secundũ,quod ad ius primogenituræ pertinuit,fuit sacerdotium,quia in lege naturæ
Numer. 3 primogeniti fuerant sacerdotes.Et quantũ ad hoc translatũ fuit ad tribum Leui.Tertium est di
Gene. 49 gnitas principatus.Vnde Iacob dixit ad Ruben:Ruben primogenitus meus,tu fortitudo mea,
prior in donis,maior in imperio,& quoad hoc translatum fuit ad tribum Iuda.Hinc subditur.
⌞Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos,⌟fuit enim cæteris fortior corpore,imò &
prudentior atq; facundior,vt videt,Ioseph excepto,⌞de stirpe eius principes germinati sunt⌟
.i.reges vsq; ad Zedechiam.Multis etenim donis omnipotẽs dñs ornauit personã Iudæ ac tri-
bum ipsius,quia ex eo incarnari elegit,⌞primogenita aũt reputata sunt Ioseph.Filij ergo Ruben
Gene. 46 primogeniti Israel⌟fuerunt,⌞Henoch & Phalu,Hesrom & Charmi,⌟qui in Genesi sic nomi-
nant.⌞Filij Ioel⌟nati ex Ruben,⌞Samaiã filius eius,Gog filius eius,Semmei filius eius,Micha fi
lius eius,Reaia filius eius,Baal filius eius,Beera filius eius,quẽ captiuũ duxit Theglatphalasar rex
Assyriorũ.⌟Hunc Beera,Glossa interlinearis insinuat esse patrẽ Osee prophetæ,q in principio ait
sui voluminis:Verbũ dñi quod factũ est ad Osee filiũ Beeri.Qualiter aũt rex pfatus cæpit aliquas
Osee.1 4.Re.17.18 vrbes Samariæ,quarto Regũ habet.⌞Et⌟Beera iam pfatus,⌞fuit princeps in tribu Ruben⌟.i.
vnus de principalioribus in tribu illa post regem,sicq; Osee erat spectabilis genere.⌞Fratres aũt
eius & vniuersa cognatio eius,quando numerabant per familias suas,habuerũt principes,Iehiel, E
& Zachariã.Porro Bala filius Azan,filij Semma,filij Ioel,ipse habitauit in Aroer⌟.i.loco seu op
pido sic vocato trans Iordanẽ,⌞vsq; ad Nebo⌟.i.montem illum ex quo Moses contemplatus
est terram promissionis.⌞Et Baalmeon,⌟quia vsq; ad loca illa mõtana occupauit terram inter-
iacentem cum familijs atq; pecoribus suis.⌞Contra orientalẽ quoq; plagam habitauit vsq; ad
introitũ heremi & flumen Euphraten.Multum quippe numerũ iumentorũ possidebant in terra
Galaad.In diebus aũt Saul regis Israel pliati sunt⌟Rubenitæ⌞contra Agarenos⌟natos ex Agar
Nume. 32 coniuge Abrahæ,⌞& interfecerunt illos,habitauerũt pro eis in tabernaculis eorũ in omni plaga,
quæ respicit ad orientẽ Galaad.Filij vero Gad ẽ regione eorũ habitauerant⌟ex opposito.s.for
tis Rubenitarũ,⌞in terra Basan,⌟quam Moses eis distribuit,prout in libro Numerorũ refertur,
⌞vsq; in Selcha,Ioel in capite⌟.i.capitaneus,vel in superiori parte loci illius,⌞& Saphan secun-
dus⌟post illũ,⌞Iaanai aũt & Saphat in Basan.Fratres vero eorũ secundum domos cognationũ
suarũ,Michael & Mosollam,& Seba,& Iorai,& Ioachan,& Zia,& Eber,septẽ.Hi filij Abihail,
filij Huri,filij Iaroah,filij Galaad,filij Michael,filij Iesisai,filij Iohaddo,filij Bus.Fratres quoq; filij
Abdiel,filij Guni,principes domus in familijs suis,& habitauerũt in Galaad,& in Basan,& in vi-
culis eius,& in cũctis suburbanis Saron,vsq; ad terminos.Oẽs hi numerati sunt in diebus Iothã,
3.Re.12.13 regis Iuda,& in diebus Hieroboã regis Israel.⌟Si p Hieroboam intelligat Hieroboam filius Na
bath,q tempore Roboam filij Salomonis regnauit sup decẽ tribus,dicendũ erit,φ hi de quibus
loquit litera,bis numerati fuerunt,quia Hieroboam ille diu ante Ioathan regnauit & obijt.Si ve-
ro p Hieroboam intelligat Hieroboam filius Ioas natus ex Iehu,potuit esse numeratio vna,quo F
4.Reg.13 niam ille fuit cõtemporaneus Ioathan regi.Numerati sunt aũt fortassis ex imperio regis sui.Vel
quando fuerant congressuri.Et si numeratio venit ex elatione,nec iuxta legẽ offerebãt qui nume
rabãtur.Vitiosa fuit numeratio illa,dato φ in psenti non fuit punita,vt ea quæ facta est,David
Nume.7 2.Reg.24 iubente.Electos equidem punit dñs in psenti,reprobos vero reseruat futuris supplicijs,quanquã
etiam in psenti aliquando puniant.⌞Filij Ruben,& Gad,& dimidiæ tribus Manasse,viri bellato
res scuta portantes,& gladios,& tendentes arcum,eruditiq; ad plia,quadragintaquatuor milia,
& septingenti sexaginta,procedentes ad pugnam,dimicauerunt contra Agarenos.⌟Hic recita
tur qualiter filij Israel ex Ruben & Gad ac Manasse progeniti,& trans Iordanem commorati de-
bellauerunt Agarenos,& miram ac magnã obtinuerunt victoriam ac maximam pdam,quoniã
crediderunt in dñm,& cum pliando inuocauerũt.⌞Iturei vero & Naphæi & Nodab⌟.i.viri na
ti ex filijs Ismaelis,⌞pbuerunt eis auxilium⌟.i.adiuuerunt eos,videlicet Agarenos tanquã cogna
Gene.25 tos suos.Siquidem in Genesi,Itur & Naphis inter Ismaelis filios computantur.Et ab illo Itur
dicti sunt Iturei,atq; à Naphis Naphæi.Circa hoc scribit Lyra:Dicunt quidam expositores no
stri,quod isti psati fuerunt de filijs Israel,& ideo eos iuuerunt.Hebræi autem melius dicunt,quod
fuerũt de Agar per Ismaelẽ.Quocirca dico,φ nec Hieronymus,nec Glossa,nec Rabanus,nec ali
quis expositor authenticus quem vidi,dicit istos fuisse de filijs Israel,sed de Ismaelitis,ideo in hoc
non erant Hebræi catholicis pferendi,cum & catholici hæc iure exponãt.⌞Traditiq; sunt in ma
nus eorum Agareni & vniuersi qui fuerant cum eis,quia deum inuocauerũt.⌟filij Ruben & Gad
⌞cum prœliarentur,⌟sicq; in actu pugnandi erant deo intenti,similes Iudæ Machabæo & adiuto
2.Ma.15 ribus,de quibus secundo Machabæorum legitur,quod congressi sunt manibus quidem pugnan
tes,cordibus autem dominum exorantes.⌞Et exaudiuit eos,eo quod credidissent in eum.⌟Nam
sancti

A sancti per fidem vicerunt regna. ⌊ Ceperuntq; omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta milia, & ouium ducenta quinquaginta milia, asinos duo milia, & animas hominum centũ milia. Vulnerati autem multi corruerunt. Fuit enim bellum domini. Habitaueruntq; pro eis ⌋ i. in terra Agarenorum ⌊ vsq; ad transmigrationem ⌋ i. quousq; pro suis excessibus traditi sunt Assyrijs. ⌊ Filij quoq; dimidiæ tribus Manasse possederunt terram à finibus Basan vsq; ad Baal Hermon, & Sanir, & montem Hermon. Ingens quippe numerus erat. Et hi fuerant principes domus cognationis eorum, Epher, Iesi, & Eliel, Azriel, & Hieremia, & Odoia, & Iadiel, viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familijs suis. ⌋ Textus difficultatem non habet. ⌊ Reliquerunt autem ⌋ dominũ ⌊ deum patrum suorum ⌋ per mentis auersionem ab ipso, & per diuinæ legis transgressionem. ⌊ Et fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit dominus coram eis, ⌋ id est, dijs gentiũ impie adhæserũt ac seruierũt, quod est fornicatio spiritalis & adulteriũ animæ, sponsum deum deserentis, atq; dæmonibus consentientis, quibus se constuprandam exponit. ⌊ Et suscitauit deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum & spiritum Theglathphalasar regis Assur, ⌋ id est, volũtates seu animas regum istorum instigauit ad inpugnandum impios illos filios Israel idololatras. ⌊ Et abstulit Ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse. ⌋ Inquantum enim filij Israel meruerunt sic impugnari, vastari, trãsferri, & inquantũ iuste facta sunt illa, Deus per se & angelos sanctos mouit Assyrios tanquam instrumenta, seruos & exequutores diuinæ iustitiæ contra Israelitas, inquantũ vero Assyrij peruersa intentione & corde crudeli punierũt illos Iudæos, instigabant ab angelis malis, quod & dñs permissiue fecisse asserit, ⌊ & adduxit eos in Hala & in Habar & Ara, ⌋ id est, in loca seu oppida sic vocata, ⌊ & fluuium Gozam, ⌋ id est, iuxta flumen sic nuncupatum, ⌊ vsq; in diem hanc. ⌋ Veruntamen vt ex quarto Regum habetur, Phul & Theglathphalasar reges Assyriorum cœperunt hæc facere, sed Salmanasar rex Assur, magis compleuit.

Heb. 11

4. re. 15. 19

B

EXPLANATIO CAP. VI. Filij Leui, Gerson, Cahat & Merari. Arti. VI.

FIlij Leui, Gerson, Cahath & Merari. Filij Cahath Amram, Isaar, Hebron, & Oziel. Filij Amram, Aaron, Moyses, & Maria. Filij Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar, Eleazar genuit Phinehes, & Phinehes genuit Abisue, Abisue vero genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zachariam, & Zacharias genuit Meraioth. Porro Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, Achimaas genuit Azariam. ⌋ Ista in libris Moysi frequenter sunt habita atq; exposita. Describit autem ordo successionis summi sacerdotis ab Aaron vsq; ad transmigrationem in Bablynem, & plana est litera. Deinde inter cætera dicit. ⌊ Azarias autem genuit Iohanan, Iohanan ⌋ pontifex ⌊ genuit Azariam. Ipse, ⌋ videlicet Azarias, ⌊ est qui functus est sacerdotio in domo, quam ædificauit Salomon in Hierusalem, ⌋ id est, in templo Salomonis, in quo videlicet templo etiam alij multi sacerdotes bene functi sunt. Cur ergo dicitur istud specialiter de hoc Azaria? Respondetur, quod ideo, quia viriliter restitit Oziæ regi vsurpanti sibi sacerdotale officium in thurificando. ⌊ Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellũ, Sellum genuit Helchiam, Helchias genuit Azariam, Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec. ⌋ Dicũt quàm plurimi hũc Iosedec Esdram fuisse, cũ & in libro Esdræ legatur: Post hæc in regno Artaxerxis Esdras filius Saraiæ, &c. Saraiam autem sacerdotem primũ, occidit rex Babylonis, ipsumq; Iosedec transtulit in Chaldæam.

Gene. 4
Exod. 6
Numer. 26

2. Par. 26

C

Esdræ. 7

⌊ Porro Iosedec egressus est, quando transtulit dominus Iudam & Hierusalem, per manus Nabuchodonosor. Filij ergo Leui, Gerson, Cahath, & Merari. Et hæc nomina filiorum Gerson, Lobni, & Semei. Filij Cahat, Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. Filij Merari, Moholi, & Musi. Hæ autem generationes Leui secundum familias eorum. Gerson Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius, Ioah filius eius, Addo filius eius, Sarah filius eius, Ieathrai filius eius. Filij Cahath, Aminadab filius eius, Chore filius eius, Asir filius eius, Elchana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius, Tahath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Elchana, Amasai, & Achimoth, & Elchana. Filij Elchana, Sophai filius eius, Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elchana filius eius. Filij Samuel, primogenitus Vasseni, & Abia. Filij autem Merari, Moholi Lobni filius eius, Semmei filius eius, Oza filius eius, Samaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. Isti sunt quos constituit Dauid super cantores dom.

domini, ex quo collocata est arca, & ministrabant coram tabernaculo testimonij, canentes, do- D
nec ædificaret Salomon domū domini in Hierusalem. Stabant autem iuxta ordinem suū in mi-
nisterio. ⌋Sanctus Dauid zelo diuini honoris totus ignitus, optauit deo ædificare templum ce-
3. Reg. 7 drinum & prohibitus fuit, attamen ante hoc fecerat Dauid tabernaculum ad ponendū in eo ar-
1. Par. 2 cam, in quo cum eam constituisset, instituit ibi tres choros cantorum, quibus vicissim præfuerūt
diuersi. Veruntamen vnicuiq; turmæ cantorum, qui & Leuitæ fuerunt, vnus præfuit principalis,
ita quod erant tres principales sic præsidentes, nati ex tribus filijs Leui. Nam Heman natus ex
Cahath filio Leui, præfuit turmæ cantorum, quæ erat in medio. Asaph vero ex Gerson proge-
nitus, princeps extitit chori ad dexteram existentis. Ethan vero ex semine Merari erat super
chorum cantatorū existentium ad sinistram. Canebant autem psalmos Dauid ordinate & tem-
pore præstituto, donec ædificaret Salomon domum domini, id est templum in Hierusalem, non
quod templo Salomonis constructo, ipsi, eorumve posteri cantare cessauerint. ⌊Hi vero sunt,
qui assistebant cum filijs suis, de filijs Cahath, Heman cantor, filius Ioel, filij Samuel, filij Elcha
na, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thoah, filij Suph, filij Elchana, filij Mahath, filij Amasai, filij El-
chana, filij Ioel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, filij Chore, filij
Isaar, filij Cahath, filij Leui, filij Israel, & frater eius, ⌋videlicet ipsius Heman, ipse ⌊Asaph, ⌋
non quod fuit frater illius vterinus & immediatus, sed quia ex eadem stirpe Leuitica oriundus,
⌊qui stabat à dextris eius, ⌋stetit enim ad dexteram & ipse Ethan in medio, ⌊Asaph filius Bara-
chiæ, filij Samaa, filij Michael, filij Baasaiæ, filij Melchiæ, filij Athani, filij Zarah, filij Adaia, filij
Ethan, filij Zamma, filij Semei, filij Iahath, filij Gerson, filij Leui. Filij autem Merari fratres eorū
ad sinistram Ethā, filij Chusi, filij Abdi, filij Maloch, filij Hasabiæ, filij Amasiæ, filij Helchiæ, filij
Amasi, filij Bonni, filij Somer, filij Moholi, filij Musi, filij Merari, filij Leui. Fratres quoq; eorū E
Leuitæ, ⌋quia erant ex semine Leui, sicut prædictum est, ⌊qui ordinati sunt in cūctum ministe-
1. Par. 26 rium tabernaculi domus domini. ⌋i. vnusquisq; eorum exercuit officium sibi præfixum. Nam
quidam eorū ostiarij erant seu ianitores. Alij animalium oblatorum pelles detrahebant, aut alio
modo circa sacrificia sacerdotibus obsequebantur. Nonnulli vero custodiserant vasorū, quod
totum plenius infra describitur. ⌊Aaron vero & filij eius adolebant incensum super altare holo
causti & super altare thymiamatis in omne opus sancti sanctorum, & vt precarentur pro ⌋filijs
Exodi 28 ⌊Israel, iuxta omnia quæ præceperat Moses seruus dei. ⌋In tabernaculo Mosi, & item in tem-
3. Regū 6 plo Salomonis vnum fuit altare in atrio, quod vocabatur altare holocausti seu holocaustorum,
non quod sola holocausta offerebantur in eo, sed à digniori hoc nomen sortitū est. Inter sacrifi-
cia quippe dignissimū extitit holocaustum, quod. s. ad diuinæ reuerentiam maiestatis totū incen
debatur, & hoc offerebat in isto altari, sicut & hostiæ pacificæ & hostiæ pro peccato. In hoc er-
Leui. 3 go altari pontifex & sacerdotes adolebant incensum. i. comburebant holocaustum, vel aliquam
partem aliarum etiam hostiarum. In eodem quoq; altari cremabant simplex quoddam incen-
sum, quod cum hostijs & oblationibus offerebatur. Præterea tabernaculū Mosi, sed & templum
Salomonis duplicem habuit partem, vnā exteriorem, quæ dicebat sancta, in qua fuit altare thy-
miamatis, quod quotidie incendebat in eo, vt esset in templo ac tabernaculo odor suauis contra F
odorem nō dulcem, q causabat in atrio ex sacrificiorū præsertim animalium combustione. Alia
Heb. 9 pars tabernaculi ac templi fuit interior, & dicebatur sancta sanctorū, vbi erant arca & propitia-
torium & tabulæ testamenti, virgaq; Aaron & vrna aurea continens māna. Porro quæ fiebāt in
exteriori & prima templi seu tabernaculi parte, fiebāt ad dei honorem, cuius sedes, vtpote pro-
Exodi 25 pitiatorium, fuit intra sancta sanctorum, sicq; deus ibi residere dicebatur ac habitare. Idcirco quæ
in exteriori parte præfata & in thymiamatis altari fiebāt, vt appositio panum, thymiamatisq; ex
quatuor speciebus pretiosis ac boni odoris compositi, concrematio & compositio lucernarum
ordinabantur & exercebātur in omne opus sancti sanctorum. i. propter ea quæ decuit fieri ad
Exodi 30 laudem atq; honorem dei in sancto sanctorum requiescentis. Et vt sacerdotes hæc exercendo
orarent pro populo. Deniq; multa scribuntur in primo & secundo Paralipomenon libris, quæ
plene intelligi nequeunt, nisi ex intellectu eorum quæ in Leuitico scripta sunt, & item in Exodo
Numerorumq; libro, sed prolixum est talia iterare. Verum locis opportunis poterunt breuiter
tangi. ¶Consequenter describitur generatio Aaron per filium eius Eleazarū vsq; ad Sadoc pon
tificem & ad filium eius Achimaas, & clarus est textus. Deinde recitatur vrbes datæ sacerdotibus
& Leuitis ad commorādum, & suburbana ad alenda eorum iumenta. Veruntamen litera hæc
tangens est aliqualiter intricata, ideo exponēda. ⌊Hi sunt aūt filij Aaron, Eleazar filius eius, Phi-
nehes filius eius, Abisue filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zaraia filius eius, Meraioth fi-
lius eius, Amaria filius eius, Achitob filius eius, Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. Et hæc habi
tacula eorum, ⌋videlicet sacerdotū, ⌊per vicos atq; confinia filiorū scilicet Aaron iuxta cogna-
tiones Cahathitarum. Ipsis eīn sorte contigerāt, ⌋quia de Cahath ortus est Amram pater Aarō
Exodi 6 pontificis ac sacerdotū. ⌊Dederunt igitur ⌋filij Israel, s. tribus Iuda, &c. ⌊eis Hebron ⌋ciuitatem
ad in-

A adinhabitandū, L in terra Iuda & suburbana eius per circuitum. Agros autē ciuitatis & villas ⅃ dederunt Iosue, & qui cum ipso terram distribuerunt L Caleb filio Iephonne, ⅃sacerdotes equidem ac Leuitæ non poterāt hæreditaria bona habere, sed sacrificia, decimæ atq; primitiæ erāt eis loco hæreditatis. Ipsa quoq; vrbs Hebron pertinuit ad possessionem hæreditariam atq; dominium Caleb, quæ omnia in libris Iosue ac Iudicum plenius continentur. L Porro filijs Aaron dederunt ⅃ filij Israel L ciuitates, ⅃ quæ paulo post nominantur, L ad confugiendum Hebron, ⅃ id est, Hebron data est Aaron modo præfato, non q̃ Aaron eam intrauerit, sed filij eius. Ipse vero in monte Hor in deserto defunctus est. Hæc inquam Hebron etiam specialiter data est pro vrbe confugij, ad quam sicut ad cæteras refugij vrbes cōfugerunt, qui nolentes seu improuise siue fortuito & excusabiliter sanguinem effuderunt. Deniq; vrbes quæ immediate subiungunt nō erant vrbes refugij, sed habitationis sacerdotum ac Leuitarum. Vrbes refugij erant sex. Primo, videlicet tempore Iosue, vtpote tres trans Iordanem, videlicet Bosor & Ramoth ac Gaulon, & tres citra Iordanem, quæ erant Cedes & Sichem ac Hebron, vt in Iosue libro legit. Postea vero sunt additæ aliæ sex, prout in libro Numerorum & Deuteronomij iussum est, L & Lobna, & suburbana ei⁹, Lathir quoq; & Esthemoa, cum suburbanis suis, sed & Hilen, & Dabir cum suburbanis suis, Asan quoq; & Bethsemes, & suburbana earum. De tribu autem Beniamin in Gabee, & suburbana eius, & Alemath cum suburbanis suis, Anathoth quoq; cum suburbanis suis. Omnes ciuitates tredecim cū suburbanis suis, per cognationes suas. Filijs autem Cahath residuis de cognatione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem vrbes decem. ⅃ Ex Cahath nati sunt sacerdotes. Veruntamen non omnes nati ex illo facti sunt sacerdotes, sed nati ex eo per Aaron & filios

Iosu.15.16 Deute.34 Nume.35 Deuter.4 Deute.19 Nume.35 Iosue 20 Nume.35 Deute.19

B eius. L Porro filijs Gersom per cognationes suas de tribu Isaschar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan vrbes tredecim. Filijs autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt sorte ciuitates duodecim. Dederunt quoq; filij Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum. Dederuntq; per sortem ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Beniamin vrbes has, quas vocauerunt nominibus suis. Et his qui erant de cognatione filiorum Cahath. Fueruntq; ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum Sichem, cum suburbanis suis, in monte Ephraim, & Gazer cum suburbanis suis, Iecmaan quoq; cum suburbanis suis, & Bethhorum similiter, necnon & Aialon cum suburbanis suis, & Gethremmon in eundem modum. Porro ex dimidia tribu Manasse Aner, & suburbana eius, Baalam & suburbana eius. His videlicet qui de cognatione filiorum Cahath reliqui erant. Filijs autem Gersom de cognatione dimidiæ tribus Manasse, Golon, in Basan, & suburbana eius, & Astaroth cū suburbanis suis. De tribu Isaschar, Cedes & suburbana eius, & Daberath cum suburbanis suis, Ramoth quoq; & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis. De tribu vero Aser, Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter, Hucoc quoq; & suburbana eius, Rohob cum suburbanis suis. Porro de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa & suburbana eius, Hamon cum suburbanis suis, & Cariathiarim cū suburbanis eius. Filijs autem Merari residuis, de tribu Zabulon, Remono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis. Trans Iordanem quoq; ex aduerso Iericho, contra orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis, Ca-

C demoth quoq; & suburbana eius, & Mephath cum suburbanis suis. Necnon de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Mahanaim cum suburbanis suis. Sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis. ⅃ Hæc omnia plana sunt, atq; in libris præallegatis, p̄sertim Iosue, exposita sunt. ¶ Iuxta spiritualem intelligentiam, per tres principes cantorum, videlicet Heman, Asaph & Ethan, significantur prædicatores, doctores, p̄lati, qui sanctæ & superbeatissimæ trinitatis fidem & Euāgelium mūdo euangelizant. Iosue, 20

¶ EXPLANATIO CAP. VII. Porro filij Isachar, Thola & Phua, Iasub & Simeron quatuor. Arti. VII.

NVnc describunt aliarum tribuū filij. L Porro filij Isachar, ⅃ q fuit quintus filius Iacob ex Lya, fuerūt L Thola & Phua, Iasub & Simeron q̃tuor ⅃ qui & in Genesi eodem ordine exprimunt. L Filij Thola, Ozi & Raphaia & Ieriel & Iahamai & Samuel principes per domos cognationū suarum, de stirpe Thola numerati sunt ⅃ per Ioab L in diebus Dauid, ⅃ qui culpabiliter iussit populū numerari, L viri fortissimi, ⅃ valde fortes corpore. Qui autem & quot fuerint fortes mente, hoc est virtuosi, dominus nouit, qui scit quos elegit, L vigintiduo milia sexcenti. Filij Ozi Israhaia, de quo nati sunt, Michael & Obadia & Ioel & Iesia, quinq;, omnes principes cū eis, per familias & populos suos, accincti ad prælium, viri fortissimi, triginta & sex milia. Multas autem habuerūt vxores & filios. Fratres quoq; eorū per omnē cognationem Isaschar, robustissimi ad pugnandū octogintaseptē milia nūerati sunt. ⅃

Gene. 30 Gene. 46 2. Reg. 24

Consequenter generatio Beniamin describit breuiter, quæ sequenti cap. diffusius est descripta. D
Gene. 46 ⌊ Filij Beniamin, Bale & Bochor & Iadiel tres, ⌋ non est intelligendū, ꝙ Beniamin non habuerit
nisi tres filios, cū in Genesi legatur decem filios habuisse, sed isti fuerūt tres filij eius seniores, tamē
qui vocat hic Bochor, ibi dicit Bechor, & qui hic Iadiel, ibi Asbel, sic & in alijs nominibus hic &
ibi expressis, quandoq; quædā varietas inuenitur, quemadmodū & in latinis nominibus proprijs
sæpe cōtingit. ⌊ Filij Bale, Esbon & Ozi & Oziel & Ierimoth & Vri, quinq; principes familiaꝝ
& ad pugnandum robustissimi. Numerus autem eoꝝ viginti duo milia & triginta quatuor. Por-
ro filij Bochor, Zamira & Ioas & Eliezer & Elioenai & Amri & Ierimoth & Abia & Anathoth
& Alamath. Omnes hi filij Bochor. Numerati sunt autem per familias suas, principes cognatio-
num suaꝝ, ad bella fortissimi, viginti milia & ducenti. Porro filij Iediael, Balan. Filij autem Ba-
lan, Ieus & Beniamin & Ahud & Chanaana & Sethan & Tharsis & Abisahar. Omnes hi filij Ie-
diael, principes cognationum suaꝝ, viri fortissimi, decem & septem milia & ducenti ad prælium
procedentes. Suphim quoq; & Huphim filij Hir, & Husim filij Aher. Filij autem Nephthali, Ia-
hasiel & Guni & Ieser & Sellum filij Balæ. Porro filius Manasse, Asriel, concubinæq; eius Syra, ⌋
puta ipsius Manasse, ⌊ peperit Machir patrem Galaad. ⌋ Nam Machir habuit filiū nomine Ga-
laad. Machir quoq; fuit dominus terræ Galaad pro magna parte. Circa hoc fertur in Glossa: Cō-
Gene. 50 Deut. 3 cubina hæc Syra dicit fuisse filia filij Laban Syri, quæ fame cogente, à patre in Aegyptum ducta
sumpta est misericorditer in coniugium à Manasse qui horreis præerat, cibarijs datis patri con-
Gene. 30 cubinæ præfatæ. Sicq; videt vocari Syra, quia à regione Syriæ Mesopotamia fuit, & dicit con-
cubina, quamuis vxor extiterit, sicut Bala & Zelpha concubinæ sancti Iacob vocant. ⌊ Machir
Nume. 36 autem accepit vxores filijs suis, Huphim & Suphim, & habuit sororem nomine Maacha. Nomē
autem secūdi Zalphahad. Natæq; sunt Zalphahad filiæ, & peperit Maacha vxor Machir filiū, E
Nume. 15 vocauitq; nomen eius Phares. Porro nomen fratris eius Sare, & filij eius Vlam & Recem. Filius
autem Vlam, Badan. Hi sunt filij Galaad filij Machir, filij Manasse, soror autem eius Regma pe
perit virum decoꝝ, & Abiezer & Mohola. Erant autem filij Semida, Ahaian & Sechem & Le-
chi & Ananiam. ⌋ Filiæ istius Zalphahad quinq; erant, quæ fratrem non habuerūt, ideo petierūt
hæreditatem à Mose, vt in libro Numerorum legit. Hunc Zalaphahad quidā dicūt fuisse illum
qui lapidibus obrutus est, eo ꝙ ligna collegit in sabbato. Attamen super Numeroꝝ librum po-
tius tentum est & probatū huius oppositum. ⌊ Filij autem Ephraim, Suthalah, Bared filius eius,
Thahath filius eius, Ellada filius eius, Thahath filius eius, & huius filius Zabad, & huius filius Sut
halah, & huius filius Eser & Eliad. Occiderūt autem eos viri Geth indigenæ ⌋ .i. Gethei ciues lo
Hierony. ci illius, ⌊ quia descenderāt vt inuaderent possessiones eoꝝ. ⌋ Circa hoc scribit Hieronymus: Fa
bulant Hebræi, ꝙ filij Ephraim patre eoꝝ viuente, congregata multitudine conati sunt terram
promissionis intrare, & in Geth Palestinorum occisi sunt. Vnde cæteræ tribus tempore Moysi
per desertum sunt ductæ, ne eundo per terram Philisthijm, ossa fratrum suoꝝ viderent, & huic fa
bulationi consonare videtur quod subditur. ⌊ Luxit igitur Ephraim pater eoꝝ multis diebus.
Et venerunt fratres eius vt consolarent eum. Ingressusq; est ad vxorem suam, quæ concepit &
peperit filium & vocauit nomen eius Beria, eo quod in malis domus eius ortus est ⌋ .i. tempore
afflictionis & aduersitatis suorum domesticorum ac posterorum prætacto modo interfectorū.
Beria quoq; interpretatur in malo. Sed præfatæ fabulationi videt contrariari quod subditur.
⌊ Filia autem eius, ⌋ videlicet Ephraim, ⌊ fuit Seara, quæ ædificauit ⌋ .i. reparauit & rursus con-
struxit ⌊ Bethhoron superiorem & inferiorem & Ozanseara ⌋ .i. vrbes sic appellatas quæ erant
Iosue. 16 in sorte atq; funiculo Ephraim, prout in Iosue libro legitur. Siquidem immediata filia Ephraim F
non videtur vixisse vsq; post ingressum filioꝝ Israel in terram promissionis, ita quod tūc repara
uerit vrbes illas quæ diu ante ingressum filioꝝ Israel erant ædificatæ.

Præterea terra Philisthijm est altior situ q̄ terra Aegypti, idcirco Ephratæi ex Aegypto pergen-
do versus Philisthijm non dicerent descendisse, sed ascendisse. Verius ergo creditur, ꝙ ista occisio
filioꝝ Ephraim facta sit post ingressum Israel in terram promissionis, ita quod tunc filij Ephra-
im in suis viribus confidentes descenderunt ad expugnandū, possidendumq; vrbem Geth, & vi
cti fuerunt, sicq; pater eorum qui eos defleuit, non fuit Ephraim filius Ioseph, sed alius natus ex
illo, illiusq; filia ædificauit Bethhoron superiorem & inferiorem. ⌊ Porro filius eius Raphah &
Reseph & Thaleh, de quo natus est Thahan, qui genuit Laadan. Huius quoq; filius Ammiud,
qui genuit Elisama, de quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue ⌋ nomine. Iste est Iosue filius
Nume. 13 viri nomine Nun, minister Moysi, qui alijs nominibus dictus est Osee ac Iesus filius Naue.
Ecci. 43 ⌊ Possessio autem eorum & habitatio Bethel, cum filiabus suis, contra orientem Noran, ad occi-
Acto. 7 dentalem plagam Gazer, filiæ eius. Sichem quoq; cum filiabus suis, vsq; ad Adaia, & filiabus
eius. Iuxta filios quoq; Manasse, Bethsean & filias eius, Thaanach & filias eius, Mageddo & fi-
lias eius, Dor & filias eius. In his habitauerunt filij Ioseph, filij Israel. ⌋ Hic describitur consequen
ter genealogia Aser patriarchę. ⌊ Filij Aser, Iomna & Iesua & Isuai & Baria & Sarah soror eoꝝ.

A Filij autem Baria Heber, & Melchiel. Ipse est pater Barzaith. Heber autem genuit Iaphlet, & So-
mer, & Hotham, Sua, sororem eorum. Filiæ Iaphlet, Phasach, & Bamaal, & Asaua. Hi filij Iaphlet
Porro, Filij Somer, Ahi, & Roaga, & Iahaba, & Aram. Filij autem Helem fratris eius Zopha, &
Iemna, & Seles, & Amal. Filij Supha, Suah, & Arnepher, & Sual, & Bari, & Iamra, Bosor, & Hod
& Samma, & Salisa, & Iethran, & Beera. Filij Iether, Iephonne, & Phaspha, & Ara. Filij autem Ol
la, Aceh, & Haniel, & Rezia, omnes hi filij Aser, principes cognationum, electi atq; fortissimi du-
ces ducum. Numerus autem eorum ætatis, quæ apta esset ad bellum, vigintisex milia.⌟ Textus iste sa
tis planus est.

¶DECLARATIO CAPITVLI OCTAVI.

Beniamin autem genuit Bale primogenitum &c.

Articulus Octauus.

Rursus genealogia Beniamin recitatur diffusius, præsertim, vt mon-
stretur, qualiter ex ea Saul, & eius progenies profluxerunt. ⌞Beniamin
autem genuit Bale primogenitum suum.⌟ Qui in Genesi vocatur Bela.
⌞Asbal secundum⌟ qui præcedenti capitulo dictus est Bochor. Alibi Genes.46
quoq; vocat Asbel. Sed & reliqui q̃s textus cõsequenter exprimũt, sci- 1. Paral.7
licet: ⌞Aharah tertium, Noha quartum, & Rapha quintum. Fueruntq;
filij Bale, Adar, & Gera, & Abiud, Abisue quoque, & Naaman, & Aho-
ah, sed & Gera, & Sephuphan, & Huran⌟ Alia nomina alibi sortiun-
tur. ⌞Hi⌟ in textu præfati ⌞sunt filij Ahud⌟ Dicunt nonnulli quod iste
est Aioth iudex Israel, qui in libro Iudicum vocatur Ahud, fuitq; filius Iudic.4
B Iera filij gemini de tribu Beniamin vtens vtraq; manu pro dextera, ⌞principes cognationum ha Iudic.17
bitantium in Gabaa⌟ Qui vxorem Leuitæ vitiosissime tractauerunt, ⌞qui translati sunt in Ma-
nahat.⌟ id est, ob hoc gladio cæsi, & in monumentum detracti sunt, vt quidam exponunt, alij ex-
ponunt de alijs Beniamitis, quos dicunt, ob sua peccata translatos in locum nomine Manahat, à
viris, de quibus subiungitur: ⌞Nahaman autem, & Achia, & Gera ipse transtulit eos, & genuit
Oza & Ahiud.⌟ Vel sensus est; Quòd isti illos deduxerunt in monumentum. Non enim appa-
ret, quòd eos transtulerunt inuitos ad alium locum, quia & ipsi Beniamitæ fuerunt.
⌞Porro Saharaim genuit in regione Moab, postquàm dimisit Vsim & Bara vxores suas.⌟ Deut.24
Quàmuis libellus repudij fuit permissus ad vitandum malum deterius, non tamen sine peccato Mat.19
vir vxorem repudiauit, cum & Malachias propheta testetur: Operiet iniquitas vestimentum eius Marc.10
id est, corpus viri vxorem dimittentis. ⌞Genuit autem de Hodes vxore sua Iobab, & Sebia, & Mal.2
Mosa, & Molchã, Ieus quoque, & Sachia, & Marma. Hi sunt filij eius, principes in familijs suis.
Mehusim vero genuit Abithob, & Elphaal. Porro, Filij Elphaal, Heber, & Misaam, & Samad.
Hic ædificauit Ono & Lod.⌟ id est, oppida aut fortalicia sic vocata. ⌞& filias eius,⌟ hoc est,
vicos & villas adiunctas. ⌞Bara autem & Sama principes cognationum habitantium in Aialon.
Hi fugauerunt habitatores Geth, & Haio, & Sesac, & Hierimoth, & Zabadia, & Arod, & He-
der. Michael quoque & Iespha, & Ioha filij Baria. Et Zabadia, & Mosollam, & Hezeci, & He-
C ber, & Esamari, & Ieslia, & Iobab. Filij Elphaal, & Iacim, & Zecri, & Zabdi, & Elienai, & Sele-
thai, & Heliel, & Adaia, & Baraia, & Samareth. Filij Semei, & Iesphan, & Heber, & Eliel, & Ab-
don, & Zecri, & Hanan, & Anania, & Ailam, & Anathotia, & Iephdaida, & Phanuel. Filij Se-
sac & Samsari, & Sooria, & Otholia, & Iersia, & Helia, & Zechri filij Ieroam. Hi sunt patriarchæ,
& cognatiouum principes, qui habitauerunt in Hierusalem.⌟
Fuerunt enim patres præcipui in cognationibus suis. ¶Vrbs vero Hierusalem in sorte Beniamin Iosue.18
fuit, & pro parte in tribu Iuda. ⌞In Gabaon autem habitauerunt Abi,⌟ id est, pater seu princi-
palis vir, ⌞Gabaon⌟ & qui sub eo fuerunt ⌞& nomen vxoris eius Maacha, filiusq; eius primoge
nitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, Gedur, & Ahaio, & Sachar, & Macelloth. Et Ma
celloth genuit Samaa. Habitaueruntq; ex aduerso fratrum suorum in Hierusalem cum fratribus
suis. Ner autem genuit Cis.⌟ Iam dictum est, quòd Abi seu pater Gabaon genuit Cis. Quomo-
do igitur Ner genuit Cis, nisi forte ipse Ner dicatur fuisse Gabaon pater.

¶Porro, Secundo Regum legitur, & alibi quòd Abner fuit filius Ner, sicq; Abner fuisset auun- 1. Reg.14
culus ipsius Saul, cum subiungatur, ⌞& Cis genuit Saul.⌟ Multi vero fatentur, quòd Abner, 2. Reg.2.3
et Saul fuerunt duorum filij fratrum. ⌞Porro Saul genuit Ionathan, et Melchisue, et Abina-
dab, et Hisbaal⌟ qui in Regum Isboseth appellatur. ⌞Filius autem Ionathan⌟ fuit ⌞Miribaal.⌟
Qui Regum secundo vocatur Mephiboseth. ⌞Et Miribaal genuit Micha. Filij Micha, Phy-
ton, et Melech, et Tharea, et Ahab. Et Ahab genuit Ioada. Et Ioada genuit Asmoth, et Af- 1. Regũ.9
moth, et Zamri. Porro, Zamri genuit Moosa, et Moosa genuit Maana, cuius filius fuit Ra- 2. Regũ.4
phaia, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel. Porro, Asel sex filij fuerunt, his nominibus. Ezri-
cham, Bochri, Ismael, Saria, Obdia, et Hanan. Omnes hi filij Asel. Filij autem Esec fratris eius

Vlam primogenitus,& Hus secũdus,& Eliphaleth tertius. Fueruntq; filij Vlã viri robustissimi,& D
magno robore tendẽtes arcũ,& multos habentes filios ac nepotes vsq; ad centum quinquaginta.⌋
[In aliquibus textibus additur milia, sed addendum non est, nec in libris correctis, nec in Hebræo
habetur. [Additq; Lyra quod in tota tribu Beniamim non erant tot viri bellatores, quod incertum
1. Para. 9 videtur. Nam quando Ioab populum numerauit, erant in tribu Iuda, quadringenta septuaginta
2. Reg. 14 milia, vt infra habetur, & in secũdo Regum libro, libri correcti habent, quod erant quingenta mi
lia. Vnde videtur quòd in tribu Beniamin erant bene centum quinquaginta milia tempore illo
Ibidem aut plures. Secundo quoque Regum Lyra fatetur, quo numerus filiorum Leui ac Beniamin, quos
Ioab non numerauit, bene ascendit vsq; ad trecenta milia. ⌊Omnes hi filij Beniamin.⌋

¶DECLARATIO CAPITVLI NONI. VNIVERuersus ergo Israel dinumeratus est &c.

Articulus nonus.

VNiuersus ergo Israel dinumeratus est⌋ hoc est viri vniuersarum tribuum Israel, ⌊& summa eorum scripta est in libro Regum Israel & Iuda⌋
Ibidē [Ex hoc videtur ista dinumeratio esse intelligenda de ea quam Ioab fecit ex præcepto Dauid. Nam illa dũtaxat in libro Regum descripta est. ¶Sed obijci potest, quod in illa non fuerunt numerati filij Leui ac Beniamin. [Ad quod poterit responderi, quòd præfata sint per Senechdochen accipienda. [Veruntñ Glossa interlinearis, dicit istud intelligi posse E
de numeratione facta p Dauid, vel p Salomonem, vel per quemlibet alium regem. [Vnde & Glossa hebraica, vt refert Lyra hic dicit, quòd liber iste, in quo scriptæ sunt genealogiæ horum plenæ vsq; ad minima, non habet, sicut nec liber Ahiæ Silonitis, nec liber Abdo videntis, & plures alij libri qui in scripturis allegantur, nec tamen supersunt

¶Porro, infra libro secundo narratur, qualiter Iosaphat rex habuerit principes quinq; , & quot
2. Par. 20 viri sub vnoquoq; illorum extiterint. ⌊Translatiq; sunt in Babylonem propter delictum suum.⌋
Non quòd vniuersus Israel seu duodecim tribus in Babylonem translatus sit, sed populus regni Iuda pro maxima parte, propter multa abominabilia crimina sua. [De translatione vero aliarum tribuum seu regni Israel in terram Assyriorum, supra iam dictum est. ⌊Qui autem habitauerunt primi in possessionibus & in vrbibus suis⌋ hoc est, qui post reditum à Babylonica captiuitate, rursus cœperunt primo inhabitare pristina loca & oppida, fuerunt ⌊Israel.⌋ id est, quidam de plebe communi, ⌊& sacerdotes & Leuitæ & Nathinnæi⌋ hoc est, posteri Gabaonitarum, qui à tempo
Iosue. 9 re Iosue conuersi fuerunt ad iudaismũ, comportaueruntq; aquam & ligna in domum dei. ⌊Commorati sunt in Hierusalem⌋ post reditum à Chaldæa quidam ⌊de filijs Iuda, & de filijs Beniamin.⌋
Iosue. 18 Quia ad has duas tribus vrbs illa pertinebat. ⌊De filijs quoq; Ephraim & Manasse.⌋ Quãdo decem tribus transferebantur, & ante ac postea multi ex tribubus illis confugerunt ad regnum Iudæ sub Hezechia alijsq; tẽporibus, & multi ex illis fuerunt cum populo Iudæ in Babylonem translati, qui euolutis septuaginta annis in propria persona, vel in sobole sua ad Iudæam reuersi sunt, & qui
4. Reg. 17 18 dam ex ipsis in Hierusalem commorari cœperunt. [Erat autem tũc magis necessarium, quod vrbs illa satis popularetur, & sufficienter inhabitaretur, quoniam erat præcipua & metropolis regni, F
Ibidē & templum erat in ea. Pluresq; ex gentibus, præsertim Samaritæ, de quibus in Esdra habetur, eius ac templi ædificationẽ impedire ac demoliri nitebantur, ita quòd prælia imminebant assidue habitatoribus Hierusalem. Propter quod periculosum erat commorari in ea. [Hinc qui ex deuotione, & sponte se obtulerunt ad manendũ in ea, specialiter laudabantur, ac benedicebantur à populo. & non sufficientibus illis, missæ sunt sortes ad sciendum, qui ex toto populo commorarentur in vrbe illa, vt Nehemias recitat. [Hi ergo nunc exprimuntur, & describuntur cum suis genealogijs. ⌊Othei, filius Ammiud, filij Emri, filij, Omrai, filij Bonni. De filijs Phares, filij Iuda, & de Siloni Asaia primogenitus, & filij eius. De filijs autem Zara, Iehuel, & fratres eorum, sexcenti nonaginta. Porro, de filijs Beniamin, Salo filius Mosollam, filij Oduia, filij Asana, & Iobania, filius Ierohã, & Hela, filius Ozi, filij Mochori, & Mosollã, filius Saphaciæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ, & fratres eorum, per familias suas, nongenti quinquaginta sex. Omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum.⌋ [Qui etiam in secundo Ezdræ libro conscripti sunt, sed vocabula hic & ibi diuersimode variantur, eo quod aliqui hic nominentur, qui ibi non nominantur. Vel quia eadem persona plura habuit nomina. Vel quoniam idem nomen quandoq; variatur in principio vel in fine. ⌊De sacerdotibus aũt Iedaia, Ioiarib, & Iachim. Azarias quoque filius Helchiæ,
4. Reg. 23 filij Mosollam, filij Sadoc, filij Maraioth, filij Achitob, pontifex domus dei.⌋ [Secundum Glossam iste fuit Helchias, qui sub Iosia rege inuenit librum legis in templo, vt quarto regum habetur, & dicitur fuisse pater Hieremiæ prophetæ.

⌊Porro Adaias filius Ierohan, filij Phasor, filij Melchia & Maasia filius Adihel, filij Iezra, filij Mosollam

A sollam, filij Mosollamoth, filij Emmer, frẽs quoq; eorum principes, p familias suas, mille septingẽti
sexaginta, fortissimi robore, ad faciendũ opus ministerij in domo dei. De Leuitis aũt Semeia filius
Assub, & filij Ezricam, filij Hasabia, de filijs Merari. Bachacar quoq; carpẽtarius⌋ Qui scdm quos
dam sic nuncupat, qm̃ præfuit carpẽtarijs in domo dñi. Sed Leuitæ opa talia non exercebãt mœ
chanica, sicut glossa interlinearis affirmat, q suo officio fungebat in domo dei, ⌊& Galal, & Ma-
thania filius Micha, filij Zechri, filij Asaph, & Obdias filius Semeiæ, filij Galal, filij Idithun, & Ba-
rachia filius Aza, filij Elcana, q habitauit in atrijs Metophathi. Ianitores aũt Sellum, & Achub, &
Talmon, & Ahiman, & frater eorum, Sellũ princeps⌋ vsq; ad illud tps in porta regis vicissim ad oriẽ-
tem obseruabãt p vices suas, de filijs Leui⌋ Porta ista adhuc pristinũ nomẽ retinuit, quis iã tem-
plum & domus regis essent destructa. ⌊Sellũ vero filius Chore, filius Abiasaph, filij Choreh cum
fratribus suis & domo pr̃is sui⌋ In isto caplo ponunt interdũ hæc noĩa Phinees, Eleazar, Zadoc,
Asaph, Idithun, Chore &c. Propter quod qdam ista exponũt de illis antiqs famosis & sanctis, eo
rumq; filijs. Alij exponũt de his q post reditũ à Chaldæa fuerũt, eademq; cũ illis antiqs sortiti sunt
noĩa. ⌊Hi sunt Choritæ sup opa ministerij custodes vestibulorum tabernaculi.⌋ .i. de semine Cho
re nati sunt isti deputati ad dei cultum, q & atria tẽpli seu tabernaculi custodire habebãt, ⌊& fami
liæ eorum p vices castrorum dñi custodientes introitũ, Phinehes aũt filius Eleazar erat dux eorum corã
dño, Porro Zacharias filius Mosolamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij. Omnes hi electi
in ostiarios p portas ducẽti duodecim, & descripti in villis ppriis, quos constituerũt Dauid & Sa
muel videns in fide sua, tam ipsos q̃ filios eorum, in ostijs domus dñi, & in tabernaculo, vicibus suis⌋
B hoc est, istos pordinauerunt instituendos fideles progenitores ipsorum instituendo. Nam & tẽpore
Samuelis fuit tabernaculum Mosi, in quo dispositi erant diuersi ministri. Per quatuor ventos erant
⌊ostiarij. id est ad orientem, & ad occidẽtem, & ad aquilonem, & ad austrum⌋ .i. qdam eorum erãt 1. Reg. 17
custodes ianuæ atrij, respicientes ad orientem, qdam præerant custodiæ ostij, quod vergebat ad
occidentem, sicq; de alijs sentiendũ. ⌊Fratres aũt eorum in viculis morabant⌋ .i. villulis extra Hie-
rusalem, q a nec omnes poterant conuenienter in Hierlm commorari, aut pariter ministrare, sed
singuli in ordine vicis suæ, ideo subdit, ⌊& veniebãt⌋ in Hierusalem ⌊in sabbatis suis de tẽpore
vsq; ad tempus⌋ .i. à tpe quo eorum obsequium debuit inchoare, & erant ibi vsq; ad finem sui obse-
quij. ⌊His quatuor Leuitis creditus † est oĩs numerus ianitorum⌋ hoc est, cæteri ianitores erant cõ † alserat
missi ac subditi quatuor principalibus ostiorum custodibus. ⌊Et erant⌋ hi quatuor ⌊sup exedras,⌋
⌊custodientes exedras⌋ .i. ædes siue domunculas circa templum constructas, in qbus sacerdotes
& Leuitæ tpe sui obsequij vescebant, & quiescebant, ⌊& thesauros domus dñi, p gyrum quoq;
templi dñi morabant in custodijs⌋ hoc est, habitaculis, & obseruationibus ⌊suis, vt cũ tempus fu
isset, ipsi mane aperirent fores,⌋ templi hora pordinata. ⌊De eorum grege⌋ .i. genere ⌊erant, &
sup vasa ministerij⌋ hoc est, aliq nati ex eis custodiebant sacra vasa cultus diuini. ⌊Ad numerum
eñi & inferebant vasa & efferebant⌋ .i. cum diligẽti & certa computatione exponebant ad vsum
in templo, & reponebant in suis custodijs, ⌊de ipsis & qui credita⌋ sibi ⌊habebant vtensilia san-
ctuarij⌋ .i. templi ⌊perant similæ & vino & oleo & thuri & aromatibus⌋ .i. custodiebant hęc oĩa,
quę ad sacrificia necessaria erãt. Ex simila nãq; quæ est optima & purgatissima tritici farina fiebant
panes ppositionis, de vino fiebãt libamina, de oleo panes liniebant, & fouebant lucernæ. Thus Exod. 25
adolebat maiestati diuiæ, ex aromatib⁹ fiebat thymiama. ⌊Filij aũt sacerdotũ vnguẽta ex aromati
bus cõficiebãt. Et Mathathias leuites priogenitus Sellũ Choritæ, pfectus erat eorum q̃ in sartagine
C frigebant⌋ .i. curã habebat rerum quæ in patellis coquebant, & ad sacrificia, esumq; sacerdotũ pti-
nuerũt. ⌊Porro de filijs Chahat fribus eorum, sup panes erãt propositionis vt semp nouos p singu
la sabbata ppararent⌋ .i. eis commissum fuit prouidere, q omni sabbato de mane ponerent duode Exo. 27
cim panes recentes ac calidi sup mensam, sup quã manserũt vsq; ad sabbatũ sequens, tũcq; sublati Leuit. 24
cesserunt in vsum & esum sacerdotum. ⌊Hi sunt principes cantorum p familias Leuitarum, q in exe-
dris⌋ .i. habitaculis ppe templũ ⌊morabant, ita vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirẽt⌋
hoc est qualibet hora opportuna laudibus dei insisterẽt, psalmos & hymnos cantãdo. ⌊Capita le
uitarum p familias suas principes mãserũt in Hierlm. In Gabaon aũt cõmorati sunt⌋ q sequunt na-
ti ex tribu Beniamin. Sicq; istud caplĩ huius residuũ, nõ ad phabita, sed ad sequẽtia refert. Cõmora
ti ergo fuut ibi ⌊pater Gabaon⌋ .i. principalis oppidi Gabaon vir noĩe ⌊Iehuel & nomẽ vxoris
eius Maacha filí⁹ primogenitus eius Abdon & Sus⌋ q pcedẽti caplo Sur vocat ⌊& Cis, & Baal, &
Ner, & Nadab, Gedor quoq; & Ahio, & Zacharias, & Maceloth. Porro Maceloth genuit Sem 1. Paral. 8
maã. Isti habitauerũt è regione fratrũ suorum in Hierlm, cũ fratribus suis. Ner aũt genuit Cis, & Cis Ibidem
genuit Saul, & Saul genuit Ionathan, & Melchisue, & Abinadab, & Esbaal. Filius aũt Ionathã Mi
ribbaal, & Miribbaal genuit Micha. Porro filij Micha, Phiton, & Melech, & Thaharea, & Ahas,
Ahas aũt genuit Iaara, & Iaara genuit Alaniath, & Azmoth, & Zamri. Zamri aũt genuit Moza
Moza vero genuit Baana, cuius filius Raphaia genuit Elasa, de quo ortus est Azael. Porro Aza-
el sex filios habuit, his noĩbus, Ezricam, Bochru, Ismael, Saria, Obdia, Hanan. Hi sunt filij Azael⌋
Istud præcedenti capitulo scriptum est atq; expositum. Repetitur autem hoc loco, quia mox de-
scribendũ

scribendum fuit, qualiter regnum Israel sit translatum de Saul ad Dauid, & qualiter progenies Sa- D
ul subito pro grandi parte extincta sit.

¶ELVCIDATIO CAP. X. Philistijm autem pugnabant contra Israel &c. Arti. X.

AVthor huius voluminis festinans ad euoluenda atque supplenda gesta re-
gis Dauid, præter missis diuersis pugnis & actibus Saul, describit vltimã
eius pugnam, in qua occubuit, vt sic ostendat, qualiter ipse Dauid sorti
1. Regũ 31 tus sit regnũ. Philistijm autem videlicet Achis rex & Satrapæ ac po-
pulus Philistinorum pugnabant contra Israel quod qualiter factum sit pri-
mo libro Regum plenius recitat. Fugeruntque filij Israel Palæstinos
Nam exigentibus proprijs ac regis sui culpis, meruerunt à deo relinqui
atque ab illis idololatris superari, & ceciderunt vulnerati in monte Gel
boe. Cumque appropinquassent Philistæi, persequentes Saul, & filios
eius percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchisue, filios Saul. Et ag-
grauatum est præliũ contra Saul, inueneruntque eũ videlicet ipsum Saul, sagittarij & vulneraue
1. Regũ. 9 runt iaculis. Et dixit Saul ad armigerum suum quem Hebræi & Catholici cõiter dicunt fuisse ipsum
2 Regũ. 12 Doeg, Idumæum, qui primo cũ Saul prexit quærere asinas, & postea factus est potẽtissimus pastorum
Saulis, ac demũ armiger eius, interfecitque sacerdotes. Euagina gladiũ tuũ & interfice me, ne forte
veniant incircũcisi isti & illudãt mihi adhuc viuẽti, & deinde occidant me. Saul vir altus & solit⁹
honorari, magis formidauit illudi, & hostiũ suorum manibus subdi, atque ab eis iuxta eorum voluntatẽ ir E
reuerẽter, confusibiliterque tractari, quam mortẽ pati amarã. Vnde & aliqui opinant eũ excusabilr præ-
cepisse armigero suo, quod dictum est, imo & laudabiliter occidisse seipsum, eo quòd fecerit hoc,
ne sua ignominiosa tractatio, & confusiua occisio, redundarent in irreuerentiam ac iniuriam dei,
cuius ipse publicus erat minister Christus atque vicarius, quemadmodum & de Razia secũdo libro
1. Mac. 14 Machabæorum legitur: Turbis autem irruentibus, cũ iam comprehenderet, gladio se petijt, eligẽs
nobiliter potius mori quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniurijs
agi. Veruntamen alij probabilius putant, quòd Saul ex arrogantia abhorruit sic illudi, & ex hor-
Iudic. 9 rore maioris supplicij, petijt à seruo occidi, ac seipsum occidit. Quemadmodum in libro Iudicum
de Abimelech scriptum est, quòd lætaliter vulneratus à muliere saxum desuper iaciente, suo iussit
armigero: Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte dicatur, quòd à fœmina interfectus sim.
¶Porro, Philistæos Saul more solito ex eorum contemptu, vel zelo quodam iustitiæ incircum-
cisos vocauit. Noluit autem hoc facere armiger eius timore perterritus Nam & exhorruit mit-
tere manum in proprium dominum, & in Christum dñi dei, fuit quoque perterritus ex imminente si
bi periculo mortis, nec tenebatur in isto obedire præcepto regis, præsertim si Saul illicite iussit hoc,
imo sicut illicitũ ẽ seipm occidere propria manu, ita illicitũ ẽ facere se occidi ab alio, prætermisso ordie
iuris, cum hoc sit seipm occidere manu aliena. Arripuit ergo Saul ensem suũ & irruit in eũ
hoc sicut prætactũ est quidam affirmãt eũ sine pctõ fecisse ob causam præhabitã, qui etiã opinant eũ esse
saluatũ, quoniam & si antea grauiter multipliciterque peccauit, tamen audita à Samuele snĩa suæ mortis acceptauit eã
1. Regũ. 15 dẽ, & se diuino conformauit iudicio, pergens sponte ad præliũ, in quo se nouerat moriturum, & hoc pro
pter cõmune sui ppli bonũ, cum tamen potuisset aufugere, sicque dicũt eũ pœnituisse & bono motu se pe E
Iudicũ. 16 re misisse, quẽadmodũ Sampson seipsum occidit, & quædam fœminæ sanctæ, ne à persidis ac tyran-
nis violarent, non aliter excusant à culpa, nec aliter cõmẽdant de hoc, nisi quod hoc fecerũt ex occulto
Augu. spũs sancti imperio seu instinctu, prout .1. de ciuitate dei in diuersis caplis, præsertim caplo. 23. deter
minat Augustinus. Quod cũ vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiã ipse in
gladiũ suũ, & mortuus est Armigerum illũ nullus expositorum excusat, quia illicite se peremit, nec erat
publica præsidésque persona, ita quod potuerit ex tali motiuo laudabili se necasse ex quali scdm vnã opinio
nem seipm occidit Saul. Occidit itaque se, vel vt suo se regi cõformaret, vel quoniam vidit se Philistæ-
os nõ posse euadere, vel quia nolebat obedire ac subijci Dauid, quẽ sciebat regnaturum post Saul, quẽ-
admodũ Cato se interfecit ne Iulio Cæsari subijceret, cuius & gloriæ inuidebat, vel quia extimuit du-
rè tractari à Dauid, & puto quod multis ex causis his cõcurrerũt ad inducendũ armigerum, quod occidit se-
ipm. Interijt ergo Saul & tres filij eius, & ois dom⁹ illi⁹ pariter cõcidit .i. tota progenies ipsi⁹ Saul
1. Regũ. 31 cognita ei⁹ & filiorum ei⁹ triũ morte, timore prostrata ẽ, & animũ perdidit, nec hostib⁹ potuit præualere.
Vel sensus ẽ, quod oẽs domestici ei⁹ ibi secũ existẽtes, interierũt ibi in prælio. Quod cũ vidissent filij Isrl, qui ha
bitabãt in cãpestrib⁹ .i. in oppidis & villis situatis in cãpis propinquorib⁹ territorio Philistinorum, vel
trãs Iordanẽ fugerũt quia desperabãt se posse resistere Philistæis, à quib⁹ vallari, vastari, & opprimi
metuebãt, & Saul & filijs eius mortuis, dereliquerũt vrbes suas, & huc atque illuc dispersi sunt. Vene
rũtque Philistijm, & habitauerũt in eis. Die igit altero detrahẽtes Philistijm spolia cæsorum, inuenerũt
Saul & filios ei⁹ iacẽtes i mõte Gelboe. Cũque spoliassent Philistæi eũ Saulẽ vestibus & amputas
sent caput, armisque nudassẽt, miserũt in terrã suã vt circũferret & oñderet idolorum tẽplis & pplis .i.
hoc est,

A hoc est, ad ostentationem suæ victoriæ, & ad idolorum suorum honorem, quibus suum asscripserunt triumphũ, ideo voluerũt dijs suis grati existere. ⌊Arma aũt eius consecrauerunt in phano dei sui.⌋ Primo Regũ libro legit, quod posuerunt ea in tẽplo Astharoth dei sui, id est, deputauerũt ea manere in templo Astharoth, qui fuit vnus de dijs eorum ad ipsius honorem, & in memoriam concesse victoriæ, ne triumphus ille daret oblivioni, nec arma illa vsui amplius applicarent humano. ⌊& caput affixerunt in templo Dagõ.⌋ ad ipsius Dagon reuerentiam. Nam pluribus dijs deseruiebant, & diuersis diuersa attribuebant. ⌊Hoc cum audissent viri Iabes Galaad⌋ hoc est, habitatores vrbis nomine Iabes sitæ in terra Galaad. ⌊Omnia scilicet quæ Philistijm fecerant super Saul, consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt,⌋ id est, abstulerunt ⌊cadauera Saul & filiorum eius.⌋ Nam vt primo Regum habet: Philistæi suspenderunt corpus Saul, imo & trium filiorum eius vt ex textu elicit, in muro vrbis nomine Bethsan, quasi in oculis Iraeliticæ plebis. Fuit enim ciuitas Philistijm in terminis Israel, vt in Scholastica fertur historia, & inde tulerunt ea ciues præfati, qui præ cæteris zelabant, pro honore Saul, quoniam in principio regni sui liberauerat eos de tyrannide regis Ammonitarum, vt primo Regum habet, ideo tam irreuerentialẽ & confusibilem regis sui tractationem, etiam in extincto eius corpore, ferre æquanimiter non valebant. ¶ Veruntamen iuxta Glossam, Hebræi dicunt, per Bethsan intelligi domum seu phanum Dagon, quæ interpretat domus dormientis, vbi corpus eius dicunt fuisse suspensum. Alia vero est Bethsan, de qua in libro Iosue ac Iudicum legitur, & interpretat domus securitatis. ⌊attuleruntque ea in Iabes, & sepelierũt ossa eorum subter quercũ quæ erat in Iabes⌋ .i. prope oppidũ illud in sylua, in qua fuit quercus formosa. B Vnde .1. Regum habet, sepelierunt ea in nemore Iabes. Sic & in Genesi habet, quod Debbora nutrix Rebeccæ, sepulta est ad radices Bethel subter quercũ. ⌊& ieiunauerũt septẽ diebus,⌋ in signũ mœroris. Vnde & Abner occiso, Dauid noluit manducare ante solis occasum, vel pro peccatis defunctorum abstinẽtiã illã pœnitẽtialẽ compleuerunt. ⌊Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas.⌋ Qui dicunt eum esse saluatũ, fatent eum pro excessibus suis in hac vita punitũ, & victũ à Philistæis, quamuis non plenè purgatũ, & ita mortuus est propter iniquitates suas, sicut moriunt latrones & homicidæ propter scelera sua, qui tamẽ si pœniteant, vere saluant. Deinde iniquitates Saulis exprimunt in particulari, ⌊eo quod præuaricatus sit mandatum dñi quod præceperat⌋ ei per Samuelẽ de interficiẽdis Amalechitis & eorum pecoribus, ⌊& non custodierit illud⌋ Nam contra præceptũ dei pepercit regi illorum melioribusque pecoribus, prout .1. Re. diffusius legit. ⌊Sed insuper etiã pythonissam cõsuluerit⌋ .i. à muliere spiritũ pythonicum & artẽ magicam habẽte & exercẽte quæsiuit quid sibi accideret & quid esset acturus, quod in Leuitico & Deuteronomio fuit prohibitum, ⌊nec sperauerit in domino,⌋ quia cũm dominus sibi non responderet, neque per somnia, neque per sacerdotes, nec per prophetas recurrit ad magicam artẽ. De his tamẽ secundum præfatam opinionem pœnituit, verbis Samuelis auditis. Alij dicunt eum non pœnituisse veraciter, sed propter iniquitates suas occisum ac derelictum à dño, & hoc sancti communius dicunt, & textui magis consonum esse videt. Nihilominus Magister in historijs ait, Saul sciens & prudens festinabat ad mortẽ, soli quippe magnanimes sunt regum terribilium contẽptores. Hæc magnanimitas maxime conuenit regibus, quos propter excellentiam principatus, non solum malos esse non licet, sed ne mediocriter bonos circa subiectos. Hæc ibi.

¶ Præterea queri potest, si Saul propter iniquitates suas est occisus, cur Ioathan filius eius virtuosus C est interfectus? Respondet, quod nec ipse sine quotidianis fuit peccatis, idcirco & eius occisio fuit sua purgatio & augmentum salutis. Saul quoque in filijs suis punitus est, quod deus iustus atque omnipotens ordinauit in bonum illorum, & specialiter in melius Ionathæ, cuius virtuositas .1. Regũ multipliciter commendat. Quid aũt putandum videat de Saulis saluatione .1. Regum libro requiratur. ⌊Propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.⌋ ¶ Postremo, spiritualis sensus huius capituli, primo Regum libro discussus est.

1. Regũ. 31 — Ibidẽ — 1. Regũ. 11 — Iosue. 17 — Iudicũ. 7 — 1. Regũ. 31 — Gene. 35 — 2. Regũ. 3 — 1. Regũ. 15 — 1. Regũ. 28 — Leui. 20 — Deut. 18 — 1. Reg. 28 — Pet. Co. histo. libr. 1 Re. ca. 27 — 1. Reg. 14, 18, 20 — 1. Re. 22. 23 — 1. Regũ. 31

¶ DECLARATIO CAP. XI. Congregatus est igitur omnis Israel ad Dauid in Hebron. Arti. XI.

NVnc recitatur, qualiter factus sit Dauid rex super vniuersum Israeliticum populum. ⌊Congregatus est igitur omnis Israel ad Dauid⌋ hoc est, quidam imo & multi notabiles viri de qualibet tribu, ⌊in Hebron.⌋ Hoc fuit post mortem Abner, ac Isboseth, dum populus pro certo percepit, quod Dauid innocens fuit de morte illorum, ⌊dicens: Os tuum sumus & caro tua⌋ sumus .i. cognati & fratres tui quia ex eisdem patriarchis sumus exorti, teque amamus vt fratrem, idcirco non suspiceris quod fraudulẽter loquamur. ⌊Heri quoque & nudiustertius⌋ .i. diebus præteritis, ⌊cũ adhuc regnaret Saul⌋ rex super nos, ⌊tu eras qui educebas & introducebas Israel⌋ .i. exercitui præfuisti, non tamen assidue nec vniuersaliter, quia sic Abner præfuit cunctis, & bellatores eduxisti, ad pugnam atque obtento triumpho reduxisti eosdem. Vnde primo regum libro habetur: A principio egressionis Philistinorum prudentius se agebat 2. Regũ. 5

David quàm omnes servi Saul,& alibi posuit eum Saul super viros belli. ⌊Tibi enim dixit domi- D
nus deus tuus⌋ Primo per Samuelem, deinde per reuelationem diuinam. ⌊Tu pasces populum
meum Israel⌋ hoc est, sapienter & iuste reges eum, quod est spiritalis refectio, ⌊& tu eris princeps
2. Regū. 5 super eum. Venerunt ergo omnes maiores natu Israel⌋ qui communitatem repræsentabant, ⌊ad
regem in Hebron⌋ iam enim fuit rex per tribum Iuda dumtaxat, ⌊& iniit David fœdus cum eis
2. Regū. 2 coram dom̃⌋ .i. pactū pacis & amicitiæ seu fidelitatis. Vel concorditer decreuerūt deo seruire, ac
Philistæis cæterisq; aduersarijs repugnare. ⌊Vnxeruntq; eum regem super Israel,⌋ hoc est, sup
1. Regū. 17 totū Israeliticū pplm, & vnctio illa fiebat manu pontificis aut prophetæ, & ita ter vnctus est Da-
2. Regū. 2 uid in regem. Primo, à Samuele in signum præsidentiæ suæ regalis futuræ. Secundo, in Hebron
2. Regū. 5 super tribum Iuda, statim post mortem Saul. Tertio, super duodecim tribus, ⌊iuxta sermonem
domini quem locutus est in manu Samuel⌋ .i. sicut deus per obsequium atq; eloquium Samuelis
1. Regū. 15 prædixit. Frequenter namq; Samuel prophetauit, quod regnum auferretur à domo Saul, & daret
1. Reg. 28 David. ⌊Abijt quoq; David⌋ ab Hebron ⌊& omnis Israel⌋ secum existens, hoc est, quidam de
singulis tribubus existentes ⌊in Hierusalem⌋ id est, ad eam, ⌊hæc est Iebus⌋ .i. alio noīe dr̄ Iebus.
2. Regū. 5 Hinc secundo Regum libro asseritur: Abijt rex & omnes viri qui erant cum eo in Hierusalem. No
uerat quippe vir sanctus prophetiæ spiritu adornatus vrbem Hierusalem à deo electam ad cultū
diuinum, vt in ea templum construeretur, & sacrificia fierent, ideo voluit in ea sibi solium collo-
Iosue. 15. 18 care. ⌊Vbi erant Iebusæi habitatores terræ.⌋ Nam à tempore Iosue vsq; ad tempus istud man-
Iudicū. 19 serunt ibi plurimi Iebusæi in fortalicio quodam, quod dicebatur arx Syon, quod fortissimum & pe E
2. Regū. 5 nè inexpugnabile erat. In reliqua vero vrbis parte habitauerunt quidam de filijs Israel, puta de
tribu Iuda ac Beniamin, sicut in libro Iosue continetur. ⌊Dixeruntq; qui habitabant in Iebus⌋ id
Iosue. 15 est, Iebusæi prædicti habitantes in arce ⌊ad David. Non ingredieris huc⌋ dixerunt & alia verba,
2. Regū. 5 quæ secundo Regum libro habent, atq; exposita sunt, idcirco pertranseundum. Putabant autem,
quòd David nequaquàm posset præualere in eos, ideo ex contemptu ipsius, & præsumptione at-
q; ironicè protulerunt hæc verba. ⌊Porro David cœpit arcem Syon⌋ hoc est, castrum & forta-
licium illud (deo iuuante) obtinuit p modum paulopost tactum, ⌊quæ est ciuitas David,⌋ .i. illa
Ibidem pars vrbis, in qua fuit arx Syon, cum habitaculis & attinentijs suis. Deinde vocata est ciuitas Da-
uid, quia ibi habitare elegit, & erat locus montanus sublimis. Propter quod fortalicium illud dice-
batur arx, hoc est, altitudo seu specula, quoniam existentes in eo, longè lateq; speculabant. ⌊Di-
xitq;⌋ Hic tangit, qualiter obtinuit arcem. ⌊Omnis qui,⌋ Id est, quicunque ⌊percusserit Iebusæ-
um in primis⌋ hoc est, qui primus ascenderit, & vastauerit arcem hanc, & habitantes in ea inua-
serit, ⌊erit princeps & dux⌋ .i. princeps militiæ & dux exercitus, seu secundus post regem. Nem-
pè ex quo difficillimum erat vincere castrum illud, vt bellatores magis animarent ad oppugnan-
dum, promisit David mercedem hanc ei, qui primo acquireret illud. Vnde secundo Regum libro
Ibidē. habet. Proposuit autem David præmium in die illa &c. & quod fuerit præmium illud, non expri-
mitur ibi, sed hic. ⌊Ascendit igit primus Ioab filius Zeruiæ⌋ multis etenim festinantibus Ioab sua
astutia cunctos præuenit. & clamauit ad regem, exigens militiæ principatum, ⌊& factus est prin-
ceps. Habitauit autem David in arce, & idcirco appellata est ciuitas David. Aedificauitq; vrbem
in circuitu⌋ hoc est, illam partem Hierusalem quæ vocata est ciuitas David, ædificia eius augendo
ac meliorando, ⌊à Mello vsq; ad gyrum.⌋ Mello fuit velut præcipitium ac vorago, profundaq; F
vallis ante fortalicium situata, inter quam & fortalicium extitit spacium, in quo David ædificia fe-
cit p gyrum, seu p modum coronæ. ⌊Ioab autem reliqua vrbis extruxit⌋ .i. alia ædificia vrbis Da
Iose. lib. 7 uid fieri fecit pro habitaculis bellatorū: tanquàm secundus post regem, & militibus necessaria pro-
an. iu. c. 3. 4 uidens. ¶ Porro Glossa ait: Ioab p industriam militarem ciuitatem muniuit. Iosephus tamen af-
firmat ipsum David superiorem ciuitatem muniuisse, eiq; copulando arcem, vnum corpus fecisse,
& cuncta muro circundedisse, sed sup opus murorū ipsum Ioab constituisse, expulisseq; Iebusæos
& Hierosolymam appellasse. ⌊proficiebatq; David⌋ virtute & gratia, conuersatione & fama,
1. Regū. 18 ⌊vadens⌋ de bono in melius, ⌊& crescens⌋ in temporalibus & spiritalibus bonis, ⌊& dominus
2. Reg 5. 8 exercituū erat cū eo⌋ Deinde exprimunt in litera hi, quorum subsidio David promotus in regē.
2 Regū. 23 De quibus secundo libro Regum dictum est, ideo percurrendum. ⌊Hi principes virorū fortium
David⌋ .i. qui principales fuerunt inter fortes milites regis, & cæteris fortiores, ⌊qui adiuuerunt
2. Regū. 2 eum vt fieret rex super omnem Israel⌋ Nam pugnauerunt pro David cōtra auxiliarios Isboseth,
1. Reg 8. 12 ⌊iuxta verbum domini quod locutus est ad Israel⌋ Deus quippe per Samuelem Israelitico popu
lo prænuntiauit, quod David regnaret, ⌊& iste numerus robustorum David, Iasabeam filius Ha-
chamoni princeps inter triginta⌋ hoc est, inter triginta fortes, præcipuus & fortior illis, quem Io
Iose. lib. 7 sephus vocat Eusebium. ⌊Iste leuauit hastam suam super trecētos vulneratos vna vice⌋ .i. in vno
an. iu. ca 12 bello vulnerauit, & deiecit viros trecētos. Iosephus dicit eum interfecisse nongētos, ꝙ credit factū
in alio prælio. Et iste Iasabeam, non exprimitur saltem isto vocabulo, & multi exponunt de ipso,
quod ibi legitur quidam interfecisse octingentos impetu vno, quāuis hoc videatur ibidem dici de
David, ⌊& post eum Eleazar filius patrui eius Ahohites, qui erat inter tres potentes⌋ iuxta Hiero

nymum

A nymũ,tradunt Hebræi,ꝙ Ahohi,à quo Eleazar iste dicit̃ Ahohites,fuit frater Isai patris Dauid. Vnde & secũdo Reg.lib.Eleazar iste videt̃ dici filius patrui Dauid,quõ ergo nunc dicit̃ filius patrui Iasabeam,nisi forte & ipse Iasabeam ex aliqua linea sic attinuerit regi Dauid. Iste fuit cum Dauid in Aphes Damim. i.loco sic noĩato,qñ Philisthĩm congregati sunt ad locũ illũ in p̃liũ. Et erat ager regionis illius plenus hordeo,fugeratq; populus à facie Philistinorũ. Hi steterũt in medio agri & defenderũt eum. Cũq; percussissent Philisthæos,dedit dñs salutem magnã populo suo. Descẽderũt aũt tres de triginta principibus. i.tres fortissimi de numero fortiorũ,q principaliores erãt triginta fortibus, ad petrã,in qua erat Dauid,ad speluncã Odollam, qñ Philisthĩm fuerant castrametati in valle Raphaim. Porro Dauid erat in p̃sidio. i.in loco munito & firmo ad euadendũ persequutionẽ Saulis,vt quidã exponũt, & statio Philistinorũ erat in Bethlehem. i. extra & prope oppidũ illud erat. Desiderauit igit̃ Dauid aquã & dixit: O si quis daret mihi aquã de cisterna Bethlehẽ,quæ est in porta. Tres ergo isti p̃ media castra Philistinorũ perrexerunt & hauserũt aquã de cisterna Bethlehem,q̃ erat in porta,& attulerũt ad Dauid vt biberet. Qui noluit,sed magis libauit illã dño,dicens: Absit vt in conspectu dei mei hoc faciam,& sanguinẽ istorum virorũ bibã: quia in periculo animarũ suarũ attulerũt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere. Hæc fecerũt tres robustissimi. Abisai quoq; frater Ioab,ipse erat princeps triũ. i.p̃cipue excellenterq; fortis inter tres potentes seu fortes secũdi ordinis,ita ꝙ ipse fuit vnus illorũ triũ,qui bus tribus fortiores fuerũt tres fortes primi ordinis,qui habent̃ in textu. Hinc secũdo Reg. libro clarius scriptũ est: Abisai princeps erat de tribus,& ipse erat inter tres fortes secũdi ordinis, & ipse leuauit hastã suã contra trecentos vulneratos. Et ipse erat inter tres nominatissimus, inter tres secũdus,inclytus & princeps eorũ. Veruntamen vsq; ad tres primos non perueneratur. Videtur in verbis his difficultas. Si etenĩ fuit inter tres nominatissimus & princeps seu primus eorũ, quõ fuit inter tres secũdus? nisi forte dicat̃ fuisse inter tres secũdus.i.immediate sequens tres robustissimos primi ordinis. Vel secũdus inter tres fortes secundi ordinis.i.medius inter eos, tanquã sustentamentum quoddam aliorũ duorũ. Aliqui tamen textum habent,inter tres secundos,& sic planus est textus,quoniam sensus est,ꝙ erat inter tres fortes secundi ordinis,qui sequebant̃ in ordine tres primos robustissimos. Bananias filius Ioiadæ viri robustissimi,qui multa opera perpetrarat de Cabseel,ipse percussit duos,Ariel & Moab. Et ipse descendit & interfecit leonẽ in media cisterna tempore niuis,& ipse percussit virũ Aegyptiũ,cuius statura erat quinq; cubitorũ,& habebat lanceam,vt liciatorium texentiũ. Percussit itaq; Ariel & Moab. i. duos leones Moab vtpote duos quosdam p̃cipuos principes seu milites Moabites animosos ac fortes. Descendit igitur ad eum cũ virga,& rapuit hastã quã tenebat manu & interfecit eũ hasta sua. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ,q erat inter tres robustos nominatissimus,inter triginta primus. Iam dictũ est,ꝙ Abisai fuit inter tres nominatissimus,quomodo ergo idem nũc dicit̃ de Banaia? Respõdet̃ ꝙ tres fortes primi ordinis,similiter tres fortes secundi ordinis,à diuersis diuersimode assignant̃, prout secũdo Regũ libro dictũ est,vbi & huius solutio quæstionis quærat̃. Ibi etiam requirat̃ solutio quæstionis qua quærit̃,quo tempore acciderit ista historia, de allatione aquæ à cisterna Bethlehem,quã beatus Gregorius asserit accidisse post adulteriũ Dauid cũ vxore Vriæ,q̃d & Glossa hic tenet,cũ tñ ex circumstantia literæ videat̃ accidisse, Dauid Saulem adhuc fugiente. Veruntamen ad tres vsq; non peruenerat. Posuit autem eum Dauid in auriculam suam. Porro fortissimi viri in exercitu, Asael frater Ioab,& Elhanan filius patrui eius de Bethlehem. Sammoth Arodites, Heles Phalonites, Hiras filius Acces Thecuites, Abiezer Anathotites, Sobochai Husathites, Ilai Ahohites, Maarai Netophathites, Heled filius Baana Netophethites, Ethai filius Rebai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharathonites, Haurai de torrente Gaas, Abiel Arabathites, Asmoth Baharumites, Eliahaba Saalbonites. Filij Assem Gezonitæ, Ionathã filius Sage Aratites, Ahiam filius Sachar Aratites, Eliphal filius Vr, Hepher Meerathites, Ahia Phalonites, Hezro Carmelites, Naarai filius Azhai, Ioel frater Nathan, Mibahar filius Gari, Selec Ammonites, Naharai Berothites, armiger Ioab, filij Saruiæ, Hiras Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias Hethæus, Zabad filius Oholai, Adina filius Sisa Rubenites, princeps Rubenitarum,& cum eo triginta. Hanan filius Maacha. Et Iosaphat Mathanites, Ozeas Astarothites, Semma,& Iahiel, filij Hothan Aroeritæ, Iediael filius Zamri,& Ioha frater eius Thozithes, Eliel Mahumites. Et Ieribai,& Iosaia, filij Elnaem. Et Iethma Moabites, Eliel & Obed & Iasiel de Masobaia. Hic nominantur hi qui post præfatos erant fortiores,erantq; triginta, iuxta computum libri Regũ, inter quos Vrias Hitthæus,ibi ponitur vltimus, hic vero multo plures ponuntur, qui post Vriam nominantur,& post illos triginta erant notabiliter fortes. Cætera secundo Regum libro exposita constant.

B

C

2.Reg.23

Ibidẽ

2.Reg.23

EXPOSITIO CAP. XII. Hi quoq; venerunt ad Dauid in Sicelag. Arti. XII.

EXprimũtur iam & alij viri robusti de singulis tribubus qui in adiutoriũ D
1. Para. 12. David venerũt, & post eos q præcedenti capitulo sunt expressi, erãt cæteris fortiores. Porro in textu nulla est difficultas, idcirço pertrãseundũ ⌊ Hi quoq; venerũt ad David in Sicelag⌋ vrbẽ quã Achis rex Philisthinorum assignauit ipsi David & populo eius ad inhabitandũ, vbi & quatuor mẽsibus est cõmoratus, vt primo Regũ libro legitur,
1. Regũ. 27 ⌊ cũ adhuc fugeret Saul filiũ Cis, q erant fortissimi,⌋ .i. valde fortes, attamen minus q̃ præfati, ⌊ & egregij pugnatores⌋ vtpote decorati virtutibus animi, q ad bellatores specialiter ptinẽt, vt sunt iustitia, fortitudo, magnanimitas, prudẽtia, amor boni cõmunis. ⌊ tendẽtes arcũ, & vtraq; manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas. De fratribus Saul ex tribu Beniamin. Princeps Ahiezer, & Ioas, filij Samãa Gabaathitæ, & Iasiel, & Phalet, filij Asmoth, & Baracha, & Iehu, Anathothitæ⌋ .i. hi viri nati ex tribu Beniamin, & ex habitatoribus Gabaa, cognati Saulis, qui q̃uis essent de eius progenie, tamen propter tyrãnidem eius in David, & quia nouerũt, Samuelem veraciter
1. Re. 15. prædixisse q David regnaret, ipsumq; David sciuerũt esse omni virtute ornatũ, confugerũt ad eũ a quo & suo tempore sperauerũt vicem suę fidelitatis sortiri. ⌊ Isamaias quoq; Gabaonites fortissimus inter triginta, & super triginta. Hieremias, & Iaziel, & Iohannan, & Iosabad, Gaderothites, Eleusai, & Hierimoth. & Baalia; & Samaria, & Saphatia Haraphites, Elcana & Iesia, & Azrael, & Ioezer, & Iosoboam de Carehim, Ioela quoq;, & Zabadia, filij Ieroham, de Gedor⌋ Isti triginta fuerũt alij quàm hi, de qbus præcedenti capitulo facta est mẽtio.

1. Para. 12 ⌊ Sed & de Gaddi trãsfugerunt ad David⌋ id est, quidam de tribu Gad, ⌊ cũ lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & hastam. Facies eorum quasi facies leonis,⌋ hoc est, vultu audaces erant atq; terribiles hostibus ac imperterriti, per q̃d datur intelligi, q interior dispositio cordis eorũ, relucebat in vultu, sicut communiter fieri solet. Vnde in Ecclesia- E
Eccl. 19. stico fertur: Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, ⌊ & veloces⌋ non solum corpore, sed & mẽtis acumine, ⌊ quasi capreę in montibus⌋ sicq; idonei erãt inimicos inuadere ac insequi fugientes. ⌊ Ezer primus princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmanna quartus, Hieremias quintus, Ethi sextus, Eliel septimus, Iohannan octauus, Elzabad nonus, Hierimias decimus, Machabanai vndecimus, hi de filijs Gad principes exercitus. Nouissimus⌋ inter principes istos filiorũ Gad, ⌊ centũ militibus præerat⌋ & ⌊ maximus mille⌋ .i. superior inter eos
1. Regũ. 23 25. præfuit mille militibus, q̃d fuit vel anteq̃ venerũt ad David, vel ipso David in regem promoto, qa vt elici potest ex libro Regum, David vsq; ad mortẽ Saul non videtur vltra sexcentos viros secũ habuisse. ⌊ Isti sunt q trãsierunt Iordanem⌋ vel pede aut naui, ⌊ mense primo⌋ anni primi, secũdum cõputũ Iudæorũ qui est mensis Nisan, hoc est in Martio seu Aprili, ⌊ quãdo inundare cõsueuit sup ripas suas⌋ .i. effluere, qa tũc aqua eius excrescere solet, ⌊ & fugauerũt oẽs q in vallibus morabãtur ad orientalẽ plagã & occidentalẽ.⌋ Erãt em̃ Gẽtiles & Israelitis molesti, & aliquam partem terræ eorũ inuaserãt. ⌊ Venerũt aũt⌋ aliqui, ⌊ & de Beniamin, & de Iuda ad præsidiũ, in quo morabatur David⌋ adhuc se abscondẽs ac præseruãs à Saul. Isti de Beniamin coniunxerunt se filijs Iuda, veniendo in adiutoriũ David, vel qa pariter habitabãt, vel ne David natus de Iuda F
aliqd mali suspicaret de Beniamitis cognatis Saulis. Nempe q David timuerit, ne forte filij Beniamin dolose venerint ad se, apparet ex eo q̃d subdit. ⌊ Egressusq; est David obuiã eis, & ait: Si pacifice venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meũ iungatur vobis⌋ per cõfidentiã & familiarem amorẽ. ⌊ Si autem insidiamini mihi pro aduersarijs meis,⌋ .i. ad complacendũ Sauli & adiutoribus eius, ⌊ cũ ego iniqtatem in manibus nõ habeã⌋ .i. nihil fore fecero regi p actus iniquos, ⌊ videat deus patrũ nostrorũ & iudicet⌋ .i. iuste iudicãdo ostẽdat se ista cognoscere. ⌊ Spũs vero dñi induit Abisai principẽ inter triginta⌋ .i. spũs sanctus instigauit illũ ad loquẽdum verba sequẽtia, ⌊ & ait: Tui sumus ô David, & tecũ filij Isai⌋ .i. vere, & ex corde associamus nos tibi. Verũ vt dicitur, in Hebræo habetur: Spũs induit Amasan. i. Amasam secũdũ Hebros. ⌊ Pax pax tibi, & pax adiutoribus tuis. Te em̃ adiuuat deus tuus. Suscepit ergo eos David & cõstituit principes turmę⌋ id est, quosdã illorũ præfecit quibusdã faciendo ex eis decanos quinquagenarios aut centuriones. ⌊ Porro de Manasse trãsfugerũt ad David, quãdo veniebat cum Philistijm aduersus Saul vt pugnaret & non dimicauit cũ eis, quia inito consilio remiserũt eũ principes Philistinorũ dicentes: Periculo capitis nostri reuertet ad dñm suũ Saul⌋ prout primo Regũ libro habet. Qualiter autẽ David intẽderit cõtra Saul pugnare & qualiter non, dictum est ibi. ⌊ Quãdo igitur reuersus est⌋ David, ⌊ in Sicelag⌋ remissus à rege Achis ac satrapis, ⌊ trãsfugerunt ad eũ de Manasse, Ednas, & Iosabad, & Iediel, & Michael, & Iosabad, & Elihu, & Salathai, principes militũ in Manasse. Hi præbuerũt auxiliũ aduersus latrunculos⌋ Amalechitas q Sicelag incenderũt, & ita erãt cũ David in prælio cõtra illos plures q̃ quadringẽti: ⌊ Omnes em̃ erãt viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu. Sed & p singulos dies veniebãt ad David⌋ ex diuersis tribubus, ⌊ ad auxiliãdũ ei vsq; dũ fieret grãdis nũerus quasi exercitus dei⌋ .i. exercitus virorũ bonorũ bene & cõcorditer dispositorum

A fitorum instar angelorum dei innumerabiliũ, de qbus in libro Iob legit: Nunquid est numerus militũ dei. Et Nehemias ait: Exercitus cœli adorat te. Hebræi tñ p exercitũ dei intelligũt eos q sub Mose exierũt Aegyptũ, & erãt sexcenta milia. [Iste q̃q; est numerus principũ exercitus, q venerunt ad Dauid, cũ esset in Hebron, vt transferrẽt regnũ Saul ad eũ, iuxta verbum dñi. Filij Iuda portãtes clypeũ & hastã, sex milia octingẽti, expediti ad pliũ.] Iã em̃ ante multi ex tribu Iuda cõfugerũt ad Dauid. [De filijs Simeon virorum fortissimorum ad pugnandũ septẽ milia centũ. De filijs Leui, quatuor milia sexcenti. Ioiada q̃q; princeps] familiæ suæ [de stirpe Aaron.] Hic Ioiada dicit fuisse pr̃ Banaiæ, primo secundũ Glossam, hũc Ioiadã tradũt Hebræi fuisse Phinehes filiũ Eleazari, ad cuius cõparationẽ Sadoc puer vocat, tanq̃ ætate & merito minor, q assertio stulta videt, qa Phinehes iã diu defunctus fuit, [& cũ eo triginta milia septingenti, Sadoc etiã puer egregiæ indolis] .i. excellẽter bene dispositus ad prudentiã ac virtutes, propter q̃d dignus fuit inter viros cõputari, [& domus patris eius, principes vigintiduo. De filijs aũt Beniamin fratribus Saul, tria milia, magna em̃ pars eorum adhuc sequebat domũ Saul.] Porro de filijs Ephraim, viginti milia, octingenti, fortissimi robore viri, noĩati in cognationibus suis. Et ex dimidia parte tribus Manasse decẽ & octo milia, singuli p noĩa sua venerunt, vt cõstituerent regẽ Dauid. De filijs quoq; Isaschar, viri eruditi] venerũt ad Dauid, [q nouerãt singula tpa ad pcipiendũ, quid facere deberet Israel] .i. quid vnoquoq; die, hora aut tpe esset agẽdũ. Erat quippe tribus Isaschar singulari-

B ter studiosa ac literata, vt dictũ est in Genesi, [principes ducẽti. Oĩs aũt reliqua tribus eorum consiliũ sequebat. Porro de Zabulon q egrediebant ad pliũ & stabãt in acie instructi armis bellicis, quinquaginta milia venerunt in auxiliũ nõ corde duplici. Et de Nephthali, principes mille, & cũ eis instructi clypeo & hasta, triginta & septẽ milia. De Dan etiã pparati ad pliũ, viginti octo milia sexcenti. Et de Aser egredientes ad pugnã, & in acie prouocantes, quadraginta milia. Trãs Iordanẽ aũt de filijs Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse, instructi armis bellicis, centũ viginti milia. Oẽs isti viri bellatores, expediti ad pugnandũ corde pfecto, venerũt in Hebron, vt cõstituerẽt regẽ Dauid sup vniuersum Israel. Sed & oẽs reliqui ex Israel vno corde erãt, vt rex fieret Dauid] .i. cũ integro ac syncero cordis proposito curauerũt de promotione Dauid in regẽ, q̃uis non fuerint oẽs viri pfecti. [Fuerũtq; ibi ad Dauid tribus diebus, comedẽtes & bibẽtes. Præparauerãt em̃ eis fratres sui. Sed & q iuxta eos erãt, vsq; ad Isaschar & Zabulon & Nephthali afferebãt panes in asinis & camelis & mulis & bobus ad vescendũ, farinã, palatas] .i. ficus inter palas cõpressas, [vuã passam, vinũ, oleũ, boues & arietes, ad omnẽ copiã. Gaudiũ quippe erat in Israel.] ¶ Spũaliter, p Dauid intelligit Chrũs, ad cuius fidẽ, regnũ atq; ecclesiã per apostolorum pdicationẽ atq; diuersa miracula, misso desup spũ sancto, venerunt q̃tidie multi, sicut in actibus recitatur apostolorum. Deinde multo plures ex gentibus quos dñs & saluator gratiose suscepit, & multos ex eis fecit prædicatores, plãtos ac principes aliorum, quibus in ecclesia diuersa pparauit spiritalia alimenta. Multi quoq; ex illis fuerunt in scripturis veteris testamenti aut in naturali philosophia periti, ex quibus vere factus est grandis exercitus instar angelorum dispositus, quoniam militans ecclesia instar triumphãtis ordinata consistit, sicut in Apocalypsi ait Iohannes: Vidi Hierusalem descendentem de cœlo.

C

Iob.25

Hebr.9

Genes.49

Acto.2.4

Apo.21

¶ ELVCIDATIO CAP. XIII. Inijt autem consilium Dauid cum tribunis. Arti. XIII.

SAnctus Dauid deo gratus consistere cupiens, mox vt dei gratia factum se regem conspexit, dei honorẽ in primis quærere cœpit, sicut & Christus in Euangelio docet: Primum (inquiens) quærite regnum dei & iustitiam eius. [Inijt autem consilium Dauid cum tribunis,] quorum quilibet præerat mille viris, [& centurionibus,] quorum quilibet præerat centum, [& vniuersis principibus.] In hoc commendãtur nobis humilitas atq; prudentia Dauid regis, qui rem magnam agere volẽs cõsilio vsus est. Et quamuis esset vir sapientissimus, cum inferioribus & minus prudentibus, tractare consiliũ non despexit, quo multorum præsumptio, insipientia, arrogantia reprobant, qui omnia iuxta proprij capitis apprehensionẽ & phantasiã agere volũt, nec cũ inferioribus sup agendis cõferre dignant, [& ait ad omnẽ cœtum Israel] .i. ad omnes ibi præsentes quos cõuocauit. Vnde & secũdo Regum libro habet: Congregauit Dauid oẽs electos ex Israel triginta milia. [Si placet vobis & a domino deo nostro egredietur sermo quem loquor.] Ecce quãm humiliter loquitur subditis & ministris, non procaciter iubet, nec per se absolute determinat, sed sub conditione loquens, inferiorum iudicio, verba sui committit propositi, quo multorum indiscretio atq; elatio reprimuntur, qui statim in verba iussionis prorumpunt & gladium suæ educunt authoritatis sine necessitate, imò frequenter in grande periculum subditorum. Videtur autem ex circumstantia literæ, quod Dauid primo seorsum consilium cum maioribus inijt de arcæ adductione, & illis

2.Regũ.6

suo proposito consentientibus proposuit vniuersis qui aderãt eandem materiã: per quod patet, q̃ D
vtile sit, vt præsidentes primo seorsum cum aliquibus senioribus aut maioribus seu familiaribus tractent de arduis causis. Deinde cum cæteris, quatenus talia de communi fiant consensu. Mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes, & Leuitas: q habitãt in suburbanis vrbiũ, vt congregentur ad nos. Hic rursus suis se connumerat subditis, quos & fratres suos appellat, & reducamus arcã dei nostri ad nos: videlicet ad hãc vrbem regiã Hierusalem, vt ex loci honorificẽtia amplius honoretur, & propter maiorem dei honorẽ voluit Dauid adesse principales ex qualibet tribu & maxime sacerdotes. Deniq; q̃uis totũ territoriũ suum esset regio vna totalis & integrũ regnũ vnũ, tamen pluraliter ait, mittamus in vniuersas regiones Israel, vel propter diuersas tribuũ sortes, vel quoniã antea erãt in totali territorio illo diuersæ regiones & multi reges. Siqdem in libro Iosue legitur, q̃ filij Israel percusserũt in terra illa triginta
Iosue. 12 & vnũ reges. Non enim requisiuimus eã in diebus Saul. Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret: Placuerat enim sermo omni populo. Itaq; qui vult alios ad sibi consentiendũ allicere primo captet beneuolentiã eorundẽ, humiliterq; loquatur. Congregauit ergo Dauid cũctum Israel à Sihor Aegypti vsq; dum ingrediaris Hemath: i. de singulis tribubus nobiliores & notabiliores conuocauit à fluuio nomine Sihor, qui à Nilo deriuatur & profluit ex Aegypto aut circa eãdem vsq; Damascũ. Ait etenim Glossa: Hemath est ciuitas Damasci quę in Amos Hemath
Amos. 6
Hiero. magna vocatur, & nũc Epiphania nuncupatur. Verũtamen his obuiare videtur, q̃ Hieronymus
Amos 6 & alij super prophetã Amos fatentur, dicentes, q̃ Hemath magna nũc Anthiochia nominetur, E
4. Reg. 25 & q̃ sit alia Hemath minor quæ Epiphania dicta est, cuius regio dicitur Reblata, in qua Nabuchodonosor interfecit filios Zedechiæ. Itaq; nunc per Sihor fluuiũ, qui est terminus terræ promissionis australis, & per Hemath quæ est terminus eius septentrionalis, tota terra illa signat. Vt
Iosue. 15 adduceret arcã dei de Cariath Iarim: i. de vrbe sic dicta quę fuit in tribu Iuda, nam subditur, & ascendit Dauid & omnis vir Israel ad collem Cariath Iarim qui est in Iuda, vt afferret inde arcã domini dei sedentis super Cherubim, vbi inuocatũ est nomen eius. Imposuerũtq; arcã dei super
2. Regũ. 6 plaustrũ nouũ de domo Abinadab. His obuiare videtur, quod secũdo libro Regũ asseritur: Tulerunt eam de domo Abinadab, quæ erat in Gabaa. Ad hoc Lyra respõdet: Cariath Iarim & Gabaa erãt loca satis propinqua, & in Cariath Iarim primo cõgregatus est populus ad Dauid, & inde trãsierunt ad adducendã arcã quæ erat in Gabaa, & inde ducendo eam, trãsierunt per Cariath Iarim. Sed huic responsioni obuiat litera ista quæ ait: Ascendit Dauid & viri Israel ad collem Cariath Iarim, vt afferret inde arcã, quo constat q̃ eã accepit de colle & vrbe Cariath Iarim. Hinc
Pet. Co. magister in historijs scribit: Gabaa non est hic nomẽ loci aut vrbis, sed secũdum interpretatio-
histo. lib. 2 nem suã collem significat. Oza aũt & fratres eius minabãt plaustrũ. Porro Dauid, & vniuersus
Re ca. 9. Israel ludebãt corã deo, omni virtute, in cãticis, & in citharis, & psalterijs, & tympanis & cymbalis, & tubis. Cũ aũt peruenissent ad areã Chidon. Secũdo Regũ habetur ad aream Nachor. Respondetur q̃ vel area illa aut dñs areæ, duo hæc nomina habuit. Vel si erãt loca diuersa, fuerunt vicina, tetendit Oza manũ suã vt sustentaret arcã: bos quippe lasciuiens, paululũ inclinauerat eã. Iratus est itaq; dñs contra Ozam, & percussit eũ, eo q̃ tetigisset arcã, & mortuus est ibi coram dño. Contristatusq; est Dauid, eo q̃ diuisisset dñs Ozam. Vocauitq; locũ illũ diuisio Ozæ, vsq; in præsentem diem. Et timuit deũ tũc temporis, dicens: Quomodo possum ad me introducere arcã dei? Et ob hanc causam non adduxit eã ad se, hoc est in ciuitatem Dauid: sed auertit in domum Obededom Gethæi. Mãsit ergo arca dei in domo Obededom tribus mẽsibus. Et benedixit dñs domui eius, & omnibus q̃ habebat. Ista & cætera tam literalem q̃ spiritalem huius ca-
2. Regũ 6 pituli intelligentiam concernentia, in secundo Regum libro quærãtur.

DECLARATIO CAPITVLI XIIII. Misit quoq; Hiram rex Tyri nũtios ad Dauid. Art. XIIII.

Multiplex prosperitas sancti Dauid in capitulo isto describitur. Nã quia F
tam fidelis, iustus & constãs intuitu dei permãserat in aduersis tã multis & magnis, collata est ei à domino etiam temporalis prosperitas magna nimis, imo & gratia copiosa bene vtẽdi eadẽ. Porro ad prosperitatem huiusmodi pertinẽt fauor & amicitia magnatũ, bonitas coniugũ, fęcũditas prolis, victoria hostiũ, claritas famæ, affluentia opũ, pulchritudo domorũ, q̃ oĩa modici eẽnt momẽti cõparatiõe verę salutis, imo occasionaliter magis obessent, nisi adesset gratia spũs sancti ad bene vtẽdum hmõi donis, itaq; dicit. Misit q̃q; Hirã rex Tyri opulẽtissime vrbis & sitæ in corde maris. Fuitq; iugis amicitia, pax & familiaritas inter Dauid & Hiram, ad Dauid nuntios ad insinuãdũ circa negotia siue ad cõgratulãdũ promotioni ipsius Dauid, & ligna cedrina qbus Tyrij, Sidonijq; abundãt, & p mare deferũtur ad Tyrum, & artifices parietũ, lignorũq; vt ædificarẽt ei domũ qa in diuersis ædificãdi, sculpẽdi, pingẽdi, formã-

A formandiq́ꝫ artibus, Tyrij sunt valde periti. ⌊Cognouitq́ꝫ Dauid, ꝙ confirmasset eum dñs in re-
gem sup Israel, & sublеuatū esset regnū suum sup populum eius Israel. Accepit quoqꝫ Dauid alias
vxores in Hierusalē, genuitq́ꝫ filios & filias. Et hæc noīa eoꝝ qui nati sunt in Hierusalē, Sammaa
& Sobab, Nathan & Salomon, Iebhar & Elisua & Eliphalet, Noga quoqꝫ & Napheg & Iaphia,
Elisama & Baliada & Eliphalet. Audientes aūt Philistijm ꝙ vnctus esset Dauid in regē sup vni-
uersum Israel, ascenderunt oēs, vt quærerēt eum. Quod cū audisset Dauid, egressus est obuiā eis.
Porro Philistijm venientes, diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluitq́ꝫ Dauid dñm, dicēs: Si as-
cendā ad Pilistæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei dñs: Ascende & tradam eos in manu
tua. Cūq́ꝫ illi ascendissent in Baalpharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit: Diuisit deus inimicos
meos ꝑ manū meam, sicut diuidunt aquæ. Et idcirco vocatū est nomen illius loci Baalpharasim.
Dereliquerūtq́ꝫ ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri.⌋ Quicquid hic habet, secundo libro Re-
gū scriptū, expositumq́ꝫ est. Hic tamē narrat, ꝙ ante secūdā congressionē Dauid contra Phili-
stæos consuluit dñm. ⌊Alia etiam vice Philistijm irruerunt, & diffusi sunt in valle. Consuluitq́ꝫ 2. Regū.5
rursum Dauid deū. Et dixit ei deus: Non ascendas post eos. Recede ab eis & venies cōtra illos ex
aduerso piroꝝ,⌋ q̄ qualiter intelligi debeant, lucet ex eo quod secūdo libro Reg. asseritur: Non
ascendas, sed gyra post tergū eoꝝ, hoc est, non occurras eis recto itinere, sed diuerte ad latus, & Ibidē
circui, quousqꝫ possis eos inuadere ex alia parte, id est ex opposito arboꝝ versus te stantiū. ⌊Cū-
B q́ꝫ audieris sonitū gradientis in cacumine piroꝝ, tunc egredieris ad bellū. Egressus est enim deus
ante te, vt percutiat castra Philistijm. Fecit ergo Dauid sicut ꝓceperat ei deus, & percussit castra
Philistinoꝝ de Gabaon vsqꝫ Gazer. Diuulgatūq́ꝫ est nomē Dauid in vniuersis regionibus⌋ ipse-
tim in circuitu regni sui situatis non solū propter ꝓactas victorias, sed etiā propter excellentias
suæ sapiæ, eloquentiæ ac virtutū, & propter fortitudinē ac eminentiā ducū & principū, militūq́ꝫ
suoꝝ, & qm̄ summus deus tam gratiose & supernaturaliter affuit ei in bellis ac alijs causis, ⌊& do
minus dedit pauorem eius super oēs gentes⌋ .i. gentibus vndiqꝫ incussit timorē ipsius Dauid, q a
ex fama de ipso volante metuebant nec audebāt regnū eius inuadere. Sicq́ꝫ omnipotēs rex in di Hester.13
tione, cuius cuncta sunt posita, regem se honorantem & glorificantem honorauit & exaltauit,
prout primo lib. Reg. testat: Quicunqꝫ glorificauerit me, glorificabo eum. 1. Regū.2

¶EXPOSITIO CAP. XV. Fecit quoqꝫ sibi domos in ciuitate Dauid. Arti. XV.

ARca dei qualiter in Hierusalem sit perducta, nunc enarrat. ⌊Fecit quo-
sariorum ad spiritalis ædificium templi. Et sicut de Salomone loquutus est Dauid: Salomon filius
Esa. 9 meus paruulus est & delicatus, sic pater æternus de vnico filio suo per Esaiam disseruit: Paruulus
natus est nobis & filius datus est nobis, qui & quietissimo Salomone fuit quietior. Quemadmo-
dum etiam tactum est ex verbis dei ad Dauid dicentis: Multum sanguinem fudisti, non poteris
ædificare domum nomini meo, docemur quod episcoporum, sacerdotum et cleri non sit mate-
Matth. 5 riali gladio præliari, sed inimicos quoq; diligere et pro fidei defensione proprium sanguinem li-
benter effusioni exponere. Rursus ex eodem verbo instruimur ꝙ vindicatores suæ iniuriæ, et qui
1. Cor. 8 infirmam fratrum conscientiam percutiendo animas scandalizant ac perimunt, non sunt idonei
conuertere alios. Amplius per hoc quod ditissimus Dauid loquutus est: Ecce ego in paupertacu-
la mea, etc. innuitur, quod homines virtuosi et sancti quantumcumq; perfecti, seipsos pauperes
fatentur et imperfectos, præsertim quantum ex ipsis est, et comparatione altitudinis diuitiarum
Hiere. 10 sapientiæ et scientiæ dei, cuius respectu stultus factus est omnis homo à scientia sua.
Postremo, sicut Salomon plures habebat artifices, sic Chrũs multos habet vicarios et ministros
in diuersis facultatibus atq; scientijs graduatos et prædicatores doctissimos. Et sicut Dauid præ-
cepit principibus filiorum Israel vt adiuuarent filium suum ad templum ædificandum, sic pater
cœlestis iubet prælatis et principibus ac magistris populi Christiani, vt Christo fideliter coope-
rentur, ad reformationem, ædificationem ac multiplicationem ecclesiæ, in quam arca dei intro-
ducatur. i. Christi humanitas in credentium cordibus commoretur.

¶DECLARATIO CAP. XXIII. Igitur Dauid senex et plenus dierum. Arti. XXIII.

Quoniam

A QVoniam quæ sunt, à deo ordinata sunt. Et sapiētis est omnia ordinate Roma. 13
producere siue disponere. Sapientis nāq; est ordinare. Idcirco hic reci
tatur q̄ decenter ac ordinate sanctus Dauid disposuerit ministros dei
in domo ipsius & in obsequio eius. ⌊Igitur Dauid senex⌋ non solū æta
te, sed sapientia quoq; & omni virtutū probitate, morumq; grauitate,
⌊& plenus dierū⌋ .i. fructibus meritorū, quos diu viuendo reposuit &
intra se collegit, ⌊regē constituit Salomonē filiū suū sup Israel,⌋ prout
tertio Reg. lib. describit, ⌊& cōgregauit⌋ .i. ad se venire fecit ⌊omnes 3. Regū. 1
principes Israel & sacerdotes atq; Leuitas,⌋ quatenus imminēte termi
no suæ vitæ, vniuersos exhortaret, ordinate disponeret, edoceret, quē-
admodū Moses & Iosue fecisse legunt. ⌊Numeratiq; sunt Leuitæ à viginti annis & supra.⌋ In
Num. lib. habet qualiter deus p Mosen iussit nūerari Leuitas ab anno tricesimo vsq; ad quinqua Deu. 31
gesimū, quia ab anno tricesimo erāt idonei ad explendū cūcta officij sui obsequia. Aliqua tñ po- Iosue. 24
terāt exercere ab anno vicesimo, ideo hac vice ab illa ætate sunt nūerati p sacerdotes ad hoc de- Nume. 4
putatos aut p principes Leuitarū. ¶ Præterea quærit circa illud, & supra, vsq; ad quā ætatē nūera
ti fuerūt Leuitæ. Et rñdendū, q̄ si nūerabant ad deferendū onera grauia atq; ad prosequendū ob
sequia laboriosa, nūeratio illa protendebat vsq; ad quinquagesimū annū. Si vero nūerabant ad sa
crorū vasorū custodiā, extēdebat numeratio illa vsq; ad diuturniorē ætatē, vtpote sexagenariam
iuxta quosdā, vel ampliorē. Vnde in libro Num. dñs loquit: Cūq; quinquagesimū annū ætatis Nume. 8
B impleuerint, seruire cessabūt, eruntq; ministri fratrū suorū in tabernaculo fœderis, vt custodiāt q̄
sibi fuerint cōmendata, opera aūt ipsa nō faciant, ⌊& inuenta sunt triginta octo milia virorū. Ex
his electi sunt & distributi in ministeriū domus dñi vigintiquatuor milia,⌋ qui. s. in tēplo serui-
rent & sacerdotibus subministrarēt successiue seu tpe opportuno sibi pfixo, ⌊ppositorū aūt & iu
dicū⌋ nūerus fuit ⌊sex milia,⌋ qui p̄fatis milibus pērant ad disponendū qñ & qualiter sua exple
rent obsequia, ne in multitudine tanta esset cōfusio. Aliqui vero dicūt q̄ custodes vasorū aut the-
saurorū vocent pposi ti, q & ratione ætatis ac experiētiæ atq; maioris peritiæ poterāt iuniores le-
uitas dirigere ac docere. Iudices quoq; eos appellāt q pplm erudiebāt, q̄d tñ ad sacerdotes ac scri
bas magis ptinuisse censet. ⌊Porro quatuor milia⌋ erāt ⌊ianitores,⌋ suis tēporibus custodientes
ianuas domus dei exteriores & interiores, ⌊& totidē Psaltes canentes dño in organis⌋ .i. musicis
instrumētis, ⌊q̄ fecerat⌋ Dauid ⌊ad canendū⌋ .i. quatuor milia fuerūt cantores q psalmos & cā-
tica ore cantabāt & simul musicis instrumētis erāt vtentes, sicut & Dauid ore psalmos cantauit,
& digitis lusit in cithara. ⌊Et distribuit⌋ .i. distinxit ac diuisit ⌊eos Dauid p vices filiorū Leui,⌋
qui filij fuerūt, ⌊Gerson videlicet & Chahath & Merari. Filij Gerson⌋ .i. filij Gerson erāt ⌊La
adan & Semei. Filij Laadan principes, Iehiel & Zethan & Ioel tres filij Semel, Salomith & Ha
siel & Aran, tres. Isti principes familiarū Laadan. Porro filij Semei Iahath & Ziza & Iaus & Ba
ria. Isti filij Semei quatuor. Erat aūt Iahath prior, Ziza secūdus. Porro Iaus & Baria nō habuerūt
plurimos filios, & idcirco in vna familia, vnaq; domo cōputati sunt.⌋ Textus iste planus est. De-
inde describit distinctio familiarū natarū ex Chahath filio Leui. ⌊Filij Chahath⌋ fuerūt ⌊Amrā
& Isaar, Hebron & Vziel quatuor. Filij Amrā, Aaron & Moses. Separatusq; est Aaron⌋ .i. deo
iubente specialiter deputatus, ⌊vt ministraret⌋ .i. ad ministrandū ⌊in sancta sanctorū, ipse & filij
eius in sempiternū.⌋ Sācta sanctorū vel sanctū sanctorū fuit interior pars tēpli seu tabernaculi in
quā partē solus pontifex introiuit ad deprecandū, q & incensum seu thymiama adoleuit sup alta
C re incensi, q̄d fuit in exteriori tabernaculi parte. Quod ergo nūc dicit, q̄ Aaron & filij eius sepa- Heb. 9
rati fuerūt ad seruiendū in sancta sanctorū in sempiternū, vtpote p omne tēpus veteris testamēti,
intelligendū est de ipso Aaron & filijs eius sibi in pontificatu succedētibus, ⌊& adoleret incēsum
dño, secundū ritū suū, ac benediceret nomini eius in sempiternū. Mosi quoq; hoīs dei, filij, annu-
merati sunt in tribu Leui,⌋ qm̄ Moses fuit de tribu illa, non tñ fuerūt sacerdotes vt filij Aaron. Exod. 2. 6
⌊Filij Mosi, Gersom & Eliezer. Filij Gersom, Subuel primus. Fuerunt aūt filij Eliezer, Rohabia
primus. Et nō erāt Eliezer filij alij. Porro filij Rohabia multiplicati sunt nimis. Filij Isaar, Salomit
primus. Filij Hebron, Ieriahu primus, Amarias secūdus, Iahaziel tertius, Iecmaan quartus. Filij
Vziel, Micha primus, Iesia secūdus. Filij Merari, Mahali & Musi. Filij Mahali, Eleazar & Cis.
Mortuus est aūt Eleazar, & nō habuit filios, sed filias. Acceperuntq; eas filij Cis, fratres earū. Fi-
lij Musi, Mahali & Eder & Ierimuth, tres. Hi filij Leui in cognationibus & familijs suis princi-
pes, per vices & numerū capitū singulorū, qui faciebāt opera ministerij domus dñi, à viginti an-
nis & supra. Dixit eñi Dauid: Requiem dedit dñs de⁹ Israel pplo suo.⌋ Nā viuēte Dauid rege, gē
tes vndiq; erāt ei subiectæ, nec repugnare audebant, ⌊& habitationē Hierlm⌋ firmauit ⌊vsq; in
æternū,⌋ dūmodo propter pctā, aliter nō cōtingat, ⌊Nec erit officij Leuitarū vt vltra portēt ta
bernaculū & oīa vasa eius ad ministrandū⌋ .i. mox vt tēplū fuerit ædificatū & arca stabiliter ibi
locata atq; altaribus sitis in eo, Leuitæ amplius nō portabūt tabernaculum & vtēsilia eius de loco
ad locū, sicut fecerūt in heremo & alibi in terra promissionis. Ideo de talibus liberati laboribus, Nume. 4

magis intendere poterũt cultui dei in tẽplo in psalmis, canticis & sacrificiis eius. ⌊Iuxta pcepta D quoq; Dauid nouissima supputabit numerus filiorũ Leui à viginti annis & supra. Et erũt⌋ Leuitæ sub manu⌋.i. potestate & authoritate ⌊filiorũ Aaron⌋.i. pontificis maximi, aliorũq; sacerdotũ quibus deseruiẽt circa hostias offerẽdas, animalia excoriando, carnes lauãdo, ⌊in cultũ domus dñi in vestibulis⌋.i. porticibus tẽpli, ⌊& exedris⌋.i. domũculis sitis prope illud p gyrũ in qbus edebãt & quiescebãt sacerdotes, durãte eorũ obsequio ibi in tẽplo, ⌊& in loco purificationis⌋.i. in atrio, vbi sacerdotes se abluebãt ante accessum ad suũ officiũ, ⌊& in sanctuario & in vniuersis operibus ministerij tẽpli dñi. Sacerdotes aũt⌋ erũt ⌊sup panes propositionis,⌋ disponẽdo de illis secundũ legis pcepta, ⌊& ad simile sacrificiũ⌋.i. ad prosequendũ sacrificiũ quo purgatissima farina triticea offerebat, ⌊& ad lagana⌋.i. ad offerendum panes latos ac tenues, ⌊& azyma⌋.i. panes nõ fermẽtatos, ⌊& sartaginẽ⌋.i. panes q in sartagine seu patella fiebãt, ⌊& ad torrendũ⌋.i. ad cremandũ grana noua ex qbus fiebat oblatio, ⌊& sup omne pondus atq; mẽsurã⌋.i. ex officio suo prouidebũt vt sacrificia fiant secundũ pondus & mẽsurã determinata in lege. Siquidẽ aridæ materiæ ex qbus fiebãt oblationes, accipiebant pondere certo ac vario iuxta sacrificiorũ diuersitates ac species. Humida vero materia, vt vinũ & oleũ, sumebat cũ certa mẽsura, iuxta differentias oblationũ ex ea factarũ. ⌊Leuitæ vero⌋ ordinati erunt & distributi, ⌊vt stent mane⌋ omni die ⌊ad cõfitendũ⌋ cõfessione laudis diuinæ, ⌊& canendũ⌋.i. psallendũ ⌊dño, similiterq; ad vesperã, qa quotidie offerebat agnus agniculus mane & etiã vespere, qd vocabat iuge sacrificium, in cuius sacrificatione psallebãt, ⌊tã in oblatione holocaustorũ,⌋ q ad summe reuerentiã maiestatis E totaliter cõburebant, ⌊dñi, q in sabbatis & Calendis & solẽnitatibus reliquis iuxta numerũ & ceremonias vniuscuiusq; rei iugiter corã dño.⌋ Sabbatũ fuit septimanalis festiuitas legis in recognitionẽ atq; memoriã beneficij creationis mũdi. In Calendis qq; seu nouilunijs seruabat festiuitas in cõmemorationem & gratã recognitionem beneficij gubernationis. Aliæ demũ solennitates legis erant, pascha in memoriã eductionis de Aegypto, pentecostes in recognitionem legis acceptæ in Sinai monte, item festa tubarũ & expiationis ac tabernaculorũ. In his igit festis & sacrificijs q tunc fiebant in certo animaliũ, hostiarũq; numero, prout in Leuitico & Num. lib. habetur, & cũ determinatis ceremonialibus obseruantijs vniuscuiusq; rei seu sacrificij siue obsequij psallebãt Leuitæ, ⌊& custodiãt obseruationes tabernaculi fœderis⌋.i. ea q iussa sunt ibi seruari ac fieri, ⌊& ritũ sanctuarij⌋.i. templi seu tabernaculi, ⌊& obseruationẽ filiorũ Aaron fratrũ suorũ⌋.i. ea adimpleant q sacerdotes ipsis iniunxerint, ⌊vt ministrent in domo domini.

3. Reg. 6

Nume. 24

Leui. 23

Exod. 12
Nume. 10
Deute. 16
Leui. 23
Nume. 28

¶ Mystice, p tam multiplicẽ distinctionẽ & pulchrã ordinationẽ ministrorũ tẽpli & actuũ eorũdem pfigurata est cœliformis atq; pulcherrima ordinatio, distinctio ac dispositio militãtis ecclesiæ in suis ordinibus & ministris, gradibus, statibus, psonis, sacramentis, officijs, charismatibusq; diuersis tã gratiæ gratis datæ, q gratiæ gratificãtis. De qbus in epistolis Pauli diuersa leguntur.

Roma. 13
1. Cor. 12
1. Cor. 14. 15

¶EXPLANATIO CAP. XXIIII. Porro filijs Aaron hæ partitiones erant. Arti. XXIIII.

HIc narratur qualiter deuotissimus rex Dauid cultum dei amplificans, in F stituit vigintiquatuor ordines sacerdotum in templo sibi inuicem succedentium in sacerdotali officio, ita q in quolibet ordine præerat vnus sacerdos, plures sub se habẽs sacerdotes, & secum in sua hebdomada ministrantes, erantq; sedecim ordines seu familiæ sacerdotum istorũ nati ex semine Eleazari filij Aaron, & octo ex Ithamar fratre Eleazari huius. Omnibus quoq; familijs Eleazari vnã præfecit dominum, videlicet ipsum Sadoc. Omnibus itẽ familijs Ithamar ipm Achimelech. ⌊Porro filijs Aaron hæ partitiones⌋.i. partes & diuisiones ⌊erãt, filij Aaron Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. Mortui sunt aũt Nadab & Abiu ante patrẽ suũ absq; liberis, sacerdotioq; functus est Eleazar & Ithamar, & diuisit eos Dauid⌋ videlicet sacerdotes ac posteros filiorũ Aaron, ⌊id est Sadoc⌋ & cognatorũ ipsius natorũ, ⌊de filijs Eleazar, & Achimelech de filijs Ithamar secundũ vices suas & ministeriũ⌋.i. secundũ q congruebat eorũ officijs p temporũ interualla, ⌊inuentiq; sunt multo plures filij Eleazari in principibus viris⌋.i. inter pcipuos viros atq; in numero principaliũ virorũ; ita q ipsi sic inuenti erãt huiusmodi viri, ⌊q filij Ithamar. Diuisit aũt eis, hoc est filijs Eleazar, principes p familias sedecim⌋.i. ipse Dauid assignauit & deputauit sedecim sacerdotalibus familijs ex Eleazaro genitis. Sedecim sacerdotes principales, ita q in qualibet familia illa fuit vnus sacerdos pcipuus, pter Sadoc, & etiã sub Abiathar pontifice, ⌊& filijs Ithamar p familias & domos suas⌋.i. octo familijs sacerdotalibus generatis ex Ithamar, pfecit ⌊octo⌋ sacerdotes vnicuiq; vnũ. ⌊Porro diuisit vtrasq; inter se familias sortibus⌋.i. p sortiũ missionẽ à dño temperatã determinauit, quæ familia esset prima in ministrando in templo, quæ secunda, quæ tertia, &c. ⌊Erant enĩ principes sanctuarij & principes domus dei tã de filijs Eleazar q de filijs Ithamar⌋.i. de amborũ filijs erant aliqui sacerdotes principa

Deute. 18

A principales qui erant principes dei.i.pertinētes ad deū & cōsecrati eidem, quemadmodū in Genesi filij Seth loquuti sunt Abrahæ: Princeps dei es apud nos. Gene. 13
Descripsitq́ eos Semeias filius Nathanael, scriba, Leuites, corā rege & principib⁹, & Sadoc sacerdote & Achimelech filio Abiathar, principibus q́q familiaꝝ sacerdotaliū & Leuiticaꝝ, vnā domū, quæ cæteris ꝑerat, Eleazar & alterā domū, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar. i. Semeias descripsit ex posteritate Eleazari, vnū, videlicet Sadoc, cæteris familijs Eleazari ꝑsidentem, vt dictū est, & simili modo fecit de Ithamar. Exiuit aūt sors prima Ioiarib, secunda Iedaiæ, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Miamin, septima Acchos, octaua Abia, nona Iesu, decima Sechania, vndecima Eliasib, XII. Iacim, tredecima Hupha, decimaq̄rta Isbaab, decimaquinta Belga. XVI. Emmer, XVII. Hezir, decimaoctaua Haphses, decimanona Pathahia, vicesima Ezechiel, vicesimaprima Iachin, vicesimasecūda Gamul, vicesimatertia Dilaiahu, vigesimaquarta Maaziahu. Hæ vices eoꝝ secundū ministeria sua vt ingrediant domū dei, & iuxta ritū suū, sub manu Aaron patris eoꝝ, sicut ꝑcepit dominus deus Israel. i. sacerdoti Ioiarib sic noīato, vt esset sacerdos hebdomadarius cū sacerdotibus sibi subiectis in prima hebdomada, sicq́ deinceps, vt fertur in litera, Inter quas familias octaua fuit Abiæ, de qua (vt apud Lucā habet) sanctus ille Zacharias pater gloriosissimi fuit Iohānis Baptistæ. Luc. 1
Porro filioꝝ Leui qui reliqui fuerunt de filijs Amram. i. de numero illoꝝ erat Subhuel, & de filijs Subhuel Iechdeiahu. De filijs q́q Rohabię, princeps Iesias, Isaaris vero filius Salemoth, filiusq́ Salemoth, Iahath, Filiusq́ eius Ieriahu primus, Amarias secūdus, Iahaziel tertius, Iecameam quartus. Filius Vziel Micha, filius Micha Samir, frater Micha Iesia, filiusq́ Iesiæ Zacharias, filij Merari, Mahali & Musi, filius Iaaziahubeno. Filij q́q Merari,
B Iaaziahubeno, & Soem & Sachur & Hebri. Porro Mahali filius Eleazar, q non habebat liberos. Filios vero Cis, Ierahmel, filij Musi, Mahali, Eder & Ierimoth. Isti filij Leui secundū domus familiaꝝ suaꝝ, quidā dicunt istos fuisse doctores ac iudices. Miserūtq́ & ipsi sortes cōtra fratres suos filios Aaron. i. in ordine doctoratus ac iudiciarię authoritatis cōstituebant per sortes sicut ꝑfati in ordine ministerij sacerdotalis. Qualiter vero liceat sortibus vti, alibi dictum est sæpe.

¶DECLARATIO CAP. XXV. Igitur Dauid & magistratus exercitus, Arti. XXV.

DE dispositione & distinctione cantoꝝ hic agitur. Igit Dauid & magistratus exercitus. i. superiores & officiati sui palatij, segregauerūt in ministeriū filios Asaph & Heman & Idithun. i. filios hoꝝ trium principalium cantoꝝ seperauerunt à cæteris filijs Israel, quatenus speciale officium. s. cantoriā exercerent in domo dei. Hinc subdit, qui prophetarent in psalterijs & citharis & cymbalis. i. ludendo in his musicis instrumentis, de qbus ꝑdictum est, decantarent psalmos & cantica prophetaꝝ. Hebræi tamen (vt fertur) affirmāt, q psallendo cū his musicis instrumentis mox tangebant à spū sancto, dono seu gratia prophetiæ, & prophetabāt, vt quarto Regum de Helisæo narrat. 4. Regū. 3
Hæc ergo egerunt, secundum numeꝝ suū. i. prout eoꝝ distinctioni ac numero congruebat, vtl tali aut tali musico instrumento. ¶Circa hæc duo quærunt. Primū, cur dispositio ista ministroꝝ templi fiebat ꝑ
C regē & non potius ꝑ pontificem? Secundū, cur Idithun annumeret hic ipsi Asaph & Heman tanquā cantoribus, cū supra non Idithun, sed Ethan illis duobus annumeret. 1. Para. 6
Ad primū dicendum, q in veteri testamento, cuius sacerdotiū fuit carnale, carnales immolās hostias, rex fuit sup pontificē, sicut & Thomas in libro de regimine regum declarat. Ad aliud respondet, q ille qui supra Hetham vocat, hic Idithun appellat, quia binomius fuit. Ibidē
dedicato sibi officio seruientes. i. officium cantādi eis deputatū exequentes, & erant quatuor de filijs Asaph, de quibus subiungitur, de filijs Asaph erant Zachur & Ioseph & Nathania & Azarela, filij Asaph ꝑfati sub manu Asaph prophetātes iuxta regē. i. deū laudabāt sub directione patris sui & vicinius stabāt regi. Vnde supra scriptū est, q stabāt à dextris. Ibidē
Godolias, Sari, Iesaias & Hasabias & Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithun, Filij ergo Idithun cantores erāt sex qui exprimunt in hoc loco qui Idithun in cithara prophetabat. i. psallebat. Cōmuniter tamen tenet q tres illi principales cantores prophetiæ spū claruerunt, imò aliqui dicunt quosdā psalmos ab eis factos, super confitentes & laudātes dn̄m. i. psallēdo ꝑfuit his qui in choro & ordine suo deū laudabāt. Heman quoq́ filij, Hemon, Bocciahu, Mathania, Vziel, Subhuel & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Gedalthi & Romathi, Ezer, Iosbaccasa, Mellothi, Othir, Mahazioth. Hic nominant quatuordecim cantores filij ipsius Heman principalis cantoris. Omnes isti filij Heman videntes regis. i. prophetæ ipsius Dauid, cuius psalmos & cantica resonabāt, ideo additur, in sermonibus dei, quoniam psalmi & cantica illa sunt dei eloquia. Vel si spm̄ prophetiæ habebant, annuntiauerunt regi abdita & futura ex reuelatione diuina, vt exaltaręt cornu. i. quatenus deus

regiam dignitatem ac robur Dauid posteritatisq; suę sublimare dignaeet & conseruare. Orabāt D
eñi pro temporali ac spiritali regis ac sobolis suæ prosperitate, & omnia referebāt ad dei honorem & veram salutem. ⌊Deditq; deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. Vniuersi sub manu patris sui, ad cantandū in templo dñi distributi erāt, in cymbalis & psalterijs & citharis in ministeria domus dñi, iuxta regem Asaph videlicet & Idithun & Heman. Fuit aūt numerus eorum cum fratribus suis qui erudiebāt canticum dñi⌋ .i. erudite ac sapienter psallebāt ac alios docuerūt cantica, psalmos & laudes dei, ⌊cuncti doctores ducenti octogintaocto. Miseruntq; fortes per vices suas ex æquo, tam maior q̄ minor, doctus pariter & indoctus⌋ .i. prædicti vigintiquatuor cātores inter se æqualiter sortes miserunt quis eorū esset primus .i. cum sacerdote primo hebdomadario suum officiū exequēs, & quis secundus, quis tertius iuxta eundem sensum. Erant autem omnes saltē aliqualiter docti, nec aliter apti fuissent ad cantoriā. Sed quidā comparatione aliorū videlicet, doctiorū dicebantur indocti .i. minus docti. Confidebant quoq; quod ex directione prouidētie dei sors caderet congruēter super vnumquemq; iuxta aptitudinē suam ad suum officium, quemadmodū Salomon loquitur: Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. Prouer. 16
Idcirco nō fuit incautū neq; iniustū, q̄ taliter sortes miserunt. ⌊Egressaq; est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph⌋ .i. filio Asaph, ⌊secunda Godoliæ,⌋ filio Idithun, ⌊ipsi & filijs eius & fratribus eius duodecim. Tertia, Zachur, filijs & fratribus eius duodecim. Quarta, Isari, filijs & fratribus eius duodecim. Quinta, Nathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Sexta, Bocciahu, filijs & fratribus eius duodecim. Septima, Isarela, filijs & fratrib⁹ eius duodecim. Octaua, Iesaiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Nona, Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Decima, Semeiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima, Azarael, filijs & fratribus eius duodecim. Duodecima E
Hasabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Tredecima, Subhuel, filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima, Mathathiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Quintadecima, Ierimoth, filijs & fratribus eius duodecim. Sextadecima, Hananiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Septimadecima, Iosbaccasæ, filijs & fratribus eius duodecim. Octauadecima, Hanani, filijs & fratribus eius duodecim. Nonadecima, Mellothi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima, Eliata, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaprima, Othir, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimasecūda, Goddalthi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimatertia, Mahazioth, filijs & fratrib⁹ eius duodecim. Vicesimaquarta, Romanthi Ezer, filijs & fratribus eius duodecim.⌋ Nam vnusquisq; illorū vigintiquatuor cantorū habuit sub se duodecim sibi associatos, cum quibus exercuit suum officiū cum sacerdote suæ hebdomadæ. Erātenim vigintiquatuor sacerdotes p̄cipui, de quibus dictum est cap. præcedenti, quorū quilibet suam habuit septimanam, vtpote primus primā, secundus secundā, sicq; deinceps idem fuit ordo cantorū istorum, ex quibus elucescit huius cap. sensus. 1. Par. 24

¶DECLARATIO CAP. XXVI. Diuisiones autem ianitorum de Choritis. Atti. XXVI.

DIstinctio ac dispositio ianitorum atq; custodum seu sacristarum hic recitatur, quorum distinctio sumitur iuxta distinctionem portarum seu ianuarum atrij templi, in cuius atrio erant ostia quatuor iuxta respectum ad quatuor plagas terræ. ⌊Diuisiones autem ianitorum⌋ sunt quæ infra habētur in isto capitulo, ⌊de Choritis Messelemia filius Chore⌋ .i. vnus ianitorum præcipuorum fuit vir iste Messelemia natus ex filijs Chori Leuitæ, ⌊de filijs Asaph.⌋ Deinde in exordio huius capituli describuntur generationes ianitorum. ⌊Filij Messelemiæ, Zacharias primogenitus, Iadiael secundus, Zabedias tertius, Iathniel quartus, Elā quintus, Iohannan sextus, Elioenai septimus. Filij autem Obededom, Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioab tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amiel sextus, Isaschar septimus, Pollathai octauus, quia benedixit illi dominus. Semeię autem filio eius nati sunt filij, præfecti familiarum suarū, erāt enim viri fortissimi. Filij ergo Semeia, Othni & Raphael & Obed Elsachar, & fratres eius viri fortissimi. Eliu quoq; & Samachias, omnes hi de filijs Obededom, ipsi & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexagintaduo, de Obededom. Porro Messelemiæ filij, & fratres eorum robustissimi decem & octo. De Hosa aūt .i. de filijs Merari, Semri princeps. Non eñi habuerat⌋ ipse Hosa ⌊primogenitum, idcirco posuerat eum⌋ .i. ipsum Semri ⌊pater eius⌋ Hosa ⌊in principem⌋ suæ familiæ. Circa hoc scribit quidā, q̄ istud dupliciter possit exponi. Primo, ad satisfaciendum quæstioni, qua quæri posset, quare Hosa posuit istum filium suum nomine Semri in principem? Ad quod litera ista respondet, quia non habuit primogenitum. Secundo exponitur, q̄ ideo posuit istum in principem, quia non habuit primogenitum aptum ad principatum. Primā autem expositionem reprobat ille, quia saltē

iste

A iste Semri fuit primogenitus eius aut alius. Ad quod quis dicere posset, q Hosa ideo dicitur primogenitum non habuisse, q a primogenitus eius iam obijt, sicq illa cessat obiectio. L Helchias. Helchias secundus. Tabelias tertius. Zacharias quartus, oes hi filij & frs Hosa, tredecim. Hi. J iam expressi, L diuisi sunt in ianitores vt semp principes custodiarum. J .i. quatenus ipsi iugiter existêtes principales in custodiendo ianuas & contenta infra easdem, L sicut & frs eorum ministrarent. J in isto officio L in domo dni. Missae sunt ergo fortes ex aequo, & paruis & magnis p familias suas, in vnamquaq portam. J ad cognoscendum, ad cuius portae custodiam vnusquisq istorum deputaret. L Cecidit ergo fors orientalis Semei. J .i. fors indicans, qs fieret custos portae orientalis ipsius atrij egressa est viro illi noie Semeliae. L Porro Zachariae filio eius & viro prudentissimo J in rebus humanis, L & erudito J in diuinis L sortito obtigit J .i. deputata est L plaga septêtrionalis J hoc est, custodia portae respicientis ad aqlonem. Nempe cu vir iste fuerit tantae prudentiae decuit eum principalem esse custodem in vna porta. L Obededom vero & filijs eius ad austrum J .i. sorte contigit praeesse custodiae portae australis, L in qua parte domus J dei L erat seniorum consilij J .i. iudices ocdinarij consulebant ibi de bono cômuni, & occurrêtibus arduis causis, ideo porta illa fuit diligenter custodienda. L Suphim & Osa J praefuerût portae sitae L ad occidentem iuxta portâ quae ducit ad viam ascensionis J qua itur ad montem Syon. Vel ad palatiu regis, siue ad aliud quid simile L custodia contra custodiam. J Nam porta illa occidentalis fuit directe ex opposito portae orientalis locata, sicq custodia vnius fuit ê regione custodiae alterius. L Ad orientem vero Leuitae sex J .i. sex custodes leuiticae stirpis fuerunt deputati ad orientalis portae custodiam. Templum em versus occidentem respiciebat, & ita intrabat in illud p portam orientalem, p quâ fuit maior accessus.

B Ideo constituti sunt ibi sex ad reprimendum tumultum. In alijs portis quatuor erant, vt subditur: L & ad aqlonem quatuor, p diem, atq ad meridiem siC in die quatuor, & vbi erat concilium, bini & bini. In cellulis quoq J .i. cameris L ianitorum ad occidentem quatuor J erât Leuitae L in via J p accedentium directione, L biniq p cellulas J hoc est, duo in qualibet cellula cômanebant. Sequitur de custodibus seu sacristis quorum officiû erat sacerdotalia ornamenta & sacra vasa custodire, pnosa quoq vt auri, argentû, & consilia dno côsecrata seruare. L Ad septêtrionem vero & meridiem, quaterni, p dies singulos mutabant, & ad basilicâ concilij, ad occidêtem bini, habentes subiectos, alios in via, biniq p cellulas. Hae sunt diuisiones ianitorum filiorum Chore, & Merari. Porro Achias erat sup thesauros domus dni, & vasa sanctorum J .i. diuini cultus. L Filij quoq Laadan, filij Gersoni. De Laadan, principes familiarum Laadan, & Gersoni, Iehieli. Filij Iehieli, Zathan, & Ioel fratres eius, sup thesauros domus dni, Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis, & Ozielitis. Sabuel aût filius Gerson, filij Mosi, ppositus thesauris. Fratres quoq eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Esaias, & huius filius Iorâ, huius quoq filius Zechri, & huius Zelomith. Ipse Selomith, & frs eius J fuit L supec thesauros sanctorum J .i. thesauros atq pecunias templi ordinatas, ad sancta ex eis formâda, componenda, aut recuperâda, L quae sanctificauit Dauid rex, & pcincipes familiarum, & tribuni & centuriones & duces exercitus de bellis & manubijs spoliorum, quae consecrauecât ad instaurationê & supellectilem templi dni. J Cum em reges & principes Israel habuerunt victorias, consueuerunt pretiosa quaeq inter spolia reperta, deo consecrare & offerre in templo, vt applicarent vsibus sacris, & hoc fecerunt, p gratiarum actione altissimo exhibenda, & talia quae dâ consecrauerunt etiâ Samuel, & Saul, ac Abner, & postea Ioab. L Haec aût vniuersa sanctificauit Samuel, videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiae, omesq sanctificauerunt ea, p manû Salomith, & fratrum eius. Isaaritis J de Isaac natis L vero praeerat Chonanias & filij eius. Hic agit de

C praesidentibus & praefectis, L ad opera forinsecus super Israel ad docendum, & J ad L iudicandum eos. J Hi etenim alios docuerunt, qualiter se habere deberent in agendis, & causas ac lites illorum determinabant. Siue vt aliqui opinantur, docuerunt eos praesidere atque adducere ligna cedrina, ac lapides pro necessarijs templi reparationibus & structuris.

L Porro de Hebronitis J Natis ex semine Hebron, filij Chahat, L Hasabias & fratres eius, J hoc est, cognati, L viri fortissimi mille septingenti praeerant Israeli trans Iordanem, J videlicet, tribui Ruben & Gad, ac mediae stirpi Manasse, L contra occidentem in cunctis operibus domini, & in ministerium regis. J hoc est, praefatas tribus ibi longe à templo commorâtes, docuerunt, qualiter deo & regi seruirent, reddendo deo quae dei sunt, & regi suo terreno quae ei debebant. Atq vt aliqui opinantur, collegerunt fructus agrorum ac vinearum, ibi situatorum consecratorumq, deo, similiter redditus ac prouentus pertinentes ad regem. Matt.22

L Hebronitarum autem princeps fuit Iedia secundum familias & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt, & inuenti sunt viri fortissimi in Iaazer, J hoc est, loco sic dicto, L Galaad J id est, vir pricipalis sic nominatus, L fratres q eius J hoc est, cognati, L robustioris aetatis, duo milia septingenti principes familiarum, J id est, principales & capita in suis familijs. Ista numeratio facta est, Dauid iuste iubente, in vltimo vitae & praesidentiae suae anno, in quo Salomon de cunctis edocuit, & de cunctis deinceps agendis optime ordinauit. 1.Reg.24

Præpoſuit autem eis Dauid rex.i.præfatos principales in ſuis familiis, tunc præfecit. Rube- D
nitis & Gadditis & dimidiæ tribui Manaſſe. Quia tunc erant valde multiplicati in omne mini
ſteriũ dei & regis ſicut expoſitũ eſt. ¶Præterea iuxta myſticũ ſenſum ianitores domus dei ſunt
prælati & ꝓdicatores, oẽsq́ꝫ ſeruidi q verbo & exemplo alios conuertũt & introducunt in eccleſi
am dei, ita ꝙ Chſo incorporant. Introducũt aũt eos ꝑ quatuor portas, ꝑ quas intelligi poſſunt qua
tuor cardinales virtutes, ſeu quatuor euangelioꝝ doctrinæ. Conſideratio quoq́ꝫ quatuor nouiſſi-
moꝝ. Contemplatio item myſterioꝝ dñi ſaluatoris, videlicet incarnationis, paſſiõis, reſurrectio
nis, & aſcenſionis ipſius. Baptiſmus etiam ꝓt dici porta orientalis. Extrema vnctio porta occidẽ-
talis. Sacer ordo porta auſtralis, pœnitentia porta aquilonaris. ¶Circa has portas diuerſi diuer-
ſimode occupãtur, aliosq́ꝫ multiformiter inſtruunt & inducunt, & ſuperiores habent, quàmplu-
res ſibi ſubiectos & cooperantes.

¶ELVCIDATIO CAP. XXVII. Filii autem Iſrael ſecundum nume rum ſuum principes familiarum. Art. XXVII.

R
Ecolitur modo, qualiter prudentiſſimus Dauid ordinauerit atq́ꝫ diſtin-
xerit totum exercitum ſuum ꝑ cuneos particulares, eorumq́ꝫ principes,
tamẽ oĩbus illis præfuit vnus totius militiæ princeps & iſtud fuit à prin
2.Regū.2 cipio regni Dauid, quando adhuc regnauit in Hebron ſuꝑ tribum Iudę
& eos q confugerunt ad ipſum, q̃a viderunt dñm eſſe cum ipſo, & noue E
rant ei eſſe promiſſum regnum ꝑ Samuelem. Filii aũt Iſrael ſcd̃m nu-
meꝝ ſuum.i.iuxta certã numerari taxam, videlicet q̃dam eoꝝ fuerũt
principes familiaꝝ tribuum, q̃a in vna tribu fuerũt multæ familiæ ſe
cundũ ꝙ multi fuerunt filii vnius ꝑriarchę tribuni & centuriones & ꝓ-
fecti q miniſtrabant regi iuxta turmas ſuas.i.ſi cũ contionibus ſibi ſub
iectis, ingredientes & egredientes ꝑ ſingulos menſes in anno. Erant eñi duodecim principes ꝓ
ſidentes duodecim turmis militum ſeu pugnatoꝝ, & in principio cuiuſlibet menſis intrauit vnus
princeps cũ ſua cohorte, vt eſſent cũ rege in eius obſequiũ, atq́ꝫ in fine menſis exiuit, & tunc alius
cũ ſuo cuneo introiuit, ſicq́ꝫ fiebat ꝑ totũ circulũ anni. Erant aũt in qualibet turma vigintiquatuor
milia, ideo ſubdit, vigintiquatuor milibus ſinguli præerant.i.quibet illoꝝ duodecim principũ
primæ turmæ in primo menſe præerat Iaſoboam q fuit vnus de tribus fortiſſimis, & ſupra vo
1.Para.27 catus eſt Ioſabeam, filius Zabdiel & ſub eo vigintiquatuor milia, de filiis Phares filii Iudę natus
de quo & Dauid proceſſit, princeps cunctoꝝ principũ in exercitu menſe primo. Ita quod in ſuo
menſe non ſolũ præerat ſuæ turmæ, ſed & cæteraꝝ turmaꝝ principibus. Deinde exprimunt in
textu, principes aliaꝝ turmaꝝ, & qualiter principes illi habuerunt quoſdam ſub ſe, quaſi vicarios,
qui præerãt, quando principes illi ꝑſonaliter non affuerunt, & planus eſt textus, niſi ꝙ Aſael frater
Ioab dr̃ præfuiſſe quartæ turmæ, cum tñ fuerit interfectus ab Abner circa principiũ regni Dauid.
2.Regū.2 Deinde conſequenter hic deſcribit, qualiter vnicuiq́ꝫ tribui Iſrael ꝓfuit vnus ꝓfectus ad accipiendũ
tributũ, & ad alia quædã. Secũdi menſis habebat turmã Dodai Ahohites, & poſt ſe alter nomi-
ne Maceloth, q regebat partẽ exercitus, vigintiquatuor miliũ. Dux quoq́ꝫ turmæ tertiæ in men-
ſe tertio, erat Banaias, filius Ioiadæ ſacerdotis, & in diuiſione ſua vigintiquatuor milia, ipſe eſt Ba-
naias fortiſſimus inter triginta, & ſuꝑ triginta. Præerat autem turmæ ipſius Amizadab, filius eius. F
Quartus, menſe quarto, Aſael frater Ioab, & Zabadias filius eiꝰ poſt eum, & in turma eius vigintiq̃
tuor milia. Quintus, mẽſe q̃nto, princeps Samauth Iezraites, & in turma eius vigintiquatuor mi
lia. Sextus, menſe ſexto. Hira filius Acces Thecuites, & in turma eius vigintiquatuor milia. Se-
ptimus, mẽſe ſeptimo, Helles Phalonites, de filiis Ephraim & in turma eius vigintiquatuor milia.
Octauus, menſe octauo, Sobochai Huſathites, de ſtirpe Sarah, & in turma eius vigintiquatuor
milia. Nonus, menſe nono, Abiezer Anathothites, de filiis Iemini. & in turma eius viginquatu-
or milia. Decimus, menſe decimo, Maarai, & ipſe Netophathites, de ſtirpe Zarahi, & in turma
eius vigintiquatuor milia. Vndecimus, menſe vndecimo, Banaias Pharathonites, de filiis Ephra
im, & in turma eius vigintiquatuor milia. Duodecimus, menſe duodecimo, Heldai Netophathi-
tes, de ſtirpe Othoniel, & in turma eius vigintiquatuor milia. Porro, tribubus præerant in Iſra-
el. Rubenitis, dux Eliezer, filius Zechri. Symeonitis, dux Saphatias, filius Maacha. Leuitis,
Haſabias, filius Camuel. Aaronitis, Sadoc. Iudaitis, Elihu frater Dauid. Iſſacharitis, Amri, fi
lius Michael. Zabulonitis, Ieſmaias filius Abdiæ. Nephthalitibus, Ierimoth filius Aſriel. Filiis
Ephraim, Oſee filius Ozaziæ. Dimidiæ tribui Manaſſe, Ioel filius Phadaiæ. Et dimidiæ tribui
Manaſſe in Galaad, Iaddo filius Zachariæ, Beniamin autem Iaaſiel filius Abner. Dan vero Aza-
rael filius Ieroham. Hi principes filiorum Iſrael. Hæc expoſitione non indigent. Noluit au-
tem ſic ſcribi debet, & nõ voluit. Itaq́ꝫ noluit Dauid numerare eos videlicet filios Iſrael, à vi
Geneſ.17 ginti annis & inferius id eſt, eos q nondũ venerũt ad virilem ætatem ꝓpter eoꝝ innumerabili-
Deu.10 tatem, ideo ſubditur, quia dixerat dominus, vt multiplicaret filios Iſrael quaſi ſtellas cœli.

Ideo

A Ideo viri & pueri numerari vix potuissent ⌊Ioab filius Zeruiæ cœperat numerare⌋ à viginti annis & supra, ⌊nec compleuit⌋ Non enim numerauit tribum Leui & Beniamin, ⌊quia super hoc ira irruerat sup Israel⌋ id est, antequàm totus pp̄ls numeraret à Ioab, deus misit pestē in populū, propter peccatum sup̄biæ, qua Dauid iusserat totum pplm̄ numerari, & nisi dn̄s iram suam monstrasset, probabile est, ꝙ Dauid fecisset numerari residuos. ⌊Et ideo numerus eoꝝ q fuerunt recensiti⌋ hoc est, numerati seu commemorati p̄ numeralem descriptionem, non est relatus in fastos regis Dauid⌋ id ē, redactus siue descriptus non est in libris annalibus, in q̄bus describunt gesta anni. Vnde videt, quòd Dauid cordialiter de sua sup̄bia pœnitens, & deum sibi reconciliare exoptans non p̄misit numeꝝ illum referri in fastis ex humilitate, quia peccauit in numeratiōe, quod textus satis innuere videt, Ioab (inquiens) cœperat numerare, nec compleuit, q a sup hoc ira irruerat in Israel, quibus verbis adiecit, & idcirco numerus eoꝝ qui recensiti sunt &c. ¶ Consequenter exprimunt in textu custodes & p̄sides thesauroꝝ terræ nascentium regis, videlicet qui custodiebant diuitias eius naturales & artificiales, mobiles atq; immobiles, quia ex rationabilibus causis licet regibus & principibus thesaurizare, tamen cum moderamine. ⌊Sup thesauros autem regis fuit Asmoth filius Adiel. His autem thesauris qui erant in vrbibus & in vicis & in turribus p̄sidebat Ionathan filius Oziæ. Operi autem rustico & agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub, vinearūq; cultoribus Semeias Ramathites. Cellis autem vinearꝭ Zabdias Saphomites. Nam sup oliueta & ficeta quæ erant in campestribus Baal Hanan Gaderites. Sup apothecas autem olei Ioas. Porro armentis quæ pascebant in Saron, p̄positus fuit Sethari Saronites. Et sup boues in vallibus Saphat, filius Adlai, sup camelos vero Vbil Ismaelites. Et sup asinos Iohadias Meronathites, sup oues quoq; Iazim Agarenus. Omnes hi principes substantię regis Dauid. Ionathā autem patruus Dauid, consiliarius, vir potens, & prudens, & literatus, ipse & Iehiel filius Bachamoni, erant cum filijs regis⌋ Dauid ad erudiendū eos, vel ad communicandum cum eis in honore Achitophel etiam cōsiliarius regis, & Chusai Arachites, amicus regis. Post Achitophel fuit Ioiada, filius Banaiæ, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis, erat Ioab.

Reg. 24
1. Paral. 21

¶EXPOSITIO CAP. XXVIII. Conuocauit igit Dauid omnes principes Israel. Art.XXVIII.

B PRæsens capitulum refert, qualiter Dauid rex videns se morti propinquum, filium suum sibi in regno successurū, sapienter ac feruenter admonuit, & instruxit de vniuersis agendis p̄ ipsum. ⌊Conuocauit igit Dauid omnes principes Israel⌋ vtpote ⌊duces,⌋ hoc est, p̄fectos tribuum, ⌊& præpositos turmaꝝ⌋ quoꝝ quilibet præerat vigintiquatuor milibus pugnatoꝝ ⌊qui ministrabant regi, tribunos quoq;⌋ .i. millenarios quoꝝ vnusquisq; pręfuit mille viris pugnantibus, ⌊& centuriones, & q præerant substantiæ, & possessionibus regis⌋ .i. eos q custodiebant opes & facultates regis⌋, ⌊filiosq; suos cum eunuchis, & potentes & robustissimos quosq; in exercitu Hierusalē⌋ Eunuchi dici solēt abscisi, non autem licuit Israelitis abscindere se. Quòd si dicant eunuchi isti fuisse Gentiles, non fuissent forsitan ad consilium conuocati. Hinc p̄ eunuchos intelligunt hic, viri sp̄uales, deuoti. Ideo

C ait Glossa. Lex prohibet Israelitas abscidi, & alienigenæ non solent ad consilij secreta admitti. Sed dicūe hoc loco eunuchos vocari, q à seculi actibus alieni, orōnibus & lectiōi vacabant, & vxores nō cā libidinis sed suscipiendę prolis habebāt, q̄s Iosephus vocat Essæos. Hinc etiam aliqui scribunt p̄ eunuchos designari instructores filioꝝ regis & nutritores, ita vt propter suam castitatem saltem coniugalem & probitatem, vocent eunuchi. ⌊Cumq; surrexisset rex, & stetisset⌋ Ex his & quę in libro Regū scripta sunt, videt ꝙ Dauid præ inualitudine ac senio decubuit lecto, q̄n filium suū Salomonē informauit de his quę in isto & sequenti habent capl'is. Sicq; dicendum esset, et surrexit de lecto & stetit .i. resedit in eo, vel extra lectulum stetit, vt melius audiret à multis. Alij dicunt, ꝙ surrexit à loco quo sedit, & stetit sup gradum quem fecerat ad loquendū. Assurrexit quoq; maioribus conuocatis q cōitatem totā rep̄sentabant ad reuerentiā cōitatis, quemadmodū de beatissimo Petro legit in Actis: Surgens Petrus in medio fratrū, dixit. Sic abbas assurgit conuētui, in quo Chr̄m honorat, ⌊ait: Audite me frēs mei⌋ Ecce verbū humilitatis, ⌊& pp̄lus meus⌋ Ecce verbū paterni amoris. ⌊Cogitaui vt ædificarem domū, in qua requiesceret arca fœderis dn̄i, & scabellū pedū dn̄i dei nostri, & ad ędificandū oīa p̄paraui⌋ Iam supra habitū est: Aedificauit Dauid locū .i. domū arcæ dei tetendiq; ei tabernaculū, quo ergo nūc subdit. ⌊Deus aūt dixit mihi: Non ædificabis domū nomini meo, eo ꝙ sis vir bellator & multū sanguinē fuderis⌋ Sed ad istud patet responsio ex expositione superiorum Non enim de quacunq; domo intelligitur istud, sed de templo solenni, vt sacrificia fierent. ¶ Præterea, operimentum arcæ erat secundum quosdam scabellum pedum dei residentis sup propitiatorium, quod fuit thronus seu sedes sup illud sedentis, quod portabatur à Cherubim, idcirco in textu dictum est, & scabellū pedū dei nostri, esset in domo illa seu templo.

3. Reg. 1
Act. 1
1. Para. 17
1. Para. 17

Alij vero

Alij vero imaginant͡ q̄ sedile dei seu propitiatorium, fuit ipsum arcæ operimentum & pauimentū coram arca fuerit dei scabellum. & Intelligendū est spūaliter totum istud, cum deus altissimus sit prorsus incircumscriptibilis atq; immensæ & suppurissimæ simplicitatis. Sed vbi specialr̄ operat͡, ibi specialr̄ esse, habitare, residereq; dicit͡. Cum ergo deus intra sancta sanctoꝝ responsa dare & solitus fuerit apparere sup oraculum seu propitiatorium, merito dicebat͡ ibi sedere, qui tamen ad insinuandum suæ maiestatis immensitatem, p Esaiam protestat͡: Cœlum mihi sedes est, terra autē scabellum pedum meoꝝ. Loquit͡ autē scriptura de deo more humano, quàmuis ipse in propria natura non habeat corpalia lineamenta aut membra humana. Deus aūt dixit mihi: Non ædificabis &c. Istud supra expositum est. Sed & elegit dn̄s deus Israel me de vniuersa domo patris mei vt essem rex sup Israel in sempiternū. De Iuda em̄ elegit principes. Porro de domo Iuda domum patris mei. Circa hoc qdam scribit, qa in trāsitu maris rubri tribus Iuda primo secuta est Mosen formidantibus alijs. Ideo meruit regiam dignitatē. Veruntamen potius est tenendum q̄ deus de Iuda elegit reges & principes, quia ex tribu illa incarnari decreuit. Peopter quod tribum illā multis priuilegijs decorauit, & diu ante trāsitum maris rubri, prædixit p Iacob pīarcham: Non auferet (inquiens) sceptrū de Iuda. Et de filijs pr̄is mei placuit ei, vt me eligeret regem sup cunctum Israel. Sed & filijs meis (filios enim mihi multos dedit dn̄s) elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni dn̄i sup Israel. Circa hoc aliqui dicunt, quòd Salomon fuit promotus ad regnum, non solum voluntate humana, sed etiam diuina, & hāc ordinationem nuntiauit Nathan regi Dauid, vt habet͡ supra, & secundo libro Regum. Ad hoc dico, q̄ vtiq; ordinatione & electione diuina, Salomon ad regnum promotus sit, Nathan quoq; prædixit ipsi Dauid in generali, q̄ filius suus post ipsum regnaret, non tamen in speciali expressit de Salomone. Dixitq; mihi: Salomon filius ædificabit domū meā, i. tēplū & altaria mea, vt͡ altare holocausti & altare thymiamatis, quoꝝ pimū fuit in atrio, secundum in parte templi exteriori. Ipsum em̄ elegi mihi in filium adoptiuum & ego ero ei in prēm. Hoc deus dixit ad Nathan, & p Nathan ad Dauid, de filio Dauid successuro ei in regno indeterminate, iuxta continentiā literæ. Sed Dauid applicat hoc in particulari ad Salomonem, qa cognouit in spū id esse prædictum de ipso, vel pter reuelationem factam ipsi Dauid per Nathan, deus reuelatione cœlesti, angelica, manifestauit hoc ipsum Dauid regi, vt textus iste videt͡ prætendere. Vel, si deus p Nathan exp̄ssit istud de Salomone in particulari, hoc scriptura subticuit, nec videt͡, q̄ ita exp̄sserit, cum tertio libro Regum Nathan legat͡ dixisse ad Dauid: Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum, vt s. Adonias regnaret, & mihi non indicasti, quis sessurus esset sup thronum dn̄i mei regis post eum. Si autem Nathan iam ante indicasset regi, quod Salomon ex diuina ordinatione esset regnaturus, non videt͡, q̄ sic locutus fuisset regi, sed magis dixisset: Nōne tibi ex reuelatiōe diuīa pdixi, q̄ Salomon succederet tibi in regno. Veruntamen de istis temere, nil affirmo. Et firmabo regnum eius vsq; in æternum, si pseuerauerit facere pcepta mea & iudicia, sicut & hodie. Nunc ergo coram vniuerso cœtu Israel audiēte deo meo qui quàmuis sit omnium deus iure creationis & prouidentiæ generalis, specialr̄ tn̄ deus est hominum pfectoꝝ, quos ipse gratiosissime dirigit, & à quibus ipse deuotissime colit͡. Itaq; audiēte, hoc est, intuente & cognoscente, seu approbante deo vos hortor. Custodite p memoriā & adimpletionē, & pquirite i. pfectè & diligenter inuestigate, & intelligere laborate, cūcta mādata domini dei nostri. Qui tunc specialr̄ deus Hebræoꝝ cæteris Gentibus ad idololatriā lapsis, ita q̄ aut non, aut vix erat aliqua tota gens veꝝ deum colens, quàmuis inter Gentiles tunc fuerint multi in lege naturæ deum colentes, imo & complacentes, sic cum fide saluatoris futuri fecerunt hoc. Et bene ait: Cuncta mandata, qa si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, vt possideatis terram bonam, hoc est, in possessione terræ huius vberrime maneatis, & relinquatis eam filijs vestris post vos, vsq; in sempiternum. Nō q̄ possessio boni terreni fuerit merces sufficiens, & totalis aut principalis actuum virtuosoꝝ, sed inductiua quodammodo accessoria & annexa, sub qua intelligenda erat merces principalis & plena, videlicet salus æterna. Tu autem Salomon, fili mi, scito deū prīs tui id est, deū quē ego colui, agnosce notitia actuali & practica q̄ ē notitia formata boni honesti approbatiua & seruj ei soli, seruitute latriæ, corde perfecto. Rex enim debet esse vir heroicus, in omni virtute perfectus, & totus diuinus, & animo volūtario hoc est, prompto ex charitate feruente, non ex seruili timore. Omnia enim corda scrutat͡ dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, inuenies. Dummodo quæras eum, eo modo quo scriptum est: Cum quæsieris dominum tuum, inuenies eū, si tn̄ toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Ideo ait saluator: Omnis qui quærit, inuenit. Etenim facienti hoc modo quod in se est, diuinum auxilium non negatur. Si autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum. Sicut ex verbo illo præhabito. Ipse erit mihi in filium, & quibusdam similibus oritur spes de saluatione Salomonis, ita ex verbis nunc introductis pt timor de opposito gn̄ari. Nam diu atque grauissime deum reliquit. Attamen sancti pr̄es Hieronymus, Ambrosius, multique alij scribunt eū esse saluatū. Ideo verba hæc sic possunt exponi.

Si autem

Margin: Esai. 66; 1. Para. 17; Genes. 49; 1. Para. 17; 2. Regū. 7; 3. Regū. 6; 3. Regū. 1; Iaco. 2; Deu. 4; Luce. 11; 2. Regū. 9; D; E; F

A Si autem dereliqueris eum per finalem impœnitentiam, proijciet te in æternum, hoc est, æternaliter condemnabit. Vel proijciet te in æternũ, nisi pœniteas. Vel istud fuit verbũ comminationis, non assertionis. ⌊Nunc ergo quia elegit te dominus, vt ædificares domum sanctuarij, confortare & perfice. Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus & templi, & cellariorũ⌋ Ista & cætera quæ ponunt in litera, pro maxima parte exposita sunt in tertio Regum libro. Itaq; per verba & scripta docuit Dauid rex Salomonem, ea quæ per ipsum fieri voluit, scilicet, templum & attinentia ei, quanta, & qualia esse deberent. ¶Porro, cellaria templi dicunt loca facta ad reponendũ in eis species & aromata, quorũ vsus fuit in templo, & ex quibus conficiebatur thymiama, ⌊& cœnaculi⌋ erant autem in templo plura cœnacula, id est, mansiones, prout tertio Regum libro expositum est, ⌊& cubiculorũ in † abditis⌋, i. thalamorũ, in quibus custodes templi quiescebant seorsum in locis secretis prope murũ templi, ⌊& domus propitiationis⌋ p quã interior pars templi, videlicet sanctũ sanctorũ accipit, in qua propitiatoriũ erat, & dñs ppło propitiabit. ⌊Nec non & oĩm quæ cogitauerat⌋, i. facere proposuerat ipse Dauid, vtpote ⌊atriorũ,⌋ quæ tria fuerũt ibidem. s. atriũ sacerdotũ, atriũ virorũ mundorũ, & atriũ fœminarũ, ⌊& exedrarũ per circuitũ⌋ quæ erant cameræ in circuitu sitæ, in qbus sacerdotes tpe sui ministerij dormiebant, ⌊in thesauros domus dñi & in thesauros sanctorũ.⌋ Thesauri domus dñi seu templi fuerunt (vt dr) vasa sacra & sacerdotalia ornamenta, siue ibidem oblata in vsum ministrorũ templi. ¶Porro, B thesauri sanctorũ erant oblata, deo consecrata, ad reparandum collapsa, aut vetera, seu ad faciendum necessaria quæq; in templo, ⌊diuisionumq; sacerdotalium & Leuiticarũ⌋ Qualiter sacerdotibus & Leuitis in suis ordinibus atq; temporibus determinatis seruirent in templo ⌊in omnia opera domus dñi, & in vniuersa vasa ministerij templi domini aurum in pondere per singula vasa ministerij⌋ id est, ad faciendum quæq; aurea vasa, ac instrumenta, seu vtensilia cultus diuini dedit certa pondera auri. Vel descripsit filio suo quãtum de auro quodlibet aureum vas haberet, & eodem intelligit sensu qđ subdit, ⌊argenti quoq; pondus pro vasorũ & operũ diuersitate,⌋ dedit equidem pondera argenti multa, ac differentia secundum diuersitatem, & differentias argenteorũ vasorũ ex ipsis producendorũ, quàmuis non dederit totum argentum & aurum, quod in talibus exposuit Salomon. Nec verum est, q̃ solum dedit Salomoni in scriptis, quantum pondus argenti aut auri ponendum esset in vnoquoq; vase aureo siue argenteo, quoniam manifeste subiungitur. ⌊Sed & ad candelabra aurea & ad lucernas eorũ aurum⌋ dedit ⌊pro mensura vniuscuiusq; candelabri, & lucernarũ. Similiter & in candelabra argentea, & in lucernas eorũ pro diuersitate mensuræ, pondus argenti tradidit. Aurum quoq; dedit in mensas propositionis, pro diuersitate mensarum⌋ quatenus aurea mensa, super quam panes duodecim omni sabbato ponebant, formaret ex illo. ⌊Similiter & argentum⌋ dedit ⌊in alias mensas argenteas⌋ sup quas thura ac similæ & alia quędam offerenda componebant. ⌊Ad fuscinulas quoq;⌋ hoc est, tridentes quibus carnes de Caldarijs extrahebant, ⌊& phialas & thuribula⌋ formanda ⌊ex auro purissimo⌋ ¶Deniq; quàm copiosissime pparauerit Dauid filio suo argentum, aurũ, æs, ferrũ, ligna ptiosa & lapides ad ista, dictum est supra, ⌊Sed leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus⌋ auri ⌊distribuit⌋ ad producendũ ex eo ⌊in leunculũ & leunculũ. Silr & in leones argenteos diuersarũ argenti pondus separauit⌋. i. ad diuisim deputauit. Circa hoc scribit qdã: Non inuenit scriptũ, q̃ in templo Salomonis fuerint leunculi aurei. Vnde discordat trãslatio nostra ab hebraica. Nã vbi habemus leunculos aureos, in He- C bræo habet expiatoria aurea, & rõ huius discordãtiæ est, qm̃ dictio significãs expiatoriũ, & dictio significãs leunculum, magnã habent in hebræo conuenientiã lrarũ. Sedm Hebræos vero expiatoria ista sunt bacini aurei, in qbus portabat sanguis intra sanctũ sanctorũ in die expiationis. Silr vbi habemus, in leones argenteos, in Hebræo habet, in expiatoria argentea, quæ erant argentei bacini, quibus portabat sanguis victimarũ, effundendus in altari holocaustorũ. Hęc Lyra. In cuius verbis videt translator noster inconsiderationis aut imperitiæ argui, & trãslatio eius de errore notarij. Ideo dico, sicut & alibi sæpius tetigi, credendum esse, q̃ à spiritu sancto directus sit in transferẽdo, præsertim propter commune bonum ecclesiæ non errantis. Et vir ille tam sanctus, & in Hebræo valde peritus, qui & tot translationes ante se habuit, & cum Hebræorum doctissimis assidue contulit, non est credendus tam inconsiderate aut erronee transtulisse. Idcirco quod Lyra ait scriptum non inueniri, quod in templo Salomonis fuerunt leunculi aurei, potest negari, quia hoc loco id scriptum est. ¶Insuper tertio Regum libro ait scriptura: Sculpturæ inter iuncturas & inter coronulas & plectas leones & boues &c. Et rursus ibidem. Similiter leones & boues. Et si ad hoc respondetur, sicut & Lyra respondet, quod leones illi de ære fuerunt, non aurei, dicendum, quod textus ibi non dicit hoc, nec habetur ex textu, sed legitur ibi, quod erant in templo decem æreæ bases, & quasi lora ex ære dependentia, & ærei axes, de leonibus vero non exprimitur, q̃ ærei erant, nec expositores hoc dicunt ibi, imo nec Lyra. Glossa vero hic loquitur. Nec in Exodo, nec in constructione tabernaculi, neq; in libro Regum, in ædificio templi vspiam leguntur facti leones & leunculi, nisi quod in templo cęlatura facta narratur in confectione decem basium, vbi leones & boues & Cherubim & palmæ sculptæ narrantur. Hæc Glossa.

[Marginal references: 3.Re. 6.7 (beside "Ista & cætera"); 3.Regũ. 6 & ad. 7 (beside "miama"); 1.Par. 22 (beside "supra"); 3.Regũ.7 (beside "Insuper tertio Regum"); Ex. 25. 26 and 3.Regũ.7 (beside "Nec in Exodo")]

¶Potest p̃

¶ Potest præterea esse quòd verba illa hebraica æquiuoca sint ad leunculos & expiatoria, sicut fre D
quenter contingit in simili. ⌊Altari autem in quo adolebatur incensum⌋ id est, pro illo altari fien
do in templo constituto, in quo accedebat thymiama suaue, ⌊dedit aurum purissimū, & vt ex ipso⌋
auro fieret similitudo quadrigæ Cherubim extendentium alas, & velantium arcam fœderis dñi.⌋
Ipsa etenim aurea Cherubim instar currus portabant thronum dei seu propitiatorium, atq; suæ
extensione alarum arcam velabant, id est, ex latere operiebant eam superius, quoniam arca in me
dio Cherubim fuit. ⌊Omnia, inquit, venerunt scripta manu domini ad me, vt intelligerem vni-
uersa opera exemplaris.⌋ Quasi sanctus vir Dauid dicat suo filio Salomoni: Noli (o fili) paruipen-
dere aut negligere ista, quasi humanæ adinuentionis nouitatem aut opus, quia exemplare horum
ostensum est mihi à deo. quod dupliciter potest intelligi. Primo, quòd Samuel vel Nathan aut Gad,
aliusve propheta ex reuelatione diuina docuerit regem Dauid de his. Secundo, quòd deus osten-
derit ista Dauid per reuelationem cœlestem in imaginaria visione, aut alio modo. Quemadmo-
dum Mosi ostenderat in monte Sinai tabernaculi formam, eiq; dixit, omnia fac secundum exem
Ex 25.16 plar, quod tibi in monte monstratum est. ⌊Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo: Viriliter age &
Hebr 8 cōfortare, & fac. Ne timeas & ne paueas⌋ inordinato timore. ⌊Dominus enim deus meus tecum
erit & non dimittet te nec derelinquet⌋ te, ⌊donec perficias omne opus ministerii domus domi
ni⌋ id est, præfata vasa & instrumenta cultus diuini in templo. Hoc plane beatus Dauid prædixit
prophetico ore, & fuit impletum. Nam vsq; ad omnium horum consummationem mansit in gra
tia. Postea autem enormiter & insipientissime cecidit. ⌊Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum⌋
hoc est, sacerdotes & Leuitæ ordinate multipliciterq; diuisi ⌊in omne ministerium domus dñi⌋
id est, ad exequendū opera diuini obsequii ⌊assistent tibi⌋ consilio atq; auxilio, ⌊& parati sunt,
& nouerunt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua.⌋

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI VLTIMI. LOQVVTVSQ; EST Dauid rex ad omnem ecclesiā. Arti. XXIX.

Capitulum istud est continuatio historiæ capituli præcedentis, & in duo E
bus istis capitulis multa supplentur de institutione Salomonis in regem
2. Reg. 24 & felici fine Dauid, quæ in fine secundi Regum fuerunt omissa. ⌊Locu-
tusq; est Dauid rex ad omnem ecclesiam:⌋ hoc est, totam fidelium Iu-
dæorum congregationem secum collectam, sicq; ecclesia sumitur hic
extense, prout à synagoga non distinguitur, sed eam includit. ⌊Salo-
monem filium meum elegit dominus⌋ in regem, & templi actorem,
⌊adhuc puerum & tenellum.⌋ Qualiter hoc dupliciter possit intelligi,
1. Para. 22 patet ex dictis super illud supra scriptum: Dixit Dauid: Salomon filius
meus puer paruulus est & delicatus &c. ⌊Opus enim⌋ videlicet templi
ædificandum, ⌊grande est⌋ iam in apprehensione & grande erit in effectu. ⌊Neq; enim homini
habitatio⌋ hoc est habitaculum ⌊præparatur, sed deo⌋ ad cuius honorem decuit in veteri testa-
mento grande & præclarum constitui templum, quia tunc exterior honorificentia multum adhuc
querebatur. In nouo autem testamento ornatus interior amplius queritur. Nempe lex illa
Mosaica erat carnalis, figuralis & imperfecta, euangelica vero lex spiritalis omnino est vltimata, F
& perfecta, cui alia vere diuina non succedet. ⌊Ego autem totis viribus meis præparaui impen-
sas domus domini dei mei⌋ id est, materias & expensas ex quibus fient templum & vasa eius, ⌊au
rum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ærea, ferrum in ferrea, lignea ad ligna & lapides
onychenos⌋ id est, gemmas quibus nomen est onyx, quæ habent colorem vnguis humani, ⌊&
quasi stibinos & diuersorum colorum⌋ id est, gemmas habentes colorem stibii. circa quod ait Ly
ra: Stibium est vnguentum quo mulieres facies suas depingūt. Vnde quarto Regum habet quod
4. Reg 9 Iezabel depinxit oculos suos stibio. Sed cōtra hoc scribit Rabbi Paulus. Dictio hebraica pro quà
R. Paul⁹ habemus hic stibium, non significat vnguentum, sed puluerem siue collyriū nigrū, quod in oculis
4. Regū. 9 ponit ad decorem & conseruationem sanitatis oculorum. Vnde de Iezabel non habet in Hebræo,
quòd depinxit oculos suos stibio, sed quòd posuit stibium in oculis suis, quod consonat huic lite-
ræ. Nam sicut inueniunt marmora habentia colorem vnguis humani, ita inueniunt alii habentes
colorem nigrū cum nitore qui dicit stibyn. Hæc Paulus. Veruntamen dictum Lyræ verius re-
Hiere. 4 putat, quia & expositores communiter dicunt sic, & per Hieremiam dominus loquit: Cum pin-
Iob. 42 xeris stibio oculos tuos, frustra componeris, & super illud Iob: Vocauit nomen tertiæ suæ, videli-
cet filiæ, Cornustibii, idem asserit, atq; in mammotrectu biblię fertur: Stibium ē vnguentū, vel co
lor nomine cerusa, quo meretrices & solutę mulieres vti solent. ⌊Omnemq; pretiosum lapidem⌋
hoc est, quosdam de omni genere lapidū pretiosorum, quos potui reperire ⌊& marmor parium⌋ A Pa
ro insula vocat parium marmor, quod varii fertur esse coloris, & in insula illa abundat, ⌊abundā-
tissime⌋ præparaui, In quo sancti Dauid ingens relucet deuotio. ⌊Et super hæc quæ⌋ præparaui
ad idem ea quæ ⌊obtuli in domū domini dei mei de peculio meo⌋ id ē, de speciali & propria sub-
stantia

A ftantia, pecunia feu opibus meis, ⌊auru & argentum, ⌋hæc ⌊do In templum dei mei⌋.i.ad hoc q templum deo ædificetur. Ex hoc apparet, q præfata donaria obtulerit de aliunde acquifitis, & de his quæ iure belli obtinuit, ex quibus multa domino confecrauit, de quibus exponi poteft quod fubditur, ⌊exceptis his quæ præparaui in ædem⌋.i.domū ⌊fanctā⌋ ædificandā, ⌊tria milia talenta auri de auro Ophir⌋.i.loci fic dicti, in quo optimū aurū dicitur inueniri, ⌊& feptē milia talentorum argenti probatiffimi.⌋ Porro quod fubditur, ⌊ad deaurandos parietes templi,⌋ refertur ad prætaxata auri talenta. Siquidem parietes templi aureis erant laminis tecti, ⌊& vbicunq opus eft aurum, de auro, & vbicunq opus eft argentū, de argento, opera fiant per manus artificum. Et fi quis fponte offert⌋.i.qui ex deuotione & libera voluntate aliquid offert aut offerre deo proponit. Oblatio nāq fpontanea effe debet & ex charitate procedere, nec aliter placet deo, ⌊impleat manum fuā hodie⌋.i.ad offerendum liberaliter fe difponat, & offerat quod voluerit dño.⌋ Confequenter defcribitur qualiter maiores mox ita egerunt & quantū dederūt. ⌊Polliciti funt itaq principes familiarum & proceres tribuum Ifrael, tribuni quoq & centuriones & principes poffeffionum regis, dederuntq in opera domus domini, auri talenta quinq milia, & folidos decem milia, argenti talenta decem milia, & æris talenta decem & octo milia, ferri quoq centum milia talentorū. Et apud quemcunq inuenti funt lapides, dederunt in thefauros domus domini⌋.i.lapides illos ædificio aptos, vel gemmas obtulerunt, prout deuotio fuggerebat ad reponendū inter donaria pro templo cōftruendo oblata, & hoc ⌊per manū Iehiel Gerfonitis,⌋ qui fuit de familia Gerfon ex filijs Chahath, qui Iehiel pfuit huic oblationū iftarū collectioni, q̄uis alter fuerit cuftos thefaurorū domus dñi iuxta phabita, ⌊Lætatusq eft populus, cū vota⌋.i.oblationes votiuas & fpontaneas ⌊fponte promitterēt,⌋ videlicet ex fupererogatione. Nempe in eo q homo facit libenter & ex animo atq dilectionis feruore, naturalr delectat. Idcirco fecundū philofophū, fignū virtutis feu habitus virtuofi eft delectatio fiens in opere.i.actioni bonæ annexa. In Ecc° quoq confcriptū eft: Gaudiū eft iufto, facere iufte. Hinc fubdit, ⌊q a toto corde⌋.i.integro cordis affectu, & ex recta ratione, deuotaq volūtate ⌊offerebāt⌋.i.offerre proponebāt ⌊ea dño,⌋ & iā forte aliqua cœperūt offerre q̄ fecū habebāt. Ex his q̄q elicit, q David non pparauit neq exhibuit vniuerfa neceffaria pro tēpli & cæterorū ei attinentiū faciēda ftructura. Alioqn nō fuiffet neceffaria oblatio ifta maiorū ac plebis, ⌊fed & David rex lætatus eft gaudio magno⌋ ex contemplatione diuina, ex populi fui deuotione, ex filij fui promotione, & ex profperatione fui propofiti de templo ædificando, ⌊& benedixit domino⌋ benedictione laudis.i.laudauit & glorificauit deum, ⌊corā multitudine vniuerfa⌋ ibi aftante, ⌊& ait.⌋ Veruntamē vt videt, huic congregationi non interfuerunt Ioab atq Abiathar, quoniā iftud fuit poft primā Salomonis vnctionem in regem, qua facta, ftatim diffolutum eft conuenticulū Adoniæ, & extunc Ioab & Abiathar declinauerūt à regis pfentia, vt tertio Regū libro habet. ⌊Benedictus es domine deus Ifrael patris noftri⌋.i.tu deus Iacob patriarchæ, qui alio noīe vocatus eft Ifrael, ⌊ab æterno⌋ à parte ante, ⌊& in æternū⌋ à parte poft. ⌊Tua eft dñe magnificentia⌋.i.excellentia in agēdo, quia eminentiffime, potentiffime, & fapientiffime operaris, ⌊& *poteftas⌋.i.omnipotentia conuenit tibi, ⌊& gloria⌋.i.lætitia feu fama clara cum laudibus, ⌊atq victoria, & tibi laus. Cuncta em̄ quæ in cœlo funt & in terra, tua funt. Tuum domine regnū, & tu es fuper oēs principes. Tuæ diuitiæ, & tua eft gloria, tu dominaris omnium. In manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperiū omniū.⌋ Omnium em̄ aliorū robur & fortitudo in tua omnipotentia confiftunt & fulciuntur & conferuantur atq dependent ex te, fine cuius manutenentia nec per momentum poffent durare.

Genes. 2

3. Reg. 6

1. Par. 28

B

3. Reg. 1

Ge. 32. 30

*alib, potentia

C

⌊Nunc igitur domine deus nofter, confitemur tibi⌋ propria mala humiliter recognofcendo, ⌊& laudamus nomen tuum inclytum,⌋ id eft, teipfum fupernobiliffimum, qui nufquam à propria dignitate degeneras. ⌊Quis ego & quis populus meus, vt poffimus tibi hæc vniuerfa promittere, quafi dicat, à nobifipfis nil boni habemus, nec aliquid boni facere poffumus, idcirco fubiungitur, ⌊Tua funt omnia,⌋ iure creationis, conferuationis & gubernationis, ⌊& quæ de manu,⌋ id eft, de tua omnipotentia & munificentia, ⌊tua accepimus, dedimus,⌋ id eft, obtulimus feu promifimus ⌊tibi. Peregini enim fumus coram te & aduenæ,⌋ id eft, in vita præfenti, & in terra habitationis feculi huius conftituti fumus, ficut in via quadam & in exilio atq in loco non manfiuo ac ftabili, fed tranfitorio & incerto, vt ad alium locum manfiuum perpetuum, aliamq vitam felicem, cœleftem, æternam tēdamus, properemus ac pertingamus, ⌊ficut oēs patres noftri.⌋ Quoniā fancti patres & omnes electi fic vfi funt vita pfenti & habitatione terrena, propter quod Iacob differuit: Dies peregrinationis vitæ meæ fuper terram, centū triginta annorum funt parui & mali, & non peruenerunt vfq ad dies patrum meorum, quibus peregrinati funt fup terram. Et Apoftolus: Non habemus (inquit) hic manentem ciuitatem, fed futuram inquirimus. Et rurfus de antiquis patribus loquens: Defuncti funt (ait) omnes ifti, non acceptis repromiffionibus, fed à longe eas afpicientes & falutantes & confitentes, quia peregrini & hofpites funt fuper terram. Qui enim hæc dicunt, fignificant fe patriam inquirere.

Gene. 47

Heb. 13

Heb. 11

⌊Dies nostri quasi vmbra super terrã⌋.i.tota instabilis est,trãsitoria, incerta, caduca,indesinẽ- D
ter festinãs ad finem,& quantumlibet longa appareat,tamen respectu futuræ æternitatis in qua
erimus post hãc vitam,est quasi momẽtum & indiuisibile instans,idcirco Iacobus ait apostolus:
Quæ est vita vestra,vapor est ad modicũ parẽs. Deinceps exterminabitur. Et psalmista: Homo
Iacobi. 4 vanitati similis factus est,dies eius sicut vmbra prætereũt. Sanctusq; Iob: Parce mihi domine, ni-
Psal.143 hil enim sunt dies mei. De hoc in libro Sapientiæ multa legũtur,dicente scriptura: Trãsierũt oĩa
Iob.7 illa tanq̃ vmbra,⌊& nulla est mora⌋.i.fixa stabilitas in hac vita,sed incessabilis cursus ad mortẽ,
Sap 5 iuxta illud libri Sapiẽtiæ: Nos nati cõtinuo desiuimus esse. Et rursus: Trãsiet vita nostra tanq̃ ve
Ibidẽ stigium nubis,& sicut nebula dissoluetur. Vmbræ enim transitus est tempus nostrũ,ideo ait beatus
Sapiæ.2 Iob: Dies mei velocius trãsierunt q̃ à texente tela succiditur. ⌊Domine deus noster,oĩs hæc co
Iob.7 pia quã parauimus vt ædificaretur domus nomini sancto tuo,de manu tua est,& tua sunt omnia.
Scio deus meus quod probes corda⌋.i.p prospera & aduersa tentes & examines homines,an ve
Sapiæ.3 re sint virtuosi & tibi fideles,quemadmodum scriptũ est: Tanq̃ aurũ in fornace probauit electos
dominus,& hoc agit omnipotens & supsapiens deus,non vt sibi aliqd innotescat, sed vt homi-
1.Regũ.10 nes agnoscãt seipsos,vel alijs in exemplũ ponãtur,sicut & istum sanctũ Dauid multis annis pro-
19.20.21.22 bauit per Saul,& sanctum Iob ac Tobiã,vt in illorũ patientia,constãtia,fidelitate, alij ædificen-
24.26 Iob 1.4.33 tur,⌊& simplicitatem diligas⌋ loquendo de simplicitate columbina, duplicitatem, calliditatem,
Tob 2.5 simulationemq; excludente,de qua ait saluator: Estote simplices sicut columbæ,cum talibus sim
12. plicibus est sermocinatio dei. Sic nãq; Iob simplex fuit,& Iacob erat vir simplex in tabernaculis
Matt.10 habitãs. Cũq; similitudo sit causa amoris,non mirum q̃ summe simplex deus amet simplicitatẽ. E
Prou.3 ⌊Vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc & populũ tuũ qui hic reper-
Iob 4.31 tus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.⌋ Ista expositione non indigent,sed exhor-
Gene.25 tatione & imitatione. Hinc & nos in cunctis simus synceri & simplices ac recta intentione omnia
Iob 16 facientes. Simulatores enim & callidi prouocant iram dei. Et vir duplex animo inconstans est in
Iacobi.1 omnibus vijs suis,imo væ duplici corde,væ hypocritis odibilibus prorsus miserrimis. ⌊Domi-
Ecci 2 ne deus Abraham & Isaac & Israel patrum nostrorũ,custodi in æternum hãc voluntatem⌋.i.de
Luce.6 notam istã volitionẽ,⌊cordis eorũ,& semper in venerationem tui,mens ista pmaneat. Salomo-
ni quoq; filio meo da cor pfectum, vt custodiat mãdata tua,& testimonia tua,& cærimonias tuas,
& faciat vniuersa,& ædificet ædem, cuius impensas paraui.⌋ A deo quippe est inchoatio, pro-
secutio & consummatio omnis meritorij actus.⌊Præcepit aũt Dauid vniuersæ ecclesiæ. Bene-
dicite domino deo nostro. Et benedixit omnis ecclesia domino deo patrum suorũ, & inclinaue-
runt se & adorauerunt deũ⌋ cultu latriæ,⌊& deinde regem⌋ Dauid honoratione duliæ,quæ ex-
cellentibus debet personis.⌊Immolaueruntq; victimas domino⌋.s.hostias pacificas & sacrificia
gratiarũ actionis,⌊& obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille,arietes mille,agnos mille
cum libaminibus suis⌋.i.sacrificijs de materijs liquidis,⌊& vniuerso ritu⌋.i.cũ obseruãtijs cæri-
monialibus obseruãdis in talibus,⌊in omnẽ Israel abundantissime⌋ quia & pro toto populo Is-
raelitico hæc egerũt.⌊Et comederũt & biberũt corã domino in die illo cũ grandi lætitia⌋ id ẽ,
deuote & cũ spiritali iucunditate ad dei honorem,quemadmodũ ad Corinthios monet aposto- F
lus: Siue mãducatis,siue bibitis,siue aliud aliqd facitis,oĩa in gloriã dei facite, ⌊& vnxerũt se-
1.Cor.10 cundo Salomonem filiũ Dauid⌋ in regẽ. Iam enim semel vnctus fuit in Gihon per Sadoc & Na
3.Regũ.1. than,per quos & ista renouatio ac confirmatio prioris vnctionis creditur facta. ⌊Vnxerũt autẽ
Ibidem eum dño in principem⌋.i.ad dei honorem vnxerũt Salomonẽ in regem,& Sadoc in pontificẽ.⌋
Abiathar nãq; iam declinauit à Salomone,& eo à pontificatu eiecto p Salomonem,vnctus est Sa
3.Regũ.2 doc in præsulẽ,vt tertio libro Regum describitur. ⌊Seditq; Salomon super soliũ domini in regẽ
pro Dauid patre suo⌋.i sup regalem thronũ Dauid patris sui,q thronus fuit solium dei, qm fuit
solium regis fidelis,q præsidẽdo ac iudicãdo fuit vicarius dei & cultor ipsius,⌊& cũctis placuit⌋
id est,multis de omnibus & pene vniuersis,non tamẽ oĩbus absolute saltem in principio, quia
non placuit Adoniæ nec eius fautoribus,Ioab,Abiathar & consimilibus,⌊& paruit illi oĩs Israel.
3.Regũ.1. Sed & vniuersi principes & potentes,& cũcti filij regis Dauid⌋ ibi præsentes,⌊dederũt manum
& subiecti erãt Salomoni regi⌋.i.cõcorditer cõsenserũt promotioni Salomonis. Narrat autem
magister in historijs,q̃ Dauid rogauit filios suos ne ægre ferrent Salomonẽ filiũ suum minimũ.i.
Pet. Co. iuniorem,eis esse prælatũ,q̃a deus ita mãdauit, sicut & ipse minimus inter fratres suos fuit eis p-
mest.libr.3. positus ad regnãdũ,& tũc filij acquieuerũt, atq; vt fertur,promiserũt aut iurauerũt, q̃ Salomoni fi
Re.cap 2 deliter obedirẽt.⌊Magnificauit ergo dñs Salomonẽ super omnẽ Israel,& dedit illi gloriã regni,
1.Reg 16 qualem nullus habuit ante eũ rex Israel. Igitur Dauid filius Isai,regnauit super vniuersum Israel.
Et dies q̃bus regnauit super Israel,fuerunt quadraginta anni. In Hebron regnauit septẽ annis,&
in Hierusalẽ annis trigintatribus. Et mortuus est Dauid in senectute bona⌋.i. virtuosa & septua-
genarius,⌊plenus dierum⌋ quoniã senex,& dies suos fructuose expendit,in quibus sibi thesauri-
Matth 6 zauit virtutum diuitias & merita copiosa,ideo subditur,⌊& diuitijs & gloria. Et regnauit Salo-
mon filius eius pro eo. Gesta autẽ Dauid regis priora & nouissima,⌋ quæ.s.à principio regni sui
vsq;

A vsq; ad finem peregit, scripta sunt in libro Samuelis videntis. i. in libro Regũ primo & secundo à Samuele compositis, prout fertur. Vel duo libri Regũ collecti sunt ex volumine Samuelis pro maxima parte, secundũ eos qui libros Regũ dicunt à Hieremia conscriptos. Nã & Samuel p tempus notabile est defunctus anteq̃ acciderunt quædã ad secundũ librũ Regũ spectantia, & in libro Nathan prophetæ, atq; in volumine Gad videntis. Isti libri secundũ aliquos non fuerũt cõseruati in esse, nec reparati per Esdram. Ideo non habentur, nec apud catholicos, nec apud Hebręos. Porro Rabbi Paulus ait, q̃ sicut primus liber Regũ ascribitur Samueli, ita secũdus & tertius rationabiliter possunt ascribi Nathan prophetæ seu Gad videnti, qa fuerũt prophetæ contemporanei David & Salomoni. Veruntamẽ constat, q̃ diu defuncti sint anteq̃ contigerũt plura valde quæ tertio Regũ habentur, vniuersiq; regni eius. s. David gesta, & fortitudinis & tempor; q̃ trãsierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrar;. i. in libris Nathan & Gad descripta sunt principalia ac notabilia opera q̃ David egit, tã in proprio regno q̃ in circumiacentibus regnis, q̃ sibi subiecit, forsan etiã pfati prophetæ gesta alior; regnor; aliqua inseruerũt. Vnde q̃d ait, in cũctis regnis, per synechdochen & per hyperbolen est intelligendum. R. Paul

Finis libri primi Paralipomenon.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM PARALIP. SECVNDVM ENARratio.

B In quo Salomonis, reliquorumq; post eum, regum Iuda & Israel gesta, in libris Regum prætermissa, explicantur.

PRAEFATIVNCVLA.

COmpleto in primo libro tractatu de primo & prælecto Israel rege David, nunc in secundo isto volumine tractatur de posteris eius, qui ei successerunt in regno, & primo de Salomone, sub quo populus Israeliticus fuit in maxima prosperitate.

ELVCIDATIO CAP. I. Confortatus est ergo Salomon. Arti. I.

COnfortatus est ergo Salomon filius David in regno suo. Confortatus fuit in regno, quia legitime institutus & à deo ad regnandũ electus, atq; à toto populo concorditer acceptatus, nec quisquã se ei opposuit, & dñs erat cũ eo per grãm & virtutes, & magnificauit eũ in excelsum. i. valde sublimiter. Præcepitq; Salomon vniuerso Israeli. i. maioribus totius populi sui, in quibus tota cõmunitas virtualiter continetur. Vnde quasi expositorie subdit, tribunis & centurionibus & ducibus & iudicibus oĩs Israel & principibus familiar;. Distinctio autem hor; officiator; ab inuicem in expositione libri primi inducta est, & abijt cum vniuersa multitudine horum maior; & eis associator;, in 1. Para. 10 excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis dñi, quod fecit Moses famulus dñi in solitudi

C ne per manus Beseleel. Qualiter excelsum hoe Gabaon dupliciter possit exponi, in elucidatione primi libri expressum est, in eodemq; libro expositũ est quod hic sequitur. Arcam autẽ dei adduxerat David de Cariath Iarim in locũ quem pparauerat ei, vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est in Hierusalem. Altare quoq; æneum, q̃d fabricatus fuerat, Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat. videlicet in excelso Gabaon, corã tabernaculo domini. i. ante in atrio eius, quod & requisiuit. i. accessit ac visitauit Salomon & omnis ecclesia. i. tota fidelium Iudæor; congregatio secum existens. Ascenditq; Salomon ad altare æneum corã tabernaculo fœderis dñi, & obtulit in eo mille hostias. i. super altare illud holocaustor;, per manus sacerdotum, quod æneum erat, vt ignis calorem sacrificia incendentem posset sine læsione sufferre, Itaq; propter sanctitatem & dignitatem tabernaculi & altaris illius obtulit ibi. Circa hæc ait Glossa: Gabaon olim fuit metropolis Eneor;, ceciditq; in sortem Beniamin, & fuit separata Leuitis. Mirum est ergo q̃ Iosephus dicit Salomonem venisse in Hebron, vt sacrificaret in altari æneo, quod fecerat Moses, nisi forte ipsam Hebron excelsum Gabaon intelligi voluit. Hæc Glossa. Author vero scholast. historiæ: Credit (inquit) Gabaon non esse proprium nomen loci seu oppidi, sed appellatiuũ, & interpretatur collis excelsus. Iosephus enĩ dicit, eum ascendisse in Hebron. Ecce aũt in ipsa nocte apparuit ei deus dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. Dixitq; Salomon deo: Tu fecisti cum David patre meo misericordiã magnã, & cõstituisti me in regem pro eo. Istud pene totũ in tertio Regum

Exo. 36 1. Para. 13

Iose. lib. 8 an. ca. 2. 3 Pet. Co. hist. lib. 3 Reg. ca. 3

3. Regũ 3

Regum libro fuit expositum. ⌊ Nūc ergo dñe deus impleatur sermo tuus quē pollicitus es Da- D
2. Regū. 7 uid patri meo ⌋ cui promisisti ꝙ firmabis thronū eius ſup Iſrael in æternū. Sed cū deus ſit verus,
1. Para. 17 infallibilisq́ promiſſor, quid neceſſe fuit orare, vt eius promiſſio impleretur? Et reſpondēdum, ꝙ Salomon ſciuit illā promiſſionē fuiſſe conditionatā, aut conditionaliter intelligendā, vtpote niſi poſteri Dauid regis peccando ponerent obicem adimpletioni promiſſionis diuinæ. Ideo Salomon petijt gratiā præſeruationis pro ſe & poſteris ab huiuſmodi obice. ⌊ Tu em̄ feciſti me regē ſuper populum tuum multū qui tam innumerabilis eſt ꝙ pulvis terræ. ⌋ Hoc per modū hyperbolicæ locutiōis eſt accipiēdū, ad inſinuādū valde copioſam plebis illius pluralitatē. Vñ tertio li-
3. Regū. 3 bro Regū dicitur populi infiniti, ſicq́ in pſalmo cātatur: Aſcēdūt vſq́ ad cœlos, & deſcēdūt vſq́
Pſal. 106 ad abyſſos. ⌊ Da mihi ſapiētiā & intelligētiā. ⌋ Per ſapiētiā poteſt intelligi clara notitia legis diuinæ & pceptorū eius iudicialiū ac iuriū diuinorū. Per intelligētiā vero prudētia ſeu diſcretio in rebus, actibusq́ humanis, ſeu poſitiuarū cognitio legū ac iuriū humanorū. Imo Salomon petijt ſibi dari prudētiā politicā, œconomicā & ethicā, ad iudicādū ac diſcernēdū in omnibus, iuſte ac vere. ⌊ Vt ingrediar & egrediar corā populo tuo. ⌋ Aliqui dicūt ꝙ egreſſus iſte intelligēdus eſt pro exitu ad prælia, pro populi defenſione. Ingreſſus vero ad præſcindēdū plebis litigia. Potius tamen intelligēdū videtur hoc verbū in generali pro omi exēplari & efficaci proceſſu & directione coram populo ſibi cōmiſſo, vt ſit ſenſus, vt ingrediar & egrediar corā populo tuo .i. digne & efficaciter eos regā intus & extra, in pace & bello, & exēplaris ſim eis in cūctis, qa hoc maxime ædificat ſubditos, & iſtud omis qui præſidet, præſertim ſpiritalis prælatus petere debet à dño. ⌊ Quis em̄ poteſt hūc populū tuū, digne (qui tā grandis eſt) iudicare? Dicit aūt deus ad Salomonē: Quia hoc magis placuit cordi tuo, & nō poſtulaſti diuitias, & ſubſtantiā, & gloriā, neq; animas eorum qui te oderūt, ſed nec dies vitæ plurimos. Petiſti aūt ſapiētiā, & ſciētiā, vt iudicare poſſis populum E
meū, ſup quē conſtitui te regē, ſapiētia, & ſciētia data ſunt tibi. Diuitias aūt, & ſubſtantiā, & gloriā dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante, nec poſt te, fuerit ſimilis tui. Venit ergo Salomon ab excelſo Gabaon in Hieruſalē. ⌋ His verbis in aliqbus textibus additur, ⌊ corā tabernaculo fœderis ⌋ quod difficultatē inducit, cū dictū ſit, ꝙ tabernaculū fœderis dñi adhuc fuit in Gabaon. Idcirco hoc loco p tabernaculū fœderis intelligit tabernaculū, in quod Dauid introduxerat arcā.
3. Regū. 3. Hinc tertio Regū ſcriptū eſt: Cūq́ veniſſet Hieruſalē, ſtetit corā arca fœderis dñi, ſicq́ exponit
Doctor. Hieronymus. ⌊ Et regnauit ſuper Iſrael. Cōgregauitq́ ſibi currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringēti currus, & duodecim milia equitū: & fecit eos eē in vrbibus quadrigarū, & cū rege in Hieruſalē. Præbuitq́ rex argentū & aurū in Hieruſalē, quaſi lapides, & cedros quaſi ſycomoros q̄ naſcūtur in cāpeſtribus, multitudine magna. Adducebātur aūt equi de Aegypto, & Choa, à negotiatoribus regis, q ibāt & emebāt precio quadrigā equorū, ſexcētis argēteis, & equum centum quinquaginta. Similiter de vniuerſis regnis Gethæorū, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur. ⌋ Quæ hic dicūtur de excellētia opulentiæ Salomonis, & de fortitudine ac multitudine equitū eius
3. Reg. 10 & equorū ac curruum habita ſunt atq; expoſita, in tertio Regum libro.

¶EXPOSITIO CAPITVLI II. Decreuit autem Salomon ædificare domū nomini dñi. Art. II.

Vam feruens atq; ſolicitus fuerit Salomon ſtatim poſt obitū patris ſui F
obedire & exequi patris ſui præcepta, de tēpli ſtructura, nūc recitatur. ⌊ Decreuit aūt Salomon ædificare domū ⌋ .i. templū, ⌊ nomini dñi & palatiū ſibi ⌋ Primo tamē ſtuduit templū cōſtruere, præferēs dei honorem proprijs cōmodis. ⌊ Et numerauit ſeptuaginta milia virorū portantiū humeris ⌋ onera, ⌊ & octoginta milia q cęderēt lapides in montibus, præpoſitosq́ eorū tria milia ſexcētos. ⌋ Hoc tertio libro Regum
3. Regū. 5 expoſitū eſt. ⌊ Miſit quoq; Salomon ⌋ ad Hirā regē Tyri, dicēs: Sicut egiſti cū patre meo Dauid ⌋ amicabiliter atq; fideliter, ⌊ & miſiſti ei ligna cedrina vt ædificaret ſibi domū in qua & habitauit ⌋ iuxta illud ſe-
2. Regū. 5 cundi libri Regū: Miſit Hirā rex Tyri nūtios ad Dauid & ligna cedrina, &c. ⌊ ſic fac mecū vt ædificem domū nomini dñi ⌋ dei mei, ⌊ & cōſecrem eā ad adolendū incēſum corā illo, ⌋ .i. ad hoc ꝙ thymiama accēdatur in exteriori parte tēpli ſup altare incēſi in pſentia dei, ⌊ & fumigāda aromata ⌋ .i. ad hoc ꝙ aromatibus ibi inflāmatis vapor dulcis inde cōſurgat, vt ſit ſuauis odor in tēplo, ⌊ & ad propoſitionē panū ſempiternā ⌋ .i. vt iugiter ſint ibi ſup menſam propoſitionis pa-
Leuiti. 24 nes duodecim. Dum em̄ in ſabbato duodecim veteres panes remouebātur, qui & à ſacerdotibus edebantur, mox alij duodecim panes recētes menſæ imponebātur, ⌊ & ad holocauſtomata mane & veſpere ⌋ .i. ad hoc vt iuge ſacrificium ſiat quotidie, quo omi mane offerebatur vnus agnus
Nume. 28 in holocauſtum, & ſimiliter quolibet veſpere. ⌊ Sabbatis quoq; ⌋ .i. ad offerenda ſacrificia quę ſecundum legem offerenda ſunt ſingulis ſabbatis, ⌊ & neomenijs ⌋ .i. ex ordijs menſium, ⌊ & ſolēnitatibus ⌋ cæteris, ⌊ dñi dei noſtri in ſempiternum quæ mādata ſunt Iſraeli. Domus enim quam ædifica

A ædificare cupio magna est ⌋.i. magna, pretiosa & præclara erit, & nunc talis est in apprehensione atq; proposito. ⌊ Magnus enĩ ⌋ dominus ⌊ deus noster super omnes deos, ⌋ quia incomparabiliter & penitus infinite dignior & perfectior est vniuersis. ⌊ Quis ergo poterit præualere vt ædificet ei dignam domum ⌋.i. nullius sufficiens est construere templum tantæ eminentiæ, quãtæ eminentiæ templo dignus est deus, & quantæ excellentiæ domum decet ei ædificari per respectum ad suæ maiestatis immensitatem. ⌊ Si cœlum ⌋ empyreum, summum, immobile, maximũ quod est locus, mansio & patria beatorum, ⌊ & cœli cœlorum ⌋.i. superiores orbes cœlestes, vt nona sphæra & firmamentum, quamuis aliqui super ea ponant adhuc vnum mobile cœlum, ⌊ capere ⌋.i. intra se claudere & terminare ⌊ eum nequeunt, ⌋ quia incircumscriptibilis est & ab omni materialitate prorsus immunis, infiniteq; distans, ⌊ quantus ego sum ⌋.i. nimis indignus & paruus sum, ⌊ vt possim ei ædificare domum, ⌋ prætacto modo condignam, per quæ verba excluditur rudissimus error putantium deum in sua deitate esse localem, materialem, & corporalia liniamenta habentẽ. ⌊ Sed ad hoc tantum ⌋ cupio deo templũ construere, ⌊ vt adoleatur incẽsum corã illo, ⌋ sub adoletione incensi intelligendo & cætera sacrificia & ministeria quæ fiebãt in templo & causas eorũ finales. ⌊ Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino & hyacintho, & qui sciat sculpere celaturas, cum his artificibus quos mecum habeo in Iuda & in Hierusalem, quos pparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, &* arceuthina. ⌋ Tina vel arceuthina sunt ligna imputribilia & spinosa instar albæ spinæ, ⌊ & pinea de Lybano ⌋.i. sumpta de arbore pino. Porro tertio Regũ non fit mentio, nisi de lignis cedrinis & abiegnis.i. de abiete seu abietibus sumptis. ⌊ Scio enĩ ꝙ serui tui nouerint cedere ligna de Lybano. Et erunt serui mei cũ seruis tuis, vt parent mihi ligna plurima. Domus enĩ quã ædificare cupio, magna est nimis & inclyta. Præterea operarijs qui cesuri sunt ligna seruis tuis, dabo in cibaria tritici choros viginti milia. ⌋ Chorus hic sumitur pro mensura, ⌊ & hordei choros totidẽ, ⌋ de hordeo non fit mentio in pallegato Regũ libro, ⌊ olei quoq; sata viginti milia, ⌋ satum hic sumitur pro genere quodam mensuræ, quã aliqui vocant bathum. Præbuit etiam pfato regi totidem bathos vini. Et quãuis dicatur hic ꝙ Salomon dedit ista operarijs Tyri, non tamẽ eis dũtaxat, nec ipsi hæc omnia cõsumpserunt, sed pro tota familia regis Hirã dedit hæc Salomon quolibet anno. Vnde tertio libro Regũ Hirã ait ad Salomonẽ: Præbebis necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ. ⌊ Dixit aũt Hirã rex Tyri p literas quas miserat Salomoni: Quia dilexit dñs ppl'm suũ, idcirco te regnare fecit sup eũ. ⌋ Diligere enĩ est alicui bonũ velle. Præcipuũ aũt bonũ & saluberrimũ donũ inferiorũ, est bonus platus & efficax princeps, quemadmodũ scriptũ est in libro sapientiæ: Rex sapiẽs populi stabilimentũ est. Ex bono nãq; regimine psidentis dependent non parũ profectus & salus crediti sibi gregis. ⌊ Et addidit, dicens: Benedictus dominus deus Israel, qui fecit cœlum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem ⌋ in diuinis, ⌊ & eruditum ⌋ in scripturis, ⌊ & sensatum atq; prudentem ⌋.i. prouidum & discretũ, ⌊ vt ædificaret domũ domino & palatium sibi. Misi ergo tibi virũ prudentem & scientissimum ⌋.i. bene edoctũ & expertissimũ, ⌊ Hiram fabrum patrem meũ, ⌋ secundũ Glossam interliniarẽ, rex Tyri nomine Hirã nominat virũ istum etiam sic vocatũ patrẽ suũ, quia vir iste de terra Israel peregre profectus, docuit ipsum Tyri regẽ dei timorẽ & veritatis notitiã, vel propter ætatẽ & artis suæ pclaritatẽ nominat eũ patrẽ. Porro Hebræi (vt fertur) sic legũt, Hirã patris mei, q. a vt dicunt, vir iste fuit artifex excellentissimus etiam apud patrẽ huius Tyrij regis, cuius patrẽ dicũt fuisse eodẽ nomine appellatũ, videlicet Hirã, ⌊ filiũ mulieris ⌋ natæ ⌊ de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius. ⌋ Sed obuiare videt illud tertij Regũ libri: Misit rex Salomon & tulit Hirã de Tyro filiũ mulieris viduę de tribu Nephthalim patre Tyrio. Ad quod (vt fertur) respondent Hebræi, ꝙ fuit de tribu Dan ex parte matris, & de tribu Nephthalim ex parte patris, & ꝙ pater eius dicit Tyrius nõ natione, sed habitatione. Cui dicto videt textus nõ cõsonare, cũ dicit, filiũ mulieris viduæ de tribu Nephthalim patre Tyrio, & si ex vtroq; parẽte fuisset Israelita, potius diceret filius viri Hebræi, q̃ mulieris Hebrææ, qm̃ descriptio genealogiæ magis fit p nomẽ patris q̃ matris. Deniq; si pater eius habitauit in Tyro, probabile est ꝙ & mater, ideo videt magis dicendũ, ꝙ mater eius ex vna parte fuit de tribu Dan, ex alia de progenie Nephthalim. Nihilominus Glosa ait: Ostendit scriptura eũ esse de progenie Salumith de tribu Dan, de q̃ Salumith in libro legit Num. Patrẽ vero eius tradũt fuisse Hebræũ de stirpe Ooliab de tribu Dan, q cũ Beselee l operatus est tabernaculũ, ꝙ aũt Tyriũ vocat, dicũt ex traslatione cõrigisse, ⌊ qui nouit operari in auro & argẽto, ære & ferro & marmore & lignis. In purpura quoq; & hyacintho ⌋.i. lana aut laneo panno & bysso ⌋.i. candidissimo ac subtilissimo lino, ⌊ & coccino ⌋.i. rubeo, ⌊ & qui sciat celare omnẽ sculpturã, & adinuenire prudenter quodcũq; in opere necessariũ est, cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei Dauid patris tui. Triticũ ergo & hordeum & oleum & vinum, quæ pollicitus es dñe mi mitte seruis tuis, ⌋ ex hoc patet verũ esse quod dictũ est, ꝙ.s. Salomon misit regi Tyri etiã vinũ. ⌊ Nos autem cedemus ligna de Lybano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus p mare in Ioppe, tuum aũt erit transferre ea in Hierusalẽ. Numerauit igitur Salomon omnes viros

B

C

Alia, tina,
3. Regũ. 5
3. Regũ. 5
3. Regũ. 5
Sap. 6.
3. Regũ. 7
Nume. 34
Exodi. 31

proselythos, qui erāt in terra Israel, post dinumerationē quam dinumerauit Dauid pater eius, & D
inuenti sunt centum quinquaginta tria milia, & sexcenti. Fecitq́; ex eis septuaginta milia q humeris onera portarēt, & octoginta milia q lapides de montibus cæderēt, tria autem milia & sexcētos præpositos operum populi.⌋ Hæc plana sunt, & in præfato libro Regum sunt tractata, vbi & spiritualitas huius requiratur capituli. (3. Reg. 5. 6; 3. Reg. 7. 10.)

¶EXPLANATIO CAPITVLI III. Et cœpit Salomon ædificare domū dñi in Hierusalem. Art. III.

De expositione capituli huius atq; sequētis, in qbus structura tēpli, pertinentiūq; ad illud describitur, multa essent dicēda, nisi tertio Regū in expositione sexti & septimi capitulorū introducta iam essent, propter q̄d modo est pertranseundū. ⌊Et cœpit Salomon ædificare domū domini in Hierusalē in monte Moria⌋.i. visionis qm̄ altus erat, & ab eo vndiq; longe respiciebat, in quo Abraham filiū suū Isaac voluit sacrificare, appellauitq́; montē illum dñs videt. Hinc q̄q; mons ille dictus est mons visionis.i. contēplationis, qm̄ Abraham dñm vidit ibi, & dñs ipsum benigne ibi intuitus est, eiusq́; promptū animum approbauit, & obediētiam Abrahæ manifestauit ibidē, ⌊qui demōstratus fuerat Dauid patri eius.⌋ Nam ibi vidit angelū, cum euaginato gladio stātem, q per Gad præcepit regi Dauid construere ibi altare, tuncq́; cognouit Dauid deū velle templū ædificari illo in loco, queadmodū in priori libro patuit, ⌊in loco quem parauerat Dauid in area Ornā Iebusæi,⌋.i. in loco vbi arca steterat & per gyrum. ⌊Cœpit aūt ædificare mense secūdo anno quarto regni sui⌋ quia p annos præcedentes præparauit & procurauit materiā & necessaria alia. Porro tertio libro Regū habet in anno quarto mense Ziph, ipse est mēsis secūdus regni Salomonis. q̄d intelligendū est sic, q mensis ille fuit mensis secūdus quarti anni regni Salomonis. ⌊Et hæc sunt fundamēta quæ iecit⌋.i. exordia templi, quæ incepit, ⌊Salomon, vt ædificaret domū dei, longitudinis cubitos in mēsura prima sexaginta⌋.i. longitudo templi fuit sexaginta cubitorum, sicq́; iecit & fecit sexaginta cubitos longitudinis templi in prima mēsura.i. secundū mensurā & formā sibi à Dauid patre suo præfixam. q̄a vt patuit in primo libro, Dauid monstrauit & docuit ac reliquit in scriptis Salomoni exexemplar totius templi & dimensionum ipsius ac producendorū in ipso, ⌊latitudinis cubitos viginti⌋ fecit p manus artificū. ⌊Porticū vero ante frontē quæ tendebat in longū, iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorū viginti. Porro altitudo centū viginti cubitorū erat.⌋ tertio Regum libro habetur, triginta cubitos in altitudine. Respondetur q altitudo à terra vsq; ad primū tabulatum fuit triginta cubitorū, prout istud tertio Regū plenius dictū & concordatū est. ⌊Et deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo. Domū quoq; maiorē texit tabulis abiegnis⌋ tertio libro Regum sic legitur. Operuit domū lignis cedrinis, quomodo ergo hic dicitur tabulis abiegnis. Item: Texit domum laquearibus cedrinis. Ad quod respondere qs poterit, quod in eodē habet libro: Texit pauimentū domus tabulis abiegnis, retorquendo verba huius capituli nunc inducta, ad illā domus maioris seu templi partem, quanquā ad istud plenior habeatur responsio ex alibi dictis, F
⌊& laminas auri obrizi affixit per totum⌋ prætacto Regum fertur libro: Domum ante oraculū operuit auro purissimo, nihilq́; erat in templo quod non auro tegeret. Itaq; per aurum obrizum intelligit aurū purissimū, vtpote in sua natura sumptū nō mixtum nec immutatū. Vnde secūdum Albertū, aurum obrizum dicitur quasi aurū obrude, quasi in sua dispositione relictū nō leuigatū. ⌊Sculpsitq́; in ea palmas, & quasi catenulas se inuicē complectentes. Strauit quoq; pauimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo. Porro aurū erat probatissimū de cuius laminis texit domū, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia, & celauit Cherubim in parietibus. Fecit q̄que domum sancti sanctorū⌋ hoc est quod libro tertio Regum dictum atq; expositū est, fecit interiorem domum oraculi in sanctum sanctorū. Nempe domus sancti sanctorū fuit interior & sacratior pars templi, in qua erāt arca & secū reposita, sicq́; domus sancti sanctorū fuit ipsum sanctū sanctorū, ⌊longitudinem iuxta latitudinem domus, cubitorū viginti, & latitudinem similiter, viginti cubitorū. Et laminis aureis texit eā, quasi talentis sexcentis. Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui siclos quinquagenos appenderēt.⌋ Per hos em̄ clauos tabulata laterū seu tabulæ parietum aureis laminis cōnectebātur. ⌊Cœnacula q̄q;⌋ quæ erāt quasi solaria tēpli, in qbus reponebātur ornamēta sacerdotū & ministrorū tēpli, sacraq́; vasa & plurima pretiosa in cultu templi requisita, ⌊texit auro, fecit etiam in domo sancti sanctorū Cherubim duos⌋ q stabāt in interiori tēpli parte stabiliter, ideo subditur, ⌊opere statuario⌋.i. sicut statuę fieri solēt, quæ dicūtur à stādo, ⌊& texit eos auro. Alæ Cherubim viginti cubitis extēdebātur, ita vt vna ala haberet cubitos quinq;, & tāgeret parietē domus, & altera quinq; cubitos habēs, alā tāgeret alterius Cherub. Similiter Cherub alterius ala quinq; habebat cubitos, & tāgebat parietem, & ala eius altera, quinq; cubitorū, alā Cherub alterius cōtingebat. Igit alæ vtriusq; Cherubim expāsæ erāt, & extēdebātur per

A tur per cubitos viginti. Ipsi aũt stabãt erectis pedibus,& facies eoꝝ erãt versæ ad exteriorem domum.⌋ Hæc magister in historijs, alijq; catholici sic exponũt, ꝙ habebãt pedes obliquatos quasi ad ambulãdũ & eleuatos, sicut, videlicet in tripudijs habẽt hoĩes saltãdo ambulãtes. Cui expositioni obijcit quidã, qa vt asserit, in Hebræo habetur, stabãt sup pedes suos. Verũtamen prætacta illa expositio aptior eẽ censetur,& mysterio amplius cõgruit. Nã, vt fertur, in Glossa, ideo stabant pedibus sic erectis ad designãdũ, qa nos à mũdi huius peregrinationis ærũna erectos ad suũ desiderãt venire consortiũ. Itẽ ad figurãdũ omniũ supernoꝝ spirituũ exuberãtissimã iucunditatem. Potest aũt esse ꝙ sermo Hebræus vtrũq; designet, sed Hieronymus in veriorẽ trãstulit sensum, cui & aliæ trãslationes cõcordãt. ⌊Fecit quoq; velũ ex hiacyncto purpura, cocco & bysso⌋.i. ex materijs hoꝝ quatuor coloꝝ subtilibus & intextis, ⌊& intexuit ei Cherubim⌋ Istud in tertio Regũ libro omittit, sicut & ibi dicitur, q̃d hic nõ habet, videlicet de hostiolis ligni oliuaꝝ. Fuitq; velũ istud decoris gratia factũ, vt inter parietes deauratos olesericũ hoc fulgeret secundũ Glossam q̃d pependit ad parietem, q inter sanctũ & inter sanctũ sanctoꝝ medius stetit, quod & velum tempore passionis dominicæ legitur scissum, vel simile illi. ⌊Ante fores etiã templi duas columnas, quæ triginta & quinq; cubitos habebãt altitudinis. Porro capita earum quinq; cubitorum, necnon & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnaꝝ.⌋ Quidam per oraculum intelligunt hic porticum seu atriũ templi, in quo atrio seu porticu erãt columnæ, sicq; per cathenulas istas accipiunt opus illud reticulatũ & concatenatũ capitibus columnaꝝ illaꝝ appositum. Sed qm̃ oraculũ non consueuit accipi in scripturis, nisi pro propitiatorio, ex quo procedebãt diuina responsa, vel pro sancto sanctoꝝ in quo propitiatorium fuit contentum, ideo alij per
B catenulas in oraculo intelligunt opus reticulatũ prætactum simile figuris, quæ in parietibus sancti sanctorum erant cœlatæ instar concatenati & plectilis operis. Veruntamen istud videtur alienum à textu, in quo euidenter habetur catenulas in oraculo, & non catenulas oraculi. Porro oraculum vno modo est idem quod oratoriũ.i.locus orationis. Atriũ aũt seu porticus fuit locus orationis pro vulgo, & ita nunc sumitur. ⌊Malogranata etiã centum, quæ catenulis interposuit. Ipsas quoq; columnas posuit in vestibulo templi, vnam à dextris, & alteram à sinistris. Eã quæ à dextris erat vocauit Iachin, & quæ ad leuã, vocauit Booz.⌋ Ista patent ex libro tertio Regum.

Per. Col. hist. lib. 3. Re. cap. 11; Hiero.; 3. Regũ. 6; Matt. 27; Marc. 15; Luc. 23; 3. Regũ. 6

¶EXPLANATIO CAPITVLI IIII. Fecit quoq; altare æneum. Art. IIII.

Nunc agitur de instrumentis & vasis ac vtẽsilibus diuini cultus in tẽplo. ⌊Fecit quoq; altare æneũ viginti cubitoꝝ longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis.⌋ In Exodo legitur, dominus Mosi præcepisse: Facies altare de lignis Sethim, quod habebit quinq; cubitos in longitudine, & totidem in latitudine.i. quadrũ seu quadrangulare, & tres in altitudine. Itaq; altare istud factum à Salomone per Hiram in hoc conuenit cum altari illo mosaico, ꝙ vtrunq; fuit
C quadratum seu æqualis quantitatis in longitudine ac latitudine, sed differũt in multis, quoniam istud fuit multo maius quàm illud. Istud quoq; intus plenum seu solidum quia mansurum erat in vno loco, illud vero concauum, quia portatile. Illud etiam fuit intus de lignis, istud ex lapidibus impolitis iuxta legis præceptum, in Exodo scriptum. Porro vtrunq; fuit æneis laminis tectum, propter ignis sacrificia incendentis calorem. Erat item sub altari hoc æneo Salomonis fouea magna, in quam decidebant cineres per foramen in medio altaris formatum, & sanguis qui in altaris crepidinem fundebatur decurrebat in eam. Interdum vero mundabatur fouea per fenestram quæ erat ad orientem, vt Iosephus dixit, atq; vt in scholastica fertur historia. Altare factum à Mose propter reuerentiam sui in aliqua atrij parte est reseruatum, quod aliqui tradunt ibi mansisse vsque euersionem factam per Romanos, imo etiam postea cum gentiles in Hierusalem habitantes fecerũt ex eo horologium sibi. ⌊Mare quoq; æneum fusile⌋ id est, lauatorium, de quo tertio libro Regum dictum est, ⌊decem cubitis à labio vsq; ad labrum rotundum per circuitum. Quinq; cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitoꝝ ambiebat gyrum eius. Similitudo quoq; boum erat subter illud. Et decẽ cubitis quædã extrinsecus cœlaturæ, quasi duobus versibus labiũ maris circũibant. Boues aũt erãt fusiles, & ipm mare sup duodecim boues impositũ erat, quoꝝ tres respiciebãt ad aquilonẽ, & alij tres ad occidentẽ. Porro tres alij meridiẽ, & tres q reliqui erãt orientem, habẽtes mare superpositum. Posteriora aũt boum erãt intrinsecus sub mari. Porro vastitas⌋.i. grossitudo seu spissitudo, ⌊eius habebat mẽsurã palmi⌋ hoc est, q̃d tertio libro Regũ dicit: Grossitudo luteris triũ vnciaꝝ erat, ⌊& labiũ illius erat quasi labiũ calicis, vel repandi lilij, capiebatq; tria milia metretas. Fecit quoq; conchas decẽ, & posuit quinq; à dextris, & quinq; à sinistris,⌋ hoc est q̃d pallegato Regũ libro legit: Fecit quoq; decẽ luteres æreos, & dicũtur cõchæ à cõcauitate, qm̃

Exodi. 27; Per. Col. hist. lib. 3. Reg. ca. 8; 3. Regũ. 7; 3. Regũ. 7; Ibidẽ

luteres concaui erant, quibus abluebantur pedes & intestina aı̄alium immolatitiorum. Hinc subdit D
⌊vt lauarent in eis om̄ia quæ in holocaustum oblaturi erant⌋ aut etiam in sacrificia alia, sed holo-
caustum tanq̄ dignior hostia specialiter exprimit. ⌊Porro sacerdotes in mari lauabant. ⌊Fecit au
tem & candelabra aurea decem⌋ quæ stabāt in exteriori parte tēpli, q̄ dr̄ sanctū vel sancta, de istis
candelabris dictū est, p̄tacto libro Regū, scd̄m spēm quā iusserat fieri⌋ .i. ad sı̄litudinē candelabri sa
Ibidē. ctı à Mose iuxta exemplar ei monstratū ac iussum in monte. Attn̄ candelabra ista erant maioris
quātitatis q̄ illud Mosaicū, q̄uis fuerint eiusdē formę aut schematis. ¶ Porro, de materia, forma, ac
Ex.25.26 Heb.8 natu cādelabri Mosi scriptū est in Exodo, quæ longū est allegare & difficilius intelligere sine elu-
Exo 25 cidatione, ⌊& posuit ea in tēplo, quinq; à dextris & quinq; à sinistris. Necnon & mensas decē, &
Exo.37 posuit eas in tēplo q̄nq; à dextris, & quinq; à sinistris⌋ Moses aūt vnā mensam fecerat aureā men
sam, quæ collocata est in exteriori tēpli parte, in medio harū decem mensarū. ⌊Phialas quoq; au-
3. Regū. 7 reas centū fecit & atriū sacerdotū⌋ de multiplici atrio templi dictū est tertio libro Regum, ⌊& ba
silicam grādem⌋ .i. ædem notabilem seu aulā in qua scd̄m Glossam populus conuenit ad orandū,
3. Regū. 6 atq; ad audiendū verbū dei, & erat extra atriū sacerdotū scd̄m Glossam, de præfato aūt sacerdotū
atrio legit tertio libro Regū: Aedificauit atriū interius tribus ordinibus lapidū politorū, & vno or
dine lignorū cedri, & ostia in basilica quæ texit ære. Porro mare posuit in latere dextro contra oriē
tem ad meridiem. Fecit aūt Hirā ⌊Lebetes & Creagras⌋ .i. Chaldarias, atq; fuscinulas, seu triden-
tes, ⌊& phialas⌋ .i. cyphos. Omniū demū in isto capl'o sequentium expositio euidenter habet, ac
posita est in tertio Regū libro, & aliq̄ inde habent eodem libro capitulo sexto, dicitur tamen hic. E
3. Regū. 7 ⌊Et cōpleuit oē opus regis in domo dei .i. colūnas duas, & epystilia & capita & q̄si q̄dā retiacula,
q̄ capita tegerēt supepistylia. Malogranata q̄q; quadringenta & retiacula duo, ita vt bini ordines
malogranatorū singulis retiaculis iungerent, quæ protegerent epistylia & capita columnarū. Bases
etiam fecit, & conchas quas supposuit basibus. Mare vnū, boues quoq; duodecim sub mari, & le-
betes & creagras, & phialas. Omnia vasa⌋ cultus diuini ⌊fecit Salomoni Hirā pr̄ eius in domo dn̄i
ex ære mundissimo⌋ In quibus verbis Hyrā vocat pater Salomonis, q̄m Salomon eum quasi pa-
trem venerabat, propter ipsius excellentissimā artē, & diligentissimū deuotum'q; vsum artis ipsi⁹
Vel ratione solicitudinis quā Hyrā gessit pro Salomone ad explendū magnifice om̄e opus ipsius
& itē rōne pn̄ræ dilectiōis suæ ad Salomonē. ⌊In regiōe Iordanis, fudit ea rex in argillosa terra īter
Soccoth & Saredatha. Erat āt multitudo vasorū innūerabilis, ita vt ignoraret pōdus æris. Fecit'q;
Salomon om̄ia vasa domus dei, & altare aureū, & mensas, & sup eas panes propositionis. Cande-
labra quoq; cum lucernis suis, vt lucerent ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo, & floren-
tia q̄dā & lucernas & forcipes aureos. Oīa de auro mundissimo facta sunt. Thymiatheria quoq; &
thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo, & ostia cælauit templi interioris, id est, in
sctā sanctorū, & ostia templi forinsecus aurea. Sic'q; completum est omne opus quod fecit Salo-
mon in domo domini⌋ ¶ Postremo, in templo Salomonis merito aucta sunt quantitate, quali-
tate, & numero instrumenta & vasa cultus diuini, ita quòd in eo fuit tam grande altare sacrificiorū
tot'q; candelabra, & tot mensæ atq; tam innumerabilia vasa amplius quàm in tabernaculo Mosi,
quoniam numerus sacerdotum ministrorum'q; & templi cultus diuinus erant iam tēpore Dauid,
& maxime Salomonis plurimū aucti & multiplicati. ¶ Spūalis quoq; omnium horum intelligē
3. Reg. 6. 7 tia tertio Regum libro est expressa. Dicunt quoq; expositores quod templum Salomonis cum at-
tinentijs suis & vasis atq; altaribus potissime factum est ad similitudinem tabernaculi Mosi, præ- F
sertim quantum ad situm', & formam, à diuisione templi in duas partes, & alia multa. Nam
Exodi. 25 26.27 & templum Salomonis situm erat ad occidentem, & istud clarius innotescet, si quis diligenter ad-
3. Reg. 6. 7 uertat ea quæ in Exodo de tabernaculo Mosi & pertinentibus ad ipsum conscripta sunt. Vnde &
spiritalis sensus istorum in multis coincidit, prout tertio libro Regum est inductum.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI QVINTI. Intulit igitur Salomon om̄ia quæ vouerat Dauid pater eius, argentum &c.

Articulus Quintus.

DESCRIPTA TEMPLI CONSTRVCTIONE RE-
citatur dedicatio eius, & primo refertur, qualiter in illud fit arca do-
3. Regū. 8 mini intro ducta, & penè nihil habetur in isto capitulo, quod non ter-
tio libro Regum conscriptum fit, atque expositum. ⌊Intulit igitur Sa-
2. Par. 3. 4 lomon omnia quæ vouerat Dauid pater eius, argentum, & aurum, &
vniuersa vasa posuit in thesauris domus domini. Post quæ,⌋ hoc est,
completis quæ in præcedentibus duobus describuntur capitulis, ⌊con-
gregauit⌋ Salomon omnes, ⌊maiores natu Israel, & cunctos prin-
cipes tribuum, & capita familiarum de filijs Israel in Hierusalem,⌋ vt
cum maiori reuerentia, & generali deuotione templum dedicaretur, &
arca transferret in illud, ⌊vt adducerent arcam fœderis dn̄i de ciuitate Dauid quæ est Syon⌋ .i.

tollerent

A tollerent eā de tabernaculo q̄d Dauid ei tetenderat iuxta suum palatium. ⌊Venerunt itaq; ad regem omnes viri Israel in die solenni mēsis septimi. Cūq; venissent cuncti seniorū Israel portauerunt Leuitæ arcā⌋ quia hoc ad eorū spectabat officium, ⌊& intulerūt eam⌋ vsq; in atriū templi; non autem in sancto aut in sancta sanctorum, quo ingredi eis non licuit, sed illuc intulerūt eā sacerdotes inuolutam, ⌊& omnem paraturam⌋.i. apparatum, ⌊tabernaculi,⌋ hoc est quod tertio libro Regum asseritur: Portauerunt arcā fœderis & tabernaculum domini, quod per Mosen iusserat dominus fieri, & omnia vasa sanctuarij. Nam ea quæ Moses fecit tunc in templum Salomonis illata sunt, vnde subiungitur. ⌊Porro vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo, portauerūt sacerdotes cum Leuitis.⌋ Tunc quippe tabernaculū Mosi fuit cū vasis suis repositum in thesauris domus domini, & in templū Salomonis perducta sunt. ⌊Rex autem Salomon & vniuersus cœtus Israel, & omnes qui fuerūt congregati ante arcam, immolabāt arietes, & boues, absq; vllo numero. Tāta enī erat multitudo victimarum. Et intulerūt sacerdotes arcā fœderis domini in locū suum, id est ad oraculum templi, in sancta sanctorum, subter alas Cherubim, ita vt Cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis. Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant capita, parebant ante oraculum. Si vero quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vsque in præsentem diem. Nihilq; erat aliud in arca, nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moses in Horeb, quando legem dedit dominus filijs Israel, egredientibus ex Aegypto. Egressis autem sacerdotibus de sanctuario⌋ hoc est, de templo de quo exierunt, cum arcam in suo loco constituerunt. ⌊Omnes enim sacerdotes qui ibi inueniri poterāt, sanctificati sunt,⌋.i. purgati & aptati ad sua obsequia in dedicatione templi agenda, sanctificati sunt autem per orationes, ieiunia, continentiā, vestiū lotionē aut consimilia. ⌊Nec adhuc in illo tempore vices & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat⌋ In primo libro est descriptum, qualiter Dauid sacerdotes Leuitas & cātores distinxit, atq; in suis fecit seruire obsequijs, sed nondū fuit hic ordo diuisus per executionē in templo. Nondum quoq; diuisus fuit tam plene vt consequenter. Vel ideo dicitur istud, q͂a in tēpli dedicatione omnes pariter non successiue deseruierūt, itaq; pro tunc ordo successionis in seruiendo non seruabatur, sed propter inæstimabilem multitudinē hostiarum omnes occupati fuerunt, quia per manus eorū omnia illa offerebantur iumenta & Leuitæ sacerdotibus ministrabāt. Omnes quoq; in psallendo & personando fuerunt concorditer ac pariter occupati, sicut subiungitur, ⌊tam Leuitæ quàm cātores, id est, & qui sub Asaph erāt, & qui sub Heman, & qui sub Idithun.⌋ Isti enī erāt tres principales cātores cæteris præsidentes, sicut in primo libro expositum est, ⌊filij & fratres eorū vestiti byssinis⌋.i. albis & lineis vestibus, ⌊cymbalis, & psalterijs, & cytharis concrepabāt, stantes ad orientalē plagā altaris, & cū eis † sacerdotes centum viginti canētes tubis⌋ non bellicis, sed festiualibus. ⌊Igitur cūctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus⌋ quod intelligendum est reddendo singula singulis.i. isto istud agente, & illo taliter concrepāte, ⌊longe sonitus audiebatur.⌋ Nam quidā ipsorum simul ore cantabāt, & musicis instrumentis ludebant, hinc subditur, ⌊ita vt cū dominum laudare cœpissent & dicere. Confitemini domino quoniā bonus, quoniā in æternum misericordia eius, impleretur domus dei nube, ne possent sacerdotes stare, & ministrare, propter caliginem. Compleuerat enī gloria domini domum dei⌋ quod fuit certū iudiciū acceptatiōis diuinæ, qua deus illorū deuotionē & laudes ac sacrificia acceptauit, & gratiosæ p̄sentiæ suæ, qua & in illorū cordib⁹ habitauit, prout tertio libro Regū diffusius fuit expositū.

2. Regū. 6 · 3. Regū. 8 · 1. Par. 14 · 1. Par. 25 · 1. Par. 24 · † al. cantores vel doctores. · Psal. 105. 106. 107. · 3. Regū. 8

❡DECLARATIO CAPITVLI VI. Tunc Salomon ait: Dn̄s pollicitus est vt habitaret in caligine. Art. VI.

C VIdens Salomon quàm gratiose omnipotēs suū acceptasset obsequium & sacerdotum ac Leuitarum atq; cātorum tòtiusq; plebis deuotionē, processionem, laudes & hostias, exhilaratus in dn̄o in verba gratiarum actionis & orationis cū ingenti feruore prorupit. Quicq͂d aūt in isto cōtinetur capitulo, pene totū habitū, expositūq; consistit tertio Regū libro idcirco pertrāseundum, & pauca ibi nō habita nūc tāgentur. ⌊Tunc Salomon ait: Dn̄s pollicitus est, vt habitaret in caligine. Ego aūt ædificaui domū nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuū. Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel. Nam om̄is turba stabat intenta, & ait: Benedictus dn̄s deus Israel, qui, quod loquutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicēs: A die qua eduxi populū meū de terra Aegypti, nō elegi ciuitatem de cūctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo, neq; elegi quenq͂ alium virum, vt esset dux in populo meo Israel, sed elegi Hierusalē, vt sit nomē meū in ea, & elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meū Israel. Cumq; fuisset volūtatis Dauid patris mei, vt ædificaret domū nomini dn̄i dei Isrl̄, dixit dn̄s ad eū; Quia hæc fuit volūtas tua, vt ædificares do- Ibidē

res domū nomini meo, bene qdem fecisti, huiuscemodi habendo voluntatem, sed non tu ædifica- D
bis mihi domū. Veruntñ filius tuus q egrediet de lumbis tuis, ipse ædificabit domū nomini meo.
Compleuit ergo dñs sermonē suū, quē locutus fuerat & ego surrexi ꝓ Dauid pr̃e meo, & sedi sup
thronū Israel, sicut locutus est dñs, & ædificaui domū nomini dñi dei Israel, & posui in ea arcam,
in qua ē pactū dñi, quod pepigit cū filijs Israel. Stetit ergo coram altari dñi ⌋ .i. ante altare holo-
Ibidē caustì in atrio, non eñ introiuit in templū ipsum, & ad altare incensi positū ibi, cum nō esset sacer-
dos, ⌊ ex aduerso vniuersæ mltitudinis Isrl ⌋ .i. ex opposito ppl'i stātis in atrijs deputatis. Verterat
eñ faciem suā ad ppl'm, iuxta illud tertij libri Regū: Conuertit rex faciem suā, ⌊ & extendit manus
Iose. lib 8 suas. Siqdem fecerat Salomon ⌋ p manus artificū, ⌊ basim æneam ⌋ .i. arengeriam ⌊ & posuerat eā
ant.iu.c.3 in medio basilicę ⌋ .i. atrij sacerdotū seu mundoꝝ, vt qdam exponunt, quod & Iosephus vocat au
lam seu basilicā grādem, & erat contiguū atrio sacerdotū, in quo situ erat altare æneū holocaustoꝝ
⌊ habentem quinq; cubitos longitudinis, & quinq; latitudinis, & tres cubitos altitudinis ⌋ sic'q; in
Exo.27 suis dimensionibus fuit æqualis altarj holocausti facto à Mose, vt in Exodo legit. ⌊ Stetit'q; super
eam, & deinde flexis genibus contra vniuersam multitudinē Israel, & palmis in cœlum leuatis, ait
Dñe deus Israel non est similis tui deus in cœlo & in terra, q custodis pactū & misericordiā cū ser
uis tuis, q ambulant corā te in toto corde suo, q ꝓstitisti seruo tuo Dauid patri meo, quæcūq; locu
tus fueras ei, & quæ ore promiseras, ope complesti, sicut & præsens tp̄s probat. Nunc ergo domi
ne deus Israel, imple seruo tuo p̄ri meo Dauid quæcunq; locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir
coram me, qui sedeat sup thronum Israel, ita tamen si custodierint filij tui vias meas, & ambula-
uerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. Et nunc dñe deus Israel firmet sermo tuus, quē
loquutus es seruo tuo Dauid. Ergo ne credibile est, vt habitet deus cum hoībus sup terram? Si cœ E
lum & cœli cœloꝝ non te capiunt, quanto magis domus ista quàm ædificaui. Sed ad hoc tantū fa
cta est ⌋ domus ista seu templū, ⌊ vt respicias ⌋ p approbationem & exauditionem ⌊ orōnem ser
ui tui, & obsecrationem eius dñe deus meus, & exaudias ꝑces, quas fundit famulus tuus corā te, vt
aperias oculos tuos sup domū istam diebus ac noctibus, sup locum in quo pollicitus es, vt inuocet
nomē tuū, & exaudires orōnē quā seruus tu' orat in eo, & exaudias ꝑces famuli tui & ppl'i tui Isrl ⌋
Supra Salomon dixit, sed ad hoc tantum vt adoleat incensum coram illo. Itaq; sicut ibi p incensi
2.Paral.2 adolitionem, sic hic p orōnis exauditionē subintelligunt alij actus qui exercebant in templo, ꝓ-
pter quos ibi fiendos fuerat factum. ¶ Porro, qui ex feruentissimo loquunt affectu frequenter ab-
Cant.7 rumpunt verba, ita vt aliquid subintelligere sit necesse, sicut in Canticis asserit sponsa: Ego dilecto
meo, & ad me conuersio eius ⌊ Quicunque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est,
de cœlis, & propitiare. Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare contra eum para-
tus venerit, se'q; maledicto constrinxerit corā altari in domo ista, tu audies de cœlo, & facies iudi-
cium seruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium, & vlciscaris iustum,
retribuens ei secundum iustitiam suam. Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (pecca
bunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint depre-
cati te in loco isto, tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in ter-
ram quam dedisti eis, & patribus eorum. Si clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata po-
puli tui, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, cum
eos afflixeris exaudi de cœlo domine, & dimitte peccata seruis tuis, & populi tui Israel, & doce eos
viam bonam, per quam ingrediantur. Et da pluuiam terræ, quam dedisti populo tuo ad possiden F
dum. Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, & erugo, & locusta, & brucus, & hostes vasta-
tis regionibus portas obsederint ciuitatis, omnis'q; plaga & infirmitas presserit, si quis de populo
tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam, & infirmitatem suam, & expanderit manus suas
in domo hac, tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vni-
cuique secundum vias suas, quas nosti eum habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filio-
rum hominum, vt timeant te, & ambulent in vijs tuis, cunctis diebus, quibus viuunt super faciem
terræ, quam dedisti patribus nostris. Externum quoque qui non est de populo tuo Israel, si ve-
nerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robustam, &
brachium tuum extentum, & adorauerit in loco isto, tu exaudies de cœlo, firmissimo habitaculo
tuo & facies cuncta pro qbus inuocauerit te ille peregrinus, vt sciant omnes populi terræ nomen
tuum, & timeant te, sicut populus tuus Israel, & cognoscant, quia nomen tuum inuocatum est sup
domum hanc, quam ædificaui nomini tuo. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduer
sarios suos, per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est, quam ele
gisti, & domum quam ædificaui nomini tuo, vt exaudias de cœlo preces eorum & obsecrationem
& vlciscaris. Si autem peccauerint tibi (neq; enim est homo qui non peccet) & iratus fueris eis, &
tradideris eos hostibus, & captiuos eos duxerint in terram longinquam, vel certe quæ iuxta est, &
conuersi in corde suo, in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te
fuerint in terra captiuitatis suæ, dicentes: Peccauimus, inique fecimus, iniuste egimus, & reuersi
fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ, ad quam ducti sunt,

adorabūt

A adorabũt te contra viã terræ suæ, quã dedisti patribus eorũ, & vrbis quã elegisti, & domus quam
ædificaui nomini tuo, vt exaudias de cœlo, hoc est de firmo habitaculo tuo, preces eorũ, & facias
iudiciũ, & dimittas populo tuo q̃uis pctõri. Tu es eñi deus meus: Aperiãtur q̃so oculi tui, & aures
tuæ intẽte sint, ad orationẽ quæ fit in loco isto. Nũc igit cõsurge dñe deus in requiẽ tuã, ⌋.i. in tẽ-
plo isto dignãter habitare de cætero velis, & illud gratiose ingredere, in q̃ est sedes tua, videlicet
propitiatoriũ, & q̃d factũ est vt requiescas in ipso.i. per pietatis tuæ effectus ostẽdas te inuariabi-
lem & incircũscriptibilẽ deũ ibi adesse, ⌊tu & arca fortitudinis tuæ, ⌋.i. arca fœderis, in qua erant
tabulæ testamẽti, in qbus scriptus fuit decalogus, q̃ dicitur arca fortitudinis dei, qa per eã omipo- Deu. 4.
tentiã suã freqũeter monstrauit p miraculosos effectus, sicut in pcussione Oza & Bethsamitarũ, 1. Regũ. 6.
& in plagatione Philistinorũ. In desiccatione q̃q; Iordanis, deiectioneq́; murorũ Iericontinorũ. 1. Para. 13.
Per eam etiã benedixit Obededom & alijs multis. Sed cur Salomon ista orauit, cũ iuxta historiæ 1. Regũ. 6.
ordinẽ iam facta fuerit dedicatio tẽpli, & deus suũ gratiosum ingressum in templũ monstrauerit 1. Regũ. 5. Iosue. 3. 6.
per nubis introitũ. Arca quoq; iam fuit ibi in sancto sanctorũ reposita. Respondetur q̃ ista ora- 2. Reg. 6.
uit, quatenus deus effectus suos gratiosos cõseruaret & augerẽt in tẽplo, & arcã stabiliret ibidem,
ne tolleretur, sicut iam fuit ablata de Galgala, de Nobe, de Cariathiarim & Gabaon. Vnde in ex-
ordio seqũetis capituli legit, q̃ oratione ista cõpleta ignis descẽdit de cœlo & deuorauit holocau 2. Paral. 7.
sta & victimas, & maiestas dñi impleuit domum, videlicet magis q̃ ante. Dicũt tamen Hebræi, q̃
sacerdotibus volentibus templũ intrare cũ arca, ianuæ templi se cõtra eos clauserunt, propter q̃d
Salomon verba ista orauit, sicq́; referẽda esset ista oratio ad præinducta superiora de arcæ indu- 2. Para. 5.
ctione ad locũ suũ. Addunt quoq; q̃ sacerdotes tunc cecinerunt psalmum cẽtesimum, tricesimũ
B primũ.s. Memento dñe Dauid, quatenus ianuæ aperirẽtur. Cũq́; venissent ad illũ versiculũ, pro- Psal. 131.
pter Dauid seruum tuum.i. propter merita eius, non auertas faciẽ Christi tui.i. preces Salomo-
nis vncti in regẽ orãtis pro ianuarũ apertione, non spernas sed impleas, ostia reserabãtur. Sacer-
dotes tui dñe deus induãtur salutẽ⌋.i. salubriter conuersent & prosperent in te, quatenus eorum
obsequiũ tibi complaceat, & populus adiuuetur ac ædificet per eos. Ideo pro sacerdotibus spe-
cialiter exorauit. Nam & in veteri testamẽto cuius sacerdotiũ fuit carnale, rex sacerdotibus fuit
superior, quemadmodum apud Gẽtiles; ⌊& sancti tui⌋.i. fideles tibi deuoti specialiter cantores
& Leuitæ tibi consecrati, ⌊lætentur in bonis, ⌋.i. actibus virtuosis, & in donis ac beneficijs tuis
omnia finaliter ordinando ad te atq; in te principaliter gloriando, iuxta illud: Qui gloriat, in do- Hiere. 9.
mino glorietur. ⌊Domine deus meus ne auertas faciem Christi tui⌋.i. meam præsentiã ne repel- 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.
las, nec preces meas despicias. Hoc Salomon deprecatus est pro seipso, qui erat Chrũs dei.i. vn-
ctus in regem ex ordinatione diuina. Vnde de Iob dominus dixit: Faciem eius suscipiam. In no- Iob. 42.
uo autem testamẽto vnusquisq; fidelium vnctus est & Christus dei potest aliquo modo vocari.
⌊Memẽto misericordiarum Dauid serui tui⌋ hoc est, sicut valde misericorditer egisti cũ Dauid,
ita fac mecum, memorq́; sis operũ pietatis Dauid patris mei quæ fecit, vt si non meis saltem me-
ritis eius exaudias me.

¶DECLARATIO CAPITVLI VII. Cumq; complesset Salomon fundẽs preces. Art. VII.

C NVnc recitatur qualiter deus p facta & verba testatus est Salomoni, se ex-
audisse preces ipsius. ⌊Cũq; complesset Salomon⌋ suã orationem tota-
lem, ⌊fundens p̃ces⌋ quia in eius totali oratione multa puncta, pro qui-
bus orauit, continebant, ⌊ignis descẽdit de cœlo⌋ iuxta expositionem
præhabitã in primo libro, quia de aereo cœlo descendit angelico famu 3. Regũ. 18.
latu, cũ tamẽ naturale sit igni ascẽdere; ⌊& deuorauit⌋.i. omnino con- 1. Para. 21.
sumpsit intensissimo suo calore, ⌊holocausta⌋.i. sacrificia ad diuinæ ma
iestatis reuerẽtiã immolata, ad hoc q̃ incẽderent igne q̃ erat in altari ho
locaustorũ, ⌊& victimas⌋ pacificas; quæ nõ cõsueuerũt totaliter inflam
mari, sed vna earũ pars. Istud fuit certũ iudiciũ, q̃ dñs acceptauit oratio-
nes, cultum & hostias Salomonis ac ministrorũ tẽpli & plebis, sicut contigerat in sacrificijs Abel
& Gedeonis ac Manuæ. Aaron q̃q; & filiorũ eius, quãdo consecrati fuerũt, ⌊& maiestas dñi im- Gene. 4. Iud. 6. 13.
pleuit domũ⌋.i. nubes præclara quæ fuit effectus & signũ omnipotẽtiæ dei, & gratiosæ suæ præ- Leuitic. 9.
sentiæ ingressa est templũ, imo & partim operuit illud, quemadmodũ in erectione prima taber-
naculi Mosi, iuxta illud Exodi: Operuit nubes tabernaculũ testimonij, & gloria dñi impleuit il- Exod. 40.
lud, nec poterat Moses ingredi tectũ fœderis. ⌊Nec poterant sacerdotes ingredi templum dñi,
eo q̃ impleisset maiestas dñi templũ dñi.⌋ ¶Deniq; prætacta combustio sacrificiorum ab igne
illo cœlesti, intelligenda videtur de sacrificijs positis sup altare, non de cæteris omnibus, de qui-
bus paulo post subdetur. ⌊Sed & omnes filij Israel⌋ ibi præsentes, ⌊videbãt descendẽtem ignem
& gloriam domini supra domum⌋ id est, nubem præfatam operientem templum, ita q̃ pars nu
bis descendit atque introijt templum, præsertim per ianuam eius, quemadmodum sub Mose fa-
ctũ est

Exo 32 ctum est, secundū illud Exodi tricesimosecūdo: Ingresso illo tabernaculum fœderis descēdebat colu D
mna nubis, & stabat ad ostium. Vnde constat verū esse quod de opertione templi Salomonis à nu
be iam tetigi. Et corruentes proni in terram .i. toto corpore se ad diuinæ maiestatis reuerentiā
prosternētes, sup pauimētū stratū lapide .i. lapidibus complanatū, & hoc fuit pauimētum atrij
vbi stabāt, & hoc pauimētum vocat hic terra, nā lapis q̄uis sit mixtum, tn̄ terra p̄dominat in eo, &
Eccl 10 in scripturis terra frequenter pro quocūq; mixto terreno accipit, sicut cū dicit: Quid superbit ter-
ra & cinis, & laudauerunt & adorauerūt dn̄m. adoratione latriæ interiori & exteriori, vtpote
mente & corpe, qm̄ bonus, qm̄ in seculū misericordia eius. Rex aūt & oīs pp̄ls immolabāt vi-
3. Regū. 8 ctimas corā dn̄o. Mactauit igit .i. p manus sacerdotū occidit, & obtulit rex Salomon hostias
boum viginti duo milia, arietū centū viginti milia Istud tertio Regū libro expositū est. Et dedi
cauit domum dei rex & vniuersus populus hoc est, p manus pontificis & sacerdotum ei subminī
strantiū cōsecrauerūt templū, & atria eius, atq; altaria, pontifex aūt fuit Zadoc. Sacerdotes autē
1. Para. 14 stabāt in officijs suis, distincte & ordinate, sicut à Dauid p familias suas erant distincti, & Le-
uitæ in organis carminū dn̄i quæ fecit Dauid rex ad laudandū dn̄m, qm̄ bonus, qm̄ in æternū mise
ricordia eius .i. Leuitæ in manibus suis habebāt diuersa musica instrumēta, cū quorū sonitu simul
& ore cantabāt cātica spūalia à Dauid ex inspiratiōe spūs sancti ædita & conscripta, vtpote psal-
mos, ideo subdit hymnos Dauid canētes p manus suas p quas ludebāt in musicis instrumētis.
Ex his verbis videt argumētū nō minimū elici posse, q̄ oēs psalmi à Dauid cōpositi sint. Porro
sacerdotes canebāt tubis ante eos cūctus'q; Israel stabat. Sanctificauit q̄q; Salomon mediū atrij, an
3 Regū. 8 templū dn̄i. Obtulerat em̄ ibi holocausta, & adipes pacificorū, q̄a altare æneū q̄d fecerat, nō pote
rat sustinere holocausta & sacrificia, & adipes pacificorū. Fecit ergo Salomon solennitatē in tp̄e il E
Ecci 23 lo septem diebus & oīs Israel cū eo, ecclesia magna valde, ab introitu Hemath, vsq; ad torrentem
Aegypti Hoc tertio libro Regū expositū est vsq; ad id. Fecit'q; die octauo collectā q̄d de con
gregatiōe pro necessarijs tēpli exponit, prout in Leuitico clarius dictū est, & Thomas in prima se
cūdæ ita exponit, alij'q; cōiter. Ideo reprobatio qua R. Paulus Lyrā de hac expositione sæpius re-
prehēdit, nō præualet, eo q̄ dedicasset altare septē diebus, & solennitatē celebrasset diebus septē
Igit in die vicesimotertio, mensis septimi, dimisit pp̄los ad tabernacula sua, lætātes atq; gauden-
tes sup bono quod fecerat dn̄s Dauid, & Salomoni, & Israel pp̄lo suo. Compleuit'q; Salomon do
mum dn̄i .s. templū, & domū regis .i. palatiū suū regale, & oīa quæ disposuerat in corde suo
vt faceret in domo dn̄i, & in domo sua in q̄bus fecit varia vtensilia, ornamenta, & consimilia. Fe-
3. Reg. 3. 8 cit aūt domū suam infra tredecim annos, & templum in annis septem. & p domū regis intelligunt
tria regalia ædificia quæ fieri iussit, hoc est, palatium suum, & domus quā fecit suæ primæ & prin-
cipali vxori filiæ Pharaonis, & domus saltus, prout ista tertio libro Regum plenius sunt prolata,
& prosperatus est. Apparuit autem ei .s. Salomoni dn̄s nocte, & ait: Audiui orōnem tuam
3. Regū. 7 Tertio Regum narrat, qualiter dn̄s apparuit Salomoni, durante adhuc templi ædificatione, conte
stans sibi placere illam constructionem. Hic vero describitur, qualiter ei apparuit, atq; loquutus sit
templo iam ædificato, & elegi locum istum videlicet, montem Moria, seu templum in eo con
structum, mihi in domum sacrificij q̄a oblationes fiebant in atrio, orōnes quoq; & laudes dei,
3. Regū. 6 quæ sunt spūalia sacrificia, agebant in templo. Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & man-
dauero, & præcepero locustæ, vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum, con
uersus autem populus meus super quos inuocatum est nomen meum deprecatus me fuerit, & ex-
quisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à vijs suis pessimis, & ego exaudiam de cœlo, & propi- F
tius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorū. Oculi quoq; mei erunt apti, & aures meę erectæ ad
orōnem eius, q in loco isto orauerit. Elegi em̄ & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi
in sempiternum hoc est, iugiter per omne tempus veteris testamenti habitem, inuocer, & colar
ibidem, & permaneant oculi mei id est, pietatis meæ respectus operetur, & cor meum, hoc
est, intellectus seu sapientia mea clementer agat atq; exaudiat ibi cunctis diebus nisi per vestra
peccata ponatur obstaculum, sic em̄ sub conditione intelligendæ erant promissiones huiusmodi.
Illa quoq; promissio interdum implicite innuebatur, quandoq; explicite promebatur, quemad-
modum in verbis sequentibus. Tu quoq; si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater
tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iustitias meas, iudicia'q; seruaueris, suscitabo thro-
num regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, q non
sit princeps in Israel. Si aūt auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & p̄cepta mea quæ p̄po
sui vobis, & abeuntes seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos, euellam vos de terra mea, quam de
di vobis, & domū hāc quā ædificasti nomini meo, proijciam à facie mea, & tradā eam in parabolā,
& in exemplū cunctis populis, & domus ista erit in prouerbiū vniuersis, trāseuntibus, & dicent stu
pentes. Quare fecit dn̄s sic terræ huic, & domui huic? Respondebunt'q; Quia dereliquerunt dn̄m
deum patrum suorū, q eduxit eos de terra Aegypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerūt
3. Regū. 9 eos, & coluerunt, idcirco venerunt sup eos vniuersa hæc mala. Totus hic passus tertio Regum li-
bro expositus est.

Elucida-

A ¶ELVCIDATIO CAP. VIII. Expletis autem viginti annis. Arti. VIII.

PRosperitas Salomonis in ædificijs, diuitijs, victorijs, familijs, deuotio
quoq; eius in diuinis & prudentia eius in vtrisq;, videlicet in humanis
atq; diuinis hic recitatur, & prima pars huius cap. tertio libro Regum
exposita est, paucis demptis. ⌊ Expletis autem annis viginti postquã 3. Regũ. 9.
ædificauit Salomon domum dñi & domum suam, ciuitates quas de-
derat Hiram Salomoni ædificauit & habitare fecit ibi filios Israel, ⌋
Tertio libro Regum habetur, q ipse Salomon dedit regi Hiram vi- Ibidẽ.
ginti oppida in terra Galilæa, hic vero insinuatur, q & ipse Hirã de-
derit Salomoni aliquas vrbes quas Salomon ædificauit, eas reparan-
do & meliorando siue augendo, in quibus Israelitas fecit morari, vt
sic cultus veri dei dilataretur. Nam & in oppidis quæ contulit regi Hiram, mãserunt filij Israel cõ
morantes, quamuis oppida illa essent sub ditione regis illius gẽtilis, qui tamen coluit deum verũ.
⌊ Abijtq; in Hemath Soba & obtinuit eã. Et ædificauit Palmirã in deserto, & alias ciuitates mu-
nitissimas ædificauit in Hemath. Extruxitq; Bethhoron superiorem & Bethhoron inferiorem,
ciuitates muratas, habentes portas & vectes & seras, ⌋ de quibus in libro Iosue legitur. ¶ Porro ter Iosue. 16
tio libro Regũ non fit mentio, nisi de Bethhoron inferiore, & dicitur vna superior alia vel situ 18. 21.
vel dominatu, ⌊ Balaath etiã & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasq; vr- 3. Regũ 9
bes quadrigarũ & vrbes equitum. Omnia quæcunq; voluit fecit rex Salomon, atq; disposuit, ædi
ficauit in Hierusalem, & in Lybano, & vniuersa terra potestatis suæ. Omnẽ populum qui dere-
B lictus fuerat de Hethæis & Amorræis & Pherezæis & Heuæis & Iebusæis, qui non erãt de stirpe
Israel, de filijs eorũ, & de posteris, quos non interfecerãt filij Israel, subiugauit Salomon in tribu-
tarios, vsq; in diem hãc. Porro de filijs Israel non posuit vt seruirent operibus regis. Ipsi em̃ erãt
viri bellatores, & duces primi, principes quadrigarũ & equitum eius. Omnes aũt principes exer
citus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebãt populum. ⌋ Vnus fuit post
regem supremus totius exercitus princeps, videlicet Banaias, qui vices suas interdum commisit
filio suo, sub principe illo communi fuerunt principes iam p̃fati, quorũ aliqui pluribus, aliqui pau
cioribus præfuerunt, secundum q quidã erant tribuni, quidam centuriones, quidã quinquagena
rij. ¶ Veruntamen tertio Regum asseritur: Erãt autem principes super omnia opera Salomonis, p̃- Ibidẽ.
positi quingenti quinquaginta. ¶ Nec est contradictio in his, quoniã ibi est sermo de principibus, q
statutis operibus. i. operarijs imperabãt, hic vero de principibus exercitus. ⌊ Filiam vero Phara
onis transtulit de ciuitate Dauid in domũ quã ædificauerat ei. Dixit em̃ rex: Non habitabit vx-
or mea in domo Dauid regis Israel, eo q sanctificata sit ⌋ i. deo quodãmodo consecrata domus
Dauid, ⌊ quia ingressa est in eã arca domini. ⌋ Intulit em̃ eam Dauid in tabernaculum p̃ræpara-
tum infra septa palatij situm, & ibi iugiter ministri, Leuitæ & cantores diuino cultui erãt intenti,
propter quod tota domus Dauid fuit exinde quodãmodo consecrata. ⌊ Tũc obtulit Salomon
holocausta domino super altare domini, quod extruxerat ante porticum, vt per singulos dies of
ferretur in eo, iuxta p̃ceptum Mosi, in sabbatis, & in Calendis, & in festis diebus, ter per annum,
id est in solennitate azymorũ, & solennitate hebdomadarũ, & in solennitate tabernaculorũ. Et
constituit iuxta dispositionem ⌋ i. ordinationem ac iussionem ⌊ Dauid patris sui, officia sacer-
C dotum in ministerium suis, & Leuitas in ordine suo, vt laudarent & ministrarent corã sacerdoti
bus iuxta ritum vniuscuiusq; diei, & ianitores in diuisionibus suis, per portã & portã. Sic em̃ p̃ce
perat Dauid homo dei. Nec prætergressi sunt de mandatis regis, tã sacerdotes q̃ Leuitæ, ex om-
nibus quæ p̃ceperat ⌋ i. sacerdotes & Leuitas, cantores & ianitores ordinate distinxit, diuisit &
suis temporibus fecit seruire in templo, nunc istos nunc illos, iuxta quod Dauid supra primo li-
bro, à cap. 23. inclusiue vsq; ad cap. 27. exclusiue instituisse describitur. ⌊ Et in custodijs ⌋ i. repo-
sitorijs & ædibus ⌊ thesaurorũ ⌋ suorum ⌊ omnes impensas ⌋ i. necessarios sumptus & requisi-
tas materias pro templi ædificatione ⌊ præparatas habuit Salomon ex eo die quo fundauit do-
mum domini vsq; in diem in quo perfecit eam, ⌋ sicq; iuxta euãgelicam Christi parabolam sapien Luc. 14
ter se habuit, quoniã volẽs domum ædificare, prius sedens cogitauit & p̃parauit necessarios sum-
ptus. ⌊ Tunc abijt Salomon in Asiongaber, & in Eloth, ad oram maris rubri, quæ est in terra E-
dom. Misit ergo ei Hiram per manus seruorũ suorum naues & nautas, gnatos maris, & abierunt
cum seruis Salomonis in Ophir. Tuleruntq; inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & at
tulerunt ad regem Salomonem, ⌋ hoc est quod legitur tertio libro Regum: Classem quoq; fecit 3. Regũ. 9
rex Salomon in Asiongaber, quod ibi expositum est. Illuc ergo abijt Salomon nauigio, quia ser-
uos suos illuc direxit, non tamen apparet quod personaliter illuc profectus sit, nisi forte ad visitã Iose. lib. 8
dum suum socerum Pharaonem, aut præli causa, vel ratione solatij. ¶ Nempe vt Iosephus prote en in ca. 6
statur, & in scholastica fertur historia: Salomon vltra fines terræ promissionis vrbes plurimas oc Het. Co.
cupauit, auxiliante ei Pharaone præfato. histo. lib. 3 Re ca. 2

¶EXPOSITIO CAP. IX. Regina quoq; Saba, cum audisset famam Salomonis. Arti. IX. D

Regina quoq; Saba, cum audisset famam Salomonis, venit vt tentaret eum in ænigmatibus in Hierusalem, cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimum, gemmasq́; pretiosas. Cumq́; venisset ad Salomonem, loquuta est ei quæcunque erant in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat, nec quicq̃ fuit, quod nõ perspicuũ ei fecerit. Quæ postq̃ vidit sapientiã Salomonis, & domum quã ædificauerat, necnon & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorũ, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoq; & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo dñi, non erat præ stupore vltra in ea spũs. Dixitq; ad regẽ: Verus est sermo quẽ audieram in terra mea, de virtutibus & sapientia tua. Non credebã narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem, vix medietatẽ sapientiæ tuæ mihi fuisse narratã. Vicisti famã virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui assistunt corã te omni tẽpore & audiunt sapientiã tuã. Sit dñs deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare sup thronum suũ regem dñi dei tui. Quia diligit deus Israel, & vult seruare eum in æternum, idcirco posuit te super eũ regem, vt facias iudicia atq; iustitiam. Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosissimas. Non fuerũt aromata talia, vt hæc quæ dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerũt aurum de Ophir, & ligna de Thyina, & gemmas pretiosissimas, de quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo dñi, & in domo regia, E citharas quoq; & psalteria cantoribus. Nunquã visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit & postulauit, & multo plura q̃ attulerat ad eum. Quæ reuersa, abijt in terrã suam cũ seruis suis. Erat aũt pondus auri q̃d afferebat Salomoni per singulos annos, sexcenta sexagintasex talenta auri, excepta ea summa, quã legati diuersarum gentium & negotiatores afferre consueuerãt, omnesq́; reges Arabiæ, & satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salomoni. Fecit igit Salomon rex ducentas hastas aureas, de summa sexcentorum aureorum, quæ in singulis hastis expendebantur. Trecenta quoq; scuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebant singula scuta. Posuitq; ea rex in armamentario, quod erat consitũ nemore. Fecit quoq; rex solium eburneũ grande, & vestiuit illud auro mundissimo. Sex quoq; gradus quibus ascendebat ad soliũ, & scabellũ aureũ, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola, sed & alios duodecim leunculos, stantes sup sex gradus ex vtraq; parte. Non fuit tale soliũ in vniuersis regnis. Omnia quoq; vasa cõuiuij regis erãt aurea, & vasa domus saltus Lybani ex auro purissimo. Argentum enĩ in diebus illis pro nihilo reputabat. Siquidem naues regis ibant in Tharsis cũ seruis Hiram, semel in annis tribus, & deferebãt inde aurum & argentũ & ebur & simias & pauones. Magnificatus est igit Salomon sup omnes reges terræ, præ diuitijs & gloria. Omnesq́; reges terrarum desiderabãt videre faciẽ Salomonis, vt audirent sapientiã, quã dederat deus in corde eius. Et deferebãt ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma & aromata, equos & mulos p singulos annos. Habuit quoq; Salomon quadraginta milia equorum in stabulis, & curruũ, equitũq; duodecim milia. Constituitq; eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Hierusalem. Exercuit etiã potestatẽ sup cunctos reges à flumine Euphrate, vsq; ad terrã Philistinorum, F id est, vsq; ad terminos Aegypti. Tantamq; copiã præbuit argenti in Hierusalẽ, quasi lapidũ. Et cedrorum tantã multitudinem, velut sychomororum, quæ gignunt in campestribus. Adducebant autẽ ei equi de Aegypto, cunctisq; regionibus. Reliqua autem operum Salomonis priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Sylonitis. In visione quoq; Addo videntis cõtra Hieroboam filiũ Nabat. Regnauit aũt Salomon in Hierusalem sup omnẽ Israel, quadraginta annis, Dormiuitq; cũ patribus suis. Et sepelierũt eum in ciuitate Dauid. Regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

¶Sententia istius cap. tota continet atq; exposita est tertio lib. Regum, cap. 10. nisi quod ibi dicit, Fecit rex Salomon ducenta scuta de auro puro, & trecentas peltas de auro probato. Hic autem habet, Fecit rex Salomon ducentas hastas aureas, trecenta quoq;
3.Reg.10 scuta aurea. Itaq; quod in Regũ de hastis omittit, hic supplet. Similiter quod ibi de trecentis peltis narrat, hoc loco silet. nec contradictio est in eo, q ibi ducẽta, hic vero trecenta scuta aurea exprimunt, qm̃ numerus maior minorẽ includit, nec minor absolute positus numerum excludit maiorem. Hoc quoq; sciendũ, q nec hastæ, nec scuta, nec peltæ erãt in toto ex auro, sed intus erant de materia alia, & foris aureis laminis p̃tiosis & grossis operta, propter q̃d non solũ deaurata, sed & aurea nuncupant, & hoc ex textu isto ostendit, quo habet, Trecenta quoq; scuta aurea, trecentorũ aureorum quibus tegebant scuta singula. Similiter de hastis hic fert, Fecit ducẽtas hastas aureas, de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebant. Nec enim ex aureis illis tota materia hastæ constabat. Reliqua vero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Sylonitis, qui fuit de loco seu oppido Sylo, in

visione

A visione quoq; Addo videntis.i.prophetæ qui vaticinatus est contra Hieroboam, qualiter ipse & sua perirent posteritas, propter scelera sua. Præallegati autē libri nō supersunt apud Hebræos, nec apud catholicos, nec verũ est quod Rabbi Paulus ait, Per librũ Nathan probabiliter posse intelligi secundũ & tertiũ libros Regũ, vt in expositione primi libri ostensum est, præsertim quoniã tertio libro Regum legitur: Reliquum autem verborum Salomonis & omnia quæ fecit & sapientia eius, scripta sunt in libro verborum Salomonis. Si autem Nathan librũ illum Regũ tertium ædidisset, non diceret hoc loco, quod vniuersa opera eius reliqua scripta sint in verbis Nathan, cum & Nathan secũdum istam opinionem dicat ea scripta in libro verborum Salomonis. 3. Reg. 14 R. Paul. 3. Regũ. 11

¶EXPOSITIO CAP. X. Profectus est autē Roboam in Sichem. Arti. X.

Præsens capitulum recitat, qualiter Salomone defuncto facta sit Israelitici regni diuisio, eo quod filius eius Roboam insipienter & dure locutus sit populo. ⌊Profectus est aũt Roboam in Sichem (Illuc enĩ cunctus Israel conuenerat, vt constituerent eũ regē.) Quod cum audisset Hieroboam filius Nabat, qui erat in Aegypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) statim reuersus est. Vocaueruntq; eũ, & venit cũ vniuerso Israel, & loquuti sunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu leuiora impera patre tuo, qui nobis imposuit grauem seruitutē, & paululũ de onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait: Post tres dies reuertimini ad me. Cũq; abijsset populus, iniit cõsilium cum senibus qui steterãt corã patre eius Salomone, dũ adhuc viueret, dicens: Quod datis
C consiliũ, vt respondeã populo? Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. At ille reliquit consiliũ senũ, & cũ iuuenibus tractare cœpit, qui cũ eo nutriti fuerãt, & erant in comitatu illius. Dixitq; ad eos: Quid vobis videt, vel quid respondere debeo populo huic, qui dixit mihi: subleua iugũ quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cũ eo in delitijs, atq; dixerũt: Sic loqueris populo tuo qui dixit tibi, pater tuus aggrauauit iugũ nostrũ, tu subleua: & sic respondebis ei: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugũ, & ego maius pondus apponam. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego vero cædam vos scorpionibus. Venit ergo Hieroboam, & vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut præceperat. Respondítq; rex dura, derelicto consilio seniorum, loquutusq; est iuxta iuuenũ voluntatem. Pater meus graue vobis imposuit iugũ, quod ego grauius faciã. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego vero cædã vos scorpionibus. Et nõ acquieuit populi precibus. Erat enĩ voluntatis dei, vt compleret sermo eius quē loquutus fuerat per manũ Ahiæ Sylonitis, ad Hieroboam filiũ Nabat. Populus aũt vniuersus (rege duriora dicente) sic loquutus est ad eum: Non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel. Tu aũt pasce domũ tuam Dauid. Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios aũt Israel qui habitabãt in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. Misitq; rex Roboam
C Aduram, qui præerat tributis, & lapidauerunt eum filij Israel, & mortuus est. Porro rex Roboã currũ festinauit ascendere, & fugit in Hierusalem. Recessitq; Israel à domo Dauid, vsq; in diem hanc. Factũ est aũt cum audisset omnis Israel, quod reuersus esset Hieroboam, miserũt & vocauerũt eum, congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec sequutus est quispiã domum Dauid, præter tribũ Iuda solam.⌋ Tota huius cap. historia libro tertio Regum, capite duodecimo iam semel est exposita. 3. Regũ. 12

¶EXPOSITIO CAP. XI. Venit autem Roboam in Hierusalem. Arti. XI.

Narratur consequenter in isto capitulo, qualiter Roboam congregauit exercitum ad debellandum aduersarium suum Hieroboam, atq; ad subijciendum sibi decem tribus, quæ ab eius obedientia recesserunt. ⌊Venit aũt Roboam in Hierusalē, & conuocauit vniuersam domũ Iuda, & Beniamin, centũ octoginta milia electorum atq; bellantiũ, vt dimicaret contra Israel, & cõuerteret ad se regnũ suũ. Factusq; est sermo domini ad Semeiã, hominē dei, dicens: Loquere ad Roboam filiũ Salomonis, regem Iuda, & ad vniuersum Israel, qui est in Iuda, & Beniamin: Hæc dicit dñs: Non ascendetis, neq; pugnabitis contra fratres vestros. Reuertatur vnusquisq; in domũ suã, quia mea hoc gestũ est voluntate. Qui cũ audissent sermonē dñi, reuersi sunt, nec perrexerũt cõtra Hieroboã.⌋ Hoc totũ tertio lib. Regũ expositũ est. ⌊Habitauit aũt Roboã in Hierlm,⌋ tanq̃ in metropoli sui regni, ⌊& ædificauit ciuitates muratas in Iuda⌋, i. in sorte & funiculo tribus Iudæ seu in terra sui imperij, in q̃ & terra 3. Regũ. 12

Beniamin cõtinebat,⌊extruxitq́ Bethlehẽ & Etham & Tecue, Bethsur quoq; & Socco & Odollam, necnõ & Geth & Maresa & Ziph, sed & Adurahim & Lachis & Azecha, Saraa quoq; & Aialon & Hebron, q̃ erant in Iuda & Beniamin, ciuitatea munitissimas. Cũq; clausisset eas muris, posuit in eis principes⌋ad defendendũ,⌊ciborũq́ horrea, hoc est olei & vini,⌋vinũ inter pocula & oleũ inter cibariorũ cõdimẽta cõmuniter cõputant. Idcirco hoc loco ꝑ ciborũ horrea videntur quæcũq; repositoria alimentorũ intelligẽda,⌊sed & in singulis vrbibus fecit armamẽtaria⌋.i. domus ad reponendũ arma in eis,⌊scutorũ & hastarũ, firmauitq́ eas summa diligẽtia, & imperauit sup Iudã & Beniamin.⌋Infra habet, ꝙ Roboam erat rudis & corde pauido, nũc aũt cõmendatur de prouidẽtia & fortitudine, sed ista bona ex instigatione seniorũ ac sapientũ suorũ fecisse credendus est. Salomon quoq; pr̃ eius dimisit ei quasi infinitas diuitias & copiosam familiã, ideo tot vrbes infra breue tempus potuit ædificare aut reparare.⌊Sacerdotes aũt & Leuitæ q̃ erãt in vniuerso Israel⌋.i. in terra & regno decẽ tribuũ, q̃ sibi nomẽ Israel retinuerũt, eo ꝙ multo plures essent q̃ reliquæ tribus,⌊venerũt ad eũ de cũctis sedibus⌋.i. mãsionibus & vrbibus⌊suis, relinquẽtes suburbana & possessiones suas & transeuntes ad Iudã & Hierusalẽ, eo ꝙ abiecisset eos Hieroboam & posteri eius, ne sacerdotio dñi fungerent,⌋fecerat enĩ sibi vitulos aureos ad colendũ & ritum sacrificiorũ legis abiecit.⌊Qui cõstituit sibi sacerdotes excelsorũ⌋.i. locorũ sublimiũ, in quibus idola coluit seu phanorũ lucorũ aut idolorũ in montibus & collibus positorũ, in quibus idoli nõ deus, sed dæmones colebant, ideo subditur,⌊& dæmoniorũ vitulorũ quos fecerat,⌋ex quibus constat, ꝙ filij Israel vitulos aureos adorãtes nequeunt excusari. quasi in illis verũ deũ coluerint, quãuis Iosephus videat eos velle taliter excusare, Fecit quoq; Hieroboam sibi sacerdotes de extremis populorũ, & q̃a Leuitæ noluerũt sibi in sua idololatria cõsentire aut communicare, ipsos de suo abiecit dominio,⌊sed & de cũctis tribubus Israel⌋decẽ p̃fatis,⌊quicunq; dederãt cor suũ⌋.i. promptos se exhibuerũt,⌊vt quærerẽt dñm deum Israel⌋.i. deo placere niterent & ei vniri,⌊venerũt in Hierusalem ad immolandũ victimas suas coram dño deo patrum suorũ,⌋secũdum legis p̃cepta statutis temporibus anni, q̃d & Tobias se fecisse fatet, & istud fecerũt cũ magno periculo, quia contra regis sui iniqui vitiosum p̃ceptum, imò vt patet in Osee propheta, Impijssimi reges decem tribuũ posuerũt quosdã in locis montanis ad obseruandũ an aliqui ex regno illo irẽt ad immolandũ in templo Hierusalẽ,⌊& roborauerũt regnũ Iuda,⌋quia tã tribus Beniamin q̃ tribus Leuitica, & quidã ex alijs tribubus associauerunt se regno tribus Iudæ & regi ipsius,⌊& *roborauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos,⌋quia tam diu astiterunt ei secundum legẽ.⌊Ambulauerũt enĩ in vijs⌋.i. opibus bonis ac iussionibus,⌊Dauid & Salomonis annis tantũ tribus.⌋In hia verbis videt Salomon iustus insinuari & pœnituisse.⌊Duxit aũt Roboam vxorẽ Mahalath filiam Ierimoth, filij Dauid, Abihail quoq;, filiam Eliab, filij Isai, quæ peperit ei filios, Ieus & Samariam & Saham. Post hanc quoq; accepit Maacham, filiam Absalom, quæ peperit ei Abia & Ethai & Ziza & Salumith. Amauit autem Roboam Maacham filiam Absalom super omnes vxores suas & concubinas. Nam vxores decem & octo duxerat, concubinas autem sexaginta, & genuit vigintiocto filios & sexaginta filias.⌋Hic itaq; recitat numerus vxorum & concubinarũ ac sobolis eius, & quia erat tam carnalis, quid mirum si & idololatriam incidit? Habuit ergo proles octogintaocto, videlicet vigintiocto filios, sexagintaq́ filias.⌊Constituit vero in capite Abiam⌋filiũ suum &⌊filium Maacha ducem sup omnes fratres suos⌋.i. cæteris filijs suis etiam senioribus p̃tulit illũ.⌊Ipsum enĩ regem facere cogitabat, quia⌋cæteris⌊sapientior & potentior fuit sup omnes filios eius & in cunctis finibus Iuda & Beniamin & in vniuersis ciuitatibus muratis,⌋ideo ergo cõmisit ei gubernacula vrbiũ, & procurauit ꝙ sibi successit in regno.

3. Para. 13

Iose. lib. 8 an. in ca. 8

Tob. 1.

Ose. 7. 8. 9

*al's, confirmauerunt

D

E

F

¶ELVCIDATIO CAP. XII. Cumq́ roboratum fuisset regnum Roboam. Arti. XII.

IN isto capitulo consequenter recitatur, qualiter rex Roboam cũ suis ad idololatriam lapsus sit, & propter hoc deo disponente, iuste punitus sit à rege Aegypti.⌊Cumq́ roboratũ fuisset regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem dñi & omnis Israel cũ eo⌋.i. populus eius pro maxima parte. Nã qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.⌊Anno aũt quinto regni Roboam, ascendit Sesac rex Aegypti in Hierusalẽ (quia peccauerunt dño) cum mille ducentis curribus, & sexaginta milibus equitũ. Nec erat numerus vulgi quod venerat cũ eo ex Aegypto, Lybies scilicet & Troglodita & Aethiopes. Cæpitq́ ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsq; in Hierusalem. Semeias autẽ propheta ingressus est ad Roboam & principes Iuda, qui congregati fuerant in Hierusalem, fugientes Sesac, dixitq́ ad eos: Hæc dicit dominus: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac. Consternatiq́ principes Israel, & rex, dixerunt: Iustus est dominus. Cumq́ vidisset dominus ꝙ humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens; Quia humiliati sunt,

A sunt, non disperdam eos, daboq́ eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus super Hierusalem, per manū Sesac.⌋ Istud tertio libro Regū expositū est.⌊ Veruntamen seruient ei vt sciant distantiā seruitutis meæ & seruitutis regni terrarū. Recessit itaq; Sesac rex Aegypti ab Hierusalē, sublatis thesauris domus dñi & domus regis, omniaq́ secum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro qbus fecit rex æneos, & tradidit illos principibus scutariorū, qui custodiebant vestibulū palatij. Cumq́ introiret rex domū domini, veniebāt scutarij & tollebāt eos, iterūq; referebant eos ad armamentarium suū.⌋ Quāuis enī Roboam & principes eius ex verbis Semeiæ ꝓphetæ pœnituerunt & humiliauerunt se, nō tamen tam plene ꝗ plenarie liberari meruerūt à iugo seruitutis regis Aegypti, ideo manserūt sub eius seruitute durissima, vt vel sic reprimerent à suis sceleribus, atq; per experientiam scirent distantiam inter seruitutem dei & tyrannorū, & sic vexatio daret eis intellectum.⌊ Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira dñi, nec deleti sunt penitus. Siquidem & in Iuda inuenta sunt opera bona.⌋ i. aliqui de regno Roboam manserunt in cultu dei, quorū meritis adiuti sunt alij.⌊ Confortatus est ergo rex Roboam in Hierusalē atq; regnauit⌋ i. rege Aegypti regresso ad sua, rursus ad aliqualē succreuit confortationem in regno.⌊ Quadraginta autem & vnius anni erat cum regnare cœpisset. Et decem & septem annis regnauit in Hierusalem, vrbe quam elegit dñs, vt confirmaret nomen suū ibi, de cunctis tribubus Israel. Nomen aūt matris eius Naama Amanitis. Feciťq; malum & non ꝑparauit cor suum, vt quæreret dñm⌋ i. ad grām dei non disposuit se vere & stabili modo. Nam quāuis ad tempus hu- Esa. 24

B miliauit se, non tamen permāsit in bonis.⌊ Opera vero Roboam prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis, & diligenter exposita. Pugnaueruntq; aduersum se Roboam & Hieroboam cunctis diebus⌋ i. cunctis temporibus quādiu pariter regnauerunt. Quāuis enī (vt præcedenti habetur cap.) Roboam & populus eius in exordio regni sui cessauit à prælio cōtra Hieroboam, cōcepto tamen tempore procedente contra se inuicem pugnauerunt, & fuit inter eos displicentia, auersio atq; elatio multiplex.⌊ Et dormiuit Roboam cū patribus suis. Sepultusq́ est in ciuitate Dauid, & regnauit Abia filius pro eo.⌋ Huius cap. verba hic nō exposita, ex ꝑallegato tertio Regum libro clara sunt. 2. Paral. 11

¶EXPLANATIO CAP. XIII. Anno octauodecimo regis Hieroboam Arti. XIII.

Hic agitur de regno Abiæ.⌊ Anno octauodecimo regis Hieroboam regnauit Abia super Iudā, tribus annis regnauit in Hierusalem,⌋ hoc idē tertio Regum scriptum, expositumq́ est.⌊ Nomenq́ matris eius Michaia filia Vriel de Gabaa.⌋ Supra scriptū est, ꝗ Roboam accepit Maachā filiam Absalom, quæ peperit ei Abiam, quomodo ergo nunc dicit, ꝗ mater Abiæ fuit Michaia filia Vriel de Gabaa? Ad hoc quidā dixerunt, ꝗ Absalom alio nomine dictus sit Vriel, sed hoc non videtur sufficere, qa adiunctum est, de Gabaa, Absalom aūt non fuit de Gabaa, sed de Hierusalem siue de Bethlehem ex parte patris sui Dauid, & de Gessuri ex parte matris. Porro Lyra respondet, ꝗ verus textus habeat, filia Abessalom, quia in Hebræo ita habet, & nō, filia Absalom, quo admisso, adhuc remanet quæstio, quia hic dicit, filia Vriel. Ad quod aliqui responderūt, ꝗ Vriel & Abessalom fuerūt duo nomina viri eiusdē. Alij opinant, ꝗ Abessalom fuit auus fœminæ huius & Vriel pater ipsius. At vero magister in historijs ait, ꝗ Abia fuit filius Thamar filiæ Absalonis, sicq; dici posset, ꝗ Vriel iste fuit maritus illius Thamar, q̄ fuit eleganti forma, vt secundo Regū habet, & istud verius reor. Si aūt in Hebræo scriptum est Abessalom, poterit dici, ꝗ Abessalom sumit ibi pro Absalom, sicut Michaia est eadē quę Machaa, qm̄ eadem nomina aliquando variant in principio & in fine. Nec puto ꝗ vxor Roboam regis fuit immediata filia Absalonis, vt multi putant, qm̄ Absalom diu mortuus fuit antequā Salomon cœpit regnare aut generare. Salomon autem regnat quadraginta annis, sicq; filia Absolonis immediata fuit quasi vetula, dum Roboam suas accepit vxores.⌊ Et erat bellum inter Abiam & Hieroboam⌋ omni tempore vitæ eius. s. Abiæ, vt additur tertio Regum, vbi non recitatur in speciali aliquis eorum congressus, sed vnus hoc loco diligenter describitur.⌊ Cumq́ iniisset Abia certamen⌋ i. in procinctu esset ad congrediendū,⌊ & haberet bellicosissimos viros & electorū⌋ i. elegantium ad pugnandum⌊ *quadraginta milia, Hieroboam instruxit econtra aciem* octoginta milia virorū, qui & ipsi electi erant & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Zamaraim⌋ nomine,⌊ qui⌋ mons⌊ erat in Ephraim.⌋ Vnde videtur Abia intrasse terram regni Hieroboam,⌊ & ait⌋ alta voce clamando, ideo stetit in monte, vt melius audiretur à tanto exercitu.⌊ Audi Hieroboam & omnis Israel⌋ i. plebs decem tribuum tibi astās,⌊ *Nō ignoratis,⌋ quasi dicat, Vtiq; scitis aut scire debetis,⌊ quod dominus deus Israel dederit regnum⌋ ipsi⌊ Dauid super Israel⌋ i. duodecim tribus,⌊ in sempiternum, ipsi & filijs

C (margin) 3. Reg. 15 · 2. Paral. 13 · 2 Reg. 13 · 3. Reg. 15 · al's, quadringenta · al's, octingenta · al's, Num

eius in pactũ salis ⌟.i. fœdere fixo & stabili datione, sicut in omni oblatione rite facta, & in om- D
ni cibo bene condito sal ponit. Infra in isto sertur cap. & sunt verba Abiæ: Filij Israel nolite pu-
gnare contra deũ patrũ vestroꝵ, quia nõ vobis expedit. Ex quo elicit, ꝙ Abia intendebat aduer-
sarijs persuadere, vt sine bello abiret, vel regnũ totũ sibi pacifice redderent, ad q̃d diuersa inducit
2. Regũ 7 motiua, quoꝵ primũ iam tactũ est, vtpote q̃m dñs contulit Dauid ac posteris eius Israeliticum
regnũ in æuum. Veruntamẽ promissio dei de hoc facta regi Dauid & datio ipsa, intelligẽdæ sue-
runt sub cõditione, videlicet si in dei obsequio perseuerarẽt fideles. ⌞Et surrexit Hieroboam fili-
3. Regũ 11 us Nabat seruus Salomonis filij Dauid, & rebellauit cõtra dñm suũ⌟ Roboam regẽ, vel Salomo
nẽ, cũ tertio Regũ scriptũ sit: Hieroboam q̃q; filius Nabat Ephratæus seruus Salomonis leuauit
Iose. lib. 8 manũ suã contra regẽ. Nẽpe vt Iosephus alijq; testant, cum Achias ꝓpheta ꝓdixisset huic Hiero
an. tiq. ca. 7 boam, ꝙ regnaturus esset sup decẽ tribus. Ipse Hieroboam ex hoc audacior factus, & intumescẽs
cœpit quasdã, ꝓsertim tribũ Ephraim & Manasse, solicitare ad recedendũ à dominio Salomo-
nis, quo cognito, Salomon voluit eũ occidere, propter q̃d Hieroboã fugit & intrauit Aegyptũ.
⌞Cõgregatiq; sunt ad eũ viri vanissimi & viri Belial⌟.i. sine iugo, ⌞& ꝓualuerunt cõtra Roboam
3. Reg. 12 filiũ Salomonis.⌟ Verũtamẽ agnoscendũ ꝙ decẽ tribus satis cõcorditer secerũt sup se regẽ Hiero
boam, nec oẽs qui hoc fecerũt, eiq; adhæserũt, fuerũt iniqui, imò ex rationabili causa auersi fuerũt
à Roboam propter improbã & stolidã eius respõsionẽ. Ex ꝓordinatiõe q̃q; diuina & iusta ipsius
2. Para. 11 instigatione recesserũt decẽ tribus à filio Salomonis in pœnã sceleꝵ eius, quẽadmodũ supra Seme E
las propheta legit ad Roboã & exercitũ eius dixisse: Nõ ascendetis cõtra fratres vestros, qa mea
3. Regũ 11 hoc gestũ est volũtate. In libro q̃q; tertio Regũ dñs ait ad Salomonẽ: Quia nõ custodisti ꝓcepta
mea, disrumpens scindã regnũ tuũ, & dabo illud seruo tuo. Conformiter ad Hieroboã dixit dñs
Ibidẽ ꝑ Achiam prophetã: Ego scindã regnũ de manu Salomonis, & dabo tibi decẽ tribus, eo ꝙ Salo
mon dereliquerit me, te aũt assumã, erisq; rex super Israel. Si ergo audieris oĩa quæ ꝓcepero tibi,
sicut Dauid seruus meus, ero tecũ & ædificabo tibi domũ fidelem. Ex quibus ostendit, ꝙ ex diui-
na præordinatione & voluntate non solũ permissiua, sed etiã effectiua, Hieroboam factus sit rex
decẽ progenieꝵ. Veruntamen in hoc peccauit & rebellauit, ꝙ ante debitum tempus, vtpote Sa
lomone viuente, conatus fuit populum sibi allicere. Nam & ꝑ Achiam dñs inter cætera dixerat eis
Ibidẽ Auferam regnũ de manu filij eius, vtpote Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Idcirco Hiero-
boam nõ debuit tẽpus illud ꝓoccupare & anticipare. ⌞Porro Roboam erat rudis,⌟ quia nõ erat
3. Reg. 12 industriosus in bellicis rebus, fuit quoq; insipiens respondendo ad populum & idolis seruiendo.
Eccl. 47 Vnde in Ecclesiastico legitur: Dereliquit Salomon post se stultitiam & minutum à prudẽtia Ro
boam, qui auertit gentem consilio suo, ⌞& corde pauido,⌟ quia non fuit virilis neq; magnani-
mis, nec passionem timoris carnalis ac mundani ꝑ virtutem fortitudinis refrenauit, & ista sunt
potissimũ vitiosa in rege, quem oportet esse expertũ & peritum in bellicis, prudentem, fortem,
magnanimũ, ⌞nec potuit resistere eis⌟.i. præualere. Nã propter scelera sua deus abstulit ei suum
subsidium. ⌞Nũc ergo vos dicitis, ꝙ resistere possitis regno dñi quod possidet per filios Dauid⌟
.i. regi ac populo Iuda deum colẽtibus atq; legitimũ regnum ex diuina institutione habentibus
ita ꝙ regnum eoꝵ fuit regnum dei, qui fuit principalis eoꝵ rex, cuius vicarialis rex fuit legitimus F
ipsius Dauid successor, ⌞habetisq; grandem populi multitudinem, atq; vitulos aureos, quos fecit
vobis Hieroboam in deos. Et eiecistis sacerdotes dñi, filios Aaron atq; Leuitas⌟ de terra & offi
cio eorundẽ, ⌞& fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terraꝵ⌟.i. instar quorũcunq; gen-
tilium, qui de quacũq; natione sibi faciunt sacerdotes deoꝵ suoꝵ. ⌞Quicunq; venerit & initiaue
rit⌟.i. superstitiose consecrauerit ⌞manum suã,⌟ in stando & applicando se pro sacerdotio sa-
crilego obtinendo, prece aut pretio, initiauerit inquã ⌞in tauro & in bobus & in arietibus septẽ⌟.i.
hæc pecora offerendo, vel ꝑ liuitionem sanguinis eoꝵ effusi se consecrando aut consecrationem
in sacerdotem suscipiendo, atq; septem, propter septenarij perfectionẽ. Vel quia in tali initiati-
one offerebant huiusmodi septem iumenta. Deniq; dñs ait amicis Iob: Assumite vobis septẽ tau-
Iob. 42 ros & septem arietes, ⌞sit sacerdos eoꝵ qui non sunt dij,⌟ videlicet idolorum aut hominum im-
pioꝵ quos gentes coluerunt pro dijs, seu qualiumcunq; creaturaꝵ, in quibus non est deitas ve-
ra. Nec enim alicui creaturæ est sacrificandum, vt in libro de fide & legibus ostendit Guilhelmus
Deuterõ. 10 Parrhisiensis. ⌞Noster autem dominus deus est quem non relinquimus⌟.i. veꝵ deũ qui est om
nium dominus principalis adoramus & colimus, ⌞sacerdotesq; qui ministrant domino de filijs
1. Par. 24 Aaron⌟.i. sacerdotes habemus legitimos, quoniam solos posteros Aaron dominus iussit esse sa
cerdotes in lege, ⌞& Leuitæ sunt in ordine suo⌟.i. ordinate distincti per sua officia. ⌞Holocau-
sta quoq; offerunt⌟ sacerdotes ⌞domino per singulos dies mane & vespere,⌟ iuge sacrificium
offerendo, imò & alia multa offerebant quotidie, inter quæ istud fuit ꝓcipium, ideo specialiter no
Nume. 18 minat. Iuge autem sacrificium fuit quotidie immolatio vnius agni de mane & vnius de vespere,
Exodi. 30 ⌞& thymiama, iuxta legis ꝓcepta confectum.⌟ Vnde in Exodo dominus ait ad Mosen: Sume ti
bi aromata stacten & onichã & galbanum boni odoris & thus lucidissimum, faciesq; thymia-
ma, quod scilicet ex quatuor illis speciebus aromaticis efficiebatur, & in altari stanti in templo
incen-

incendebat, ad faciendum ibidem suauem odorem, L & proponunt panes in mensa mundissima J
A hoc est, quolibet sabbato ponunt sup auream mensam duodecim panes propositiõis prout in Exo Exod. 25
do præceptũ est, Salomon tamen fecit decem mensas aureas tales, sicut & decẽ candelabra aurea,
vt patuit in superioribus. L Estq; apud nos J id est, in templo à Salomone constructo, L candela- 3. Re. 7
brum aureũ J quod exponi potest, vel de candelabro à Mose facto, vel de candelabris decem quæ 2. Para. 4
fecerat Salomon, vt singulare pro plurali ponat. Aliqui tamen in dubium vertunt, an Sesac Aegy
pti rex, templum spoliando, abstulerit inde candelabra illa pretiosissima & apparet quòd non, quo
niam præcedenti capitulo legitur: Recessit Sesac sublatis thesauris domus domini, & thesauris re- 2. Para. 12
gis, & clypeos aureos, q̃s fecerat Salomon, secum tulit, nec legit abstulisse aliqua vasa, aut instrumẽ
ta cultus diuini, seu templi, sicut Chaldæi. Imo quarto libro Regum legitur Nabuchodonosor ab- 4. Reg. 25
stulisse à templo omnia vasa aurea, quæ Salomon fecit, L & lucernæ eius vt accendantur semper
ad vesperam. J In candelabro Mosi erant septem lucernæ aureæ, hoc est, lampades, vt in Exodo Exod. 25
habetur. Similiter in quolibet candelabro, facto à Salomone. Idcirco hoc loco singulare ponitur
pro plurali. Illæ autem lucernæ omnes ardebant de nocte, sed tres (vt fertur) in die, & rursus accen
debantur, ad vesperam illæ quæ erant de mane extinctæ, prout super Exodum diffusius est ex- Exo. 37
pressum. L Nos quippe custodimus præcepta domini dei nostri, quem vos reliquistis J Huic vide
tur contrarium, quod tertio libro Regum legitur Abia ambulasse in omnibus peccatis patris sui.
Ad quod poteris respõderi, quòd sicut Roboam tribus annis ambulauit in viis Dauid, ita & filius 3. Reg. 15
eius Abia ad tempus bene se habuit, sed non perseuerauit. L Ergo in exercitu nostro dux est de-
us J hoc est, principalis director & adiutor omnium nostrum eum colentium, qui in Deuterono-
mio cultoribus suis promisit suum auxilium & ducatum, L & sacerdotes eius, qui clangunt tubis, Deut. 20
& resonant contra vos J Nam & hoc in libro Numerorum fuit iussum, vt filii Israel in congressi-
B bus clangerent tubis, quod fiebat per sacerdotes. Veruntamen loquente Abia hæc verba, non
clangebant, sed paulopost, ideo sensus est: Qui clangunt, hoc est, parati sunt clangere tubis. L Filii
Israel nolite pugnare contra dominum deum patrum vestrorum, J id est, contra nos cultores dei
patriarcharum, L quia non vobis expedit J Contra nos enim dei seruos præliando, contra deum
præliaremini & succũberetis. Videt Abia ex parte sperasse in deo, sed imperfecte, atq; ex alia par-
te timuisse videns tantam hostium turbam, ideo persuasit eis, ne contra se inirent conflictum.
L Hæc illo loquente Hieroboam retro moliebat insidias J q̃a commisit q̃busdam ducibus sui exer
citus, vt silenter ambirent, & circũuallarẽt cuneis suis exercitũ regis Abiæ. L Cumq; ex aduerso ho
stiũ staret J .i. ipse Hieroboam stãdo ex opposito vultus Abiæ, L ignorãtem Iudã suo ambiebat
exercitu J quo patet fraudulentia eius. L Respiciensq; Iudas J .i. exercitus Abiæ, in quo etiã multi
de tribu Beniamin, tribuq; Leui erant, sed à pricipali tribu, tot' exercitus nomẽ sortit L vidit instare
bellũ ex aduerso, & post tergũ J sic quippe erãt intenti ad verba Abiæ dñi sui, q̃ aduersariorũ insidi
as non obseruabant, L & clamauit ad dominum J inuocando eius auxilium, L ac sacerdotes tubis
canere cœperũt, omnesq; viri Iuda vociferati sunt. Et ecce illis clamãtibus, perterruit deus Hierobo
am, & oẽm Israel q̃ stabat ex aduerso Abia & Iuda J .i. totum eius exercitũ vociferantibus. s. viris
Abiæ & sacerdotibus eius clangentibus, p quod adiuuari à dño meruerunt, quẽadmodũ in libro
Numerorũ dominus dixit: Si exieritis ad bellum, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio ve Nume. 10
C stri coram domino deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Certum est autẽ,
quod dominus perterruit corda Hieroboam & suorum, ea obstupefaciendo, & infrigidando, ac
debilitando, sed an fecerit hoc per alia exteriora, quàm quæ hic in textu tanguntur, videlicet, per
sonitum apparatus armorum, sicut perterruit Syros, seu per fragorem, tonitrua, saxaq; grandinis, 4. Reg. 7
aut consimilia, non est certum. Ministerio quoq; angelorum perterritio illa creditur partim facta
L Fugeruntq; filii Israel Iudã, & tradidit eos deus in manu eorum. Percussit ergo eos Abia, & po-
pulus eius plaga magna, & corruerunt vulnerati ex Israel, quinquaginta milia virorũ fortium, J
& apparet, quod de exercitu Abiæ nullus corruerit, ideo victoria illa fuit euidenter miraculosa.
L Humiliatiq; sunt filii Israel in tempore illo, & vehementissime confortati sunt filii Iuda eo q̃ spe
rassent in dominno deo patrum suorum J Quis enim sperauit in domino, & derelictus est? Ideo Eccl. 2
primo Machabæorum conscriptum est: Omnes qui sperant in Ipso non infirmantur. Et Psalmi- 1. Mac. 2
sta: In domino (inquit) sperans, non infirmabor. Psalm. 25

¶ Denique teste philosopho, qui bene se habent in diuinis, melioris fiduciæ sunt. L Persequutus
est autem Abia fugientem Hieroboam, J Qui cum residuis triginta milibus fugam arripuit, L &
cœpit ciuitates eius Bethel, & filias eius, & Iesana cũ filiabus suis. Ephron quoq; & filias eius J id ẽ
vrbes has cœpit & filias, id est, villas earũ. L Nec valuit vltra resistere Hieroboam in diebus Abia,
quem percussit dominus & mortuus est. J Abia nanq; fuit ingratus his tantis beneficiis dei, nec p-
mansit in eius obsequio. Ideo propter aliquas suas culpas à deo plagatus est, & defunctus. Ve-
runtamen culpa eius non exprimitur in hoc loco, nec genus suę percussionis aut mortis. Sed tertio
Regum asseritur, quod ambulauit in oñibus peccatis patris su.. Vnde aliqui opinantur, quod cum
cœpisset vrbem Bethel, in qua vnus duorum aureorum extitit vitulorum, inuenerit ibi idola, 3. Reg.

 & refor-

2.Par.25 & reſeruauerit atq; coluerit ea, prout infra legitur: Amazias rex Iuda coluiſſe deos Idumæorum cum D
eos viciſſet. At vero quod hic de morte inferitur, per anticipationē narrat. Nam de eodē ſubiungit.
└ Igitur Abia confortato imperio ſuo accepit vxores quatuordecim.┘ Supra legitur, quòd Robo
am adhuc viuens, multas petiuit vxores filio ſuo Abiæ, & de illis videtur iſtud intelligendum, quod
2.Par.11 ſcilicet Abia confortato ſuo imperio, ſumpſit illas in coniuges, ſi vero ante eas accepit, & vltra hoc
iſtas, fuiſſet magnus exceſſus └ procreauitq; viginti duos filios & ſedecim filias. Rrliqua autem ſer-
monū Abiæ viarumq; & operum eius ſcripta ſunt diligentiſſime in libro┘ prophetæ nomine └ Ad-
do peopheta.┘ cuius liber non ſupereſt. Et ex iſto innoteſcit, quòd ſancti peophetæ cum ingenti
diligentia conſcripſerunt facta regum Iſraelitici populi tam bona quàm mala, nō vtique princi-
paliter propter facta illa in ſe, aut propter reges, ſed ad dei honorem, inquantum diuina iuſtitia aut
pietas omnipotentis oſtendebatur in factis illorum bonis aut malis. ¶ Iuxta intelligentiam ſpūalem
declaratur nobis ex iſto capl'o diuina iuſtitia & fidelitas dei, ſuos fideles in ſe ſperantes & inuocantes
ſaluātis, ac impios ꝓſternētis. Idcirco & nos in omī ſpūali cōflictu tentationū, in eo cōſiderē, ipſūq;
indeſinentee ac feruide inuocare debemus. Deus etenim deuotorum in exercitu & in omī cōgregatiōe
virtuoſa ſibi ſidrli, dux eſt. Quòd ſi à deo adiuuari ac ꝓualere optamus, ſtudeamus ei in oībus obe-
dire, ſacrificia ſpūalia imolare, eccleſias, & eius miniſtros ac ſacra diuini miniſterij inſtrumēta debi
te venerari. In exterioribus etiā bellis, in dño ē ſperandū, & eius eſt inuocādū auxiliū, atq; ꝑ opa bo
na, & ꝑ præuiam confeſſionem ſynceram, paeare ſe debent ad prælia congreſſuri. ¶ Peæterea, in
hac hiſtoria ꝑ Abiam & eius exercitum, intelligi pt qcūq; princeps aut eex Chrīanus & eius exerci
tus iuſtus. Per Hieroboam vero & eius exercitum, peinceps quicunq; hæreticus, ſchiſmaticus, ſar- E
racenus, aut aliter pfidus, & iniquus, eiuſq; populus vitioſus, qui impugnant eccleſiam, quibus ca-
tholicus princeps reſpondet, an ignorent, quòd deus patee omnipotens contulit Dauid & filijs
eius regnum, hoc eſt, Chriſto, & eis vicarijs ac miniſtris dominium populorum, ſicut prędictum eſt
Dan.7 Omnes populi tribus & linguæ ſeruient ei. Itemq;: Dominabitur à mari vſq; ad mare, & à flumine
Pſal.71 vſq; ad terminos orbis terrarum. Ideo impij illi inaniter enituntur eccleſiam demoliri, qa in ſola Chrī
eccleſia verus deus veraciter colitur, & ei in ea ſalubriter ſacrificatur, ſacerdotes legitime inſtituuntur
In cæteris autem omnia ſunt peruerſa, ſuperſtitioſa, ſacrilega.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI DECIMIQVARTI.

Dormiuit autem Abia cum patribus ſuis &c.

Articulus Decimusquartus.

COnſequentee in tribus capitulis agitur de regno, virtutibus, & magnificē-
tijs Aſa regis, & de aliquibus eius defectibus. └ Dormiuit autem Abia cū
patribus ſuis, & ſepelierūt eū in ciuitate Dauid. Regnauitq; Aſa filius eius
pro eo, in cuius diebus requieuit terra annis decem.┘ i. populus regni Aſa
3.Regū.1 non habuit notabilia bella. Contra quod obijci poteſt illud tertij Re-
gum: Bellum erat inter Aſa & Baaſa regem Iſrael cunctis diebus eorum.
Ad quod poterit reſponderi, quod ſcriptura hæc loquitur de quiete à bel-
lis gentium alienarum, ita quod Aſa non impugnabatur ab illis, vel quod in
principio imperij ſui non ſuſtinuit acres pugnas à Baaſa, qui tunc poten
tior erat. └ Fecit ergo Aſa quod bonum & placitum erat in conſpectu
dei ſui, & ſubuertit altaria peregrini cultus┘ hoc eſt, idololatriæ, quæ eſt aliena à veri dei obſequio
└ & excelſa┘ in quibus ante idolis ſacrificabat. Reliquit tamen excelſa, in quibus populus ſuus ob- F
tulit deo ſacrificia quædam, pſertim ſpontanea ſeu votiua. Hinc tertio Regum ſertur: Excelſa autem
Ibidē nō abſtulit. Aliqui vero affirmant, quòd nō abſtulit excelſa ſeu phana, quæ Salòmon fecit dijs vxo
3.Regū.11 rum ſuarum in monte oliuarum, vt tertio Regum libro legitur, └ & confregit ſtatuas, lucoſq; ſuccidit,
& pręcepit Iudę, vt quæreret dñm deum patrum ſuorum, & faceret legem, & vniuerſa mandata. Et
abſtulit de cunctis vrbibus Iuda, aras, & phana, & regnauit in pace. Aedificauit quoq; vrbes mu-
nitas in Iuda, qa quietus erat, & nulla temporibus eius bella ſurrexerāt, pacem domino largiente.┘
Erat enī à bellis quieſcens, pacificus quoq; & à vitiorum ac paſſionum inquietudine fuit alienus, cum
3.Regū.15 tertio Regum ſcriptū ſit: Cor Aſa pfectum erat cum dño deo ſuo cunctis diebus ſuis. └ Dixit aūt
Iudæ┘ hoc eſt, populo regni ſui tam Iudæ q̄ Beniamin filijs & Leuitis. └ edificemus ciuitates iſtas
& vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & ſeris. donec à bellis quieta ſunt omīa.┘ iſta
& opa noſtra, └ eo q̄ quæſierimus dñm deum pēm noſtrorum, & dederit nobis pacem ꝑ gyrum,┘
In iſto patent ſapiētia, prudentia, atq; iuſtitia regis Aſa, quoniam tpe proſperitatis coluit deum fide-
liter, & memor fuit malorum, quæ accidere poterant, & contra illa muniuit ſe, quo exemplo reges ac
principes inſtruuntur, vt ſimilitee faciant. └ Aedificauerunt igitur, & nullum in extruendo impe
dimentum fuit. Habuit autem Aſa in exercitu ſuo portantium ſcuta, & haſtas┘ hoc eſt, bellatorum
└ de┘ tribu └ Iuda┘ Hic capitur Iuda pro tribu Iudæ dumtaxat, └ trecenta milia, de Beniamin ve
to ſcutariorum & ſagittariorum ducenta octoginta milia, Omneſq; iſti viri fortiſſimi.┘

Quo con-

Quo constat, quàm præpotens fuit. Multitudo autem ministrorum ac subditorum, ad dignitatem & gloriam pertinet principis, vt Salomon protestatur. Pro.14

¶ Consequenter recitatur, qualiter regem Aethiopũ vicit, & deum in adiutorem inuocando locutus est. ⌊Egressus est autem contra eos Zara Aethiops cum exercitu suo, decies centena milia, & curribus trecentis, & venit vsque Maresa. Porro Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum, in valle Zephata, quæ iuxta est Maresa, & inuocauit dominum deum. Et ait: Domine, non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus⌋ hoc est, cum sis infinitæ potentiæ, æque facile tibi est quamcũque aduersariorũ multitudinem deijcere, ꝑ paucos bellatores, & per multos, hoc est quod primo libro Regum Ionathas ait: Non est dño difficile saluare, vel in multis vel in paucis. 1.Reg.14 ⌊Adiuua nos domine deus noster. In te enim & in nomine tuo⌋ id est, in tuæ potestatis ac pietatis inuocatione, ⌊habentes fiduciam, venimus contra hãc multitudinem⌋ quæ multo maior est nobis, quoniam decies centena milia erãt in aduersariorũ exercitu. Nec dedit eis Asa spatium intrandi terram imperij sui, ne eam vastarent, sed iuit viriliter obuiam. ⌊Domine, deus noster tu es⌋ hoc est, ô dñe tu es deus noster. Vel ô dñe deus noster tu es, id ē, tibi soli conpetit verum plenum infinitumq́ esse, cuius comparatiõe esse creaturarũ, est quasi non esse. Propter quod loquutus es Mosi: Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Exod.3 ⌊non præualeat contra te homo⌋ alias præualet hoc est, nulla hominum multitudo præualeat nobis cultoribus tuis, quibus præualendo reputarent se deo nostro quodammodo præualuisse, quasi nequerit nos liberare ab ipsis. ⌊Exterruit itaque dñs Aethiopes coram Asa & Iuda⌋ iuxta modum in præcedenti articulo tactum. 1.Para.19

B Nam deus omnipotens immediate agit in hominum voluntates, & eas ad libitum suum transmutat, debilitat, & confortat. ⌊Fugeruntq́ Aethiopes, & persecutus est eos Asa, & populus qui cum eo erat vsque Gerara. Et ruerunt Aethiopes vsque ad internitionem, quia domino cędẽte contriti sunt, & exercitu illius præliante. Tulerunt ergo spolia multa. Et percusserunt⌋ Asa ac eius exercitus omnes ciuitates ꝑ circuitum Gerara⌋ Gerara secũdum Augustinum decimo sexto, de ciuitate dei, fuit vrbs in palæstina, cuius rex fuit Abimelech, iuxta illud Genesis: Misit Abimelech rex Gerara. Terra autem Philistijm seu Palestinæ deputata, & data fuit à deo filijs Israel, sicut in Iosue legit, sicq́ vrbes illæ vident pertinuisse ad Asa & populum eius de iure. Vnde non peccauit, vt apparet, eas vastando ac spoliando, & forte peccauerunt in eum, Aethiopibus prębendo obsequia siue auxilia. ⌊Grandis quippe cunctos terror inuaserat. Et diripuerunt vrbes, & multã prædam asportauerunt. Sed & caulas⌋ id est, stabula, ⌊ouium destruentes tulerunt pecorum infinitam,⌋ valde magnam & quasi innumerabilem ⌊multitudinem, & camelorum, reuersiq́ sunt in Hierusalem.⌋ Ex isto capitulo docent reges ac principes Christiani, qualiter bello instante debeant se habere in primis, videlicet deum sibi reconciliando, si ipsum in aliquo offenderunt. Deinde hostibus magnanimiter occurrendo, exercitum prudenter ordinando, situando, ac instruendo, sed & totam spem suam ponendo in omnipotente, & eius auxilium deuotissime inuocando, nec præsumendo quicquàm de viribus suis, quia de cœlo victoria est, ita quòd deus omnium moderator, iuxta ordinem sapientiæ suæ, & iuxta iustitiæ suæ censuram, præliorum exitus moderatur, victoriamq́ largitur. In spiritali quoque conflictu debemus ita in deo confidere quantumcunque multi & magni sint qui nos impugnant, & prætactam orationem, seu ei consimilem deo offerre.

Aug. li.16 De ciui. dei cap.30 Gen.20

¶DECLARATIO CAPITVLI DECIMIQVINTI.

Azarias autem filius Oded facto in se spiritu dei.

Articulus Decimusquintus.

C Recitatur hic qualiter Asa de bono profecit in melius. ⌊Azarias autem filius Oded facto in se spũ dei⌋ hoc est, gratia prophetali sibi infusa & spiritu sancto sibi immisso ad prophetandum, ⌊Egressus est in occursum Asa, & dixit ei:⌋ videlicet Asa regi: ⌊Audite mi Asa, & omnis Iuda & Beniamin: Dominus vobiscum⌋ id est, gratiose vos iuuit, ⌊quia fuistis cum eo⌋ hoc est, ei fideliter adhæsistis & supplicastis. Absolute tamen loquendo, gratia dei præuenit hominem. ⌊Si quæsieritis eum⌋ ad obtinendum dona gratiæ eius, seu ad proficiendum in eis, ⌊inuenietis⌋ eum, si tamen toto corde perseueranter feceritis hoc. Omnis enim qui taliter, quærit, inuenit. Aliqui autem quærunt eum ex seruili timore, nec inueniunt, sicut in libro Prouerbiorum fatetur: Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me. ⌊Si aũt dereliqueritis eum⌋ ꝑ auersionem cordis ab eo ⌊derelinquet vos.⌋ Hoc fuit vel cõminatio, vel affirmatio. Aliquando enim iustus deus omnino relinquit auersos à se, vtpote vasa iræ. Interdum vero auertentes se & auersos, misericorditer reuocat, præuenit, saluat, si sint vasa misericordiæ suæ. ⌊Transibunt autem multi dies in Israel absque deo vero, & absque sacerdote, absque doctore quoque, & absque lege.⌋

Deu.4 Luce.11 Prou.1 Prou.8

Hoc aliqui

Hoc aliqui dicũt tpe Babylonicæ captiuitatis impletũ, qa tunc populus regni Iudæ fuit translatus, D
nec coluit deum in templo suo, & in terra sancta per sacrificia, nec sacerdotes tunc exercebant sa-
4 Reg. 18 cerdotale officium, nec doctores more solito pplm instruebant. Populus quoq; pro maxima
4 Reg. 12 parte fuit legis transgressor. ¶ Insuper, impletum est istud tempore Regum Iuda, idololatrarũ,
4. Reg. 14 videlicet Ioram, Ioas Amaziæ. Achaz, Manasse, quorũ aliqui per totum tempus imperij sui, qui-
4. Reg. 16 dam per tempus fuerunt idololatræ. ⌊ Cumq; reuersi fuerint in angustia sua ⌋ hoc est, tribulatio-
4 Reg. 2, 2. Par. 30 ne & necessitudine, ⌊ & clamauerint ad dominum deum Israel, & quæsierint eum ⌋ per pœniten-
tiam veram ⌊ reperient eum ⌋ sic Manasses quæsiuit ac repperit deum, similiter qui in Babylone
4. Reg. 8 erant captiui. ⌊ In illo tempore non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores vndiq; in cun-
Hiere. 21 ctis habitatoribus terrarũ ⌋ In illis quippe temporibus, primo Assyrij deinde Chaldæi regnum Iu
32. 19 da & Israel, ac cætera vndiq; regna atrociter ac multipliciter vexauerunt, sicut in libris Regum &
Ezech. 32 in libris Hieremiæ atq; Ezechielis ostendit. ⌊ Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas con-
tra ciuitatem ⌋ Nam multæ nationes & vrbes restiterunt præfatis, & contra seinuicem alij plurimi
Esaiæ. 10 pugnauerunt, ⌊ quia dominus conturbabit eos in omni angustia. ⌋ Dñs enim per vnum regnum
punit peccata alterius. Propter quod de rege Assyriorũ, ait per Esaiam: Virga furoris mei, & ba-
culus ipse est. ⌊ Vos ergo confortamini, ⌋ perseuerando & proficiendo in omni virtute & cultu
dei, ⌊ & non dissoluantur manus vestræ ⌋ hoc est, vires operatiuæ non cessent ab actibus bonis.
⌊ Erit enim merces operi vestro. ⌋ Non solum æterna felicitas, sed temporalis quoq; prosperitas
prout communiter in veteri testamento fieri consueuit. Nam deus supra condignum remunerat, E
sed infra condignum punit. ⌊ Quod cum audisset Asa, verba videlicet & prophetiam Azariæ, filij
Oded prophetæ, confortatus est & abstulit idola de omni terra Iuda, & de Beniamin & ex vrbibus
quas cœperat montis Ephraim, & dedicauit altare domino, quod erat ante porticum, ⌋ hoc est,
altare ⌊ domini ⌋ .i. situm in atrio, quod forsitan fuerat prophanatum per Roboam & Abiam ido
lolatras rursus consecrauit, aut solenniter honorauit, offerendo in eo sacrificia copiosa, vt paret in
litera. ⌊ Congregauitq; vniuersum Iuda & Beniamin, & aduenas cum eis ⌋ hoc est, eos qui ex re-
gno decem tribuum relictis aureis vitulis confugerunt ad eum ⌊ de Ephraim, & de Manasse, & de
Symeon. Plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quòd dominus deus illius esset cum
eo. Cumq; venissent in Hierusalem, mense tertio, anno decimoquinto regni Asa, immolauerunt
domino in die illa de manubijs ⌋ hoc est, spolijs manu raptis, ⌊ & prædam ⌋ alio modo acquisitã,
⌊ quam adduxerant, boues septingẽtos, & arietes septem milia. Et intrauit ex more ⌋ in atria tem
pli Salomonis ⌊ ad corroborandum fœdus, ⌋ id est, vt tam ipse, quàm totus populus eius eo insti-
gante de nouo & firmius quàm ante astringerent se, ad seruiendum deo fideli, ⌊ vt quærerent do-
Leuiti. 26 minum deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. Si quis autem, inquit, non quæ-
sierit dominum deum Israel, ⌋ sed idola coluerit, ⌊ moriatur à minimo ⌋ adultæ ætatis inclusiue
⌊ vsque ad maximum, à viro vsque ad mulierem. ⌋ Lex enim sub pœna etiam mortis corpora-
lis præcepit hoc. ⌊ Iurauerũtq; voce magna domino ⌋ Quòd ei sic adhærerent, ⌊ in iubilo, & in
clangore tubæ, & in sonitu buccinarũ oẽs qui erant in Iuda ⌋ hoc est, cum omni iusta solẽnitate & io-
cunditate præcipua, ad maiorem suæ obligationis stabilitatem, ⌊ eum execratione ⌋ imprecando
sibi ipsis mala pœnalia & aduersa, si pollicitationem hanc violarent. ⌊ In omni enim corde suo ⌋ id
Psalm. 118 est, toto intellectu & ratione ⌊ iurauerunt ⌋ cum debitis circumstantijs, & reuerentia condecenti, F
prout iurare est actus virtutis, quæ latria nominatur. Vnde & Psalmista testatur: Iuraui & statui
custodire iudicia iustitiæ tuæ, ⌊ & in tota voluntate, ⌋ hoc est, integro voluntatis affectu, ⌊ quæ-
Luce. 11 sierunt eum, ⌋ id est, deo se coniungere, & ei placere, eiusq; charismata obtinere conati sunt, ⌊ &
Psal. 144 inuenerunt. Præstititq; eis dominus requiem per circuitum. ⌋ Qui enim sic quærit, mox inue-
nit, quoniam prope est dominus omnibus inuocantibus eum. ⌊ Sed & Maacham matrem Asa
regis, ⌋ hoc est, ipse Asa rex matrem suam nomine Maacha, ⌊ ex augusto deposuit imperio, ⌋ id
3. Regũ. 15 est, à principatu suo sua æstimatione magnifico, quo ipsa præerat in sacris, & sacrificijs, idolola-
trijsq; priapi, ⌊ eo quòd fecisset in luco simulachrum priapi, quod omne contriuit, & in frusta
comminuens, combussit in torrente Cedron. ⌋ prout hoc tertio Regum expositum est. Aliqui au
tem legunt angusto, vt sit sensus, quòd ipse Asa remouit eam à sua præsidentia arta & stricta, quia
Ibidẽ. in specu coluit priapum. Vel aptius appellatur angustum imperium, quoniam vilis & modica fu-
it prælatio illa in tanta regina. ⌊ Excelsa autem derelicta sunt in Israel. Attamen cor Asa erat per-
fectum, cunctis diebus eius. Eaq; quæ vouerat pater suus & ipse intulit in domum domini argen-
tum & aurum, vasorumq; diuersam supellectilem. Bellum vero non fuit, vsque ad tricesimum an
num regni Asa. ⌋ Cætera in hoc capit. non exposita tertio libro Regum fusius exposita sunt.

¶ Moraliter ex isto capitulo docemur exemplo Asa regis, de acceptis beneficijs dei, non extol-
li, sed regratiari & sacrificia laudis offerre, atq; de bono in melius crescere, aliosq; ad meliora allice-
re, & errantes pro posse conuertere, etiam si sint parentes, corripere grauiter delinquentes. Cum
ipso item renouemus quotidie in nobis bona proposita, non tamen vouendum est aut iurandum
de eis seruandis, nisi cum deliberatione matura.

¶ Postre-

A ¶Postremo, historia huius capituli est specialiter regum ac principum instructiua, vt scilicet ex
emplo regis istius pro reformatione communi totius populi sui, sint soliciti, laboriosi, ac feruidi,
prauas consuetudines diligenter extirpent, vnà cum plebe sua atque familia ad ecclesiam prope-
rent, subditos suos verbo & opere ædificare non cessent, & circa augmentum ac reuerentiam cul-
tus diuini existant deuoti, & liberales in offerendo. Clerum vero & religiosos, quos propria autho
ritate reformare, & castigare non possunt, nec debent, à superioribus suis reformari procurent pro
viribus. Omnibus denium nobis dicitur in hoc loco. Vos autem confortamini, & non dissol-
uantur manus vestræ. Erit enim merces operi vestro. Hoc etenim est quod hortat Apostolus ad
Ephesios: Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite armaturam dei, vt possi- Eph. 6
tis stare aduersus insidias diaboli. Alibi quoq;: Stabiles estote & immobiles abundantes in opere 1. Cor. 15
domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in domino. Hinc & saluator admonuit:
Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri dare vobis regnum. Non igit fatigemur, aut tæ Lucæ 12
dio afficiamur in dei seruitio, quia non sunt condignæ passiones, aut actiones huius temporis ad Roma. 8
gloriã illã futurã. Veruntamen pfectius est atq; diuinius, deo seruire solo intuitu & amore suę infi
nitæ dignitatis & honorabilitatis, quàm mercedis intuitu, tamen si & ipsa remuneratio referat ad
dei amorem & honorem, non repugnabit pfectioni, deo propter pmiũ seruire. Quẽadmodu etiã
charitatis diuinæ puritati & pfectiõi non derogat, deũ diligere ppter beneficia ac pmia eius, seu p
missa, si beneficia, præmia, & promissa diuina ad deum & ad eius reuerentiam ac amorem debite
ordinent & accipiant tanquàm media necessaria, sine quibus deum verè, & plenè, amare venera-
ri ac obtinere non possumus. ¶Rursus quod in isto capitulo dictum est: Si quæsieritis deum, in-
uenietis eum, parit & auget fiduciam. quod vero subiungitur: Si autem dereliqueritis eum, derelin-
quet vos, inducit timorem. Ideo enim & Apostolus dixit: Qui stat, videat, ne cadat. Vnde & igno 1. Cor. 10
ramus, quali vtiq; fine concludemus hanc vitam, propterea simus iugiter timorati.

¶EXPOSITIO CAPITVLI DECIMISEXTI.

Anno autem tricesimosexto regni eius, ascendit Baasa &c.

Articulus Decimussextus.

B Dnersitates Asa regis nunc describunt, & primo quando & qualiter Baa
sa rex Israel cœperit impugnare regnum & populum. I. Anno aũt trice
simosexto regni eius, ascẽdit Baasa rex Israel in Iudã & muro circũdabat
Rama, vt nullus tute posset egredi & ingredi de regno Asa. Protulit aũt
Asa argẽtũ & auꝝ de thesauris domus dñi, & de thesauris regijs, misitq;
ad Benadad regẽ Syriæ, q habitabat in Damasco, dicẽs: Fœdus inter me
& te est. Pater quoq; meus & pater tuus habuere concordiam. Quàm-
obrem misi tibi argentum & auꝝ, vt rupto fœdere quod habes cũ Baa-
sa rege Israel, facias eum à me recedere. Quo comperto Benadad, misit
principes exercituum suoꝝ ad vrbes Israel. Qui pcusserũt Aion & Dan
& Abelmaim, & vniuersas vrbes Nephthali muratas. Quod cũ audisset Baasa, desijt ædificare Ra
ma, & intermisit opus suum. Porro Asa rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerunt lapides de
Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baasa, ædificauitq; ex eis Gabaa, & Maspha. Hi-
storia ista tertio libro Regum semel explanata, sed difficultatẽ inducit, q in exordio huius capituli
C dicitur Baasa ascendisse in Iudam anno tricesimosexto Asa regis. Baasa quippe cœpit regnare an 3. Reg. 15
no tertio imperij Asa, vt tertio Regum fert, regnauitq; Baasa vigintiquatuor annis tantum, sicq; Ibidẽ
vicesimosexto anno Asa, vel circiter est defunctus, non ergo ascendere potuit contra Asa tricesi-
mosexto anno ipsius Asa, qa iam decem annis fuit mortuus. Ad hoc aliqui dicunt, q primus an-
nus alicuius regis in scripturis dupl appellat. Primo, annus quo simpliciter cœpit regnando ꝑ es-
se. Secundo, ab aliquo notabili facto, inclytoq; triumpho, quemadmodum in Daniele habetur. In Dan. 2
anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somniũ, quod intelligit de anno
secundo sui regni à tempore victoriæ suæ contra Aegyptios, qa iam diu ante regnauit, sic in pro-
posito dicũt, quòd Asa rex vndecimo anno regni sui habuit triumphum præinclytũ cõtra Aethio
pes, & à tpe illius triumphi inchoãdo computationẽ annoꝝ regni Asa, vixit Baasa vsq; ad annũ re
gni eius tricesimũsextũ. Hæc autem responsio non videt idonea, qm̃ Asa in toto nõ regnauit, ni 3. Reg. 15
si. 41. annis, vt tertio Regum legit. Si ergo computatio annoꝝ regni Asa incipiat ab anno illo vn-
decimo, quo Aethiopes vicit, qui annus fuit vndecimus regni à tempore quo absolute loquendo,
regnare exorsus est, non ascendet computus iste annoꝝ regni sui à tempore præfatæ victoriæ vs-
q; ad annum tricesimum sextũ, sed tricesimũ aut tricesimumprimũ, quod est contra hanc veritatis
scripturam. Quòd si dicat, quòd illud tertij Regum. Anno tertio Asa, Baasa cœpit regnare, intel Ibidẽ
ligat de tertio anno regni Asa, incipiendo computationem à præfato triũpho, q tertius annus fuit
tertiusdecimus annus regni eius simpliciter sumpti, hoc stare non potest, quoniam tertio Regum Ibidẽ
scriptum est: Nadab filius Hieroboam regnauit super Israel anno secundo Asa regis Iuda.

Regna-

Regnauitq́ super Iſrael duobus annis, & interfecit eum Baaſa in anno tertio regis Aſa, & regnauit pro eo. ¶Porro, quod Nadab dicitur regnaſſe ſecundo anno Aſa, non poteſt intelligi, niſi de anno ſecundo regni Aſa ſimplr accepti, q fuit diu ante prætactum triumphum, Hieroboam nanq; regnauit annis vigintiduobus, ita quòd in anno viceſimoſecũdo regni ſui defunctus eſt, vt D
3. Reg 14 tertio Regum patet. Abia autem cœpit regnare octauodecimo anno regni Hieroboam, & tribus annis regnauit. Cui Aſa ſucceſſit in regno. Quemadmodum ergo ſecundus annus Aſa, quo cœpit Nadab regnare, intelligẽdus eſt neceſſario de ſcđo anno regni ſui ſimplr ſumpti, ita & tertius annus regni eius, quo Baaſa cœpit regnare, aliàs Nadab regnaſſet multo diutius, quàm annis duobus. Hinc alij dicunt, quod hoc loco ſicut & alibi ſæpe vitio ſcriptorum erratum ſit in numero, qđ etiam fieri potuit in Hebræo. Siqdem in conſcriptione numerorum & propriorum nominum, faciliter error contigit. ⌊In tempere illo venit Hanani propheta ad Aſam regem Iuda, & dixit ei: Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ⌋ infideli atq; idololatra, ⌊& non in dño deo tuo,⌋ in hoc caſu, ⌊idcirco euaſit Syriæ regis exercitus de manu tua⌋ hoc eſt, exercitum regis Syriæ non viciſti, quem vnà cum rege atq; exercitu Iſrael ei confœderatis viciſſes, ſi ſperaſſes in dño, & illi pariter contra te veniſſent. ⌊Nõne Aethiopes & Libyes multo plures erant, quadrigis & equitibus & multitudine nimia, quos cum dño credidiſſes⌋ Fide formata cum ſpe diuini auxilij, ⌊tradidit in manu
Heb. 11 tua?⌋ Sancti em̃ per fidem vicerunt regna. ⌊Oculi em̃ dñi contemplantur vniuerſam terram,⌋ hoc eſt, intellectus & ſapientia dei vniuerſos habitatores terræ inſpiciunt, & plene cognoſcunt, ⌊& præbent fortitudinem⌋ corporalem & ſpũalem tempore belli, ⌊his q corde perfecto⌋ Non
Hiere. 20 hæſitanti ⌊credunt in eum⌋ q ſuis pfectis cultoribus opem promiſit. ⌊Stulte igitur egiſti, & propter hoc etiam præſenti tempore aduerſum te bella † conſurgent.⌋ acriora ſeu plura quàm ante. E
alr conſurgunt alr aduerſius ⌊Iratusq́ Aſa † contra videntem⌋ hoc eſt, præfatum prophetam ⌊iuſſit eum mitti in neruum⌋ id ſt, in cippum ſeu compedem. ⌊Valde quippe ſuper hoc fuit dñs indignatus.⌋ Quoniam erat enorme crimen in deũ redundãs, cuius inſtinctu ſeu iuſſione ꝓpheta ille venit & regẽ corripuit, ⌊& interfecit de populo in tempore illo plurimos⌋ Sicq́ puniuit regem in ſatellitibus ſuis, ſicut
2. Reg. 24 & regem Dauid in populo ſuo. Eſtq́ probabile, quòd regi conſenſerunt in crimine iſto. Vel aliunde digni erant interitu. Percuſſi ſunt autem, vel peſte, vel gladio belli, aut alia plaga. ⌊Opera autem Aſa prima & nouiſſima, ſcripta ſunt in libro Regum Iuda & Iſrael. Aegrotauit etiam Aſa anno triceſimonono regni ſui, dolore pedum vehementiſſimo,⌋ & hoc iuſto dei iudicio, quoniam
Sap. 11 ſanctum virum dolore pedum afflixit in cippo, ſicq́ per quæ peccauit, punitus eſt, ⌊& nec in infirmitate ſua quæſiuit dominum⌋ vt ſuum mitigaret dolorem, ⌊ſed magis in arte medicorũ confiſus eſt⌋ Veruntamen potuit ſine peccato vti remedijs medicinæ, dummodo egiſſet hoc ordinate. Debuitq́ magis ſperare in gr̃a quàm in natura, & ſuam recognoſcere culpam, ſicq́ à deo precari medelã, & medicorũ arte ſub ordine diuinæ prouidentiæ vti. ⌊Dormiuitq́ cum patribus ſuis. Et mortuus eſt anno quadrageſimoprimo regni ſui. Et ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo, quod foderat ſibi in ciuitate Dauid. Poſueruntq́ eum⌋ hoc eſt, corpus eius exanime ⌊ſuper lectum ſuum plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs,⌋ id eſt, laſciuis & mollibus, ac bene redolentibus ⌊quæ erant pigmentariorum arte confecta⌋ qbus & mulierculæ incontinentes ſe vngunt aut liniunt pro odore corporis ſui, quæ & lectos ſuos ac thalamos conſueuerunt talibus occupare ad alli-
Prou 7 ciendum ſibi amatores, iuxta illud Prouerbiorum: Aſperſi cubile meum myrrha & aloe & cynnamomo, ⌊& combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia⌋ hoc eſt, arroganter & nimium ſumptuoſe, eo quòd tam glorioſe regnauerit. F

2 Para 15 ¶Circa prædicta oritur quæſtio. Scriptum eſt enim præcedenti capitulo. Cor Aſa erat perfe-
3. Reg. 15 ctum cunctis diebus eius, & tertio Regum decimoquinto: Cor Aſa perfectum erat cum dño deo ſuo, cunctis diebus ſuis. Nunc vero de multis vitijs eſt notatus, vt quòd regem Iſrael inordinate ꝑtimuit. Quòd ad regem Syriæ infidelem confugit, quòd non ſperauit in domino, quòd increpationem prophetæ contempſit, increpanti iratus fuit, & eum iniurioſe ligauit, & clauſit. Quòd nec in infirmitate ſua dominum requiſiuit, ſicq́ induratus fuiſſe videtur. Ad hæc videtur dicendum,
2. Regũ. 11 quòd vtiq; fuit vir valde iuſtus, quàmuis interdũ ita exceſſit, ſicut & Dauid, & pro ſuis exceſſibus fu-
16. 24 it in vita hac caſtigatus, & pœnituiſſe credendus eſt, & læſo ſatiſfeciſſe. Quoniam ergo tot annis iuſte vixit, atq; tam multa bona ac optima opera egit, ideo dicitur cor eius ſemp fuiſſe perfectum quia quod modicum eſt, pro nihilo reputatur. Et quàmuis prætacta eius peccata non fuerunt parua in ſe, tamen reſpectu virtutum, & virtuoſiſſimorum actuum eius, parua fuiſſe cenſentur. Cum ergo vir tantus poſt tantas iuſtitias circa extrema vitæ ſuæ, ita ceciderit, debemus iugiter eſſe cuſtoditi & timorati, nec de prioribus meritis incaute gaudere, aut vnquàm præſumere, ſed quotidie tanto plus in omni virtute proficere, quanto finis noſter magis imminet nobis.

¶EXPOSITIO CAPITVLI DECIMISEPTIMI.

Regnauit autem Ioſaphat filius eius pro eo &c,

Articulus Decimuſſeptimus.

De virtu-

A Gitur nunc per quatuor capitula de virtutibus, diuitijs, poteſtate, pro-
ſperitate, regimine, & felici fine Ioſaphat regis, & in primo iſto cap. tra
ctatur de eius iuſtitia, poteſtate & opulentia. ⌊Regnauit autem Ioſa-
phat filius eius, ⌋videlicet Aſa, ⌊pro eo ⌋.i. poſt eum, & in ſolio eius,
⌊& inualuit contra Iſrael ⌋.i. rege Iſrael fuit potentior & ei præualuit.
Non tamen legunt ſpecialia bella inter ipſum & regem Iſrael ſacta, ſed
(vt infra habet) ciuitates quas pater eius iure prælij abſtulit regi Iſrael,
retinuit & defendit potenter, vt paulo poſt ſubditur. ⌊Cōſtituitq; mi-
litum numeros ⌋.i. multitudinem copioſam ⌊in cunctis vrbibus Iu-
da, quæ erant vallatæ muris, ⌋vt vrbes ipſas ab hoſtibus defenſarent,
⌊præſidiaq; ⌋.i. munitiones ⌊diſpoſuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim ⌋.i. in oppidis
regni decem tribuū, ſeu ſpecialiter tribus Ephraim, ⌊quas cæperat Aſa pater eius. ⌋ Supra legit
Abia rex Iuda cæpiſſe quaſdam ciuitates regni Iſrael. De Aſa vero ſcriptura non dixit, ꝙ cæpe- 2. Para. 13
rit vrbes Ephraim, ſed certū eſt ex hoc paſſu, ꝙ aliquas cæperit ſapienterq; egit, ꝙ eas ſpecialiter
muniuit præſidijs atq; militibus, quia probabile erat ꝙ rex Iſrael eas recuperare ſatageret. ⌊Et
fuit dñs cum Ioſaphat, qui ambulauit in vijs Dauid patris ſui primis, & non ſperauit in Baalim,
ſed in deo patris ſui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Iſrael ⌋.i. opera virtuoſa
quæ Dauid fecit in exordio regni ſui ſequutus eſt, & non in peccatis eius, quæ diu poſtea fecit cir-
ca Vriam & eius coniugem. Vel, in vijs eius primis .i. actibus virtutū eius præcipuis. ⌊Confirma
uitq; dñs regnum in manu eius, & dedit omnis ⌋vir ⌊Iuda munera Ioſaphat, ⌋Ex hoc apparet, 2. Reg. 11
B ꝙ ſubditi eius contulerunt ei vltra debitū dona & iocalia quædam, quia videbant ſe proſperari p
optimum regimen eius, ⌊factæq; ſunt ei infinitæ ⌋.i. valde multæ & magnæ ⌊diuitiæ. ⌋Videt
tamen in hoc excuſabilis extitiſſe, non obſtante quod in Deuteronomio iuſſerat dñs, vt reges Iſ-
raelitici populi non cōgregarent ſibi immenſa pondera argenti & auri. Nam bella vndiq; ſibi in Deute 17
ſtabant, ſicq; rationabilem habuit cauſam taliter theſaurizandi & diuitias ſuas ad honeſtū retulit fi
nē, nec eis cupiditate ſubiacuit, ita ꝙ habuit eas, non habebat ab eis, ⌊& multa gloria ⌋.i. poteſtas
& fama p̄clara, imò delectatio copioſa in dño, quia temporaliter ac ſpiritaliter proſperabatur.
⌊Cumq; ſumpſiſſet cor eius * fiduciam propter vias dñi ⌋.i. augmentum ſpei ex ſuis operibus
virtuoſis, quæ erāt viæ ad verā ſalutem ac deo placentes. Spes etenim ex actibus bonis fouetur als, audaciam
& creſcit, ⌊etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit. ⌋Confortatus quippe in dño non timuit in
hoc offenſam humanā. Sed his contrariari videt illud tertij libri Regum de Ioſaphat: Verunta- 3 Reg. 22
men excelſa nō abſtulit. Adhuc enī populus ſacrificabat & adolebat incenſum in excelſis .i. in lo-
cis ſublimibus. Dici poteſt, ꝙ abſtulit ea pro parte, & potiſſimū abſtulit excelſa & lucos quæ rep-
perit, in quibus idololatria exercebat, conſuetudinē vero populi ſacrificantis deo in locis excelſis
non extirpauit in toto. ⌊Tertio aūt anno regni ſui, miſit de principibus ſuis, Benhail & Abdiam
& Zachariam & Nathanael & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cū eis Leuitas, Se-
meiam & Nathanaim & Zabadiam, Aſel quoq; & Semiramoth & Ionathan, Adoniāq; & Tho
biam & Thobodoniā Leuitas, & cum eis Eliſama & Ioram ſacerdotes. Docebātq; populum in
Iuda, habentes librū legis dñi, & circumibant cunctas vrbes Iuda, atq; erudiebant populū. Itaq;
factus eſt pauor dñi ſuper omnia regna terrarū, quæ erant per gyrum Iuda, nec audebant bella-
C re contra Ioſaphat, ſed & Philiſtæi Ioſaphat munera deſerebāt & vectigal argenti. Arabes quoq;
adducebant pecora arietum, ſeptē milia ſeptingentos, & hircos totidē. Creuit ergo Ioſaphat &
magnificatus eſt vſq; in ſublime, atq; ædificauit in Iuda domos, ad inſtar turrium, vrbeſq; mura
tas, & multa opera patrauit in vrbibus Iuda. Viri quoq; bellatores & robuſti erāt in Hieruſalem,
quorū iſte numerus per domos atq; familias ſingulorū. In Iuda princeps exercitus, Ednas dux, &
cum eo robuſtiſſimi viri trecenta milia. Poſt hunc Iohanan princeps, & cum eo ducenta octo-
ginta milia. Poſt illum quoq; Amaſias, filius Zechri conſecratus dño, & cū eo ducenta milia viro
rum fortium. Hunc ſequebatur robuſtus ad p̄lia, Eliada, & cū eo tenentiū arcū & clypeū, ducēta
milia. Poſt iſtū etiā Iozabad, & cū eo centum octoginta milia expeditorū militū. Hi oēs erāt ad
manū regis, exceptis alijs quos poſuerat in vrbibus muratis & in vniuerſo Iuda. ⌋Hic recitat quali-
ter miſit quoſdā ſacerdotes atq; leuitas, timoratoſq; principes, q p̄gebant de vrbe in vrbē ad ppl'm
inſtruēdū in lege dei. In q patet magna bonitas & deuotio regis huius, q nō ſolū legibus ciuilibus
ac poſitiuis, ſed etiā diuinis plebē ſuā inſtruxit, rexitq;, quo glorioſo exemplo vtinā p̄lati & prin-
cipes Chriſtiani debite ædificent. Et qa rex iſte tanto zelo dñm honorauit, deus quoq; glorifi-
cauit ipſum, in tantū, ꝙ Philiſtæi ac Arabes dederūt ei vectigal ac munera, ſicut habetur in textu,
qui clarus eſt. Inſup habuit copioſiſſimā pugnatorū militūq; numeroſitatē ordinate diſtinctam.
Erāt aūt per quinq; turmas diſtincti, ſicut habet in litera, & ſucceſſiue erāt cū rege, imò & oēs tem 1. Regū. 2
pore opportuno. Ecce qualiter deus glorioſus & iuſtus glorificantes ſe, glorificat, & vtiq; iuſtis,
virtuoſis atq; prudētibus regibus & principibus cōmuniter melius ſuccedit in cūctis q̄ impijs &
tyrannis, prout in libro de regimine regum ſanctus Thomas pulchre declarat.

¶EXPOSITIO CAPITVLI XVIII. Fuit igitur Iosaphat diues & inclytus multũ. Art. XVIII. D

3. Reg. 22. HIstoria huius capituli refert. qualiter Iosaphat rex iuerit cũ Achab rege Israel ad prælũ contra Syriæ regẽ. ⌊Fuit igitur Iosaphat diues & inclytus multum⌋ quia non solum in temporalibus, sed & in supnaturalibus gratiæ donis ac meritis fuit abundãs & nobilis corde, pſertim magnanimus vt cõdecet regẽ, ⌊& affinitate⌋ .s. matrimoniali propinqtate, ⌊coniunctus est Achab⌋ regi Israel, qa Athaliam filiã huius Achab accepit filio suo Iorã in coniugẽ, vt infra scriptũ est, ⌊descenditq́ post duos annos ad eum⌋ puta ad Achab, ⌊in Samariam⌋ tertio Regũ scriptũ est: In anno tertio, descendit, &c. Diciq́ potest, ꝙ post aliquot annos initi connubij aut sponsaliũ inter Ioram atq; Athaliam, Iosaphat sit profectus inuisere Achab tanquam affinem. ⌊Ad cuius aduentum mactauit Achab arietes & boues plurimos, ipsi & populo qui venerãt cũ eo, persuasitq́ illi vt ascẽderet⌋ secũ, ⌊in Ramoth Galaad⌋ .i. ipse Achab precibus & rationibus induxit regẽ Iosaphat, vt secũ ascẽderet versus vrbem nomine Ramoth sitã in terra Galaad ad obtinẽdũ & recuperãdũ eã de manu regis Syrorũ. ⌊Dixitq́ Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda. Veni mecũ in Ramoth Galaad. Cui ille respondit: Vt ego & tu, sicut populus tuus, sic & populus meus, tecumq́ erimus in bello. Dixit Iosaphat ad regem Israel. Consule obsecro in præsentiarum sermonem domini. Congregauit igitur rex Israel prophetarũ quadringentos viros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandũ ire debemus, an quiescere? At illi: Ascendite (inquiunt) & tradet eos deus in manus regis. Dixitq́ Iosaphat: Nunqd nõ est hic prophetes dñi, vt ab illo etiam requiramus? Et ait rex Israel ad Iosaphat: Est vir vnus à q̃ possumus qrere dñi voluntatẽ. Sed ego odi eũ, qa non prophetat mihi bonũ, sed malũ omi tpe. Est aũt Michæas filius Iemla. Dixitq́ ei Iosaphat: Ne loquaris rex hoc mõ. Vocauit ergo rex Israel vnũ de eunuchis, & dixit ei: Voca cito Michæã filiũ Iemla. Porro rex Israel & Iosaphat rex Iuda, vterq; sedebãt in solio suo, vestiti cultu regio. Sedebãt aũt in area iuxta portam Samariæ, oẽsq́ prophetæ vaticinabãtur coram eis. Sedechias vero filius Chanana, fecit sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit dñs. His vẽtilabis Syriã, donec cõteres eã. Oẽsq́ prophetæ similiter prophetabãt, atq; dicebãt. Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & tradet eos dñs in manus regis. Nũtius aũt q ierat ad vocãdũ Michæã, ait illi: En verba omniũ prophetarũ vno ore bona regi annũtiant. Quæso ergo te, vt sermo tuus ab eis nõ dissentiat, loquarisq́ prospera. Cui respondit Michæas: Viuit dñs, qa quodcunq; dixerit mihi deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad regẽ. Cui rex ait: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellãdũ, an quiescere? Cui ille respondit. Ascendite. Cũcta em̃ prospera euenient, & tradent hostes in manus vestras. Dixitq́ rex: Iterũ atq; iterũ te adiuro, vt mihi nõ loquaris, nisi q̃d verũ est, in noĩe dñi. At ille ait: Vidi vniuersum Israel dispersum in mõtibus, sicut oues absq; pastore. Et dixit dñs: Non habẽt isti dominos. Reuertatur vnusq́sq; in domũ suã in pace. Et ait rex Israel ad Iosaphat: Nõne dixi tibi, ꝙ nõ prophetaret iste mihi quicq̃ boni, sed ea q̃ mala sunt? At ille: Idcirco (ait) audite verbũ dñi. Vidi dñm sedentẽ in solio suo, & omnẽ exercitũ cœli assistentẽ ei, à dextris & à sinistris. Et dixit dñs: Quis decipiet Achab regẽ Israel, vt ascẽdat & corruat in Ramoth Galaad? Cũq; diceret vnus hoc modo, & alter alio, processit spũs, & stetit corã dño, & ait: Ego decipiã eũ. Cui dñs: In quo inqt decipies? At ille respõdit: Egrediar, & ero spũs mendax in ore omniũ prophetarũ eius. Dixitq́ dñs: Decipies, & pualebis. Egredere & fac ita. Nũc igitur ecce dñs dedit spm̃ mendacij in ore omniũ prophetarũ tuorũ, & dñs loquutus est de te mala. Accessit aũt Sedechias filius Chanana, & pcussit Michææ maxillã, & ait: Per quã viam trãsiuit spũs dñi à me, vt loqueretur tibi? Dixitq́ Michæas: Tu ipse videbis in die illo, quãdo ingressus fueris cubiculũ de cubiculo tuo, vt abscondaris. Præcepit aũt rex Israel, dicẽs: Tollite Michæã, & ducite eũ ad Amon principẽ ciuitatis, & ad Ioas filium Amalec, & dicetis. Hæc dicit rex: Mittite hũc in carcerẽ, & date ei panis modicum, & aquę pauxillum, donec reuertar in pace. Dixitq́ Michæas: Si reuersus fueris in pace, nõ est dñs loquutus in me. Et ait: Audite oẽs populi. Igitur ascẽderũt rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, in Ramoth Galaad. Dixitq́ rex Israel ad Iosaphat. Mutabo habitũ, & sic ad pugnã vadã, tu aũt induere vestibus tuis. Mutatoq́ rex Israel habitu, venit ad bellũ. Rex aũt Syriæ pceperat ducibus equitatus sui, dicẽs: Ne pugnetis contra minimũ, aut cõtra maximũ, nisi cõtra solũ regem Israel. Itaq; cũ vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerũt: Rex Israel est iste. Et circũdederũt eũ, dimicantes. At ille clamauit ad dñm, & auxiliatus est ei, atq; auertit eos ab illo. Cũ enim vidissent duces equitatus, ꝙ non esset rex Israel, reliquerunt eum. Accidit aũt vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret, & percuteret regẽ Israel inter ceruice & scapulas. At ille aurigæ suæ ait: Conuerte manũ tuã, & educ me de acie, qa vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porro rex Israel sedebat in curru suo contra Syros, vsq; ad vesperam, & mortuus est occidente sole.⌋ Tota hæc historia exposita est libro tertio Regum, capite vicesimosecundo.

2. Par. 21. 3. Reg. 22. E F

¶Expo

A ¶EXPOSITIO CAP. XIX. Reuersus est aût Iosaphat rex Iuda in domû suam pacifice in Hierusalem. Arti. XIX.

Consequenter narrat, qualiter post ꝑfatum bellum Iosaphat se habuit. ⌊Reuersus est aût Iosaphat rex Iuda in domû suã pacifice in Hierl̃m,⌋ q a deo auxiliante euasit periculû. ⌊Cui occurrit Iehu filius Hanani videns⌋.i.propheta. Tertio lib. Reg. fert, ꝙ Baasa rex Israel interfecit Iehu filiû Hanani prophetã, cû increpatus fuisset ab illo, qđ factum est adhuc regnãte Asa, & inter Baasa & Achab fuerût reges Israel, Ela & Zamri & Amri, Achab vero fuit filius Amri, quomodo ergo Iehu filius Anani occurrit, increpationemq́ intulit Iosaphat regi, cum longe antea fuerit interfectus? Ad quod respondere videtur difficile, nisi forte fuerint duo eiusdem nominis atq́ officij, vel ꝑnus fuerit resuscitatus à dño, ⌊& ait ad eum: Impio ꝑbes auxilium⌋.i. Achab idololatrę subuenisti, ⌊& his qui oderunt dominû amicitia iungeris,⌋ hoc est, familiaritatem amicabilem & affinitatem inisti cû Achab & Iezabel atq́ Athalia, pertinẽtibusq́ ad eos, ⌊& idcirco iram quidẽ dñi merebaris⌋.i. a deo puniri meruisti & occidi in bello, ⌊sed opera bona inuenta sunt in te, eo ꝙ abstuleris lucos de terra Iuda, & ꝑparaueris cor tuum vt requireres dominum deum patrum tuoꝝ⌋.i. propter ista & alia opa tua virtuosa quæ deus cõspexit in te, misericorditer tibi pepercit. Veruntamẽ impios tenemur diligere, non inquantû tales, sed inquantû sunt hoîes felicitatis capaces, ad dei imaginẽ facti, sed eoꝝ familiaritas seu amicitia socialis vitanda est, nec subueniendû est eis in causa iniusta. Hanc autem increpationem Iosaphat rex non solum patientissime tulit, sed etiam ex ea prouocatus est ad meliora. Vnde subiungitur. ⌊Habitauit ergo Iosaphat in Hierusalem. Rursumq́ egressus est ad populum de Bersabee vsq́ ad montem Ephraim⌋.i. de vno regni sui extremo vsq́ ad aliud, visitando, instruendoq́ populû suum. Dicit autem ad illos exisse, vel per seipsum, quemadmodû quarto Regum legit de Iosia, vel per suos ministros, mittendo videlicet sacerdotes & Leuitas ac principes ad populû exhortandum, vt supra est descriptum, ⌊& reuocauit eos ad dñm deum patrum suoꝝ,⌋ eos scilicet qui erant auersi ad pœnitentiam admonendo, & stantes ad profectum trahẽdo. ⌊Constituitq́ iudices terræ⌋.i. populi habitantis in terra, vel terrenaꝝ ac minoꝝ causarum quia causæ maiores pertinebant ad iudices superiores, vt infra inducitur, ⌊in cunctis ciuitatibus Iuda munitis⌋.i. regni sui, intelligendo ꝑ Iudam etiam Beniamin, ⌊per singula loca⌋.i. in portis vrbium, sicut tunc moris erat, vt iudices inuenirentur in promptu in causis minoribus & humanis. ⌊Et ꝑcipiens iudicibus: Videte, ait, quid faciatis⌋.i. actus vestros, verba & sententias diligenter pensate, ne deuietis in aliquo. ⌊Non enim hominis exercetis iudicium, sed domini⌋.i. in iudicando estis vicarij iudicis summi, sic & rex in regnando, & à deo authoritas ac potestas iudiciaria deriuatur, ita quod dei locum, vicemq́ suppletis. Ideo iudices sicut & principes, dij in scripturis vocantur, iuxta illud in Exodo: Dijs non detrahes. Et rursus: Dominus domus applicabit ad deos, ⌊& quodcunq́ iudicaueritis, in vos redundabit⌋.i. si iuste iudicaueritis, habebitis præmium gloriosum à deo, si iniuste, supplicium. ⌊Sit timor domini vobiscum⌋.i. filialis timor dei iugiter cordibus vestris inhæreat. Timor nanq́ retrahit à peccato, ideo valde necessarius iudicibus, principibusq́ consistit, qui nisi timuerint deum, tanto facilius poterunt se iniuste habere, alijs quoq́ nocere, quanto maior eis inest libertas, ampliorq́ potestas, & maior peccãdi occasio ⌊& cum diligentia cuncta facite⌋.i. prudenter, non præcipitanter, quia in iudicando multa sunt considerãda, & causa quæ ignoratur, est diligentissime inuestiganda, & qui iudicat homines, debet perpendere, quod ipse paulo post assistet tribunali altissimi iudicandus ab illo. ⌊Non est enĩ apud dominum deum nostrum iniquitas,⌋ iuxta illud psalmi: Quoniam rectus dominus deus noster, & nõ est iniquitas in eo. Ipse etenim essentialiter sanctus est, omnisq́ sanctitatis & æquitatis origo, causa & mensura seu regula, iuxta quod in libro Sapientiæ scriptum est: Virtus tua domine, iustitiæ initium est, ⌊nec personarum acceptio,⌋ quia vnicuiq́ secundum merita sua largitur, neq́ alicui obligatur. Ideo in libro Iob asseritur: Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet, ⌊nec cupido munerum,⌋ quia bonorum nostrorum non eget, & eius sunt omnia. Ideo iudices debent eum præcipue formidare, tanquam iustissime iudicandi ab eo, qui à veritate & æquitate nequaquam flexibilis est. Propter quod ait scriptura: Præbete aures vos qui continetis multitudines, quoniam data est vobis potestas à domino, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur. Cito & horrende apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. ¶Præterea præceptum fuit à domino in Deuteronomio, vt in vrbe principali cultus diuini & sacrificiorum constituerentur iudices principales, ad quos in grauioribus ac maioribus causis ac casibus haberetur recursus. Scriptum est equidem in Deuteronomio: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, surge & ascende ad locum quem dominus elegerit, ueniesq́ ad sacerdotes, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Quoniam ergo

Margin: 3. Reg. 16 — B — Gene. 1 — 4. Reg. 23 — 2. Paral. 17 — C — Exod. 22 — Psal. 91 — Sap. 12 — Job. 34 — Psalm. 81 — 2. Para. 19 — Sap. 6 — Deu. 17 — Ibidẽ

Hierusalem fuit metropolis regni, in qua fuit templum, sanctus rex Iosaphat statuit ibi iudices ta- [D]
les, sicut iam subditur. ⌊In Hierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas, & sacerdotes, & prin-
cipes familiarum ex Israel⌋ id est, aptiores ex familijs Leuitarum ac sacerdotum, ac maiores ele-
git ad tātum officium, ⌊vt iudicium⌋ verum & iustum, ⌊& causam domini⌋.i. id quod deo cō-
placitum est, & quæ causa sit rationabilis ac diuina, ⌊iudicarent habitatoribus eius, præcepitque eis
dicens: Sic agetis in timore domini fideliter & corde perfecto. Omnem causam quæ venerit ad
vos, fratrum vestrorum qui habitāt in vrbibus suis, & inter cognationem, & cognationem, vbi-
cunque quæstio est de lege⌋.i. de aliquo pertinente ad legem diuinam, quantum ad testimonia seu
credenda, ⌊de mādato⌋.i. de aliquo casu pertinente ad præcepta moralia, ⌊de cærimonijs⌋.i.
de præceptis cærimonialibus, ⌊de iustificationibus⌋.i. præceptis iudicialibus, per quæ inter ho-
mines conseruatur iustitia, ⌊ostendite eis⌋ veram solutionem & quid placeat aut displiceat deo,
⌊vt non peccent in dominum & ne veniat⌋ hoc est, vt non veniat, ⌊ira⌋.i. vltio ⌊dei sup vos⌋
propter omissionem impletionis vestri officij, ⌊& super fratres⌋.i. subditos ⌊vestros⌋ qui pa-
res sunt vobis in natura & similes in religione. Hinc scriptum est per Malachiam: Labia sacerdo
Malac. 2 tis custodiunt scientiam, & legem requirēt de ore eius, quia angelus domini exercituum est. ⌊Sic
ergo agentes non peccabitis. Amarias autem sacerdos⌋ summus, ⌊&⌋ pro id est, ⌊pontifex ve-
ster in his quæ ad deum pertinent, præsidebit⌋ in his scilicet quæ pontificale concernunt officiū,
vt quærat oraculum dei, atque ab ipso responsa recipiat, & ingrediatur in sancta sanctorum. In diffi-
cillimis quoque discernat ac iudicet maxime in credendis & in necessarijs ad salutem. ⌊Porro Za-
badias filius Ismael, qui est dux in domo Iuda⌋ id est, princeps, secularisque iudex, ⌊super ea opera
erit quæ ad regis officiū pertinent⌋.i. in causis ciuilibus erit vicarius regis & iudex puniens reos
Vel sensus est, quod ex parte, authoritateque regis compescet & puniet illos, qui præfatorum iudicum [E]
sententijs obtēperare noluerint. Rex enim fuit absolute supremus in populo in veteri lege. ⌊Ha-
betisque magistros Leuitas coram vobis. Confortamini & agite diligenter, & erit dominus vo-
biscum in bonis⌋ ¶Ecce ex isto capitulo commendatur nobis patiētia, iustitia, charitas, sapiē-
tia, & zelus præferuidus boni communis sancti Iosaphat regis, quem prælati & principes in his
debent virtutibus imitari, & per seipsos ac suos vicarios, informare, hortari, corripere, reforma-
reque subditos, præcipuamque diligentiam adhibere circa officiatos ac iudices, admonendo eosdē
iuxta præhabita, vt in cunctis timorate, prudenter & iuste se habeāt sine omni personarum acce-
ptiōe & cupiditate. Quòd si contingat principem aut prælatum quantumlibet magnum, aliquā-
Philip. 3 do à viro bono charitatiue & iuste increpari, non debet super hoc indignari, sed patienter susci-
pere, seque ad meliora extendere.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI XX. Post hæc congregati sunt filij Moab & filij Ammon.

¶Articulus. XX.

Ira & magna victoria Iosaphat regi collata iam describitur. ⌊Post hæc
congregati sunt filij Moab & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis⌋
per istos de Ammonitis intelligūtur hoc loco Idumæi, qui infra in isto ca-
pitulo vocātur mons Seir, & vocātur hic Ammonitæ. Vel, quia ex vna [F]
parte erāt de plebe illa. Vel, quia confœderati & associati eis fuerūt, aut eo-
rum vexillis signati. Porro magister in historijs scribit, quod Arabes erant,
⌊ad Iosaphat⌋.i. contra eum. Nā adhuc longe erant ab eo, ⌊vt pugna-
rent contra eum. Veneruntque nuntij & indicauerūt Iosaphat⌋ regi, ⌊di-
centes: Venit contra te multitudo magna de his locis quæ trās mare⌋ mor-
tuum, ⌊sunt & de Syria⌋ sicque fuerūt ibi & Syri, & ecce consistūt in Ha-
sason Thamar, quæ est Engaddi. Iosaphat autem timore perterritus,⌋ primi etenim motus non
possunt totaliter reprimi. Iosaphat tamen non diu mansit in illo timore quodammodo prædomi-
nante, sed spe & fortitudine mentis repressit eundem, nam subditur, ⌊totum se contulit,⌋ id est,
toto corde se recollegit & præparauit, ⌊ad rogandum dominum⌋ vt auxiliaretur suis cultoribus
⌊& prædicauit ieiunium in vniuerso Iuda⌋.i. toti populo per nuntios iussit vt ieiunarent ad im-
Tobiæ 12 petrandum dei auxilium. Nam & oratio adiuta ieiunio volat in cœlū, similiter eleemosynis mul-
tum iuuatur, ita quod eleemosyna atque ieiunium sunt duæ alæ orationis. ⌊Congregatusque est Iudas⌋
scilicet habitatores Hierusalem, aliarumque vrbium, ⌊ad deprecandum dominum⌋ in templo, cu-
3. Regū 8 ius consecratio auxit orationis ibi factæ exaudibilitatem, quoniam & Salomoni deus promiserat
2. Paral. 7 quod orantium ibi vota audiret, ⌊sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrādum eum. Cūque
stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ, & Hierusalem, in domo domini, ante atrium nouum, ait:
Domine deus patrū nostrorum, tu es deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium⌋ de iu-
re, non tamen prorsus de facto. Non enim deo obediunt omnia regna, & tamen omnipotentiæ
eius subiecta sunt, & facit in omnibus, atque de omnibus quicquid ei placuerit & ex seipso compe-
tit ei sup

A tit ei super omnia authoritas & potestas. ⌊In manu tua est fortitudo & potentia, nec quisq̃ tibi
potest resistere. Nonne tu deus noster interfecisti oẽs habitatores terræ huius, corã populo tuo
Israel, & dedisti eam semini Abrahã amici tui, in sempiternũ? Habitaueruntq́ȝ in ea, & extruxe-
runt in illa sanctuarium nomini tuo dicẽtes⌋.i. patres nostri, videlicet Salomon & populus eius 3. Reg. 8
ædificauerunt in terra ista promissionis templũ tuæ maiestati, in quo Salomon in persona om- 2. Para. 6
nium & pro oĩbus exorauit. ⌊Si irruerint super nos mala⌋.i. aduersa, vtpote ⌊gladius iudicij,
pestilentia & fames⌋ .i. tuo iudicio venire permissus aut missus aut iudicũ armatura, seu p quem
exercetur iudicij exequutio. Vnde in libro Iob habetur: Fugite à facie gladij, quoniam vltor ini-
quitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Hinc in Ezechiele & Hieremia dominus nominat Iob. 19
gladium inter quatuor iudicia sua pessima.i. pœnalissima, quæ sunt, gladius, fames, pestis & be- Ezech. 14
stiæ, ⌊stabimus coram domo hac⌋.i. in atrijs templi, quæ erant in facie templi, seu domus dei, Hiere. 15
⌊in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomẽ tuum, & clamabimus ad te in tribulationibus no
stris, & exaudies nos, saluosq́ȝ facies. Nunc ecce filij Ammon & Moab & mons Seir⌋.i. Idumæi
habitantes in monte Seir, seu in terra Edom montosa, ⌊per quos non concessisti filijs Israel vt
transirent quando egrediebant de Aegypto, sed declinauerunt ab eis & nõ interfecerunt illos.⌋
qualiter intelligendum sit hoc, patet ex dictis libris Deuteronomij & Iudicum. Siquidem filij Deut. 2
Israel transierunt ex latere per Idumæam, & per aliquam partem regnorum Moab & Ammon, Iudi. 11
B prout in Deuteronomio manifeste habetur, non tamen ad nocendum aut impugnandum, sed Deut. 2
ptransierunt velociter & declinauerunt ab eis pro posse, sicq́ȝ dicuntur nõ transisse per illos.i. per
medium terræ ipsorum itinere consueto, ⌊e contrario agunt, & nituntur eijcere nos de possessio
ne, quam tradidisti nobis deus noster. Ergo non iudicabis eos?⌋.i. cum sis iustus omniũ iudex,
tantam illorum impietatem dijudicabis & punies. ⌊In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt
possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos.⌋ Hoc mirum videtur, cum supra descri Supra. 17
pti sint principes & exercitus Iosaphat, ita ꝙ quinq́ȝ erant principes illi, sub quorum primo erãt 2. Par. 17
viri robustissimi trecenta milia, sub secundo ducenta octoginta milia, sub tertio ducenta milia,
sub quarto totidem, sub quinto centum octoginta milia militum expeditorum, qui omnes erãt ad
manum regis, exceptis alijs quos posuerat in vrbibus muratis, & in vniuerso Iuda. Sed forte hac
vice non fuerãt congregati, aut propter aduersariorum repentinum aduentũ, nequibant se apte col
ligere & parare, vel aduersarij erant mirabiliter multi & fortes, ⌊sed cum ignoremus quid agere
debeamus⌋ via humana, ⌊hoc solum habemus residuũ vt oculos nostros⌋ interiores ⌊dirigamus
ad te⌋.i. ad intuendũ & inuocandũ infinitam misericordiã tuam. Illud est in omni tentatione &
angustia vnicũ, saluberrimumq́ȝ consiliũ. ⌊Omnis vero Iuda stabat coram dño cum paruulis &
vxoribus & liberis suis,⌋ vt ex hoc dñs amplius ad misericordiã prouocaret, quoniam mulieres
& pueri ac puellæ sunt miserabiles personæ & pronæ ad fletũ. Itemq́ȝ vt ex tanta orantiũ multitu
dine oratio exaudibilior fieret, iuxta illud ad Corinthios: Vt ex multarum personis facierum eius 2. Cor. 1
quæ in nobis est donationis per multos gratiæ agant pro nobis. Deinde narrat, qualiter pius dñs
deuotissimũ regem & populũ eius afflictũ, orationibus, ieiunijs, vigilijsq́ȝ lassatũ, cito cõsolari di-
gnatus est. ⌊Erat aũt Iahaziel, filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ Leuites, de fi
lijs Asaph, sup quem factus est spũs dñi⌋.i. in cuius corde diffusa est à spũ dei reuelatio propheta
lis, ⌊in medio turbæ, & ait: Attendite oĩs Iuda & qui habitatis in Hierusalem, & tu rex Iosaphat,
C Hæc dicit dñs vobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinẽ, Nõ eñi est vestra pugna, sed
dei⌋.i. deus pugnabit pro vobis, quia & isti cõtra vos cõuenerũt iniuste atq́ȝ ad dei iniuriã, cuius
estis cultores, & moti sunt cõtra vos propter ea quæ deus in patribus vestris est operatus. ⌊Cras
descendetis cõtra eos. Ascensuri eñi sunt p cliuũ⌋.i. montosum ascensum, ⌊noĩe Zis, & inuenie
tis illos in summitate torrẽtis, q est cõtra solitudinẽ Ieruel. Non eñi eritis vos q dimicabitis, sed
tantũmodo cõfidenter state, & videbitis auxiliũ dñi sup vos. O Iuda & Hierusalẽ, nolite timere
nec paueatis. Cras egrediemini cõtra eos, & dñs erit vobiscũ. Iosaphat ergo & Iuda, & oẽs habi-
tatores Hierusalẽ ceciderunt proni in terrã corã dño,⌋ humillime ei ac deuotissime regratiantes,
& ex zelo iustitiæ cõtra aduersarios laborantes ⌊& adorauerũt eum. Porro Leuitæ de filijs Ca-
hath, & de filijs Chore, laudabant dñm deũ Israel, voce magna in excelsum,⌋ psalmos canendo
seu cantica sancta. ⌊Cumq́ȝ mane surrexissent⌋ Iosaphat & sui, ⌊egressi sunt p desertũ Thecuæ.
Profectisq́ȝ eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Iuda, & oẽs habitatores Hie-
rusalem. Credite in dño deo vestro, & securi eritis. Credite prophetis eius, & cũcta euenient pro
spera,⌋ ne vestra incredulitate ponatis obicem gratiæ vobis promissæ. ⌊Deditq́ȝ consiliũ popu-
lo, & statuit cantores dñi, vt laudarent eũ in turmis suis⌋.i. ordinate distinxit & disposuit eos, si
cut erant à Dauid diuisi, vt vnaquæq́ȝ eorum turma deum laudaret, ⌊& antecederẽt exercitũ,⌋ tan 1. Para. 25
quã speciales milites dei ad cõmunitatis tutelã, & vulgi propagatores spiritalibus armis tuentes
eos qui sequebant, ⌊ac voce consona dicerent: Confitemini dño quoniã bonus, quoniã in æter
nũ misericordia eius. Cumq́ȝ cœpissent laudes canere⌋.i. deũ laudare, ⌊vertit dñs insidias eorum⌋
vtpote aduersariorum, ⌊in semetipsos, filiorum scilicet Ammon & Moab, & montis Seir, qui

egressi fuerāt, vt pugnarent contra Iudam, & percussi sunt ita q̃ sibi inuicem fecerunt quod populo Iudæorum facere decreuerūt. Nam filij Ammon & Moab tanq̃ mutuo propinquiores, consurrexerunt aduersus habitatores montis Seir, vt interficerēt & delerent eos. Cūq̃ hoc opere ppetrassent, etiā in semetipsos versi videlicet Moabitę in Ammonitas, mutuis cōcidere vulneribus sic q̃ dominus miscuit in his spūs vertiginis & furoris, inquietudinem contentionis & litis, sic q̃ contra se inuicem corrixari ac superbire ac insanire cœperūt, quod deo permittente per angelos malos creditur factū. Porro Iuda cū venisset ad speluncā, quæ respicit solitudinē, vidit procul omnē late regionē plenā cadaueribus, nec superesse quenq̃, qui necem potuisset euadere. Venit ergo Iosaphat, & omis populus cū eo, ad detrahēda spolia mortuoꝝ. Inuenerūt q̃ inter cadauera variā supellectilem. Vestes q̃q̃, & vasa pretiosissima, & diripuerūt, ita vt oīa portare non possent, nec p tres dies spolia auferre, præ prædæ magnitudine. Die aūt quarto cōgregati sunt in valle benedictionis. Etenī (qm̄ ibi benedixerūt dño) vocauerūt locū illum vallis benedictionis, vsq; in præsentē diē. Reuersusq̃ est omnis vir Iuda, & habitatores Hierusalē, & Iosaphat, ante eos in Hierusalē, cū lætitia magna, eo q̃ dedisset eis dñs gaudiū de inimicis suis. Ingressiq̃ sunt in Hierusalem cū psalterijs, & citharis, & tubis, in domū dñi. Irruit aūt pauor dñi sup vniuersa regna terrarum i. habitatores regnoꝝ vndiq; situatoꝝ perterriti sunt, & deū Israel seruuli quodā timore formidare cęperūt, cum audissent q̃ pugnasset dñs contra inimicos Israel i. q̃ illos taliter prostrauisset, propter quod non audebāt regem Iosaphat impugnare. Quieuitq̃ regnū Iosaphat, & præbuit ei dominus pacem p circuitum. Regnauit igitur Iosaphat sup Iudā, & erat triginta-quinq; annoꝝ cū regnare cœpisset. Viginti aūt & quinq; annis regnauit in Hierusalem, & nomē matris eius Azuba, filia Selachi. Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens q̃ placita erāt coram dño. Per hoc iustitia Asa regis euidēter insinuat, eo q̃ hoc commemoretur pro præcipuo filij sui, scilicet Iosaphat regis præconio, q̃ sequutus est opa patris sui Asa. Verūtamen excelsa non abstulit quod qualiter intelligendum sit in expositione superioꝝ est expressum, & adhuc populus non direxerat cor suum ad dominum deum patrum suoꝝ. Iam habitū est supra in diuersis capitulis de grandi Iudæoꝝ deuotione ad deum sub Asa & Iosaphat, sub quibus pcusserūt fœdus cum domino, & in toto corde suo domino iurauerūt, eumq̃ inuenerūt. Deinde p ieiunia & orationes, p laudes, sacrificia & gratiaꝝ actiones erexerūt corda sua ad dominū. Quomodo ergo nūc dicitur q̃ populus adhuc non direxit cor suum ad dominum. Respondetur q̃ hoc dicitur, ad insinuandum quādā eoꝝ impfectionem, ita q̃ nō direxerunt cor suū ad deum stabiliter & perfecte, quoniam multi ex eis adhuc contra legis præceptū obtulerūt sacrificia deo alibi quàm in templo. Videnť tamen quadā dispensatione seu permissione in hoc ipso excusari à culpa mortali. Nam multi iusti reges pmiserūt hoc fieri, qa à diebus iudicū & Dauid ac Salomonis erant assuefacti in hoc. Reliqua aūt gestoꝝ Iosaphat, prioꝝ & nouissimoꝝ scripta sunt in libris Iehu, filij Hanani, quæ digessit in libro Regū Israel. Post hæc iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel fratre vxoris filij sui, scilicet Ioram, cuius opa fuerunt impijssima & particeps fuit, vt facerent naues quæ irent in Tharsis. Fecerunt classem in Asiongaber. Sicq; queadmodū Asa circa finē vitæ suæ in qbusdam excessit, ita & Iosaphat minus tamē quàm Asa. Puniuit quoq; dñs culpā hāc Iosaphat, p hoc q̃ naues eius quas misit pro auro seu alijs rebus ptiosis in Tharsis & in Asiongaber. i. in mare & in locū illū iuxta mare rubrū contritę sunt, & apparet q̃ classes Ochoziæ ibant cū classibus Iosaphat. Prophetauit aūt Eliezer, filius Dodan, de Maresa, ad Iosaphat, dicēs: Quia habuisti fœdus cū Ochozia, pcussit dñs opa tua, cōtritæq̃ sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis. Moraliter ex isto capitulo instruuntur Christiani, qualiter in omī tam corporali quàm spirituali cōflictu, eis, vel à visibilibus aut ab inuisibilibus hostibus imminente debeant se habere. Nempe principes pugna corporali eis instante, non debent immoderate timere, sed se totos ad dominum exorandum conferre, in ipso confidere, subditos suos p se & spiritales viros hortari, vt vitam suam in cunctis emendent, orationibus & ieiunijs vacēt. Specialiter vero à religiosis & clero debēt orationum & missarum postulare suffragia, & ordinare vt psalteria & letaniæ legantur, missæ celebrentur quàm plurimæ, processionesq̃ fiant. Quod si viderint aduersarios suos existere fortiores, cum omni humilitate fateātur dicentes. In nobis ò domine non est tanta fortitudo, vt possimus multitudini super nos irruenti resistere, sed cum ignoremus quid agere debeamus hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

¶Deniq; in spiritali conflictu constitutis contra inuisibiles inimicos nobis callidiores, fortiores ac plures istud potissime est dicendum, præsertim dum acriter impugnamur, tuncq̃ cū omni fiducia & feruore clamemus ad dominum, eius inuocantes auxilium incessanter. Postremo oīa hæc sunt specialiter Christianis contra infideles præliaturis agenda.

¶EXPOSITIO CAPITVLI XXI. Dormiuit autem Iosaphat cum patribus suis Art. XXI.

Agitur

A AGitur iam de filio Iosaphat qui patri suo successit in regno, sed non in
regendi officio, quia pater suus fuit rex optimus, & iste tyrannus pra-
uissimus, vas ire, & homo miserrimus. ⌊Dormiuit autem Iosaphat cũ Roma. 8
patribus suis⌋ cum sexaginta esset annorum, ⌊& sepultus est cum eis in
ciuitate Dauid, regnauitq; Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres
filios Iosaphat, & Azariam, & Iahiel, & Zachariã, & Azariam, & Mi-
chael, & Saphatiam. Omnes hi filij Iosaphat regis Iuda, deditq; eis pa-
ter suus multa munera auri & argenti, & pensationes⌋ id est, pondera-
tiones rerum pretiosarum, vel vt aliqui legunt pẽsiones aut pensitatio-
nes, id est, annuos census seu redditus, ⌊cum ciuitatibus munitissimis
in Iuda⌋ dando vnicuiq; eorum aliquas vrbes, in quibus præerãt, tamen sub rege. ⌊Regnum au-
tem tradidit Ioram, eo quòd esset primogenitus. Surrexit autẽ Ioram super regnum patris sui.
Cumq; se confirmasset⌋ Ioram, id est, consilio impiorum atq; auxilio se firmasset, ⌊occidit om
nes fratres suos⌋ sicut Abimelech occidit omnes fratres suos, ⌊gladio⌋ vt bona eorum solus ha Iudic. 8.
beret, & ne populus ipsum propter suam peruersitatem abijceret, & aliquem fratrum suorum pro-
moueret in regem, ⌊& quosdam de principibus Iuda⌋ quos vidit suæ malignitati contrarios, &
suo proposito aduersantes. ⌊Trigintaduorum annorum erat Ioram cum regnare cœpisset, &
octo annis regnauit in Hierusalem. Ambulauitq; in vijs⌋ id est, vitijs & idololatrijs, ⌊regum Is-
B rael, sicut egerat domus Achab. Filia quippe Achab erat vxor eius. Et fecit malum in conspectu
domini. Noluit autem dominus disperdere domum Dauid, propter pactum quod inierat cum
eo, & quia promiserat vt daret ei lucernam, & filijs eius, in omni tempore. In diebus illis rebella-
uit Edom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regem. Cumq; transiret Ioram cum princi-
pibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom, qui se circunde-
rat, & omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iuda, vsque ad
hanc diem. Eo tempore & Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim dominum
deum patrum suorum insuper & excelsa fabricatus est, in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habita-
tores Hierusalem, & præuaricari Iudam⌋ hoc est, idololatriam exercere. ⌊Allatæ autem sunt ei
literæ ab Helia propheta⌋ quod dupliciter potest intelligi. Primo, quod Helias propheta per-
sonaliter attulit literas istas ad Ioram. Secundo, quod aliquis ex parte Heliæ detulit eas; ⌊in qui-
bus scriptum erat. Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui. Quoniam non ambulasti in vijs Io
saphat patris tui & in vijs Asa regis Iuda, sed incessisti per iter regum Israel; & fornicari fecisti
Iudam, & habitatores Hierusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper & fratres tuos
domum patris tui, meliores te, occidisti, ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo
& filijs, & vxoribus tuis⌋ qui tibi communicauit in vitijs, ⌊vniuersaq; substantia tua.⌋

¶Circa hæc oritur quæstio, quomodo Helias propheta potuit literas istas portare aut desti-
nare ad Ioram, cum Helias translatus iam fuerit, Iosaphat adhuc regnante, præsertim cum quar-
C to Regum libro recitetur, quemadmodum ipso Iosaphat pergente ad prælium cum Ioram filio 4. Regũ 3
Achab, deficienteq; aqua sciscitatus sit Iosaphat. Est ne hic propheta domini, vt deprecemur do 4. Regũ 3
minum per eum. Responditq; vnus, Est hic Helisæus, qui fundebat aquam super manum Heliæ.
Ad istud aliqui responderunt, quòd iste Helias propheta fuit alter à magno illo Helia. Nam &
magister in historijs scribit: Tulit ad Ioram Helias quidam propheta epistolam correctoriam. Pet. Co.
Alij dicunt, quòd Helias præscius futurorum scripsit epistolam istam ante suam translationem; hist. lib. 4
& post eam apportatæ sunt ad Ioram. Hinc refert Lyra: Dicunt Hebræi, quòd istæ epistolæ fue- Reg ca. 19
runt ad Ioram allatæ post translationem Heliæ. ⌊Tu autem ægrotabis pessimo languore vteri,
donec egrediantur vitalia tua paulatim, per singulos dies. Suscitauit ergo dominus cõtra Ioram
spiritum Philistinorum, & Arabum, qui confines sunt Aethiopibus, & ascenderunt in terrã Iu-
da, & vastauerunt eam. Diripueruntq; cunctam substantiam, quæ inuenta est in domo regis, in-
super & filios eius, & vxores.⌋ Textus iste planissimus est, ⌊nec remãsit ei filius nisi Ioachaz, q
minimus natu erat⌋ q alio noĩe appellat Ochozias & Ahazias ac Azarias, sicq; per q impius ille
Iorã peccauit, per hæc punitus est, q a sicut frẽs suos occidit, sic filij sui occisi sunt. ⌊Et sup hęc om 4. Reg. 8
nia percussit eum dominus alui languore⌋ id est, dolore, ⌊insanabili⌋ scilicet ægritudine chro- Sapiæ. 11
nica, id est, temporali & diuturna, vt patet consequenter in litera. ⌊Cumq; diei succederet dies,
& temporum spacia voluerentur duorum annorum expletus est circulus. Et sic longa consum-
ptus est tabe, ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter & vita caruit. Mortuusq; est in
infirmitate pessima,⌋ hoc est, pœnalissima, in qua nec pœnituit. ⌊Et non fecit ei populus secun-
dum morem combustionis exequias,⌋ id est, regio honore eum non sepelierunt comburendo
super corpus eius aromata, vt fuerat consuetudo, ⌊sicut fecerat maioribus eius. Trigintaduo-
rum annorum fuit, cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Hierusalem. Ambulauitq;
nõ recte. Et sepelierũt eũ in ciuitate Dauid. Veruntñ non in sepulchro regũ⌋ Vnde & Iosephus
separatũ, inqt, tumulũ tradiderunt ei sine regalibus exequijs, & hoc in detestationẽ facinorum eius. Iose lib. 9 an. iu. ca. 5

Cætera huius capituli verba hic non expoſita, aut penitus plana ſunt, aut quarto regum libro ſunt D
4. Reg. 8 elucidata. Ecce ex iſto docemur capitulo, quàm ſecreta & metuenda ſint dei iudicia, & quod nemo poteſt de parentum ſuorum electione aut ſanctitate præſumere, quoniam optimus ille rex Ioſaphat tam ſceleratiſſimũ ac reprobiſſimũ habuit filium. ¶ Inſup conſtat ex dictis, qualiter diuina iuſtitia quædam ſcelera ob nimiam eorum enormitatem punire incipiat in præſenti, & poſtea puniat ea in ſempiternum. Iterum innoteſcit ex his, qualiter ſanctus & iuſtus deus om̃ipotens interdum priuet reprobos in pręſenti optato ſine, atq; cupito malignitatis eorum effectu. Siquidem crudeliſſimus & penitus inhumanus iſte Ioram regno non contentus, proprios fratres peremit, vt ciuitates & opes eis collatas acquireret, & ecce priuatus eſt ſubito proprio regno, omníq; proſperitate, & ſanitate ac vita.

¶ EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMISECVNDI.

Conſtituerunt aũt habitatores Hieruſalem Ochoziam filium eius, minimum regem pro eo. Articulus. XXII.

4. Reg. 8 SEquit̃ hiſtoria de Ochozia filio Ioram regis Iuda, eſt'q; litera huius cap. libro quarto Regum penè tota expoſita. ⌊ Conſtituerunt aũt habitato
2. Para. 21 res Hier̃lm Ochoziã filium eius ⌋ .i. ipſius Ioram ⌊ minimũ ⌋ .i. iuniorẽ ⌊ regem pro eo ⌋ Cæteri em̃ vt dictũ eſt, erant occiſi. ⌊ Omnes em̃ maiores natu, q ante eum fuerãt, interfecerũt latrones Arabum, q irruerãt in caſtra. Regnauit'q; Ochozias filius Iorã regis Iuda. Quadragintaduo E rum annorum erat Ochozias cũ regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Hier̃lm ⌋ quoniã primo anno regni ſui fuit à Iehu occiſus, ſed oritur
4. Reg. 9 dubium qualiter Ochozias poterat eſſe quadraginta duorum annorum dum
4. Reg. 8 cœpit regnare, cum quarto Regum libro, ac præcedenti dicat̃ capt̃o, q
2. Para. 21 Ioram pater eius triginta duorum arat annorum, dum cœpit regnare, & octo annis regnauit, ſicque
4. Reg. 8 quadragenarius obijt. Rurſus quarto Regum libro aſſerit̃, quòd Ochozias regnare exorſus eſt, dũ
Hierony. erat annorum viginti duorum. Ad hoc expoſitores reſpondent, quòd teſte Hieronymo, Ioram regnauit annis viginti octo, ſed octo anni computant̃ in numero, q a tot annis præfuit bene, cęteri omit
4. Reg. 8 tunt̃, quia in eis idololatriæ deſeruiuit, iuxta quẽ ſenſum dicit̃ Saul duobus annis regnaſſe. Itaq; viginti anni quibus Ioram regnauit inique, qui quarto Regum tacent̃ hoc loco, nectunt̃ annis vitæ filij eius, ⌊ & nomen matris eius Athalia, filia Amri. Sed & ipſe ingreſſus eſt p vias domus Achab. Mater em̃ eius impulit eum, vt impie ageret ⌋ hoc eſt, Athalia filium ſuum Ochoziam vehementer inſtigauit, & traxit ad idololatriam. ⌊ Fecit ergo malum in cõſpectu dñi, ſicut domus Achab ⌋ aui ſui. ⌊ Ipſi enim ⌋ qui erant de genere, & familia Achab, ⌊ fuerunt ei ⌋ .ſ. Ochoziæ ⌊ conſiliarij poſt mortem p̃ris ſui in interitum eius, ambulauit'q; in conſilijs eorum ⌋ Ex eorum ergo iniquo conſilio tam dire exceſſit, quod meruit corpaliter occidi, æternaliter'q; damnari, & ita ex illorum conſilio incurrit triplicem mortem, videlicet mortem culpæ mortalis, & corpalis occiſionis atq; miſeriæ infernalis, ⌊ & prexit cum Ioram filio Achab, rege Iſrael in bellum contra Haſael regem Syriæ, in Ramoth Galaad, vulnerauerunt'q; Syri Ioram. Qui reuerſus eſt, vt curaretur in Iezrael. Multas enim plagas acceperat in ſupradicto certamine. Igit̃ Ochozias filius Ioram, rex Iuda, deſcendit vt inuiſeret Ioram ⌋ frẽm matris ſuæ, ⌊ filium Achab in Iezrael ægrotantem. Voluntatis quippe F dei fuit aduerſus Ochoziam ⌋ hoc eſt, in eius iuſtum interitum, ⌊ vt veniret ad Ioram, ⌋ vt ſcilicet, ſimul cum ipſo Ioram occideretur à Iehu, ⌊ & cum veniſſet, & egrederetur cum eo, ⌋ puta cum Ioram ⌊ aduerſum Iehu filium Namſi ⌋ hoc eſt, in ipſius occurſum, non tamen intentione pugnandi contra eum, ⌊ quem ⌋ Iehu ⌊ vnxit dominus ⌋ id eſt, per vnum ex diſcipulis Heliſæi, fecit vngi in regem, ⌊ vt deleret domum ⌋ id eſt, poſteritatem ⌊ Achab ⌋ de cuius ſemine ſuit & Ocho
4. Re. 9 zias, ideo dominus volui eum occidi à Iehu. ⌊ Cum ergo euerteret Iehu domum Achab ⌋ interficiendo eius progeniem, ⌊ inuenit principes Iuda, ⌋ qui erant miniſtri Ochoziæ, ⌊ & filios fratrum Ochoziæ. ⌋ Nam fratres Ochoziæ, quàmuis fuerunt occiſi, filij tamen eorum manſerunt ſuperſtites, ⌊ qui miniſtrabant ei, ⌋ ſcilicet patruo ſuo regi Ochoziæ, ⌊ & interfecit illos, ⌋ prout quarto Regum libro legitur. ⌊ Ipſum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria, adductum'q; ad ſe, occidit. ⌋ Iſtud videtur contrariari hiſtoriæ, quarto Regum li-
4. Regũ. 10 bro, cap. 10. in quo legitur: Ochozias autem rex Iuda, videns hoc, ſugit per viam domus hor
4. Regũ. 9 ti, perſequutus'q; eſt eum Iehu, & ait: Etiam hunc percutite in curru ſuo, & percuſſerunt eum in aſcenſu Gaber. Ad hoc reſpondetur, quod Ochozias conſpiciens, qualiter Ioram occidebatur à Iehu, fugit in vrbem Iezrael, interim quòd Iehu cum ſuis fuit occupatus circa Ioram, & cor-
Ibidẽ poris ſui proiectionem in agrum Naboth. Audiens autem quod Iehu veniret ad Iezrael, ſugit inde in vrbem Samariæ fortem, & ibi Iehu per ſuos ſatellites repperit eum, quem iuſſit ſibi adduci, adductum'q; ad ſe, occidit. Tamen vt quarto libro Regum, capitulo nono habetur, non
Ibidẽ ſtatim occidit eum totaliter, ſed in aſcenſum Gaber, vulnerauit lætaliter & inde Ochozias fugit in

Maged-

A Mageddo, obijtq́ ibidem. ⌊Et sepelierunt eum⌋ non ipse Iehu & serui sui, sed ministri Ochoziæ tulerunt corpus eius in Hierusalem, & sepelierunt in ciuitate Dauid, ⌊eo quòd eēt filius Iosaphat q quæsierat dominū in corde suo.⌋ Quæ aūt hic sequūtur, exposita sunt libro quarto Regū. 4. Regū. ⌊Nec erat vltra spes aliqua, vt de stirpe qs regnaret Ochoziæ. Siqdem Athalia mater eius vidēs φ mortuus esset filius suus, surrexit & interfecit omnem stirpem regiā domus Ioram. Porro Iosabeath filia regis, tulit Ioas filiū Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum regis, cum interficerentur, absconditq́ eum cum nutrice sua, in cubiculo lectulorum. Iosabeath autem quæ absconderat eum, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.⌋

¶EXPOSITIO CAPITVLI XXIII. ¶ Anno autem septimo confortatus Ioiada, assumpsit cēturiones. Art. XXIII.

Consequenter in præsenti capitulo recitatur, qualiter Ioas filius Ochoziæ institutus sit rex, & Athalia interfecta, cultusq́ dei reparatus in tēplo. ⌊Anno aūt septimo confortatus Ioiada, assumpsit cēturiones, Azariam videlicet filiū Hieroboam, & Ismael filiū Iohanan, Azariā quoq́ filiū Obed, & Maasiam filiū Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri, & iniit cum eis fœdus. Qui circumeuntes Iudā, cōgregauerūt Leuitas de cun-B ctis vrbibus Iuda, & principes familiarū Israel, venerūtq́ in Hierusalē. Iniit ergo oīs multitudo pactū in domo dñi cum rege. Dixitq́ ad eos Ioiada: Ecce filius regis regnabit, sicut loquutus ē dñs sup filios Dauid. Iste est ergo sermo quē facietis. Tertia pars vīm, q veniūt ad sabbatū sacerdotū, & Leuitarū, & ianitorū, erit in portis: tertia vero pars ad domū regis: & tertia ad portam quæ appellat̄ fundamēti. Oīe vero reliquū vulgus sit in atrijs domus dñi, nec quispiā alius ingrediatur domū dñi, nisi sacerdotes & q ministrāt de Leuitis. Ipsi tātummodo ingrediātur, qa sanctificati sunt: & oīe reliquū vulgus obseruet custodias dñi. Leuitæ aūt circūdent regem, habentes singuli arma sua: & si qs alius ingressus fuerit tēplū, interficiatur: sintq́ cū rege, & intrante & egrediēte. Fecerūt ergo Leuitæ & vniuersus Iuda, iuxta oīa quæ præceperat Ioiada pontifex. Et assumpserūt singuli viros, q sub se erāt, & veniebāt per ordinē sabbati, cum his q iam impleuerāt sabbatū, & egressuri erāt. Siqdem Ioiada pontifex nō dimiserat abire turmas, quæ sibi p singulas hebdomadas succedere cōsueuerāt. Deditq́ Ioiada sacerdos cēturionibus lanceas, clypeosq́ & peltas regis Dauid, quas cōsecrauerat in domo dñi. Constituitq́ omnē populū tenentiū pugiones, à parte tēpli dextera, vsq́ ad partē templi sinistrā, corā altari, & templo, per circuitū regis, & eduxerūt filiū regis, & imposuerūt ei diadema, & testimoniū, dederūtq́ in manu eius tenendā legem, & constituerūt eum regem, vnxit quoq́ illū Ioiada pontifex, & filij eius, imprecatiq́ sunt ei atq́ dixerunt, Viuat rex. Quod cū audisset Athalia, vocem scilicet currentiū, atq́ laudātiū regem, ingressa est ad populum in templū dñi. Cūq́ vidisset regem, stātem sup gradū in introitu, & principes, turmasq́ circa eum, omnemq́ populū terræ gaudentem atq́ clangentē tubis, & diuersi generis organis concinentē, vocēq́ laudātium, scidit vestimēta sua, & ait: Insidiæ, insidiæ. Egressus est aūt Ioiada pontifex ad centuriones, & principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra septa C templi, & interficiat̄ foris gladio. Præcepitq́ sacerdos, ne occideret̄ in domo dñi. Et imposuerūt ceruicibus eius manus. Cumq́ intrasset portam equorū domus regis, interfecerūt eam ibi. Pepigit autem Ioiada fœdus, inter se, vniuersumq́ populum & regem, vt esset populus domini. Itaq́ ingressus est oīs populus domū Baal, & destruxerunt eam: & altaria, ac simulachra illius confregerunt. Mathan qq́ sacerdotem Baal interfecerunt ante aras.⌋ ¶Totus huius historiæ sensus scriptus est atq́ expositus quarto Regū libro. Nam & verba pauca quæ hic adduntur, ibi inserta fue- 4. Regū. runt & explanata. ¶Hic tamen inter cætera adiungit. ⌊Constituit autē Ioiada præpositos in domo dñi, vt sub manibus sacerdotū & Leuitarū quos distribuit Dauid in domo dñi offerrēt holocausta dño sicut scriptū est in lege Mosi, in gaudio & cāticis iuxta dispositionē Dauid.⌋ ¶Præpositus domus dei solet pōtifex accipi, sed ita nō sumūtur hoc loco isti ppositi, sed potius possunt intelligi vigintiquatuor præcipui sacerdotes post pontificē, quos Dauid instituit & successiue ministrabāt ac sacrificabāt in tēplo cū sacerdotibus & Leuitis cantoribus & ianitoribus sibi subiectis, prout supra primo libro expositū est, & quādo sacrificabāt, Leuitæ & cātores psalmos canebant 1. Par. 24. cum gaudio spiritali, sicut hic tangitur. ¶Offerebāt aūt præpositi illi sub manibus.i. simul p ministeria sacerdotum ac Leuitarum. ⌊Constituit quoq́ ianitores in portis domus dñi, vt non ingrederetur eam immūdus in omni re. Assumpsitq́ centuriones & fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo domini, & introirē p mediū portæ superioris, in domum regis, & collocauerunt eum in solio regali. Lætatusq́ est omnis populus terræ, & vrbs quieuit, Porro Athalia interfecta est gladio.⌋

¶Expo-

¶EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMIQVARTI. D

Septem annorum erat Ioas cum regnare cœpisset &c.

Articulus vicesimusquartus.

SCriptura hoc loco enarrat, qualiter Ioas in principio regni sui, & deinceps ꝑ longum tempus bene se habuit in suo regimine circa deũ & populum, & qualiter tandem inciderit vitia magna, atq; ꝓpterea pœnas aduersitatesq; maximas. ¶Porro, prima pars huius capl'i exposita est,
4. Reg. 12 quasi tota lib. 4. Regũ. ⌊Septem annoꝝ erat Ioas cũ regnare cœpisset.⌋
Nec erat ætas illa sufficiẽs ad regnandũ, cũ scriptum sit: Væ terræ cuius
Eccl. 10 rex puer est, sed necessitate vrgente sapientissimus pontifex Ioiada vnxit pueꝝ illum in regem, vt finis imponeret pessimo regimini detestan-
4. Reg. 12 dæ Athaliæ, & qm̃ Ioiada erat sufficiẽtissimus, defectus pueri illius supplere, & eum in cunctis dirigere, ⌊& quadraginta annis regnauit in Hierusalem. Nomẽ matris eius Sebea, de Bersabee. Fecitq; quod bonũ est corã dño, cũctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit autem ei Ioiada vxores duas, ẽ qbus genuit filios & filias.⌋ Accepit ergo ei sic Ioiada pr̃ eius vxores duas, q̃d vtiq; tunc licitũ erat, imo multi ꝑcedentiũ regũ habue-
Ibidẽ. runt valde plures, quod qm̃ multis fuit ruinæ occasio, voluit pontifex virtuosus, vt Ioas contentus esset duabus vxoribus. ⌊Post quæ placuit⌋ regi ⌊Ioas vt instauraret domũ dñi⌋ .i. ruinas & fracturas templi repararet. ⌊Congregauitq; sacerdotes & leuitas, & dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniã⌋ .i. de quolibet capite seu patrefamilias, vel de q̃libet viro apto ad bellũ, qui. s. sit ad minus viginti annoꝝ, accipite mediũ ciclum, prout fieri debuit, E
Exo. 30 quãdo ꝑplus numerabat, vt in libro Exodi legit, ⌊ad sartatecta templi dei vestri⌋ reparanda, hoc
Exo. 30 est, ad reformandũ ea quæ in tecto templi, aut alijs eius partibus erãt corrupta, aut lapsa. ¶Quod autem subiungit, ⌊ꝑ singulos annos,⌋ ad vtrũq; potest referri, vt. s. vel talis collectio pecuniaꝝ, vel talis instauratio ruinaꝝ, fieret omi tpe opportuno, ⌊festinatoq; hoc facite. Porro Leuitæ egerũt negligentius⌋ .i. hi qbus commissa fuit illa collectio pigrẽ executi sunt regis ꝑceptũ. ⌊Vocauitq; rex Iuda Ioiadã pricipẽ⌋ sacerdotũ ⌊& dixit ei, quare nõ fuit tibi curę, vt cogeres⌋ .i. corripiẽdo & corrigẽdo diligẽter ĩduceres, ⌊leuitas ĩferre de Iuda & de Hierl'm pecuniã, q̃ cõstituta ẽ à Mose seruo dñi⌋ .i. de habitatoribus Hierl'm cæteraꝝq; vrbiũ regni mei leuare ꝑfatũ mediũ ciclũ à q̃libet viro, ꝓut in Exodo iussum ẽ, ⌊vt inferret eã ois multitudo Isrl' in tabernaculũ testimonij⌋ .i. vnusq'sq; de ppl'o cõportaret partẽ suã ad templũ in atriũ eius. ¶Deniq; quę sequunt pñt eẽ, vel verba regis Ioas assignãtis cãm suę increpatiõis, vel verba authoris huius voluminis insinuãtis, cur
4. Re. 11. 12 necesse fuit pecuniã colligi. ⌊Athalia eñ impijssima⌋ in deũ, cuius cultũ destruxit & in proximũ. Nã regnãdi libidine filios filij sui puerulos trucidauit, & ita secuta est Iesabel matrem suã, ⌊& filij
3. Reg. 16 eius.⌋ Naturales filij Athaliæ frẽs Ochoziæ oẽs fuerũt occisi à latrũculis Arabũ, iuxta ꝑhabita supra
19. 21 Idcirco ꝑ filios Athalię intelligunt, vl' eius cognati ex ꝑte Achab & Iesabel, vel hi q̃s ad idololatriã
2. Para. 22 traxit, vel vt aliq dicũt: Sacerdotes Baal q̃s nutriuit vt filios, ⌊destruxerũt domũ dei⌋ .i. templũ illud nõ cõseruãdo, nec eius ruinas reintegrãdo, ⌊& de vniuersis q̃ sanctificata fuerãt in domo⌋ .i. templo ⌊dñi⌋ .i. de vasis sacris & ornamẽtis, & pecunijs in tẽplo oblatis, ⌊ornauerũt phanũ Baalim⌋ .i. templũ Baal. ⌊Præcepit ergo rex, & fecerũt arcã⌋ .i. repositoriũ oblationũ, ⌊posuerũtq;
2. Regũ. 12 eam iuxta portã dñi forinsecus⌋ .i. in atrio iuxta ianuã eius, iuxta altare holocaustĩ, hoc est q̃d quarto Regũ libro fert. Tulit Ioiada pontifex gazophylaciũ vnũ, aperuitq; foramẽ vnũ desuper, & posuit illud iuxta altare ad dexterã ĩgrediẽtiũ domũ dñi. ⌊Et ꝑdicatũ ẽ in Iuda & Hierl'm⌋ .i. ꝑ sacer- F
dotes seu leuitas denuntiatũ per totũ regnũ, ⌊vt deferrẽt singuli⌋ viri ⌊ꝑcium dño, q̃d cõstituit Moses seruus dei sup oẽm Israel in deserto⌋ .s. mediũ sicli, quod vocabat preciũ pro redemptione
Exodi. 30 animæ. qm̃ nõ misit dñs plagã in ppl'm, qñ in sua numeratione soluit vnusq'sq; vir hoc argentũ iuxta legis præceptum, sicq; facta est copiosissima pecuniarum oblatio ad vsum templi præfatum. ⌊Lætatiq; sunt cuncti principes, & ois populus, & ingressi, contulerunt in arcã dñi, atq; miserunt ita vt impleret. Cumq; tempus esset vt deferrent arcã corã rege, ꝑ manus Leuitaꝝ (videbant eñ multam pecuniam) ingrediebat scriba regis, & quem primus sacerdos constituerat, effundebãtq; pecuniam, quæ erat in area. Porro arcam reportabant ad locum suum. Sicq; faciebant per singulos dies. Et congregata est infinita pecunia, quam dederunt rex & Ioiada, his qui præerant operibus domus domini. At illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domum domini, fabros quoq; ferri & æris, vt quod cadere cœperat, fulciretur. Egeruntq; hi, qui oꝑabant⌋ .i. artifices, ⌊industrie⌋ .i. prudenter, ⌊& obducebatur parietum cicatrix, per manus eorum⌋ hoc est, parietum seu murorum templi læsio reformabatur, ⌊ac suscitauerunt domum domini, ad statum pristinum⌋ Bene reparando eandem, ⌊& firmiter eã stare fecerunt. Cumq; complessent omnia opera⌋ quę in templi reparatione necessaria erant, ⌊detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ⌋ quæ fuit residua. ⌊De qua facta sunt vasa templi, in ministeriũ ad holocausta, phialæ quoque & cætera vasa aurea, & argentea,⌋ hoc est,

materiæ

A materiæ holocaustoꝝ emptę, vel altare holocausti reparatum. Nec istud obuiat his quæ quarto Regū libro scripta sunt. Veruntamē non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi dñi & fuscinulæ, q̄a hoc sicut ibidem innuitur, intelligendū est, ꝙ pecunia illa non fuit oblata ad talē vsum, nec durante templi reparatione fiebāt illa ex ipsa pecunia. Et offerebāt holocausta in domo dñi iugiter, cunctis diebus Ioiadæ. Senuit aūt Ioiada senectute sanctā, plenus dieꝝ, i. fructibus & meritis opeꝝ virtuosoꝝ, quæ multis diebus exercuit, & mortuus est cum esset centum & triginta annorum. Circa hoc in scholastica fertur historia. Ioiada sacerdos solus legitur post Mosen centum triginta annis vixisse. Sed aduertēdum ꝙ Moses legitur vixisse annis centū viginti, nō cētum triginta. Multi q̄ꝗ post Mosen vixerūt plus q̄ annis centū triginta. Sepelierūtq; eū in ciuitate Dauid cū regibus, eo ꝙ fecisset bonū cū Israel & cū Dauid, & cum domo eius, i. propter excellētias suaꝝ virtutū & beneficentiaꝝ quas impēdit toti regno, & specialiter posteris Dauid, ad quos regnū Dauid reduxit. Postq̄ aūt obijt Ioiada, ingressi sunt principes Iuda & adorauerunt regem, principes isti fuerūt iniqui & diabolica tentatione faciliter victi, itaꝙ idololatræ fieri cupiebāt; quod sine regis consensu facere non audentes exhibuerūt ei honorē diuinū, atq; vt fertur, blandiebantur ei dicentes ac persuadentes ꝙ dignus esset tali honore, eo ꝙ in infantia fuisset conseruatus & enutritus in templo sex annis, quod nō contigisset, nisi diuinum quid fuisset in eo, q̄m alijs q̄ sacerdotibus nō licuisset sine periculo ingredi in ipsum dei templum vltra atrium sine periculo per momentum. Qui delinitus eoꝝ obsequijs, i. vitiose emollitus à virtutū cōstantia & soliditate iustitiæ sacrilego illorum honore sibi exhibito, acquieuit eis ad idololatriā

4. Reg. 12

Pet. Co. hist. lib. 4 Reg. ca. 17 Deute. 34

4. Regū 11

B exercendam, & ita videtur fuisse occulte, superbus, seu à stabili fundamento virtutū & gratiæ alienus, q̄a tā cito & facile est deceptus, tāq; enormiter lapsus. Et dereliquerūt tēplū dñi dei patrū suoꝝ, seruieruntq; lucis, & sculptilibus. Et facta est ira domini contra Iudā, & Hierusalem, propter hoc peccatū. Mittebatq; eis prophetas, vt reuerterent ad dñm, quos protestantes illi audire nolebant. Spūs itaq; dei induit Zachariā, filiū Ioiadæ sacerdotem summum, i. spūs sanctus assumpsit sibi personam hanc elegantem, ad vtendum eo tanq̄ instrumēto & ad loquendū per eū, & stetit in conspectu populi, i. in templo coram rege & principibus ac frequentia populi, & dixit eis: Hæc dicit dominus deus. Quare transgredimini præceptū domini, idololatriā prohibentis, quod vobis non proderit, & dereliquistis dñm vt derelinqueret vos? Qui congregati aduersus eum miserūt lapides, i. Zachariam lapidauerunt, iuxta regis imperium in atrijs domus domini videlicet inter templū & altare holocaustoꝝ. Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ quā fecerat Ioiada pater illius vtpote Zachariæ, secum prout precedenti capitulo est descriptū, sed interfecit filiū eius crudelissima & iniustissima morte. Qui cū moreretur ait: Videat dñs & requirat, i. tantam iniustitiam vestrā in me, ostendat se cognoscere p debitam vltionem, quod zelo iustitiæ nō liuore vindictæ sanctus martyr ille loquutus est. Præsertim, q̄m tantā dei iniuriā in idololatria illa nō potuit æquanimiter sustinere. Iste est Zacharias secundū Hieronymū, de q̄ in Euāgelio loqtur Chrūs: Ex illo tpe, vt Epiphanius ait nō accepit po

2. Para. 24

Hiero. sup Mattheu. c. 23

C pulus Iudæoꝝ responsum diuinū manifeste, nec ex Dabir, neq; ex Ephod vt ante. Porro Dabir secundū Iosephū fuit gēma quadra duoꝝ digitoꝝ magnitudinem habēs, in medio rationali inter alias gēmas sita, cuius radius, mutatioq; coloris signū erat diuinæ ꝓpitiatiōis & subuētionis seu exauditionis. Cōsequēter narratur q̄ cito & copiose oratio seu potius prophetia Zachariæ contra Ioas ac populum sit impleta. Cumq; euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ eum ac principes eius & populum, sicut in textu qui planus est, recitatur, venitq; in Iudam & Hierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atq; vniuersam prędā miserunt regi, in Damascum. Et certe cum permodicus venisset numerus Syroꝝ, tradidit dominus in manibus eoꝝ infinitam multitudinem, eo ꝙ dereliquissent dominum deum patrum suorum. In Ioas q̄q; ignominiosa exercuere iudicia. Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis, i. eum irreuerenter, turpiterq; tractauerunt ac grauiter afflixerunt, quatenus qui sibi diuinos permisit exhiberi honores, tam vilissime ac bestialiter tractaretur. Surrexerūt autem contra eum serui sui in vltionem sanguinis Zachariæ filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderūt eū in lectulo suo, & mortuus est. Sepelierūtq; eum in ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regum. Insidiati vero sunt ei Zachar filius Samaath Ammonitidis, & Iosabad filius Semarith Moabitidis. Porro filij eius, ac summa pecuniæ, quæ adunata fuerat sub eo in præfata oblatione, & instauratio domus dei scripta sunt diligentius in libris Regum. In libro Regum quem habemus, non fit mētio, nisi de vno filio Ioas, scilicet Amasia, nec summa illa ibi taxatur. Idcirco per librum Regum hic allegatū, intelligēdus putatur aliquis liber, in quo facta huius Ioas & aliorum quorundam Regum Iuda ab aliquo propheta fuerunt conscripta, qui liber non inuenitur. Siquidem liber Regum quem habemus, ex multis huiusmodi libris est compilatus, vt magister in historijs tangit, qui etiam addit, ꝙ omnes filij Zachariæ cū eo lapidati fuerūt, præter vnū qui & post vocatus est Zacharias. ¶ Moraliter ex isto capitulo informamur quàm necessarium sit perseuerare vsq; in finem, seq; in vera & stabili humilitate fundare, & esse iugiter timoratum. Siquidem Ioas iste qui multis annis tam iuste

4. Reg. 14

Pet. Co. hist. libr. 4 Re in cōtrarietatū solutione

vixit,

vixit,& tanti erat feruoris,quòd tam pontificem virtuosum, quàm sacerdotes ac leuitas de eorum negligentia increpauit, ac circa templi instaurationem fuit tam studiosus,paulopost ad tamenor mistima lapsus est scelera,nec acquieuit prophetis,& iustum pontificem cui tam gratus existere tenebat,crudelissima morte peremit, eo quòd iuste & pie corriperet ab illo. Videamus ergo & nos,ne ex aliorum adulatione flectamur,à via iustitiæ & trahamur ad vitia. Nec alicui nisi deo,& alijs in deo placere optemus. Caueamus etiam ne paternam aut fraternam correptionem impatienter aut arroganter feramus,& ne corripientem lædere affectemus,nec aliquis tā vanus & excæcatus consistat,quod supra merita sua cupiat honorari,vel immoderate se sinat laudari aut venerari, ne cum miserrimo isto Ioas dispereamus. Quinimo exemplo Zachariæ, zelo iustitiæ ferueamus iniuriam dei non dissimulemus,præceptum correptionis fraternæ viriliter & prudenter implere conemur. Postremo,ad reparandas ecclesias, vetustate aut negligentia læsas aut lapsas,principes,& prælati,ac cæteri inardescant & conferant,magisque doleant scissuras & destructiones in domo dei,quàm in ædibus suis. D

DECLARATIO CAPITVLI VICESIMIQVINTI.

Regnauit autem Amazias filius eius pro eo &c.

Articulus vicesimusquintus. E

Hic agit de regno Amaziæ. Regnauit autem Amazias filius eius pro eo. Vigintiquinque annorum erat Amazias cū regnare cœpisset,& vigintinouē annis regnauit in Hierlm. Nomē mr̄is eius Ioiadan,de Hierlm. Fecitque bonum in conspectu dñi,veruntā non in corde pfecto. Cumque roboratum sibi videret imperium,iugulauit seruos,q occiderant regē prēm suū,sed filios eorum nō interfecit,sicut scriptū est in lib. legis Mosi,vbi pcepit dñs,dicens:Non occident prēs pro filijs,nec filij pro prībus suis,sed vnusquisque in suo peccato morietur. Litera ista exposita est quarto libro Regum, capi.14. pro parte magna. Qualiter vero congressus sit contra Idumeos quarto Regum breuiter,hic vero diffuse describitur,nec magna

4. Reg.14 est difficultas in textu. Congregauit igit Amazias Iudam,& cōstituit eos p familias, tribunosque & centuriones, in vniuerso Iuda,& Beniamin,& recensuit à viginti annis & sursum,inuenitque trigintamilia iuuenum,q egrederent ad pugnam,& tenerent hastam & clypeum. quo constat, quod paruū habebat exercitum,qa sub prē eius innumerabiles erāt occisi à Syris. Mercede quoque conduxit de Isrl,centū milia robustorum,centū talētis argēti. Venit aūt homo dei ad illū. q erat ppheta,

4. Reg.18 & ait:O rex ne egrediat tecū exercitus Isrl. Nō est eīm dñs cū Israel,& cūctis filijs Ephraim. qa idolis seruiebāt,& ppter eorum pctā deus subtraxisset Amaziæ auxiliū suū, eo quod in idololatris esset cōfisus. ideo princeps Chrīanus nō debet in adiutoriū suum prouocare hoīes publice sceleratos. Quod si putas in robore exercitus bella cōsistere. i. victoriā principalr̄ depēdere ex multitudine & fortitudine corpali bellatorum,& nō potius ex moderamine puidētiæ dei,& dispositiōe diuinæ iustitiæ,quæ fcdm merita atque demerita hoīm disponit exitus pliorum, superari te faciet deus ab hostibus. quis paucis. Talis nāque opinio derogaret fidei & scripturis,& puidētiæ dei. Dei quippe est adiuuare. iustos & eos qbus ex occultis causis vult largiri triūphū, & in fugā cōuertere alios,deus eīm ad libitū suū corda immutat,vires cōfortat,& aīm quocūque voluerit, vertit,queadmodū Esaias fatetur:Qui dat lasso virtutē,& his q nō sunt,robur multiplicat. Dixitque Amazias ad hoīem dei. Quid ergo fiet de centū talentis quæ dedi militibus Israel? Et rñdit ei homo dei:Habet dñs vnde tibi dare possit multo his plura. Separauit itaque Amazias exercitū,q venerat ad eum ex Ephraim,vt reuerteret in locū suū. At illi. i. centū milia decē tribuū, cōtra Iudā vehemēter irati. qa videbāt se tanq iniquos & alienos à deo repelli, reuersi sunt in regionem suā. mercede eis collata retēta,sicque Amazias cum paucis præualuit pplo magno,qm credidit & acqeuit pphetæ. Porro Amazias cōfidēter eduxit pplm suū,& abijt in valle salinarum,pcussitque filios Seyr, decem milia. Et alia decē milia virorum cœperūt filij Iuda,& adduxerūt ad prupiū cuiusdā petræ, pcipitauerūtque eos de summo in pceps,q vniuersi crepuerūt. At ille exercitus quē remiserat Amazias,ne secum iret ad pliū,diffusus est in ciuitatibus Iuda,à Samaria vsque ad Bethhoron. Primo tñ vt dictū est,redierūt in ppria,& regi suo nūtiauerūt,qualr̄ tāq viles & aduersarij dei fuerūt abiecti ab Amazia,tūc de regis sui licētia redierūt ad ipugnādū Amaziā,qd dr̄ factū p'reditū Amaziæ & interfectis tribus milibus. de pplo Iuda diripuit pdā magnā. de eius terra, quod iusto dei iudicio credit factū,qm Amazias ex collato sibi triūpho intumuit. Amazias vero post cædē Idumæorum,& allatos. sibi deos filiorum Seyr, statuit illos sibi in deos,& adorabat eos & illis adolebat incensum, F

Dio.21
Esa.40

Hierony. Circa qd scribit Lyra:In lib. de hebraicis qstiōi. dr̄, quod morietib' victisque Idumeis idola rñderūt Idumæos hoc pati,qa negligētes fuerūt in veneratione ipsorum,qd audiēs Amazias coluit eos. Sed Lyra hoc reprobat,dicens:Nulla glossa hebraica dicit hoc, nec aliqs expositor latinus autenticus.

Pet. Co. histo.lib.4. Re.cap.19 Veruntñ magister in historijs ait:Amazias deos quos tulerat adorauit,quia audiuit eos dantes responsa,ideo perisse Amalechitas seu Idumæos,quoniam negligentes fuerunt in cultu ipsorum.

Deni que

A ¶Deniq; satis credibile est, dæmones sic respondisse per idola, tam ad maiorē idololatrarū illorū
deceptionē, tā ad Amasiæ subuersionē, qui etiam perpendere tenebaē, quod responsa talia essent dæ
monū verba. ⌊Quamobrem iratus dominus contra Amasiam, misit ad illū prophetam qui dice
ret ei, ⌋& in hoc declarat ineffabilis pietas dei, qui ad tam ingratū & improbū regem redarguen-
dum mittere dignabaē sanctū prophetam. ⌊Cur adorasti deos qui nō liberauerunt populū suū
de manu tua? ⌋quasi diceret, nec te poterunt liberare. ⌊Cumq; hæc ille loqueretē, respondit ei⌋
Amasias prophetæ: ⌊Num consiliarius regis es? ⌋quasi dicat, Non spectat ad te, arguere me.
⌊Quiesce⌋ à tua reprehensione, ⌊ne interficiam te.⌋ Ecce quāta superbia, ira & impatientia,
⌊discedensq; propheta⌋ab incorrigibili & obstinato. ⌊Scio (inquit) quod cogitauerit dñs occide-
re te, quia fecisti hoc malum, ⌋deos falsos colendo, ⌊& insuper non acquieuisti consilio meo.⌋
Hinc & Salomon ait: Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet inte Prouer.28
ritus. Vnde constat quod detestabile sit increpationi non acquiescere. Pessimū vero est increpāti in
dignari, minari, resistere. Ideo in libro prouerbiorū scriptum est: Egestas & ignominia ei qui de- Prouer.13
serit disciplinā, qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Deniq; sicut propheta iste prædixit, sic
contigit Amasiæ, vt in fine cap. hic recitaē. ⌊Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo cōsilio, misit
ad Ioas filium Ioachas, filij Iehu, regem Israel, dicens: Veni videamus nos mutuo. At ille remisit
nuntios, dicens: Carduus qui est in Lybano, misit ad Cedrū Lybani, dicens: Da filiam tuā filio
meo vxorem, & ecce bestiæ quæ erant in sylua Lybani, transierunt & conculcauerunt Carduū.
B Dixisti: Percussi Edom, & idcirco erigiē cor tuum in superbiam. Sede in domo tua. Cur malū ad-
uersum te prouocas, vt cadas & tu, & Iuda tecū? Noluit autem audire Amasias, eo quod dñi esset vo
luntas, vt tradereē in manus hostium, propter deos Edom. Ascendit igiē Ioas rex Israel, & mutu-
tuos sibi præbuere conspectus. Amasias aūt rex Iuda erat in Bethsames Iudæ. Corruitq; Iudas corā
Israel, & fugit in tabernacula sua. Porro Amasiam regē Iuda, filium Ioas, filij Ioachas⌋.i. Occo-
siæ, qui alio noīe dictus est Ioachaz, ⌊cæpit Ioas rex Israel in Bethsames⌋ Iudæ.i. in prælio iuxta
vrbem regni Iudæ, noīe Bethsames, ⌊& adduxit in Hierusalem, destruxitq; murū eius, ⌋ videli-
cet vrbis Hierusalē, ⌊à porta Ephraim, ⌋quæ diciē porta vallis, ⌊vsq; ad portā anguli, quadrin-
gentis cubitis. Omne quoq; aurū & argentū, & vniuersa vasa quæ repererat in domo dei, & apud
Obededom in thesauris etiā domus regiæ, necnon & filios obsidum⌋.i. obstagiorū ⌊reduxit in
Samariam.⌋ Hoc sonaē quasi in Hierusalem fuissent obsides ex regno Israel, & illos Ioas eruerit
ac secum reduxerit, quod & aliqui dicūt, adijcientes, quod filij obsidū (de quibus nunc sermo) erant
filij principū detentorū in obsides ab Amasia. Alij dicunt, quod obsides isti erānt principes regis Iu-
da, quos Ioas cæpit in prælio, secumq; duxit in Hierusalem, atq; pro eis filios eorundem accepit &
secum perduxit. Vnde quarto lib. Regum legiē, quod tulit obsides secum. ⌊Vixit aūt Amasias, fili- 4. Reg 14.
us Ioas, rex Iuda, postquā mortuus est Ioas, filius Ioachas, rex Israel, quindecim annis. Reliqua au
tem sermonū Amasiæ priorū & nouissimorū, scripta sunt in libro regum Iuda & Israel. Qui post-
quā recessit à dño, tetenderunt ei insidias in Hierusalē. Cumq; fugisset Lachis, miserūt & interfe-
cerunt eum ibi, reportantesq; super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.⌋ 4. rē. 14. 15
C Cætera hic nō exposita, super præsatum librum Regum exposita constant.

¶EXPLANATIO CAP. XXVI. Omnis aūt populus Iuda filiū eius Oziam annorū sedecim constituit regē pro Amasia, patre suo. Arti. XXVI.

De prosperitatibus, virtutibus & operibus Oziæ regis, & tandē de eius
culpa & debita pœna agit præsens cap. ⌊Omnis aūt populus Iuda filiū
eius, ⌋videlicet Amasiæ, ⌊Oziam, qui etiam dictus est Azarias, imò
& Zacharias, secundū quosdā, ⌊annorū sedecim, constituit regem pro
Amasia patre suo.⌋ Pontifex tamē vnxit eum in regē, & populus ac-
ceptauit. ⌊Ipse ædificauit Eloth, & restituit eā ditioni Iudæ, postquā
dormiuit rex cū patribus suis. Sedecim annorū erat Ozias cum regna
re cœpisset, & quinquagintaduobus annis regnauit in Hierusalē. No-
mē matris eius Iecalia de Hierusalē. Fecitq; quod erat rectū in oculis dñi,
iuxta oīa quæ fecerat Amasias pr̄ eius, & exquisiuit dñm in dieb⁹ Zach.
intelligentis & videntis deū.⌋ Iste Zacharias crediē fuisse filius Zachariæ sacerdotis occisi à Io- 2. Par. 24
as. Iste itaq; Zacharias Oziam docuit & direxit. ⌊Cūq; requireret dñm, direxit eum in oībus.
Deniq; egressus est, & pugnauit contra Philistijm, & destruxit murū Geth, & murū Iabne, murūq;
Azoti. Aedificauit quoq; oppida in Azoto⌋.i. prope Azotū & in terminis eius, ⌊& ī Philistijm
& adiuuit eum deus contra Philistijm, ⌋sicq; Philistæos sibi subiecit, quorū terrā dñs Israeli pro
misit, ⌊& contra Arabes, qui habitabāt in Guebaal, & contra Ammonitas. Appendebantq; Am
monitæ munera Oziæ. Et diuulgatum est nomen eius vsq; ad introitū Aegypti propter crebras
victorias, ⌋quia & Arabes vicit & Ammonitas, ⌊Aedificauitq; Ozias turres in Hierusalem sup 4. Reg. 12

portam anguli,& sup portã vallis,& reliquas in eodẽ muri latere,firmauitq́; eas,⌋sicq́; reparauit D
quæ Ioas rex Israel destruxit ibidem.⌊Extruxitq́; turres in solitudine,⌋pro tutela & custodia
gregum suorum atq; pastorũ,⌊& effodit cisternas plurimas⌋pro gregibus adaquandis,⌊eo
ꝙ haberet multa pecora,tam in campestribus q̃ in heremi vastitate,⌋quæ partim pugnando
obtinuit.⌊Vineas quoq; habuit,& vinitores, in montibus, & in Carmelo. Erat quippe homo
agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatorũ eius,qui procedebãt ad ꝓlia, sub manu Iehiel
scribæ, Maasiæq́; doctoris,& sub manu Hananiæ,qui erat de ducibus regis. Omnisq́; numerus
pncipum p familias suas virorũ fortium,duum⌋.i.duorũ⌊miliũ sexcentorũ,& sub eis vniuersus
exercitus trecentorũ,& septem milium quingentorũ,qui erant apti ad bella,& pro grege contra
aduersarios dimicabant. Præparauit quoq; eis & Ozias,id est,cuncto exercitui,clypeos,& ha-
stas & galeas & loricas,arcusq́; & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Hierusalem diuersi ge-
neris machinas,quas in turribus collocauit,& in angulis murorũ,& mitterent sagittas & saxa grã
dia. Egressumq́; est nomen eius procul,eo ꝙ auxiliaret ei dñs,& corroborasset illũ,⌋ex quo con
stat q̃ præpotens fuit & copiosus in numero bellatorũ.⌊Sed cum corroboratus esset,⌋potesta-
te,fama,honore & gloria,diuitijs atq; potentia,quæ sæpe fiunt etiam bonis incitamentum ela-
tionis,⌊eleuatum est cor eius⌋tumore superbiæ,⌊in interitum suũ,⌋quia in hoc peccauit mor-
taliter,& morte ciuili percussus est,⌊& neglexit dñm deũ suũ⌋.i.iustitiã dei nõ cõsiderauit cõsi
deratione practica & formata,nec honorauit deum legitime.⌊Ingressusq́; in templum domi-
ni⌋.i.in primam partem templi,quæ dicitur sancta,in quam sibi introire non licuit,quia nõ erat
sacerdos,⌊adolere voluit incensum sup altare thymiamatis,⌋quod erat in præfata templi parte
non in atrio,⌊statimq́; ingressus post eum Azarias sacerdos⌋& pontifex,⌊& cum eo sacerdo- E
tes domini octoginta viri fortissimi restiterunt regi, atq; dixerunt: Non est tui officij Ozia,vt
adoleas incensum domino,sed sacerdotũ,hoc est,filiorũ Aaron, qui consecrati sunt ad huiusce-
modi ministerium. Egredere de sanctuario,ne contempseris,quia non reputabit tibi in gloriam
hoc à domino deo⌋.i.vsurpatorie tu agis,intromittendo te sacerdotali officio,cui regale officiũ
est commissum.⌊Iratusq́; Ozias,⌋in quo patet superbia & incorrigibilitas eius,⌊& tenẽs in ma
nu thuribulum vt adoleret incensum , minabatur sacerdotibus. Statimq́; orta est lepra in fron-
te eius.⌋Ibi eñ cœpit primo oriri,vel saltem apparere,& toto corpore perfusus est lepra,ad in-
nuendum,q̃ turpiter egit,& ad humiliandũ tãtam superbiam,⌊coram sacerdotibus in domo do
mini sup altare thymiamatis. Cumq́; respexisset eum Azarias pontifex & omnes reliqui sacer-
dotes viderunt lepram in fronte eius,& festinato expulerunt eum. Sed & ipse perterritus,accele-
rauit egredi,eo ꝙ sensisset ilicò plagam domini. Fuit igitur Ozias rex leprosus vsq; ad diem mor
tis suæ,& habitauit in domo separata plenus lepra,ob quã eiectus fuerat de domo domini,⌋sicq́;
Esa. 6 fuit ciuiliter mortuus,de qua morte illud in Esaia exponit: In anno quo mortuus est rex Ozias.
4. Reg. 15 ⌊Porro Iotham filius eius rexit domũ regis,& iudicauit populum terrę. Reliqua autẽ sermonũ⌋
operum⌊Oziæ priorum & nouissimorũ scripsit Esaias filius Amos propheta,⌋in libro speciali,
qui non habet,non autem in libro visionum suarũ.⌊Dormiuitq́; Ozias cum patribus suis & se- F
pelierũt eum in agro regalium sepulchrorũ,eo ꝙ esset leprosus,& regnauit Iotham filius eius pro
Ibide. 2 eo.⌋quarto Regũ libro legit: Sepelierunt eum in ciuitate Dauid,ergo videtur fuisse sepultus cum
regibus. Et respondendum,ꝙ fuit sepultus cũ eis in eodem loco cõmuni,hoc est in agro,in quo
erant sepulchra regalia,non tamen in eodem loco proprio.i.non in sepulchro regali alicuius re-
Iose lib. 9 an tiq. ca. 11. gis,propter quod Iosephus dicit eum solum inter reges esse sepultum in hortis. De his in schola-
Pet. Co. stica recitatur historia: Cum ditatus esset Ozias mortali substantia,contra immortalem deũ age
hist. lib. 4 re nisus est,quia in festo propitiationis,pontificali stola indutus,ingressus est templum adolere in
Reg. ca. 21 censum,& factus est terræmotus,& claritas solis valde effulsit & incidit in faciem regis,& percus
sus est lepra in facie. Ante ciuitatem vero scissa est media pars montis Oliuarum ad occidentem
& deuoluta,ita vt vias clauderet & regios ortus opprimeret. Veruntamen quidam dixerunt, ꝙ
Ozias ex quadam excessiua,sed indiscreta deuotione vsurpauerit sibi sacerdotale officium. Po-
stremo,cum dignitas sacerdotij euangelicæ legis sit incomparabiliter maior legalis sacerdotij di
gnitate,& ipse Ozias rex lepra percussus sit,eo quod actum illius legalis sacerdotij exequi sit co-
natus. Quid damnationis imminet quibusdam sacerdotibus atq; episcopis euangelicæ legis,qui
cum in episcopos & sacerdotes sint consecrati,tamen ex quadam superbia omittunt exequi de-
bitum sui officij,impie erubescentes missarum solennia celebrare,sacramenta conferre,& popu-
lo euangelizare,sicut professi sunt & tenentur,quasi sint nimis boni ad talia exequenda,

¶EXPOSITIO CAP. XXVII. Vigintiquinq; annorum erat Iotham cum regnare cœpisset. Arti. XXVII.

Agitur

A AGitur hic de regimine Iotham filij Oziæ. Et quæ hoc loco scribunt de isto, pro magna parte quarto libro Regũ exposita sunt. ⌊ Viginti quinq; annorum erat Iotham, cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Ierusa, filia Sadoc, fecitq; q̃d rectum erat coram dño, iuxta omnia quę fecerat Ozias pater suus. ⌋ Vidit enim patris sui satis terribilem ac subitaneam plagam, ex qua timoratior factus est, ⌊ excepto q̃ non est ingressus templum domini ⌋ ad exercendum sacerdotale officium sicut Ozias. Hoc refertur non ad illud quod dictum est, fecitq; rectum, quia sic ingredi templum, fuisset obliquũ, sed ad illud iuxta omnia quæ fecerat Ozias, qa in tali ingressu non est patrem suum sequutus. ⌊ Et adhuc populus delinquebat ⌋ in excelsis sacrificando. ⌊ Ipse ædificauit porrã domus dñi excelsam, & in muro Ophel multa construxit. Vrbes quoq; ædificauit in montibus Iuda, ⌋ quia vrbes sic situatæ, sunt inexpugnabiliores, ⌊ & in saltibus castella & turres ⌋ .i. nemoribus aut prope cõstruxit fortalitia, forsitan contra latrunculos, vt vias regni sui seruaret securas. ⌊ Ipse pugnauit contra regem filiorum Ammon, & vicit eũ. Dederuntq; ei & filij Ammon in tẽpore illo, centum talenta argenti & decem milia choros tritici, ac totidem choros hordei. Hæc ei p̃buerunt filij Ammon in anno secundo & tertio. Corroboratusq; est Iotham, eo q̃ direxisset vias suas coram domino deo suo. Reliqua autem sermonum Iotham, & omnes pugnæ eius, & opera, scripta sunt in libro regũ Israel & Iuda. Viginti quinq; annorum erat, cum re-
B gnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem. Dormiuitq; Iotham cum patribus suis & sepelierunt eum in ciuitatibus Dauid, & regnauit Achaz filius eius pro eo. ⌋ 4. Reg. 15. 2. Par. 26

¶EXPOSITIO CAP. XXVIII. Viginti annorum erat Achaz, cum regnare cœpisset, Arti. XXVIII.

IN isto capitulo consequenter de Achaz fit mentio. ⌊ Viginti annorum erat Achaz, cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem. Non fecit rectũ in conspectu dñi, sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in vijs regum Israel, insup & statuas fudit Baalim. Ipse est q adoleuit incensum in valle Ben Ennon, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritũ gentium, quas interfecit dñs in aduentu filiorum Israel. Sacrificabat quoq;, & thymiama succẽdebat in excelsis, & in collibus & sub omni ligno frondoso. Tradiditq; eũ dñs deus eius, ⌋ q fuit deus ipsius Achaz creatione, non veneratione, ⌊ in manu regis Syriæ. Qui percussit eũ ⌋ .i. quosdam de populo eius, non eñ percussit ipsum Achaz in corpore, sed in rebus ac subditis. ⌊ magnamq; prædã cæpit de eius imperio ⌋ .i. de terra regni Achaz, ⌊ & adduxit in Damascum. Manibus quoq; regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi, ⌋ non in sua persona, sed modo p̃dicto. Sed his obijci potest illud quarti Regũ: Tunc ascendit Rasin rex Syriæ & Phacehia filius Romeliæ rex Israel in Hierusalem ad p̃liandum. Cũ-
C q; obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. Ad istud breuiter dici potest, secundũ q̃ Iosephus tangit, q̃ quantum ad hoc non potuerunt superare eum, q̃ vrbem Hierusalẽ propter murorum suorum fortitudinem capere non valebant. Porro Lyra hic scribit, q̃ Achaz obsessus à rege Syriæ & rege Israel & valde perterritus, consolabat ab Esaia propheta, prout in Esaiæ volumine legitur, sed Achaz idololatra discredens prophetæ, & diffidens de dei auxilio, postulauit à rege Assyriorum subsidium. Veniente ergo rege Assyriorum, & impugnante Syriæ regnum, redijt ad sua rex Syriæ, quo regresso, sperans Achaz soli regi Israel præualere, inijt contra eum certamen, & victus fuit Achaz cum suis. Magister vero in historijs verius ac plenius circa hoc scribit, dicẽs: Ipsum Achaz bis fuisse obsessum à regibus illis, & in prima obsidione Hierusalem, Achaz contra illos congressus est & victus, & filius eius Zacharias occisus est, multaq; milia secũ. Princeps quoq; militiæ eius *Dichan captus, & tunc rex Israel secum duxit captiua multa milia mulierum & puerorum ac puellarum. Deinde secundo obsederunt Hierusalem, tuncq; Achaz valde expauit, sed confortauit eum Esaias: Ne timeas (inquiens) à duabus caudis titionum fumigantium istorum. Et addidit: Pete signum à domino, Achaz vero non credidit, nec petere voluit signum, sed ad regẽ confugit Assyriorum, qui venit & cœpit Damascum ac regem eius Rasin occidit. Huic recitationi videtur hæc litera amplius consonare. ⌊ Occiditq; Phacehia filius Romeliæ de Iuda centum viginti milia in die vna, oẽs viros bellatores, eo q̃ reliquissent dñm deũ patrũ suorum. Eodẽ tpe occidit Zechri, vir potẽs ex Ephraim, Maasiã filiũ regis, ⌋ Achaz forsan iste Maasias fuit alter à Zacharia filio Achaz, quẽ Iosephus dicit occisum, ⌊ & Ezricã ducẽ domus eius, Elcanã q̃q; secundũ à rege. Cæperũtq; filij Israel de fratribus suis ⌋ .i. ex terra regni Iudæ, ⌊ ducẽta milia mulierum, puerorum & puellarum, & infinitã p̃dã, ptulerũtq; eã in Samariã, ⌋ vt subiugarẽt eos in seruos & ancillas vt infra habet in textu. Verũtamẽ increpati in reditu à p̃pheta noĩe Obed, mutauerũt propositũ

4. Reg. 16. Ibidẽ. Iose. lib. 9. an. iu. ca. 13. Esa. 7. Pet. Co. histo. lib. 4. Re. ca. 25. *alias, Dichan. Esa. 7. Iose lib. 9. an. iu. ca. 13.

&remiserũt captiuos,ficut diffuse cõsequẽter recitat in litera,q̃ expositiõe nõ indiget. ⌊Ea tempestate erat ibi ,ppheta dñi noie Obeb. Qui egressus obuiã exercitui venienti in Samariam,dixit eis:Ecce iratus dñs deus patrũ vestrorum contra Iudã,tradidit eos in manibus vestris. Et occidistis eos atrociter,ita vt ad cœlũ ptingeret vestra crudelitas. Insup filios Iuda & Hierl'm vultis vobis subijcere in seruos & ancillas,quo nequaq̃ facto opus est. Peccastis eñi sup hoc dño deo vestro. Sed audite cõsiliũ meũ,& reducite captiuos q̃s adduxistis de fratribus vestris,q̃a magnus furor dñi imminet vobis. Steterũt itaq; viri de principibus filiorum Ephraim Azarias filius Iohãnan, Barachias filius Mesillemoth, Hezechias filius Sellũ, & Amasias filius Hadalai,cõtra eos q̃ veniebãt de p̃lio,& dixerũt eis:Nõ introducetis huc captiuos,ne peccemus dño. Quare vultis adijcere sup pctã nostra,& vetera cumulare delicta? Grande quippe pctm̃ est,& ira furoris dñi imminet sup Israel. Dimiserũtq; viri Israel bellatores p̃dã,& vniuersa q̃ ceperãt,corã principibus & omi multitudine. Steterũtq; viri,q̃s supra memorauimus,& apprehendẽtes captiuos oẽs qui nudi erãt,vestierũt de spolijs. Cũq; vestijssent eos & calceassent & refecissent cibo ac potu,vnxissentq; ,ppter laborẽ,& adhibuissent eis curã,quicũq; ambulare nõ poterãt,& erãt imbecillo corpore,imposuerũt eos iumẽtis,& adduxerũt eos i Hiericho,ciuitatẽ palmarum,ad frẽs eorum,ipsiq; reuersi sunt in Samariã. Tẽpore illo misit rex Achaz ad regẽ Assyriorum,postulãs auxiliũ.⌋ Hoc cõsonat p̃fatæ

Petro. histo. li. 4 narrationi magistri in historijs,q.s. post primã obsidionẽ & debellationẽ suã Achaz postulauit à

Reg. ca 13 rege Assyriorum subsidiũ. ⌊ venerũtq; Idumæi & pcusserũt multos ex Iuda,& ceperũt p̃dam magnã. Philistijm q̃q; diffusi sunt p vrbes cãpestres,& ad meridiẽ Iuda⌋.i.vrbes Iudæ sitas in campis iuxta cõfinia Palestinæ,& in meridiana plaga regni Iuda respiciente terrã Philistinorum inuaserunt. Isti ex antiquo oderũt Iudæos,ideo visa eorum debilitatione,auxerũt calamitatẽ ipsorum. ⌊ceperuntq; Bethsames & Aialon & Gaderoth,Socho q̃q; & Thamnã & Gamso cũ viculis,& habitauerunt in eis. Humiliauerat eñi dñs Iudã propter Achaz regẽ Iuda,eo q nudasset eũ auxilio,& cõtemptui habuisset dñm,adduxitq; cõtra eũ Thiglath Palneser regẽ Assyriorum,qui & afflixit eũ

4. Reg. 16 & nullo resistente vastauit.⌋ Iste fuit rex à quo Achaz iã ante petierat opẽ,& munera ei miserat p̃tiosa. Nihilominus tpe procedente,idẽ rex venit & deuastauit regnũ impijssimi Achaz,& oppressit muneribus q̃ ei cõtulit Achaz. ⌊Igit Achaz spoliata domo dñi & domo regũ ac principũ,dedit regi Assyriorum munera,& tñ nihil ei profuit. Insup & tpe angustiæ suæ auxit cõtemptũ

Esa. 7 in dñm,⌋ q̃a in tribulationibus tantis nõ est reuersus ad cor,nec Esaiæ obtẽperauit,sed deos Sy-

4. Reg. 16 riæ,à q̃bus fuit pcussus,adorauit & coluit. Siquidẽ Syri ad cõsultationẽ deorum & dæmoniorum suorũ impugnauerũt impiũ Achaz,sicq; pcussus asserit à dijs Syrorum. ⌊Ipse p se rex Achaz immolauit dijs Damasci victimas pcussoribus suis,& dixit: Dij regũ Syriæ auxiliant eis. Quos ego placabo hostijs,& aderũt mihi,cũ econtrario ipsi fuerint ruina ei,& vniuerso Israel. Direptis itaq; Achaz oibus vasis domus dei,atq; cõfractis.⌋ Diripuit eñi ea & fregit atq; in alios vsus cõuertit ac munera inde donauit regi Assyriorum. ⌊clausit ianuas templi dei,⌋ vt cultus dei oino cessaret in tẽplo. ⌊& fecit sibi altaria in vniuersis angulis Hierusalẽ. In oibus quoq; vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandũ thus,atq; ad iracundiã prouocauit dñm deũ patrũ suorum. Reliqua aũt sermonum eius,& omniũ operum suorum priorum & nouissimorum scripta sunt in libro Regũ Iuda & Israel. Dormiuitq; Achaz cũ patribus suis,& sepelierũt eũ in ciuitate Hierl'm,⌋ nõ in ciuitate Dauid.i.nõ in ea pte Hierl'm,q̃ dicta ẽ ciuitas Dauid,vbi erat ager regaliũ sepulchrorum,sed in alia pte Hierl'm,tãq̃ indignus vti cõsortio sepulturæ regũ bonorum. Ideo subdit. ⌊Neq; eñi receperũt eũ in sepulchris regũ Israel.⌋ .i.nõ permiserũt corpus eius locari in aliquo regaliũ sepulchrorum,in quibus cõiter sepeliebant reges Israel.i.reges Iuda nati ex Iacob,qui alio noie dictus est Israel,qui p̃fuerũt tribu-

2. Par. 28 bus Iudæ & Leui ac Beniamin natis ex Israel,sicq; reges Israel accipiunt hic nõ pro regibus decẽ tribuũ,vt cõmuniter in libris regum accipi solent. ⌊Regnauitq; Hezechias filius eius pro eo.⌋

¶EXPOSITIO CAP. XXIX. Igitur Hezechias regnare cœpit. Arti. XXIX.

Recitatur hic historia Hezechiæ deuotissimi regis, qualiter dei cultum reparauit. ⌊Igitur Hezechias regnare cœpit, cum vigintiquinq; esset annorum,& vigintinouem annis regnauit in Hierusalem. Nomẽ matris eius Abia,filia Zachariæ,fecitq; quod erat placitũ in conspectu dñi,iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.⌋ Exordium huius cap. quarto libro Regũ expositum est. ⌊In ipso anno & mense primo regni sui

4. Reg. 18 aperuit valuas domus dñi,⌋ quas impius Achaz clausit,ad extirpandũ

2. Par. 28 ritum cultus diuini secundũ legem Mosi in templo consueti, ⌊& instaurauit eas,⌋ quia deterioratæ fuerunt & deformatæ p idololatras, ⌊adduxitq;⌋ .i. ad se vocauit ⌊sacerdotes atq; leuitas,⌋ de diuersis locis habitationum suarum, ⌊& cõgregauit eos in plateã orientalẽ⌋ .i. in atriũ quod erat ante faciẽ templi respiciens ad orientẽ,sicq; atriũ illud fuit in parte orientali respectu templi,& in atrio illo stetit

altare

A altare holocaustorꝝ. ⌊ Dixitq́ʒ ad eos: Audite me Leuitæ, ⌋ per Leuitas intelligit etiã sacerdotes, qui erant de genere Leui, sicq́ʒ ratione originis vocant Leuitæ. Frequenter tamẽ accipiuntur, prout à sacerdotibus distinguunt ratione officij, ⌊ & sanctificamini ⌋ .i. per cõtinentiã, orationes, ieiunia, seu per aquã lustrationis, lotionẽq́ʒ vestiũ aptate vos ad exercitia cultus diuini. ⌊ Mundate domũ dñi dei patrũ vestrorꝝ ⌋ à spurcitijs idololatriæ, à corporalibus quoqʒ immunditijs, & forsan cõsecrauerũt seu dedicauerunt eã de nouo, qa multipliciter fuerat violata atqʒ polluta, ⌊ & auferte omnẽ immunditiã de sanctuario. Peccauerũt patres nostri, & fecerũt malum in cõspectu dñi dei nostri, derelinquentes eũ. Auerterũt ⌋ patres nostri ⌊ facies suas à tabernaculo dñi dei nostri, ⌋ illud nõ ingrediendo ad exercendũ ea quæ dei sunt, ⌊ & p̃buerunt dorsum ⌋ per inobediẽtiam & mentis auersionẽ à deo, & item p hoc, ꝗ more gentiliũ adorauerunt facie versa ad orientem, cũ iuxta legis p̃ceptum adorare debuerint ad occasum iuxta templi sitũ. ⌊ Clauserũt ostia ꝗ erant in porticu ⌋ .i. in atrio, ⌊ & extinxerunt lucernas, ⌋ quæ iugiter ardere debebãt in prima & exteriori parte templi. ⌊ Incensumq́ʒ non adoleuerunt ⌋ .i. non incenderũt sup altare thymiamatis, ⌊ & holocausta non obtulerunt in sanctuario deo Israel. ⌋ Et omniũ horꝝ causa malorꝝ fuit Achaz. ⌊ Concitatus est itaqʒ furor dñi sup Iudam & Hierusalem, ⌋ prout p̃cedenti cap. patuit, ⌊ tradiditq́ʒ eos in commotionẽ & in interitũ & in sibilũ, sicut ipsi cernitis oculis vestris. Ec corruerunt patres nostri gladijs, filij nostri & filiæ nostræ & coniuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi, vt ineamus fœdus cum dño deo Israel ⌋ .i. pacto obligemus nos ad seruiendũ deo vero, ⌊ & auertet à nobis furorem iræ suæ. Filij mei nolite negligere. ⌋ Ezechias adhuc quasi adolescens regia authoritate sacerdotes & Leuitas nominat filios, maxime qa in veteri lege rex sacerdotibus & pontifice dignior fuit. ⌊ Vos elegit dñs vt stetis coram eo ⌋ in

B loco sacrato, ⌊ & ministretis illi ⌋ in cultu tabernaculi & sacrificijs, ⌊ colatisq́ʒ eũ, ⌋ orando & sacrificando pro populo, ⌊ & cremetis ei incensum ⌋ .s. thymiama incendendo ad dei honorem, quod fuit officij sacerdotum. Hinc in libro Numerorꝝ Moses ait Leuitis: Num parꝝ vobis est, ꝗ separauit vos deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi vt seruiretis ei in cultu tabernaculi & staretis coram frequentia populi & ministraretis ei. ⌊ Surrexerũt ergo Leuitæ, Mahath filius Amasiæ, & Ioel filius Azariæ de filijs Cahath. Porro de filijs Merari, Cis, filius Abdi, & Azarias, filius Iahabeleel. De filijs aũt Gerson, Ioah filius Semma, & Eden, filius Ioah. At vero de filijs Elisaphan, Samri & Iahiuel. De filijs quoqʒ Asaph, Zacharias & Mathanias. Necnon de filijs Hemã, Iahiel & Semei. Sed & de filijs Idithun, Semeias & Oziel. Cõgregauerũtq́ʒ fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mandatũ regis & imperiũ dñi, vt expiarent ⌋ .i. purgarẽt ⌊ domũ dei. Sacerdotes quoqʒ ingressi templum dñi, vt sanctificarẽt illud. ⌋ Nã ipsum templum .s. sancta & sancta sanctorꝝ Leuitis non licuit introire, sacerdotes vero intrabãt in sancta, hoc est, in exteriorem templi partẽ, ⌊ extulerunt omnẽ immunditiã quã intro reppererãt in vestibulo domus dñi ⌋ .i. sordes exportauerũt de sanctis vsqʒ in atriũ, ⌊ quã tulerũt Leuitæ ⌋ .i. de atrio exportauerũt ⌊ & asportauerũt ad torrẽtẽ Cedron, ⌋ q inter Hierl'm, Oliuetiq́ʒ mõtẽ currebat, ⌊ foras. Cœperunt aũt prima die mẽsis primi mũdare, & in die octauo eiusdẽ mensis ingressi sunt porticũ domus templi dñi, ⌋ porticu seu atrio illo iam emundato. ⌊ Expiaueruntq́ʒ templum diebus octo ⌋ sicq́ʒ diu occupati fuerũt in expurgãdo. Siquidẽ Achaz idola sua & deorꝝ suorꝝ imagines, aliasq́ʒ spurcitias cõstituerat ibi. & parietibus atrij ac templi affixit, ⌊ & in die sextadecima eiusdẽ mẽsis quod cœperãt impleuerũt, ⌋ quia nõ solũ exportauerũt immunda, sed & vasa ac vtensilia cultus

C diuini expiauerunt, quemadmodũ subdit. ⌊ Ingressi quoqʒ sunt ad Hezechiam regẽ, & dixerũt ei: Sanctificauimus omnẽ domũ dñi & altare holocausti, vasaq́ʒ eius, necnõ & mensam propositionis cũ oĩbus vasis suis, cunctãq́ʒ templi supellectilẽ, quam polluerat rex Achaz in regno suo, postꝗ p̃uaricatus est, & ecce exposita sunt oĩa corã altari dñi. Consurgentesq́ʒ diluculo Hezechias rex adunauit ⌋ .i. congregauit ⌊ oẽs principes ciuitatis ⌋ Hierusalem, puta maiores & in officijs constitutos, ⌊ & ascendit in domũ dñi ⌋ .s. vsqʒ in atrium ⌊ Obtulerũtq́ʒ simul tauros septẽ & arietes septẽ, agnos septẽ, & hircos septẽ pro peccato ⌋ .i. pro remissione culparꝝ eorꝝ qui subiungũtur, ⌊ pro regno ⌋ .i. pro rege & maioribus ac domesticis regis, ⌊ pro sanctuario ⌋ .i. pro templi ministris, ⌊ pro Iuda ⌋ .i. pro cõmunitate. In Leuitico habet, quid pro peccato sacerdotis, qd item pro pctõ multitudinis, & quid pro pctõ principis, quid demũ pro peccato cuiuslibet de populo fuerat offerendum. Hac aũt vice, in qua tam multi sacerdotes, Leuitæ & principes & subiecti fuerant congregati, itaꝗ pro singulis seorsum offerri non potuit, oblata sunt p̃fata septenaria pecorꝝ. Siquidẽ septenario vniuersitas designat. ⌊ Dixitq́ʒ ⌋ Hezechias ⌊ sacerdotibus filijs Aarõ vt offerrent sup altare domini. ⌋ Quamuis eñ rex, principes seu populus exhibuit animalia offerenda. Oblatio tamen fiebat p manus & obsequium sacerdotũ sup altare holocaustorꝝ. Sanguinem etiam pecorꝝ oblatorꝝ fuderunt partim sup altare, de quo ritu sup Leuiticum est plenius dictum. ⌊ Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum sup altare. Mactauerunt etiã arietes, & illorꝝ sanguinem sup altare fuderũt, Immolauerunt agnos, & fuderunt sup altare sanguinem. Applicuerunt hircos pro peccato ⌋ offerendos ⌊ coram rege &

Margin notes: 2. Par. 28 (beside "Achaz. Concitatus…"); Numer. 18 (beside "quod fuit officij sacerdotum…"); Leui. 4 (beside "pli ministris…"); Ibidẽ (beside "nem etiam pecorꝝ…").

vniuersa multitudine, ĩposueruntq́ manus suas sup eos, & immolauerũt eos sacerdotes. i. qui- D
Leuit. 4. dã ex parte omniũ posuerunt manus sup hircos immolandos, pcout in Leuitico habet, q offerẽs manũ imponeret sup hostiam immolandã, vbi cationes hoꝝ inductæ sunt literales ac spiritales. & asperserũt sanguinẽ eoꝝ coram altari holocausti ad basim ipsius, pro pisculo vniuersi Israelis, i. pro remissione culpæ cotius plebis. Pro omni quippe Israel, collectiue accepto, pceparat rex vt holocaustũ fieret pro peccato. Quãuis enĩ hostia pco peccato personæ nõ cõ fuerit tota cõburi, tamen hostia pro totius populi peccatis oblata tota comburebat, & quantum ad hoc fuerat holocaustũ, & pro peccato etiam suo, & pco id est, vel holocaustũ fiebat ad diuinę reuerentiam maiestatis. Deinde describit qualiter pijssimus Hezechias ordinauit in domo dñi Leuitas cantores, qui deũ ore laudarent, & cũ hoc in musicis instrumẽtis eũ glorificaret, pcæsertim hora sacrificioꝝ, sicut de hoc supra dictũ est sæpe. Cõstituit quoq́ Leuitas in domo dñi cũ cymbalis & psalterijs & citharis secundũ dispositionẽ Dauid regis & Gad videntis & Nathan
1. Par. 24 prophetæ, qui ipsos sacerdotes, Leuitas, cantores & ianitores diuiserũt in turmas & distinxerunt p ordines sub certis capitibus, prout dictũ est sæpius. Siquidem pceptũ dñi fuit, vt taliter fieret, p manũ i. per institutionẽ & subministrationẽ prophetaꝝ eius, iam pfatoꝝ, q ex diuina inspiratione sic ordinauerunt, idcirco eoꝝ pceptũ fuit pceptũ dei. Steterũt q́ Leuitæ tenẽtes organa Dauid, & sacerdotes tubas. Et iussit Hezechias vt offerrent holocausta, quæ ad dei
4. Reg. 16 honorẽ totaliter cõburebant, sup altare, quod erat in atrio. Ex quo enĩ sacrilegus Achaz pol-
2. Par. 28 luit illud altare & atrium p diuersa sacrificia idoloꝝ, voluit Hezechias vt deo sacrificaret hac vice sup altare illud omni genere sacrificioꝝ legaliũ iuxta Mosi traditionẽ. Fuerũt aũt quædã sacrifi- E
Exodi. 38 tia pro pctõ, quædã pro pace, quædã pro salute, & quædã holocausta. Rursus, quędã ex debito,
Leui. 4. 7 quædã spontanea ex speciali deuotione, & de omni genere sacrificioꝝ istoꝝ est tunc facta obla-
Num. 7. 15 tio, vt elici posse videt ex isto ca. Cũq́ p sacerdotes offerrent holocausta, cœperũt Leuitę, cantores laudes, i. psalmos & cantica sancta canere dño, & clangere tubis, atq́ in diuersis organis, q̃ Dauid rex Israel repererat, concrepare. Omni aũt tuba ocanente, cantores & hi qui tenebant tubas erãt in officio suo, donec cõpleret holocaustũ, quatenus deus sacrificia acceptaret, q̃ non habuerunt vim iustificandi ex opere operato, vtpote ex seipsis, sed ex opere operante. i. ex offerentiũ deuotione & sacerdotũ oratione, Leuitaꝝq́ psalmodijs & laudibus. Cumq́ finita esset oblatio, incuruatus est rex & oẽs qui erant cũ eo, & adorauerũt. i. cũ humili genuflexione seu Inclinatione vero deo cultũ latriæ exhibuerũt & gratias ei egerũt de diuini recuperatione obsequij. Orauerũt quoq́ vt dñs sacrificia habere dignaret accepta. Præcepitq́ Hezechias & principes i. pcipui sacerdotes, vel alij eminentiores & officiati maiores Leuitis vt laudarẽt dñm sermonibus i. psalmis Dauid & Asaph videtis i. cãticis ab Asaph & Dauid compositis, vel psalmis q cantabant sub eo, qa psallẽtibus pfuit, q laudauerunt deũ magna lætitia & incuruato genu adorauerũt. Hezechias aũt etiã hæc addidit. Impleftis manus vestras dño i. ad dei honorẽ cœpistis agere bona, & sacrificia manibus adduxistis aut obtulistis, fuistis q́ liberales in offerendo. Accedite & offerte victimas & laudes in domo dñi. Istud exponit de sacrificijs votiuis, spontaneis & pro gratiaꝝ actione oblatis, hinc subdit. Obtulit ergo vniuersa multitudo p manus sacerdotũ hostias pacificas & laudes i. victimas gratiaꝝ actiõis, & holocausta ad summe reuerentiã maiestatis in recognitionẽ, q oĩa bona deriuent ab ipsa & q homo se totũ F
debeat deo mẽte deuota. Porro numerus holocaustoꝝ q̃ obtulit multitudo, hæc fuit. Tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos, sanctificauerunt q́ dño boues sexcẽtos & oues tria milia i. tot aĩalia separauerunt & deputauerunt ad hoc q tẽpore opportuno immolacent deo. Sanctificari etenim dicit quo diuino cultui applicat aut deputat. Sacerdotes vero pauci erant
Leui. 17 tunc pſentes & satis sanctificati, nec poterant sufficere vt pelles holocaustoꝝ, aut etiam alioꝝ sacrificioꝝ detraherent, quod tamen ad eoꝝ spectabat officium. Quãuis aũt holocausta tota liter cõburebant, pelles tamen primo detrahebant, erantq́ sacerdotũ, nisi qñ pro totius cõmunitatis peccato holocaustũ offerebat, vnde & Leuitæ fratres eoꝝ adiuuerunt eos, qa vrgẽte necessitate, quæ dispensationis est mater, poterant ita coopecari sacerdotali officio, donec i. quo vsq́ impleret opus diuini obsequij in oblationib⁹, & sanctificarent antistites i. sacerdotes sufficienter purgarent & aptarent ad suoꝝ exequutionem officioꝝ. Antistes pro magno sacerdote seu episcopo accipi solet, qui vocat antistes, quasi ante alios stans, sed hic pro sacerdote accipitur. Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificant i. ad sua officia coaptant & purificant, q̃ sacerdotes. Nã & inferiora & imperfectiora ad suã facilius pertingunt pfectionem q̃ eminentiora, ideo Leuitæ citius erenim numero sufficienti q̃ sacerdotes. Aliam causam quidã assignant dicentes, q Achaz elõgauerat sacerdotes à ciuitate & templo cultus diuini, sed qua ratione elõgauit in
Exodi. 29 de sacerdotes, videtur q & Leuitas, quia vtriq́ ad cultum dei in templo & atrio fuerũt electi. At
Leui. 8 vero de consecratione sacerdotum & Leuitarum scribitur in libro Exodi, in Leuitico & alibi.
Nume. 6 Fuerunt ergo holocausta plurima immolata, adipes pacificorum i. hostiarum quæ offe-
Nume. 7
Exodi. 29 rebantur pro pace data in gratiarum actionem, vel pro pace obtinenda aut conseruanda, & libamina

bamina holocaustorum, ⌋ hoc est, materiæ liquidæ, vt vinum & oleum, quæ simul cum holocau- Nume.28
stis offerebant. ⌊ E completus est cultus domus dñi ⌋ id ē, veneratio dei & eius obsequiū in tēplo Nume.29
& atrio. ⌊ Lætatusq; est Hezechias & om̃is populus, eo φ ministerium dñi esset expletum ⌋ Vir
A tuosi etem̃ gaudent in actibus bonis, & de reuerentia deo exhibita, cum & philosophus dicat, q̄d
signum virtutis est delectatio fiens in opere bono. ⌊ Repente quippe hoc fieri placuerat ⌋ hoc est,
valde complacuit Hezechiæ ac populo, φ reparatio cultus diuini, mundatio templi, & obsequi-
um dei in eo fuerunt, tam subito expedite & prosperè adimpleta. Ipsi etiam voluerunt, vt omnia
ista absq; dilatione peragerent. ¶ Amplius de spūali intelligentia huius capituli, & rationibus sa
crificiorum prædictorum multa valde possent hic introduci, de quibus breuitati studens, pertranseo, præ Leuit.1.3
sertim quoniam sup Leuiticum copiose sunt posita. ¶ Moraliter vero docemur ex isto capi°, Leui.4.9
quàm magnum dei donum sit habere virtuosum prælatum, & quanta subditorum salus, gr̃a, & pro- Leui.7
fectus inde nascant, quàm item periculosum sit vitiosum aut negligentem p̄sidentem habere. Pro
pter q̄d Salomon dixit: Regnātibus impijs ruinæ populi. Et rursus: Cum impij sumpserint prin-
cipatum gemet populus. Hinc populus dominum iugiter deprecet, vt sibi de idoneo & condigno
prouidere dignet principe & prælato. ¶ Præterea, deuotio, diligentia, ardor, religio electi He-
zechiæ nobis ex isto capitulo clarè atq; vberrimè commendantur, & ipse rex Hezechias vniuersis
principibus & prælatis proponit in exemplum, vt ipsius feruorem & zelum, diligentiam & fide-
litatem sectentur, quatenus pro bono communi, & generali reformatione summè soliciti sint, ac
indilate laborent. Et quoniam iuxta Apostolum: Non solum corda, sed etiam membra, ac corpo 1.Cor.3
B ra nostra templum sunt spiritus sancti, non differamus, nec omittamus emundare nos plene ab 2.Cor.7
omni inquinamento carnis & spiritus, vt spiritus sanctus in nobis gratiose habitare digneᵗ & deli- Prouer.8
ciæ dei, ac creatoris nostri, sint esse nobiscum.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI TRICESIMI.

Misit quoq; Hezechias ad omnem Israel & Iudam.

Atticulus Tricesimus.

NArrat præsens capitulum quàm solēniter ac deuote rex Hezechias & po
pulus eius celebrauerunt festiuitatem paschalem in primo sui imperij
anno. ⌊ Misit quoq; Hezechias ad omnem Israel ⌋ hoc est, ad eos, q ex
decem tribubus nondum capti fuerunt, ⌊ & Iudam ⌋ id est ad populum
regni sui, ⌊ scripsitq; epistolas ad Ephraim & Manassen ⌋ hoc est, ad reli
quias illarum tribuum, imo & cæterarum, vt infra innuit, ⌊ vt venirent ad do
mum domini in Hierusalem ⌋ id est, ad Hierusalem & ad templum, ⌊ &
facerent phase domino deo Israel, ⌋ id est, pascha secum celebrarent, q̄d Leui.23
extra vrbem cultus diuini & templi celebrari non licuit. ⌊ Inito ergo cō
silio regis & principum, & vniuersi cetus Hierusalem decreuerunt vt fa-
cerent phase, mense secundo ⌋ hoc est, ipse rex, & principes ac seniores & patresfamilias Hieru-
salem celebrato super hoc consilio diffinierunt celebrare solennitatem paschalem mense secundo
anni illius, non obstante, quod dominus iussit in Exodo, vt celebratio illa inciperet quartadecima Exodi.12
C die mensis, qui apud Iudæos est primus mensis anni, qui concurrit cum nostro Martio vel Aprili.
Siquidem in Numerorum libro, dominus iussit, vt qui legitime impediti non poterant facere Numer.9
phase, iuxta legem mense primo, quartadecima mensis illius die facerent illud mense secundo,
quartodecimo eius die. Tale autem impedimentum contigerat istis. Vnde subiungitur.
⌊ Non enim occurrerant facere tempore suo, ⌋ Hoc est, dispositi non fuerunt pascha peragere,
tempore determinato in lege. Cuius multæ causæ subduntur. Vna est: ⌊ Quia sacerdotes qui pos-
sent sufficere ⌋ ad offerendum solennia sacrificia, tunc septem diebus solennitatis illius offerenda,
atque ad alia tunc per sacerdotes agenda, ⌊ sanctificati non fuerant ⌋ hoc est, satis parati, purgati,
& consecrati ad exequenda sua officia. Alia causa est: ⌊ Et populus nondum congregatus fuerat
in Hierusalem, ⌋ id est, de vrbibus nondum conuenit in ipsam regni metropolim. Non enim co-
gnouerunt satis tempestiue templum esse iam repente purgatum, cultumq; dei recuperatum.
⌊ Placuitque sermo regi, & omni multitudini, ⌋ secum tunc existenti, ⌊ & decreuerunt, vt mitte
rent nuntios ad vniuersum Israel de Bersabee vsque Dan, ⌋ hoc est, per totam terram regni Isra-
el, ab vno termino eius, qui dicebatur Bersabee, vsque ad alium qui dictus est Dan, ⌊ vt venirēt &
facerent phase domino deo Israel in Hierusalem. Multi enim non fecerant, sicut in lege præ-
scriptum est, ⌋ scilicet in Exodo, & alibi, quod scilicet omni anno venitent in Hierusalem, præ- Exo.12
sertim in festo paschali. In Pentecoste quoque, & in festo tabernaculorum, nisi forte dispensare- Leui.23
tur cum eis ob longitudinem viæ, de aduentu in pentecoste, & tabernaculorum celebritate.
Achaz quippe obseruantiam horum impediuit pluribus annis.

D L Perrexeruntq; cursores cum epl'is ex regis imperio & principum eius in vniuersum Israel & Iudam iuxta id q́d rex iusserat, prædicantes; Filij Israel, reuertimini ad dñm deum Abraham, Isaac, & Israel, & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyrioꝝ. ⅃ .i. vobisipsis ꝓpitius erit qui nondũ capti estis. L Nolite fieri sicut pr̃es vestri & fr̃es, q recesserunt à dño deo pr̃m suoꝝ, & tradidit eos in interitũ, vt ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices vestras, sicut pr̃es vestri ⅃ .i. mentes vestras non exhibeatis indociles & rebelles. L Tradite manus vestras dño ⅃ .i. exhibete vos paratos deo seruire, & hoc ipsum si placet iuramento & voto firmate, L & venite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in æternum. Seruite dño deo pr̃m vestroꝝ, & auertet à vobis ira furoris eius. Si em̃ vos reuersi fueritis ad dñm ⅃ reditione mentali, p cõtritionẽ & dilectionẽ diuinã L & fr̃es vestri & filij ⅃ vestri L habebunt misericordiam corã dñis suis, q illos duxerunt captiuos ⅃ .i. deus p merita vestræ conuersionis, & iustæ conuersationis inclinabit corda gentilium principum ad miserendum ac parcendũ vestris cognatis, quos habent captiuos, L & reuertent in terram hãc. Pius em̃ & clemens est dñs deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eũ. Igit cursores ꝑgebant velociter de ciuitate in ciuitatem, p terram Ephraim, & Manasse, vsq; ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos ⅃ Per quod patet ipsoꝝ obstinatio in idololatria alijsq; peccatis. In scholastica historia addit, ꝙ occiderunt quosdam ex cursoribus, seu nuntijs Hezechiæ propter quod meruerunt postea captiuari. L Attamen q̇dam viri ex Aser & Manasse, & Zabulon acquiescentes consilio, venerunt Hierusalem ⅃ Isti non coluerunt idola sicut præfati, aut non erãt idololatrijs, & alijs vitijs ira immersi, sed pœnituerunt. L In Iuda vero facta est manus domini, ⅃ hoc est, deus pietatem suam gratiose ostendit in populo Hezechiæ, L vt daret eis cor vnum ⅃ id est sic quod dedit eis voluntatem concordem, & sensum vnanimem ad celebrandũ festum paschale, E L vt facerent iuxta ꝓceptum regis, & principum, verbum dñi. Congregatiq; sunt in Hier'm populi multi, vt facerent solẽnitatem azymoꝝ in mense secundo. Et surgentes destruxerunt altaria, quæ erant in Hier'm, atq; vniuersa, in q̇bus idolis adolebat incensum, subuertentes, proiecerunt in torrentem Cedron. Immolauerunt aũt phase, quartadecima die mẽsis secundi. Sacerdotes quoq; atq; Leuitæ, tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo dñi, steteruntq; in ordine suo, iuxta dispositionem, & legem Mosi hoĩs dei. Sacerdotes vero suscipiebant effundendum sanguinẽ de manibus Leuitaꝝ ⅃ Qualiter intelligẽdum sit hoc, verba pandunt sequentia, L eo ꝙ multa turma sanctificata nõ esset, & idcirco immolarẽt Leuitæ phase, his q nõ occurrerãt sanctificari dño ⅃ Est itaq; sensus, ꝙ multi illoꝝ qui debebant in suis domibus agnum immolare paschalem, nõ erãt ita purificati, quòd secundum legis tenorem poterãt agnum offerre manibus suis in proprijs ædibus. Idcirco Leuitæ iam purificati obtulerunt pro illis, partemq; sanguinis agni oblati attulerunt sacerdotibus, vt funderet sup altare holocausti. L Magna etiam pars populi de Ephraim & Manasse & Isachar & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat ⅃ Isti effugerunt manus Assyrioꝝ, vel se abscondendo, vel ad regnum Iudæ, aut alia regna confugiẽdo, & q̇dam ex his venerunt ad Hezechiæ admonitionẽ, L comedit phase ⅃ .i. agnũ paschale cum azymis panibus, L non iuxta quod scriptum est ⅃ .i. aliter q̃ lex tradit, vtpote absq; præuia purificatione ab omi immunditia legali, vt erat contactus immundi, fluxus seminis, irregularitas ex ꝓsentia mortui, & consimilia, de q̇bus in Leuitico continet, & ibi ex dictis Alexandri de Hales sup tertiũ sententiaꝝ & ex dictis Thomæ, in prima secundæ, atq; ex scriptis Guilhemi Parisiensis, libro de fide & legibus expositum recolo. F L Et orauit pro eis Hezechias, dicens: Dñs bonus propitiabit cunctis, q in toto corde requirunt dñm deum pr̃m suoꝝ, & non reputabit eis, ꝙ minus sanctificati sunt ⅃ Ex his verbis innuit, ꝙ isti non purificati habuerunt excusationem, q̃a & si exteriori immunditia legis erant detenti, intus tñ deuoti erant, & ex integro corde dominum requirebant, ideo exterior immunditia legis, quæ frequenter caruit culpa, non imputabatur eis in casu isto, vel faciliter eis indulgebatur ad preces Hezechiæ, quia non habuerunt tempus se purificandi ante esum agni paschalis. Hinc subditur. L Quem exaudiuit dominus, & placatus est populo ⅃ Nam pium & fiduciale desiderium eius habuit vim orõnis, & illud dominus adimpleuit, de quo ait Psalmista: Desiderium paupeꝝ .i. humilium exaudiuit dñs, præparationem cordis eoꝝ, videlicet non solum orationem, sed etiam dispositionẽ ad orandum audiuit auris tua. Isti itaq; & si peccauerunt edendo pascha non purificati, non tamẽ ex contemptu. L Feceruntq; filij Israel, q inuenti sunt in Hiersalem, solennitatem azymoꝝ, septẽ diebus, in lætitia magna, laudantes dñm p singulos dies. Leuitæ quoq; & sacerdotes p organa, quæ suo officio congruebant. Et locutus est Hezechias ad cor oĩm Leuitaꝝ ⅃ verba consolatoria & beneplacentia eis loquendo, L qui habebant intelligentiam bonam sup dño ⅃ hoc est, p sciam sapidã formatam, practicamq; notitiam, & p sapiam salutarem, quæ est donum sp̃us sancti, dñm cognouerunt. L Et comederunt septem diebus solennitatis ⅃ q̇bus durauit paschalis festiuitas illa, L immolantes victimas pacificoꝝ, & laudãtes dñm deum patrum suorum. Placuitq; vniuersæ multitudini, vt celebrarent etiam alios septem dies ⅃ & ita ex deuotione duplicauerunt celebrationẽ festi paschalis, L quod & fecerunt cum ingenti gaudio. ⅃ spiritali, recolendo beneficia dei, præsertim liberationem ex Aegypto, in cuius memoriam instituta fuit paschalis celebritas.

Margin: Det. Eo. histo. lib. 4 Re. cap. 27 — Leuit. 7.8 — Leui. 12.13 — Leui. 15.21 — Psalm. 9 — Esa. 11 — Zach. 13

L Hezechi

⌊ Hezechias autem rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros & septem milia ouiū, principes vero dederāt pplo ⌋ .s. multitudini, cui dedit & Hezechias, ⌊ tauros mille & oues decē milia ⌋ Ista A pecora dederūt vulgo in esum & sumptuū releuamen, ex qbus tñ fiebant quędā oblationes, quaꝝ aliquæ partes cędebāt in esum sacerdotū, & aliquæ in offerentiū vsum. ⌊ Sanctificata est ergo sacerdotū plurima multitudo ⌋ qa infra hos septē dies additos cōpleta eoꝝ sanctificatio seu consecratio fuit ⌊ & hilaritate pfusa ois turba. Iuda tā sacerdotū & leuitarum q̄ vniuersæ frequētiæ quæ venerat ex Israel ⌋ ita ꝙ interior eoꝝ iucunditas redundauit, ac refulsit in corpe & in vultu, ⌊ proselytoꝝ quoq; ⌋ .i. conuersoꝝ ad iudaismū, qui erant ⌊ de terra Israel ⌋ .i. q in regno decem tribuum morabant, ⌊ vt habitantiū in Iuda ⌋ .i. eoꝝ q in regno Iuda manebāt, ⌊ factaq; est grandis celebritas in Hierl̄m, quales à diebus Salomonis filij Dauid regis Israel in ea vrbe non fuerat, ⌋ quia non solū gaudebāt his diebus de festo paschali, sed & de templi repentina ac prospera emūdatione, de diuini cultus reparatiōe, de reformatiōe totius regni in melius, & qa ex decem tribubus tam multi conuenerant. De purificatiōe quoq; & innouatiōe Leuitaꝝ & sacerdotū, & qa sperabāt sibi de cætero affuturū gratiosum dei auxiliū. ⌊ Surrexerūt aūt sacerdotes atq; Leuitæ, benedicētes populo. Et exaudita est vox eoꝝ, peruenitq; orō ad habitaculum sanctum cœli, ⌋ .i. nubes & cœlum penetrauit, & vsq; ad dei thronū puenit in cœlum empyreum, in quo deus specialr̄ esse, habitare, opari & exaudire asserit. Etenī angeli sancti orōnes deuotoꝝ illoꝝ deo in cœlo obtulerūt, & deo orōnes illæ placuerūt, propter quod ad habitaculum sanctum cœli peruenisse dicunt, qm̄ residenti in cœlo erant placentes, & item ratione effectus, quoniam à rege cœloꝝ sunt exauditæ. ¶ At vero de spiritali intelligentia eorum, quæ in isto tangunt capitulo, scilicet de mystica significatione agni paschalis, & concernentium istam materiam plurima dici possent, de quibus pertranseo, quoniam super Exodum, & alibi inde diffuse tractatum est. Exod. 12 Leui. 23

¶ DECLARATIO CAP. XXXI. Cumq; hæc fuissent rite celebrata &c. Arti. XXXI.

B Ic enarrat qualiter sanctus Hezechias cultū dei plenius renouauit, p templi ministros. ⌊ Cumq; hæc ⌋ quæ p̄cedenti caplo sunt relata, ⌊ fuissent rite celebrata, egressus est ois Israel q inuentus fuerat in vrbibus Iuda, ⌋ præcipue viri ⌊ & fregerunt simulachra ⌋ quæ inuenerunt in regno Iudæ, & in decē tribuum terra, ⌊ succideruntq; lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt, non solū de vniuerso Iuda, & Beniamin, sed & de Ephraim quoq; & Manasse, donec penitus euerterēt. Reuersiq; sunt oēs filij Israel in possessiones & ciuitates suas. Hezechias autē constituit turmas sacerdotales, & leuiticas, p diuisiones suas, vnumquēq; in officio proprio, tam sacerdotū videlicet, q̄ leuitaꝝ ⌋ .i. tam sacerdotes q̄ leuitas ordinate distinxit atq; diuisit, sicut instituit Dauid, ordinādo vigintiquatuor turbas sacerdotum, ita ꝙ vnicuiq; turbaꝝ illaꝝ præfuit vnus sūmus sacerdos in ea, habēs sub se vigintiquatuor sacerdotes totidemq; leuitas, tot etiā ianitores, vt in scholastica fert historia, ⌊ ad holocausta & pacifica ⌋ .i. ad offerēdum holocaustomata, hostiasq; pacificas, quas sacerdotes immolabāt, Leuitæ vero sacerdotibus ministrabāt, ⌊ vt ministrarēt ⌋ quiq; in suis officijs, ⌊ & cōfiterent canerētq; ⌋ C hoc est, deum laudarēt ac psallerēt, ⌊ in portis castroꝝ dñi ⌋ .i. in atrioꝝ ingressu, ⌊ pars aūt regis eoꝝ erat ⌋ .i. portio regem contingēs, seu onus eū concernēs, ⌊ vt de ꝓpria eius substātia offerret holocaustū mane semp & vespere ⌋ .i. iuge sacrificiū, quo omni mane immolabat vnus agnus, & etiā quolibet vespere, q agni totaliter cōburebant in altari holocaustoꝝ, vnus p diem, alter p noctem, ⌊ sabbatis quoq; ⌋ .i. quolibet sabbato, ⌊ & Calendis ⌋ .i. exordijs mensiū, ⌊ & solēnitatibus cæteris ⌋ .s. Pentecostes, tabernaculoꝝ & expiationis, qa in his tpibus specialia sacrificia offerebāt ⌊ sicut scriptum est in lege Mosi ⌋ Præsertim in Leuitico, & item in libro Numeroꝝ. ⌊ Præcepit etiā populo habitātium Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis ⌋ .i. decimas atq; primitias, ⌊ vt possent vacare legi dñi ⌋ hoc est, diuino cultui, & sacrificijs legis, ac orare pro populo, & docere, ac psallere, ideo sustentandi erant à populo. Nec soli habitatores Hierusalem, sed cæteri quoq; Iudæi tenebantur ad istud. Istud etiam iussum fuit à deo per Mosen in pluribus locis, ideo iussio Hezechiæ fuit, quasi quædam commemoratio & innouatio iussionis diuinæ, quia sub Achaz ista erant diu omissa. ⌊ Quod cum percrebuisset ⌋ hoc est, ex publica fama insonuisset, ⌊ in auribus multitudinis ⌋ quia ad aliarum vrbium & villarum habitatores deuenit, ⌊ plurimas obtulere primitias filij Israel, frumenti, vini, & olei, mellis quoq;, & oīm quæ gignit humus, decimas obtulerūt. Sed & filij Israel, & Iuda, q habitabāt in vrbibus Iuda, obtulerūt decimas boum & ouiū decimasq; sanctoꝝ, q̄ vouerāt dño deo suo, atq; vniuersa portātes ⌋ .i. prima ac p̄cipua de suis pecoribus & fructibus terræ ac iumētoꝝ. Errāt eñ deuoti & feruidi sub Hezechia, sequētes eius vestigia, atq; vniuersa portātes ad templū, ad vsum ministrantiū ibi, tñ & alibi dabant sacerdotibus, ac Leuitis pro sustentatione ipsoꝝ, ⌊ fecerunt aceruos plurimos ⌋ decimarum & primitiarum.

Marginal references: 2. Para. 30 — 1. Para. 24 — Pet. Co. hist. lib. 4 Reg. ca. 17 — Exod. 29 — Leuit. 23 — Nume. 18

⌊ Mense

Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta, i. aceruos inchoauerunt, ponendo iuxta terram quædam oblata ex fructibus quæ erant, quasi fundamenta eorum, quæ eis supponebantur, D & mense septimo compleuerunt eos. Cumque ingressi fuissent Hezechias & principes eius locum aceruorum, prope templum, viderunt aceruos, i. cumulos fructuum victualiumque illorum, & benedixerunt domino, ei gratias referendo, ac populo Israel, qui tam liberaliter dedit huiusmodi, ei bona imprecando imo tam deum quam populum collaudabant & principaliter deum, populum autem in deo, & ad dei honorem. Interrogauitque Hezechias sacerdotes & leuitas, cur ita iacerent acerui. Respondit illi Azarias sacerdos primus, i. pontifex de stirpe Zadoc, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ & etiam decimæ in domo domini, comedimus & saturati sumus, i. sufficienter non gulose refecti, remanserunt plurima eo quod benedixerit dominus populo suo. Reliquiarum autem, i. residuorum quæ nobis superfuerunt, est copia ista quam cernis. Præcepit ergo Hezechias vt præpararent horrea in domo domini, i. prope atria templi, in quibus ponerent & conseruarent residua illa. ¶ Circa hæc scribit quidam, quod Azarias primus

2.Par.26 sacerdos, de quo iam dictum est, fuit ille qui supra legitur restitisse Oziæ thurificare volenti, quod non apparet cum inter tempus illud Oziæ, & tempus istud Hezechiæ fluxerint plurimi anni, & Ioathan & Achaz inter hos regnauerint defunctique fuerint, ideo potest dici quòd fuit filius Azariæ illius. Quod cum fecissent, intulerunt tam primitias, quam decimas, & quæcunque vouerant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonanias Leuita, & Semei frater eius, secundus. Post quem Iehiel, & Azarias, & Nabat, & Asael, & Ierimoth, Iosaphat quoque & Eliel, & Iesmachias, & Mahath, & Banaias præpositi, sub manibus Chonaniæ & Semei fratris eius, ex imperio Hezechiæ regis, & Azariæ pontificis domus domini, ad quos omnia pertinebant. Chore vero filius Iemna Leuites, & ianitor orientalis portæ, præpositus erat his quæ sponte E offerebant domino, i. vltra debitum ex superogatione, qui talia custodiuit, primitiisque & consecratis in sancta sanctorum, i. quæ deputabant ad hoc vt essent valde sacrata, & de numero sacratorum, & sub cura eius erant, Eden, & Miniamin, Iesua, & Semeias, Amarias quoque, & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum, i. viri isti leuitæ erant præfato Chore subiecti in ciuitatibus sacerdotum in quibus. s. sacerdotes commorabantur non dominabantur, vt fideliter distribuerent fratribus suis, puta Leuitis partes decimarum minoribus atque maioribus, faciendo iustam diuisionem decimarum vniuersis & singulis illis, sicut per iustitiam distributiuam datur vnicuique quod ei debetur, exceptis maribus, ab annis tribus & supra cunctis qui ingrediebantur templum domini. Hoc exponitur quod non accipiebat distributionem aliqua pro masculis, quousque ad minus haberent tres annos, sicque excipiuntur masculi ab annis tribus & supra versus originem seu exordium natiuitatis eorum. Omnes videlicet qui minus habebant, quàm annos tres. Et quicquid per singulos dies conducebant, i. simul adducebatur per offerentes decimas primitias, seu hostias, in ministerio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas sacerdotibus per familias, & Leuitis, à vicesimo anno, & supra, per ordines & turmas suas, vniuersæque multitudini, tam vxoribus quam liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur, i. ex præfatis decimis & primitiis cæterisque oblatis, & deo consecratis præbebant fideliter necessaria vitæ sacerdotibus & Leuitis atque eorum domesticis, præsertim vxoribus & soboli vtriusque sexus, & quod dictum est à vicesimo anno, & supra, refertur ad Leuitas, qui quàmuis tempore Mosi, & postea diu non recipiebantur ad ministeria sua in tabernaculo exercenda, nisi ab anno tricesimo, vt legitur in libro Numerorum, quanquàm ab anno vicesimoquinto admitterentur ad faciendum in tabernaculo obsequia quædam, per quæ sacerdotes experirentur aptitudinem Leuitarum ad sua officia, & ad quid

Numer 3 vnusquisque eorum esset magis idoneus, vt dictum est plenius super librum Numerorum. Postmodum tamen præsertim templo Salomonis constructo admittebantur ad sua officia ab anno vicesimo, & ante vicesimum annum accipiebatur de ipsis prætacta experientia, quia extunc non habuerunt tam laboriosa facere opera, sicut ante dum tabernaculum cum pertinentibus ad se portabatur assidue, vel interdum de loco ad locum. Sed & filiorum Aaron per agros & suburbana vrbium singularum dispositi erant viri qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus & Leuitis. Sensus est, quòd certi viri erant instituti, per suburbana & agros filiorum Aaron, scilicet sacerdotum, qui partes distribuebant omnibus masculini sexus sacerdotalis seu Leuiticæ stirpis, & viri isti erant, quasi redditurarii, & procuratores, ac dispensatores illorum. Fecit ergo Hezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda, operatusque est bonum & rectum & verum coram domino deo suo, in vniuersa cultura ministerii domus domini, iuxta legem & cæremonias, volens requirere deum suum in toto corde suo. Bonum quo ad præcepta moralia, quæ magis bonificant obseruantem, & rectum, quo ad præcepta cæremonialia, in quibus modus diuini cultus, attendebatur, & verum, quo ad præcepta iudicialia, in quibus consistebat veritas iustitiæ, quantum ad proximos. Fecit & prosperatus est. Quia bene sibi successit in his, & profecit per ea ad veram salutem.

¶ EXPLANATIO CAPITVLI TRICESIMISECVNDI.

Post quæ & huiuscemodi veritatem venit Sennacherib &c.

Articulus Tricesimusquartus.

A F Ructus iustitiæ Hezechiæ hic recitatur, quoniam meritis suæ iustissimæ conuersationis contulit ei deus miram & supernaturalem victoriam. Estq; historia huius capituli pro maxima parte quarto libro Regum exposita. ⌊Post me.⌋ in præcedēti capitulo enarrata, ⌊& huiusce modi veritatem⌋ triplicem quæ abundauit in Hezechia, videlicet, veritatem vitæ, veritatem doctrinæ, & veritatem iustitiæ, ⌊venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudam, obsedit ciuitates munitas⌋ in Iuda, ⌊volens eas capere. Quod cum vidisset Hezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Hierusalem,⌋ Aliis etenim pluribus Iudæ vrbibus captis, maxime acuebat se impius ille ad impugnandum metropolim regni, ⌊inito cum principibus consilio virisq; fortissimis⌋ hoc est, cum talibus viris, ⌊vt⌋ viri illi ⌊obturarent,⌋ id est, clauderent, ⌊capita fontium quæ erant extra vrbem⌋ Hierusalem ⌊& hoc omnium decernente,⌋ hoc est, diffiniente ⌊sententia⌋ præsertim quia iā ante hæc Hezechias consolationē accepit ab Esaia de Assyriorum deiectione, ⌊congregauit plurimam multitudinem hoīm robustorum secum in vrbe pro eius defensione & fontium obturatione, ⌊& obturauerunt cunctos fontes⌋ extra Hierusalem, ⌊& riuum qui fluebant in medio terræ⌋ egrediendo de vrbe per terram longe, cuius riui fluxum per terram impediebant, ⌊dicentes: Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam.⌋ Sed cur dixerunt: Ne veniant reges Assyriorum, cum solus Sennacherib rex legat venisse, nisi forte acceperint plurale pro singulari. Vel aliqui erant reges minores in Assyria sub Sennacherib isto, qui cum eo venerunt. ⌊Aedificauit quoq; agens industrie omnem murum, qui fuerat dissipatus⌋ reparādo destructiones murorum, quia sub Achaz facta fuit multiplex debilitatio regni & vrbis Hierusalem, ⌊& extruxit turres desuper & forinsecus alterum murum. Instaurauitq; Mello in ciuitate Dauid⌋ Mello erat profunda vorago, cuius instauratio fuit ad hostium dimersionem in eam, ⌊& fecit vniuersi generis armaturam & clypeos⌋ ad resistendum aduersariis, tamen vt quarto Regum habet, anteq̃ ita parauit

4.Reg.18
2.Para.31
4.Reg.18
Esa.36
4.Reg.18

B se ad repugnandum, misit ad regem Assyriorum pro pace, offerens se ad dandum quicquid ille ab ipso exigeret. ¶ Deniq; sicut ait scriptura: Hezechias totam spem suam collocauit in deo, nihilominus fecit quicquid per industriam potentiamq; valebat humanam. Alioquin fuisset, quasi vir tentans deum. ⌊Constituitq; principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit vniuersos⌋ ciues, & bellatores qui in Hierusalem erant, ⌊in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum,⌋ hoc est, efficaciter consolatus est eos, ⌊dicens: Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem, quæ est cum eo.⌋ Veruntamen ipsemet Hezechias primo timuerat illum, sed visa infidelitate illius, qua fœdus cum Hezechia initum, dum recedēdo accepta pecunia, Hezechias sumpsit in deo maiorem fiduciam, sperans quod diuina iustitia tātam illius vitiositatem non dimitteret impunitam, nec vrbem templi & cultus sui permitteret a perfido, & periuro illo vastari. ⌊Multo enim plures nobiscum sunt⌋ scilicet angeli sancti ⌊quam cum illo. Cum illo enim est brachium carneum⌋ id est terrena & humana potestas. ⌊Nobiscū est ⌊dñs deus noster⌋ & cū eo sanctorum innumerabilia milia. Sicut modo dixit Helisæus sanctus ad suū ministrū, ⌊qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Consortatusq; est populus huiuscemodi verbis Hezechiæ regis Iuda⌋ cuius sanctitatē, sapiamq; nouerunt, ideo eius meritis sperabāt iuuari, & visa eius constātia, animati

Ibidē
Eccl.18
4.Reg.19
Deu.33
Dan.7
4 Reg.6

C sunt corde. ⌊Quæ postq̃ gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos⌋ vel Tharthā & Rabsaris & Rabsacen, prout quarto Regū istud diffuse narrat. ⌊Hierlm (ipse enim cū vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Hezechiā, regē Iuda, & ad oēm pplm, qui erat in vrbe, dicens: Hæc dicit Sēnacherib, rex Assyriorum. In quo habētes fiduciā sedetis obsessi in Hierlm? Num Hezechias decepit vos, vt tradat morti, fame & siti, affirmās quod dñs deus nr liberet vos de manu regis Assyriorum. Nunquid nō iste est Hezechias, qui destruxit excelsa illius, & altaria, & præcepit Iudæ & Hierlm, dicēs: Corā altari vno adorabitis, & in ipso cōburetis incēsum? An ignoratis quæ ego fecerim, & pr̄es mei, cūctis terrarum pplis? Nunquid præualuerūt dij gentiū, oīmq; terrarum, liberare regionē suā de manu mea? Quis est de vniuersis dijs gentiū, quos vastauerūt pr̄es mei, qui potuerit eruere populū suū de manu mea, vt possit etiā deus vester eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat Hezechias, nec vana persuasione deludat, neq; credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atq; regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu pr̄m meorum, consequēter nec deus vester poterit eruere vos de hac manu. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra dūm deū, & cōtra Hezechiā seruum eius. Epistolas quoq; scripsit plenas blasphemiæ in dominum deum Israel⌋ Hoc fuit quando ad tempus recessit à terra Iuda, cognito aduentu regis Aethiopiæ contra se. ⌊& locutus est aduersum eū. Sicut dij gētiū cæterarum nō potuerūt liberare pplm suū de manu mea, sic & deus Hezechiæ eruere nō poterit populū suū de manu ista. Insuper & clamore magno, lingua Iudaica contra populū qui sedebat in muris Hierusalē, personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem. Locutusq; est contra deum Israel, sicut aduersum deos populorum terræ, opera manuum hominum. Orauerunt igitur Hezechias rex, & Esaias filius Amos prophetes, aduersum hanc blasphemiam.⌋

4.Reg.18

Zrlo

Zelo iustitiæ, vt iustus & omnipotens deus eam vlcisceretur, ac vociferati sunt vsq; in cœlum
hoc est, tam ardentissime ac fiducialissime & indefinenter dominum inuocauerunt, quòd deus in cœ D
lo residens ostendit se eam audisse. Orauit autem & totus populus Hezechiæ, sed hi duo tanquàm
Eccl. 35 excellentiores & sanctiores præ cæteris exprimuntur. Nempe oratio iusti penetrat cœlos. Et
misit dominus angelum suum qui percussit omnem virum robustum & bellatorem & principem
exercitus regis Assyriorum. Reuersus'q; est cum ignominia in terram suam. Veruntamen vt di
4. Reg. 18 Esaie. 30 ctum est quarto Regum, & super Esaiam ostensum, decem mãserunt superstites, cum quibus rex
fugit. Cum'q; ingressus esset domum dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt
eum gladio, Saluauit'q; dominus Hezechiam, & habitatores Hierusalem, de manu Sennacherib re
gis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit ei quietem per circuitum. Multi etiam Gen-
tilium ex regno decem tribuum, deferebant hostias & sacrificia domino in Hierusalem audito
isto admirando triumpho, ex quo oĩpotentiam & prouidentiam atq; iustitiam dei pensabant, re-
gratiabantur'q; ei, quod impijssimum illum tyrannum qui tantum vexauerat vndiq; regna terra-
rum, tam gloriose ac metuende deiecit, & munera Hezechiæ regi Iuda diligentes eum & gra-
tes ei referentes, eo quòd tanti tyranni procurasset ruinam. Qui exaltatus est post hæc coram
cunctis gentibus hoc est, famosus effectus apud omnes qui ista perceperunt, eo quòd talis ac tan
4. Reg. 20 Esa 38 tus esset apud altissimum, qui sic per angelum suum pugnauit pro eo In diebus illis ægrotauit He
zechias vsq; ad mortem exclusiue. Et orauit dominum vt sanaretur. Exaudiuit'q; eum, &
dedit ei signum, ita quòd sol redijt decem lineis seu gradibus in Horologio Achaz, prout istud
quarto Regum libro expositum fuit, sed non iuxta beneficia quæ acceperat à deo retribuit
ei, id est, ingratus deo effectus est, qui tanta fecit ad ipsius Hezechiæ instantiam, in solis supernatu E
rali retrocessione, in Assyriorum per angelum incineratione, in suijpsius miraculosa curatione, &
vitæ suæ prolongatione, atque in alijs multis ac magnis spiritalibus, ac corporalibus donis,
quia eleuatum est cor eius in superbiam, & inaniter gloriatus est ex tanta sua famatione, & quia
tot & tanta propter ipsum facta fuerũt, quæ & suis meritis vltra condignum creditur ascripsisse.
Et facta est contra eum ira, & contra Iudam & Hierusalem hoc est, deus detestatus est ingra-
titudinem eius, & põpã & gloriã vanã & contra subditos eius fuit iratus, propter eorũ peccata, &
2. Reg. 24 quia suo regi communicauerunt in malis. Vel propter eorum peccata deus permisit regem ipsorũ
ita tentari, ac labi, sicut & ipsum Dauid, dum populum numerari præcepit. Vnde & propter
Grego. peccatum illud Dauid, percussus est populus. Nam vt ait Gregorius: Deus disponit corda præsi-
dentium secundum merita aut demerita subditorum. Deus quoq; per Esaiam Hezechiæ prædi-
Esa. 38 xit & comminatus est debitam punitionem. Humiliatus'q; est postea, quia ad Esaiæ reprehen
sionem aduertit, & detestatus est suos excessus ac fleuit, eo quòd exaltatũ fuisset cor eius tam ipse
quàm habitatores Hierusalem, & idcirco non venit super eos ira domini in diebus Hezechiæ,
Per Chaldæos de quibus Esaias prædixit. Postea vero tempore Ioakim cœpit venire. Fuit autẽ
4. Re. 24 Hezechias diues & inclytus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit, argenti, & auri, & lapi-
dis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum magni pretij, apothecas quoq;
frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulas'q; pecoribus, & vrbes sex ædifica-
uit. Habebat quippe greges ouium, & armentorum innumerabiles, eo quòd dedisset ei dominus
substantiam multam nimis. Fuit'q; inclytus carnis origine ex regali Dauid progenie, sed nobili-
or mente non degenerando à sanctorum Regum nobilitate, hoc est, virtuositate. Ex rationabi- F
li etiam causa propter commune bonum congregauit tot opes. Ipse est Hezechias qui obtura-
uit superiorem fontem aquarum Gihon, i. fontem illũ sic clausit, quòd extra vrbẽ non fluxit ob cau
sam præhabitam, & auertit eas scilicet aquas Gihon subter, id est, inferius eas conuertit &
fluere fecit, ad occidentem vrbis Dauid quatenus interiorem piscinam influerent. Fecit quoq;
ante fontem Syloa quasi stagnum, in quo aquæ colligerentur, & ciuibus reseruarentur pro tempo
Iohan. 9 re obsidionis, quod stagnum in Euangelio Iohannis appellatur natatoria Siloe, atq; vt Epiphani
us asserit, Esaia orante copiosius solito de fonte Syloe. In omnibus operibus suis fecit prospere,
quod voluit. Attamen in legatione principum Babylonis hoc est, in missione solennium nun-
tiorum regis Babylonis, qui missi fuerant ad eum à rege illo, vt quarto Regum libro legit, vt
interrogarent de portento, quod acciderat super terram, id est, causam miraculosæ retrocessio-
4. Reg. 20 nis solis ab eo inuestigarent. quam retrocessionem propter eum factam fuisse perceperant. Vnde
& eius dignitatem & excellentiam mirabantur, propter quem cursus cœlestium corporum im-
mutaretur, dereliquit eum dominus vt tentaretur à spiritu superbiæ, & nota fierent omnia
quæ erant in corde eius, hoc est, interior eius elatio, ingratitudo, & vana gloria ostenderentur ad
nostram cautelam, per verba & facta eius exteriora, quia tunc demonstrauit nuntijs illis opulen-
Ibidẽ. tiam & magnificentiam suam, & alia quædam magis quàm licuit, vt quarto Regum expressum est
Reliqua autem sermonum Hezechiæ, & misericordiarum eius, scripta sunt in visiõe Esaiæ, filij
Amos prophetæ, & in libro Regum Iuda, & Israel. Dormiuit'q; Hezechias cum patribus suis, & se
pelierunt eum supra sepulchra filiorum Dauid id est, eminentius atq; præclarius sepulchrum fe-
cerunt

A cerunt ei q̃ alijs regibus propter ipsius virtutes eximias, & quoniam totum populum suum sic reformauit, & tãtam prosperitatem attulit regno. Et celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Hierusalem, regnauitq́ Manasses filius eius pro eo. Docemur ex isto capitulo, vt in arduis causis celebrent concilia, & plati ac principes quantumcunq́ sapientes ac virtuosi, non despiciant, nec omittant cũ suis consiliariter loqui, & de agendis tractare. Deuotorũ quoq́ orationes requirant & sperent in dño, pliorumq́ tempore suos sapienter ac feruide exhortent. Postremo docemur hic, qualiter spiritalis illa elatio & gloria vana insidient virtutibꝰ etiam in viris perfectis. Ideo semp sup custodiam nostram stare debemus & esse soliciti, ne peccemus, & in die bonorũ memores esse debemus malorũ. Neq́ in die honoris sui debet quisquã extolli, imò tunc magis formidare debet occulta iudicia dei, qui electis suis in hac vita magis solet concedere aduersa q̃ prospera. Itaq́ quo plura & maiora à deo dona sortiti fuerimus, eo plus subiecti grati & humiles esse debemus, & omne bonũ toto corde deo ascribere, & iuxta beneficia quæ recepimus, pro posse retribuere. Etenim si tantus vir sic cecidit, quis potest esse securus? Ideo ex aliorum laude, fama & reputatione nequaquã inaniter glorienţur, sed attendamus, q̃ horrendum sit incidere in manus dei viuentis. Abacuc. 3. Eccl. 11. Hebre. 10.

¶EXPOSITIO CAP. XXXIII. Duodecim annorũ erat Manasses, cum regnare cœpisset. Arti. XXXIII.

B VT opposita iuxta se posita euidentius innotescant post descriptionem vitæ & gubernationis optimi Hezechiæ, sequit historia sceleratissimi filij eius, qui tamen ex infinita misericordia dei tandem vere pœnituit. Duodecim annorũ erat Manasses, cũ regnare cœpisset, & quinquaginta quinq́ annis regnauit in Hierusalẽ. Fecit aũt malũ coram dño iuxta abominatiões gẽtiũ, quas subuertit dñs corã filijs Israel. Et cõuersus instaurauit excelsa, q̃ demolitus fuerat Hezechias pr̃ eius, cõstruxitq́ aras Baalim, & fecit lucos, & adorauit omnẽ militiam cœli, & coluit eam. Aedificauit quoq́ altaria in domo dñi, de qua dixerat dñs, in Hierusalẽ erit nomen meũ in æternũ. Aedificauit aũt ea cuncto exercitui cœli, in duobus atrijs domus dñi, transireq́ fecit filios suos p ignẽ in valle Benẽnon. Exordium huius cap. quarto Regum libro expositũ est pro maxima parte. 4. Reg. 21. Obseruabat somnia superstitiose & nõ solum prout ex naturalibus causis & naturali scientia ex qualitate & existentia somniorũ aliquid sciri potest & conijci, prout de hoc in pluribus locis tractatũ ẽ, sectabat auguria .i. artẽ diuinandi ex garritu, volatu & motibus auium, maleficis artibus inseruiebat .i. diuersis speciebꝰ artium magicarũ intentus. Habebat aũt secũ Magos & incantatores, qui incantationibus & inuocationibus suis maleficis sensus deludunt humanos, quæ oĩa fuerunt in lege prohibita, qm̃ in Leuitico scriptum est: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia, non declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid sciscitemini. Leuit. 19. Multaq́ mala operatus est corã dño, vt irritaret eũ. Sculptile quoq́ & cõflatile signũ posuit in domo dñi, de qua loquutus est dñs ad Dauid & ad Salomonẽ filium eius, dicẽs: In domo hac & in Hierusalẽ, quã elegi de cunctis tribubus Israel, ponã nomen meum in sempiternũ, & mouere non faciã pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorũ, ita dũtaxat, si custodierint facere quæ pcepi eis, cunctãq́ legem & ceremonias atq́ iudicia, quæ mãdaui p manum Mosi. Igit Manasses seduxit Iudã & habitatores Hierusalẽ, vt facerent malũ sup omnes gẽtes quas subuerterat dominus à facie filiorũ Israel. Loquutusq́ est dominus ad eũ, & ad

D populũ illius, & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorũ. Cæperuntq́ Manassen, & vinctũ catenis atq́ cõpedibus duxerunt eũ in Babylonẽ. Si Assyrij eũ vinxerunt, quõ ductus est in Babylonẽ? Ad hoc Iosephus & alij dicunt, ꝙ Babylonij cum rege suo venerũt contra Manassen, sed appellant Assyrij, qm̃ ante fuerũt sub monarchia atq́ dominio Assyriorũ, à quibus tñ iam recesserunt. Iose lib. 10. an tiq. ca. 4. Qui postq̃ coangustiatus est .i. valde arctatus. Hinc in scholastica fert hist. Immisit dominus aduersus Manassen regem Babyloniorũ, qui depopulatus est Iudæã, & Manassen dolo captum traxit in Babylonem, & pluribus afflixit tormentis. Pet. Co. histo. li. 4. reg. ca. 33. Orauit dominũ deum suũ, & egit pœnitẽtiam valde corã deo patrũ suorũ .i. cordialẽ habuit contritionẽ intensam, secundũ quod magnitudo & multitudo criminum eius exegit. Contritionem quippe oportet esse adæquatã peccatis. Deprecatusq́ est eũ pro remissione culparũ, & obsecrauit intente pro infusione gratiæ ac virtutũ, vexatione durissima dante sibi durissimo, intellectũ. Esa. 28. Et exaudiuit orationẽ eius. Ecce q̃ infinita fuit hæc misericordia dei, ꝙ tã cito & pie exaudiuit impiũ illũ, quo in tota scriptura vix aliquis legit grauius, ineffabiliusq́ peccasse. Reduxitq́ eum Hierusalẽ in regnũ suum. Modus aũt quo de captiuitate eum redemit, non scribit hic neq́ exprimit. Et cognouit Manasses ꝙ dominus ipse esset deus .i. per multiplicem diuinæ pietatis & æquitatis effectum circa se, & in se experimentaliter considerauit & vidit ꝙ dominus creator vniuersorũ, vere sit deus hominum, psertim Hebræorũ, habens prouidentiam eorundem

 & iu-

& iustus existens iudex Iudæorum ac omnium. Deinde subiungitur, qualiter in sua reuersus repa D
rauit & emendauit regnum suum in melius, tam in corporalibus quàm in spiritalibus. ⌊ Post hæc
ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ⌋ faciendo ibidē ante murale, ⌊ ad occidētem Gihon ⌋
id est, in occidentali parte vrbis Dauid, in qua situs fuit fons Gihon, ⌊ in conualle ab introitu por
te piscium per circuitum vsq; ad Ophel. Et exaltauit illum vehementer. Constituitq; principes
exercitus in cunctis ciuitatibus Iudæ munitis ⌋ ne regnū sui amplius posset sic deuastari, ⌊ & ab-
stulit deos alienos ⌋ idololatriam extirpando, ⌊ & simulachra de domo domini, aras quoq; quas
fecerat in monte domus domini, & in Hierusalem, & proiecit omnia extra vrbem. Porro instau
rauit altare domini, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem, præcepitq; Iudæ ⌋
Psalm. 76 id est, vniuerso populo regni sui, ⌊ vt seruiret domino deo Israel ⌋ in quo patuit mutatio dexteræ
excelsi, & non sine grandi omnium admiratione vitam duxit de cætero virtuosam. ⌊ Attamen
adhuc populus immolabat in excelsis domino deo suo. Reliqua autē gestorum Manasse, & ob-
secrationes eius ad deum suum, verba quoq; videntium quæ loquebantur ad eum in nomine do-
mini dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel. Oratio quoq; eius, & exauditio, & cū-
cta peccata atq; contemptus, loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas, an-
tequàm ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozai. Dormiuit ergo Manasses cū pa-
tribus suis, & sepelierunt eum in domo sua ⌋ .i. in horto domus suæ, in horto Oza, prout quarto
4 Reg. 21. Regum libro habetur. ⌊ Regnauitq; pro eo, filius eius Amon. Vigintiduorū annorū erat Amon,
Ibidē cum regnare cœpisset, & duobus annis regnauit in Hierusalem, fecitq; malum in conspectu do-
mini, sicut fecerat Manasses pater eius, & cunctis idolis quæ Manasses fuerat fabricatus, immo- E
lauit atq; seruiuit. Et non est reueritus faciē domini, sicut reueritus est Manasses pater eius, & mul
to maiora deliquit. Cumq; coniurassent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua.
Porro reliqua populi multitudo cæsis his qui Amon percusserant, constituit regem Iosiam filiū
eius pro eo. ⌋ Hæc omnia quarto Regum libro exposita sunt quæ ibi requirātur. ¶ Ex isto do-
cemur capitulo, quàm vere infinita sit misericordia dei in suis electis, & quòd de nullo sit despe-
randum. Quod item salubre sit sustinere aduersa, quæ sunt multis, salutis occasio. Itaq; qui stat, vi
deat ne cadat, nec lapsos & impios aspernetur incaute, quoniam hi quos ipse hodie videtur præ-
cedere, cras forsan ipsum præcedent.

¶ DECLARATIO CAPITVLI XXXIIII. Octo annorū erat Iosias cū regnare cœpisset. Art. XXXIIII.

HVius capituli sententia, in quo ætas, vita, gubernatio Iosiæ describitur
quarto Regum libro continetur atq; exposita est, ideo non est immo-
4. Reg. 22 23. randum. ⌊ Octo annorū erat Iosias, cum regnare cœpisset, & triginta
& vno anno regnauit in Hierusalem. Fecitq; quod erat rectū in con-
spectu dñi, & ambulauit in vijs Dauid patris sui, non declinauit, neque
ad dextram, neq; ad sinistrā. Octauo aūt anno regni sui, cū adhuc esset
puer ⌋ vt pote sedecim annorū, ⌊ cœpit quærere deum patris sui Da-
uid ⌋ imo vt Iosephus narrat, quarto anno regni sui cū duodecim esset
Iose. li. 10. an. iu. ca. 4 annorum cœpit populum ab idololatria reuocare, prauaq; opera tan- F
quàm senior emendare, ⌊ & duodecimo anno postquàm regnare cœ
perat, mundauit Iudā, & Hierusalem, ab excelsis, & lucis, simulachrisq;, & sculptilibus. Destruxe-
runtq; coram eo aras Baalim, & simulachra quæ superposita fuerant, demoliti sunt. Lucos etiam,
& sculptilia succidit, atq; comminuit, & super tumulos eorū qui eis immolare consueuerant, fra-
gmenta dispersit. Ossa præterea sacerdotum combussit, in altaribus idolorū, mundauitq; Iudam,
& Hierusalem. Sed & in vrbibus Manasse, & Ephraim, & Symeon vsq; Nephthali, cuncta sub-
uertit. Cūq; altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contriuisset in frusta, cunctaq; delubra ⌋ id est
templa idolorū, ⌊ demolitus esset ⌋ non solum in regno suo, sed item in terra decem tribuū, ⌊ de
vniuersa terra Israel, reuersus est in Hierusalē. Igitur anno vndecimo regni sui, mūdata iam terra
& templo dñi, misit Saphan filium Helchiæ, & Maasiam principē ciuitatis, & Ioah filiū Ioahas,
à commentarijs, vt instaurarent domū domini dei sui. Qui venerūt ad Helchiam sacerdotē ma-
gnum, acceptaq; ab eo pecunia, quæ illata fuerat in domū domini, & quā congregauerāt Leuitæ
& ianitores, de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquijs Israel, ab omni quoq; Iuda, & Ben-
iamin, & habitatoribus Hierusalem, tradiderunt in manibus eorū, qui præerant operarijs in domo
domini, vt instaurarent templum, & infirma quæq; sarcirent. At illi dederūt eam artificibus & cæ
mentarijs, vt emerent lapides de lapidicinis, & ligna, ad commissuras ædificij, & ad contignatio-
nem domorū, quas destruxerant reges Iuda. q fideliter cuncta faciebāt. Erāt aūt præpositi ope-
rantiū, Iahath, & Abdias (Leuitæ) de filijs Merari, Zacharias, & Mosollam, de filijs Caath, q vr-
gebāt opus, omnes Leuitæ, scientes organis canere. Sup eos vero, q ad diuersos vsus onera por-
tabant, erāt scribæ, & magistri, de Leuitis, ianitores. Cumq; efferrent pecuniam, quæ illata fuerat
in tē-

A in templum dñi repperit Helchias sacerdos librum legis dñi, qui datus fuerat per manũ Mosi, & ait ad Saphã scribã: Librũ legis inueni in domo dñi. Et tradidit ei. At ille intulit volumen ad regẽ & nuntiauit ei, dicẽs: Omnia quæ dedisti in manu seruorũ tuorũ, ecce complent. ⌐Hic ergo describitur qualiter prouidit & procurauit templi reparationẽ in suis ruinis aut corruptelis. Iosias nanq; piissimus volens templũ instaurare, misit per regnũ suum & per terrã Israel Leuitas ac ianitores ad colligendũ pecuniam à populo regni sui & ab aliarũ reliquiis tribuũ, quam collectam & in templum portatam, fecit Iosias dari præpositis operariorũ, præpositi quoq; dabant artificibus ad emendum necessaria pro reparatione sartatectorum infirmarumq; partium domus dei. ⌊Argentum quod repertũ est in domo domini conflauerunt ⌋.i. pecuniam argenteam in templo repertã collegerunt viri ad hoc deputati, ⌊datumq; est præfactis artificum & diuersa opera fabricantium. ⌋Quidam tamẽ exponunt sic, q̄ Iosias iussit residuum oblatæ pecuniæ ad templi instaurationem conflari, vt inde fierent vasa sancta in templi obsequio. Et præcepit Iosias Helchiæ & Aichan. ⌊Præterea tradidit mihi Helchias sacerdos hunc librũ. Quem cũ, rege p̄sente, recitasset, audissetq; ille verba legis, scidit vestimenta sua, & p̄cepit Helchiæ & Achicã filio Saphã & Abdon filio Micha, Saphã quoq; scribæ & Asaiæ seruo regis, dicens: Ite & orate dñm pro me, & pro reliquiis Israel & Iuda, super vniuersis sermonibus libri istius, qui repertus est. Magnus enĩ furor dñi stillauit super nos, eo q̄ non custodierint patres nostri verba dñi, vt facerent omnia quæ scripta sunt in isto volumine. ⌋Quarto Regũ habet, Ite & consulite dominũ super me & super populo. Itaq; sensus est, Ite ad aliquam personã sanctam spm̃ prophetiæ habentẽ, & facite orari pro me & pro populo meo, consilium quoq; inde accipite, quid agendũ sit nobis. ⌊Abiit 4. Reg. 22

